*Spiritusſanctus æternaliter à patre & filio, tanquam ab vno principio & vnica ſpiratione, procedit. Ioan. And.*

### CAP. VNICVM.

Fideli [n] ac deuota profeſſione [o] fatemur, † quòd Spiritusſanctus æternaliter [p] ex pa-

ſumptum faceret octo vel plus: ergo omnes partes aliquotæ ſunt hæ: vnum, duo, tria: ſed vnum, duo, tria, faciunt ſex: ergo ſenarius numerus eſt perfectus ſecundum definitionem ſuperiorẽ, quæ habet, quòd numerus perfectus reſultat præciſe ex omnib^ partibus ſuis aliquotis ſimul aggregatis. Vide i alio numero pfecto. In genere enim decadicorũ ali^ & ſolus numerus eſt perfectus, ſ. xxviij. tolle partes. ſ. dimidiã & citra. ff. de verb. ſignifi. nomẽ. §. j. & j. de decimis. cap. j. quia vltra dimidiam nõ eſſet reperire aliquotas. vt ſ. dixi. Quatuordecim, eſt pars aliquota: quia bis ſũptum, facit xxviij. Tredecim, xij. xj. x. ix. viij. nõ ſunt partes aliquotæ de xxviij. quia aliquoties ſumptæ, nõ inferũt præciſe ſuum totum: ſed plus vel minus. Nam xiij. bis ſumptum, facit xxvj. ter ſumptũ facit xxxix. & ſic pl^ vel minus: & ſic de ſingulis. Septem, eſt pars aliquota: quia quater ſumpta infert ſuum totum. Sex, & quinq;, nõ ſunt partes aliquotæ. Quatuor verò eſt pars aliquota: quia ſepties ſumptum infert ſuũ totum. Tria, non eſt pars aliquota: ſed duo & j. bene ſunt partes aliquotæ: quia xiiij. vicibus duo, facit xxviij. & xxviij. vicibus vnum facit xxviij. Ergo reſtat, quòd omnes partes aliquotæ de xxviij. ſunt xiiij. vij. iiij. ij. & j. Sed ex his aliquotis ſimul aggregatis reſultat præciſe totum: quia xiiij. vij. iiij. ij. & j. faciunt xxviij. Ergo ſecundum definitionem ſuperiorem xxviij. numerus eſt perfectus. & ſic etiam de aliis perfectis. Computaui autem de iſto, vt melius intelligeretur dictum de ſenario. Ex imperfectis dixi, quòd alij ſunt diminuti: de quibus ſolet poni exemplum in octonario. Tres enim ſunt partes aliquotæ de octo: ſcilicet iiij. ij. & j. ſed iiij. ij. & j. faciũt vij. & ſic eſt imperfectus diminutus. Vide in quaternario, cuius duæ ſunt partes aliquotæ: ſcilicet ij. & j. quia bis ij. iiij. & quater vnum, quatuor. Sed ij & j. faciunt tria: ergo eſt quaternarius numerus imperfectus diminutus. Vide in ix. cuius etiam duæ tãtum ſunt partes aliquotæ: ſcilicet iij. & j. ſed iij. & j. faciunt quatuor: & ſic eſt imperfectus diminutus. In imperfecto abundanti ſolet exemplum poni in duodenario, cuius aliquotæ ſunt vj. iiij. iij. ij. & j. ſed iſtæ aliquotæ ſimul aggregatæ reddũt plus, quàm totum: ſcilicet xvj. ergo eſt imperfectus abundans. Vide in xx. cuius partes aliquotæ ſunt x. quinque, quatuor. ij. & j. quæ ſimul aggregatæ reddunt plus, quàm totũ: ſcilicet xxij. & ſic eſt numerus imperfectus abundans. Hæc latè & clarè etiam computando poſui, vt bene intelligatur hoc, quod nõ eſt de materia Iuriſtarum. ADDITIO. Iſidorus lib. iij. etym. breuiſsimè hæc ponit. Vide quod notatur de hæreticis, ad noſtrum. in cle. in gloſſ. vj. Ioannes Andreæ.

*Domi. & inquãtum de ætatib^ loquitur, tenẽda eſt. & adde Bal. in c. ſi pater. j. de teſta. Cy. in l. ſi infantis. C. de in. de li. Philip. Fõ. Numerus 28. eſt perfectus.*

*† No. tex. hic iuncta ſuperſcriptione, quòd ſcholares & Doc. ſimul faciũt vniuerſitatem. Do. Philip. Font.*

*† No. quòd dictio Præter ſequens negatiuam includit. Domi. hic. Ro. conſil. 328. Font.*

a *Nec ſine cauſſa.* Anthypophora eſt: reſpondet enim tacitæ quæſtioni, qua quæri poſſet: quare non mandabat iſtas Decretales poni in antiqua cõpi. Greg. ſub ſuis titulis.

b *Prædeceſſorum.* Innoc. iiij. & Gregor. x. Scripſerunt enim hi in proœmiis ſuis Doctoribus & ſcholaribus, vt decretales, quas mittebant, ſub ſuis titulis, prout exprimebatur in ipſis, inſeri facerent: vnde quidam faciebant ipſas ſcribi in fine titulorum compilationis Gregorij: & iſti ſeruabant mandatum. Quidam faciebant de eis volumina: & iſti non ſeruabant mandatum ipſorum, vt hic patet.

c *Promulgabant.* leges inſtituuntur, cùm promulgantur. iiij. diſt. §. leges.

d *Infinitos.* omnes ſcilicet editos ante huius libri compilationem.

e *Laboribus.* Nota maximos labores eſſe in libris ſcribendis: & eſt contra ſcholares, qui ſemper dum ſunt in ſtudio, faciunt ſcribi libros dum laborare deberent ad ſtudium. laboribus enim talibus & expenſis parcendum eſt. de dolo & contu. finem. Ioannes Andreæ.

*Libri ſine magno labore ſcribi nõ poſſunt.*

f *Vniuerſitati.* concluſio.

g *Maturitate.* quod fieri debet, vt xxxv. q. ix. Apoſtolicæ. ſ. de reſcrip. ad audientiam. j.

h *Bulla.* alias non creditur eſſe mandatum Principis: vt xcvij. diſtinct. nobiliſsimus. vbi de hoc: & C. de man. prin. l. vna [a].

*a Imò etiã per teſtes probari poteſt. Do. hic & latius Barba. in proœmio cle. Fon.*

Gloſſa ſequẽs dat duas remiſsiones.

i *Decætero* Conſtitutio ergo reſpicit futura. Quid de pendentibus? dicam, j. de elect. licet canon. Quando incipiant ligare conſtitutiones huius ſexti libri, dicam in fine huius libri ſuper data.

k *Scholis.* hoc expone vt notatur in proœmio Gregorij.

l *Reſeruantur.* ſicut decret. exiit qui ſeminat. reſeruata. j. de verbo. ſignifi. & cõſtitutiones omnes, quæ editę ſunt ſuper negotio hereticę prauitatis, nõ contrariæ conſtitutionibus huius libri: vt j. de hæret. ca. vlt. in fi. Idem poſſet dici de reuocatoriis, de quibus j. de præben. ca. pen. & antepen. & de conceſ. præbend. cap. vlt. Ioan. Andreæ.

*† No. quòd Papa cogitur cõfiteri. Doc. & infidelis deponitur. xl. diſt. ſi Papa. per gl. ibi, ſuper qua iic. & l. o in conſilijs ſe fundant. Font.*

m *Voluminis* ſcilicet compilationis Greg. ix. Et ſic vides hodie per hunc finẽ, ꝙ decretalis, Paſtoralis. ſ. de fi. inſt. nõ habet locũ in decretalibus editis poſt compilationem Gregorij ix. & ante hunc librũ: ſed poſſet habere locum in Decretalibus Bonifacij editis poſt compilationem huius ſexti libri, & in omnibus per eum vel eius ſucceſſores edendis.

*Decretalis paſtoralis. de fide inſtru. quando habeat locum.*

Gloſſa ſequẽs quęrit, an rubricę huius voluminis ſint cõtinuandæ: & determinat, ꝙ non, aſsignans rationem Do.

### DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

Huius ſexti libri rubricæ iudicio meo continuandæ non ſunt [b]. Ratio eſt, quia ſecundum hoc quòd occurrebant aliqua addenda, mutanda, detrahenda, vel corrigenda: ſic addita, mutata, detracta, vel correcta fuerunt habito reſpectu ad compilationẽ antiquam, & ipſius rubricarum ordine hic retẽto: ſed nihil in titulo volebat addere vel mutare, illo omiſſo tranſibat ad ſequẽtes: vnde ſecundũ rei veritatem, decretales huius libri in compilatione antiqua debebant ſub ſuis titulis collocari, ſed omiſſum fuit ex cauſſa: vt ſ. in proœmio, ver. nec ſine cauſſa. De iſtius tamen rubricæ continuatione & materia. dic vt notat Ber. ſ. eo. ti.

*b Cõcordat Archi. qui etiam illas non continuat, ſed Io. Mo. cõtra, qui cõmuniter illas continuat. quod non placet nec fuit illa intentio auctoris per rationẽ quæ ſequitur in hac gloſ. Io.*

Fideli. ꝫ. Errore Græcorum, qui dicebant, Spiritũ ſanctum procedere à ſolo patre, extirpato per canones: de quo, de conſec. diſt. v. c. penul. & vlt. adhuc quidam in errores alios inciderunt [c], negantes Spiritũſanctum æternaliter proceſsiſſe à patre & filio, aliis dicentibus ꝙ ab vtroque procedebat, non tanquam ex vno principio, ſed tanquam ex duobus principiis, & duabus ſpirationibus. Gregor. x. in generali concilio Lugdun. primò ponit confeſsionem ſuam, quam etiam dicit ſanctæ Romanæ eccleſiæ catholicorum Patrum, Gręcorum Doctorum & Latinorum obſeruantiam & doctrinam: ſcilicet, quòd Spiritusſanctus æternaliter à patre & filio, & tanquam ab vno principio & vnica ſpiratione procedit. Demũ reprobando damnat omnes qui pręmiſſa negare vel contrarium aſſerere præſumpſerint. Secunda ibi, Sed quia. ADDITIO. Secundum Ioã. Mo. ſunt tres partes. Prima narrat proceſsionem Spiritusſancti. Secunda firmat illam. Tertia damnat contrarium ſentientes. Ioan. Andr.

*c De diuerſis errorib^ circa Spiritũſanctum habetur 24. q. 3. ca. pe. verſi. Cataphrygiæ & ver. Aetiani. et verſ. Noëtiani. & ver. ſeq. & ver. Macedoniani. & hos omnes ſpecificabat hic Frãci. Vercel. Io. An. Pater dicitur generãs, filius naſcẽs*

n *Fideli.* ſ. eod. firmiter. & ſ. de hæreti. dubius. & eſt ſimile C. de iis qui ad eccleſiam confugiunt. l. fideli. & dic, Fideli, quo ad mentem. Deuota, quo ad exteriores actus: quaſi dicat humili. ad hoc j. de immuni. eccle. decet.

o *Profeſsione.* id eſt confeſsione.

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.

p *Aeternaliter.* nã eſt Pater generãs, Filius naſcens, Spiritusſanctus



tre & filio [a], non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex vno principio: non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit, hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit & docuit, [b] hoc firmiter [c] tenet & prædicat, profitetur & docet Sacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium [d] & magiſtra: hoc habet orthodoxorum [e] Patrum [f] atque Doctorum [g] Latinorum [h] pariter & Græcorum [i] incommutabilis & vera [k] ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorantiã [l] in errores varios ſunt prolapſi, nos huiuſmodi erroribus viã præcludere [m] cupientes, hoc ſacro approbante concilio, damnamus [n] & reprobamus omnes qui negare præſumpſerint, æternaliter Spiritum ſanctum ex patre & filio procedere, ſiue etiam temerario auſu aſſerere [o], quòd Spiritus ſanctus ex patre & filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex vno procedat.

*Spiritus ſanctus ab vtroque procedens.*

ſanctus procedens pariter ab vtroque abſque initio ſemper pariter ac ſine fine. ſuprà eodem. firmiter circa princi. de cõſecrat. diſtinctio. iij. cap. vlti. C. de ſumma trinitate in epiſto. inter claras. Sed opponitur: Trinitas eſt vnum vniuerſorum principium. vt ſuprà eodem firmiter. ergo non eſt ibi æternitas: quia æternum, verè ſine principio, ſine fine. Solutio. Eſt principium principians, non principiatũ: vt referatur principium ad res creatas, non ad ipſam diuinitatem.

Gloſſa ſequens ponit motiua Græcorum, & reſponſionẽ ad illa: in fine obiicit & ſoluit.

a *Et filio.* confunditur hic error Græcorum dicentium Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere. Mouebantur autem auctoritate euangelica Ioan. xvj. ibi: Spiritus ſanctus, qui à patre procedit. Item in ſymbolo apud eos edito [a] ſimpliciter continetur, Qui ex patre procedit. Nos addimus, Filioque, ad idem lex. C. de ſumma trinitate l. ij. vbi dicitur, Spiritum ſanctum quem ex ſummo rerum parente ſperamus, &c. Sed ad hoc & ſimilia reſpondetur, quòd expreſsio patris non excludit filium, immo potius includit: cùm ipſorum opera inſeparabilia ſint. xxviij. quæſtio. j. ſic enim. §. beatior. in fine de conſecrat. diſtinctio. iij. cap. vlt. vnde cùm pater & filius ſint vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, vt in prædicta decretali, firmiter. nõ poteſt ab vno ſolo procedere: nec ſumus excommunicati (vt dicebant Græci) addendo in ſymbolo, filioque: quia illud potius eſt declarare, quàm addere [b]. Et adde quod nota. de conſecrat. diſtinctio. v. cap. penult. Sed obiicitur ad hanc conſtitutionem, quòd ſit ſuperflua ex eo quòd hoc idem dictum fuerat, ſuprà eod. firmiter. ibi, Spiritus ſanctus pariter ab vtroque &c. Sed dic, quòd hic expreſsius modum proceſsionis aperit [c], dicens quòd non tanquam ex duobus, &c. Præterea hic damnantur aſſerendo vel negando contrarium ſentientes.

*a Quod quidam dicunt deſcriptũ Romæ in tabula argẽtea poſt altare beati Pauli ad mandatum Leonis. & 1. ſent. diſt. 11. c. 2. Ioã. And.*

*b No. ſecũdũ Domi. quòd declarãs nõ addit. Font.*

*c Not. glo. ſecũdũ Domi. pro ſaluandis articulis, ne vt ſuperflui reijciãtur. Font.*

Gloſſa ſequens diſtinguit.

b *Docuit.* Nota, quòd in iis quæ ſunt de fide catholica & eius articulis, neceſſario tenere debem^ & ſequi quod tenet & ſequitur Romana Eccleſia, aliàs eſſemus hæretici. ſ. eo. ti. c. j. & ij. ſed in aliis non habemus neceſſario ſequi & tenere quod ſequitur: niſi ſequatur & doceat. xj. diſtinct. nolite. vbi de hoc in gloſſ. docere. xij. diſtinct. nouit. xxxj. diſtinct. aliter. de cõſec. diſt. iiij. de trina. In vna enim fide nil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diuerſa: vt ibi. Iſta gl. placet Domi. Phi. quorum diſtinctionem vide Font.

*Cõſuetudo Romanæ Eccleſiæ quando ſit ſequenda.*

c *Firmiter.* ſuprà eodem, firmiter.

d *Fidelium.* de iis qui ſunt foris, nihil ad nos. xj. quæſt. iij. inter verba. verſi. ſi ergo. ij. quæſt. j. multi de diuor. gaudemus. licet ab eis expediat bonum habere teſtimonium: vt ibi, & viij. q. j. licet ergo. ſ. de ſacra vnctio. c. vnico. §. ad exhibendũ xj. quæſt. iij. non ſunt. xij. q. j. nolo.

e *Orthodoxorum.* id eſt, catholicorum.

f *Patrum.* xv. diſt. cap. j.

g *Doctorum.* quorũ eſt ordo præcipuus in Eccleſia: ſuprà, de hæreti. cum ex iniuncto. §. cum igitur. & per Doctores, Prædicatores & Prælatos intelligas. xliij. diſt. c. j.

h *Latinorum.* vt Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, & Gregorij. xx. diſt. de libellis. xv. diſt. ſancta. j. de reliqui. c. j.

Gloſſa ſequens obiectionem dupliciter ſoluit.

i *Græcorum.* aliquorũ: vt Ioãnis Chryſoſtomi, Cyrilli, Athanaſij, Didymi, & Epheſini concilij Patrum. Græci enim contrarium dicunt: vt ſ. dixi. Vel dic ſecundum Gulielmum, quòd in hoc generali Lugdunenſi concilio, Græci quod hic dicitur, fuerunt publicè profeſsi, & ſymbolum cum adiectione, Filioque, ibi publicè cantauerunt de mandato Imperatoris, & Eccleſię Gręcorum [d]: vtinam corde credant xxiij. diſt. pſalmiſta.

*d Refert Fran. Vercellẽ. quòd ibi fuit perſonaliter ipſorũ Patriarcha et ſolẽnes nũtij Imperatoris. Ioã. And.*

k *Vera.* aliàs poſſet in melius commutari. xxxv. q. ix. Apoſtolicæ. & cap. ſequenti.

l *Ignorantiam.* quæ cunctorum errorũ eſt mater: vt xxxviij. diſt. ignorantia. Nec in his excuſat ignorantia: nam ignorãs ignorabitur: vt ead. diſt. qui ea. ad idem, xvj. q. j. ſi cupis. xxij. quæſt. ij. in quibus. & cap. ſequenti.

m *Præcludere.* vt lxxxij. diſt. error. ſ. de ſpon. inter opera.

n *Damnamus.* ſuprà eod. damnamus. & dic, damnamus & reprobamus: id eſt, reprobando damnamus.

Gloſſa ſequens quærit, arguit negatiuè, & ſoluit.

o *Aſſerere.* ſ. dixit, negare. Quid ſiquis nec negat nec aſſerit, ſed tacẽs ſic cõſentit? Videtur nõ teneri: quia tacere, eſt præter iſta duo. xxij. q. ij. ne quis. infrà de reg. iur. is qui tacet. & ff. eo. l. qui tacet. Solu. Licet non ex verbis, tamen ex mente iudicatur hæreticus. ſ. de hære. c. j. xxiiij. q. iij. hæreſis [e]. & ca. hæreticus. Et Deus audit in corde: vt xvij. q. j. c. fin. §. ſi ergo. & cor interrogat. xiiij. q. v. ſi quid. & xv. q. vj. c. j.

*e Vide glo. ibi quã tenet Ana. c. c. 2. de hæret. Font. Additio Domini Helie.*

DE CONSTITVTIONIBVS.

Bonifacius viij. cõditor huius cõpilationis tractaturus de iure, conſiderauit ꝙ vbi non eſt fundamentum, deſuper ædificari non poteſt: vt in ca. veniens. de presbyt. non bapt. in an. Idcirco pro ſui operis fundamento præmiſit rubricam de ſumma trinitate. &c. Quo fundamento præmiſſo, incedit ad iura condenda. Et quia ius eſt duplex: ſcilicet ius ſcriptum, & ius non ſcriptum: vt inſtit. de iure natur. gen. & ciui. §. conſtat. Et quia ius ſcriptum, eſt dignius iure non ſcripto: ideo præmittit de iure ſcripto, puta de conſtitutionibus: & poſtea de iure non ſcripto, ſcilicet de conſuetudine. Vnde pro intellectu huius quæritur primò, quid ſit conſtitutio. Secundò, vndè dicatur.

*Ius eſt duplex.*

Pro ſolutione primæ quæſtionis eſt ſciendum, quòd conſtitutio in iure accipitur dupliciter. Vno modo ſtrictè, prout differt ab alijs partibus iuris ſcripti: & tũc nihil aliud eſt, niſi id quod ſtatuit & ordinat Princeps animo condendi legem. inſti. de iure nat. gen. & ciui. §. ſed & quod principi placuit. Eſt ergo conſtitutio ſtrictè ſumpta (prout differt à lege, plebiſcito, ſenatuſconſulto, & aliis partibus iuris ſcripti) illud, quod facit Princeps animo condendi legem, & vt ſubditi vtantur tam in ſcholis, quàm in iudiciis. In ſcholis, ſcilicet Doctores legendo. In iudicijs, Iudices ordinando, & aduocati allegando. Alio modo accipitur conſtitutio largè pro omnibus partibus iuris ſcripti, ſiue ſit lex, ſiue plebiſcitum, ſiue ſenatuſconſultum, principis placitum, edicta Pretorum, Reſponſa prudentum: etiam ſiue ſit ius commune, ſiue particulare, vt ſunt ſtatuta Epiſcopi, & vniuerſitatis, vel collegij, vel alterius corporis approbati.

*Conſtitutio capitur dupliciter.*

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, quòd conſtitutio dicitur à con, quod eſt ſimul: & ſtatuo, ſtatuis: quaſi ſimul ſtatutio. Vel dicitur communis ſtatutio, quia lex debet eſſe communis & generalis omnibus, & non debet edi in fauorem illius, vel iſtius. c. erit autem lex. iiij. diſtinctio. & cap. cum omnes. de conſt. in an. vbi dicitur quòd ſtatutum factum ab aliquibus canonicis alicuius eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi, non valet, quãdo non omnibus canonicis eſt commune.

*Conſtitutio vnde dicitur.*

Licet. Diuiditur: quia duo facit. Primò ſimilitudinem improbat, rationem reddens: & caſum ſoluit, duas modificationes ponens. Secunda, ibi, Ipſis. Ioann. Andr. Caſus in hoc cap. poſſet poni pluribus modis: ſed ponamus hoc modo, Cauetur in ca. cùm in cunctis. de elect. in an. quòd obtinens Eccleſiam parochialem, debet promoueri ad ſacerdotium intra annum: quod ſi non fecerit, dicit ille textus, quòd poteſt priuari ſua eccleſia, ſed tamen requiritur ſententia priuationis: ita quòd per lapſum anni non eſt priuatus ipſo iure, nec per lapſum anni dicitur eccleſia vacare. Et in ca. licet canon. & in c. commiſſa infra de electio. dicitur quòd obtinens eccleſiam parochialem debet promoueri ad ſacerdotium intra annum: & ſi non fuerit promotus, ipſo facto vacat Eccleſia: ita quòd ſine ſententia priuationis poterit Epiſcopus illam Eccleſiam conferre. Sic iſtæ duæ conſtitutiones ſunt contrariæ: quia vna dicit quòd priuatur ipſo facto: alia dicit ꝙ non priuatur ipſo facto, ſed per ſententiã. Et in dictis c. licet canõ. & c. cõmiſſa. nõ fit expreſſa mentio de c. cùm in cunctis. quia in illis non dicitur, ꝙ eccleſia vacet ipſo facto. Non obſtãte c. cùm in cunctis, quæritur, quod iſtorũ. c. debent obſeruare iudices in iudiciis? Reſpõdet Romanus Pontifex, ꝙ c. licet canon. quod eſt poſterius, licet in eo non ſit expreſſa mentio de ca. cùm in cunctis, quia Papa cõ-

*Diuiſio capituli.*

Universidad de Deusto Biblioteca



dendo poſteriorem conſtitutionem contrariam primæ, videtur primam reuocare ex eo, quòd Papa ſciebat illam contrariam conſtitutionem, ſaltem præſumitur illam ſcire, cùm Princeps habeat omnia iura in ſcrinio pectoris. Sed quid Sanctiſsime pater, ponamus, retento eodem themate, quòd Papa fecit aliquam conſtitutionem nouam, quæ non eſt cõtraria aliquibus conſtitutionibus generalibus, ſed particularibus aliquorum locorum particulariũ: puta alicuius Eccleſię vel corporis, quia fortè in tali eccleſia eſt conſuetudo particularis ſuper aliquo iure, quod non fuerat diſpoſitũ per ius commune: Papa fecit aliquam conſtitutionem contrariam illi ſtatuto, & fecit illam conſtitutionem ſimpliciter, non derogando illi ſtatuto particulari: quia non dixit Papa, quòd vult vti tali conſtitutione, non obſtante tali ſtatuto: vtrum Papa videatur reuocare illa ſtatuta particularia? Reſpondet Romanus pontifex, quòd non. Et ratio eſt, quia Papa non videtur reuocare id quod ignorat: ſed Papa præſumitur ignorare illa ſtatuta particularia, quæ conſiſtunt in facto: ideo non videtur reuocare: quia quod quis ignorat, non videtur reuocare. Nota primò ex principio huius cap. quòd Princeps cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui: ideo ſi error conſiſtat in iure, non excuſat Principem. Simile dicunt Legiſtæ in l. omnium. C. de teſta. Sed hoc ideo eſt propter ſapientes & conſiliarios ſibi aſsiſtentes, qui dicuntur pars corporis ipſius principis: ideo machinans in mortem talium, committit crimen læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta. Nota ſecundò principalem effectum, ad quem emanauit præſens c. quòd lex noua & poſterior Principis, tollit præcedentem legem de directo contrariam: licet in noua cont. non fiat mentio, quòd Princeps intendat reuocare quaſcunque conſtitutiones contrarias: quia non eſt veriſimile, quòd Princeps voluerit legem iſtam nouam eſſe fruſtratoriam, & eſſet fruſtratoria, niſi reuocaret primam contrariam. Sed in ſtatutis particularibus eſt alia ratio: quia ſi hæc lex noua non ſeruatur in loco vbi ſeruatur ſtatutum particulare: ſeruabitur tamen in aliis locis, & ſic non erit fruſtratoria. Et hoc verum eſt, niſi talis conſtitutio particularis, eſſet generalis in toto loco: quia tunc videretur reuocari per conſtitutionem nouam. Sicut in regno Franciæ eſt conſuetudo generalis, quòd hæres alicuius defuncti cognoſcendo hæreditatem, eſt hæres, & etiam poſſeſſor, abſque alia corporali apprehenſione poſſeſsionis. Ponamus, quòd Rex fecit vnam conſtitutionem nouam, quòd hæres declarando ſe eſſe hæredẽ, non eſſet poſſeſſor abſque corporali apprehenſione: & in iſta conſtitutione noua nullam fecit mẽtionem de illa generali conſuetudine: nõne erit iſta conſuetudo reuocata per nouam conſtitutionem? Certè ſic: alias conſtitutio Principis eſſet fruſtratoria, & ſine affectu. Quæritur cùm gloſſ. in ver. facti. Quòd dicitur hic, quòd noua conſtitutio Principis non annullat conſtitutiones locorum particularium, niſi in ipſa conſtitutione aliud dicatur: vel quòd ipſæ conſtitutiones non reuocent eiam contraria ſtatuta: quæritur, vtrum hoc ſit verum, etiam ſi tale ſtatutum particulare diſponat idem quod ius commune? puta, Epiſcopus fecit ſua ſtatuta, quæ idem diſponunt ut ius commune. Nam plures ſunt Epiſcopi qui conſtitutiones ſuas Synodales extrahunt à corpore iuris, vt rectores eccleſiarum videant ea, quæ pertinent ad officium ſuum. Ponamus, quòd Papa fecit conſtitutionem contrariam iuri communi, non eſt dubium, quòd illa conſtitutio noua tollit ius commune. Sed nunquid tollit etiam ſtatuta particularia, quæ diſponunt idem quod ius commune? Reſpõdetur quòd ſic: & ideo cap. iſtud intelligitur, quòd illa ſtatuta particularia erant facta præter ius: quia ſi ſint facta ſecundum ius commune, tunc reuocato iure communi, reuocantur etiam illa ſtatuta.

a *Romanus.* vocantur interdum Epiſcopi, maximè Pontifices. xxj. diſtinctio. cleros. §. Pontifex. Solus verò Papa, Summus, vel Romanus Pontifex appellatur: vt hic xxiij. diſtinctio. in nomine. circa princ. infra tit. proxi. ſi gratioſè de ſentent. excommuni. ſi ſummus. in clem. ADDITIO. De diuerſis Papæ nominationibus Archi. hic tractans dicit quandoque dicitur Romanus, vel Romanæ eccleſiæ Epiſcopus. ij. quæſtio. vj. ſiquis Epiſcopus. Aliquando vrbis Romæ Archiepiſcopus: vt quarta diſtinctione ſtatuimus.

†Ponitur pro quamuis. Archi.

Princeps quare ſingitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris.

Lex noua tollit antiquam contrariam, nõ tamen ſtatutum.

Statutum iuri cõmune conſonũ noua conſtitutione ſol uitur.

Papa diuerſas habet nominationes.

## DE CONSTITVTIONIBVS.

### Bonifacius octauus.

*Noua conſtitutio Principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat. Speciales cõſuetudines & ſtatuta rationabilia non tollit, niſi id exprimat. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM I.

LIcet † Romanus[a] Põtifex (qui iura[b] omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere[c]) cõſtitutionem † condendo poſteriorẽ, priorẽ[d], quamuis de ipſa mentionem non faciat, reuocare[e] noſcatur[f]: quia[g] tamen locorum ſpecialium & perſonarum ſingularium[h] conſuetudines & ſtatuta † (cùm ſint[i] facti[k], & in facto conſiſtant) poteſt probabiliter

A in tit. melius xxj. diſt. c. ſi. Vel Epiſcopus: vt v. q. iiij. c. ij. in tit. de ſumm. trinita. l. inter claras. in tit. Aliquando Papa vrbis Romæ: xcvij. diſtinct. victor. in prin. Aliquando Patriarcha. xxij. diſt. c. vlti. Aliquando ſimpliciter Epiſcopus. j. q. iij. ſaluator. & c. ex multis. in tit. Et ſe dicit Miniſtrum indignum: eod. ca. ver. quapropter. Ioan. And.

b *Iura.* Nota ex hac litera rationem, quare aliud in iuribus, aliud in reſcriptis, vt primum ius tollatur per ſecundũ contrarium: ſed non primũ reſcriptũ per ſecundum, niſi de illo fiat mentio: de reſcript. cæterum.

Gloſſa ſeq. allegat vnam concor. & duo cõtraria, & remittit.

c *Habere.* Cod. de teſtam. l. omnium. Contra xxiij. diſtinct. præterea in gloſſ. ſin. B & xxx. quæſt. iij. quod autem. in gloſſ. j. vbi nõ recoluit Vrbanus eius, quod prædeceſſor Leo prohibuerat. Solu. vt in prædicto ca. præterea. notatur.

d *Priorem* poſteriori directè contrariam.

Gloſſa ſequens allegat tres concord. dat ſimile, de qua dat rationem & regulam: & duos caſus excipit.

e *Reuocare.* de conſecr. diſt. j. vaſa. de co. ſpiri. c. j. ff. de leg. j. non eſt nouum. In legibus ergo cõtrariis ſtamus vltimæ. Idẽ in teſtamentis xiij. quæſt. ij. vltima voluntas. de cele. miſſa. cùm Marthę. §. ceterum ſicut. ff. de leg. j. ſi mihi & tibi. §. ſin. Ratio eſt vtrobique: quia vtrunque pendet ex voluntate viuus tantum: in his autem quæ pendet ex voluntate duorum[a], dic vt dixi, infra de reg. iur. qui prior. Quod de teſtamẽto dixi, ſcilicet, quòd vltimo ſtamus, intelligas etiamſi in ipſo de primo non fiat mentio. Fallit in duobus caſibus: ſcilicet, ſi primum teſtamentum factum ſit inter liberos. C. de teſta. authen. hoc inter liberos. & ſi ipſe teſtator legẽ teſtandi ſibi dixit ſic. Si fecero aliud teſtamentum, non valeat quia tunc ſecundum faciẽdo, oportet quòd faciat mentionem primi. ff. de lega. iij. l. ſi quis in principio teſtamenti. Io. And.

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit. Iterũ obiicit, & remittit.

f *Noſcatur.* eſt contra. s. de præſcrip. nonnulli. de xta. & quæ. eam te. s. de capel. mo. ex parte. j. de exceſſ. præl. c. vnico. & xxv. quæſt. ij. reſcripta. & c. dicenti. §. omnes. quæ eſt. l. C. ſi contra ius vel vti. pu. l. vlti. & ibi de hoc. Dic prædicta iura non eſſe contraria: illa enim de reſcriptis datis contra legem loquuntur, quæ non valent niſi in ipſis fiat mentio de lege[b], & maximè cum ibi cadit error facti: vt c. nonulli. hic de ſecunda lege loquitur, quæ primam tollit directè contrariam, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit eſſe ratio: quia maturius & deliberatius ſit legis promulgatio, quam reſcripti conceſsio: ad hoc s. in proœmio huius libri, in fin. In reſcripto etiam dicimus, quòd ſi conſtaret de certa ſcientia Principis, valeret reſcriptum contra ius elicitum, vt in contrariis notatur: ſed prima facie præſumitur per importunitatem obtentum: vnde expectari ſolet ſecunda iuſsio in authen. vt nulli iudi. §. & hoc verò iubemus. collat. ix. in authe. de iudi. §. omnes autem. col. vj. & ſi reſcriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen reſcripti: & dicendum eſt priuilegium. iij. diſtinct. priuilegia. de verbo. ſigni. abbate. Item contra quia antiquiori iuri ſtandum eſt: xxxiij. quæſt. ij. hoc ipſum. & l. diſtinct. domino ſancto. in fi. Dic vt D ibi in gloſſ. pen.

g *Quia tamen.* diuerſitatis ratio.

h *Singularium.* Nota, quia per hoc patet, quòd generalem conſuetudinem bene tollit noua conſtitutio principis, & meritò: quia illius legis promulgatio alias ſuperflua & inutilis eſſet: ſed in ſingularibus ſecus: quia licet lex non habeat locum Bononien. habebit locum Mutinæ, Paduæ, & locis aliis.

i *Cùm ſint.* ratio rationis.

Gloſſ. ſeq. reci. per quæſtionem, quam exemplificat, & ſoluit inducens ſex rationes.

k *Facti.* nõ enim reuocat quę ignorat: ignorat autẽ quę ſunt facti. Et puto per hanc literam terminatam quęſtionem illã, qua quęritur, an noua cõſtitutio reuocet ſtatutum Epiſcopi cõtrarium, quo ſolum cauebatur ius commune. Pone in terminis decre. de æta. & qualit. præterea. quæ quantũ ad præſentationes patronorũ, eſt hodie reuocata per decret. j. de iuſt, c. ij. Nunquid & ſublatũ erit ſtatutũ Epiſcopi, quo idem ſimpliciter cauebatur, quod dicit decre. præterea. Eodem modo poteſt poni exemplum de decre. s. de cõceſ. preb. accedẽs. & de decre. eo. tit. c. ij. & de decre. j. de cẽſ. Romana. & cap. exigit. & de

† Quæ dicitur quaſi cõmune ſtatutũ. et verbũ ſtatuti reſpicit ius ſcriptum. x. diſt. §. cum itaq. ſecundũ Archid.

† Statuta locorũ intelligo illa quæ generaliter ibi obſeruantur & extraneos tranſgreſſores ligãt. c. quæ contra mores. 8. diſt. gl. in Lucen. Megla. ff. ad l. Aquil. ſtatuta perſonarum voſtatuta aliena corporis, quæ niſi incorporatos ligãt. Pe. de Anchara. Font.

a De Anchara. colliget hic, quòd diſpoſitio tractãs in cõtractum nõ reuocatur. Bart. ad ſi. l. omnes populi. de iu. & iure. adde his textum & glo. in l. q ſemel ſf. de decret. ab ordin. faci. vide Are. c. j. de proba. Font.

b Sequitur de Ancha. & de clauſula illa, Non obſtãte, vide ad ta. in extrauag. ad reprimendum. ad ſi. Font.



& de decre. eod. tit. felicis. Dico autem, quòd ſicut ſublatum eſt ius commune: ita & ſtatutum, quod ſimpliciter continebat ius commune[a], cùm illud non ſit facti, nec conſiſtat in facto: immo ſit iuris, & cõſiſtat in iure: & facit quod not. Inno. Hoſt. & moderni. s. de reſcrip. c. j. vbi not. quòd de reſcripto, vel priuilegio, quod ſimpliciter cõtinet ius commune, in ſecundo priuilegio vel reſcripto nõ eſt neceſſe fieri mentionẽ.[b] Quòd ſi cõtrariũ diceremus, iã Epiſcopi poſſent tollere poteſtatẽ ſummo Pontifici tollẽdi iura in diœceſibus ſuis, ſtatuendo ſimpliciter, quæ iure cauentur. Itẽ probo id euidentiſsima ratione: iſta decre. æquiparat iſta duo, conſuetudines, & ſtatuta ſingularia: ſed iam ſequeretur, quòd omnium iurium correctio vel mutatio eſſet inutilis. Dicam enim, quòd licet reuocatum ſit ius commune: tamen conſuetudo præſcripta, qua ſeruatum fuit ius commune, reuocata non ſit[c] eadem ratione, qua id s. diximus de ſtatuto. & id eſſet abſurdum. Item non poſſumus dicere, quòd ſtatuta continentia ius commune, ſint ſingularium perſonarum: quod requirit hæc decre. Item ſi Papa tollit ſuam conſtitutionem, quod eſt plus: multò fortius conſtitutionem inferioris idem dicentem, quod eſt minus. Ad hoc optime facit extra de fide inſtrum. paſtoralis. vbi dicitur, quòd ſi decret. extrauagans conſonat iuri communi, iudicari debet ſecundũ ipſam: quia ius eſt. Idem igitur dicam in locali ſtatuto: quòd ſi continet ius commune, ſublato iure, tollitur ſtatutum[d], quod ius commune eſt. Si igitur cõſuetudo & ſtatutum ſingularia ſint, & conſiſtant in facto, & ſint rationibilia, nec expreſſe reuoceatur: eis non derogatur per conſtitutionem nouiter editam; alias ſecus. hoc dicit decretalis Ioannes Andr.

a Idem dicit de Anchara. reſpõ. Ioã de Lig. tenẽti contra gl. Fon.

b Idẽ Phil. vide Feli. in ca. 1. s. de reſcr. Font.

e Et ſine dubio ſic dicendum eſt quãdo fieret ſcandalum ſi lex nõ obſeruaretur: not. gloſ. Dom. c. ſuper eo. s. de cog. ſpi. Dom. Phil. Fon.

d Niſi alia eſſet ratio ſtatuti, quã ſit iuris cõmunis. Do. & plenius vide Imo. Bartolũ in l. 1. ff. ad l. Falci. Font.

e Idẽ Phil. et in dubio præſumitur rationabilis, Fonta.

f Gloſſ. ſequũtur Phi lip. Do. niſi conſuetudo iuuaretur noua ratione. Bat. in c. ſi. de conſuetu. et ibi Rochus de Curte. Fõ.

g Secundũ Ioan. Mo. dic illã l. loqui, quãdo lex quæ cõſuetudinem ſequitur, adiuta eſt iure quod vtilitati publicæ prouidet, vt illa duo iuncta cõſuetudinem tollant: alle. j. de iureiurãm. licet. Ioan. And.

ignorare[a]: ipſis[b], dum tamen ſint rationabilia[c], per conſtitutionem à ſe nouiter editam, (niſi expreſsè[d] caueatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare[e].

### Idem.

*Duo ſunt dicta. Primum, quòd ſtatuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, quòd ſtatutũ Epiſcopi, extra ſuam diœceſim ſubditum non ligat. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

VT animarum[f] † periculis obuietur: ſententiis[g] per ſtatuta[h] quorumcunque ordinariorum[i] prolatis, ligari nolumus ignorantes[k]: dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit aut ſupina[l]. Statuto epiſcopi[m], quo in omnes, qui furtum commiſerint[n], excommunicationis ſententia promulgatur: ſubditi eius furtum[o] extra

a *Ignorare.* s. vt eccle. bene. vt noſtrum.

b *Ipſis.* ſcilicet conſuetudinibus & ſtatutis.

c *Rationabilia.* Vtrum conſuetudo ſit rationabilis necne, relinquẽdum eſt iudici[e], cum nec certa regula tradi poſſet ſecundum Hoſtien. qui hoc not. in ſumma, de conſuet. §. quid ſit conſuetudo, ver. conſuetudo eſt vſus. Et bene dicit, Rationabilia: quia hoc ſolũ quod rationabile eſt, defendit eccleſia xxiiij. diſ. c. vlt. & lxxxj. diſ. ſi qui ſine. De rationabili autẽ cõſuetudine pone exẽpla. j. de cõſue. c. iij. & iiij. s. de cõſue. cùm dilectus. & facit quod dicam infra. de elect. ex eo quod in fin.

d *Expreſſè.* j. de cõſuet. c. j. & ij. de elec. quia ſępe. & c. cũ non deceat. in quibus reuocantur etiam priuilegia & ſtatuta. de cleri. non reſiden. cap. vno. j. de cẽſ. quanquam. de pœ. & re. cap. ij. de biga. c. vno. de ca. mo. c. vno. cùm ſi. quæ omnia non videntur competẽtia exempla, cùm illa non eſſent rationabilia. Quod verum poteſt dici hodie, quia ius reſiſtit[f]. habes exempla hodie circa conſuetudines, de æta. & qualit. vt ij qui. in ſi. cum ſuis concordantijs in clemen.

Gloſſa ſequẽs ſignat contrarium, & ſoluit, & opinionem Hoſt. reprobatam dicit.

e *Derogare.* contra. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. Diuus. Sol. Illa lex multis modis intelligitur, vt ibi no. & ff. de leg. l. de quibus. D Sed inquãtum dicere videtur, quòd cõſuetudo vel ſtatutum præcedens legem, tollatur à lege. dici poteſt hoc verũ, cùm princeps hoc intendit: vt not. Bern. ſe intelligere illam legẽ. s. de fide inſtru. paſtoralis. in gloſ. j. in ſi. quæ ſolutio approbatur per hanc decret.[g] Reprobatur autẽ hic opi. Hoſtien. qui contra hunc textum no. in ſumma, de conſue. §. & de virtute. ver. ſed ſpeciale eſt.

VT animarum.] Duæ ſunt partes. Secunda ibi, Statuto. In prima ponit dictum, cui determinationem ſubdit: ibi, Dum tamẽ. In ſecunda ſoluit dubium & rationẽ ſubdit: ibi, Cum extra. Hæc decre. edita fuit ad declarationem decreta. de ſenten. excom. à nobis. j. & eius quod ibi not. Ioan. And.

CASVS. Epiſcopus fecit ſtatutum, vt nullus clericus ſuæ diœceſis portaret arma, vel comã nutriret, vel aliquid aliud faceret ſub pœna excommunicationis, quam volebat cõtrafacientẽ incurrere ipſo facto. Accidit, quòd tẽpore quo fuit factũ tale ſtatutũ, nõ erã in diœceſi, ſed poſtea ſum reuerſus in diœceſim, & feci contra ſtatutũ. vtrũ ſum ipſo facto excõmunicatus? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non: quia conſtitutio Epiſcopi (idẽ de quacunque alia cõſtitutione) nõ ligat probabiliter ignorãtes: ſecus eſt de ignorantia craſſa &

A ſupina: quia illa non excuſat. Sed quid Sanctiſsime pater: ponamus quòd epiſcopus meus fecit ſtatutum quòd nullus clericus arma portaret ſub pœna excommunicationis: ſciebam tale ſtatutum: accidit, quòd dum fui extra diœceſim, portaui arma: & ſic feci contra ſtatutum. Vtrum incidi in pœnam ſtatuti? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non: & dicit, quòd ſtatuta facta ab eo qui habet territoriũ limitatum, nõ habet vires extra territoriũ & diœceſim, ſed ſolum in diœceſi. Textus. {Supina.} quæ eſt ignorare quod omnes ſciũt, vel ſcire tenẽtur. {Furtũ.} iura bene dicunt, quòd faciens furtũ excommunicetur: ſed non dicunt, quòd qui facit furtũ, ſit ipſo iure excõmunicatus. Nota ex principio cap. quòd ſtatuta Epiſcoporum, vel quorumcunque habentium poteſtatem ſtatuendi, non ligant probabiliter ignorantes, qui poſſunt prętendere iuſtam cauſſam ignorantiæ: niſi eorum ignorantia fuerit craſſa & ſupina. vt ponamus quòd in hac ciuitate fuit facta conſtitutio pœnalis: & fuit publicè publicata: ſi dico quòd ignoro talem conſtitutionem, quia non fuit mihi notificata: non habeo iuſtam cauſſam ignorantiæ: quia non eſt neceſſe, quòd conſtitutio auribus ſingulorum inculcetur: vt in ca. j. de poſtu. præla. in an. tamen quis admittitur ad probãdum, quòd notificatio illius conſtitutionis non venit ad eius notitiam. Nota, quòd ſtatutum alicuius ſtatuentis non habet vires extra territorium, ſed reſtringitur ad limites territorij facientis ſtatutum. Secus eſt in infamia & excommunicatione, quæ afficiunt perſonam, ſicut lepra afficit perſonam leproſi: ideo ſi ſubditus Epiſcopi fuerit excommunicatus, & exeat diœceſim, ſemper remanet excommunicatus.

f *Animarum.* ad idem. j. de iureiu. c. j. & de ſepul. c. j.

Gloſſa ſequens reci. q. & ſoluit. & huic literæ reſpondet du C plicit.

g *Sententijs.* quæ ligant animam, vt locum habeat proxima ratio: ſed idem in aliis ſententiis quæ pœnas temporales inferunt per l. ff. de decre. ab or. fa. l. vlt. vbi habes, quòd municipali ſtatuto non ligatur ignorans, ſed ſciens tantum: ad hoc Cod. de teſta. l. iubemus. in ſi. & poteſt dici, quòd in hoc prouidetur animabus, ſaltem propter peccatum inobedientiæ, quod eſt maximum[h]. viij. q. j. ſciendum: vel de his dixit: quia de aliis non erat dubium per dictam legem.

h *Statuta.* de generalibus ergo ſtatutis canonum, vel legum non loquitur, quæ ab omnibus ſciri & cuſtodiri debent: ſuprà de conſtitut. cap. j.

i *Ordinariorum.* Qui dicantur ordinarij, not. Goff. & Ber. ſuprà de offi. ordi. cùm ab eccleſiarum.

k *Ignorantes*[i]. Contrariũ not. Ber. in præ. decre. à nobis. ſuprà de ſent. excommuni. & mouebatur ex eo, quia incidebat in factum iam damnatum: & quia in culpa fuit rem prohibitam faciẽdo: & quærere debuerat: ſicut etiam vbi culpa præcedit, non excuſat metus. ff. quod me. cau. ſi mulier.

l *Supina.* quæ eſt ignorare quod omnes ſciũt. de poſtu. Prælat. c. j. §. verùm quoniam. de cleri. excommunica. mini. Apoſtolicæ. Ignorantia ergo alia facti, alia iuris. Si iuris, aut communis aut ſingularis: ſtatutum enim Epiſcopi ius facit inter ſubditos, quod tamen non ligat probabiliter ignorantes, vt hic.

m *Statuta Epiſcopi.* Nota Epiſcopum poſſe facere ſtatuta: ad idem. s. proxi. reſpon. s. de maio. & obe. ſi quis venerit. & legatos in prouincia ſua. s. de offi. leg. cap. vlt. & ſunt talia ſtatuta perpetua, etiam poſt obitum vel receſſum, vt ibi.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium, tripliciter ſoluit: primam approbat, & remittit.

n *Commiſerint.* Contra. j. de ſentent. excommu. Romana. §. caueant. vbi dicitur, quod pro futuris delictis excommunicatio ferri non debet. Sol. Aliud eſt, ferre in aliquem excommunicationis ſententiam pro futuro delicto: vt ſi dicat, Excommunico te ſi tale quid feceris: quod ibi prohibetur. Aliud, ſtatutum generale facere excommunicationem fulminans, quod hic permittitur: vt s. de ſentent. excommuni. à nobis. j. Vel licet ibi prohibeatur ferri: tamen lata tenet: vt ibi not. Ber. Vel ſi dicatur, quòd iſtud Commiſerint, ſit præteritum: nullum eſt cõtrarium. Quod prius dixi[k], tene: & adde quod ibi dicam.

o *Furtum* quod eſt contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa, & animo lucrãdi: inſti. de ob. quę ex quaſi deli. in princ.

† Doct. hic not. quòd laici ligantur ſtatuto Epiſcopi in fauorem animæ facto: c. nouit. de iudi. ca. nos inter. de purgatio. cano. Font.

h Placet Do. Philip. qui ex glo. inferunt, quòd veniens cõtra ſtatutum municipale peccat. vide gl. x. diſtinct. c. quod autem Fõ.

i Dom. hic quòd peccãs punietur pœna alterius legis, nõ ſtatuti: idem Phil. Fõnt.

Epiſcopus poteſt facere ſtatutũ. Statutũ legati eſt perpetuũ.

Excõmunicatio poteſt ferri pro futuris culpis per viã ſtatuti.

k Iſtud etiã tenent Do. de Anchar.

Universidad de Deusto Biblioteca



*& cõmendant gl. ibi præteritũ: in dubio tamen verba intelliguntur vt ſint futuri temporis. Font.*

princ.& §.furtum autem.& §.placuit, & prohibitum eſt in decalogo.xiiij.q.v.pœnale.& in ſecunda prohibitione obtinet quartum locũ,quod dic vt nota.xxxij.q.vij. quid in omnibus.

a *Diœceſim.* in qua totam iuriſdictionem habet ordinariã:& in quolibet ipſius loco non exempto, poteſt pro tribunali ſedere.j.de offic.ordi. cùm Epiſcopus.

b *Cùm extra.* ratio. Et nota de omnibus rationem reddẽdam: quod dic vt ſ. de reſcrip. ſiquando.

tra ipſius diœceſim [a] committentes, minimè ligari noſcuntur: Cùm extra [b] territorium [c] ius dicenti non pareatur impunè [d].

DE RESCRIPTIS.

*Territoriũ quid eſt.*

c *Territorium* ſuum. ſ.de offic.leg.nouit.ff.de iuriſ.om. iudi.l.vlt. Et eſt Territorium, vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis. quod ab eo dictum quidam aiunt,quòd magiſtratus eius loci intra eos fines terrẽdi.i.ſubmouendi ius habẽt.ff.de verb. ſig.pupillus.§.territorium.

d *Impunè.* i.ſine pœna, id eſt non parens ex eo pœnam non patitur.

*Continuatio.*

DE RESCRIPTIS. Iſta rubrica continuatur ad præcedentem in modum qui ſequitur.Dictum fuit ſ.tit.proxim. de conſtitutionibus,& ſic de iuribus. Nam conſtitutio largè ſumpta accipitur pro omnibus partibus iuris ſcripti: verùm quia parum eſſet iura condere,niſi eſſent iudices qui illa tuerentur, & redderent vnicuique ius ſuum: idcirco viſo de iure,reſtabat videre & de iudicibus,qui iura reddunt.Sed quia iudices vt plurimùm conſtituuntur per reſcripta, idcirco præmittitur hæc rubrica,de reſcriptis. Vnde ſciendũ, quòd nos habemus reſcriptum,priuilegium,& beneficium.

*Reſcriptũ largè & ſtrictè ſumitur.*

Reſcriptum in iure accipitur dupliciter:videlicet ſtrictè, & largè.Reſcriptum largè ſumptum, comprehendit reſcriptũ ſtrictè,ſiue in ſpecie ſumptum,& beneficium Principis. Sed reſcriptum ſtrictè,& in ſpecie ſumptum, dicitur illud, quod emanat ad obſeruantiam iuris communis: puta, cùm quis conqueritur Principi,quod aliquis facit contra iura, ſupplicans,vt princeps det ſibi iudicem delegatum qui faciat obſeruari ius commune. In iſto autem titulo reſcriptum accipitur largè:quia in eo tractatur de gratiis circa beneficia obtinenda.Priuilegium verò dicitur illud,quod emanat contra ius commune in fauorem aliquarum perſonarum: & dicitur

*Priuilegiũ quid ſit.*

Priuilegium,quaſi priuata lex:vt quia de iure communi omnes habentes prædia, tenentur ſoluere decimas prædiales Eccleſiæ parochiali, Papa concedit aliquibus priuilegium, vt de laboribus ſuis non ſoluant decimas: vel de terris ſuis, quas colunt ſiue coli faciunt propriis ſumptibus,nõ ſoluant decimas:ſicut fuit cõceſſum pluribus religioſis, vt de terris ſuis,quas colũt ſiue coli faciũt propriis ſuis ſumptib',nullas

*Beneficium principis quid ſit.*

ſoluant decimas:iſtud vocatur Priuilegium. Sed Beneficium Principis, dicitur gratia, quam princeps facit alicui præter ius:vt puta,Papa fecit mihi gratiam,vt mihi detur beneficiũ, quod primò vacabit in eccleſia Pictauienſi. Et licet priuilegium reſcriptum,& beneficium differant(vt dictum eſt)tamen reſcriptum largo modo ſumptum comprehendit omnia iſta.

*Diuiſio.*

Ipſo iure. Ponit dictum, à quo duos caſus excipit ibi, Quam excommunicationis. Ioannes Andr.

*Summariũ Domini Heliæ.*

Reſcriptum delegatorium, ab excommunicato impetratum,eſt ipſo iure nullum: nec valet proceſſus per illud reſcriptum factus, etiamſi oppoſitum non fuerit. Fallit in reſcripto in cauſa excommunicationis vel appellationis. hoc dicit.Pro intellectu huius cap.præſupponendum eſt, quod habetur infrà eodem libro de excep. in cap.pia.vbi dicitur,quòd ſi excommunicatus maiori excommunicatione,fuerit in iudicio agendo, & nõ fuerit exceptum de excommunicatione, valet proceſſus cum eo factus:tamen licet excommunicatio ante litem conteſtatã oppoſita non fuerit,poterit opponi in quacunque parte litis,& obtenta abſolutione, accipiet excommunicatus proceſſum in ſtatu in quo erat ante excommunicationem. CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma: vel te poſsidere beneficium meum: eo quòd habebam ordinarium loci certa ratione ſuſpectum: nolui te conuenire coram ipſo, ſed à Papa impetraui reſcriptum delegatorium ad aliquem iudicem, qui cognoſceret de huiuſmodi cauſa. tempore impetrationis eram excommunicatus maiori excommunicatione: præſentaui illud reſcriptum delegato,qui virtute illius reſcripti proceſsit vſque ad definitiuam ſententiam poſteà peruenit ad notitiam tuam,quòd tempore impetrationis reſcripti eram excommunicatus maiori excommunicatione: voluiſti proponere nullitatem proceſſus,ſententiæ,& reſcripti.Quæritur,nunquid ſis audien-dus? Videbatur quòd non: quia exceptio propoſita in quacunque parte litis, non annullat proceſſum factum anteà. Non obſtante iſta ratione dubitandi,dicit Rom.Pont. quòd certè iſtud reſcriptum non valet, nec proceſſus inde ſecutus.Et ratio eſt propter defectum iuriſdictionis:quia ex quo fuit reſcriptũ ab initio nullum,per id nõ fuit tributa iuriſdictio delegato.Sed ſecus ſi iudex aliàs haberet iuriſdictionẽ: quia eſſet ordinarius vel delegatus, & impetrans non erat tẽpore impetrationis excõmunicatus:quia

Gregorius nonus.

*Reſcriptum impetratum ab excommunicato,eſt ipſo iure nullum, & quidquid inde ſecutum eſt: niſi in cauſa excommunicationis, vel appellationis.*

CAP. I.

Ipſo iure[e], reſcriptũ[f]

proceſſus eſſet validus, donec eſſet oppoſita exceptio excommunicationis. Sed quæritur an ſit verum indiſtinctè quod reſcriptum delegatorium impetratum ab excommunicato,ſit nullum ipſo iure? Reſpondet Rom.Pon.quòd hoc non eſt verum indiſtinctè:ſed fallit,ſi excommunicatus impetret reſcriptum in cauſa excommunicationis vel appellationis:puta,Epiſcopus Pictauiẽſis me excommunicauit: dico excommunicationem eſſe iniuſtam, & vlterius dico, ꝗ ſum abſoluendus ſine emẽda,& abſque aliqua cautione: acceſsi ad ſedem Apoſtolicam,& impetraui reſcriptum ad aliquem iudicem delegatum,per quod mandabatur, vt ſi iudici conſtaret de iniuſta excommunicatione, me abſolueret: quia potuiſſem adire Ordinarium: & Papa concurrit cum Ordinario:& ſic potui adire Papam, & impetrare reſcriptũ. Aliàs ſequeretur,quòd excommunicatus iniuſte,non haberet aliquod remedium contra iniuſtam excommunicationẽ. Item fallit in cauſa appellationis, vt ſi aliquis excommunicatus appellet,& impetret reſcriptum in cauſa appellationis reſcriptũ valet, vt reparetur iniuria ſibi facta à iudice à quo. Textus.{Articulo}. vnde articulus eſt pars intentionis continens illud,quod actor vel reus intendit probare.c.veniens. ij.ibi,Pars autem ſuprà de teſti.Et articuli quandoque vocãtur intentiones,quandoque aſſertiones. Nota primò,quòd excommunicatus regulariter non poteſt impetrare reſcriptum delegatorium contra ſuos debitores. Nota ſecundò, quòd proceſſus factus virtute reſcripti nullius, eſt ipſo iure nullus:quia vbi non eſt fundamentum, deſuper ædificari nõ poteſt. ſecus ſi reſcriptum non eſſet nullum, licet eſſet ſurreptitium & elidibile ope exceptionis: quia tunc delegatus virtute illius reſcripti haberet iuriſdictionem, ſed elidibilem per exceptionem. Nota tertiò duos caſus exceptos à regula poſita in principio cap.in quibus valet reſcriptum ab excõmunicato impetratũ:videlicet in cauſa appellationis, & in cauſa excõmunicationis. Nã in cauſa excõmunicationis, excõmunicatus poteſt eſſe in iudicio tanquã actor,& impetrare iudices delegatos,& petere relaxari excõmunicationẽ ſuam quam dicit iniuſtam.Item in cauſa appellationis poteſt excommunicatus maiori excommunicatione appellare, & appellationem proſequi, & reſcripta impetrare. Sed vtrum per iſtud c.ſit correctũ c.pia. j.de excep. Dicit gl. in verbo, Proceſſus(& bene)quòd non:quia illud c.pia intelligitur in excommunicato agente coram Ordinario vel Delegato,qui agens tempore impetrationis nõ erat excommunicatus, ſed incidit in excommunicationem poſtquam Delegatus recepit iuriſdictionem virtute reſcripti delegatorij. Iſtud autem c.intelligitur de excommunicato agente qui tempore impetrationis reſcripti erat excommunicatus.

*Iſtud cap. procedit in excommunicatione occulta ſiue manifeſta, exceptis caſibus hic poſitis: ſed quod de appellatione hic dicitur,hoc fallit in actu partis extraiudicialiter facto.c.ſicut. ſ.de ele.nã tunc non excipit: ſed agit. Phil. et Do.in ſi. lecturæ ſuæ colligit 15. limitationes ad iſtud c. quas vide. Font.*

Gloſſa ſequens ponit,quod reprobat.

e *Ipſo iure*[a]. ergo ſine exceptionis ope. & ſic falſam puto opi.Tan.& Inno. no.ſ. de offi.deleg.prudentiam. §.ſexta. & Ber.Compoſt.no.ſ.eo.c.ſuper literis. in glo.hic quæritur.& Guil.Du.no.in Spe.ti.de reſcrip.præſentatione.§.ratione autem impetrantis ver.quid de proceſſu. qui omnes dixerunt, quòd proceſſus habitus per literas impetratas ab excommunicato,valet, ſi non opponatur exceptio. Et hoc dico territus,cùm ſupradicti omnes(excepto Tan.) hanc viderint decretalem:vnde vel non ponderauerunt hoc verbum,Ipſo iure,poſitum in principio hic: vel hanc decretalem putauerũt eſſe correctam per decre.pia.quod non credo: cùm pars illa quæ correcta eſt, remota fuerit:vt j.dicam.

*a Iſtã glo. probãt Docto ex qua notat Phil. quòd iudex procedẽdo ad vlteriora non validat proceſſum ſuũ vbi reſcriptum eſt penitus nullũ. vi. Do.Fõ.*

Gloſ.ſeq. ſoluit quæſt.& ſolutionẽ probat trib' rationib'.

f *Reſcriptum.*ſuprà eo.dilectus filius Abbas. Et ſatis hic puto terminatam quæſtionem, qua quæri ſolet, vtrum reus actorem, quem excipiendo contra reſcriptum & perſonam, repulit excommunicationis vigore,coram ipſo delegato recõuenire poſsit.Et patet quòd non[b]. Si enim nullum eſt reſcriptum,& conuentio eſt principale, & reconuentio acceſſorium:ſublato principali,& acceſſorium.j.de reg.iur.acceſſorium.cum ſuis concor. Item cauſa conuentionis & reconuentionis ſimul ſunt tractandæ. ſ. de mu pe.c.j.de ordi.cog. cùm

*b Gloſ. bene dicit ſecundũ Do. ſi tamẽ exciperet ſolũ cõtra perſonã, fieret reconuentio: facit j. de elec. ab eo. Do.Fon.*



cùm dilectus.quod hic eſſe non poſſet. Item conuentio eſt expreſſum,reconuentio tacitum. Sublato igitur expreſſo,& tacitum eſt ſublatum.C.ſi reus vel accu.mor.fu. l.vlt. & facit quod not.de cle.coniug.quod à te.& hoc tenuit Tan. Barth. Brixi.in q.Veneriali.xxx.quę incipit,Actor cõueniebat reũ.

Gloſ.ſeq. quęrit, & ſoluit diſtinguendo. Itẽ quęrit de ratione, & ponit duplicẽ,quã improbat:& quadruplicẽ, quã approbat.

a *Proceſſus.* Nũquid ergo correcta eſt decret. pia. j. de excep. vbi dicitur, ꝗ proceſſus habitus cum excommunicato tenet, donec opponatur exceptio: & poſtmodum ipſo abſoluto, reaſſumatur cauſa in eodem ſtatu? Solu. Non eſt correcta: immo potiùs corrigeretur iſta per illam cùm illa ſit poſterior. Eſt enim Innoc.iiij.ſed hæc Gregor. ix.ſuprà titu.proxim. cap j. Sed neutra per alteram corrigitur, ſed in diuerſis caſibus loquuntur. Nota igitur primò, falſam eſſe opin.modernam Bern.not.in decre.pia in gloſſ.ſed mirum.& in prædicta decret.dilectus.in gloſſ.ſic videtur.verſ.ſecus ſi antiquis. & in decretali. de off. de leg. prudentiam. in gloſſ. ſic videtur. & in gloſſ.ſecus eſſet, in quibus dixit, reſcriptum ab excommunicato impetratum valere poſt ſuam abſolutionem. Et vera eſt ipſius Ber.opi.antiqua,vt per prædictas gloſſ. apparet.& de æta.& qua.cùm bonæ.& cle. ex commu.mi.propoſuit.Circa hanc igitur materiam ſic diſtingue:aut excommunicatus maiori agit coram Delegato, aut coram Ordinario.In primo caſu ſubdiſtingue, quia aut erat excommunicatus tempore impetrati reſcripti,aut poſtea fuit excommunicatus.In primo caſu ſubdiſtinctionis habet locũ hæc decr.vt ſcilicet non valeat reſcriptum, nec proceſſus per ipſum habitus, niſi impetratum fuerit ſuper cauſa excommunicationis vel appellationis, vt hic,& in concor. ſuperiùs allegatis. In ij.caſu.ſ.quando poſt impetrationem excommunicatus fuit,locum habet decre.pia[a] & de offic.deleg prudentiam. §.ſexta. Si agit coram Ordinario, tunc tria tempora diſtingue: ſecundùm vetera iura non tenebat proceſſus cum ipſo habitus. ſuprà de excep. exceptionẽ. aliàs non video quare ibi fieret condemnatio expenſarum[b], ſi tenuiſſet habitus proceſſus: vt ibi etiam not. Poſtmodum ſtatuit ibi Gregor.in deciſ. huius decre. quòd teneret proceſſus habitus cum excommunicato,ſi reus eum ſcienter admiſit, aliàs non.Secundum moderna verò iura tenet proceſſus, & locũ habet decr.pia.& ſic nec corrigitur, nec corrigit. Si quæratur,quæ ſit ratio diuerſi iuris, & ſi dicatur,quòd excommunicatus impetrans peccauit ſe ingerendo communioni hominum:non valet hęc reſponſio,cùm eadem ratio ſit in Ordinario.Si dicatur, quòd hæc ſit ratio, quia reſcriptum impetratum fuit tali veritate tacita, qua expreſſa literas non habuiſſet:non valet etiam hæc reſponſio:quia tunc reſcriptum habet elidi exceptionis ope, non ipſo iure. ſupra eod. ſuper literis,& hoc no.Ber.ſupra eo.ad audientiam.ij. Vnde ſatis mirandum videtur,quòd ſi ago corã Ordinario, tenet proceſſus:& ſi ab eo impetro Delegatum, nec reſcriptũ valeat, nec proceſſus. Sed poteſt eſſe ratio: quia iuriſdictio delegata ſumit initiũ ex perſona agentis & impetrantis: & ideo cùm vitioſum fuerit principium.j.q.j.principatus,nec reſcriptum valeat,nec proceſſus.Ordinaria autem iuriſdictio ab actore agente non incipit, & ideo ibi ſecus. Item iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, extraordinaria odioſa: vt ſuprà eod.ad hoc.Item quando proceditur coram Ordinario vel Delegato impetrato ante excommunicationem: eſt in aliquo quod imputetur reo, qui de excommunicatione debebat excipere ſi ſciebat,alias inueſtigare debebat: ſed vt plurimùm, delegatũ impetrat actor abſente reo, & ideo non valet impetratio,nec proceſſus habit' ipſius impetrationis vigore,vt hic. His ergo rationibus,& excommunicati odio, ſpeciale dicatur, quòd in hoc caſu veritas ſuppreſſa ipſo iure vitiet reſcriptum, & proceſſum habitum per illud.

*Excõmunicatus maiori excõmunicatione, an poſsit agere corã delegato vel ordinario.*

*a Sicut enim ſequẽs excõmunicatio non vitiat votũ eligẽtis, ſed ſola præcedens: de elect. cũ inter R.ita nec vitiat reſcriptũ. Ioan.And.*

*b Not. glo. iuncto textu quem allegat,quòd reus differens proponere exceptionẽ redde tem iudiciũ retro nullũ punitur in expẽſis. Philipp. Do.Font.*

b *Ab excommunicato.*maiori excommunicatione:vt ſ.de excep.à nobis.& j.eo. c.pia.

Gloſſa ſequens quærit.ponit opi. cuius tenet contrarium, & reſpondet allegatis in contrarium.

c *Alio.* Quid ſi excommunicatus impetrat literas inquiſitionis(Not.Goff.de offic. deleg.prudentiam.in gloſſ. colligitur,quòd bene valent literę:& hoc ideo,quia fama ibi habetur accuſatoris loco:vt ſuprà de accu qualiter.ij.§.ex quibus.& licet promouens ineptus appareat: nihilominus valet reſcriptum, & proceditur per illud. ſuprà de accuſ. cum oporteat.vbi idem tenet Innocen.& Hoſtien. & hoc quando excommunicatus ſolum miniſterium præbuit, nec nominatus fuit in literis[e]. Idem Guil. in Spe. de inqui. §. primo. verſic. quid ſi in litera. allegat Innocent. & Hoſtien. ad hoc Cod.de preci.Imper.offer.l.prima.& l.vniuerſis & ff. de inofficio. teſtamen. poſthumus. §.primo.& l.ſi pars. §.vltimo.Non enim refert ſecundum eos, à quo & quo tempore fuerit nunciatum. ff.de petitio. hæredi. l. item veniunt §. à quo.&.ff. de euictio. ſi rem.§.vltimo. Per hanc literam credo contrarium, cùm in odium excommunicati ſit hoc inductũ, quòd nullæ literæ valeant,niſi hic contentæ: nec puto tutum à litera recedere: & ad hoc optimè facit: quia ſi excommunicatus pro alio literas impetrat ad agendum,non valent.[d] ſuprà de probatio. poſt ceſsionem. & bene refert interdum, per quem preces offerantur,infra de hæret.capitulo ſecundo.§.tertio. Ad decret. cùm oporteat.reſponde vt ibi not. ſecundum Ioan. in gloſſ. penultima.Præterea non eſt inimicus ita perſona prohibita ab impetrando,ſicut excommunicatus: vnde agit pro ſua iniuria, quod non facit excommunicatus: de iudic. intelleximus iiij.q.vj. omnibus.

*e Placet Do.nã tex. hic loquitur de reſcripto ad inſtantiam impetrãtu conceſſo. Fonta.*

vel proceſſus [a] per ipſum habitus non valeat, ſi ab excommunicato, [b] ſuper alio [c] quàm excommunicationis [d] vel appellationis [e] articulo fuerit impetratum.[f]

Innocentius iiij. in concilio Lugdunenſi.

*Per clauſulam, Quidam alij, poſſunt ſoli quatuor conueniri: quorum nomina in ipſo primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

*d Idẽ Do. et de Anc. Font.*

d *Excommunicationis.* ſuprà de ſentent. excommunicat. cùm pro cauſa.

e *Appellationis.* ſ.de except.cùm inter,& cap.ſignificauerũt & cap. vlti.

f *Impetratum.* & ſic inſpicitur tempus datæ, vel [e] impetrationis.ad idem ſuprà eod.eã te.& infrà eod.tibi qui. de præbend.cum cui.Sequebatur autem olim hic in fine talis litera, Quod coram eo actum eſt,coram Ordinario ſimiliter irritum eſt cenſendum, niſi forſitan qui conuenitur, ſcienter admiſiſſet eundem. Remota fuit, quia reuocata per decret. pia. vt dixi ſuprà in gloſſa. nunquid ergo. Ioannes Andreæ.

*e Gloſ. ſequitur Phi. in principio lecturæ. Font.*

*Diuiſio.*

CVm in multis. Duo ſunt dicta, quorum primum cauſam præmittit. Secundum ſubmittit ibi, Quorum, Ioannes Andreæ.

Pro intellectu huius capituli præſupponendum,quòd aliquando in reſcripto delegatorio,videlicet in narratione,ponuntur iſta verba: Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei & cet. Conqueſtus eſt nobis talis, quòd talis Titius & quidam alij ſuper tali re ei iniuriantur: Mandamus quatenus vocatis vocandis, quod iuſtum fuerit decernas. Aliquando ponuntur non ſolùm in parte narratiua, ſed etiam in parte diſpoſitiua, hoc modo: Sixtus Epiſcopus, &c. Conqueſtus eſt nobis talis, quòd talis Titius & quidam alij ſibi iniuriantur, &c. Mandamus quatenus dictum Titium ad præſentiam tuam conuoces: & alios, quos dictus talis tibi duxerit nominandos.

Caſus hoc præſuppoſito ſic figuratur. Ego à ſede Apoſtolica impetraui reſcriptum contra te ſub prædicta forma: non eſt dubium,quòd virtute illius reſcripti poſſum te conuenire coram delegato: & etiam alios comprehenſos ſub clauſula, Et quoſdam alios. Sed quæritur, vtrum potero conuenire perſonas tot, quot voluero? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd virtute illius clauſulæ non potero niſi tantummodo quatuor conuenire. Sed quid? Ponamus quòd contra aliquem comprehenſum ſub illa clauſula impetraui à iudice Delegato aliquam citationem: vtrum in iſta citatione impetrata contra vnum ego debeam nominare alios tres? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic: quia virtute illius clauſulæ, Et quidam alij, non poſſum niſi quatuor conuenire, quos teneor exprimere in citatorio. Et licet quidam dixerint, quòd non debebam alios quatuor in citatorio exprimere: communis ſententia Doctorum eſt, quòd debeo omnes quatuor nominare, & debeo impetrare citationem contra omnes: & ſi impetro citationem ſolùm contra vnum, debeo in ipſa citatione alios nominare: aliàs citatio non valeret. Nota primò id, ad quod allegatur principium capituli, quòd infinitas in multis articulis iuris reprobatur. Nota ſecundò principalem effectum huius capituli, videlicet, quòd reſcriptum delegatorium non ſolùm comprehendit nominatos in ipſo reſcripto: ſed etiam alias perſonas non expreſſas, ſi in reſcripto apponatur aliqua clauſula, per quam appareat Papam hoc voluiſſe. Nota tertiò, quòd per clauſulam, Et quidam alij, poſſunt ſolummodo quatuor conueniri: plures non poſſunt conueniri. Nota finaliter,quòd in citatione impetrata contra aliquem de comprehenſis in clauſula,Et quidam alij, omnes ſunt nominandi quos intẽdit impetrans conuenire: aliter citatio non valeret, vt dictum eſt:quod eſt intelligendũ, niſi impetrans diceret,quòd virtute illius clauſulę non intẽdit conuenire niſi illum quem nominat, puta quòd non intẽdit conuenire niſi Caiũ,& alios tres nõ exprimit:quia illos

non intendit conuenire, quia cum eis tranſegit: tunc ſi hoc dicatur ab impetrante in citatorio, valebit citatio, ſed ſi ſimpliciter nominet vnum, & non fiat mentio de alijs tribus, citatio eſt nulla: quia iſte textus requirit illam expreſsionem, vt ſatis dictum eſt.

Gloſſa ſequens ponit viij. exépla, quibus vitatur infinitas. In fine ponit caſum, & remittit.

a *Multis.*[a] Exemplifica vt. ſ. de relig. domi. c. vlti. & . j. eo. tit. religionum. ſ. de teſti. cùm cauſam. §. volentes. & c. ſignificauerũt. §. mandamus. ff. de teſti. l. j. in fi. Itẽ in relictis pro redẽptione captiuorũ reſtringitur infinitas.

CVm in multis [a] iuris articulis infinitas reprobetur, prouidè [b] duximus ſtatuendum, vt per illam generalem clauſulam, [c] Quidam alij, [d] quæ frequenter [e] in literis noſtris inſeritur, [f] vltra tres vel quatuor [g] in iudicium non trahantur: quorum [h] nomina [i] in primo citatorio exprimat impetrator, † ne locus fraudi [k] forſitan relinquatur, ſi circa ea [l] poſsit [m] liberè variare. [n]

## Idem in eodem.

*Si actor contra reum ſuper pluribus perſonalibus literas impetrat ad diuerſos, non valent literæ nec proceſſus earum: & reo condemnabitur in expenſis. Et idem in reo conuenìente vel reconueniente actorem, eodem durante iudicio. Ioann. Andr.*

C. de ſacroſan. eccle. vt inter diuinum. Item reſtringitur ſeueritas, cùm multitudo peccauit: de cleri. excõ. mi. latores. cũ ſi. Item non oneratur hæres in infinitum fidei commiſſum ſoluere. ff. de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. Item non valet promiſsio, ne vlla exceptio deferti iudicij objiciatur: puta promitto quòd ſi per caſum fortuitum impeditus fuero, vt comparere non poſsim, non obijciam de caſu. ff. ſi quis cautionib. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Item in ſtipulatione damni infecti non debet quis eſſe in infinitum obligatus. ff. de damno infec. l. qui bona. §. vlti. Item legatũ, quod non poteſt ſciri ex teſtamento: puta, Lego centum ei quem mihi Titius nominauerit, non valet. ff. de iur. fiſ. l. ita fidei. & merito reprobatur infinitas: quia multitudo eſt canonibus inimica. ſ. de prębend. quia intantum, & oneroſa, nil habens honeſti: in authen. de referen. ad fi. col. ij. & de hoc habes plures concor. de æta. & quali. c. penult.

b *Prouidè.* quia per generalitatem iſtam derogabatur iuriſdictioni ordinariæ, cui per hanc conſtitutionem prouidetur.

c *Per illam generalem clauſulam.* præter expreſſos enim poterunt quatuor conueniri.

d *Quidam alij.* [b] ſ. eo. paſtoralis. & . c. Rodulphus. Idem intelligo de qualibet conſimili clauſula: vt ſi dicatur, Titius & nonnulli homines ciuitatis Bonon. vel ſimili modo. Item ſi dicatur, homines talis loci: nam aut conueniet eos vt vniuerſitatem, & tunc omnes habentur loco vnius: aut vt ſingulos, & tunc ſolos quatuor præter expreſſos poterit conuenire: vt hic ſecundum Innocent.

e *Frequenter.* Et ideo prouidendum fuit. ff. de legib. nam ad ea. & j. de reſtitutione ſpolia. freques. hodie autem hæc clauſula non eſt in vſu.

Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.

f *In literis noſtris inſeritur.* quid de literis Epiſcoporum? Dic ſecundum Hoſtiẽ. quòd non extenditur ad illas. ad hoc xxv. diſt. qualis.

Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit. ſubdit duo, quæ poſſunt recitari per quæſtiones.

g *Vel quatuor.* Olim trahebantur quadraginta: argum. de teſtibus. cum cauſſam. & capit. ſignificauerunt. & de clerico. excommuni. mini. latores. Si quæratur quæ ſit ratio, quare reſtricta fuit ad quatuor: dic quod arbitraria: quia æquè potuit reſtringi ad plus & minus. Poſſet reddi ſimilitudinaria, quam habes ſuprà de conſanguin. & affinita. non debet. Dico tamen ſecundum Bernardum quòd ſuper re indiuiſibili, puta iudicio communi diuidundo, famil. erciſcun. & ſimilibus, poſſunt per generalem clauſulam vltra quatuor euocari ad iudicium. Item omnes vltra illos quatuor, qui ius habent in re, poſſunt agere vel defendere pro ſuo iure coram illo iudice. Argument. ſuprà de re iudic. cum ſuper. ſuprà de offic. delegat. ſuper eod. argum. infrà de elect. cap. j.

Gloſſ. ſeq. reci. per quæſtionem ponit opi. Innocen. ſecundum Hoſtien. tertio Bart. quam approbat. Secundò ſubdit dictum, cuius ponit opinionem contrariam, quam reprobat. Tertiò quęrit, & ſoluit. Quartò quęrit. argu. pro, & ſoluit cõtrarium.

h *Quorum.* ſcilicet illorum quos intendit conuenire per clauſulam, & debet expreſsio in actis ſcribi. de probat. quoniam contra. §. j. Et dixerunt quidam, ſcilicet Innocent. quòd in qualibet citatione illorum debeant omnia nomina exprimi. Satis poteſt dici, quòd ſufficit exprimi in citatione eius qui primò citatur, & ſcribantur in actis: vt ſuprà dixi ſecundum Hoſtien. Vel ſecundum Bart. ſatis eſt, quòd ſcribantur in actis, licet in primo citatorio non ſcribantur: quia iam ceſſat variatio. Quod ſatis credo: [c] quaſi hæc litera dicere velit, quòd antè quàm fiat citatio, nomina exprimenda ſint illorum quatuor. Et credo tutius, quòd fiat hæc expreſsio in prima citatione, quæ fit auctoritate reſcripti: etiamſi fiat de expreſsis in eo: licet alij ſunt contradicentes, quòd ſufficit quod fiat in prima citatione alterius illorum quatuor: ſed ſecundum hoc non eſt plenè fraudibus prouiſum. Et ſi quæratur, an de non expreſsis conuenire poſsit prius, quàm conueniat expreſſum? Eſt dicẽdum quòd ſic: quia donare, liberare, & remittere poteſt, niſi fortè in fraudem expreſsiſſet ſecundum formam decret. ſ. eo. ſedes. & hoc tenet Bar. in quæſtione Veneriali, quæ incipit: Aliquis impetrauit. Sed pone quatuor expreſsit: poſteà mutat vnam ex perſonis: vel nemmem expreſsit: poſteà alterum conuenit, nihil excipitur: quæritur an valeat iudicium? Et videtur quod ſic: quia hæc exceptio dilatoria eſt, vt dici conſueuit de exceptionibus duarũ dietarum. ſuprà eod. nonnulli. Item quia multa fieri prohibentur &c. de regu. ad Apoſtolicam. Contrarium dico [d] ſecundum Bart. quia ſi nomina in primo citatorio vel actis fuerunt expreſſa tempore debito: perinde eſt, ac ſi in reſcripto fuiſſent expreſſa. Si non fuerunt expreſſa tempore debito: perinde eſt; ac ſi non fuiſſet ibi clauſula. Vnde cùm reſcripta non extendantur ad alias res, vel perſonas: de offic. delegat. p. & g. dico quòd etiamſi non excipiatur, non valet iudiciũ. [e]

i *Nomina.* & cognomina, vel certas circumlocutionés. §. teſtes. ſuprà de teſtib. licet ex quadam. & ff. ſi cer. pet. l. certum. vt euitetur æquiuocatio. ſuprà eod. ſignificante. & cap. quia nonnulli.

k *Fraudi.* cui occurrendum eſt. j. de renun. c. ij. cum ſi.

l *Ea.* ſcilicet nomina.

m *Poſsit* impetrator.

Gloſſa ſequens no. ad Brocar. & remittit: ſecundò notat ad quæſtionem.

n *Variare.* Nota variationem & inconſtantiam reprobari: alibi permittitur. Quod dic, vt plenè dixi. j. de reg. iur. quod ſemel. Et nota per hanc literam, quòd per literas generales ad obtinenda beneficia, ex quo aliquid ſpecificauit ſine proteſtatione: ſi ſuccumbat, ad aliud tranſire non poterit: [f] quia perinde eſt, ac ſi in reſcripto fuiſſet expreſſum illud beneficium quod optauit. j. de conceſ. præben. quia cunctis. quod ſanè intelligas ſecundum id quod habes. j. eo. ti. ne captandæ. Ioan. And.

DIſpendia. Diuiditur in duas partes: in prima ponitur cauſa conſtitutionis: in ſecunda ibi, Decernimus: ipſa conſtitutio, in qua duo facit. Nam primò prouidet de actore, & contrafacienti triplicem pœnam imponit. Secundò ibi, Reus quoque prouidet de reo, in quo vnum caſum excipiens prædictam pœnam repetit. Ioann. Andræ. CASVS. Ponamus quòd tu debebas mihi decem ſcuta ex cauſſa mutui veri & legitimi. Item alia decem ſcuta debebas mihi ex cauſſa venditionis: nolebam te conuenire coram Ordinario propter aliquam cauſſam: vnde acceſsi ad Papam, & impetraui iſtas cauſſas delegari pluribus delegatis: quia impetraui vnum delegatum ad cognoſcendum in vna cauſſa, & alium in alia: vtrum valeant iſtæ impetrationes? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non: immo debeo carere omnibus impetratis, & nullus delegatus recipit iuriſdictionem virtute iſtarum literarum: & ideo ſi fecero te conueniri coram illis iudicibus, ipſi debebunt pronunciare ſe non eſſe iudices: & me impetrantem condemnare in expenſis. Sed quid erit ſanctiſsime Pater? Ponamus quòd impetraui vnum iudicem delegatum pro aliquo alio debito: vis me conuenire coram alio iudice delegato pendente meo proceſſu: vtrum poſsis? Reſpondet, quòd non: ſed debes me reconuenire coram meo iudice delegato. Et ſciendum eſt, quòd litera in fine intendit iſtud dicere, quòd reconuentio habet locum, quando ab initio reus offert actori libellum in cauſſa reconuentionis, vt facta reſponſione in cauſſa conuentionis, fiat reſponſio libelli in cauſſa reconuentionis. Sed aliquando reus differt reconuenire actorem: ſed tunc reconuenit eum, poſtquam actor multum proceſsit in cauſſa, & tunc proceſſus actoris in aliquo non differtur, ſed proceditur in eo abſque aliquo impedimento, non obſtante reconuentione ipſius rei. Et tunc reconuentio non habet priuilegium ſuum, quando opponitur poſt litem conteſtatam, ſicut quando opponitur ante litem conteſtatam: tunc enim gaudet

*a Ad iſtam gl. vide Feli. c. licet. ij. de teſti.*

*† Adde vel procurator: non tamẽ ſine ſpeciali mandato: ſed hæres non poſſet, in quem non trãſit animus defuncti impetratoris, iuxta glo. in l. idẽ Põponius. §. ſi plures. ff. de rei vẽdi. Pe. de Ancha. Fonta. Ex tex. no. æquitatem præferẽdã rigori: vide de trãſact. c. ſi. Domi. Multitudo eſt canonibus inimica.*

*Clauſula, Et quidam alij, qualiter operetur. b Iſta clauſula locum habet vbi ponitur poſt perſonã expreſſam, non aliàs Dom. Phil. Font.*

*Ratio de arbitrarijs non poteſt reddi.*

*c Poſt factum tene iſtam glo.*

*Sed ante tene Hoſti. Philip. Do. Fonta.*

*d Idẽ Do. Fonta. e Do. not. hic, vbi iudex fundi tus caret iuriſdictione: progrediendo ad vlteriora nõ facit ſe cõpetentẽ: & proceſſus non valet. Font. Inconſtantia reprobatur. f Tene menti gl. ſed ſalua tamen ſi acceptas probabiliter ignorauit. Font.*

*Reconuentio qualiter ſit.*



gaudet priuilegio, videlicet quia ſi vnus proceſſus fuerit expeditus in cauſa conuentionis, debet idem proceſſus expediri in cauſſa reconuentionis antequã expediatur alius proceſſus in cauſſa conuẽtionis: vt ſ. de mut. petitio. in antiquis.

a *Diſpendia.* vocatur autem diſpendium longum & inutile: compendiũ autẽ breue & vtile. Ad idem, de accuſ. qualiter & quando. ij. ad fin. Ioan. And.

b *Qua poſſumus.* Ad idem ſuprà in proœmio huius libri: & hoc ſufficit xlvij. diſ. Epheſijs xlvij. diſt. cap. vlti.

c *Gregorij.* hęc eſt vera litera: & loquitur de decre. ſ. eod. titu. cap. vlti. Quidã olim habebant Innocentius Papa tertius, & malè. Ioan. Andr.

d *Ampliantes.* ampliauit in eo, quòd ſtatuit quòd proceſſus non valeat: & in eo quod ſtatuit de reo. Nam hæc in decretali, quia nonnulli. expreſſa non fuerant.

## CAPITVLVM III.

DIſpendia [a] litium æquitatis compendio volentes qua poſſumus [b] induſtria coarctare, ſtatutum felicis recordationis Gregorij [c] Papæ noni prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editum ampliantes, [d] decernimus, vt ſiquis contra alium plures perſonales [e] mouere voluerit quæſtiones, non ad diuerſos iudices, ſed ad eoſdem ſuper omnibus [f] huiuſmodi quæſtionibus [g] literas ſtudeat impetrare. [h] Qui verò contrarium fecerit, [i] omni [k] commodo † careat literarum: nec proceſſus habitus valeat [l] per eaſdem, reo, ſi eum per ipſas citauerit vel fatigauerit, in expenſis [m] legitimis [n] condemnandus. † Reus quoque ſi eodem durante [o] iudicio actorem ſibi obnoxium [p] dixerit, reconuentionis beneficio vel conuentionis, [q] ſi contra eum literas [r] impetrare maluerit, de iure ſuo debet apud eoſdem iudices experiri: [s] niſi eos vt ſuſpectos poterit recuſare. [t] Simili pœna [u] † ſi contra hoc fecerit, puniendus.

Bonifacius octauus.

Gloſſa ſequens notat à contrario: & quatuor diuerſitatis rationes reddit. contra vltra remittit.

e *Perſonales.* [a] quaſi ſecus in realibus. xxv. diſt. qualis. in gl. pe ff. de iudi. cùm Prætor. in gloſſ. iij. Et poteſt eſſe ratio diuerſitatis: quia perſonales alterius naturæ ſunt, quàm reales, & facilius expediuntur: quia ſæpius fit inde inſtrumentum vel ſcriptura: argum. ff. de eden. l. ſi legatum. & communiter paruæ ſunt perſonales quæſtiones: reales verò magnæ. Item in vna petitione pro pluribus perſonalibus actionibus agi poteſt cuiuſlibet aſsignata cauſſa. C. de anna. excep. ſi ex multis. ſ. de lib. ob. cap. vltim. ſecundum Ber. Verior eſt ratio ſecundum modernos: quare aliud in perſonalibus, aliud in realibus: quia duæ dietæ, quæ olim dabantur per decreta. ſ. eod. nonnulli. vel vna, quæ datur hodie per decre. infra eod. ſtatutum. ſeruata ipſius moderatione computantur a finibus diœceſis vbi ſita eſt res, quando agitur reali. ſ. eod. dilectus. ij. Contingeret ergo, quòd quis non poſſet conueniri ſuper pluribus realibus coram eodem iudice. cùm res eſſent abinuicem remotæ: ſed in perſonalibus computantur à finibus diœceſis vbi habet domicilium. vnde ſuper omnibus ad vnum iudicem commodius impetrãtur: & ideo in iſtis aliud, quàm in illis. Sed fortè iſta ratio ceſſat hodie per decret. j. e. ſtatutum. Et dic vt ibi dixi in §. cùm verò in gloſſ. olim dicebamus.

Gloſſa ſequens obiicit, & ſoluit.

f *Super omnibus* ſed ſi reus appellauerit ſuper vna perſonali, iudex non poterit procedere in alia, prima non finita: cùm ſuſpectus ſit illi, ſuprà de appellatio. ad hæc ſi in vna. Ergo non eſt commodius agere ſub vno, quàm ſub diuerſis: & ſic damnoſa videtur conſtitutio hæc actori. Sed poteſt dici ſecundum Bernardum quòd iniquitas iudicis, qui perperam proceſsit, non facit quòd reus propter hoc coram alio iudice poſsit trahi, & ſibi imputet, qui talem obtinuit iudicem: & expectet actor donec appellationis cauſſa ſit finita: quæ ſi pronunciata fuerit iuſta, actor poſtmodum ſtudeat alium iudicem impetrare: aliàs ſi fuerit iniuſta, procedet in alijs: & idem videtur de alijs impedimentis re non integra.

g *Quæſtionibus.* & ſic ad eoſdem, & non ad diuerſos debet literas impetrare: etiam vna lite finita, ſecundum Bernardum licet quidam contra: dicentes, quòd hæc conſtitutio, & illa, quia nonnulli intelliguntur quãdo eodem tempore actor trahit reum ad diuerſos iudices vel vna pendente coram vno.

Gloſſa ſequens quærit & remittit.

h *Impetrare.* quid ſi coram Delegato conueniet ſuper vna, coram Ordinario ſuper alia? de hoc. ſuprà eod. ca. vlti. in gloſſ. ſecus.

i *Fecerit.* cum effectu, vtendo ſcilicet pluribus literis: quia ſi vnicis tantum vteretur, bene valebit proceſſus habitus per eaſdem ſecundum Inno. Ioan. Andr.

Gloſ. ſequitur de Ancha. Fon.

k *Omni.* aliàs omnium.

Gloſſa ſequens quærit, argu. pro, & ſoluit contrarium.

l *Proceſſus valeat.* in hoc ampliauit ſtatutum, quia nonnulli. Sed pone, proceſſum fuit corã diuerſis iudicib᷑, & nihil exceptum: nunquid valebit ſententia, vel proceſſus? Videtur quod ſic: quia hoc eſt beneficium perſonale, per quod etiam alteri non præiudicatur. de regul. Ad apoſtolicam. Sed verius eſt, [b] ſecundum Bernard. quòd proceſſus non valet per hanc literam: aliàs nil videretur addere hæc conſtitutio illi decretali, quia nonnulli. & hoc idẽ tenet Innocen. & dicit per curiã obſeruari.

m *In expenſis.* & in dãnis [c]. ſ. eod. ca. vltim. Ioan. Andr.

n *Legitimis.* De hoc dic vt ij. queſ. j. in primis. §. glorioſus. gl. j. de do. & contu. finem. & hoc eſt generale, vt fatigãs aduerſarium, in expenſis puniatur. ſ. de pœ. calumniã. de reſcrip. ceterum. cum ſimilibus. ADDITIO. Alleg. Hoſti. eo. tit. c. fi. de dolo & contu. ca. ij. & c finem. de maio. & obe. ca. fi. de appella. vt debitus. Io. Andr.

o *Durante.* qualiter habeat fieri reconuentio, nota. ſ. de mu. peti. cap. j. & ij. Ioan. And.

p *Obnoxium.* etiam actione reali ſecundum Ber.

Gloſſa ſequens ponit quæſtionem, quam alternatiuè ſoluit. ſecundo quærit, ar. pro. & ponit ſolu. Ber. cui dubitando reſiſtit.

q *Vel conuentionis.* Fortè ponit hæc duo verba: quia ſi recõueniatur actor, vna & eadem ſententia debet cauſſa terminari: ſi conueniatur reus, tunc poteſt prius terminari prima, quàm ſecunda. probatur hoc ſuprà de mu. peti. capitulo primo, & de ordi. cog. cum dilectus. Vel fortè vtroque caſu vna ſententia cauſſa terminãda eſt: & ſemper eodem durante iudicio, coram eodem iudice agendum eſt: quo finito, coram alio: quia tunc non poſſet reus agere coram primo delegato, cùm finita ſit iuriſdictio quantum ad cognitionem. ſuprà de offic. delegat. quærenti. An autem coram Ordinario reconuenire poſsit eundem eodem durante iudicio, dubitatur. Et videtur quòd ſic: cum hic dicat litera, Literas maluerit impetrare: vnde ſolũ de Delegato loqui videtur. ſed quia eadem ratio eſt vtrobique, idem ius videtur eſſe debere ſecundum Ber. Vel fortè non eſt eadem ratio: quia iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, & extraordinaria odioſa: & ideo aliud in Ordinario dici poſſet. Ad hoc facit quod tenet Innocen. ſuprà capitulo vltimo. ADDITIO. Idem Archidia. Sed fortiter contradicit authen. & conſequentur. C. de ſenten. & interlocu. Fateor locum eſſe authen. ſed nego pœnam huius decre. habere locum: ita quòd teneret proceſſus, ſi hoc non exciperet actor. Ioan. And.

Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit.

r *Literas.* fortè eſt talis cauſſa, quę non cadit in cognitionẽ Delegati ſine ſpeciali mandato Papæ. vj. q. iij. ſiquis Epiſcopus. j. in gloſ. fina. ſ. de confir. vti. vel inuti. cap. j. & ij. ſ. de reſti. in integ. c. penult. aliàs enim quare oneraret ſe in literis impetrãdis, qui per literas actoris poteſt ſuum expedire negotium? Ioan. And.

s *Experiri.* id eſt, agere: quia in reconuẽtione reus fit actor: cõcor. ſ. de cauſſa poſſeſ. paſtoralis. alibi ponitur pro defendere. ſ. de iudi. ca. j. Ioan. And.

t *Recuſare.* ab initio antequam in eos conſenſerit, ſecundũ Ber. Vel ex ſuperueniente cauſſa. ſ. de offic. delega. inſinuãte. & pendente ſuſpicionis cognitione (quam proponit reus contra iudicem impetratum ab actore) iudex non procedit in reconuentionis cauſſa per literas impetratas per reũ: quia ſi contrarium diceretur, facile eſſet eludere hanc conſtitutionem, ſecundum Innoc.

Gloſſa ſequens exponit, & de quæſtione remittit.

u *Similis pœna* ſuperius expreſſa in actore, ſcilicet vt literis careat, proceſſus non valeat, & in expẽſis condemnetur. Per quem autẽ fiat talis condemnatio, not. ſ. eo. tit. cap. vlti. Dic vt in vlti. gloſ. Ioan. And.

Gloſſa ſequens facit quatuor. diuidit, dicit vnde ſumpta, quærit, & ſoluit, & dicit quid declarat.

CVm aliquibus. j. Duo ſunt dicta principalia. Secũdum ibi, Si verò. Ioã. And. Fuit tracta de Extrauaganti Alex. quæ incipiebat; Cõtingit. Sed ante omnia quęro, ad qd expediat ſcire quod dicit hęc decretalis? Expedit propter id qđ habes j. de prębẽ. hi qui auctoritate. & de conceſ. prębẽd. c. vlt. ver. vel

*Diſpendiũ & compẽdium differunt.*

*† Hoc eſt, ſi virtute primi reſcripti aduerſarius erat in mora, vel in mala fide, vel erat interrupta præſcriptio propter ſecundũ reſcriptũ ad alium iudicem, omnes iſti effectus pereunt. Phi.*

*Et notabis hic iſtud c. procedere etiã in delegatis ab inferiorib᷑ à Papa. Ancha. Philip. Do. Fõ.*

*a Adde quòd text. noſter ſeruandus eſt etiã in realibus eadẽ ſubſiſtente ratione, pœna tamen non imponitur, ſi cõtra fiat: quia pœna nõ imponitur in caſu non expreſſo, arg. notatorũ in reg. in pœnis. j. e. de reg. iu. Do. Fonta.*

*b Idẽ Phil. nec cõſenſu partium conualidatur. c. p. & gl. de offic. deleg. Fon. c Glo. procedit vbicũq; aliquis temerè trahitur ad iudicium l. eũ qui temerè ff. de iudic. At vbi expenſæ petũtur ratione victoriæ, dãna non veniunt. gl. in l. 1. ff. de alie. iudi. mut. de Ancha. Font.*

*† No. quòd nõ habens iuriſdictionẽ in principali, habet eam in acceſſorijs: & hoc ex legis cõmiſſione: aliàs non poſſet. De Ancha. Phil. Font.*

*† Opt. tex. quòd lex annullans proceſſum reſcriptum grauans in expenſis, eſt pœnalis. Do. vide latius Do. Phi. j. eod. de ele. c. fi. Font.*

*Experiri dupliciter ſumitur.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



vel eos. Emanauit autẽ ad declarationẽ eorum, quę no. Inno. & Hoſt. de literis facultatis. ſ. de pręb. relatũ. & Cõpoſt. ſ. eo. c. vltra duas chartas. ver. quid ſi Papa. & ver. ſed pone qđ Ab.

Pro intellectu huius capituli præſupponendum eſt illud, quod habetur in c. ij. qui. j. de prębẽ. iſtomet libro, & in cap. vlti. j. de cõceſſ. præbẽd. vbi dicitur ꝙ ſi ſint aliqui recepti in aliqua eccleſia in canonicos illius eccleſiæ ſub expectatione præbẽdæ: & vnus ſit receptus auctoritate Apoſtolica, alius auctoritate ordinaria: in aſſecutione præbẽdę preferturreceptꝰ auctoritate Apoſtolica, licet eſſet poſterior in receptione: & debet habere prębendam, quę primò vacabit propter auctoritatẽ ſedis Apoſtolicæ. Et etiã vlterius pręſupponendũ, ꝙ quando in aliqua eccleſia eſt ſtatutum de certo numero Canonicorum, & illud ſtatutum eſt confirmatum per Papam, cum clauſula decreti irritantis: Canonici non poſſunt recipere aliquem ſuper numerum in illa eccleſia: vt, quia dixit Papa, tales Canonici nobis expoſuerunt, vt decætero eſſent in tali eccleſia viginti Canonici, & viginti præbendarij. Nos ſtatutum confirmamus, decernentes irritum & inane, quidquid fuerit factum contra ſtatutum. Caſus hoc præſuppoſito ſic figuratur. In eccleſia Pictauienſi Canonici fecerunt ſtatutum de certo numero Canonicorum in ipſorum eccleſia: & fecerunt poſtea illud ſtatutum confirmari à ſede Apoſtolica, cum clauſula decreti irritantis, tractu temporis ipſi Canonici affectabant aliquem recipere in Canonicum vltra numerum: vnde miſerunt ad Apoſtolicam ſedem, & obtinuerunt vt poſſent vnum ſuper numerum vel duos recipere, non obſtante eorum ſtatuto confirmato & decreto irritante. Poſtea virtute iſtarum literarum facultatis, receperunt aliquem in Canonicum. Quæritur an iſte ſic receptus cenſeatur receptus auctoritate Apoſtolica, vel ordinaria? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia aut aliàs receptio pertinebat ad Canonicos, quibus data eſt facultas recipiendi aliquem ſuper numerum: & receptus dicitur receptus auctoritate ordinaria, niſi aliud diceretur in literis facultatis: puta, quia diceretur: damus vobis facultatem, vt non obſtante veſtro ſtatuto recipiatis aliquem in Canonicum auctoritate Apoſtolica: tunc enim non diceretur receptus auctoritate ordinaria, ſed Apoſtolica. Si autem receptio pertinebat ad aliũ, vel ad eos & aliũ ſimul: tũc ſunt vſi auctoritate Apoſtolica, & per cõſequẽs talis receptꝰ auctoritate literarũ, videtur receptꝰ auctoritate Apoſtolica: licet ſimpliciter mãdaret Papa, vt ipſi talẽ reciperẽt nõ obſtãte ſtatuto: licet nõ fieret mẽtio, ꝙ ipſi reciperent auctoritate Apoſtolica. Ex quo infertur, ꝙ talis eſt præferendus quibuſcũque auctoritate ordinaria vel legati receptis poſteà, vel etiam prius. Nota primò ex iſto c. quòd in eccleſia numerata non poſſunt Canonici recipere vltra numerum: & hoc, quando iſtud ſtatutum de certo numero eſt confirmatum auctoritate Apoſtolica, cum clauſula decreti irritantis: aliàs ſi ſtatutum non eſſet confirmatum per Papam, poſſent recipere aliquem ſuper numerum ſecundum Panorm. in c. cùm acceſſiſſent. de conſtitu. in an. & ibi tractatur de materia. Nota vlterius, quòd cùm Papa dat Canonicis facultatem recipiẽdi vltra numerum non obſtante ſtatuto, vel confirmatione ſedis Apoſtolicæ: & virtute literarum facultatis, Canonici recipiunt aliquem: talis videtur receptus auctoritate Canonicorum, ſi aliàs receptio pertinebat ad ipſos, & non ad Papam. Simile dicitur in c. licet. de offic. ordi. in anti. vbi dicitur, quòd ſi Papa mandet Ordinario loci, vt aliquid faciat: videtur ſolum excitare iuriſdictionem ſuam, & non videtur mandare vt procedat auctoritate Apoſtolica. Si autem receptio ad illos non ſpectabat; tunc recipiũt auctoritate Apoſtolica: & ſic iſte receptus auctoritate Apoſtolica, licet ſit poſterior, eſt præferendus alteri recepto auctoritate ordinaria, vel legati Papæ, vt dictum eſt in præſupponendis.

*Ex text. nota primo, quòd in reſcriptis ad beneficia debet fieri mẽtio de priuilegijs cõſuetudinibus, & ſtatutis contrarijs reſcripto: ad hoc. ſ. eo. ti. conſtitutus. in antiquis.*

*Not. ſecũdò in text. duos modos firmãdi ſtatuta: videlicet per iuramentum et cõfirmationẽ Apoſtolicã Do. de Sancto Gem.*

*Collegiũ ſi eſt numeratum, an poſſit aliquis recipi vltra numerum.*

*Receptus per literas facultatis, ſi ad recipientes ſpectabat receptio, ipſorum & non Papæ auctoritate intelligitur eſſe receptus: niſi in literis aliud eſſet expreſſum. Si autem receptio non ſpectabat ad eos: tunc Apoſtolica auctoritate dicitur receptus Ioannes Andr.*

CAPITVLVM IIII.

A

CVm aliquibus recipiendi aliquem in Canonicum alicuius Eccleſiæ, non obſtantibus eiuſdem Eccleſiæ [a] priuilegiis, cõſuetudinibus, [b] vel ſtatutis [c], iuramento, confirmatione Apoſtolica, [d] vel quacunque firmitate alia [e] roboratis, per noſtras literas concedimus facultatem: [f] ſi Canonicorum receptio [g] aliàs in ipſa Eccleſia non ſpectat ad eos, [h] quibus huiuſmodi literæ diriguntur, ſed ex earum viribus recipiũt poteſtatem: [i] is qui recipitur, auctoritate Apoſtolica dignoſcitur eſſe receptus.

Si verò Canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdem: [k] nõ Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur auctori-
B
tate receptus: [l] niſi, [m] quòd eum auctoritate noſtra [n] reciperent, in noſtris literis caueretur expreſsè. [o]

a *Eiuſdem Eccleſiæ.* ad quam recipitur.

b *Conſuetudinibus.* quę ſeruãdæ ſunt j. de præbẽd. cũ in eccleſiis.

Gloſſa ſequens duas quæſtiones ſoluit.

c *Statutis.* Nota Capitulum eccleſiæ poſſe facere ſtatutum, dummodo ſit licitum: vt infra de verbo. ſignifi. conſtitutionem. vbi de hoc, & concordat ſuprà de conſtit. cum omnes.

d *Confirmatione Apoſtolica.* quid operetur confirmatio, no. xvij. q. iiij. frater. & ſupra de conceſ. prębend. quia diuerſitatem.

e *Firmitate alia.* puta vinculo pœnæ, [a] cui ſe ſtatuentes ſpontaneè obligauerũt: vel forte per ſuperiorẽ ipſis ſtatutis appoſito, vel confirmatione legati, vel alterius ſuperioris, vel alia ſimili.

f *Concedimus facultatem.* Nota verbum: quia ſi ſeiperet omni caſu, diceretur Apoſtolica auctoritate receptus. [b] Et nota quòd per hanc formam cum dirigitur eis ad quos ſpectat collatio, quæ hic vocatur receptio, non dicitur grauata eccleſia: adeò, quòd locum habeat decre. ſ. eo. mandatum. & j. eo. ca. penult. in fine. quia aliud eſt concedere facultatem, & aliud præcipere. xiiij. quæſtion. j. cap. fina. §. quod præcipitur ad idem. ſuprà de arbit. cum olim. ff. manda. l. ij. in fine. ADDITIO. Vide ſuprà de ſumma trinit. firmiter ſuper glo. & ideo Ioan. Andr.

g *Receptio.* ſumitur hic receptio non pro inſtallatione, ſed pro collatione, quæ ius confert ad idem, infrà de præbend. cum in eccleſiis. Ioan. And.

h *Ad eos.* in quibuſdam enim eccleſiis Canonicorum receptio, & præbendarum collatio ad ſolum ſpectant Epiſcopũ, vel prælatum tãtum: in quibuſdam ad ſolum Capitulum, vel Conuentum: in quibuſdam communiter ad vtrumque. hoc probatur ſuprà de elec. cum in eccleſia, infrà ne ſede vacan. c. vno. de regu. c. vlti.

C

i *Poteſtatem.* recipiendi illum in Canonicum.

Gloſſa ſeq. recitetur per quæſtionem. & ſolutionem.

k *Ad eoſdem.* tantũ intelligo. Quid ſi communiter ad eos & alios? Adhuc idẽ credo [c] quod in primo caſu, cũ iſti poteſtatẽ recipiãt ex viribus literarũ. Nã quod prius facere ſoli nõ poterãt, modò poſſunt. Et de cõmuni nullus rectè dicit, hoc eſt meum: [d] xij. q. j. §. vlt. & q. ij. ca. epiſcopos. §. qui manumittitur. & arg. ff. de ſer. vrbã. prædi. l. pariete. ibi, Quia [e] non ſolus dominus eſt. & facit j. de præben. cum in illis. in fi.

l *Receptus.* Si ergo recipiatur alter auctoritate Apoſtolica, ſecundus & non primus primò vacantem prębendam habebit, vt j. de præben. hi qui. Ioan. Andr.

m *Niſi.* iſtud fuit additum, quod non erat in extrauagante decret. contingit.

n *Auctoritate noſtra.* tunc ergo licet ad eos pertineat receptio, Apoſtolica dicitur auctoritate receptus.

o *Expreſſè.* ſic j. eo. duobus. in fin. j. de præbẽ. ſi motu proprio. in fin.

Gloſſa ſequẽs tria facit. Primò diuidit, dicit vnde ſumpta, & quid declarat.

D

SI gratioſè.] Diuiditur: quia ponit diſtinctionem bimembrem, & ſecundũ mẽbrum proſequitur ibi: Secus. & circa vtrũq; determinat caſum dubiũ: ibi, Prętextu verò Io. An. Habuit ortum hæc decre. ab extrauagante Clementis, quæ incipiebat, Vt petitioni tuæ congrue ſatisfiat. & ibi Clemẽs nõ diſtinguebat, ſed ſimpliciter dicebat, ꝙ ſi Papa hanc gratiam cõceſſerit vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, quòd per eius obitum non expirabat gratia, argu. legis dicentis, quòd vſus fructus relictus mihi quandiu Titius remanſerit in furore, non extinguitur mortuo Titio priuſquam ad ſanã mentẽ reuertatur: pro eo quòd vſque ad omne tempus vitæ mei vſufructuarij poterat (ſi mihi ſuperuixiſſet) non fieri ſanæ mentis. C. de vſufru. l. ambiguitatem. ſic videbatur dicẽdum in caſu propoſito: quia Papa ſi ſuperuixiſſet, poterat nõ mutaſſe voluntatem: ergo non expiraret gratia. Vrbanus autẽ contrarium reſponderat, ſcilicet quòd expirabat in ſua extrauaganti quæ incipiebat, Significaſti nobis. Hic Bonifacius diſtinguẽdo veritatem exprimit & declarat: quod not. Hoſti. ſ. de precat. cap. vlti. & Vin. de electione, capitulo dudum. ſecundo. in vlt. gloſ. & Abbas ibidem. Ioannes Andræ.

Præſupponuntur primo ea quę dicũtur in cap. cum in cũctis. de elec. in an. in c. de multa. de prębẽ. in an. in ca. licet canon.

*Statutum poteſt fieri à capitulo eccleſiæ.*

*a Idẽ Doc.*

*b Idẽ Doc.*

*Litera facultatis nõ grauant eccleſiam.*

*Præbendarum collatio ad quos ſpectat.*

*c Domi.*

*d Vide qđ dicã. j. de verbo. ſig. c. vlt. ſuper ver. tuerũ. Io. And.*

*e Supple, parietem cõmunem demoliri et reficere. Ioan. And.*

*Diuiſio.*

*Vſus fructus relictꝰ quãdiu talis in furore manſerit, quãdo extinguitur.*



non. j. de elect. iſtomet libro. vbi dicitur, ꝙ ſi aliquis promoueatur ad Epiſcopatum, ſtatim ꝙ fuit confirmatus & cõſecratus, vel elapſum fuit tempus conſecrationis, ſtatim vacant priora beneficia. Similiter ſiquis habeat beneficium, & acceptet aliud beneficium incompatibile: ſtatim vacat primum beneficium.

CASVS. Vacante aliqua Eccleſia cathedrali, Titius fuit electus in Epiſcopũ & confirmatus. facta confirmatione, antequam conſequeretur munus conſecrationis, miſit ad Apoſtolicam ſedem, vt per munus conſecrationis ſua priora beneficia non vacarẽt, ſed illa poſſet retinere. Papa fecit ei gratiam ſub his verbis, Tibi cõcedimus vt beneficia quæ obtines, cũ Epiſcopatu, ad quem fuiſti promotus, valeas retinere vſq; ad beneplacitũ noſtrũ. poſtea Papa mortuus eſt: vtrum illa beneficia vacent mortuo Papa: Reſpondet quòd ſic: quia mortuo Papa extinguitur gratia. Sed ponamus quòd Papa in ſua gratia dicit: tibi concedimus, vt poſsis retinere priora beneficia vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ: moritur Papa: vtrum vacent illa priora beneficia? Reſpondet, quòd mortuo Papa non intelliguntur vacare priora beneficia, nec gratia huiuſmodi dicitur extincta per mortem Papæ: quia ſedes Apoſtolica nunquam moritur: tamen ſi ſucceſſor eius velit illam reuocare, poteſt. Sed quid erit? Ponamus quòd tempore iſtius gratiæ Titius erat intruſus in iſtis beneficijs, quia illa tenebat ſine titulo canonico, nec aliquis alius habebat canonicum titulum: quia forte obtinebat illa beneficia per ſimoniam: vtrum per iſtam gratiam detur ei nouus titulus & canonicus tenendi illa beneficia, ita quòd per illam gratiam
C
videatur licitè tenere illa beneficia? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non. Nota primò ex iſto capitulo iuncta ſua gloſſ. quòd per beneficium incompatibile vacat beneficiũ incompatibile quod prius tenebat. Et ſi intelligamus de Epiſcopatu, intelligitur quod per promotionem ad beneficium incompatibile poſt confirmationem, vacat prius beneficium incompatibile. Si verò intelligamus de alio beneficio intelligitur poſt adeptam poſſeſsionem pacificam. Et hoc eſt verum, niſi ſtetiſſet per eum quo minus eſſet adeptus pacificam poſſeſsionem. ſed tunc eſt cautela, quod non fieret acceptatio ſecundi beneficij incompatibilis, donec eſſet diſpenſatus per Papam ad alia beneficia: quia de iure non eſt limitatum tempus ad acceptandum beneficia: licet collator poſsit limitare tempus ad acceptandum. cap. ſi tibi. j. de præbend.

Nota vlterius & finaliter, quòd gratia alicui facta vſque ad beneplacitum Papæ, expirat mortuo Papa: ſecus ſi mandetur vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, in quo fuerit gratia.

a *Gratioſè.* In hoc fuit gratia, quia plura beneficia ſimul tenere non poterat: vnde ſi primum curatum erat, & ſecundũ curatum: poſt receptam poſſeſsionem ſecundi, ſtatim vacat primum xxj. quæſt. ij. ſi quis iam. ſ. de præbend. de multa. vel ex quo per eum ſtat, quo minus poſſeſsionem haberet. j. de præbend. licet. ij. niſi in caſu. j. de præbend. ſi tibi. ij. Si promoueatur in Epiſcopum. poſt conſecrationem, vel poſt decurſum tempus de conſecrandis Epiſcopis, vacabunt priora beneficia. ſ. de elect. cum in cũctis. Eſt ergo gratia, vt donec voluntas eius durauerit, beneficia ipſa non vacent. Ioan. Andr.

b *A Romano Pontifice.* Qui ſolus ſub cõditione, & ad tẽpus, ſicut vult, poteſt beneficia & prelaturas conferre. vij. q. j. paſtoralis. ſ. de fil. presby. veniens. & in ijs quæ vult, eſt pro ratione voluntas [a]: inſtitu. de iure natura. §. ſed & quod Principi. Alius autem hoc nõ poteſt. j. q. ij. quàm pio, vij. q. j. quãuis lxx. diſt. ſanctorum. lv. diſt. præcepta. Nec enim moribus noſtris expedit tẽporales habere filios. ff. de adopt. l. quæſitũ eſt. aliàs ſi tibi. nec actus legitimi & c. j. de reg. iur. actus.

c *Beneficia* largè ponitur. Et nota quòd dicit, Beneficia: nõ dicit fructus beneficiorum: vt j. de præben. ſi tibi conceſſo. Hoc dico vt denotem, quòd hic beneficia non, ibi tamen vacant, vt ibi dicam.

*† No. quòd plura beneficia ſine diſpẽſatione tenere licet. infra eod. titu. gratia. Do mi. ibi in ſi. text. canonicè nota regulã, quòd diſpẽſatio de retinẽdis pluribꝰ beneficijs, intelligitur de canonicè acquiſitis. Do. Philip. Fontanus. Papa poteſt prelaturas & Beneficia ſub conditione, vel ad certum tempus cõferre.*

*a Gloſſ. eſt mente tenẽda, ſecundũ Dom. Philip. Panor. in cap. Deus. de diuortijs. dicit Papam*

*Idem.*

*Reſcriptum Papale, quod cõcedit promoto retentionem priorum beneficiorum vſque ad beneplacitum Papæ, extinguitur mortuo Papa: ſecus ſi ibi dicatur, Vſque ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis. Nec intelligitur tale reſcriptum de beneficijs prius non canonicè detentis. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM V.

SI gratioſè [a] tibi à Romano Pontifice [b] concedatur, vt beneficia [c], † quæ tempore tuæ promotionis [d] ob-
B
tinebas, poſſes vſque ad ſuæ [e] voluntatis beneplacitum retinere: huiuſmodi gratia per eius obitum, per quem [f] ipſius beneplacitũ omnino extinguitur [g], eo ipſo expirat [h]. Secus autem ſi vſque ad Apoſtolicæ ſedis [i] beneplacitum gratia concedatur prædicta: tunc enim, quia ſedes ipſa nõ moritur [k], durabit perpetuo [l], niſi à ſucceſſore fuerit reuocata. Prætextu verò talis cõceſsionis, quæ debet (cùm ſit ambitioſa) reſtringi [m]: ea ſolùm beneficia [n] quæ canonicè [o] obtines, potes licitè retinere.

*Idem.*

A

d *Promotionis.* fortè in epiſcopum. Ioan. Andr.

e *Suæ.* ſcilicet Romani Pontificis. & concor. ſ. eod. literis. vbi per clauſulam, Niſi per nos &c. non intelligitur dignitas, ſed perſona ſcribentis. ADDITIO. Et eodem modo debet diſtingui in reſeruationibus, an reſeruet collationi ſuæ, vel ſedis Apoſtolicæ, ſecũdum Archidiac. Hodie ſæpe exprimit vtrunque: & tunc eſt locus ſecũdo reſponſo. Ioann. Andr.

f *Per quem.* ratio. Ioan. And.

g *Extinguitur.* concor. j. ne ſede vacan. c. vno. in fine. ſic etiã crimina morte extinguuntur xxiij. diſtinct. quorundã. & infrà de hæreti. accuſatꝰ. §. ſi verò. in fin. præterquam in caſibus nota. in dicto. c. quorũdam. & xxiiij. q. ij. in ſumma. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequẽs primo allegat vnam concordan. & duo iura in contrarium, & ſoluit: ſecundo obiicit, & ſoluit. tertiò iterum obiicit, & dupliciter ſoluit.

h *Expirat.* Expirante igitur Papa, expirat hæc gratia: & cõcord. ff. loca. l. iij. vbi dicitur, quòd locatio vel precarium per te mihi conceſſum quandiu voles, obitu tuo finitur. Ad hoc ſignatur contrarium. ſ. de preca. cap. vlti. & ff. de preca. cum precarium. §. j. vbi dicitur, quòd precarium non finitur morte concedentis. Sed ibi ſimpliciter factum fuerat precarium, non adiecta aliqua conditione vel termino: vt not. in prædicta decreta. vlti. de preca. Item contra: nõnne voluntas Papæ durare intelligitur donec mutata probetur. ſ. de baptiſ. & eius effe. maiores. etiã poſt mortem xxv. diſtinct. qualis? Sed illa in iis quæ ſalutem animæ reſpiciunt. Item valde
C
contradicit prædictis. l. ambiguitatẽ. C. de vſu fruct. per quæ iura tenebat Abbas opin. Clementis ſuprà de elect. dudum. ij. in fin. Sed in lege illa eſt fauor, qui ampliandus eſt: hic odium, quod eſt reſtringendum: vt hic in fine [b]. Vel verius, redire vel non redire ad ſanam mentem, non erat in voluntate morientis: ſed hic reuocare & non reuocare gratiam, erat in voluntate morientis. Ex quo ergo adiecit, donec volam: perinde eſt ac ſi dixiſſet, donec moriar, niſi prius reuocauero. Ioan. And.

Gloſſæ duæ ſequentes dant duo ſimilia.

i *Apoſtolicæ ſedis.* Not. ergo, quòd aliud eſt cùm ſcribit perſona, aliud cùm ſcribit dignitas: ſicut aliud eſt cùm ſcribitur perſonę, aliud cùm ſcribitur dignitati: ſuprà de officio delegat. quoniam. infra eodẽ capite vltimo. & infra de priuileg. ne aliqui.

k *Non moritur.* ſic duodecima quæſtione ſecunda. liberti. ij. non enim poteſt eſſe nulla, vigeſimaquarta quæſtione prima. pudenda. §. fin. quia dominus pro ea orauit. de baptiſ. maiores. in principio decimaſexta diſtinctio. in ſumma. §. inter eos. verſic. ego pro te.

l *Perpetuo.* id eſt, donec vixerit ille cui fuit gratia conceſſa. ad idem. ff. pro ſocio. l. vbi de hoc. Et nota, quòd ſicut priui-
D
legium perſonale ex parte eius cui conceditur, extinguitur cum perſona. vij. quæſtio. j. petiſti. ibi, hoc nulli. ſic priuilegium perſonale ex parte concedentis extinguitur cum ipſo concedente, vt hic: & ſic de vtroque poteſt intelligi infra de regulis iuris: priuilegium. vt ibi dixi. priuilegium autem reale ex parte concedentis, cum concedente non extinguitur: vt hic.

m *Reſtringi.* quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. infrà de reg. iuris. odia. cum ſuis concordantijs.

n *Beneficia.* Nota per hoc quod hic, & ſupra in principio dicit beneficia in plurali: videtur, quòd quis ſimul plura poſsit habere beneficia. De hoc dicam infra capit. ſecundo.

Gloſſa ſeq. dat vnum ſimile.

o *Canonicè.* Nil enim noui iuris in beneficijs illis tribuit hæc diſpenſatio: ſed vetus conſeruat & prorogat. Et probatur hoc ſupra de electio. dudum. ij. in fine [c] ſicut de innouatione dicitur. ſ. de priuile. ex parte. & cap. quia intentionis. & de confir. vti. vel inuti. cap. cum dilecta.

Gloſſa ſeq. diuidit, & dicit quid declarat.

SVſceptum.] Sunt duo dicta principalia. ſecundum ibi, Si duo. Et prima pars tria facit. Ponit dictum, & rationem reddit

*poſſe diſpẽſare cõtra nouũ teſtamentum. idem in ca. propoſuit. de conceſſ. præben. de poteſtate Principis vide Panor. cap. quæ in eccleſiarũ. de conſti. eſt gloſ. ſimilis & ibi Barto. in l. relegatis ff. de pœn. Bald. Ange. in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſitu. tamen Princeps ſine cauſſa cõtrafaciens iuri poſitiuo, peccat. Abbas in cap. de multa. de præb. Font.*

*b Placet domi. Pe. de Ancha. latè loquẽti de materia glo. & dic quòd ll. allegatæ loquuntur in vltimis voluntatibus, quas morendo confirmamus: hic in beneficialibꝰ in quibꝰ aliud. l. mandatum. C. mandati. Font.*

*Priuilegiũ aliquando eſt perſonale ex perſona cõcedentis, aliquãdo ex parte recipientis.*

*c Et bene facit. ff. de lega. 1. l. legata inutiliter. 1. reſponſo. vbi ordinatio vel prorogatio dici non confirmat legatũ inutile. Ioan. And.*

Universidad de Deusto Biblioteca



reddit ibi, Cùm non. Tertiò determinat, vel caſum excipit ibi, Niſi. Secunda pars decidit caſum dubium, rationem interſerens ibi, Cùm beneficium. Et incipe conſtructum ibi, Non potes. Io. And. Emanauit autem ad declarationem eorum quæ no. Hoſtien. §. de offic. delega. ex parte j. CASVS. Ego à ſede Apoſtolica impetraui literas huius tenoris puta: quia Papa mandauit Archidiacono Pictauienſi, vt ſi Cantor illi' eccleſiæ vellet ſuam Cantoriam, ſeu dignitatem reſignare, & eidem renũciare: quòd Archidiaconus ipſam renunciationem reciperet auctoritate Apoſtolica: & poſtea dictã Cantoriam mihi cõferret. Accidit, ꝙ idem cantor antequam reſignaret dictam ſuã Cantoriã, mortuus eſt. Archidiaconus illam Cantoriam mihi contulit auctoritate Apoſtolica: vtrum valeat talis collatio? Reſpondet, ꝙ non: quia mãdabatur Archidiacono, vt illam mihi conferret cùm vacaret per reſignationem, & non per mortem. Sed ponamus, quòd vacante aliquo beneficio per reſignationem, vel per aſſecutionem ſecundi beneficij: acceſsi ad apoſtolicam ſedẽ, & impetraui literas, per quas mandabatur mihi conferri tale beneficium ad præſens vacans per mortem talis: & tamen vacabat per reſignationẽ, vel aſſecutionem alterius beneficij: poſtea alius acceſsit ad Papam, & illud beneficium impetrauit, & expreſsit verũ modũ vacationis: quæritur quis noſtrum debet præferri? Reſpõdet, ꝙ iſte ſecundus eſt potior: ideo eſt præferendus, licet ſit poſterior: quia iſtæ literæ gratiæ ad beneficia ſunt odioſæ, ideo reſtringendæ & non ampliandæ. Nota primò principalẽ effectũ huius capituli, videlicet quòd vacatio per mortem, & per renunciationem, ſunt diuerſa. Ex quo infertur, ꝙ in conſtitutione odioſa, appellatione vnius reliquum nõ venit: quia in odioſis non fit extẽſio de vno ad aliud, ſed verba debent ſtrictè & propriè capi. Nota vlterius & finaliter, ꝙ ſiquis impetrauit à Papa beneficium vacans expreſſo falſo modo vacationis, non valet collatio: & hoc ſiue Papa conferat ſiue mandet conferri, niſi aliud exprimatur in literis: puta quia Papa mãdauit vt mihi conferretur beneficium vacãs per mortem talis, vel etiam quocunque alio modo vacet.

*† Nota, in materia ſtricta illud cõferri omiſſum, quod non exprimitur. l. ſi cũ dotem. ff. ſo. ma. l. cõmodiſſimè. ff. de li be. et poſthu. c. ſi cui. j. de verb. ſig. nec fit extenſio ad omiſſum etiã ex maioritate rationis. c. ſi cui, de nõ j. de præb. Phi. do. de Ancha. Font.*

*Vacatio per mortem, et vacatio per renunciationem ſunt diuerſa: & ideo in literis ad beneficia impetratis, vno expreſſo non venit reliquum. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM VI.

SVſceptum ab Apoſtolica ſede [a] mãdatum, vt ab aliquo beneficij (quod obtinet) reſignatione recepta, ipſum alteri [b] conferas & aſsignes: adimplere non potes, † ſi ille [c] antequam reſignet, rebus eximatur humanis: [d] cùm non per reſignationem [e] vacauerit, ſed per mortem: [f] niſi de intentione mãdantis aliud appareret expreſsè. [g] Si duo ſuper eodem beneficio literas impetret: primo [h] eorum per illius obitum qui tenebat: [i] ſecundò verò, per ceſsionem eiuſdem [k] ipſum proponente † vacare: ſecundus, [l] cùm beneficiũ ipſum ceſsione non morte [m] vacauerit, debet primo in ipſius aſſecutione præferri [n].

*† aliàs aſſerente*

a *Apoſtolica ſede.* Idem ſi ab alio qui hoc mãdare poſſet: puta legato, qui ad hoc haberet ſpeciale mandatũ: aliàs legatus hoc nõ poteſt: vt. j. de offi. legati. cap. penult. §. prohibemus.

b *Alteri* expreſſo vel nõ expreſſo, non curo: licet interdum ſit differentia: vt j. de offic. delega. ſi is cui. & j. de præbend. is cui.

c *Ille.* qui beneficium obtinebat.

Gloſſa ſequens: ſignat contrarium & ſoluit.

d *Humanis.* Argu. contra. j. de officio delegati, ſi delegatus. primo reſpõſo. Solu. de propria ſignificatione vocabuli, Abeſſe dicitur, qui non eſt in rebus humanis. ff de verborũ ſignificatione, mulieris. §. fina. nõ ſic in propria ſignificatione dicitur renũciaſſe (vt infra dicam) qui mortuus eſt: cùm renunciatio ſit voluntaria, illa coacta: ideo ſecus: Et ſtrictiſsimè ſit interpretatio in reſcriptis ad beneficia [a]. j. de præben. quãuis. j. in prin. & concordat ad hoc. ff. de libe. & poſthu. l. commodiſsimè.

*Abeſſe quis dicatur.*

*a Etiam in priuilegijs quo ad nõ cõprehenſa & omnimodo diuerſa à cõprehenſis in priuilegio. Philip. Font.*

e *Cùm non per reſignationem.* ratio. Ioan. And.

f *Per mortem.* & in his forma mandati diligenter eſt ſeruãda. j. de præben. cui de non. in fine.

g *Expreſsè.* quia expreſsit ſe velle beneficium tali conferri reſignatione: vel quocunq; modo [b] vacauerit: & facit. ſ. eo. c. ij. & j. de præben. ſi motu proprio. in fine.

Gloſſa ſeq. & vlti. recitentur per obiectionem, quam ſoluit, & textum fortificat.

*b De illa clauſula Philip. hic late.*

h *Primo.* [c] Ex hoc videbatur debere preferri: vt. j. e. tibi qui. & j. de prębẽ. cũ cui. Sed non eſt ita: quia licet ille poſterior ſit tempore, iure tamẽ eſt potior, eo ꝙ verum dixit, primus autẽ falſum. Eadẽ ratione dico, ꝙ poſito quòd nullus impetrauerit ſecundò beneficiũ illud, non debebitur impetranti qui falſum ſic expreſsit: nihil enim ad rhombum impetratio ſecundi: quia ſi ius habuiſſet in beneficio primus, per ſuperuenientem impetrationem ſine prerogatiua illud perdere non potuiſſet: & eſt ſi. ſ. de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuę. c. diſcretionem.

*c Iſtam gl. ſequitur Do. Fonta.*

i *Qui tenebat.* accipe. j. illud, Aſſerente vacare. aliàs proponente.

k *Eiuſdem.* ſcilicet qui tenebat.

l *Secũdus.* qui de ceſſione dixit.

Gloſſa ſeq. allegat duas concor. obiicit, & obiectionem coadiuuat per duo ſimilia. demũ obiectionẽ ſoluit & remittit.

m *Non morte.* Not. ergo ꝙ aliud eſt cedere, aliud eſt decedere: ad idem. j. de præben. quamuis tibi. &. j. de verbo. ſignific. c. vlti. Sed nõ ne renunciãs quo ad eccleſiã habetur pro mortuo? vt vij. q. j. c. in apibus. §. ecce in quib'. ſicut & vir ab vxore iudicio eccleſiæ ſeparatus, quantũ ad ipſam pro mortuo reputatur xxxiij. q. ij. in ſum. in princ. ſicut & monachus mortuus reputatur mundo xvj. q. j. placuit. ij. Solu. dicit lex, quod per fictionem iuris veritas non confunditur, nec delecur. C. de iuri. do. in rebus. in princ. licet igitur renuncians quo ad ipſam eccleſiam fingatur mortuus, tamen mortuus non eſt: nec idem eſt per omnia in eo, quod in mortuo. Nam talis de nouo poſſet ad eccleſiam reaſſumi. ſ. de renunc. ex tranſmiſſa. quod in mortuo eſſe non poſſet. Bene ergo dicit Io. qui no. in prædic. c. placuit. xvj. quæſt. j. quòd nunquam mors ciuilis naturali comparatur, niſi in caſibus expreſsis in iure. Ad hoc optimè. ff. de verb. obliga. ex ea parte. §. in inſulam. &. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſed ſi mors. §. cùm autem. Et licet alias in beneficijs larga fiat interpretatio: in literis tamen beneficialibus, quæ ambitioſæ reputantur, fit ſtricta: vt infra de præbend. quamuis. j. vel intelligemus ſtrictè de morte naturali, [d] prout verbum ſonat: & adde quod dicam. j. de præbend. quamuis. ij.

*Renunciãs beneficio an habeatur pro mortuo.*

*Mors ciuilis an æquiparetur naturali.*

*d Naturali. Sic cũ de ætate ſit mentio: de naturali intelligendum eſt: nõ de ea quæ imperiali beneficio ſupplerur. C. de iis qui ve. æta. impe. l. fin. Archi.*

n *Præferri.* Not. ergo pro illa regula quæ dicit, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: ad quod facit infra e. tibi qui. & de præbend. cum cui. intelligitur cum vtriuſque par eſt cauſſa: vt. ff. de regul. iur. quoties vtriuſque. & dicam infrà de regu. iur. qui prior. Si autem potior eſt cauſſa poſterioris, potior erit in iure: vt hic. & infra de præbend. ij. qui. & c. ſi à ſede. ff. de priui. credi. l. priuilegia. C. qui po. in pig. ha. l. vlti.

Idem.

*Licet ignorans beneficium ſibi collatũ, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent literæ: alterum tamen eliget, ſi de iure ſimul teneri non poſſint. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM VII.

GRatia, quã ſuper beneficio à ſede apoſtolica [o] te impetraſſe ꝓponis, vitioſa [p] reputari nõ debet: quãuis de alio beneficio ab Epiſcopo tuo antea [a] tibi abſenti & ignorãti [b] collato, nullã (cùm tẽpore impetrationis neſcires [c]) feceris mentionẽ. Vtrũq; [d] tamẽ, ſi talia ſint beneficia quę ſimul nequeãt de iure teneri [e], habere nõ potes [f]: ſed eligas [g] quod ex eis malueris retinere.

GRatia.) Primò ponit dictum, & ſuam cauſſam. Secundò ſoluit dubium emergens ibi, Vtrunque. Do.

Præſupponendum eſt pro intellectu huius. c. quòd cùm quis à ſede Apoſtolica impetrat beneficium vacans: impetrans debet facere mentionem de beneficio ſuo quantumcunque modico. immo etiam ſi impetret literas vel expectatiuas ad beneficia à ſede Apoſtolica, vel à legato Papæ, debet facere mentionem de beneficijs obtentis quantumcunque modicis: aliàs literæ eſſent ſurreptitiæ. Secus eſſet ſiquis impetraret beneficium ab Ordinario. CASVS. Ego conſtitui procuratorem meum ad acceptandum & accipiendum poſſeſsionem actualem & realem quorumcunque beneficiorum, & affirmandum in forma communi: poſtea arripui iter Romam. mihi abſenti fuit collatum aliquod beneficium. procurator meus acceptauit iſtud beneficium, & ego iſta ignorabam. poſtea vacauit aliquod beneficium: illud beneficium impetraui à Papa vel eius legato: in impetratione mea non feci mentionem de alio beneficio: vtrum valeat iſta collatio beneficij mihi facta? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic. Sed vtrum potero tenere iſta duo beneficia ſimul? Reſpondet, quòd non, ſi ſint incompatibilia: ſed dabitur mihi electio, vt eligam vnum vel aliud.

o *A ſede Apoſtolica.* idem ſi ab alio: & facit ad hoc. j. de officio lega. capi. vlti.

p *Vitioſa.* Eſt enim gratia vitioſa, quãdo in impetratione beneficij ſubticetur aliquod beneficiũ quantũcunq; modicũ: vt. j. de prębẽ. ſi motu proprio. niſi fortè proprio ſuo motu Papa

*Gratia vitioſa.*



Papa beneficium cõferret: vt ibi. Hinc eſt, quòd expreſsio beneficij diſpenſationem non operatur, ſed hoc ſolum, ꝙ literæ ſurreptitiæ nõ dicuntur: vt eod. titu. j. de prębẽ. non poteſt. in ſi. ADDITIO. Ita & hic licet ignorantia probabilis excuſet a vitio ſurreptionis: non tamen diſpenſat cõtra conciliũ, de multa. de præben. Ioan. Mo.

*Expreſsio beneficiorũ nõ operatur diſpenſationem.*

a *Antea.* Quia ſi poſt, nulla fuiſſet dubitatio.

Gloſſa ſequẽs recitetur per quæſtionem.

b *Ignorãti.* idem intelligo de ſciente antè quàm accepter, vel ratam habeat collationẽ eandẽ. Cùm enim antè hoc beneficiũ ſuum dici nõ poſsit, nõ eſt neceſſe de ipſo fieri mẽtionem. j. de prębẽd. ſi tibi abſenti. Et nota ex hac decret. & illa, quòd beneficia Eccleſiaſtica licitè conferũtur abſenti. Simile in procuratore, qui conſtituitur etiam abſens: vt. j. de procura. licet. &. ff. de procura. l. j. in fine. Sed hic [a] fortè procurator præſens habens mandatum ad talia, ratum habuerat, & acceptauerat, per id quod dicit in fine, Retinere. Vel dic, in beneficijs vel literis ad beneficia impetrandis, nihil debet taceri quod poſsit mouere animum concedẽtis: & de tali beneficio antè, quàm acceptet, debet facere mentionem. Ad hoc. ſ. eodem, in noſtra. & j. de præbend. quãuis. j. & cap. ſi motu. maximè cùm habeat ius ad rem [b]. j. de conceſ. præben. cap. vlt. & in prædicta decret. ſi tibi.

*Beneficium abſenti poteſt cõferri.*

*a Iſta placet Doctoribus reprobata prima Font.*

*b Et modo cõſenſu cõſtituat ſibi ius in re, quod nõ facit vacationẽ expectans, qui tamẽ id tenetur exprimere: vt prædicta decretali, in noſtra. Ioan. And.*

c *Neſcires.* diuinare enim non tenebatur: quia id humanũ non eſt: ſupra vt eccle. benefi. vt noſtrum. §. cum enim. verſi. porrò. Ioan. And.

d *Vtrunque.* ſ. impetratum à Papa, & collatum ab Epiſcopo.

Gloſſa ſequens quærit, & remittit: ponit quatuor opin. tertiam reprobat: ad quartam ſignat contrarium, & ſoluit.

e *De iure teneri.* Sed quæ ſunt hæc beneficia, quæ poſſunt ſimul de iure teneri? Super hoc vide in Spe. tit. de legato. §. reſtat. ver. illud autem. Poſſet dici, ſecundum Innoc. qui hoc tenet, ſupra de elect. dudum. de præbend. cùm iãdudum. quòd habere plura beneficia non curata, & quæ de conſuetudine vel ſtatuto reſidentiam non requirunt, non eſt peccatum, nec contra iura: & de talibus hic poſſet intelligi. Vel poſſet dici ſecundum Goffre. qui hoc not. ſ. de cleri. non reſiden. cap. ij. quòd de iure poteſt quis habere plures præbendas, quarum altera per ſe non ſufficit. allegat eodem titu. conquerente. ad quod facit etiam. ſ. de præben. cùm teneamur. Vel dic quòd loquitur de beneficiis vnitis, annexis, vel dependentibus: illa enim ſimul poſſunt de iure teneri. Sed hæc lectura non procedit: per collationẽ enim vnius haberet vtrunque, [c] & ſic non fuiſſet neceſſaria alterius collatio. Vnde dici poſſet opinionẽ Innocentij veram eſſe: quam ſequitur, conſuetudo, quam Papa ſcit & tolerat [d]: vel ſaltem opinio. Goffre. argu. ſ. cod. ſi gratioſe. argu. pro & contra, infra de præbẽd. is cui. Vel dic quòd litera iſta loquitur de iis beneficijs, quæ prætextu conſuetudinis vel ſtatuti ſuper hoc ex cauſſa facti, ſimul teneri poſſunt. Ad primum, de conceſſ. præbend. ex parte. in ſi. Ad ſecundum, de conſtit. cùm omnes. & eſt ſimile de iure. ſ. vt lit. pen. cap. j. & ſ. de elect. Cumana. ad ſi. Ad primum contra. j. de conſuet. c. j. ſ. de conceſ. prębend. literas. Sol. illud ſpeciale in duobus beneficijs in vna & eadem eccleſia. Secus in diuerſis: vnde videntur facere pro. & facit quod not. Hoſtien. in præd. decret. literas. in gloſſ. non obſtante. in ſi.

*c Gloſſa eſt ſing. & notabilis. Do. Philip.*

*d Et ideo valet ſecũdum Doct. gl. eſt. §. leges nij. diſ. vide Domi. hic latè loquentem quando liceat plura beneficia tenere. Fõ.*

f *Non potes.* de iure communi, diſpenſatiuè tamen poſſet. Et ſi quæratur, per quem diſpenſari poſsit: vide quod not. lxx. diſ. ſanctorum. in gloſſ. ij. xxj. q. ij. ſiquis iam trãſlatus. de electio. dudum. ij. de præben. de multa. de conceſ. prębẽ. literas. & j. de conſue. ca. j. Ioan. And.

*Poſſumus quod de iure poſſumus.*

Gloſſ. ſeq. primò dat ſimile, ſecundò quærit. argu. pro & contra, & ſoluit.

g *Eligas.* ſic & olim electio dabatur ei, qui duo beneficia curata ſimul habebat. ſ. de præben. referente. & c. præterea [e]. hodie ſecus, eod. tit. de multa. Sed nunquid electo vno re integra pœnitere poterit, & aliud eligere? Argu. quod ſic. ij. q. vj. c. ei qui. §. ſiquis libellos. ſ. de elect. in cauſsis. §. quia verò. de iure pa. cùm autem [f]. quod facit etiam contra: & j. de offi. deleg. quamuis. & j. de procu. quamuis. & j. de reg. iur. mutare. cum ſi. Ar. contra xxxij. q. v. horrendus. de iureiu. quemadmodum. ſ. eod. lib. de reſcrip. c. ij. & j. de reg. iur. quod ſemel. cum ſuis concor. Sol. ſatis videtur, quòd re integra poſsit mutare conſiliũ, & aliud eligere per prima iura. Ad hoc. j. de præb. ſi tibi abſenti. ff. de opti. leg. l. mancipiorũ. Contrarium tene per prædi. reg. quod ſemel. ad hoc. j. eo. c. penult. in ſi. & de poſtul. c. j. ADDITIO. Ioan. Mo. j. de præbẽ. ſi tibi. ita diſtinguit. Aut optio vel electio data eſt in contractibus: & tunc variare licet. ff. de ver. obl. cum qui certarũ. in ſi. de actio. emp. l. ſi ſterilis. §. ſi. Aut in beneficiis vel vltimis voluntatibus: & hoc dupliciter. Aut tenuit electio, & tunc non potuit variare. ff. de le. j. ſerui electione. ff. de opt. leg. l. apud Auſidium. Aut non tenuit, & hoc dupliciter. Aut illam fecit optans iure proprio, & tunc iterato poteſt optare. ff. de opt. leg. l. ij. §. ſi. & l. ſeq. ad inſtar iudicis ordinarij, qui poteſt iterato cognoſcere cum ſententia eſt nulla. Cod. de accu. ſi accuſatoribus. & l. abſentem. & j. de cõceſ. præb. nec captandæ ij. reſponſo. Aut iure alieno: & tũc iterare non poteſt, infra de elec. ſi compromiſſarius. §. j. & vide quod ibi not. in. §. idem fit. in vlt. gl. ad inſtar iudicis delegati. C. quomodo & quando iud. l. ſi vt proponis. §. j. De materia vide quod ſcripſi de teſti. præſentata. ſuper ver. Optione. Ioan. And.

*e ſ. de æta. & qualit. eam te.*

*f Et c. cum laici. vbi de hoc in. j. gl. Io. And.*

*Eligere vel optare habens, an poſsit variare.*

Idem.

*Si reſtituatur quis ad gratiã reuocatã, ſine alteri' præiudicio intelligitur reſtitut': vnde alteri ãte reſtitutionẽ impetrãti præferri nõ debet. Io. And.*

CAPVT VIII.

QVanuis is cuius gratia [h] per quã mãdabatur ĩ certa Eccleſia prouideri [i]

QVanuis is.) Ponit dictum in quo interſerit exceptionẽ ibi, Niſi. & ponit rationem dicti ibi, Cùm talis. Ioan. And. Præſupponatur primo, quòd inter expectãtes auctoritate Apoſtolica habet locum illa regula: Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: vt ſi ſint duo vel plures, qui in eadem collatione habent ſimiles gratias expectatiuas: tunc in beneficio quod primo vacabit, eſt præferendus ille qui prior eſt in data. CASVS hoc præſuppoſito poteſt ſic figurari: Papa mihi in eccleſia Pictauienſi fecit gratiam hoc anno: quia ipſe mandauit canonicis ipſius eccleſiæ, vt me reciperent in fratrem & Canonicum: & præbendam vacantem, vel proximo vacaturam mihi aſsignarent, cum clauſula decreti irritãtis, ſi Canonici facerent in preiudicium meæ gratiæ. Tractu temporis accidit, quòd Papa reuocauit gratiam mihi factam, & anno ſequenti fecit tibi in illa eccleſia ſimilem gratiam: quia mandauit dictis Canonicis, &c. Accidit quòd ego primus acceſsi ad Papã, & petij vt ipſe dignaretur me reſtituere ad meam gratiam, quam ipſe reuocauerat: quod fecit. Pòſt vacauit præbenda in eccleſia Pictauienſi. Quæritur nunc, an præbenda debeatur mihi vel tibi ſecundo, attento quod mea gratia fuit reuocata? Reſpondet Papa, quòd quando reſtituit aliquem ad gratiam reuocatam, hoc facit ſine præiudicio alterius: ideo reſpondet ad quæſtionem, quòd licet ſim primus habito reſpectu ad gratiam, non tamen ſum primus habito reſpectu ad reſtitutionem: ideo tu ſecundus in data gratia, es mihi præferendus: quia nos attendimus tempus reſtitutionis, & non tempus datæ gratiæ. Et hoc verũ, niſi Papa aliud diceret in reſtitutione: videlicet quòd me reſtituit ad datam & prioritatem temporis, & vult gratiam meã valere perinde, ac ſi reuocata non fuiſſet etiã quo ad prioritatem temporis. Nota primò ex textu iuncta gloſſ. quòd ſi ſub eadẽ collatione ſunt plures expectantes, habẽtes ſimiles gratias: ille præfertur, qui eſt prior in data. Et ſic habet locum illa regula, qui prior eſt tempore. Secus ſi non haberent ſimiles gratias: quia aliqui habent aliquas prerogatiuas: puta, ſi Papa mandet ſecundum in data præferri quibuſcunque: tunc ſeruãda eſt voluntas Papæ, quia in his ſpiritualibus Papa habet plenam diſpoſitionem. Nota ſecundò principalẽ effectum, ad quem emanauit iſtud c. videlicet, quòd cùm Papa aliquẽ reſtituit ad gratiam reuocatam, non videtur in dubio velle præiudicare iuri alterius. Et iſtud facit ad deciſionẽ talis quæſtionis, videlicet, Aliquis vaſallus commiſit felloniam contra Regem, propter quod eius bona ſunt confiſcata: pendente illo tempore Princeps dat feuda aliis: tractu temporis iſte qui commiſit felloniam, reſtituitur per principem: vtrum reſtituatur ad bona ſua confiſcata? Textus iſte facit quòd non [g]: quia Princeps videtur illum reſtituere ſine præiudicio alterius: & hoc verũ, ſi Princeps ſimpliciter reſtituat, quia tunc non videtur remouere ius alteri quæſitum.

*Caſus Domini Henr.*

*Gratijs ſimilibus cõcurrẽtibus præfertur prior in data.*

*g Dictu ex mente Pet. de Anchar. quòd ſic: quia tale feudum fuit alteri quæſitum immediatè ex ip-*

h *Gratia.* conceſſa fortè à Nicolao quarto, vel Cæleſtino quinto. Ioan. And.

i *Prouideri.* nec adhuc prouiſum erat, nec ad poſſeſsionẽ deuenerant. vnde habebant ius non in re, ſed ad rem. infra de conceſ. præben. cap. vlt. Ioan. And.

Proxi-

a *Proximè vacaturo*. quod ſolus Papa facere poteſt: de A con.præ.ca.ij.in gloſ. penul.
b *Reuocata*. tenorem huius reuocatoriæ conſtitutionis non habemus:ſed de ipſa fit mentio.j. de præben.c. penul. & antepenul. & de conceſ. præben.c. vlti. Reuocatoria illarũ Nicolai incipiebat,Pridẽ ad apicẽ. Illarũ Cœleſtini , Olim Cœleſtinus . & c. dudum.Io.An.
c *Poſt reuocationem*. idem & multo magis ſi ante reuocationem.
d *Similis*.ſcilicet de beneficio proxime vacaturo.
e *Expreſſè dixerimus*. hoc enim Papa facere poteſt:ad hoc.j.de prębẽ.ca.pe.ADDITIO. facit cle. quoniam. de immuni.eccle.

*ſa priuatione: ergo.l. ſiue libertus ff.de iur. patro. idem dicas in q.de patrono.de qua gloſ. ſi. Font.*

ſibi de beneficio proximè a vacaturo , per nos fuerat reuocata, b reſtituatur à nobis denuò ad eandẽ : nõ tamẽ ei,cui poſt reuocationẽ, c& ante reſtitutionẽ prędictas, ſimilis d in eadẽ eccleſia gratia facta fuit ( niſi de hoc expreſsè dixerimus e) anteferri debebit. Cũ talis f reſtitutio,vbi aliud nõ exprimitur , ĩtelligatur g fieri ſine iuris ꝑiudicio alieni †.

Idem.

*In literis ad beneficia impetratis, inſpicitur tempus datæ. Vnde per illas beneficium curatum obtinere non poteris,qui licet nunc ſit maior, illo tempore minor eras.Io.And.*

CAPITVLVM IX.

SI eo h tẽpore,quo tibi de beneficio cum cura i,vel ſine cura mãdauimus ꝓuideri, ad obtinendũ curatũ beneficiũ idoneã k nõ habebas ætatẽ:tibi,licet†nũc legitime effectꝰ ſis ætatis, auctoritate literarũ huiuſmodi(cũ tẽpore datæ m ipſarũ adhuc nõ eſſes idoneus n)de beneficio curã animarũ o habente nequaquã poterit prouideri. Beneficiũ p autẽ ſine cura q (cùm ad ipſum ſufficiente r tunc

*† Nota quòd vbi certo tempore debet aliquid adeſſe, ſi illud poſtea adſit,actus non firmatur.j.§. ſed ſi ſimus ff.de legat. ij. ame cæteris volentium prouidere Ordinarius reſiſtet.Archi. Io.Andr. Phili. Fēt.*

*† Not. hoc bene, quòd princeps non præſumitur velle præiudicare alteri etiã in huiuſmodi materia, in qua per ſolã voluntatem poſſet ſicut in beneficialibus ſecundũ gl. & ibi dixi in verbo,A Romano.c ſi gratioſè. ſ.eo.Fon.*

Gloſſa ſeq. alleg. in contrarium , fortificat textum,& cõtrarijs reſpondet:ſecũdò arguit ad quæſtionem , ponit opi. Gof. contra quam alle.v. iura, & remittit: demum ſubdit tres opiniones.

f *Cùm talis.* ecce ratio. Et aduerte , quia in contrariũ videbatur ex eo , quia reſtitutio eſt prioris ſtatus reparatio: & reſtitutus in priſtinũ ius recidit, argu. xv. q.vj.nos ſanctorum. & cap. iuratos. & ſuprà, de electio. quia diligentia. ſecunda quæſtione tertia. c. ſi quem.in ſi. & C. de ſen. paſ. l.j. Reſtitutio enim hoc operari debet : vt nec proſit, nec obſit quod euenit. ff. ex quib. cau. ma. l. j. primo reſponſo.& ff. de mino. quòd ſi minor.n.reſtitutio.Sed contrarium eſt verum, vt hic: & ſic pro parte hac debuit quæſtio terminari per decreta. de renun. ex tranſmiſſa . & de ſimo.ex inſinuatione.& cõcor. C.de remiſ. pig.l.vlt.vbi ſi de voluntate creditoris debitor pignus diſtrahat, iterum deueniat ad ipſum debitorem res illa diſtracta : non renaſcitur hypothecaria , quam habebat à principio : actio enim ſemel extincta &c.de conſecra.diſt.iij.quæris. §. item C per hanc.in gloſ. j. ff. de ſol. qui res.§. aream. Ad contraria reſpondetur , quòd hic non eſt verè reſtitutio : immo quædam noua cõceſsio per prædicta iura. a Et nota quòd hæc decre.facit in argu.ad quæſtionem dominicalem : an ſcilicet Epiſcopus inuito patrono reſtituere poſsit preſbyterum per ſe depoſitum. & determinauit Goffre. de renun.ex tranſmiſſa.in fin. quòd non:per l. C. de nupt. ſi vt proponis.ij.vbi dicitur , quòd in matrimonio reſtaurando per filiam poſt diuortium , requiritur conſenſus patris:ſicut à principio in contrahendo . In contrarium facit de renun.poſt tranſlationem de Iudæ. Iudæi de ciuitate.& c. conſuluit.de ijs quæ fiunt à præla.cùm Apoſtolica. vij.q.j. cos.& not.de hoc xxiij.q. iiij. Nabuchodonoſor. in princ. Dicebat Hoſtien. opini. Goffre.eſſe veram , cùm reſtituitur ab inferiore : ſecus ſi à Principe , per iura ſuperius pro reſtituto inducta. b Bartho. Brix.in quæſtione dominicali, c quæ incipit , Sacerdos aliquis fuit:dixit, quòd ſi depoſitus appellauit intra decem dies , reſtitui poteſt inuito pa- D trono:aliàs non. Tan.dixit, q̃ ſi Epiſcopus præuenit in reſtitutione patronũ,valet reſtitutio,aliàs nõ.quod approbat Hoſtien.in prædi.decre.ex tranſmiſſa. & de elec. innotuit. & facit quod not. ſ. de conſtitut. cùm acceſsiſſent. in vlti. gloſ.

g *Intelligatur.* concor.j.eo. c.ij.

*a Nota quòd reſtitutio ad gratiã extinctam nõ retrotrahitur ad tempus primæ conceſsionis.Vnde ſi creditori poſt pactũ de non petendo fiat pactum de petendo, non recuperat intereſſe neque vſuras medij temporis. de Ancha.Domi. Fonta.*
*b Hoc hic reprobatur ſecundum Archi. Io. And.*
*c Dominicali.ſcilicet 63.Et ſolutio eius cõmuniter approbatur per c.decernimus.xvi. quæſtione vij.Io.An.*

SI *eo tempore.* } Vnius thematis duo dubia ſoluit,& vtriuſque cauſam reddit.Secundũ ibi,Beneficium.Io.And.
Præſupponendũ primò, q̃ quis non poteſt obtinere beneficium curatũ,niſi attigerit xxv.annũ. CASVS.Quidã Titius minor xxv. annis: quia fortè in xxiiij. anno à ſede Apoſtolica impetrauit literas gratioſas ad Epiſcopũ Pictauien.ſub hac forma:Mandamus vt tali prouideas de beneficio cũ cura,vel ſine cura, ſi quòd de præſenti vacat:alioquin de proximo vacaturo.Accidit,quòd antequam vacaret aliquod beneficium,iſte Titius effectus eſt maior:quia peruenit ad xxv. annũ: & vacauit eccleſia parochialis,quã Titius petit ſibi conferri virtute ſuæ gratiæ: Dicit Epiſcopus, quòd iſtud beneficium curatum non comprehendebatur ſub ſua gratia:quia tempore impetrationis ipſe erat incapax ad obtinendum illud beneficium curatum. Dicit ex aduerſo impetrans , quòd licet tempore impetrationis eſſet incapax ad obtinendum illud beneficium curatum:tamen nunc ipſe eſt capax:vtrum bene dicat? Reſpondet Romanus Pontifex,quòd non: quia requiritur capacitas tempore impetrationis,& non ſufficit capacitas tempore vacationis.Sed vtrũ vitietur beneficium ſine cura per clauſulam.Cum cura pura:quia Papa mandauit,vt Epiſcopus tali Titio conferret beneficiũ vacãs, vel proximè vacaturũ cũ cura vel ſine cura : vtrũ per clauſulã, Cũ cura , vitietur clauſula, Sine cura,ita q̃ tota ipſius gratia ſit vitiata? Reſpondet q̃ nõ: ideo ſi vacet aliquod beneficiũ nõ curatũ, Epiſcopus tenetur ei illud cõferre: & ſi Epiſcopꝰ nõlit cõferre, tũc impetrãs habebit recurſum ad ſuũ executorem,qui ei cõferet illud beneficium nõ curatũ, nõ obſtante recuſatione Epiſcopi:quia vtile per inutile non vitiatur,quãdo ſunt ſeparabilia: ſecus ſi eſſent inſeparabilia.

Nota primò ex hoc textu iuncta gloſ. quòd minor vigintiquinque annis non eſt idoneus ad obtinendum beneficium curatum : tamen ſufficit quod compleuerit xxiiij. & attigerit xxv. annum: vt dicitur in cap. cùm in cunctis.ſuprà de electio. licet ſecus ſit in Epiſcopo:quia requiritur in Epiſcopo quod cõpleuerit annum xxx. & inceperit annum xxxj.Quæ ætas requiratur in quolibet ordinato , tractat Panormi. in cap. ſuper inordinata.de præbẽd.in ant. Nota vlterius illud, ad quod allegatur iſtud capitulum , quòd reſpectu illius pro quo ſcribitur,attenditur tempus datæ literarum, & non tẽpus vacationis : & iſte eſt principalis effectus huius capituli.Et ratio huius poteſt aſsignari:quia literæ fuerũt nullæ reſpectu illius incapacitatis : ergo tractu temporis non cõualeſcũt.Nota finaliter, q̃ literę ad beneficia poſſunt ꝓ parte valere,& pro parte nõ valere, vt in caſu huius cap.Nã ſi minori vigintiquinq; annis facta fuerit gratia reſpectu C beneficij curati,literæ nõ valent,& tamen reſpectu aliorũ beneficiorum valent:& ſic vtile per inutile non vitiatur.

*Beneficium curatũ non debet conferri minori xxv.annis.*

Gloſſa ſequens ſignat contrariam,& ibi remittit.

h *Si eo.*cõtradicit ad hãc infrà ꝑbẽ.ei cui ꝓuideri.ſbi ſol.
i *Cum cura*,niſi hoc fuiſſet expreſſum,de curato prouideri nõ poſſet.ſ.de præbẽ.ca.vlti. & j.de prębẽ.cùm in illis.
k *Idoneam*.ſcilicet vigintiquinq; annorum. ſ. de electio. cùm in cunctis.
l *Effectus*.ſpectamus ergo initium:& facit ſ.de elect.dudum.j.& quod ibi no.Nec firmatur tractu temporis,quod de iure ab initio non valebat. j. de reg.iur. non firmatur. cum ſuis concor.
m *Cum tempore datæ*.ſic nota inſpiciendum tempus datę: ſic ſuprà eo.cam te.& j.eo.tibi qui.& de præbẽ. cum cui.

Gloſ.ſequens reci.per quæſtionem : alleg. pro, & ſoluit contrarium.

n *Non eſſes idoneus*. propter defectum ætatis a,& idẽ dici poſſet de defectu ordinum:argu.ſ.de ætate & qualit. præ- D terea. ſed hoc eſt falſum : vt j. de præbend. ſi pro clericis pauperibus.
o *Curam animarum* . In ijs qui ad curata beneficia promouẽtur,requiritur maior idoneitas,quàm in alijs:& ideo ſi mandatur prouideri de dignitatibus , perſonatibus,vel beneficijs de cura mentione non habita,de curatis dignitatibus perſonatibus vel beneficijs non poterit prouideri. j.de præben.cum in illis.
p *Beneficium*, quia poterat dubitari , ne illa inutilis adiectio,ſcilicet.Cum cura vitiaret in totum reſcriptum : ſcilicet quòd nec etiã de ſimplici poſſet prouideri : ideo annectit quod ſequitur.Et ſic not.vtile non vitiari per inutile.j.de reg. iur. vtile cum ſuis concor.
q *Sine cura*. quia ex ſe curam non habet:ſi autem,haberet annexam parœcialem & curatam eccleſiam,dic vt dicam. j. de præben.ſuper eo.
r *Tunc* ſcilicet tẽpore impetrationis.Io.And. ADDITIO. Adde ergo, q̃ ſi quis impetrauerit beneficiũ cũ cura vel ſine cura : & tẽpore ĩpetrationis eſt legitimę ętatis:ſi vacat, ei debetur:vt in hoc ca.& hic no.in gloſ.iſta antepe. Contrariũ no.de ꝑbẽ.j.c. ei cui eo.li.vbi apparet ſufficere q̃ tẽpore vacationis habeat ſufficiẽtẽ ætatẽ. Sol.ibi not, in iij. gloſ.qa prima gloſ. loquitur ĩ impetratione curati , ſecũda in im-

*a Illũ defectũ probabit obijcient:quia fundans ſe in ætate debet illam probare. Do. Adde Bar.in l.de ætate.ff.de mi.Font.*

*Idoneitas impetrantis an conſideretur ſecundum tempus impetrationis vel vacationis beneficij.*



in impetratione ſacerdotalis.Satis obſtat quod nota.eo.ti.nõ A poteſt.in.iiij.glo.Sed credo gloſſam.c.ei cui.poſſe ſuſtineri, licet aliqui contra:quia plus eſt habere curatũ in actu & habitu,quã in habitu tantũ:ad hoc quod not. de cleri. nõ reſiden.quia nonnulli.ſuper ver.Parochiales.& per Hoſtien.de offic.Archidiac.cùm ſatis.& Io.And.ſuper ver.Animarum & optimè probat extrauagans Io. execrabilis.iuxta finẽ, verſic. quantum autem. Et quod not.in prælle. c.ei cui.ſuper ver. licitè.in nouella.& vide contrarietatẽ gloſſæ.Grego. Sed adhuc

ætatem a haberes)per eas licitè b poteris obtinere.

Idem.

*Gratia generalis non præiudicat ſpeciali: et debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto. hoc dicit. Zenze.*

CAPITVLVM X.

inſto per hunc textum in fin.& in gloſ.quæ loquitur in beneficio ſimplici.Vnde poteſt ſic dici , quòd eſt quædam inhabilitas ratione ætatis temporaliter ad beneficiũ, quædam ſolùm ratione ætatis ad qualitatem beneficij curati,quędam ſacerdotalis tantum. In prima & ſecunda inſpiciamus tem- B pus impetrationis,in tertia tempus vacationis: quia plus eſt aliquem eſſe inhabilitatũ ad totum,quàm ad partem, vel ad qualitatem paruam : ad hoc quod notatur hic in nouella de æta.& qualit.indecorũ.de præben.ſuper inordinata.& quod not.de corpo.vitia.ca.j.&.ij.& ſi. Et fortè ſpeciale eſt in iſta qualitate ſacerdotali,vt hic ſentit Ioan. Andr. & adde quod notatur.ſ.de conceſ.præben.cum noſtris. per Innocentium & Ioan. Andr. in additione quæ incipit : Et in Clementina. Hieronymus Clarius Brix.

Gloſ.ſequens quærit ,allegat opinio.interſerens,& ſoluit.

a *Aetatem*, a,ſed quæ eſt idonea ætas in beneficio ſine cura? Videtur quòd maior quatuordecim ad illa dicatur idoneus. ſ.de pręben.ſuper inordinata.vbi Hoſtiẽſis hoc tenet in canonijs propter maturitatem conſilij , quod requiritur in illis:nam ibi pueri non dicuntur idonei ad beneficia obtinenda . Certum autem eſt, quòd infans dicitur vſque ad ſeptimum annum:puer autem de ſeptimo vſque ad duodecimum vel.xiiij.annum.xxij.q.v.pueri. &. C. de falſa moneta. l.j.& dixi.ſ.in prooemio circa finem. Sed vt ibi notat Bernardus, dici poteſt quòd pueri ibi dicuntur minores ſeptẽnio:& iſti dicuntur indigni.Septennes autem, & maiores ſeptennio dicũtur idonei.cùm enim tales poſsint ordinari. xxviij.diſtin. C de his.cum gloſ.j.ergo & in beneficijs intitulari:argumento de præbendis,cùm ſecundum. Ad hoc optimè facit.j.de electio.ex eo.& hæc vera intelligo,niſi eſſent talia beneficia, quæ ſacrum ordinem ex priuilegio,conſuetudine,vel ſtatuto,vel alio modo requirerent. & facit quod dicam.j. de fil. presbytero.cap.jj.reſponſo: & probatur expreſſe.j.de prębend.ei cui prouideri.An hodie diſpenſent Epiſcopi in ætate,not.ſ.de elect.cum dilectus.& dicam.j. de elect. licet canon.& de ætate & qualitate.cap.vnico.

b *Licitè*. id dicimur poſſe , quod licitè poſſumus. xxij. quæſt.ij.faciat.Ioannes Andreæ.

*Aetas idonea in beneficijs obtinendis. a Iſtam gl. ſequuntur Philip.& Do. qui Do.de materia bene concludit. Font.*

*Sũmarium.*

SI *propter.* } Propter multiplicitatem intellectuum gloſ. Ioan.And.non ſummat:poteſt tamen ſic ſummari.Generalis gratia habens clauſulam generalem,ſcilicet , Non obſtan.niſi id aliter exprimatur , non præiudicat iuri ſpecialiter ex ſtatuto,conſuetudine,vel priuilegio alij quæſito. hoc dicit ſecundum Ioan.de Fantuſijs,ſecundum quem hoc ſummarium comprehendit vtranque lecturam poſitam in gloſ. Diuiditur ſecundum Ioan.Andr.quia primò ponit thema,& eius dubium ſoluit ibi, Intentionis : caſum exceptum interſerens ibi, Niſi. Ioan.Andr. CASVS. Papa conceſsit Epiſ- D copo Bonon.debitorum onere grauato priuilegium , quod fructus beneficiorum primi anni vacantium in ſua diœceſi perciperet: & erat hæc gratia vſque ad quinquennium duratura, appoſito in priuilegio,quòd non obſtarent conſuetudines, priuilegia vel ſtatuta, per quæ ſua poſſet impediri conceſsio. Vacauit quoddam beneficium,cuius reditus primi anni de priuilegio,conſuetudine, vel ſtatuto ſpectabant ad fabricam eccleſiæ, vel alium vſum , vel aliquam ſingularem perſonam. Quæritur cui debeantur huius beneficij reditus primi anni ? Reſpondetur ſecundum vnam lecturam, quòd debentur fabricæ, vel illi vſui, vel ſingulari perſonæ, niſi in conceſsione facta Epiſcopo aliud caueretur expreſſe. Vel dic vt infra in vlt.gloſ.Ioan.Andr. Caſus ſecundum veriorem intellectum . Papa fecit Epiſcopo Pictauienſi gratiam (videlicet pro exoneratione & ſolutione debitorum ei indulſit) vt fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in ſua diœceſi perciperet vſque ad quinquennium. In ipſa diœceſi Pictauienſi erant aliqua beneficia quæ habebant hoc onus, quod reditus primi anni erant deputati alicui hoſpitali vel fabricæ. vacauit tale beneficium. Quæritur nunc, quis habebit reditus primi anni : an Epiſcopus vel fabrica? & vtrum iſta gratia faciat præiudicium fabricæ? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd per talem gratiam nõ ſit præiudicium fabricæ,quò minus percipiat fructus vnius anni: tamen Epiſcopus habebit fructus primi anni , & non fabrica : ſed fabrica habebit fructus ſecundi anni : & inſtitutus in beneficio, habebit fructus tertij anni: & ſic fiet ſine præiudicio fabricæ . Et ratio eſt, quia aliàs iſta gratia eſſet inutilis ipſi Epiſcopo: puta ſi illud beneficium ſolum vacaret in quinquẽnio: tũc ſi Epiſcopus perciperet ſolũ fructus



SI propter tua debita c perſoluenda , fructus d beneficiorum primi anni e quæ in tua vacabunt f diœceſi, tibi ( non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus , priuilegijs vel ſtatutis , per quæ noſtra impediri g poſ-

ſecundi anni,gratia eſſet ei inutilis : quia ſecundo anno eſſet expirata. Et iſtud verum,quòd dabuntur fructus Epiſcopo vel fabricæ deductis oneribus ipſius beneficij: videlicet quòd inſtitutus accipiat moderatè aliquam portionem pro B ſeruiendo in diuinis: & reſiduum dabitur Epiſcopo vel fabricæ. Nota primo ex iſto capi.quòd Epiſcopus non poteſt retinere fructus beneficij vacantis , ſi contingat vacare tempore meſsiũ:ſed illos fructus tenetur reſeruare futuro ſucceſſori, quem inſtituet:quia aliàs fruſtra impetraret priuilegium, vt perciperet fructus primi anni beneficiorum vacantium in ſua diœceſi:quia fruſtra precibus imploratur , quod alicui iure cõmuni conceditur.l.vnica de theſauris. lib.x.C.

Nota principalem effectum huius capit.videlicet quod ſi Epiſcopo mole debitorum grauato fuerit facta gratia , ipſe percipiet reditus primi anni beneficiorum vacantium in ſua diœceſi.ſi tales fructus primi anni antea erant aſsignati fabricæ,vel alicui perſonæ per gratiam Epiſcopi : non præiudicatur fabricæ vel perſonæ ſingulari , etiam ſi Papa dixerit in gratia Epiſcopi,Non obſtantibus priuilegijs vel conſuetudinibus:ſed debet fieri interpretatio,quia Epiſcopus habebit reditus primi anni, fabrica autem vel perſona ſingularis habebit reditus ſecũdi anni, & inſtituti habebũt reditus annorũ ſequentiũ:licet aliqui dicãt, q̃ fabrica haberet fructus primi anni, & Eps ſecundi, & inſtitutus annorũ ſequentium.

*Nota primò, q̃ vbi dubitatur de intellectu priuilegij. Apoſtolici, Papa eſt ille qui habet interpretari: ad hoc de indi. cũ veniſſent. Nota ſecũdò ,quòd in dubio nõ eſt intentionis, Papæ velle tollere ius alterius:ad hoc ſ.eo,ti.quã uis.& c. aliquibus. eo. lib.Domi. Fructus beneficij vacantis ſunt futuro ſucceſſori reſeruandi.*

c *Tua debita*, ad idem.j.de præbendis.ſi tibi conceſſo.
d *Fructus*.Nota quòd nõ habet retinere beneficia, ſed fru- C ctus. Vnde vt dixi ſuprà eodem, ſi gratioſe. in hoc caſu vacant beneficia.vnde is ad quem pertinet electio, intra tempus ſtatutum neceſſario habet eligere b. Et facit quod notat Bernardus de magiſtris: quia nonnullis.& probatur hoc ſatis infrà de præbendis, ſi tibi conceſſo.Ioan.And.

Gloſſa ſequens quærit,& ſoluit duo dubia: & ſolutioni ſecundæ ſignat contrarium,cui reſpondet.

e *Primi anni*. Quid dices? computabitúrne annus iſte à die fructuum colligendorum , an à die vacationis vel mortis? Credo à die vacationis computari. Vnde non credo hic ſeruari legem de vaſallo : quæ dicit quod ſi vaſallus decedat poſt Auguſtum & ante calendas Martij, quòd ad dominum pertinet: alioquin ad vaſallum vel eius hæredem : vt in lib. feud.titu.hic finitur lex regni.cap. ſi vaſallus . Sed credo q̃ à die vacationis vſque ad annum quicquid obueniet beneficio,& ſeparatum erit à ſolo, totum erit huius priuilegiati. Comparo enim hunc priuilegiatum vſufructuario,qui fructus ſeparatos & reconditos ſuos facit. ff. de vſufr.l. arboribus.§.Iulianus.aliàs incipit, ſi fur.ſecundum moderationem tamẽ decre.j.de offi.ordina.præſenti. §.porrò. & facit quod ibi dicam. Et dico quòd annus iſte habebit ccclxv.dies,vn- D de ſi vacauerit eccleſia prima die menſis, ſeq.anno prima die eiuſdem menſis finitus ſit annus : & facit quod dicam.j.de elect.quàm ſit Eccleſijs.& ſi eſſet biſextus, illi duo dies cedunt ſibi pro vno: pro vno enim computantur:vt.ſ. de verborum ſignific. quæſiuit.ff.de verborum ſignific. cum biſextus.ff.de diuer.& temp.prę.l.ij.in vlti.gloſ.Licet ſit argum. contra.ff.de ſtatuliber.l.cùm hæres.§. Stichus. Sed illud in pœnis vel odijs, quæ ſunt mollienda:de pœn. diſtinct.j.pœnæ.j.de regu.iur.in pœnis.& facit quod not. in præ. decre. quæſiuit. & lv.diſtin.cap.ij.

Gloſſa ſequens ponit quatuor exempla: & ſubdit genus, demum quærit,arg.negatiuè: & contrarium ſoluit.

f *Vacabunt*. morte,renunciatione,depoſitione,tranſlatione,vel quocunque alio modo. Quid ſi permutatione ? Videtur quòd ſecus,per decre.j.de rerum permut.c.vnico.Sed contrarium puto: quia negari non poteſt,quin propter permutationem vacet: & æquitas in eo ſolo caſu iuris rigori præfertur,in quo ſcripta reperitur,in alijs non:non enim ex illo ſpeciali caſu eſt regula danda.

g *Impediri*.Secus ergo ſi differri:& licet intẽdat per clauſulã,non ob.impedimẽta tollere:dilationes tamen tollere non intendit,licet ex dilatione impediri poſſet, vt infrà dicam.

*b Eligere. Non obſtat ſecundum Archid. q̃ eccleſiaſtica beneficia debent ſine diminutione concedi.ſ.vt eccle.benefic.in rubro & nigro: & quod ſpirituale ius ſine temporali non conſiſtit. j. q.iij.ſi quis obiecerit. Item quòd inane nomen habebit ſine fructibus, quia hoc operatur indulgẽtia.quod patet etiã in omnibus vltra numerũ auctoritate Papali receptis, qui expectant.ſ.de præben.relatum.Ioã. Andr.*

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Quinquennium.* factum narrat: idem enim in citeriori & vlteriori tempore.

Gloſſa ſequens declarat in quo eſt gratia, & quid confert.

b *Speciali gratia.* quia de iure futuris ſucceſſoribus cōſeruari debebāt, vel in vtilitatē Eccleſiarum expēdi. j. de elect. quia ſæpe. & de offi. ordi. præſenti. & intelligo hanc gratiā, & illam quæ ſequitur, ſecundum moderationem illius decre. pręſenti. §. porrò. ſcilicet ꝙ hoc ſolum intelligatur de illis fructibus eccleſiarum vacantium, quæ ſolutis debitis, ſi qua ſunt, & ijs quæ neceſſaria fuerint pro ſeruitoribus & miniſtris, & alijs incumbentibus oneribus vſque ad nouos reditus, reperta fuerint ſupereſſe.

*Nota. textum hic iūgendo cum verbo, ſtatutis, quòd Epiſcopus ſtatuit ꝙ fructus beneficiorum vacantium debeantur fabricæ. Phil. Do. Pe. Font.*

ſet conceſsio) vſque ad quinquennium [a] de ſpeciali gratia [b] concedimus [c]: intentionis [d] noſtræ nequaquam exiſtit, ſi fructus huiuſmodi Eccleſiæ tuæ fabricæ †, vel alteri vſui [e], ſeu cuicunque ſingulari perſonæ, de ſpeciali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto [f] forſitan debeantur: quòd eis per conceſsionem

Gloſſa ſequens quærit, & opi. ponit, quā fortificat per aliam opinionem, cui opponit, & dupliciter reſpondet.

*Legatus de latere, an poſsit concedere fructus primi anni beneficiorū vacantium.*

c *Concedimus,* an legatus de latere ſimilem gratiam dare poſſit, tractauit Ioan. de Deo in quæſtionibus ſuis, in princ. & Guil. in Spe. titu. de legato. §. nunc tractemus. in fin. & dicūt, quòd dato quòd ex cauſa hoc poſſet: beneficium tamen vel dignitas debet cum aliquo emolumento conferri. Quod verum eſt, vt dixi ſuprà in gloſ. proxi. & in glo. nota quòd non. Notat etiam Bern. ſupra vt eccle. benefi. vt noſtrum in vlt. gloſ. quòd Epiſcopus ex iuſta cauſa ad tempus poſſet fructus alicuius beneficij retinere: probat per decre. ſupra de verbo. ſignific. c. penult. quæ etiam facit contra, cum id fuerit impetratum à Papa. Sed poteſt dici ſic fuiſſe de facto: ad hoc ſuprà, de fil. presby. literas. vel illud ſecundum Goff. in fructibus omnium beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus: vt hic etiam. In vno autem beneficio & eius prouentibus conuertendis ex cauſa in vſum Prælati, non erit neceſſaria licentia Papæ: quia cum Epiſcopus cum Capitulo poſsit ſupprimere dignitatem, & propter neceſsitatem poſſeſsiones alienare: multo fortius prouentus percipere. Et hoc eſt verum, dummodo illa perceptio non concernat vtilitatem ipſius Epiſcopi. Do. Fonta.

d *Intentionis.* Not. ad intentionem ſcribentis recurrēdum: facit ſupra eo. c. ij. & infra de conceſ. præben. c. vlt. & ſupra de deci. ex multiplici. cum ſi.

e *Alteri vſui.* puta menſæ Capituli.

f *Statuto.* Not. quòd omnia priuilegia, conſuetudines, vel ſtatuta quacunque firmitate vallata, conceſſa Capitulis, Conuentibus, vel Collegijs cathedralium, regularium, & conuentualium eccleſiarum, ſeu ſingularibus earundem perſonis: vt bona eccleſiarum ipſarum vacantium à prælatis dimiſſa, vel tempore vacationis obuenientia poſsint ſurripere, diuidere, vel in ſuos vſus conuertere: ſunt hodie reuocata & caſſata per decreta. j. de elect. quia ſæpe. & c. ſtatutum in cle. quæ tamen in alijs beneficijs locum non habet: vt. j. de offi. ordi. præſenti. in ſi.

g *Conceſsionem ipſam,* ſibi factam.

h *Expreſſè.* ad idem. ſ. eod. cum aliquibus. & capit. ſuſceptum. & cap. quamuis.

Gloſſa ſequens ponit duas lecturas. Contra ſecundam dupliciter opponit, & primam approbat.

*Priuilegiātes ſuper recipiēdis fructibus beneficiorū vacātium primi āni qualiter debeāt recipere.*

i *Præiudicium aliquod.* niſi iſtud verbum eſſet ita generale, iſta decre. ſic poſſet intelligi, ꝙ ex ea nil ſequeretur abſurdum: ſcilicet quod fabrica vel vſus ille, vel aliæ ſingulares perſonæ ſic priuilegiatæ habeant reditus ſecundi anni: iſte autem priuilegiatus habeat reditus primi anni: & ita bene conſequeretur ſecundum hoc ſuum effectum illa clauſula priuilegij, Non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, priuilegijs &c. Alij dicunt, ꝙ illa fabrica vel alij hic contenti, habebunt reditus primi anni: quia Papa non intendit eis derogare, ſed ſoli ſucceſſori. Iſte autē priuilegiatus habebit reditus ſecundi, qui ſibi eſt primus: ſed quo ad ſucceſſorem vel beneficiatum, tertius erit primus: & ſic nullū præiudiciū etiā ex aliqua dilatione generabitur fabricæ. Sed ſecundum hoc poſſet impediri conceſsio, quod eſt cōtra tenorē ipſius gratię. Pone enim ꝙ in anno quinto, quo finiri debet gratia, vacet beneficium: ſi fabrica primos reditus habeat, Epiſcopus nihil habebit. Itē quid operabitur illa clauſula, Nō obſtātibus &c. cū ſucceſſori ſine clauſula illa præiudicium fieret? Vnde prima lect. magis mihi placet [a], & magis eſt amica literæ: vt dicamus quòd iſta erat dubitatio Decretalis, an per iſtam conceſsionem ſic factam ſcilicet, Non obſtantibus quibuſcunque &c. videretur derogare ipſi fabricæ vſui, vel

*a Iſta opinio eſt gloſ. & communis, quanq̄ Archiepiſ. & de Ancha. diſpliceat. Font.*

A ſingulari perſonæ: vt ex quo ex illius priuilegij vigore reditus primi anni habere non poſſunt, amplius nil habeant. Et Papa reſpondet, quòd habebunt reditus ſecundi anni, quaſi ille eis ſit prior: vt illa clauſula, Non obſtantibus, non ſucceſſorem, ſed priuilegiatum tantum coadiuuet.

ipſam [g], niſi hoc expreſſe [h] caueatur † in ea, præiudicium aliquod [i] generetur.

Idem.

*Cauſæ ab Apoſtolica ſede, vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel Canonicatum Eccleſiæ cathedralis. Nec tractari debent, niſi in ciuitatibus vel locis inſignibus. h. d. vſque ad. §. cùm verò.*

CAPIT. XI.

STatutū † ꝙ circa iudices

STatutū. Licet hæc decretalis per paragraphos aliter diuidatur: eam tamen in quatuor partes diuido principales. Prima durat à principio vſque ad. §. inſuper. Secunda abinde vſque ad. §. proferendo. Tertia abinde vſque ad. §. quicquid. Quarta vſque ad finem. In prima ſtatuitur quibus perſonis, & in quibus locis cauſæ à ſede Apo-

*† Nota, quòd Papa in beneficialib⁹ præiudicare poteſt alterius iuri: nam in beneficialibus omnia poteſt. c. 2. infra de prabē. vnde in talibus præiudicat etiam laico. c. dilectus. de iure patro. in his tamen quæ eſſent iuris gentium nō poſſet. Ancharā. hic Font.*

B ſtolica, vel legatis, vel delegatis ipſius committi debeant & tractari. In ſecunda prouidetur circa exactiones, quæ fiebant in iudicijs ab ipſis Delegatis, Aſſeſſoribus, vel Notarijs cauſæ: & apponitur pœna. In tertia prouidetur circa vocationes teſtium ad iudicium, quæ ſæpius malitioſe fiebant, & cauſa fatigandi teſtes, vel ab eis aliquid extorquendi. In vlt. decernitur caſſum & irritum quidquid fuerit factū contra prædicta ſtatuta. Ioan. And. ADDITIO. Io. Mo. diuidēs Decre. in ſex partes, de prima faciebat tres, dicens quòd primo ſtatuit circa loca & iudices. Secundò circa actores & reos in. §. cum verò. Tertiò in. §. in nullo. circa loca & iudices prorogat. Archid. non diuidit. Ioan. And.

*† Not. appellatione ſtatuti comprehēdi ius commune. Font.*

Principium huius cap. legitur vſq; ad. §. cùm verò eiuſdē.

Caſus ſic figuratur. Pretendebam Titiū debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma: & quia habebam Ordinariū loci certa ratione ſuſpectum, nolui ipſum coram Ordinario conuenire: ſed à ſede Apoſtolica impetraui cauſam delegari Canonico eccleſiæ B. Mariæ maioris Pictauij, vel Canonico eccleſiæ beati Hilarij maioris, vel ſimplici ſacerdoti qui non habebat dignitatem eccleſiaſticam, nec perſonatum, nec canonicatum eccleſiæ cathedralis. Præſentaui literas meas delegato, qui Titium meum debitorem ad præſentiam C ſuam fecit citari: qui in die citationis comparuit, cui obtuli libellum meum. Qui reus excipiendo propoſuit, quòd non tenebatur litigare coram ipſo delegato propter incapacitatem perſonæ: quia cauſæ à ſede Apoſtolica nō poſſunt committi, niſi perſonis exiſtentibus in dignitate vel perſonatu, vel niſi ſint Canonici eccleſiæ cathedralis: & ſic quia virtute literarum delegatus iſte non recepit poteſtatem, quæritur an bene dicat? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſic. Et hoc verum, niſi Papa hoc faceret ex certa ſcientia: videlicet committendo alicui, quāuis non ſit in dignitate vel perſonatu, vel quamuis non habeat canonicatum eccleſiæ cathedralis. Sanctiſsime pater, quæritur vtrum habentes dignitatem, vel perſonatum, vel canonicatum eccleſiæ cathedralis poſsint cognoſcere in omni loco de cauſis ſibi à ſede Apoſtolica commiſsis? Dicit Romanus Pontifex, quòd non: imò tales delegati, vel ipſorum ſubdelegati debent de cauſis ſibi commiſsis cognoſcere in ciuitatibus, & alijs locis inſignibus, in quibus poſsit haberi copia peritorum. Nota primò, quòd cum ſtatutum poſitiuum tractu temporis incipit eſſe damnoſum, propter varietatem morum mutari poteſt: quia non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundū varietatē temporum ſtatuta varientur humana: capit. non debet. ſ. de conD ſanguini. & affinita. Nota vlterius, quæ perſonæ ſunt capaces iuriſdictionis ſeu delegationis Apoſtolicæ: quia ſolū illæ perſonæ, quæ ſunt cōſtitutæ in dignitate, vel perſonatu, vel quæ obtinent canonicatū in eccleſia cathedrali. Sed quo modo cognoſcemus ꝙ aliquis habeat perſonatū vel dignitatem? Declarat Panor. in cap. de multa. ſ. de præben. vbi dicit ꝙ recurrendum eſt ad conſuetudinē, vt ſi ſit conſuetudo ꝙ talis habeat præeminentiam & iuriſdictionē, dicitur habere dignitatē. Si autē ſit conſuetudo, ꝙ talis habeat præeminentiam in eccleſia & nō iuriſdictionē: tunc dicitur habere perſonatū, & non dignitatē. Nota inſuper, ꝙ canonicus eccleſiæ collegiatæ, quantūcunque illa eccleſia ſit notabilis, nō eſt capax Apoſtolicæ iuriſdictionis. & ſic eſt correctum cap. præſenti. quod hodie nō habemus: de quo ſit mentio in principio huius cap. Et quanquā Canonici eccleſiæ cathedralis poſsint eſſe delegati ad vnā vel plures cauſas: non tamen poſſunt eſſe conſeruatores. cap. ſi. j. de offic. delega.

*Nota primo argum. quòd perſonatus non eſt dignitas. vide notata infra de cōſuetu. cap. I. Nota ſecundo, quòd canonici eccleſiarum non dicūtur habere dignitatem.*

*Statutum cum incipit eſſe nociuū, mutari poteſt.*

*Iuriſdictio Apoſtolicæ quibus perſonis cōmittenda ſit.*

Nota ꝙ delegati à ſede Apoſtolica nō poſſunt pro libito ſuę volūtatis cognoſcere de cauſis ſibi delegatis in quocūq. loco: ſed debēt cauſas examinare in ciuitatib⁹ populoſis, vel alijs



alijs locis inſignibus vbi ſit copia peritorū. Et ſi alibi cognoſcerēt, proceſſus nō valeret: vt in fine huius capituli, vbi ponitur clauſula quæ irritat facta contra iſtā conſtitutionem.

Statutū. Loquitur de Decret. ſua extrauagante, quæ incipiebat, Statuimus. Reformat etiam Decretalem Inno. iiij. eod. tit. præſenti. quā hodie nō habemus. & decre. ſupra eod. nonnulli.

a *A ſede Apoſtolica.* Legatis vel delegatis ab eis, vt infrà patebit. Ioan. And.

b *Quædam.* Ibi non diſtinguebatur, an actor & reus eſſent eiuſdem ciuitatis vel diœceſis, vel diuerſarum. Item additur, quòd de expreſſo conſenſu partium extra locum quo deputatus eſt, poſsit iudex cognoſcere & cōmittere. ſi referas ad Decre. præſenti, ſecundum illā poterit fieri commiſsio inſtitutis in collegiatis honorabilibus & in cathedralibus eccleſijs: vnde ſecundum eam videbantur poſſe cauſæ committi manſionarijs, & quibuſcunq; priuilegiatis in talibus eccleſijs: quod erat abſurdum. Hic autem prouidetur, quòd ſolis Canonicis cathedralium eccleſiarum fiat commiſsio.

à ſede Apoſtolica [a] deputandos nuper edidimus, cùm quædam [b] contenta in eo, quæ pro communi vtilitate [c] credebantur [d] inducta, ſicut experientia [e] docuit, tendere dignoſcantur ad noxam [f]: ſanctione [g] præſenti, quam irrefragabiliter obſeruari mā

c *Communi vtilitati.* Quæ in legibus conſtituendis attēdenda eſt. iiij. diſt. erit autem lex. & . ſ. in prœmio huius libri.

d *Credebantur.* & erant ſine dubio reſpectu prioris temporis. Ioannes And.

e *Experientia.* ad idem infra de elect. quàm ſit. & ff. de legat. iij. l. legatis. §. ornatricibus.

f *Ad noxam.* & ideo non debuit iudicari reprehenſibile, ſi ſecundum temporum varietatem varietur ipſum poſitiuum ſtatutum. lxiij. diſt. cap. quia ſancta. §. verum. in fin. xxxv. q. j. ca. j. infra de ſent. excom. c. vlt. in princ. ſupra de conſang. & affini. non debet. cum ſuis concor. Sic & priuilegium cùm tendit ad noxam, reuocationem vel moderationem à Principe recipit ſupra de deci. ſuggeſtum infra de priuileg. c. j. & cap. auctoritate. & cap. ſequenti.

*Priuilegiū nociuum eſt reuocandū. Sāctio quid dicitur.*

g *Sanctione.* Sanctio propriè dicitur, cui adijcitur pœna. quod dic vt not. iij. diſtinct. in ſumma.

h *In melius.* Laudabilior eſt autem qui rem emendat, eo qui C prius inuenit. C. de ve. iu. enu. l. j. §. ſed neque.

i *Reformandum.* eo quòd non in totum, ſed pro parte corrigitur iſtud ſtatutum: vt infra videbis. No. ex gloſ. ſecundum do. quid ſit reformare. Fonta.

Gloſſa ſequens remittit, obijcit, & dupliciter ſoluit.

k *Dignitate.* Dignitas ſumitur multis modis: quod dic vt not. Ioan. iiij. diſtin. denique. & Vincen. & Bernard. ſupra de cleri. non reſi. cap. iij. hoc ad literam de eccleſiaſticis dignitatibus intellige. Et nota mirabile: quia poſſunt committi cauſæ maioribus. xx. annis: vt ſupra de offic. deleg. cum viceſimum. à quocunque: & etiam minoribus, à Papa: vt ibi, & ff. de re iudi. quidam conſulebant. Sed certum eſt, quòd qui eſt in dignitate, vel perſonatu, debet attigiſſe ſaltē. xxv. annum. ſupra de electio. cum in cunctis. & ſic videtur quòd minoribus. xxv. annis non poſſunt cauſæ committi, ijs dico, qui non attigerint. Solutio. Si cauſæ non poſſent committi niſi perſonis in dignitate vel perſonatu conſtitutis, tunc procederet obiectio: ſed poſſunt etiam committi Canonicis eccleſiarum cathedralium, in quibus non requiritur tanta ætas, vt probatur infra de elect. ex eo. & dixi ſupra eod. ſi eo tempore. & ſic obiectio non procedit. Dico etiam, quòd diſpenſatiuè poteſt aliquis habere dignitatem vel perſonatum etiam minor. xxv. annis per diſpenſationem Papę [a] vel Epiſcopi. primum patet, ſecundum probatur infra de ætate & qualit. cap. vno.

*a Si tamen talis eſt inhabilis ad iudicandū, non erit delegat⁹: quia diſpenſatio non extenditur ad cōſequentiam actus diſpēſati. Do. Fō.*

*Dignitas quid eſt.*

l *Præditis.* id eſt præ alijs ditatis. Eſt enim dignitas quædam præeminentia in eccleſia: vt ſupra de verb. ſign. quamuis.

m *Obtinentibus.* idem de Officialibus epiſcoporū principalibus & foraneis, & de prioribus religioſis conuentualibus & clauſtralibus. Dic vt in cle. eod. tit. & ſi principalis.

n *Cathedralium.* Sufficit ergo quòd ſit cathedralis [b]. Et ſic ſublatum eſt quod olim hic continebatur de Eccleſijs collegiatis honorabilibus. licet adhuc hodie in alio ſit comparatio: vt infra de elec. quia ſæpe. alibi æquiparantur cathedrales & regulares ſupra de elect. ne pro defectu.

*b Dato ꝙ ſit pauperrima ſecundum Innoc. Hoſti. Ioā. Mona. Archid. & Ioan. And.*

Gloſſ. ſeq. primo duo puncta declarat. Secundo quærit: argu. pro, ſoluit contrarium, & arg. reſpondet. Tertio ponit ius vetus. Quartò notat præſumi &c. allegat. viij. iura. Quintò ſoluit duas quæſtiones.

o *Canonicis.* Habentibus igitur perpetuū officium in eccleſia cathedrali ſine dignitate, perſonatu & canonia: de quo



A loquitur. j. tit. proxi. cap. j. non poterit cauſa cōmitti, cùm de his non exprimat. Itē ſcias quòd licet iſti Canonici delegari poſsint, Conſeruatores tamen dari nō poſſunt: cū decret. vlt. infra de offi. deleg. eos nō exprimat. Sed vt ſuprà dixi, Canonicus poteſt eſſe maior ſeptēnio per decre. j. de elect. ex eo. & dixi de hoc. ſ. eodem, ſi eo tēpore. in gloſſa penult. Si cōmittatur cauſa tali Canonico, nunquid dicemus literas valere? Videtur ꝙ ſic: quia iſta decret. vltima de hac materia hoc ſolum requirit, quòd ſit cathedralis eccleſiæ Canonicus: ergo huic ſtabimus. Sed contrarium credo, &

damus, ſuadente vtilitate in melius [h] duximus reformandum [i]. Sancimus igitur, vt nullis, niſi dignitate [k] præditis [l], aut perſonatum obtinentibus [m], ſeu Eccleſiarum cathedralium [n] Canonicis [o], cauſæ [p] auctoritate literarum [q] ſedis Apoſtolicę [r],

*Canonicus impubes an poſsit deputari delegatus à ſede Apoſtolica. Canonicus minor xx. annis an poſsit deputari delegatus ab inferiori à Papa.*

dico quòd ſi tali impuberi committeretur cauſa, niſi appareret de certa ſcientia Papæ, non teneret commiſsio. Et idem dico ſi committatur ab alio quàm à Papa, minori. xx. B per prædictam decret. cum viceſimum. quam non dico nec credo correctam per hanc. Quod enim non mutatur, cur ſtare prohibetur? Cod. de teſta. ſancimus. & correctio iurium eſt vitanda: ſuprà de electio. eccleſia. ij. & infrà de elect. cùm expediat. in princ. nec iſta Decret. dicit quòd hoc ſufficiat: ſed quòd hoc requiritur. vnde non contradicit: aliàs eadem ratione dicendum eſſet, quòd dummodo ſit Canonicus cathedralis eccleſiæ, vel in dignitate vel in perſonatu, non poſsit repelli prætextu exceptionis, excommunicationis, infamiæ, inimicitiarum, vel alia iuſta cauſa: quod eſt abſurdum: & eſt ſimile quod notabo infra de elect. licet canon. Et nota quod dicit, Canonicis, olim dicebat inſtitutis: vnde videbatur quòd cuilibet inſtituto in cathedrali etiam manſionario poſſent cauſæ committi: quod hodie per decret. hanc ſublatum eſt. Not. ergo, quòd pro dignitate & loco [c] præſumitur pro aliquo. quanto enim quis melioribus præeſt, tanto maior & ſanctior eſt: id eſt eſſe præſumitur. in auctent. de defen. ciuit. ad fin. primæ col. §. nos igitur. coll. iij. lxj. diſtinct. miramur. lxiij. diſtin. Metropolitano ſupra de præſump. cum in iuuentute. xxiiij. diſtin. quando. de magiſtris. ca. j. & cap. quia. & ca. ſuper ſpecula. cum ſi.

*c Vide. l. quòd ſi nolit. ff. de adili. edic. Fō.*

C Et ſi tempore datæ quis eſſet Canonicus, tempore præſentationis non: puto quòd procedere poſsit [d]: non ſic econuerſo. ſpectamus enim initium. ad hoc ſuprà eod. cap. j. & ca. ſi eo tempore. ſuprà de elect. dudum. & quod ibi not. ff. de Sena. fœminæ. ff. de iudi. l. cæcus. & hoc habes in gloſſ. fin. in cle. gratiæ. eod. titu. Ioan. And.

*d Gloſ. ſeq. Doct. Font.*

p *Cauſæ.* hæ ſine iuriſdictione non committuntur. ſupra de offic. delect. præterea. non ergo prohibet, quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico committi poſsit, ſecundum Hoſtien. ADDITIO. Vnde ſignanter dicit, Cauſæ, ſecundum Ber. contra. arg. ad hoc ſupra de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. j. vbi dicit, vel iudex quicunque, &c. ſupra de re iudi. cum Bertholdus. Archid.

Gloſ. ſequens quærit, & ſoluit. ſecunda pars recitetur per quæſtionem. ponit opi. Innocen. cum moderatione & declaratione.

q *Literarum,* pone, Papa in literis vocat aliquem ſimplicem clericum, nunquid valebit commiſsio? ſecundum Bernar. & omnes dic quòd non habet hic locum talis exceptio, ex quo Papa ſcienter committit [e]: quia facit & facere poteſt contra D conſtitutionē iſtam. Ad hoc optimè, ſuprà de priui. cū olim. ij. ver. interim. Et nota quòd ſecundum Inno. ſi Cancellarius ex ſe dat iudices, & hoc conſtat: non habet locum hec exceptio. quare enim imputari debet parti quæ talem iudicē non petijt? quod verum eſt etiam ſecundum Bern. & Hoſtiē. cum hoc ex certa ſcientia facit: quod intelligo, ſi id in literis exprimitur [f]: vt infra de præben. ſi motu proprio.

*e Gloſ. ſequūtur Do. Philip. ex qua notāt, quòd princeps dicendus eſt ſcribere ex certa ſcientia: vbi ex reſcripti tenore patet eū ſcire defectus & impedimenta, & tale reſcriptū valet ſine clauſula, Non obſtante. ſecundum Domi. Font.*

*f Dicūt Do. Philip. quòd ſciētia principis probatur etiā per teſtes. dixi in prooemio, in verbo, bulla. Font.*

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

r *Sedis Apoſtolicæ.* quid de ordinarijs? nunquid comprehenduntur & tenebuntur hac conſtitutione? Dic ſecundum Ber. & omnes, quòd non: & poteſt eſſe ratio: quia Epiſcopi & Ordinarij habent melius notitiam clericorum diœceſis ſuæ, quàm Papa clericorum totius orbis: vnde etiam ſi ſimplici clerico committant Ordinarij, tenet commiſsio. Pone enim quòd ſimplex clericus excellens ſit Decretorum Doctor. præterea non eſt ita abſurdum, quòd aliquis etiam rudis & pannoſus clericus gerat vices Epiſcopi, ſicut eſſet ꝙ gereret vices Papæ: igitur ad Ordinarios non extendatur hæc conſtitutio. Et eſt ſimile quod conſueuit dici ſupra eo. nonnulli. & inferius tangam.

Gloſſa ſequens recitatur per quæſtionem quam ſoluit & determinat.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



a *Legatorum.* quia verbum generaliter poſitum, &c.xix.diſtin.cap.j.§.dicendo.in gloſ. Intelligam hanc literā generaliter in omnibus legatis,quorum tria ſunt genera: quod dic vt.ſ.de offic.leg.c. penult.&.j.eod.tit.c.j.quod verum puto indifferēter:cum ex legationis vigore committunt, & idem intelligas in delegatis,ſcilicet cùm committunt delegationis vigore infra.e.ca.§.in nullo quoque.

Gloſſa ſequēs quærit,& remittit.

b *Decætero.* cōſtitutio enim non extenditur ad præterita ſupra de conſtit.ca.vlt. Quid de pendentibus? dicam infra de elect.licet canon.Ioannes Andreæ.

vel legatorum [a] eiuſdem decætero [b] committatur [c], nec audiantur [d] alibi,quàm in ciuitatibus [e] vel locis inſignibus [f], vbi poſsit commodè [g] copia [h] peritorum [i] haberi.

*Actore & reo eiuſdē diœceſis exiſtentibus,cauſa committi non debet extra illam,niſi in ſex caſibus: in quibus tamen non trahetur vltra vnam diætam. Et niſi in duobus vltimis caſibus, impetrans per iuramentum fidem fecerit de illo,repelletur à iudice:et in expenſas condemnabitur.hoc dicit vſque ad.§.cùm autem.Dominicus.*

Cùm verò eiuſdem [k] ciuitatis ſeu diœceſis fuerint actor & reus [a], extra ipſas [b] cauſa non committatur [c], nec conueniatur aliquis eorundem, niſi [d] ab Epiſcopo [e] contra aliquem de ſua diœceſi [f], vel ab aliquo contra eum [g], aut contra eius capitulum [h], ſeu contra vniuerſitatem ciuitatis, villæ, aut caſtri fuerit actio dirigenda: vel niſi actor eandem ciuitatem ſeu diœceſim intrare non audēs [i], aut ſui aduerſarij potentiam [k] meritò [l] perhorreſcens, eum [m] intra ipſas [n] nequeat conuenire ſecurè [o]. in his quippe caſibus extra dictas ciuitatem & diœceſim poſsit [p] contra prædictos [q] cauſa committi. nullus tamen eorum vltra vnam diætam [r] à fine ſuæ diœceſis valeat conueniri. Sed & in duobus vltimis [s] caſibus, niſi impetrans de prædicto timore,quē in literis commiſsionis exprimere teneatur,primò [t] fidem iudici [u] faciat, ſaltem [x] per proprium iuramentum [y]: iudex ipſe nullatenus in cauſa [z] procedat,ſed partes à ſua iuriſdictione dimittens, impetrantem eundem in expenſis legitimis [a] alteri parti condemnet.

*Actor cōtra reum diuerſæ diœceſis debet impetrare delegatum vel in diœceſi rei,vel in alia non propria, nec vltra vnam diætam diſtante.Dominicus.*

Cùm autem [b] actor & reus ciuitatū & diœceſum fuerint

Gloſſa ſequens quærit,ponit opinionem,& ſoluit.

*Delegatus inhabilis ex defectu qualitatis requiſitæ, ſi procedat partibus nō excipiētibus, an valeat proceſſus.*

c *Committantur.* pone quòd quæſtio fuerit commiſſa , pars non excipit: nunquid valet proceſſus? Dicebat Ber.& omnes poſt eum,quòd tacitè & expreſsè poterat pars huic iuri renunciare. Introductum eſt enim in ipſorum fauorem, ne ſcilicet in opprobrium proprium cogantur Epiſcopi & magni clerici coram rudibus & pannoſis clericis litigare,& interdum propter ruditatem ipſorum ius amittere ſuum: & facit de regularibus,ad Apoſtolicam.cum ſuis cōcor.Sed hodie per finem iſtius Decretalis credo contrarium: vbi innuitur,quòd ipſo iure eſt irritum & inane quod contra aliquod iſtorum fit:vnde neceſſariam non credo exceptionis opem: & facit quod dixi ſupra eod.c.j.in princ.Et poteſt eſſe ratio: vt ſuprà tetigi:quia hoc videtur non ſolum in fauorem partium inductum,ſed etiam in fauorem ipſius Apoſtolicæ ſedis,ne vilipendatur in tali miniſtro. lxj.diſtinct.in ſacerdotibus.cum ſimilibus.

d *Nec audiantur.* Not. quòd verſiculus iſte non prohibet circa commiſsionem,ſed circa agitationem: & idem erat in prædicta decretali,præſenti.Si ergo extra talia loca fiat commiſsio,dummodo in his locis cauſa audiatur,ſatisfactum eſt huic reſponſo ſecundum Bernard.& omnes: arg. ſupra eod. tit.nonnulli.de excep.olim.& infra.§.proxi.& eo ſaluo quod ibi dicitur: & ad hoc.ff.qui ſatiſd.cog.ſi fideiuſſor.§.j.vbi dicitur,quòd cùm difficile eſt ſatiſdare in vna ciuitate,in aliam mittitur vt ſatiſdet.

*Ciuitas quid cōprehēdat.*

e *Ciuitatibus.* Ciuitas murorum ambitu terminatur: regulariter tamen & ſi in ſuburbijs audiret,idem credo:argu.infra de ſent.excom.ſi ciuitas. Et bene dicit, Ciuitatibus: quia in eis præſumuntur eſſe periti: ſic & Epiſcopi in ſolis ciuitatibus ſtatuendi ſunt.lxxx.diſtinct.cap.j.ſupra de priuileg.c.j.Et leges & artes in regijs ciuitatibus ſunt docendæ:vt in procemio.ff.§.hæc autem.&.de magiſt.c.j.& nomine ſtudij non intelligitur villa vel caſtrum.de cleri.non reſi. tua. Additio. Dicit Iſidor.in.xv.lib.Etymol.quòd ciuitas eſt hominum multitudo ſocietatis vinculo adunata:dicta à ciuibus,id eſt ab ipſis incolis vrbis, quia plurimorum conſiſtat & contineat vnitatem. Nam vrbs, ipſa mœnia ſunt. Ciuitatis autem nomine non ſaxa,ſed habitatores notantur, ſecundum Iſido.Archid.

*Ciuitas quid eſt.*

Gloſſa ſequens ponit duas lecturas.

f *Locis inſignibus.* Quidam dicunt, quòd hæc determinatio, Vbi &c.quæ ſtatim ſequitur, non refertur niſi ad hoc quod dicit,locis inſignibus. Sufficit enim quòd ſit ciuitas,licet ibi non ſint periti. Et eſt ratio,quia communiter in ciuitatibus ſunt periti: & ea quæ raro accidunt, Iuriſconſulti non reſpiciunt,nec eis medentur,ſed his tantum,quæ frequenter occurrunt:in auctẽ.vt ſine prohi.ma.tu.ge.§.quia verò. colla.vij.ar.iiij.diſtin.erit.ff.de legibus,non ad ea. vix enim eſt,quod in ciuitate vel ibi propè non habeantur periti. Vnde ſatis eorum copia in ciuitate haberi poteſt.ff. de rei ven. quæ religioſis.vij.q.j.Pontifices. Alij contra, dicentes quòd ibi eſt eadem ratio. Primum placuit Innoc. & Hoſtien. [h] ſecundum hoc expone quod ſequitur,Vbi &c.id eſt in quibus locis inſignibus: & facit pro hac parte infra e.§.in nullo.

*a Id eſt nobilib⁹ præcipuis & magna fama ſecundum Papiā. Archid.*

*h Et placet Do. Philip. ex qua glo. notant, q̄ clauſula in fine reſcripti poſita, nō refertur ad omnia ſuperiora, vbi ratio hoc ſuadet: facit l.iij.§.1.ibi Bart. ff.de lib.& poſthum. Font.*

g *Commodè.* xxij.quæſt.ij.faciat.

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit:quæſtionem fortificat, & ſoluit: circa ſolutionem duas opin.recitat, & demum ſolutionem determinat diſtinguendo.

h *Copia.* Tam pro aduocatis quàm aſſeſſoribus, & cōſiliarijs,& alijs quæ emergunt.ff.de poſtulan.l.j.§. ait Prætor.ff. ex quibus cau.ma.l.ab hoſtibus. §.fin. de vita & hone. cle. cùm ab omni.xj.quæſt.iij.non licet. Quid ſi inter iudices & partes eſt cōtentio ſuper hoc: quia alter dicit locū inſignē, & ibi copiā peritorū haberi:alter negat:quid erit? Dic recurrendum ad communē opinionē vulgi.ff.de ſupel.leg. Labeo. &.ſ.de ſpon.ex literis. Quid ſi adhuc ſuper hoc ſit cōtentio?

Recurretur ad arbitriū boni viri.ff. de verb.obl.l. continuus actus.non delegatorū qui iuriſdictioni ſuæ fauerent.ad hoc. C.de arbi.l.nemini.&.ſ.de pœ.dilectus. ſecundū Ber. & intelligo bonū virum iudicē eccleſiaſticum illius loci, ſecundū Inno.Hoſt.autē dicit hic recurrendum ad arbitrium iudicis, id eſt boni viri [c]: & ſic intelligitur lex,continuus. §. cū ita.eligentur ergo ſecundum eum arbitri.ſ. eod. paſtoralis. & de offi.delega. ſuſpicionis.niſi euidēter notorium eſſet quòd ibi peritorum eſſet copia [d]. ad hoc de appel. conſuluit.j. Ego credo quod cū iudex ſe conſtituit aduerſarium,tunc locum habeant ſupradicta [e].ſed ſi contentio eſſet ſolum inter partes, certè credo quòd iudex de hoc cognoſcere & pronunciare poſsit: quia video quòd pronunciat an ſua ſit iuriſdictio: quod plus eſt, ſuprà eod. ſuper literis. & facit quod recitari conſueuit de probat.poſt ceſsionem.& facit infra.§.proxi in fi.

*Delegatus à Papa an poſsit cognoſcere & pronunciare locū eſſe inſignem.*

*b Placet Doct. Fōt.*

*d Sequitur Dom. vnde notā. quòd dilatoria cōtinēs falſitatem euidentem eſt reijcienda. Font.*

*e Do.Phil. idē credūt. Nota ergo quòd iudex cum parte contendens non poteſt ſe pronunciare competentē. ſimilis glo. in ca.ex parte in Chriſto. de verbo. ſign.Font.*

i *Peritorū.* ſcilicet iuris:vt prius fuit in alia decre. præſenti.

Cùm verò.Hic incipit corrigere & moderari ſtatutum generalis concilij.ſ.eo.nonnulli.& ſummæ æquitatis eſt quod ſequitur.Ioan.And.Iſte.§.legitur vſque ad.§. inſuper.& hoc habet:Cùm actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis vel diœceſis,extra ipſam ciuitatem vel diœceſim non eſt cauſa delegãda,niſi cum iuſta cauſa: quo caſu poteſt committi extra diœceſim,dummodo locus non diſtet à fine diœceſis vltra vnam diætam.Et ſi actor & reus nō ſunt eiuſdem diœceſis, & actor non velit impetrare in diœceſi ipſius rei:poteſt impetrare in alio loco, dum tamen locus iſte non diſtet à fine diœceſis rei vltra vnam diætam. Item delegatus deputatus ad cognoſcendum in certo loco,non poteſt cauſam alibi audire,niſi de conſenſu partium. Casus. Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma. eo quod habebam iudicem ordinarium mihi ſuſpectum , coram ipſo nolui eum conuenire,ſed impetraui delegatum à ſede Apoſtolica. Quæritur,vtrum poſsim impetrare in quocunque loco? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione:quia aut ego actor & ipſe reus ſumus eiuſdem ciuitatis vel diœceſis: & tunc debet impetrari delegatus in ipſa diœceſi, niſi impetrem iudicem delegatum contra Epiſcopum vel Capitulum Eccleſiæ cathedralis,vel Vniuerſitatem,qui habent iuriſdictionem in tota diœceſi: quia tunc potero impetrare extra diœceſim:ſed debeo impetrare in diœceſi vicina,quæ non diſtet à fine diœceſis rei vltra vnam diætam. Si autem fuerimus diuerſarum diœceſum,tunc debeo impetrare delegatum in diœceſi rei, niſi habeam homines illius diœceſis ſuſpectos,quia fortè reus eſt magnus dominus in illa diœceſi,& gentes illius diœceſis vellent ei fauere. Sed quid ſanctiſsime Pater?ponamus retento eodem themate, quòd à vobis impetraui contra Titium iudicem delegatum , cui mandatum fuit,vt cauſam examinaret in tali diœceſi: an poſſit delegatus cauſam examinare extra illum locum? Reſpondet Romanus Pontifex, quod ſic de conſenſu noſtro. Sed ponamus quòd delegatus vult delegare vices ſuas aliquibus? non eſt dubium quod poteſt. Sed quibus perſonis poterit? Reſpondet,quòd perſonis de quibus dictum eſt ſupra & non alijs. Not. quòd quando actor & reus ſunt eiuſdem diœceſis,delegatus eſt impetrandus in diœceſi,& non extra diœceſim,niſi cum cauſa: videlicet, ſi impetretur delegatus contra Epiſcopum vel Capitulum Eccleſiæ cathedralis, qui habent iuriſdictionem in tota diœceſi. Nota quod ſi actor & re⁹ ſint diuerſarum diœceſum, actor debet impetrare delegatum in diœceſi rei, niſi homines illius diœceſis habeat ſuſpectos. Nota vlterius , quod quis non poteſt trahi vltra vnam diætam à fine ſuæ diœceſis.Fallit in curijs priuilegiorum regalium, Apoſtolicorum, vniuerſitatum:& hoc quando in priuilegijs vniuerſitatis apponitur illa clauſula , quòd cōſeruatores priuilegiorum poſsint cognoſcere de quibuſcunque perſonis cuiuſcunque prouinciæ vel diœceſis. Nota quod delegatus à ſede Apoſtolica,non poteſt cauſam alibi audire nec per ſe, nec per alium , quàm in loco ſibi commiſſo. Nota,quod ſubdelegatus à ſede Apoſtolica non poteſt ſubdelegare nec cōmittere vices ſuas , niſi perſonis habētibus qualitates,de quibus dictum eſt. ſ.tamen delegatus poteſt alicui nō canonico cōmittere examinationē & receptionem teſtium:tamen totā cauſam nō poſſet ſubdelegare.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

k *Eiuſdem ciuitatis.* Quia domiciliū habent in eadē ciuitate vel diœceſi. Et idē intelligo cùm plura domicilia habēt:quid eſſe poteſt,vt.ff.ad municip. aſſumptio.§.j. quia adhuc dico quòd



quòd locum habebit.§.iſte,& non ſequens : quod ſatis probatur ſuprà de foro competenti,ex parte Ber.nec negari poteſt,licet etiam ſit iſte alterius ciuitatis,quin etiā ſit iſtius [a]: quod.§.iſte requirit.

*a Bene dicit: et ſecūdum eam in arduo caſu cōſuluit præceptor me⁹ Do.Nicol. Bruxellenſis.Font.*

a *Actor & reus.* vnde dicātur iſti,habes.ſ. de verb.ſignific. forus.verſi. in omni.

b *Extra ipſas.* Ciuitatem ſeu diœceſim.

Gloſ.ſeq.ad quæſt. alleg. pro & contra, & ſoluit dubitando.

c *Non committatur.* Hoc verum videtur, niſi ad id expreſſus acceſſerit partiū conſenſus [b]:argu.j. eod. §.in nullo quoque. quod etiam facit cōtra , cum in illo caſu hoc ſit expreſſum:in iſto non : argum. de deci. ad audientiam. tamen id videtur, cū hoc ſolum ſit in partium fauorem inductum. de regula. ad Apoſtolicam. cum ſuis concor. Et licet hoc ſatis videatur rationabile: non dico tamen hoc aſſerēdo per id quod dicitur in fi.cap. Audiui tamen Curiam id ſeruare,& tales commiſsiones de Curia emanaſſe: & eas vidi ſub Bulla.Ioan.Andr.

*b Bene dicit. Fallit ſimiliter iſta conſtitutio in inquiſitore dato per totā prouinciā: ca. & officium.§. denique.j.de hære. & in cauſa matrimoniali per appellationem deuoluta ad curiam. Philip.*

d *Niſi.* A generali dicto ponit caſus exceptos.

e *Ab Epiſcopo.* Hoc æquiſsimum eſt, ex eo maximè,quia ſi in ciuitate vel diœceſi ſua aliquem ex ſubditis ſuis Epiſcopus iudicem impetraret, recuſari poſſet vt ſuſpectus : vt ſupra vt lit.non conteſt.accedens.j.§.cùm igitur.

f *De ſua diœceſ.* Idem ſi de aliena,quia etiam tunc non impetrat in ſua: vt infra.§.proxi.Sed de ſua ideo dixit, quia.§. iſte tractat tantùm,quando reus & actor eiuſdem diœceſis ſunt: vnde dictio, Niſi,aliàs non propriè poneretur. Additio. Diœceſis dicitur diſiunctio , ſiue diuiſio , vel gubernatio: quia diuiſa eſt ab Eccleſia alterius Epiſcopatus : vt ſatis patet.vij.quæſt.j.epiſcopum.xvj.q.iij quicunque. cap. licet. & cap.inter.Et commiſſa gubernationi vnius.x. quæſt.j. vnio. in fin.xxj.quæſt.ij.ſicut.Archid.

*Delegatus in cauſa ſui Epiſcopi, poteſt vt ſuſpectus recuſari.*

g *Ab aliquo contra eum.* Vix enim inueniret actor in ciuitate Epiſcopi iudicem,qui non faueret Epiſcopo:arg.ſupra vt lite non conteſt.accedens.ij.ibi, Et omnes exiſtunt ſub diſtrictu, &c.

h *Eius Capitulum.* ſcilicet ſuæ Eccleſiæ cathedralis. Quod dic vt leg.& not.ſupra de verb.ſig.cùm clerici ſupra de teſt. requiſiſti.§.ſecus autem eſt. & cum de tali cap.loquatur , ad alia non extendam quod hic dicit: & ſic ſeruat curia de facto. Archid.

i *Non audens.* fortè Gibellinus , & ibi regunt Guelphi , vel econuerſo : vel fortè relegatus.

k *Potentiam.* Paritas in iudicijs eſt ſeruanda,ſed potentioribus pares eſſe non poſſumus.ff.de alie. iudic.mu. cau.facta, quia etiam.in princ.

l *Merito.* Not. verbum: quia ſi diceret ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum , non excuſaretur ſupra cùm contingat. de ſimo. & ſi quæſtiones.cum ſi.

m *Eum.* aduerſarium.

n *Intra ipſas.* ciuitatem & diœceſim, cuius ſunt ipſe reus & actor.

o *Securè.* quod in iudicijs requiritur , vt ipſorum iudiciorum exercendorum locus ſit idoneus & ſecurus:aliàs locum habet appellatio : de appel.ex parte.j.& tunc etiam ſi literas de conductu haberet , ſuis inimicis [e] capitalibus ſe exponere non teneretur ſupra vt lite. non conteſtata accedens. ij.

*e Etiam ſi dediſſet inimicitiæ cauſam.l.ſi merces.§. culpæ.ff.loc. gloſ.in.l.a. tbletæ.ff.de excuſ.tu. in ca.quia diuerſitatis. ſ.de con. prebē.Philip. de Ancha.Font.*

p *Poſsit.* non dixit, debeat.vnde dico , quòd ſi contra Epiſcopum vel Capitulum vel potentem impetretur in ſua ciuitate vel diœceſi,bene tenet commiſsio : & idem econuerſo : ſemper ſaluo recuſationis iure.Ioan.And.

q *Contra prædictos.* Epiſcopum vel eius aduerſarium , contra Capitulum vel vniuerſitates , vel potentes , vel aduerſarium eius,qui in eam intrare non audet.

Gloſſa ſequens format quæſtionem bimembrem : & ſecundum membrum ſoluit. Primum dupliciter exemplificat ſubdens aliud ſimile dubium : & vtrunque ſimul ſoluit.



r *Vnam diætam.* olim dicebamus de duabus per decre.ſ.eod. nonnulli.Sed quid dices ſi agatur actione reali?nunquid fiet cōputatio à finibus diœceſis vbi ſita eſt res , ſecūdum quod olim fiebat? Et nūquid erit ibi computatio duarū diætarum, ſecundū quod olim erat:vel vnius tantū vt hic ? Quòd olim ſic eſſet, probatur ſupra eodem, dilectus. ij.de foro compe. ex parte B. Videtur huic nouo iuri hodie ſtandum vltimo de hac materia : & ſicut generaliter loquitur, eſt generaliter accipiendum.xix. diſtin. ca.j.dicendo in gloſ. j.vt habeatur ſolum vnius diętæ computatio , & non duarū: & cum determinatione quæ hic ponitur. Sed à quo loco computetur, ſatis eſt dubitabile. Pone enim quòd Bononiēſis contra Bononienſem ſuper re ſita Mediolani literas impetrat:vbi debebit impetrare? nunquid Bononiæ,vel Mediolani,vel loco vicino intra diętam à Mediolano? Itē pone,quòd Bononienſis contra Regienſem ſuper re ſita Mediolani,vbi impetrabit?an Regij,vel loco vicino intra diætam ? an Mediolani,vel loco vicino intra diætam? Item vide aliud dubitabile. Quid ſi Bononien. impetrat contra Regienſem domicilio,& Mutinenſem origine?an habebitur reſpectus ciuitatis Regien.vel Mutinenſis ? cum ratione originis dicatur eſſe de loco: ita quòd Epiſcopus loci eum ordinare , & commendatitias ad ordines ſibi dare poſsit,ſic & Epiſcopus domicilij infra eod.lib.de temp. ord.cum nullus.j.reſpon.& in loco originis dicitur domicilium retinere.ff.de Sena.l.penult.Satis videtur de mente conditoris eſſe, quòd habeatur reſpectus loci domicilij,non rei [d] vel originis:& hoc ex eo, quia de loco domicilij dicitur quis propriè trahi per illud verbum, Trahatur ſupra eod.nonnulli,quod etiam hic repetitur: & per mentem conditoris hoc credo tenendum. Ad hoc infra de ſepul.cùm quis,vbi de loco originis non habetur ratio:&.C.de præſcript.lon.tem.l.vlti. vbi procedit præſcriptio vt inter præſentes,ex quo præſcribens , & cui præſcribitur, ſunt in prouincia : licet res ſit extra prouinciam. No.etiam Compoſtel.in decre.nonnulli.in.iij.gloſ. Guil.in Spe.de citatione.§.j.circa princ.quòd diœceſanus alicuius, vbi aliud non additur, intelligi debet diœceſanus domicilij [e]: & ſic diſputaui,& determinaui: & ſic ſeruat Curia Romana,vt audiui.

*Diæta in actione reali , qualiter debeat cōputari.*

*d Placet Doct. Fon.*

*e Placet Docto.vnde repreſaliæ cōceſſæ cōtra homines alicuius loci cōprehendunt ibi morantes,licet non natos, de qua materia vide Saly. in authent.et omnino. C. ne vxor pro ma. et loā. de cani.in repe.c. 1.de ſinu.j. eod. Font.*

s *Duobus vltimis.* ſcilicet quando actor reum in ciuitate ſecurè conuenire non poteſt : quia ciuitatem intrare non audet: vel quia timet aduerſarij ſui potentiam.

t *Primo.* Not.& eſt ſi. infra de elect.quamuis.& cap. prouida.ad idem ſupra de reſtit.ſpol.Piſanis.

u *Iudici.* No.pro eo quod dixi ſupra.§.proxi.in fi.iudicis enim eſt inueſtigare.ſi.C.de fidei con.l. voluntatis defuncti. xxx.q.v.iudicantem.

*Nota, quòd ſubrogatū ſe regulare debet iuxta naturam eius cui ſubrogatur. Adde Abba.c. quum in veteri de elec.l.Si iudex cui certa tempora ff.de iudi. Sed iſta regula de ſubrogato,fallit in pœnalibus. Bart. in.l. mulcta ff. de cōdi. & demon. et vide Bal. in.l.fi.C.de hære. inſtit. Font.*

x *Saltem.* Not.quia ſi aliter fides fieri poteſt , primò id fieri debet.ad iuramentū enim recurritur ſolum in aliarum probationū defectum.ſ.de pba.cap.ij. de procu.ex inſinuatione.ff.de iureiur.admonendi.C.de iureiuran.in bonæ fidei.

y *Per proprium iuramentum.* Nota quòd iuramentum eſt legitima probatio:facit quod no.lxxxij. diſtin.propoſuiſti. in gloſ.non probatur.verſic.ſed qualiter ad hoc de ſent. excō. ſi verò.ij.de except.paſtoralis infra de elect. vt circa. & cap. nulli.& adde quod dixi infra de regu.iur.præſumitur ignorantia.latè Hip.in rub.de proba.C.Font.

z *In cauſa.* principali:procedet tamen in abſoluendo,cognoſcendo, taxando, & iudicando de expenſis:vt ſequitur.

a *Legitimis.* quod dic vt not.ij.quæſt.j.in primis.de do.& contuma.finem.

b *Cum autem.* ſuprà in proxi. §.dixit, quid iuris cum actor & reus eiuſdem diœceſis vel ciuitatis ſunt : modo dicit hic, quid iuris cùm ſunt diuerſarum. De Prælatis autem ordinū vel locorum , qui impetrant pro membris ſuis habentibus vel non habentibus ſpeciales adminiſtratores vel gubernatores: dic vt in cle.eod.titu.abbates.

a *Habere*.id eſt,impetrare.ex hac gloſ.cum tex.dic,ꝙ actor A recuſare poteſt hic iudicẽ nõ allegata ſuſpicione.de Anc.Fõ.

Gloſſa ſequens ſoluit obiectionem.

*Actor an poſsit recuſare iudicẽ.*

b *Recuſet*.Not.quòd actor recuſat iudicem: & hoc verũ eſt in iudice adeundo,delegato,vel ordinario: vnde ſi reus plures habet ordinarios,actor alterum eligit,alterum recuſat[a]: ſed in iam adito,ſecus:quia tunc actor non recuſat, ſed reus bene: niſi ex noua cauſa,vel nouiter ad eius notitiam perueniẽte ſupra de offic. deleg. cauſam quæ.& ca. inſinuãte.

*a Sequuntur Docto. Font.*

*Diæta qualiter computãda eſt.*

diuerſarum, ſi actor in ciuitate vel diœceſi rei iudicem habere[a] recuſet[b]: ipſum non in ſua, ſed in alia ciuitate vel diœceſi liberè impetrare valeat, reumq́ue trahere ad eandem: dummodo locus, ad quem eum traxerit[c], vltra vnã diætã[d] (ſicut in caſu alio præmittitur) minimè ſit remotus[e].

*Delegatus extra locum cõmiſsionis nec partes citare, nec cauſam cognoſcere poteſt ſine expreſſo partiũ cõſenſu: nec ſubdelegare locu vel perſonis alijs, quàm hic expreſsis. Ioan. And.*

c *Traxerit*.& in quo deputatus eſt iudex infra.§.proxi.

Gloſ.ſeq.quærit,& remittit.

d *Vnam diætam*, an diæta iſta computanda ſit legaliter.ſ. vt.xx.miliaria computentur pro vna diæta ff. ſiquis cau.l. vicena.quæ eſt prima: an vulgariter, ſcilicet ſecundũ regionis conſuetudinem? Dic vt not.ſupra eod.nonnulli.& infrà de elect.cupientes.j.reſpon.& quòd de vulgaribus intelligi debeat, probatur infra, de præben.præſenti.§.loca.

In nullo quoq; caſuũ prædictorum[f] iudex extra ciuitatem ſeu diœceſim, in quibus deputatus fuerit[g], citet partes[h], nec de cauſa ſibi cõmiſſa cognoſcat: niſi ad id expreſſus[i] acceſſerit earundem aſſenſus: neque alibi, quàm intra illas[k]: & perſonis duntaxat deſignatis ſuperius[l], cõmittat quomodolibet vices ſuas[m].

*Delegatus nihil debet à partibus recipere, niſi eſculentum et poculentum liberè oblatum, quod paucis poſsit conſumi diebus, vel moderatas expenſas, ſi non ſunt pauperes, quando pro neceſsitate, vel vtilitate non malitioſe extra domicilium pergeret. Dominicus.* B

Inſuper[n] vt gratis[o] & cum omni puritate[p] iudiciũ[q] corã ipſo[r] procedat, nullum munus[s], vel quicquid aliud, niſi forſan eſculentum[t] vel pocu-

Gloſ.ſequens ſoluit quæſtionem.

e *Remotus*.Vnde & ſi modicum vltra vnam diætam remotus eſſet locus ille, puta per vnum miliare: non poterit ibi fieri conuentio. ff. de verbo.ſigni.l.iij.

In nullo. Primò ponit duo,à quibus vnum caſum excipit: ibi, Niſi. Secundo alia duo: ibi, Neque alibi. Ioan.And.

f *Prædictorum*.ſ.cùm actor & reus ſunt eiuſdem diœceſis: & in eadem ſunt iudices impetrati,vel ex cauſa in alia: vel ſunt diuerſarum: & in ciuitate rei, impetrati ſunt iudices, vel in tertia ciuitate.

g *Deputatus fuerit*. Not.ergo,quòd non ſolum requiritur quòd non citet ad locum vltra diætam remotum, ſed etiam quòd non citet extra locum in quo deputatus eſt[a]. Olim autem dicebamus de duabus dietis, quod ſi iudex exeundo locum, in quo deputatus eſt, veniat ad locum non remotum, vltra duas diætas procedere poterat: de excep.olim.hodie in ſupradictis caſibus non ſic, vt hic vides.

*a Itẽ quòd locus ſit in ſignu: vi.ſ. ver. nec audiantur.*

Gloſ.ſequens recitat per quæſtionem.

h *Citet partes*. & ſi citauerit, nõ tenentur ire: quia citatio irrita eſt ipſo iure: vt in fi.ca.& ſi ob hoc proceſſerit cõtra eos, non tenet proceſſus: vt ibi. An autẽ citatus teneatur ire priuilegium vel defenſionẽ allegaturus? dic vt not.iij.quæſt.ij. ſi epiſcopus.in gloſ.ij.& de accu.veniens.in vlti.gloſ.

Gloſ.ſequens ſoluit duas quæſtiones.

*Quid ergo ſi talis loc⁹ in quo hæc tria cõcurrãt, haberi non poteſt: vt remediũ litigãdi coram Ordinario non ſubeſt: puta, quia ab ipſo eſt appellatum? Sol. exprimat hoc Papæ, qui ſibi prouidebit: hoc expreſſa in reſcripto. Io. An.*

i *Expreſſus*.intantum credo inhærendum huic literæ, quòd licet interueniat tacitus cõſenſus: puta, quia non opponitur exceptio: credo quòd nõ valeat proceſſus per fi.ca. Idẽ credo, ſi interueniat cõſenſus rei, & non actoris, vel econuerſo: licet eius tantum, qui conſentit, videatur eſſe fauor eadem ratione, cùm litera iſta dicat, earundem.

k *Illas*.ſ.ciuitates ſeu diœceſes, in quibus deputatus eſt.

l *Deſignatis ſuperius*.ſcilicet cõſtitutis in dignitate, vel perſonatu, vel cathedraliũ Eccleſiarum canonicis. Approbata eſt igitur per hanc literã opi. Ber.& modernorum qui notabant in decre.præſenti, ꝙ idẽ iuris erat in delegatis à ſede Apoſtolica, quod in legatis. In ordinarijs autem tene quod habes infrà, de offi.or.vt litigantes.& in.c.cum Epiſcopus.

m *Vices ſuas*.ſecus ſi audientiã cõmitteret, vel aliquẽ certũ articulũ: ad hoc.ſ.de offi.dele.ſuꝑ quæſtionũ.& dixi.ſ.e.§.j.

Inſuper. Iſta eſt ſecunda pars principalis, vt dixit gloſ.j. Poteſt iſta pars ſubdiuidi: quia primo ponit regulam premiſſa ratione, quæ duos caſus excipit. Prima ibi, Niſi. & ſecundo caſui excepto quatuor modificationes ſubijcit ibi, Prouiſurus. Ioan. Andr.

*Summariũ.*

Iſte.§.legitur vſque ad.§.aſſeſſorem. & hoc habet: Delegatus à ſede Apoſtolica non debet à partibus aliquid recipere, exceptis eſculentis & poculentis liberaliter oblatis: & hoc, niſi proficiſcatur extra ſuum domicilium: quo caſu licitè recipit expenſas. hoc dicit.

Caſus ſic figuratur. Dictũ fuit.ſ.in prin. huius c. ꝙ cauſæ à ſede Apoſtolica nõ delegantur, niſi perſonis exiſtẽtibus in A dignitate vel perſonatu, vel obtinentibus canonicatũ eccleſiæ cathedralis: & ꝙ illi ſunt capaces iuriſdictionis Apoſtolicæ, & nõ alij. Sed quæritur, vtrũ dicti cõſtituti in dignitate? pro laboribus ſuis & oneribus quæ ſuſtinẽt in examine cauſæ ſibi delegatæ, poſsint licitè à partibus exigere ſalarium, Reſpõdet ꝙ nõ, niſi eſculentum & poculentum, quod poſsit in pauco tẽpore cõſumi. Sed quid, ſanctiſsime Pater: nunquid poſſunt recipere expenſas factas? Reſpõdet, quòd ſi faciant expenſas nõ ſolitas pro examine teſtium vel alia iuſta cauſa, quia proficiſcuntur extra domũ, tũc licitè poſſunt aſſumere & petere expẽſas moderatas. et ſi partes litigantes ſint pauperes: ipſe delegatus debet proficiſci extra domũ ſuis proprijs expẽſis. Nota, ꝙ ſi teſtes ſint in loco propinquo ita, ꝙ poteſt teſtes examinare ad domũ ſuam, non debet delegatus aliquid accipere. Nota inſuper ex iſto.§. ꝙ delegatus à ſede Apoſtolica non poteſt licitè aliquod munus vel aliquid aliud à partibus accipere niſi poculentum & eſculentum. Et hoc intelligitur de legatis habentibus ſtipendia ſufficientia ad victum: quia ſi eſſent aliquæ dignitates tenues, poſſunt licitè expenſas petere à partibus, vt per Panor.in ca. cùm ab omni.de vi.& hone.cle.in an. Imò etiam licitè exigit, qui non habet ſtipendia Eccleſiaſtica vnde poſsit ſuſtentari: vt tenet hic Domi.de ſan.Gemi. Nota vlterius, ꝙ delegatus qui abundat reditibus, ſi proficiſcatur extra domũ pro cauſa, ſi recipit expenſas. Sed quæritur quas expenſas recipiet ipſe delegatus? Dicendum ꝙ non recipiet integras expenſas, ſed ſolũ illas expenſas, quas in domo ſua nõ erat conſuetus expendere. Nota, ꝙ cũ delegatus pro cauſa extra domum proficiſcitur, expenſæ ſunt ſibi faciendæ cõmuniter tã ab actore, q̃ à reo: quia ex quo agitur cõmune negotium, illud cõmunibus expenſis debet expediri. Nota quòd cũ delegatus exit extra domũ pro cauſa, & litigantes ſunt pauperes, tunc nihil debet delegatus exigere pro ſuis expẽſis, ſed debet ꝓficiſci expẽſis ſuis: quia reditus eccleſiaſtici ſunt deputati pro iuſtitia partibus miniſtranda, ſicut etiã regibus & Imperatoribus ſunt deputata tributa pro iuſtitia adminiſtranda. C

*Regibus quare dantur tributa.*

Gloſ.ſeq.continuat, & quæſtionem ſoluit.

n *Inſuper*. q.d. ſupra prouidimus de perſonis & locis, quibus & in quibus cauſæ committendæ ſunt & tractãdæ: nunc prouideamus circa exactiones indebitas, quæ in iudicijs & à iudicibus, aſſeſſoribus & notarijs fiebant. De tempore proceſſus nil dixit, quia ſatis per antiqua iura prouiſum erat ſupra de ferijs.c.vlt.de offi.delega. conſuluit. in aucten.de iudi.§.ſedebunt.col.vj.

o *Gratis*. bene dicit, quia iudicium iuſtum vel iniuſtum non licet vendere.xj.q.iij.non licet.xiiij.q.v.non ſanè.§.ille tamen.de vi.& ho.cler.cum ab omni. Additio. Gratis D aduerbium eſt qualitatis, id eſt ſine merito.ad hoc.j.q.j.c.gratis.&.c.quicquid.c.emendari.c.dictum.c.baptizandis ſupra de ſimo.c.dilectus.ij.in fi.ſupra de vi.& hone. cleri.cùm ab omni.xj.q.iij.qui rectè.& ca.non licet.xiiij.q.v. c.vlt.iuxta princ.Archid.

*Iudiciũ non debet vẽdi.*

p *Puritate*.conſcientię infra e.§.aſſeſſorem infra de re iudi. cum æterni.

q *Iudicium*.poteſt hic poni pro ſententia, & etiam pro omni eo quod ſententiam præcedit. & facit quod dixi infra de reg.iur.in iudicijs.ij.quæſt.j. ſicut.

r *Corã ipſo*.delegato: idẽ in cõſeruatore.j.de of.deleg.c.vlt.

ſ *Nullũ munus*. Nota ꝙ triplex eſt munus, à manu, à lingua, & ab obſequio: non ergo dixit ſimpliciter munus, ſed dixit nullũ munus ad idẽ.j.q.j.ſunt nonnulli. Additio. De hac dictione Munus, etiã habetur.xxxvij.diſtinct.legãt. Sed aliquãdo Munus ſumitur ꝓ ordine, ſiue officio vel dignitate vt lv.diſt.priſcis. hic tamẽ nõ ita ſumitur. Sed ideo dicit nullum: quia ſcriptũ eſt Eſa.xxxiij. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte etiã in excelſis habitabit.xj.quæſt.iij.qui rectè.in fi.ad hoc.j.quæſt.j.ſunt nonnulli. Archid.

*Munus eſt triplex.*

t *Niſi forſan eſculentũ*.ergo not. quia de aliquo quod in muneribus



*Delegatus non debet recipere munus etiam vnius denarij.*

neribus conſiſtit, etiam vnius denarij valorem recipere non A poteſt, niſi eſculentum, &c.

a *Mera liberalitate*. vt exactum vel petitum directe vel indirectè non fuerit: ad idem de ſimo.dilectus.ij.ad fi.

Gloſſa ſequens reci.per q.& ſolutionem.

b *Paucis*. Cum numerus nõ adijcitur, crederem arbitrio boni viri relinquendum, habita etiam conſideratione perſonarum ipſius iudicis recipientis, & conſuetarum expenſarum qualitate, & ipſius dantis: ad hoc de ſimo.& ſi quæſtiones.§.ij. & ſaltẽ duo dies non videntur excluſi, cum pluralis elocutio duos numero comprehendat: de conſecr.diſtin.j. hoc quoque.ff. de teſti.l. vbi numerus. Ad hoc.ſ.quòd relinquatur arbitrio boni viri. ff.de verbo.obli.l.continuus actus.§.ij.

lẽtum mera liberalitate[a] oblatum, quod paucis[b] conſumi[c] poſsit diebus: vel niſi cum ipſum propter cauſam[d] ſibi commiſſam contigerit extra ſuum domicilium proficiſci[e], moderatas[f] expenſas recipere[g] ab eiſdem partibus qualitercunque[h] præſumat[i]: prouiſurus attentè, quòd in ipſis expenſis modum nequaquam excedat[k]: nec plus ab vna parte, quàm ab alia[l] exigat, cùm commune[m] gerat negotium vtriuſque: quodq́ue, vbi cauſæ ſibi commiſſæ vtilitas vel neceſsitas[n] nõ exegerit, occaſionem[o] propter habendas expenſas proficiſcendi extra domicilium non aſſumat: ſed & vbi notabiliter[p] fuerint pauperes[q] † litigantes, etiam pro expenſis nil prorſus exigat ab eiſdem.

B *Delegat⁹, niſi indigeat, nõ aſſumat aſſeſſores.*

c *Conſumi*. ita quòd non producatur ad munerum quantitatem.ff.de off.Procon.ſolent.in fi. Talia enim xenia non ſunt lucra: vt ibi, &.ff.de off.Præſi.l. plebiſcito. & tolerantur iſta, quia non eſt veriſimile, quòd propter iſta moueretur animus iudicantis. de ſimo.& ſi quæſtiones.ad fi. Sicut & pro modica re non datur actio de dolo: quia non eſt veriſimile, &c.de dolo.l.id eſt. &.l.præced.in fi. & de modico non eſt curandum: de conſe.di.ij.reuera, ad princ.in gl.mortui. alibi non diſtinguitur inter multum & modicum. xiiij.q.iij.plerique.&.q.vi.c.vl.ſupra de ap. c.de appellationibus. de ſi.ex tuæ.Inſti.de re.diui.§.gallinarum.Ioan.And.

*Actio de dolo non datur pro modico.*

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem.

d *Propter cauſam*.i.ſuadente vtilitate, vel neceſsitate cauſæ: vnde nõ debet fingere occaſionẽ: vt ſequitur.ſi.mile.j.de iu.ca.ij. Et per hoc ſatis videtur terminari quod ſolet quæri, an ſi ſcholari exiſtenti in ſtudio Papa deleget cauſam, ille poſſit petere expenſas. licet enim ille non ſit in domicilio ſuo, ſed extra: non eſt tamen ibi propter cauſam, ſed propter ſtudium. vnde expenſas nõ habebit per hanc literam: & de hoc in Spe.de ſala.§.j.verſi. ſi alicui. C

*Scholaris, cui cauſa à Papa in loco ſtudij cõmittitur, expenſas non habebit.*

e *Proficiſci* pone exemplum ſupra.§.proxi.de præſcrip.quia indicante.

Gloſ.ſeq.primò literam exponit, ſecundò ſoluit duas quæſtiones, tertiò quærit, & ſoluit diſtinguendo: in fin. quærit, & dubium relinquit.

f *Moderatas*.[a] Not.ꝙ minores poteſt.ff.man. ſi quis alicui.§.impendia.ad idem.ff.de admi.tu. cum plures.§. cum tutor. erunt tamen mediocres, & non delicatæ.ff. de pig. ac. ſi ſeruos.in fi.ad idem de do.& contu.finem. & ca.ſeq. de eo qui mit.in poſ.cum veniſſent.de ſequeſtra.poſ.c.j.ad fi. Nec credo compenſandas vel deducendas in hoc caſu expenſas, quas domi facturus eſſet. ſecundum quod dicere conſueuimus in victore, per.l.ff.ad exhiben.ſed & ſi.§.j.de peti.hære. ſed & ſi.§.quod autem.ij.&.ff. de rei ven. ſi res. quia dico quod in procurationibus hæ non deducuntur, ſicut & epiſcopus viſitans vel conſecrans, procurationem integram recipit & nil deducit ſupra de ſimo, cum ſit. Et teſtis integrè expenſas percipit.iiij.q.iij.venturis. & infra eo.§.pe. aliàs ſequeretur interdum, quòd nil haberent: cum interdum tantundem & forte plus expendant in domo propria: præterea D iam non eſſet differentia inter Delegatum & Ordinarium, qui quando proficiſcitur, expendit quę domi expenſurus erat: vt in aut.de man.Princ.§.illud tamen. alij contra. Et not. quod litera iſta non diſtinguit, an delegatus habeat beneficia ſufficientia, vel non. Vnde dico, quod ſiue abundet ſiue non, expenſas habebit cum proficiſcitur propter cauſam: licet Hoſti.dixerit delegatos Papæ peccare, ſi recipiunt expẽſas: ex quo habent ſufficientia beneficia: & hoc not.ſ.de vi.& ho.cle.cum ab omni. Et in iſtis expenſis habetur ratio nõ ſolum victus, ſed etiam vecturarum, equorum, & ſimilium. Quid dicemus de delegato Ordinarij? Dic, quod ſi eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, idem quod in ordinario. ſ.quòd nihil habebit, imò Ordinarius ei prouideat. Idem enim eſt conſiſtoriũ.j.de ap.cap.Romana. & Ordinarius eſt, vt dixi.j.de off.vi.licet.ad hoc.ſ.de off.or.inter cætera. & in aut.vt nulli iud.§.nulli.col.ix.&.in au.de man.Princ.§.illud. Si delegatus ad ſpecialem cauſam, & Ordinarius ei cauſam malitioſe committit, idẽ. Si nõ malitioſe, videtur idem quod in Delegato Papæ ſecundum Innocen.qui hoc no.ſ.de vi.& ho.cle.cum ab omni. Sed an hæ pœnæ habeant locũ in eo, ꝙ A in delegato Papæ hic exprimuntur? vtilis eſſet declaratio pro eo, quòd pœnæ non videntur excedere proprium caſum: de pœ.di.j.pœnę.infra de re.iur.in pœnis.cum cõcord.

*a Gloſ.ſequũtur Do. Phi.de Ancha. Fon.*

*Teſtis debet habere integras expenſas.*

*Delegatus habens beneficiũ ſufficiens, an poſsit petere expẽſas.*

*Delegatus ab ordinario an debeat habere expẽſas.*

g *Recipere*. No.quòd nõ ſolum exigere ab inuito, ſed etiam à volente recipere prohibetur: ad idem infra de cenſi. Romana.§.pe.

h *Qualitercunque*. Not.quia ſecundum leges delegatus habet ſportulas.ſ. duos aureos in principio, & duos in fine: in aut.de iud.§.ne autẽ. col.vj.& hoc, ſi cauſa ſit maior centum aureorum: alioquin delegatus etiã à principe nihil habebit: vt ibi. Secundum nos nihil videtur delegato dandum nomine ſportularum, cũ iſta litera ſic generaliter loquatur: & ſuprà dixerit, Nullum munus, vel quicquam aliud. & facit ſupra de vi.& ho.cle.cum ab omni.& quod ibi not.

*Sportulæ an debeantur delegatis iudicib⁹.*

*† No. quòd paupertas excuſat ab onere expẽſarum. De.*

i *Præſumat*. hoc verbum denotat vitium: ſic viij.di.quę contra mores.x.di.c.ij.xvij.diſtin.multis. Aliquando tamen demonſtrat bonum actum: vt v.diſt.ad eius.xvj.q.j.monachi.& vij.q.j.§.hoc tunc.aliàs, cum verò.ver.præſumentium. xij.q.ij.ſi quis qualiber. Quòd ſi contra fecerit, ad reſtitutionem integram tenetur: vt infra eo.§.notarium.Archid.

k *Excedat*. hoc ſatis ſuprà dictum fuerat dum dixerat, moderatas.

Gloſſa ſeq.ſoluit duas quæſtiones.

l *Quàm ab alia*. hoc non habet locum in caſu.j.de iudi.mulieres.cum enim teſtem producens illũ habeat procurare, licet ille pro vtraque parte teſtetur infra eo.§. pro ferendo.à ſimili in iudice cum ad teſtem ex cauſa proficiſcitur. Item vbi vna pars abundat, alia nihil habet, idem dico: vt infra eo. ver.ſed & vbi. vnde ibi dicit, litigantes, in plurali: ad hoc de elec.cupientes.§.ſi vero.verſi. niſi forſan. & facit ad idẽ eadem decre.§.denique ver.vt eo.

*Iudex qui ex cauſa ad teſtes accedit, à quo debeat procurari.*

m *Commune*. facit infra.§.proxi.in fi.

n *Vtilitas vel neceſsitas*. No.iſta duo paria: ad idem de præb. expoſuiſti.& ibi de hoc. Aliquando nõ ſunt paria: de eo qui mit.in poſ.cum veniſſent.ff.de impen.in re.do.fa.l.impenſæ. cum duabus.ll.ſeq.

o *Occaſionem*. eſt ſi.infra de iudi.mulieres.

p *Notabiliter*. Notabilis igitur debet eſſe paupertas: ad idẽ ſupra de vſu.cũm tu.

q *Pauperes*. paupertas non eſt de genere malorum.xv.q.j.illa.in fi. Et nõ.quòd etiam ſecundum leges in hoc caſu ordinarius non habet ſportulas: in aut.de man.Princ.§.ſit tibi. col.iij.& magiſter in cathedrali eccleſia inſtitutus pauperes ſcholares gratis docet.de mag.ca.j.& propter paupertatem duæ eccleſiæ vniuntur.x.q.iij.vnio. & pauperibus prouidere debet prætor.de aduoc.ff.de poſtu.l.j.§.ait Prætor. Additio. De priuilegijs & incommodis paupertatis, remittit Archid.ad ea quæ notauit.xj.q.iij.pauper. Ioan.And.

*Paupertatis occaſione multa fiunt.*

*Pauperes ſcholares gratis ſunt docendi.*

*Aſſeſſorẽ*. Ponit duo dicta. ſecundum ibi, Si autẽ. Io.And.

Delegatus à ſede Apoſtolica nõ debet aſſumere aſſeſſores vel cõſiliarios, niſi cauſa hoc requirat: hoc primò. Itẽ delegatus à ſede Apoſtolica debet cauere, ne Notarius cauſę indebitas exactiones occaſione ſui officij faciat: hoc ſecundo. D Itẽ Notarius vel iudex qui aliquid exigit à partibus, tenetur illud reſtituere, nec partes poſſunt ei donare: hoc tertio. Itẽ delegatus nõ debet aliquos ad præſentiã vocare pro teſtimonio ferendo, niſi cauſa hoc requirat. & poteſt cogere partes vt deponant expenſas quas teſtes ſunt facturi: hoc quarto. Item facta contra hanc conſtitutionẽ ſunt ipſo iure nulla & irrita. hoc dicit vſque ad fi.ca. Præſupponendum eſt pro intellectu iſtius.§.qui dicantur aſſeſſores. Vnde Aſſeſſores & Conſiliarij idẽ ſunt, ſecundum Doc. Aegidium de Soſtanis in ſuo libello De ordine iudiciario. Nã quando iudex ordinarius vel delegatus reperit in cauſa aliqua dubia, ad quę dubia decidenda putat ſe inſufficientẽ: debet dicere partibus, Ecce, reperio plura dubia in cauſa veſtra, & intẽdo ſuper his habere conſiliũ: ſi habeatis cõſiliarios ſuſpectos, nominetis: ne cõmunicẽtur eis dubia. Tũc partes nominabunt aduocatos ſuſpectos, ſi habeãt aliquos ſuſpectos. Hoc facto, iudex aſſumet vnũ vel duos de non ſuſpectis: & eis cõmunicabit dubia: & iſti appellãtur Aſſeſſores ſiue cõſiliarij: & iſti pro cõſilio licitè poſſunt recipere ſalarium à partibus. Casvs. Dictum fuit ſupra in.§. præceden. quòd delegati à ſede Apoſtolica non debent aliquid recipere à partibus, niſi eſculentum

Universidad de Deusto Biblioteca



lentum & poculentum, quod poſſit conſumi intra paucos dies: & hoc, niſi proficiſcantur extra domum. Sed quæritur vtrum delegatis indiſtinctè ſit permiſſum aſſumere aſſeſſores ſiue conſiliarios, poſito quòd ipſi delegati ſint ſufficientes ad decidendum dubia? Dicit quòd non, niſi neceſsitas exigat: ideò ſi delegatus ſit negligens, quia dixit, quòd non vult ſtudere, ideò quia non recipit aliquid à partibus: hoc non debet facere: quia ſi ſit ſufficiens non debet in grauamen partium aſſumere Aſſeſſores & cõſiliarios, qui ſalariſabũtur à partibus. Sed ſi fecit quod in ſe eſt, & comperit ſe non ſufficiẽtem, debet aduocare Aſſeſſores ſiue conſiliarios, qui recipiant ſalarium à partibus. Sanctiſsime pater, dixiſtis qualiter delegati debent ſe habere circa aſſumendos Aſſeſſores, ſed vellem informari qualiter ſe debeant habere circa Notarios cauſarum? Reſpondet, quòd Delegati (idem de Ordinarijs) debent attendere, ne Notarij recipiant ſalarium immoderatum: & ſi vellent exigere à partibus magnum ſalarium, iudex debet facere eos contentari moderato ſalario. Item ſtatuit, ne delegatus conſequatur ſalarium ſiue lucrum, habita conuentione inter ipſum & notarios vel aſſeſſores, vt iudex conſequatur partem lucri à notario vel aſſeſſore: quia in aliquibus curijs iſta practicantur: maximè in curijs eccleſiaſticis, quòd iudex non conſueuit ferre aliquam ſententiam, niſi prius habito conſilio cum peritis. Quod eſt contra iſtud.ca. & alicui iudices diuidebant ſalarium inter ſe & notarios vel aſſeſſores. Hoc non debet fieri: immo iudex debet abſtinere ab omni lucro. Sed ponamus, quòd iudex vel notarius fecit contrarium, nunquid tenentur ad reſtitutionem? Reſpondet, quòd ſic: & partes non poſſunt eis donare. Sed vellem informari à ſanctitate veſtra, qualiter Delegati ſe debeant habere circa teſtes? Reſpondet, quòd non debent adeocare ad ſe aliquos teſtes, niſi neceſsitas exigat, vel conditio & ſtatus cauſæ requirat, & tunc faciant Delegati conſignari expenſas à partibus tam in eundo, quàm in redeundo. Et hoc verum, ſi ipſi teſtes vocentur ex longinquis partibus. Poſteà in fine dicit Romanus Pontifex, quòd declarat irritum & inane quod ſit contra iſtud.ca. vnde clauſula irritans, Quicquid &c. refertur ad omnia capitula iſtius conſtitutionis. {Conſcientiæ.} quia ſtatur conſcientiæ delegati, vtrum ſit ſufficiens ad decidenda dubia in cauſa, vel inſufficiens. Et ſi dicat ſe inſufficientem, cùm ſit ſufficiens; ædificat ad gehennam, & peccat mortaliter. Nota primò, quòd iudex non debet habere conſilium peritorum expenſis partium, niſi neceſsitas id requirat, videlicet quando cognoſcit ſe non eſſe ſufficientem ad cauſam decidendam. Not. vlterius, quòd conſiliarius vel aſſeſſor poteſt recuſari vt ſuſpectus, licet non habeat iuriſdictionem: quia conſiliarius poſſet inducere iudicem ad iudicandum pro parte aduerſa. Sed qualiter conſiliarij debent impendere cõſilium? Dicit Doc. Aegi. de ſo. quòd non tenentur fortificare cõſilium aliquibus rationibus: ſed ſufficit quod dicant, videtur mihi ſic de iure faciendum: nec tenentur allegare iura, cum opiniones Doctorum non ſint probabiles, niſi quatenus fortificantur rationibus. Veruntamen conſiliarij non tenentur allegare rationes, nec eorum conſilia conſueuerunt ſcribi apud acta. Nota vlterius, quòd notarius debet recipere ſalarium moderatum à partibus, & in pluribus curijs ſalarium eſt taxatum: ſed ſi ſalarium non eſt taxatum, poteſt iudex illud limitare. Not. quòd partes poſſunt repetere ſalarium datum iudici, etiam ſi fuerit ſponte oblatum, nec partes poſſunt iudici donare. No. quòd teſtes non ſunt vocandi ad præſentiam iudicis, niſi ſtatus cauſæ requirat: quia quando quis vult producere teſtes ſuper principali, requiritur quòd lis fuerit conteſtata & iuratum de calumnia, & quòd captus ſit terminus ad probandum, & iamque porrexerit intentionem ſuam, id eſt, articulos probatiuos, ſuper quibus petit teſtes ſuos examinari, qui Articuli in iure vocantur, quia ſic incipiunt: Intendit talis &c.

Not. quòd teſtis vocatus ad iudicium pro teſtimonio ferendo, non tenetur venire ad iudicium, imò nec tenetur ponere pedem extra domum ſuam, niſi prius receperit expenſas, quas eſt facturus tã eundo & ſtando, quàm redeundo: vt tenet Cy. in l. quoniã C. de teſti. Not. ꝙ iudex debet obſeruare omnia contenta in hac conſtitutione: & ſi ſecus fece-

† No. quòd iura diſponunt ſuper eo quod nõ ſit ſæpe, ſed quandoq;. Dom.

† No. quòd licet iudex delegatus non ſit ſufficiens: propter hoc nõ poteſt recuſari, ſed datur ei aſſeſſor. Do.

Aſſeſſor vt ſuſpect⁹ recuſari poteſt.

Teſtes quãdo producuntur, in quo ſtatu debet eſſe cauſa.

*Aſſeſſorem: alias de ſuo illi prouideat. Si eget, non ſuſpectum partibus aſſumat, cum moderato ſalario à partibus ſoluendo.*

Aſſeſſorẽ [a] autem (vt quándoque [b] † faciunt aliqui fraudulenter [c]) niſi eo indigeat [d], quod conſcientiæ [e] relinquatur [f] eiuſdem, ſibi nequaquã adiungat: alioquin [g] de ſuo proprio [h] prouidere teneatur eidem. Si autem indigeat †, ipſum neutri parti ſuſpectum [i] aſſumens, ei de competenti [k] ſalario prouide moderando [l] ab eo, faciat à partibus communiter [m] prouideri.

*Delegatus taxare debet ſalarium Notariorum, nec participare debet cum ipſis, vel aſſeſſoribus in ſalario. Do.*

Notarium [n] verò vel notarios [o] in cauſa ſibi cõmiſſa ſcribentes, qui vt plurimũ in exigẽdo ſalario metas rationis [p] excedunt, vt ad ipſius ſpectat

ſit, tunc facta contrà, ſunt ipſo iure nulla, etiam ſine ope exceptionis.

a *Aſſeſſorem.* de officio aſſeſſoris tangitur. ff. de offic. aſſeſ. l.j. & Cod. de aſſeſ. l.j. quaſi per totum. Eſt autem aſſeſſor, is quem ille, qui poteſtatem iudicandi habet, ſibi aſſociat vt ſibi in cauſa aſsideat vel aſsiſtat, ſeque ad caſum rectè decidendum inſtruat. vt in princ. l.j. Cod. de aſſeſ. Archid.

Aſſeſſor qui dicatur.

Gloſ. ſequens alle. duas concord. ſignat contrarium, & remittit.

b *Vt quandoque.* No. haberi rationem de ijs quæ rarò fiunt: ad idem. ff. de ſta. ho. l. non ſunt. & l. vl. Cõtra. ff. de legi. nam ad ea. Sol. vt no. de deſpon. impu. literas. in gloſ. pen.

c *Fraudulenter.* vel vt partes grauent, vel alteram earum: vel vt amicis ſeruiant, vel vt lucrum percipiant vel participent, vt infra ſequitur: vel vt ſeipſos exonerent, quod facere non debent: de offic. deleg. paſtoralis. in princ.

d *Indigeat.* Quia forte non eſt peritus, vt conuenit, ad vniuerſa puncta cauſæ rimanda: vel quia varijs ſuis negotijs vel infirmitate corporis impeditur.

e *Conſcientiæ.* ſi. de renunc. niſi cum pridem. in fi. & infra de hęre. ca. vlt. ad fi. & vide quod ibi dicam de triplici cauſa, qua quis relinquitur conſcientiæ: & habes concor. ſupra de voto. ca. ſi. ADDITIO. Conſcientia, eſt cognitio ſui ipſius cordis, ſecundum Pap.

f *Relinquatur.* per hoc verbum credo quòd pars non poſſit referre quæſtionem iudici delegato. ſ. dicendo, quòd aſſeſſore non eget. Cùm enim hoc conſcientiæ relinquatur ipſius, ergo ſoli Deo hic, & nulli alij iudici [a] vel cognitori. Præterea poſito, quòd ſummus ſit Doctor, & parum occupatus: ex quo conſcientia hoc dictat, poteſt aſſeſſorem aſſumere, vt hic: caueat tamen ſibi, ne conſcientia eius improbabilis ſit. de ſimo. per tuas. ij. ADDITIO. Not. caſum, in quo relinquitur conſcientiæ. ſic infra de vo. & vo. redem. c. vl. vbi de hoc. & iiij. di. denique. ad idem infra eo. lib. de hære. ſtatuta. § cæterùm. in fi. Archid.

a Iſta gl. eſt vera: Phil. Do. Fallit tamen in caſu gl. cle. j. de iure. pat. et in ca. qualiter et quãdo. primo. de acc. Fõt.

g *Alioquin.* ſcilicet ſi adiunxerit cum non egeret.

h *De ſuo proprio.* Proprium, eſt quaſi porrò priuatum, ſeparatum à communione, priuatum ſuum, quod alijs non pertinet: vt infra dicam eod. lib. de elec. nulli. ibi videas. Archid.

i *Suſpectum.* Nota pro ſuſpectis, qui de facto in cauſis dantur per partes. ADDITIO. Patet autem per hunc textum ſatis eſſe, quòd aſſeſſor non ſit de ſuſpectis, licet non ſit de confidentibus, in quos forſan partes non conueniunt, Ioan. Andreæ.

k *Competenti ſalario.* ſpe etenim præmiorum inuitandus eſt aſſeſſor. C. de aſſeſ. l.j. & ſalarium habere debet. ff. de offi. aſſeſ. l. diem functo. debet enim merces conſtitui pro labore. xij. q. ij. charitatem. nec de proprio beneficium quis facere cogitur. x. q. ij. precariæ. §. decreuit. in fi. & poteſt iuſtum conſilium vendere. xj. quæ. iij. non licet. adde quod ibi no. & xiiij. q. v. nõ ſanè. vide in Spec. §. ſalariũ. ver. quid ſi duobus.

Conſiliũ in ſcriptũ licet vẽdere.

l *Moderando.* ſecundum qualitatem cauſæ, & partium conditionem, & facundiam aſſeſſoris, & loci conſuetudinem: ſicut de aduocato dicimus. ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. in honorarijs.

Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem.

m *Communiter.* quia commune gerit negotium. ĩ. §. proxi. Et ſi delegatus moritur, vel partes concordent: nihilominus aſſeſſor ſalarium ſtatutum habebit, vel habitum non reſtituet. ff. de offic. aſſeſ. l. diem functo. ff. loc. qui operas. & l. ex conducto. §. item ſi. ff. de var. & ex. cog. l. j. §. Diuus.

Aſſeſſor habeat ſalarium, licet partes concordent.

*Notarium.* Primò mandat ſalarium moderari: ſecundò prohibet iudicem in lucris participare. Do.

n *Notarium.* quem debet habere delegatus, vt fideliter cũcta iudicij acta conſcribat. ĩ. de proba. quoniã. & vocatur ſeruus publicus. j. de vſu. quanq̃. circa mediũ. Et priuat eccleſia etiã laicũ hoc offic. ratione peccati: vt ĩ. de pœ. felicis. §. j. cũ ſim.

o *Notarios.* No. plures notarios aſſumi ad ſcribendum in vna cauſa, cùm hoc non reperiatur prohibitum, & hic ſit cõceſſum: & fa. ad prædi. decre. quoniam ſupra de proba.

Notarius laic⁹ poteſt priuari officio per eccleſiam.

p *Metas rationis.* & eſt illud quaſi crimen concuſsionis, ratione officij vltra debitum exigere. j. q. vij. ſancimus. C. ad le. Iul. repe. l. vlti.

Gloſſa



Gloſſa ſequens primò notat, & rationem reddit: ſecundò de duplici ſcriptura diſtinguit.

a *Officium.* Nota iudicis etiam delegati eſſe, moderari ſalaria aſſeſſorum & notariorum: quia cum cauſa ſit ei cõmiſſa &c. de offic. delega. præterea. & eſt ſi. de iud. c. vlt. vnde bene dicebat Guil. in Spec. tit. de ſala. §. ij. circa fin. quòd aut ſcriptura erat de foro & iudicialis, aut extraiudicialis. Primo caſu, puta in exceptionibus, replicationibus, & ſimilibus ſcribendis ad officium iudicis, coram quo agitur, etiam delegati, pertinet talium ſalaria moderari, & à grauaminibus partes releuare: de pœ. di. j. & nemo. j. & de offic. dele. cũ te. & cuncta quę litigatores impediunt, emẽdare. j. q. j. emendari. de officio delegati. ca. j. & tales improbos exactores punire. C. de officio præfecti Africæ. in nomine. verſus fin. §. hoc etiam decernimus. Moderabitur ergo quid detur pro citatione, quid pro termino, quid pro conteſtatione. & ſic de ſingulis: & in hoc inſpiciet conditionem perſonarum, & cauſæ, & conſuetudinis fori: & ſi videbitur, per alios fideles notarios faciet hoc taxari. Si verò ſit ſcriptura extraiudicialis, puta inſtrumentum venditionis de qua agitur, vel depoſiti, vel abſolutionis, vel ſimilia: expedietur id per ordinarium loci, vel deputatum illi officio: puta per Conſulem tabellionum Bonon. qui ſi de certo ſalario non fuit conuentum, inſpecta qualitate cauſæ, conditione perſonæ, & conſuetudine loci, taxabit vel taxari faciet per viros expertos. ff. de var. & ex. cog. l. j. & de ſimo. c. j. iij. q. vij. c. infames. § apud vrbem.

Salariũ notariorũ per quem iudicem debeat taxari.

† Iſte text. limitat regulam in l. ſi rem. j. & §. omnis. ff. de pig. act. qui text. ſecundum de Ancha. hic vult, quòd remiſſio tã foro fori, quàm foro poli, liberat omnẽ obligatum etiã ex dolo, furto, vſura, rapina. Et ego ex iſto text. infero maius quod princeps mihi poteſt inter dicere alienationem bonorum meorum ex cauſa, in odium certæ perſonæ. Font.

officium [a], prudenter [b] refrænet [c]: nec cum ipſis, aut cum aſſeſſore præfato lucrum participet vllo modo.

*Delegatus recipiens aliquid cõtra prohibitionem huius. c. tenetur reſtituere, nõ obſtante dantis remiſſione. Ioan. And.*

Si quid † autẽ contra conſtitutionem præſentẽ receperit [d], ad ipſius reſtitutionem integram teneatur, nulla eorum quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſsione [e] vllatenus profutura eidem.

*Delegatus non debet vocare teſtes niſi ſtatu cauſæ requirente: & producens, illis adminiſtrare debet expenſas in veniendo, ſtando, & redeundo.*

Pro ferendo quoque teſtimonio [f] (prætextu cui⁹ aliqui alios fraudulenter interdum à iudicibus vocari procurãt, vt eos laboribus [g] & expenſis [h] fatigent, aut extorqueant [i] aliquid ab eiſdem) nullum vllatenus conuocet: niſi quando conditio & ſtatus [k] cauſæ requirent. Sed nec tunc, niſi à producente [l], competentes vocato pro teſtimonio veniẽdo ſtando & redeundo faciat miniſtrari † expenſas [m].

*Geſta contra hanc Decretalẽ ſunt ipſo iure nulla. hoc dicit. Et non diuiditur.*

Quicquid autẽ cõtra præmiſſa, vel eorum aliquod, cõtigerit attentari: ſit ipſo iure [n] † irritum & inane.

Idem.

b *Prudenter.* ad idem de accu. qualiter. j.

c *Refrænet.* alludit vocabulo: & eſt ſi. ſupra in prooemio compil. Gregor. & ſupra de homici. dilectus.

*Si quid.* Prima punit. Secunda pœnam aggrauat, ibi, Nulla. Ioan. And.

d *Receperit.* ſcilicet à partibus præter eſculentum, vel poculentum, vel vltra moderatas expenſas cùm proficiſcitur: vel participando lucrum cum aſſeſſore vel notario.

Gloſſa ſequens alleg. concordantias, notando caſus contra regulam: ſecundo quærit & ſoluit, huic decretali reſpondens.

e *Remiſſione.* Si infra de cenſi. exigit. ad fi. & in cle. de hęre. nolentes. verſi. quòd ſi ſecus. Et ſic eſt caſus, vbi dominus rem ſuam in alium transferre non poteſt: quod eſt contra regulam, qua dicitur: Nihil eſt tam naturale, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre. &c. inſti. de re. di. §. per traditionem. Quid ſi poſtquam reſtituit iudex, pars ei donet? nunquid hoc facere poteſt? Credo quòd ſic, quia hic hoc non prohibetur, ſicut nec alia ſua bona donare prohibetur. Et eſt ratio quare aliud in remiſsione, aliud in donatione: & quare remiſsio facilius præſumitur fraudulenter fieri, quàm donatio: quia facilius remitteret quis multa quàm donaret pauca: ſic aliàs ſimile. ff. ad Vellei. ſed ego. vbi dicitur, quòd ſenatuſconſultum Velleianum mulieri intercedenti ſuccurrere voluit, non donanti: ideo, quia facilius ſe obligat mulier, quàm alicui donet. Et hæc eſt cauſa quare prohibetur ne pœna interueniat in matrimonio, & non arra: quia facilius promitteret quis centum nomine pœnæ, quàm daret decem nomine arræ: vt recitari ſolet de ſpon. gemma. Hæc omnia intelligo vera eſſe, dummodo contractus iſte in fraudem non fiat: quia tunc non credo iudicem abſolutum: ad hoc. ff. de do. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa. ff. ad Vellej. quamuis. §. ſi cum eſſem. & facit infra de elec. commiſſa. cum ſi. & quod nota. xiiij. q. iij. plerique. de priuile. quanto. ff. de legi. l. contra. & quod no. Guilielmus olim in decre. de poſtu. properandum. Grego. x. quam hodie non habemus.

*Pro ferendo.* Prima pars cauſa premiſſa, ꝓhibet indifferẽter teſtes vocari. Secũda eis ꝓuidet in expẽſis, ibi, Sed nec. Do.

f *Teſtimonio.* ad quod (ne veritas occultetur) quilibet compellitur. xiiij. q. ij. quanquam. de teſti. cogen. peruenit. & hoc in ciuilibus: in criminalibus autem quid iuris ſit, no. eod. tit. de teſti. cogen. dilectorum.

g *Laboribus.* in eundo & redeundo.

h *Expenſis.* No. ergo, quòd iudex non ſolùm parcere debet laboribus & expenſis partium, vt ſupra de do. & contu. finem. ſed etiam teſtium: vt hic.

i *Extorqueant.* ſi. ſ. eo. ca. vlti.

k *Conditio & ſtatus.* vt ſi petantur ſuper principali lite conteſtata, & iurato de calumnia, & dato termino ad probãdum, & porrecta intentione producentis: tunc teſtes citentur: vel ſi petantur ſuper dilatoria, ante litem conteſtatam dato termino per iudicem ad eam probandam, & intentione porrecta [a]. Et no. quòd ſi citauerit contra hãc formam, citatio non valet ipſo iure infra c. proxi.

l *A producente.* Not. quòd licet teſtis iuret dicere veritatem pro vtraque parte, & quæ capitula iuret, not. habes. ij. q. iiij. nullam. & ſupra de teſti. fraternitatis. in vlti. gloſ. & ad hoc teneatur. xiiij. q. v. non ſanè. & celare veritatem, ſit peccatum ſupra de cri. fal. c. j. xj. q. iij. quiſquis. tamen ſolus ille qui producit, procurat teſtem in veniendo, ſtando, & recedendo, vt hic, & iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. liberi teſtes. ver. venturis. C. de teſti. l. quoniam. C. de ap. l. eos. § ſi quis autem. & ad hoc cõcor. ĩ. de elec. cũ non deceat ſupra de vo. & vo. magnæ. ADDITIO. Omnino de his expen. vide quæ ſcripſi in Spec. de teſte. §. qualiter. ſuper ver. teſtes autem. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. ponit malitiã aduocatorũ, & duo ãtiqua remedia.

m *Expenſas.* conſueuerunt aduocati ſua doloſitate & imperitia, neſcientes aliter partes iuuare, dilationes iuris petere ad teſtes vltramarinos, vel extra prouinciam producendos. iij. q. iij. cap. induciæ. §. ſpatium. poterat iudex (ſi de malitia præſumebat: ſcilicet vt id fieret cauſa protelandi negotium) ſacramentum exigere. ĩ. de iura. calumn. c. ij. in fi. ſed ſi iurabatur, videbatur danda dilatio. Conſueuerant iudices aliter prouidere ſecundum formam decre. de fideiuſ. conſtitutus. ſcilicet ibi committere receptionem teſtium recepta cautione ab illo, ꝙ vadat vel mittat ad vidẽdum illos iurare: ſuper quo vide quod ibi no. Hodie puto melius prouiſum per hanc literam. Si enim dicat pars, habeo teſtes vltramarinos. & iudex dicit, paratus ſum illos citare & expectare: depone ſalarium pro expenſis teſtium in eundo, veniendo, vel ſtando: quod ſi facere nolit, cauſam non differet.

n *Ipſo iure.* Nota igitur ius nouum: quia (vt ſuperius dixi in multis capitulis ſuperioribus) valebat olim proceſſus, ſi non opponebatur exceptio: hodie ſecus per hanc literam: quia nullum eſt exceptionis remedium opportunum.

T*ibi, qui.* Hæc eſt notabilis decretalis. Et diuiditur, quia primò ponit tres caſus quibus primus impetrans eſt potior, quos in fine moderatur. Secundus caſus eſt ibi, Idem quoque. Tertius ibi, Quinimo. Moderatio eſt ibi, In prædictis. ſecundum Ioan. Monac. Ioannes Andr. Quia decretalis eſt aliquantulum obſcure dictata: vide caſum literalem. Ego impetraui gratiam in eccleſia Bonon. dato executore mihi per Papam, vt faceret me recipi in canonicum Bonon. & prouideret mihi de præbenda, ſi qua tunc vacabat, vel de proximo vacatura. Titius à Papa impetrauit ſecundo loco eandem vel conſimilem gratiam in ipſa eccleſia Bonon. tamen præuenit me in præſentatione literarum, & receptus fuit in canonicum. Tertio loco ego, literas meas præſentaui, & authoritate ipſarum receptus fui in canonicum Bono. & tẽpore receptionis meæ vacabat præbenda: vel poſtea vacauit: quæritur, cui debeatur vel deferatur: an mihi primo impetrãti ſecũdo præſentãti & ſecũdo recepto: an illi Titio ſecũdo impetrãti, primo præſentãti & prius recepto? Reſpõdetur, ꝙ mihi & nõ illi debetur: ex quo illi ante præſentationẽ meã non erat collata. Secundo quæritur, pone retento eodẽ themate, ꝙ ante receptionẽ meam vacauit præbẽda: & exe-

† Sed aliã damna non ſunt reſarcienda. c. in noſtra. de iniu. Bal. in l. fi. in fi. C. de fru. et li. expenſ. ꝙ nota, quia ſi teſtis caperet, diceretur corruptus. Phil. Font.

† Philip. et Ancha. notant hic ꝙ factũ contra legem ꝓhibentem nullum non eſt niſi hoc lege exprimatur. gl. in cle. j. de iure pa. Sed an ſolutio pœnæ legi prohibenti appoſitæ validet factũ contra legem: vide Barto. in l. prætor ff. de oper. noui nũ. Font.

a Et ſic ceſſabit quæſtio notata in ſpe. de teſte. §. qualiter. verſicu. quid ergo. ſcilicet de teſte qui iurauit producti articulis. Io. An.

Aduocatorum doloſitas circa teſtes remotos tripliciter repellitur.

cutor

Universidad de Deusto Biblioteca



cutor meus notificauit aut interdixit ſeu reſeruauit, & fortè decretum appoſuit: cui debebitur? an mihi prius impetrāti, ſecundo præſentanti: an illi ſecūdo impetrāti, prius præſentāti, priuſque recepto? Reſpōdetur ꝙ mihi. Tertio quæritur retentis eiſdē terminis, poſt præſentationem & receptionem Titij, ante præſentationem meā vacauerat præbenda: ſed in literis meis erat clauſula decreti: quæritur cui debeatur? Reſpōdetur ꝙ mihi. Hæc vera, ſi dolus vel notabilis negligētia mihi prius impetranti imputari non poteſt. Ioan. Andr.

*Sola præuentio præſentatio & receptio in canonicum ſecundi impetrantis in eadem eccleſia, non excludit primum impetrantem à præbenda vacante tempore ſuæ receptionis: vel poſt à vacante ante ſuam receptionem, vel præſentationem: & hoc, ſi per proceſſum executoris, vel interpoſitionem decreti pro primo impetrante affecta extiterat: niſi dolo vel negligentia excluderetur ab eadem. Dominicus.*

*Additio. Domini Heliæ.* Iſtud c. emanauit ad declarationē c. Capitulū ſanctæ crucis. e. tit. in anti. vbi quæritur vtrū in reſcriptis ad beneficia inſpiciatur tēpus datæ, vel tēpus præſentationis factæ ipſi collatori: vt cū ſint in eadē collatione duo expectātes, qui habent gratias ſimiles: certum eſt, quòd qui prior eſt tēpore, potior eſt iure. Ibi eſt quæſtio, qualiter attēdatur illa prioritas: vtrū reſpectu temporis datæ, vel reſpectu temporis pręſentationis.

CAPITVLVM XII.

Tibi, qui gratiam [a] in Bituren. Eccleſia impetraſti à nobis certo [b] executore cōceſſo, qui te in canonicum recipi faceret: & de præbenda tibi (ſi qua in eadem Eccleſia tūc vacabat: alioquin de vacatura proximè [c]) prouideret: [d] alius ſimilem gratiā poſt tuam impetrationem obtinens in eadem, licet prius quàm tu ſuas literas præſentauerit, & in Canonicum ſit receptus: [e] in præbenda tempore tuæ receptionis vel etiam pòſt vacante, ex quo alteri ante tuam receptionem collata non extitit, [f] anteferri non debet. Idem quoque, ſi ante receptionem [g] tuam in Canonicum præbenda [h] per proceſſum tui executoris, † qui ei ad quem præbendæ collatio pertinebat, notificauerat, [i] quòd eam volebat per huiuſmodi poteſtatem conferre: aut interdixerat, ne conferret eandem, ſeu illam ſuæ reſeruauerat collationi, præſertim [k] cum interpoſitione decreti † affecta. tunc enim tibi & non alteri debet præbenda huiuſmodi aſsignari. Quinimò ſi ante receptionē & præſentationē etiam tua præbenda vacauit: idem erit cenſendū, ſi in huiuſmodi gratia tibi facta, decretū [l]

*Caſus literalis domini Heliæ.* In iſto ca. deciditur iſta dubitatio. CASVS. Ego à ſede Apoſtolica impetraui literas expectatiuas in eccleſia Pictauien. Nam Papa mandabat canonicis eccleſiæ Pictauienſis, vt me reciperent in fratrem & canonicum: & præbendā mihi conferrent ſi qua vacaret: alioquin proximo vacaturam, dato mihi executore, qui in defectu canonicorum reciperet me in fratrem & canonicum, & prębendam conferret. Facta impetratione non præſentaui literas meas canonicis: poſtea Papa fecit tibi eandem gratiam in dicta eccleſia Pictauienſi cū clauſula iſta, Non obſtante quòd pro alijs ſcripſerimus. præſentaſti literas tuas Capitulo, & Capitulum recepit te in fratrem & canonicum, & ſic es prior in præſentatione, & ego in impetratione. tandem vacauit quædam prębenda: antequā eſſet tibi collata, præſentaui literas meas, & petij, vt mihi cōferrent præbendam: tu vero qui eras prior in præſentatione, petebas tibi illam conferri: dubitatur, quis noſtrum ſit prior, & per conſequens cui debeatur dicta præbenda? Reſpondet, quòd ex quo tempore præſentationis mearum literarum non erat collata præbenda: licet ſim poſterior in præſentatione, tamen ſum potior in præbenda: & ideo ſum tibi præferendus: quia ſum prior in data. Quid ſi præſentaui literas meas poſt vacationem: nunquid erit idem, videlicet vt mihi debeatur præbenda, qui ſum prior in data? Reſpondet, quòd ſic, ſi executor meus iamq́ue proceſſerat in proceſſu, quia inhibuerat canonicis, ne illam præbendam tibi conferrent: vel aliàs per proceſſum executoris præbenda fuerat mihi affecta: tunc debetur mihi, qui ſum prior in data, & non tibi. Sed quid ſi antequam executor meus feciſſet proceſſum, vel antequam pręſentaſſem literas meas canonicis, vacauit præbenda, & fuit iamq́ue tibi collata? vtrum mihi debeatur, & ſit mihi affecta? Reſpondet Rom. Pontifex quòd ſi in gratia mea fuit appoſitum decretum irritans: videlicet, Decernentes irritum & inane quicquid in præiudicium gratiæ noſtrę feceritis, & per quod poſſet effectus noſtræ gratiæ impediri &c. tunc præbenda eſt mihi adeo affecta, quòd collatio alteri facta non valebit.

Nota primo ex iſto capitulo, ꝙ Papa poteſt dare ius ad beneficia vacatura, ita ꝙ promiſsio afficiat beneficium, & liget manus collatoris. Iſtud tamē fuit prohibitū in cōcilio Baſilienſi ꝙ appellatur pragmatica ſanctio, vt fuit dictū, vt Papa nō daret expectatiuā, niſi ſecundū tenorē cap. mādatum, eodem titu. in anti. videlicet quòd Papa ſemel in vita det illam expectatiuam in qualibet eccleſia, & apud vulgares vocatur vulgò Mandat: quia fundatur in dicto cap. mandatum. ſed Papa illo modo non vult concedere expectatiuas: quia tunc approbaret Pragmaticam ſanctionem.

Nota ꝙ in reſcriptis impetratis ad beneficia reſpectu prioritatis & poſterioritatis, attēditur tēpus datæ, & nō tempus præſentationis. Nota magis ſpecificè, quòd ſi Papa duobus in eadem eccleſia ſimilem gratiā fecerit, primus eſt præferendus: licet ſecundus eum præuenerit in præſentatione & receptione. & hoc verſ. dummodo præbenda non eſſet iam ſecundo collata: quia tunc ſecundo deberetur, & non primo, niſi in literis primi impetrantis fuerit appoſitum decretū irritans: quia tunc afficit canonicos etiā ignorantes. Heli. Regnier.

a *Tibi qui gratiam.* Dic quòd eſt gratia ex parte concedētis: vt. j. eod. lib. de præbend. ſi motu. & capitulo ſequēti. & no. ſ. de præben. relatū. in gloſ. imò videtur &c. & ſic accipitur hic. Sed ex parte impetrātis eſt ambitio. & ideo reſtringēda: vt eodem titu. in ſi. pluribus. §. j. Archidia.

b *Certo.* executor enim debet eſſe certus: vt not. hæc litera. Habet enim delegatam iuriſdictionē: quod patet, quia ipſius materia in illo titulo ponitur infra de of. deleg. ſi ſuper. ſicut de conſeruatore dicimus eod. titu. capit. j. & vlti. Sed delegatus debet eſſe certus ſupra eod, ad hæc. ſicut & arbiter & tutor: ſupra de arbit. innotuit. ff. de teſta. tut. l. tutor incertus. ergo & huiuſmodi executor: & propter hoc dixit, certo.

Gloſſa ſequens reſpondet per duas quæſtiones: ſcilicet quid ſi non fuiſſet dictum de proxima? & quid ſi proxima debetur alteri? vtranque ſoluit cum determinatione.

c *Proximè.* hoc intelligitur licet non exprimeretur. ff. de ver. obligationi. l. eum qui calendis. niſi aliud diceretur in literis expreſsè vel tacitè: puta quam duxerit acceptandam infra de conceſ. præben. c. j. Et intelligitur hæc clauſula & præcedens, de præbenda nulli alij de iure debita: cum talis conceſsio ſine alterius præiudicio fieri debeat: ſupra eodem, quamuis. hoc lib. & infra de præben. cum in eccleſia. & .ca. ſi poſtquam. Hæc vera, niſi aliud diceretur, puta quia haberet prærogatiuam infra de conceſ. præben. ca. penult.

Gloſſa ſeq. ſoluit contrarium, & remittit.

d *Prouideret.* non dixit compelleret, & ita alius eſt caſus decretalis infra de conceſ. præben. ſi ſoli. De hac tamen materia diſtingue & ſubdiſtingue vt ibi plenè dixi.

d *Prouideret.* Ergo erat prouiſor. de compulſore habetur infra eo. lib. de conceſ. præben. ſi ſoli. Archid.

Gloſſa ſequens obijcit: obiectionem impugnat, & remittit.

e *Receptus.* videbatur ergo ſecundum communem lecturam illius decre. capitulum ſanctæ crucis ſupra eodem titulo. (quæ habebat, quòd illud verbum, Prius, ibi poſitum, eſſet aduerbium) quod ille prius præſentatus debebat conſequi præbendam: ſed abſurdum erat, quòd iſte ſecundus pręcurrendo læderet ius primi: vt hic, & infra de præben. cum cui. vbi de hoc.

f *Non extitit.* ergo ſi prius erat alteri collata, ſecus. Quod intelligas verum, cum determinatione ſequentium: ſed hoc non haberet locum ſi canonicatus prius ei collatus fuiſſet: vt infra de præben. eum cui. & c. ſi poſtquam.

g *Ante receptionē.* & poſt pręſentationē: vt bene procedat uſus. ſ. ꝙ. j. dicitur de notificatione &c. & vt differat à ſequen.

h *Præbenda.* tolle quod eſt infra, Affecta per proceſſum &c.

Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.

i *Notificauerat.* ſed ad quid neceſſaria eſt notificatio, cum ſufficiat præſentatio: vt infra de conceſ. præbend. ſi capitulo? Sol. ſufficit præſentatio facta ei ad quem ſpectat collatio, vt ibi: ſed non executori, vt hic: & ideo dicitur ibi, capitulo ipſi factam.

k *Præſertim.* id eſt maximè.

l *Decretum.* Decretum ergo Papæ afficit etiam ignorantes infra de conceſ. præben. c. j.

*† Nota quod executor habet poteſtatem inhibēdi & decernendi nullum, id quod eſſet factum cōtra ipſius præceptum: & quo de teſta. c. Raynaldus. & de præben. dilecto. Do.*

*† Notat Phil. in vltimo notabili, quòd decreti interpoſitio ab executore ligat manꝰ Ordinarij collatoris: etiā ignorantis. ca. ſi poſtquā. j. de præben. fortius decretum Papæ. ſecundū gl. & Doc. hic. & not. in. c. t. j. eo. de conceſ. præben.*

*Conceſſio principis intelligitur facta ſine præiudicio alterius. Additio.*

Prædictis.



a *Prædictis.* ſcilicet quando præbenda vacaret tempore receptionis, vel poſt: ſed primus iam erat receptus, licet ſecundo &c. vel quando primus nondum erat receptus, ſed executor ſaltem notificauerat: vel quando primus nondū præſentauerat, ſed in literis eius erat decretum.

b *Dolus.* j. de renun. c. iij. ADDITIO. Hoc ſatis poteſt exemplificari per id, quod habetur infra eo. li. de renū. ſi à te. Sed ibi fuit dolus alterius, nō ipſius impetrantis. Archidia.

c *Negligentia.* infra de præbē. ſi clericus.

*Si pro te.* Nō poteſt congruè diuidi, quia conſtructus pēdet vſque ad finem textus: loco tamen diuiſionis poteſt ſic oſtendi quid faciat. Nā primo ponit gratiam conditionalem vnius. Secundo purā alterius. Tertio euentum conditionis & gratiæ. Quarto dubium definit. Secunda ibi, Alter. Tertia ibi, Licet. Quarta ibi, In præbenda. Ioan. And.

à nobis fuerat, irritum & inane quod contra ipſam contingeret attentari. In prædictis [a] itaque caſibus debes tu præbendam vacantem potius, quàm impetrator vltimus, obtinere: dū tamen dolus [b] tibi nō poſsit, vel notabilis † negligētia [c] imputari.

Idem.

*Si primo ſub conditione prouideri mādatur, & ſecundus purè impetrans, prius quàm veniat cōditio, à Papa vel executore ſuo Canonicatum obtineat: in aſſecutione præbendæ primo præfertur. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM XIII.

SI pro te alicui [d] directa fuerint ſcripta noſtra, [e] † vt tibi de Canonicatu & prębēda Eccleſiæ Bituren. ſi ad id [f] accederet Epiſcopi & Capituli [g] Eccleſiæ prælibatæ aſſenſus, [h] auctoritate Apoſtolica [i] prouideret: alter poſtmodum [k] impetrans, qui ex collatione Apoſtolicæ ſedis, [l] vel executoris ſuper hoc deputati prouiſione, [m] prius quàm Epiſcopi & Capituli prædictorum aſſenſus ad prouiſionem tibi accederet [n] faciendam, [o] Canonicatū obtinuit Biturenſem, licet tu [p] interueniente poſtea prædictorum [q] aſſenſu, dicti prioris mandati auctoritate in Canonicum ipſius Eccleſiæ ſis receptus, in præbenda vacante [r] tibi meritò [s] antefertur.

Præſupponitur primo effectus conditionis: videlicet quia conditio ſuſpendit actum ſub ea celebratum vſque in euentum conditionis: & tunc cōditione adueniente incipit actus valere: nec trahitur retro à tempore conditionis: licet ſecus ſit in ratihabitione, quæ trahitur retro. l. licet. C. de iudi. l. penul. ante fin. C. ad Macedo. & in reg. iuris, ratihabitionē &c.

CASVS. Papa mandauit alicui executori, vt ipſe prouideret mihi de canonicatu eccleſiæ Pictauien. & etiam de præbenda, ſi qua vacaret: alioquin de proximo vacatura, cū iſta clauſula, Si Capituli & Epiſcopi conſenſus ad hoc acceſsiſſet. Poſtea obtinuiſti à ſede Apoſtolica gratiam, per quam mandabatur, vt tibi prouideretur de præbenda, ſi qua vacaret, aliàs de præbenda proximo vacatura. Antequam accederet conſenſus Capituli & Epiſcopi, fuiſti receptus: poſtea obtinui conſenſum Capituli & Epiſcopi, & ſimiliter fui receptus, ſed poſt tuam receptionem: poſtea vacauit præbenda. quæritur, quis noſtrum erit potior? Reſpondet Rom. Pont. quòd tu es potior: quia licet impetraui primo gratiam: tamen re vera non ſum prior in impetratione: quia fuit mihi facta gratia ſub conditione, quæ non trahit effectum retro: quia impetratio mea erat conditionalis, & iam fueras receptus ante euentum conditionis: ideoq́ue tu es potior, & per conſequens præbenda tibi debetur, & non mihi. Not. primo quòd Papa non ſolum poteſt facere gratiam puram ſine conditione: ſed etiam poteſt facere gratiam conditionalem, videlicet, vt prouideatur alicui de beneficio ſi conditio talis eueniat: & effectus gratiæ ſuſpenditur vſque in euentum conditionis. Et ſi pendente conditione alius impetret gratiam, & poſtea conditio euenerit, ſecundus præfertur: quia primus non cenſetur impetraſſe gratiam, niſi demum conditione adueniente: ideo ſecundo impetranti debetur præbenda, & non primo.

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem.

d *Alicui.* executori. & eadem ratione idem credo, ſi ſcriptum fuiſſet ipſi Capitulo, vt poſſent, ſi vellent, Apoſtolica auctoritate recipere aliquem in canonicum & fratrem: vt ſupra eo. cum aliquibus. quia omne ius impetrantis fertur ad diem conditionis: ſecundus igitur primo canonicatum obtinuit, præferri ergo debet infra. c. proxi.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, & ſolutionem.

e *Scripta noſtra.* per huius tenoris vel ſimilis ſcripta, eccleſiam non puto grauatam, ita quòd locum habeat decretalis ſupra eo. literis. & .ca. mandatum. & . ca. abbatem. & infra ca. proxi. in fin. Ratio: quia per hoc mandatum non grauantur: ſed eorum voluntati relinquuntur: & aliud eſt permittere, & aliud præcipere. iij. diſt. omnis autē lex. xiiij. quæſt. j. ca. ſi. §. quod præcipitur ſupra de arbi. cum olim. ff. man. l. ij. in ſi.

Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.

f *Si ad id.* cōditio fuit, & ad eius conditionis tempus mandatum refertur & decretum ſi quod ibi erat inſertum, vt in cle. de conceſ. præbend. cum ei quem. j. reſpon. & eſt ſi. ſ. de app. præterea. de vo. & vo. re licet. verſic. ſciturus. & de condi. appo. ſuper eo. inſti. de verb. oblig. §. ex conditionali. &. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. j. reſpon. licet ſit contra. ea. l. ij. reſpon. & . ff. de peric. & commo. rei vend. quòd ſi pendente. vbi dies conditionis trahitur ad diem obligationis: ſed ibi non erat in poteſtate contrahentis primo ſub cōditione, contractum conditionalem facere: poſtea purè contrahendo, reuocare: ſed hic ſecus, quia in poteſtate Papæ concedentis erat conditionalem gratiam facere, & etiam in totum tollere ſi voluiſſet. j. de cōceſ. præb. c. pen. & vlti.

g *Epiſcopi et Capituli.* Ad quos de iure cōmuni pertinet canonicorum receptio: de conceſ. præb. poſtulaſti. de ijs quæ ſi. à præl. nouit. & .c. quāto. de elec. cum eccleſia. & ibi de hoc: & tunc debent abſentes canonici vocari, qui ſunt in loco vnde ad electionem Epiſcopi forent vocandi infra de præben. cum in eccleſijs. niſi eſſet conſuetudo in contrarium: vt ibi. De conſuetudine autem vel priuilegio interdum pertinet ad alterum tantum prędicta receptio: vt infra ne ſe. va. ca. vno. de reg. ca. vlti. & intelligo conſentire Capitulum, ſi conſentit maior ipſius pars in hoc caſu: arg. infra. c. proxi. cum ſuis concordan.

Gloſſa ſequens quærit. ar. pro. contrarium ſoluit: & arg. reſpondet.

h *Aſſenſus.* pone, mortuus eſt Epiſcopus, vel impeditus ita, quod conſentire non poteſt, & canonici cum eo: nunquid executor ſtatim poterit cōferre? Videtur quòd ſic: arg. infra ne ſe. va. ca. vno. in fine. ad hoc ſupra eo. ſi gratioſe. Sed contrarium credo.[a] Hic enim ſub certa forma tradita eſt executori poteſtas, quam tranſgredi non poterit infra de præben. cui de non. in ſi. & ſub conditione: qua non exiſtente, ſed pendente, ceſſat ipſius poteſtas. Et aliud eſt conſilium teneri requirere, vt ibi: & aliud aſſenſum, vt hic: & facit ſupra de arbit. cum olim. & decre. ne ſe. va. loquitur in caſu illo, cum ad illum pertinet electio, quam facere habet cum conſilio Epiſcopi: hic autem non pertinet prouiſio niſi à die conditionis. Item ibi loquitur de beneficio iam vacante vbi periculum eſt in mora: vt ibi. hic autem nullum periculum. Adde quod dixi ſupra de conſti. ex parte. in ſi. Ioan. And.

i *Auctoritate Apoſtolica.* Præfertur ergo omnibus prius receptis auctoritate inferiorum infra de præben. hi qui.

k *Poſtmodum.* Vnde poſterior videbatur in iure, ſicut fuit in tempore infra de reg. iur. qui prior. cū ſuis concor. Quod non eſt verum, vt ratio infra patebit.

l *Apoſtolicæ ſedis.* bene dicit, quia ſecus de inferioribus: quia ſi auctoritate alterius inferioris receptus eſſet, præferretur iſte etiam poſt receptus auctoritate Papæ infra de præben. hi qui. & ſic prodeſt ſcire quod dicitur ſupra. c. cum aliquibus.

m *Prouiſione.* quia datus erat ad prouidendum: ſecus ſi ad compellendum tantum: quia tunc prouidere non poſſet infra de conceſ. præben. ſi ſoli.

n *Accederet.* Ergo ſi prius fuiſſet præſtitus conſenſus, eſſet ſecus: ſumpto ar. à contrario huius literæ infra. c. proxi. nam tunc non haberet locum quod infra ſequitur. Sed ſi caſus accideret, vbi non poſſet habere conſenſum prædictorum: nullam haberet propter hoc poteſtatem prouidendi, cum hoc ſibi mandetur ſub certa forma duntaxat. ad hoc infra eo. li. de præben. cui de non. cum ſi. Sed ar. contra infra eo. li. ne ſe. va. ca. j. Dic quòd non tangit caſum iſtum: nam ibi in Ordinario loquitur. Archid.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

o *Faciendam.* quid ſi poſt conſenſum habitum impetraſſet? tunc ſecus. ad hoc ſupra ca. proxi. in princi.

p *Tu.* primo impetrans.

q *Prædictorum.* Epiſcopi & Capituli.

r *Vacante.* quandoque. Ioan. And.

Gloſſa iſta fortificat.

ſ *Meritò.* quia licet ille poſterior fuerit in impetratiōe, tamē fuit prior in iure.[b] Mandatum enim cōditionale, ante cōditionem

*† Vt ſi permittat conferri ſecundo. Philip. aut ſi nō acceptet intra terminum ſibi aſsignatum. Domi. Font.*

*† Not. quòd ſcriptura eſt illius, cuius mādato fit. Facit ad ſtatutū mādans quod nemo contra ſcripturā ſuā excipiat. Do. c. ſi à Capi. de conceſ. prabē. Philip. alleg. cōtra Do. l. diuus. §. Senatꝰ. ff. de fal. Vide Feli. c. cū inter. de re iudic. Font.*

*Ex textu nota primo quòd quando gratia eſt cōditionalis, nō poteſt procedi ad eius executionē cōditione non exiſtēte. Vide Inno. de præſumpt. dudum. Nota ſecundo hic caſum in quo ſecūdus impetrans præfertur primo. Alios caſus vide notatos in. c. quia ſæpe infra de prabē. Do.*

*Decretum appoſitū in gratia con-*

*ditionali ſuſpenditur in euentum cōditionis.*

*Canonicorum receptio ad quos ſpectat de iure communi.*

*a Idem Archid. qui etiam dicit quòd Decretalis vna ne ſe. vac. in ordinario loquitur. Ioan. And.*

*b Qui habuit ante aliquod ius primo creatū, & ideo potior. ſ. c. quamuis. licet ſpes eſſet debitum iri. Ioannes Andreæ.*

tionem

Universidad de Deusto Biblioteca



tionem exiſtentem conſenſum non habet, ſicut nec matrimonium conditionale. vnde nec ex ipſo oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, infra de ſpon.c.j.in fi.

Gloſſa ſeq. primo ſummat, ſecundo arguit ad queſtionem.

Dvobus.) Si ex duobus impetrātibus ſuper ſimili prouiſione, nō apparet quis primo: ſi ſolum alteri collatus eſt canonicatus à papa, ille præfertur alteri etiam prius pręſentāti, & primo recepto. Si autem vtrique vel neutri eſt collatus, aut alter in præſentando præuenit, aut ambo concurrunt. ſi alter præuenit, ille præfertur: ſi ambo concurrunt, ille vel illi vel ipſorum maior pars, ad quos collatio & receptio ſpectat, alterum tenentur eligere, & ille ſolus admittetur, vel alteri præferetur, niſi Papa vtrique voluerit prouideri. Et facit decre. iſta in arg. ad quæſtionē de ijs qui ꝓducunt duo teſtamenta, & non apparet quod ſit primum: & vterque inſolidum ſe dicit hæredem, & in poſſeſsionem mittendum: quæ quæſtio notatur. C. de edic. Di. Adri. tol. l. edicto in gloſ. j. mitti. Ioan. Andr. CASVS. Vidimus ſupra in duobus ca. præcedentibus, quòd ſi ſint duo vel plures expectantes in eadem eccleſia, qui habēt ſimiles gratias, ita quod in vna gratia nō ſunt prærogatiuæ magis quàm in alia, quòd habet locum illa regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure. Sed ponamus, quod gratiæ ſunt eiuſdem datæ: nunc vacat præbenda: quæritur, cui debeatur. Reſpondet cum diſtinctione, quia vel Papa vni iſtorum contulit ſolum ius canoniæ, & mandauit vt de facto inſtallaretur, & præbenda ei conferretur: alteri autem non contulit ius canoniæ, ſed mandauit canonicis, vt ei conferrent canonicatum, ita quòd iſte non receperat canonicatum à Papa, ſed erat recepturus à canonicis: tunc alter, qui recepit canonicatum à Papa, eſt præferendus iſti. Et hoc verum, niſi conſtaret quòd vna expectatiua eſſet prior altera, licet ſint eiuſdem datæ: puta ſi in vna expectatiua diceretur, Datum Romæ hora iij. & in alia diceretur, Datum Romæ hora veſperarum: tunc ſi conſtaret de prioritate impetrationis, certè prior eſſet præferendus. Sed quid? ponamus quòd Papa contulit ambobus ius canoniæ, vel neutri contulit canonicatum: quæritur quis eſt præferendus? Reſpondet, quòd ille qui primo præſentauerit literas, eſt alteri præferendus. Sed quid erit ſi ſimul præſentauerunt literas ſuas? Reſpondet, quòd eſt in optionē canonicorum eligere quem voluerint. Ponamus, quòd canonici vnum elegerunt, & ei contulerunt præbendam, quid de alio? vtrum illius gratia erit vacua & ſine effectu? Reſpondet, quòd ſic, niſi in gratia fuerit appoſita clauſula, Non obſtante quòd pro alijs ſcripſerimus: & Papa intendit prouidere ambobus: quia in dubijs Papa non videtur grauare vnam eccleſiam pluribus gratijs: immo ſi ſcripſerit pro vno, aliæ gratiæ cenſentur ſurreptitiæ. c. mandatum. eo. ti. in anti. Quia ius commune præſumit, quòd ſi Papa fuiſſet informatus quòd talem eccleſiam grauaſſet vna gratia, illam non grauaſſet alia gratia: niſi appoſuerit clauſulam, Non obſtante quòd pro alijs ſcripſerimus.

Ex textu no. primo, quòd vbi ius obtinendi rē æqualiter inter duos nō apparet: ille qui dicit ſe priorem altero, habet hoc probare. Not. ſecundo, ꝙ per ſolam receptionē in canonicum: non concluditur collatio prębēdæ facta. Domi.

Duobus. Idem ſi tribus vel pluribus, cum eadem ratio ſit vtrobique. ADDITIO. Archid. dicit illud ſimile in textu proxi. ſeq. non eſſe ponendum: quia fuit correctum.

a *Similis*. quia vterque impetrauit ſibi prouideri de canonicatu & præbenda integra. Si autem impetratio eſſet diſſimilis, puta quia vnus impetraret ſuper dignitate, alter ſuper canonicatu: vel vnus ad præbendam integram, alter ad dimidiam: tunc quod dicitur hic, locum non haberet: quia ſi vacat integra, dabitur ei qui integram: ſi dimidia, ei qui dimidiam impetrauit: nec aliud fieri poteſt, infra de præben. cui de non. vel pone diſsimile: vt ſupra c. proxi.

b *In eadem eccleſia*. quia de diuerſis non eſſet quæſtio.

c *A nobis*. ſi autem vnus à Papa, alter ab ordinario: tene quod habes infra de præben. ſi à ſede Apoſtolica.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

Idem.

*Hæc eſt ſolennis Decretalis, & per Io. Andr. ſubtiliter gloſſata: & poteſt ſic ſecundum eum ſummari: Si inter duos impetrantes nō apparet prioritas, hæc Decretalis duo membra diſtinguit, & in ſecundo ſubdiſtinguit, Et partes patent ſecundum Ioan. Andream, licet gloſſa prima latius ſummet.*

CAPITVLVM XIIII.

Dvobus ſuper prouiſione ſimili[a] ſibi facienda in eadem Eccleſia[b] literas à nobis[c] obtinentibus vna die, certis eis executoribus deputatis: ſi non appareat,[d] quis primò[e] impetrauerit[f] ex eiſdem: is eorum cui[g] Canonicatum contulimus, eſt in pręben da[h] præferēdus alteri qui à nobis Canonicatum nō extitit aſſecutus: licet prius quā alius eis ad quos ſpectat[i] Canonicorum receptio & collatio præbendarum, ſuas pręſentauerit literas, & ab eis in Canonicum ſit receptus.[k] Si verò neutri eorum vel vtrique Canonicatum contulimus, tūc ex quo in gratia ſunt æquales, is qui primò pręſentauerit,[l] erit potior[m] in pręben da. Quòd ſi forſan ambo ſimul in præſentando concurrant,[n] hi ad quos (vt præmittitur) ſpectat[o] Canonicorum receptio & collatio prębēdarum,[p] vel eorum maior pars,[q] ex eis alterum, quē voluerint,[r] eligere[s] teneantur:[t]

d *Si non appareat*. [a] ſic infra de præben. ſi à ſede. & dico apparere poſſe per ipſas literas: puta ſi diceretur in eis, Data die tali ante tertiam: in alijs diceretur, Poſt veſperas: ſed hoc non eſt in vſu. Poteſt etiam apparere per teſtes per quos probare poterit ſuam petitionem primo eadem die lectam & admiſſam per Papam: vel per confeſſionem[b] partis alterius poterit apparere: & facit ſupra de reſti. ſpol. cum ad ſedem. & infra de confeſ. c. j.

e *Quis primò*. quia ſi de hoc appareret, ei primo deberetur ſupra eo. tibi infra de præben. cum cui. & c. ſi poſtquam.

f *Impetrauerit*. nam tunc illi debetur ſupra eo. tibi infra eo. li. de præben. cū cui. & c. ſi poſtquam. Et hoc videtur corroborare antiqua opi. quæ habet in literis beneficialibus inſpici tempus datæ, non tempus pręſentationis. Ad idem ſupra eod. mandatum. vbi dicit, non ſcripſimus. vbi hoc approbat Hoſtien. Ad idem ſupra de offic. dele. ex parte. ij. iuxta fi. Archi.

a Gloſ. placet Docto.

b Vult quòd aduerſariū cōfeſſio adiuuet dubiā probationē ſuper beneficiali titulo: quamuis ſola cū non plenè probet. ſimiliter vbi quæritur: de prioritate matrimonij carnalis: aduerſarij cōfeſſio multum facit. Quod not. forſan ſimilis gloſ. non reperitur alibi. Phili. Font.

g *Cui*. ſoli: vt infra ſequitur.

h *In præbenda*. tunc vel poſtea vacante.

i *Spectat*, de communi vel ſpeciali iure: vt ſupra dixi cap. proxi.

k *Receptus*. non ergo in hoc caſu inſpicitur præſentatio vel receptio ſupra eo. tibi. Et ſubaudi hic, & alter omnino careat impetratis, niſi &c. vt in fi. & ita ſubaudias etiam in verſicu. ſeq.

l *Primo præſentauerit*. Nota ergo caſum in quo, cæteris paribus ſtatur hodie præſentationi in literis ad beneficia: concordat in literis de iuſtitia ſupra de appel. vt debitus. ADDITIO. Ioannes Mo. alleg. C. qui pot. in pig. l. ij. & ff. de procura. l. pluribus. C. de iu. deli. l. ſcimus. §. fi. præfatam.

m *Potior*. ſub. & alius carebit penitus impetratis: vt ſatis colligitur infra ver. proxi. vbi de contraria voluntate Papæ conſtat euidenter: vt ibi dicitur in fi. Archid.

Gloſſa ſeq. arguit ad duas opiniones.

n *Concurrant*. No. quia primo inſpicitur inæqualitas in data, demum in præſentatione: ſed ſi omnia ſunt paria, tunc locus eſt gratificationi. Et facit pro opinione Gof. no. ſupra de Iudęis. c. j. & concor. ad hoc. ff. loca. in naue. in fi. ff. ad Syl. ſi quis in graui. §. cum omnes ſupra de iure pa. cum autem. in fi. Et no. pro ſol. R. Gof. & Ber. not. in dicta decre. cum autem. ſcilicet quòd tum demum locus eſt gratificationi, quando quis ſit in iure potior, dubitatur. ADDITIO. Ioan. Mo. alleg. ff. de reli. & ſum. fu. l. fin. Archid. alleg. no. de elec. eccleſia. ij. in fi. vlti. gloſ. Ioan. And.

Additio.

o *Spectat*. expone vt ſupra.

p *Collatio præbendarum*. ad quā vocandi ſunt abſentes: quod dic vt infra de præben. cum in eccleſijs.

q *Maior pars*. videtur enim à toto Capitulo factum, quod fit à maiori parte. lvj. di. Apoſtolica. in glo. j. de elec. cum inter canonicos. in prin. in glo. j. de ijs quæ fi. à ma. par. ca. c. j. ff. ad muni. quod maior.

r *Voluerint*. datur ergo eis optio.

Gloſſa ſeq. reci. per quæſtionem.

ſ *Eligere*. nec in ipſius electi præiudicium poterunt poſtea variare. ad hoc, de elect. publicato infra de poſtu. præ. c. vno, in fi. & infra de reg. iu. mutare. cum ſuis concor. & probatur hoc ſatis per literam quæ ſtatim ſequitur: & facit ad id, quod dixi ſupra c. gratia. Ioan. And.

Canonici nolentes eligere vnum de impetrātibus in data & præſentatione æqualibus: qualiter debeāt cōpelli.

Gloſſa ſeq. quærit & ſoluit.

t *Teneantur*. Nota, tenentur alterum eligere de neceſsitate, ſed non certum: vnde non datur eis optio vt eligant, vel non eligant, ſed vt alterum eligant. Sed pone, nolunt eligere, vel pari numero diſcordant in eligendo: quid erit?[c] Credo agendum corā ſuperiore, vt eos ad eligendum cōpellat intra certum tempus, vel ad concordandū: quod ſi nō fecerint, credo quòd ſuperior ipſe poſsit eligere: ad hoc ix. q. iij. cū ſimus. in gloſ. iij. de ſup. neg. præla. per totū. j. tit. proxi. ca. vlti. j. de reſti. ſpol. frequens. j. de præben. ſi tibi. &. j. de elec. q ſit. ff. de lega. j. huiuſmodi. §. fi. C. de ing. ma. diffamari. cū ſi. &. ſ. de iure

c Dicit Archid. cōpellentur officio executorum. Ioan.



iure patro. nullus. cum ſi. Sicut igitur ad ſuperiorem per lapſum temporis deuoluitur poteſtas eligendi: de conceſ. præben. c. ij. ita ex eorum negligentia puto quod hic deuoluatur poteſtas præeligendi de qua hic loquitur.

Mo. dicit, quòd cōpellentur à iudice. vterq. alleg. l. huiuſmodi. & decre. nullus. inferius alleg. Ioan. And.

a *Omnino*. vt nec prębēda illa, nec ſequens, nec canonicatus etiam ei debeatur.

b *Ipſius*. non electi.

Gloſſa ſeq. primo exemplificat, ſecūdo allegat tres concordantias, tertio ponit tres opiniones: quarum ſecundam dicit hic approbatā, vltimā impugnat, & impugnationi reſpōd.

c *Expreſſè*. quia in ipſis literis appoſita erat clauſula, Non obſt. ſi pro alio ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiā &c. vel, Non obſt. ſi per nos fuerit eccleſia veſtra grauata. vel ſimilis clauſula.[a] Et no. ꝙ dicit, Expreſſè. & eſt ſi. ſupra e. cū aliquibus. & c. ſuſceptum. & infra de præben. ſi motu. Per hunc autem textum approbatū dico opi. Ber. no. ſupra eo. titu. mādatum. & etiam reprobātur opin. Gof. in ſumma huius tit. ante mediū. & Inno. & Compo. ſupra e. c. qui dixerunt quòd licet eccleſia grauata fuerit in receptione primi, nihilo minus tenetur ſecundum recipere: niſi in literis contineretur, Niſi pro alio &c. Sed Ber. contra, dicens quòd ſecundum recipere non teneretur: quia in literis intelligitur prædictā clauſula, niſi pro alio &c. Et hoc verum, niſi in ipſis literis diceretur, Non obſ. ſi pro alio &c. Et hanc opi. Ber. approbat ſtylus Curiæ, & finis iſtius decre.[b] Hoſt. diſtinguebat an primus receptus eſſet ſub expectatione præbendæ, necne. In primo caſu non valerent literæ pro ſecundo ſine clauſula, Non ob. in ſecundo ſic: & ita no. in decre. mandatum. eo. tit. contra quam opinio. facit ipſa decre. mādatū. ſed ibi erat clauſula, Si ꝓ alio.

a Puta non ob. ſi liqui auctoritate noſtra in canonicos ſint recepti, vel vt recipiantur inſiſtāt. quæ etiā eſt in vſu. Io. And.

b Doc. ꝙ ſecūdæ literæ non valent niſi meminerint primarum. Pet. de Anchar. Font.

d *Vtrique* electo & non electo. ADDITIO. Ex quo enim per clauſulam, Non obſt. quam habet ſecundus, appaꝛet ꝙ Papa grauare voluit eccleſiam de duobus, concluditur quòd vtrique voluerit prouideri. Vel, quia voluit poſt illum iſti prouideri: ergo vtrique. Ioan. And.

e *Voluerimus*. ſtatur enim tunc volūtati ſupra eo. ſuſceptū.

Gloſſa ſequens diuidit, & dicit vnde ſumpta.

Diuiſio.

Qvia.) Primo ponit cauſam impulſiuā & finalem huius cōſtitutionis. Secūda ibi, Nos volentes. Statuit primo de præteritis: ſecundo de futuris ibi, Et earū. Io. And. Potuit ortū habuiſſe à decreta. ſ. de cle. non reſi. cū ad hoc. Io. And.

Iſtud ca. eſt modicæ vtilitatis: quia ſolum ponit reuocationem gratiarum quæ fuerant factæ à Bonifacio. CASVS. Nonnulli à ſede apoſtolica impetrauerunt diſpenſationem, vt quamdiu eſſent in ſcholis, non tenerentur ad reſidentiam faciendam in ſuis beneficijs, nec tenerētur petere licentiam à ſuo diœceſano: ſed acciperent fructus ſuorum beneficiorum, etiam præbendarum: exceptis cotidianis diſtributionibus. Alij clerici impetrauerunt diſpenſationes, quæ erant cauſa magnæ vagationis, & inducebant clericos ad vagandum, & plures erant vagabundi & diſſoluti. Vnde Papa reuocauit illas diſpenſationes, quæ inducebant materiam vagandi & diſſolutionis. Et iſtud c. ſeruit in glo. penul. in proœmio Decretalium ad docendum quòd quando aliqua diſpenſatio ſiue gratia præbet materiam diſſolutionis, vel eſt occaſio mali: ſuperior debet illam reuocare: tamen non ponit ius commune.

f *Importunitatem*. propter quam Princeps ſæpe non condecenda concedit: vt hic vides, C. de pe. bo. ſubla. l. j. lib. x. ſupra de purga. ca. cum in iuuentute. in prin. infra de relig. do. ca. j. infra de conceſ. præbend. deteſtanda. & ideo locum habet ipſorum reuocatio: vt hic &. xxxv. q. ix. ſententiam. de reiudi. cum olim. Et no. quòd dixit, Ambitioſam quia eſt importunitas ambitioſa, vt hic: vt cum petitur quod tendit ad noxam. Eſt & non ambitioſa: vt cum importunè petitur, quod eſt precibus impetrandum: de pœ. di. j. importuna. c. di. c. pallium infra de app. ca. ab eo. cum ſi.

Importunitas eſt duplex.

Gloſſa ſequens exponit perpetuum, & infert econtrario. ſecundo quærit: opinionem ponit, cuius contrarium ſoluit.

g *Perpetuum*. id eſt donec vixerint: ſic. j. de, c. mo. c. j. ff. ꝓ ſo. l. j. & facit quod dixi ſupra, c. ſi gratioſè. temporales ergo, puta vſque ad quinquennium vel ſimile tempus, reuocatæ non ſunt. facit. ff. communi di. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. & quod ibi no. Sed quid dices, ſi conceſſa fuit indulgentia, quæ poſſet eſſe perpetua? puta, donec erit in ſeruitio talis Principis, vel ſimilis? Dicunt quidam, talem indulgentiam non reuocatam: quia quod expreſsè non muratur &c. C. de ap. præcipimus. ſed contrarium credo[c] & puto hic caſum. Nōnne ſi habeo indulgētiam donec in ſcholis fuero, dicitur hęc perpetua? & ſufficit, quod indulgētia poſſit eſſe perpetua. ff. de condi. inde. ſufficit. & quod no. de ſolu. c. vlti. in gloſ. j. in fi. Ioan. And.

Idem.

*Omnes indulgentiæ conceſſæ à Bonifacio, vel ſuis prædeceſſoribus, clericis de percipiendis perpetuò fructibus ſuorum beneficiorum in abſentia, ſunt reuocatæ. Et profitetur Papa, ſe illas in poſterum non daturum. Ioan. And.*

CAPITVLVM XV.

Qvia per ambitioſam importunitatē[f] petētium tā nos, quā nōnulli prędeceſſores noſtri Romani Pontifices, indulgentias perpetuas[g] multis[h] conceſsimus de percipiendis fructibus[i] beneficiorum ſuorum,[k] diſtributionib⁹[l] † cotidianis duntaxat exceptis,[m] ſiue in ſcholis eſſent,[n] ſiue in Eccleſiarum ſuarum altero[o] reſiderent, aut in Romana curia[p] moram traherent, ſeu alio certo loco,[q] vel etiam vbicunque:[r] ex quo inſolentiæ oriuntur vagandi,[ſ] & diſſolutionis[t] pręparatur materia, minuitur cultus diuinus, quem deſyderamus augeri:[u] & officium plerunque, propter quod beneficium Eccleſiaſticum datur,[x] omittitur: Nos volentes

c Idem Phi. & no quòd omnis gratiæ, cui⁹ termin⁹ eſt incertus, poteſt dici perpetua. c ſi gratioſè. ſ. eo. l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tuto. in prin. Fō.

† Cum exceptio ſit de regula, notāt Docto. quòd appellatione fructuum veniunt manualia, immo debent cōputari in expreſsione valoris fructuū. Do. Font.

h *Multis*. reuocari ergo debeat: quia tendebat ad noxam, ſupra de deci. ex multiplici. & c. ſuggeſtū. & facit ad hunc caſum ſupra de cleri. non reſiden. cum ad hoc ſint.

i *Fructibus*, qui de iure communi tantum reſidentibus dari debent ſupra de cle. non reſi. per totum. do. conſuetudine tamen poteſt induci contrarium, vel de ſpeciali ſtatuto[d] ſupra de conſt. cum omnes.

d Placet Ancha. nō autem Do. Font.

k *Beneficiorum ſuorum*. prætextu huius indulgentiæ quæ ambitioſa eſt, fructus ſolum iſtorum beneficiorum quæ canonicè obtinent, poterunt percipere. ſ. eo. ſi gratioſe. §. vlti.

l *Diſtributionibus*. quæ interdum manualia beneficia, interdum victualia nuncupantur: de cle. non reſi. decætero. infra eo. li. & tit. ca. vno. & ſupra de præben. licet.

Diſtributiones cotidianæ quibus perſonis debeantur.

m *Exceptis*. iſta non dantur etiam ſtudentibus in theologia ſupra de præben. licet. nec ijs qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi vel Domini Papæ: de cle. non reſi. decætero. & c. cum dilectus. vt ibi not. nec debent hæ diſtributiones dari etiam præſentibus, qui diuinis nō interſunt officijs, nec valet conſuetudo in contrarium: & qui percipiunt, ad reſtitutionem tenentur. infra de cler. non reſi. c. vno.

Gloſſa ſequens commendat licentiam ad ſtudium, & tractat à quo detur.

n *In ſcholis eſſent*. vt legendi & proficiendi eis opportunitas concedatur in honorem & augmentum vniuerſalis eccleſiæ, quæ viris literatis permaxime noſcitur indigere ſupra de magi. c. j. & per totum. & infra de elec. cum ex eo. & non ſolum Papa, ſed etiam inferiores Prælati dant clerico licentiam ſe ob has cauſas abſentandi. & hoc videtur Ber. intelligere de Epiſcopis: vt no. de cle. non reſi. inter quatuor. Inno. & Hoſt. intelligunt hoc etiam de inferioribus prælatis, per decre. e. ti. relatum. ibi, prelatorum ſuorum[e] &c. Diſpenſationem autem, de qua loquitur decre. de elec. cum ex eo. dico quòd ſoli Epiſcopi, & ipſorum ſuperiores facere poſſunt, cum de eis ſolis caueatur ibidem: & ibi dicam.

e Tene qđ dicam. j. de elec. licet canon. ſuper gl. pe. Ioan. And.

o *Altera*. cum eas obtinent ex diſpenſatione: vel ſunt tales eccleſiæ, quæ ſimul poſſunt de iure teneri: quod dic vt dixi ſupra eo. gratia. Ioan. And.

p *Romana curia*. quæ hodie habet priuilegia ſtudij: vt. j. de priuile. c. ij. per quam decre. etiam videtur quòd hi qui ſunt in ſtudio, de iure communi poſſent percipere fructus ſuorum beneficiorum: quod non eſt verum: ſed illud intellige vt ibi dicam in vlti. gloſ. Et etiam remittit Archi.

q *Alio certo loco*. puta quia in indulgentia dicitur quòd perpetuo (donec in domicilio ſuo habitauerint) fructus percipere poſſint.

r *Vbicunque*. quia ſic generaliter ſe habet indulgentia. Ioan. Andr.

ſ *Vagandi*. quod facere nō debent clerici. xlvj. di. clericum. nā & per horā ab eccleſia nō debēt abeſſe: vt. xcij. diſt. c. vlt.

t *Diſſolutionis*. quę moribus & habitu eſt in clericis amputanda. xxiij. di. qui epiſcopus. & c. ſeq. xxj. q. iiij. c. j. & per totū de vita & hone. cler. clerici. & j. de præben. cum ſingula.

u *Augeri*. ſupra de conſtitu. c. penult.

x *Datur*. vnde priuatus officio, & beneficio priuat⁹ intelligitur: cū ſit eius ſequela. lxxxj. di. eos. & c. ſi qs ſacerdotū. xx. diſ. preter hoc. & ibi de hoc. & ſ. de ele. ex. mi. latores. de ap. paſto.

Officio priuatus an cēſeatur priuatus beneficio.

Universidad de Deusto Biblioteca



paſtoralis.cum ſi.Ioan.And.ADDITIO.Plenius in cle. cupientes.de pœ.ad ſi.magnæ glo. Ioan.And.

a Emendare præterita.xxxv.q.ix.ſententiam.de re iudic.cum olim.§.nos igitur.xxij.q.iiij.magnæ.de ap.cum ceſſante. de ſen.exc.ſacro.§.ſi.& in aut.de nup.circa princ. col.j.ibi Imperator.non erubeſcimus,ſi quid melius horum,quæ prius ipſi diximus, adinueniamus, competentem prioribus imponere correctioné,ne ab alijs corrigi expectemus. Ad idem de accu. qualiter & quando.j.

b Quantũ poſſumus. ſi ſupra in procemio huius libri.

c Cauere,No.futura pręcauenda.xxiij.di. in nomine Domini. §.j.in gl. futuris. de procu.c.j.de ſer. non or.c.j.& exẽpla præſentia,&c. lxxxij. di. plurimos. ff. loca. ſi quis domum.§.idem quærit.& in gl.ſi.

d Indulgentias. perpetuas ſcilicet : nam de his ſupra dixerat.

emendare præterita [a], & quantum poſſumus [b], aduerſus futura cauere [c] : omnes huiuſmodi & ſimiles indulgentias [d] perſonis non eccleſijs [e] vel dignitatibus [f] datas , penitus reuocamus: & earum [g] conceſsionem noſtris volumus exulare temporibus [h]. Quodque nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus [i].

## DE CONSVETVDINE.

### Bonifacius octauus.

*Prætextu cõſuetudinis etiã iuratæ, vel quantocunq; tẽpore obſeruatæ, nõ poteſt quis niſi vnicũ perſonatũ, dignitatẽ, vel aliud perpetuũ officiũ ſimul cũ Canonia & præbenda in aliqua Eccleſia abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ obtinere, vel iam obtenta tenere: & contra præſumptum, irritum eſt omnino. Ioannes. Andreæ.*

e Eccleſijs. [a] iuſte innuit indulgentias eccleſijs conceſſas non reuocari.xxv.q.ij.c.ij.& per totum: ſed intellige hoc vt e.quæſt.cap.poſtea.§.his ita.&.§.vlt.Archi.

*a Notabile aliquid cõcedi eccleſiæ quod perſonæ non cõceditur:tamen redundat in perſonæ vtilitatẽ. Aliud exemplum, Non conceditur immunitas malefactoribus. l.ita vulneratus.ad legem Aquil. ſed cõceditur eccleſiæ, quod venit in vtilitatẽ malefactorum facit l. ciuitatibus. de leg. j. de Ancha.Fõt.*

f Vel dignitatibus. ſi ergo dignitati vel eccleſiæ datum eſſet tale priuilegium:per hanc decre. reuocatum non eſt, & potuit eſſe ratio:quia non tantus fauor perſonis debetur ſicut dignitatibus vel eccleſijs.de elect.cùm nobis olim.in ſi.cum ſi.& infra de priui.ne aliqui.

g Et earum.prouidit hucuſque circa præterita, nunc cauet circa futura.

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit.

h Temporibus. quid ſi tales indulgentias de nouo concedat? valent: quia non potuit ſibi legem imponere à qua ſibi non liceret recedere.ad hoc.ff.de leg.iij.ſi quis.in prin.ff.pro ſoc.ſi fratres.§.idem reſpon.& primam conſtitutionem tollit per ſecundam,licet de ipſa non faciat mentionem ſupra eo.tit.proxi.licet.

i Indicamus.ſi.C.de legi.digna vox.indicare potuit,ſed non legem imponere:quia par in parem nõ habet imperium ſupra de elec.innotuit.cum ſuis concordantijs.

DE CONSVETVDINE.

Viſum eſt ſupra tit.proxi.de iure ſcripto : videlicet de reſcrip.& conſt.nunc videndum eſt de iure non ſcripto : ſcilicet de conſuetudine.

Conſuetudinem.} Prima pars damnat conſuetudinem, decernens illam, etiam ſi iurata fuerit, non ſeruandam : vtriuſque dicti reddens cauſam. Secunda ſtatuit ipſius conſuetudinis contrarium, quod ad præterita extendit, & decretum apponit.Secunda ibi,Statuentes.Ioan.And.

k Conſuetudinem.Sine diſpenſatione Apoſtolica non poteſt quis optinere in eadẽ Eccleſia duas dignitates, perſonatus, vel officia,vel vnam dignitatẽ & officium , vel perſonatum & officium,vel dignitatem & perſonatum: nec valet cõſuetudo quantocunque tempore obſeruata fuerit.h.d. Quæritur pro intellectu huius capituli , quid ſit dignitas , quid ſit perſonatus,quid ſit officium.Vnde ſciẽdum, quòd iura noſtra aliquãdo vtuntur iſtis vocabulis promiſcue:vt in.c.cum acceſsiſſent.de conſti.in anti.vbi Primiceriatus in prin. illius.c.appellatur dignitas: & in medio.c.vocatur perſonatus: in fine verò.c.appellatur officium. Tamen propriè iſta tria, dignitas,perſonatus,& officium differunt.Nam dignitatem propriè dicitur quis habere,qui habet adminiſtrationem,& cum hoc habet iuriſdictionem:ſicut abbas,qui habet adminiſtrationem rerum ſui monaſterij.c.edoceri.s.de reſcrip.in anti.& habet iuriſdictionem in monachos: vt in ca. quanto.s.de offic.or.Item prior cõuentualis. Item ille qui præeſt alicui corpori,qui habet iuriſdictionẽ in perſonas illius corporis:vt in.l.ſi.C.de iur.om.iu.Sed perſonatum dicitur is habere,qui in Eccleſia habet aliquam præeminentiam , nõ tamen habet iuriſdictionem:ſicut ille qui in Eccleſia,in Capitulo,& alijs honoribus præcedit canonicos. Officium verò dicitur quis habere,qui ſine iuriſdictione & ſine pręeminẽtia habet adminiſtrationẽ rerum Eccleſiaſticarũ:ſicut eſt ſa-

*Dignitas, perſonatus, & officiũ, in quo differunt.*

criſta.CASVS.Ponamus,ꝙ in Eccleſia Pictau.à.xx.xxx.xl.l.lx.annis fuit obſeruatũ,ꝙ idẽ obtinebat Decanatũ,Archidiaconatũ,& Cantoriã illius Eccleſiæ:& ſic duas dignitates. Vel fuit obſeruatũ lõgo tẽpore,ꝙ idẽ obtinebat dignitatem & perſonatũ:vel idẽ obtinebat vnũ perſonatũ & vnã dignitatẽ,forte cũ diſpẽſatione Epiſcopi , ſed abſq; diſpenſatione Apoſtolicæ ſedis : & fuit per tãtum tẽpus obſeruatũ,ꝙ de initio nõ extat memoria. Vtrũ valeat talis conſuetudo , ꝙ quis poſsit tenere duas dignitates vel perſonatus abſq; diſpenſatione Papę,vel etiam ſe defendere in foro cõtentioſo? Reſpondet Ro.Põti.ꝙ quantocunq; tẽpore fuerit illa cõſuetudo obſeruata , quæ dicitur potius corruptela, q̃ conſuetudo: non poteſt quis tenere duas dignitates vel duos perſonatus in eadem Eccleſia,vel dignitatem & officium : tamen valeret conſuetudo,vt quis teneat dignitatem & canonicatum cum prebẽda.etiam Epiſcopus poſſet diſpenſare vt quis teneret vnam dignitatẽ & canonicatũ cũ præbenda. No.primo principalẽ effectum:videlicet ꝙ non valet cõſuetudo vt quis teneat in eadem Eccleſia duas dignitates,vel perſonatus, vel dignitatem & perſonatũ,vel perſonatũ & officium. No ꝙ ad hoc ꝙ valeat cõſuetudo,requiritur ꝙ ſit rationabilis. ſicut enim in lege ſcripta requiritur rationabilitas.c.erit autem lex.iiij. di.ita ſimiliter in lege non ſcripta requiritur rationabilitas. Conſuetudo autem,ꝙ quis obtineat in eadem Eccleſia plures dignitates,vel plures perſonat⁹,nõ eſt rationabilis: quia eſt inductiua multorum malorum. Nam primo fundatur in cupiditate.Item præſtat materiam vagandi.Itẽ diminuit cultum diuinũ:quia quanto ſunt plures in eadem, tãto augmẽtatur cultus diuinus. Not.illud ad quod allegatur iſtud.c.ꝙ iuramentũ non debet eſſe vinculũ iniquitatis:ſed eſt non debet obligare aliquẽ ad obſeruandum iniquitatem : & ſi quis iuraret obſeruare damnatam conſuetudinẽ, iuraret peccare. vnde dicit gl.(& bene)ꝙ ſi quis in ſua receptione iuret ſimpliciter obſeruare conſuetudines illius Eccleſiæ:in qua recipitur,iuramentum ſuum nõ ſe extendit ad conſuetudines irrationabiles,ſed ſolum ad conſuetudines rationabiles. Et ſi iuraret nominatim obſeruare talem conſuetudinem,quæ eſt irrationabilis: iuramentum ſuum non eſt obligatorium , id eſt,nõ adſtringit eũ ad obſeruandum contenta in ſuo iuramento,licet ipſe iurans peccet temere iurando. Nota quòd quis in eadem Eccleſia non debet obtinere duas dignitates, vel duos perſonatus,vel dignitatem & perſonatũ: nec etiam in diuerſis Eccleſijs.Et hoc verũ eſt, ſine Apoſtolica diſpenſatione: quia cum diſpenſatione poteſt . Sed vtrum virtute diſpenſationis Apoſtolicæ quis poſsit obtinere duas dignitates, vel duos perſonatus,poſito quòd nõ fiat mentio quòd ſint in eadem Eccleſia? Doctores formant iſtam queſtionem in.c.de multa ſupra de præben.& concludunt, quòd quis nõ poteſt obtinere duas dignitates in eadem Eccleſia , niſi in diſpenſatione expreſſe & nominatim dicatur quia ipſe eſt diſpenſatus ad duas dignitates,etiam ſi ſint in eadẽ Eccleſia.

*Caſus domini Heliæ.*

*Nota ex textu, ꝙ cõſuetudo quæ eſt contraius & nutrit ambitionem, quantocunque tempore ſit obſeruata,non eſt legitima: & potius debet dici corruptela.Do.*

*Iuramentũ nõ debet eſſe vinculum iniquitatis.*

*Dignitates duas nullus debet tenere in eadem eccleſia.*

#### CAPITVLVM. I.

Conſuetudinem [k] quam in veſtra Eccleſia ſeruatam aſſeritis tanto tempore , quòd in contrarium memoria non exiſtit [l]: videlicet,quòd ipſius Eccleſiæ Canonici duos perſonatus , aut duas dignitates, vel prępoſituras [m], ſeu adminiſtrationes [n], aut duo officia [o], vel eorũ alterum [p] cum reliquo inſimul & præbendam poſsint in ea [q]

Gloſ.ſeq.recitetur per obiectionem.

l Non exiſtit, ſi ſupra de verb. ſigni.ſuper quibuſdam.& ſi conſuetudo iſta aliàs legitima fuiſſet,non eſſet neceſſe in ea titulum oſtendere infra de præſcrip.c.j. [b] Videtur enim conſuetudo talis ius inducere.ff.de aqua plu.arcen.l.j.§.j.Sed cũ conſuetudo talis , corruptela ſit : longitudo tanti temporis non prodeſt: & eſt ſi.infra.c.proxi.

*b Et ibi no. in gl.ſi qua modo talis conſuetudo probetur:et hic aliquid per Archidiaconum, qui etiam remittit ad libellũ Roſ. rubri de parochi. Ioan. And.*

m Præpoſituras.certa dignitas eſt in Eccleſia:licet aliàs omnes qui præſunt,propoſiti dicantur.s.de verb. ſigni.quãuis.

n Adminiſtrationes. ſic ſupra de ſta.mona.monachi.§.qui verò.ſicut cameraria,vel quiſquis ſit veſtiarius, vel eleemoſynarius,vel aliud ſimile. Archidia.

o Officia. perpetua,vt infra ſequitur.

p Alterum cum reliquo. id eſt dignitatem cum perſonatu, vel præpoſituram cum adminiſtratione, vel officium perpetuũ inſimul cum præbenda: prout ſtatim ſequitur.

q In ea. eadem Eccleſia.

Licitè.



a Licite. xxij.q.ij.faciat.

b Abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ. Nota caſum in quo ſolus Papa diſpenſat.Duos ſimiles habes.j.de præben. cum ſingula.ADDITIO.Hic videtur confundi ſententia Ioan. Vin.Gof.Hoſti.& Pe.qui dixerunt,ꝙ in talibus dicti Epiſcopi poterãt diſpẽſare, prout ipſi notãt.s.de prębẽ.de multa.in ſi. Et idẽ no.in Spe. de legato.§.videndũ reſtat.verſ. ſed nũquid Epiſcopus.de hoc etiam no.lxx.diſtinct. ſanctorum.Arch.

c Canonib⁹.lxx.diſt. ſanctorum. de conceſ. præben. litteras. & hoc idem dicebat conſtitutio Vrbani, quæ incipiebat,Prouiſionis. vnde tracta fuit decret.iſta.

d Ambitionis. s.de pręben.quia intantũ. de elec.dudum.ij.

Gloſ.ſeq.recitetur per quæſtionem de quo iuramento , &c.

e Iuramento.ſpeciali vel generali,non curo:quia ſi ſpecialiter iuraret hanc conſuetudinẽ expreſſe ſeruare,fuit iuramentum temerarium,& non ſeruandum:& de eo quod iurauit,poſſet & deberet imponi pœnitentia:de iureiur.ſicut.Si generaliter iurauit ſe ſeruaturum conſuetudines ipſius Eccleſiæ: iuramentum iſtud ad poſsibilia & licita tantum extenditur [a]: vt.j.de iureiur.c.j.Ioan.And.

licitè [a] abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ [b] obtinere: corruptelam , cum ſacris ſit inimica canonibus [c], & de ambitionis [d] radice proceſſerit, merito reputãtes,eam auctoritate Apoſtolica reprobamus: voſque ad ipſius obſeruantiam,etiam ſi iuramento [e] firmata extiterit, cũ iuramentum , iniquitatis vinculum [f] non exiſtat, decernimus non teneri:ſtatuentes, vt cùm vnum officium [g] vix digne valeat aliquis adimplere : nulli liceat decætero niſi vnicum [h] perſonatum , vel dignitatem, aut præpoſituram,ſiue adminiſtrationem , vel officium perpetuum , quocunque nomine [i] cenſeantur , cum præbenda inſimul abſque diſpenſatione dictæ ſedis in eadem Eccleſia obtinere:vel iam obtenta [k] † tenere . Quòd ſi à quoquam ſecus pręſumptum fuerit, irritum ſit omnino [l].

Idem.

*Non valet conſuetudo, quòd ab Officiali Epiſcopi ad Epiſcopum appelletur. Ioan.And.*

#### CAPITVLVM II.

NOn putamus illam conſuetudinem, quãtocunque tempore [m] de facto [n] ſeruatã, cõſonam rationi , quòd ab Officiali [o] Epiſcopi ad eũdem Epiſcopum valeat appellari: ne ab eodem ad ſeipſum [p] , cum ſit idem auditorium [q] vtriuſque [r], appellatio delegantem.

*a Idem dicas de ſtatuto generaliter loquente:facit.l.ſi quis ſub cõditione. & ibi Ang.per illum text. ff.de condi. & demon. Font.*

f Vinculum.i.vinculans vel obligans in iniquitate: concor. xxij.q.iiij.inter cætera.s.de iureiur.quanto.& j. de iureiur. c.j.Ioan.Andr.

f Vinculum.id eſt, non obligat ad aliquod iniquum obſeruandum aliquem,nec adſtringit:ſic xxij. q.iiij. inter cætera. j.eo.lib.de iureiur.contingit.§.quia verò. Archid.

g Vnum officium,cõcor.lxxxix.diſtin.ſingula.ſupra de hær. cum ex iniuncto,§.j. & infra de præben. cum ſingula. quæ ponit ſimilem caſum: & eſt ſimile.ſupra de cele.miſ.te referente.de conſe.diſtin.j. ſufficit.

h Niſi vnicum.ergo videtur ꝙ de diſpenſatione inferioris à Papa vnicũ perſonatum vel officium cũ canonicatu & præbẽda poſsit habere:& ſic poſſet approbari illa opinio poſita per Ber.de cõceſ.præben.literas.in fine vlti.gloſ.[b] Et idem credo ſi hoc eſſet de ſtatuto vel conſuetudine Eccleſiæ.s.de reſcriptis,eam te,ibi erat idẽ Archidiaconus & canonicus. ad idem,j.de præb.quia ſæpe.s.de conceſ.præb.poſtulaſti.j. de appel.à collatione.& j.de præbẽ.cum in Eccleſia.& c.fin. ij.reſpon.& in cle.ſi.de præben.in quibus habes,quòd Epiſcopus præbendarius & canonicus eſt in Eccleſia.

*b Secus autem in duabus canonijs eiuſdem eccleſiæ . Et quæ ſit diuerſitatis ratio, ibi plene ſcripſi.*

i Quocunque nomine. vnde per hoc etiam camerlengariam, vel maſſariam, vel œconomatum perpetuum credo prohibitum.Ioan.And.ADDITIO.Idem de veſtiario & eleemoſynario,ſecundum Archid.

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit.

k Vel iam obtenta. Quid ergo de obtentis ? quæro vtrum detur optio quid retinere,& quid dimittere poterit ? Videtur quòd ſibi detur optio:ar.s.de præben.referẽte.& c.pręterea.& melius.j. de præben. cum ſingula.§. j.vel dicatur, quòd ſecundum adeptum retinere poterit, & non primum, cum vacauerit primum ipſo iure per prædictam decre. de conceſ.præben.literas.Ad decret. cum ſingula. dici poſſet, quòd in alio caſu loquitur.Ioan.And.

l Omnino. vt poſsimus dicere, quòd omnibus careat: quia omnia illicite concupiuit.facit.s.de tranſla.licet.& c. quanto.& melius.j.de præb.cum ſingula.j.reſpon.in ſi. ADDITIO. & apertius in conſtitutione, execrabilis. Ioan.xxij. ver alioquin.& ver.ſeq.Ioan.And.

NOn putamus.} Primò ponit dictum.Secundò rationem aſsignat,ibi,Ne ab eodem.Ioan.And.

Præſupponitur primò , quòd de ſubſtantia appellationis eſt,quòd appelletur de inferiori ad ſuperiorem ; nec poteſt appellari de ſuperiore ad inferiorem,vel de æquali ad ęqualem: quia appellatio eſt de inferiori ad ſuperiorem prouocatio. Item præſupponitur, quod conſiſtorium Epiſcopi & ſui Officialis principalis , dicitur idem conſiſtorium. CASVS. Ponamus quod Officialis Pictauien. protulit contra me aliquam ſententiam,à qua appellaui ad Epiſcopum.Certum eſt,quòd non valet appellatio de iure communi. Sed ponamus,quòd in diœceſi Picta.fuit longo tempore ſeruatum contrarium: videlicet quod fuit appellatum ab Officiali ad Epiſcopum,& Epiſcopus ſæpius cognouit de cauſis appellationis : vtrum valeat talis conſuetudo , ita quòd prætextu illius conſuetudinis ſit introductum vt Epiſcopus poſsit cognoſcere de cauſis appellationis ſui Officialis principalis? Reſpondet quod nõ: quia illa conſuetudo eſſet contra ſubſtantiam appellationis : quia appellatio eſt prouocatio ab inferiori ad ſuperiorem: modo ipſe Officialis & Epiſcopus faciunt vnum conſiſtorium. Et hoc verum , loquendo de Officiali principali : ſed non eſt intelligendum de foraneis officialib⁹, qui ſunt ſubdelegati officialis principalis , ſiue Epiſcopi: quia ab eis poſſet appellari ad Epiſcopũ: quia à ſubdelegato appellatur ad primũ delegantem.

*† Not.quòd conſtitutio antiqui iuris declaratoria, extẽditur ad præterita etiã ſi cõtra ſe habẽt cõſuetudinẽ: dũmmodo declaret illam non valere. Dom. Philip.Fõt.*

*Not. primo ex tex. ꝙ actus facti irrationabilis non inducit præſcriptionem cõſuetudinis: et ſic cõſuetudo pro ſubſtãtia requirit rationabilitatẽ.Ad hoc.j.diſtin. cõſuetudo.*

*No.ſecũdo, quòd duæ perſonæ diuerſæ quãdoq; eodem iure cenſentur,quando ius fingit illas haberi pro vna. Do.*

*c Iſtam gl. ſequuntur doc.*

*Appellatio quid eſt.*

m Quantocunque tempore. etiam ſi in contrarium non ſit memoria ſupra c.proxi.

n De facto. bene dicit: quia de iure non: vt infra dicam.

Gloſ.ſeq.primò dicit de quo Officiali loquatur : ſecundo dat duas opi.reprobatas , vnam ſcilicet Gof. alteram Ber. & Hoſtien. Tertio ponit duplicem reprobationis rationem. Quartò reſpondet ad rationem contrariam.

o Officiali [c].generali ſcilicet. ſecus enim ſi delegatus eſſet ad cauſam ſpecialem ab Epiſcopo: quia tunc ad ipſum Epiſcopum appellari deberet: de of. dele. ſuper quæſtionum. de ap.dilecti.& ibi de hoc ſuper gl.ij.ff. quis & à quo appel.l.j. & reprobata eſt per iſtud.c.gloſ.Gof.quæ no.in ſum. de offic.vica.§.item dubitari.quod de officiali Epiſcopi debet ad Epiſcopum appellari: & adde quod dicam.j.de ap.Romana. j.rñ.& reprobata eſt gloſ. Bern. poſita in ipſo ca.dilecti filij prior.de ap.vbi dicebat quod de conſuetudine poterat induci,quod de Officiali ad Epiſcopum appellaretur:ſicut inducitur ex ea,ꝙ omiſſo medio appellaretur ad ſuperiorem. Idem dicebat Hoſtien.j.de ap. Romana.j. reſpon. & eadem ratione: ſed falſum eſt,vt hic vides.Et poteſt eſſe ratio:quia appellatio eſt de minori iudice ad maiorem prouocatio : vt not.ſummiſtæ,Gof.& alij in ti.de ap. ſed hic non prouocabatur ad maiorem: ſed ad parem vel eundem : vt hic vides. patet ergo ex ipſius appellationis deſcriptione , quod hæc appellatio dici non poteſt: vnde conſuetudine induci non poterit id,propter quod appellationis ſubſtantia in deſcriptione mutetur.ex qua ratione ſequitur, ꝙ non valeret conſuetudo ꝙ ad minorẽ appellaretur:ſicut vides in ſimili;quia nõ valet pactum factũ in precario , per quod ipſius precarij natura mutetur:vt ſi vſq; ad certum tẽpus detur, etiã ante tẽpus reuocabitur.ff.de preca.l.cũ precario. Præterea licet interlocutoriã ſuã iudex reuocet, definitiuã tamen nõ. Quod dic vt no.de ap.cum ceſſante.cũ ergo Officialis ſentẽtia, ſit Epiſcopi.non mirũ,ſi ipſe adiri nõ poteſt. Et non ob.ꝙ per conſuetudinẽ poteſt appellari omiſſo medio: quia appellari gradatim nõ eſt de ſubſtantialibus appellationis, ſed de circunſtantijs:vnde appellatur ad Papam & ad legatum omiſſo medio:& circunſtantiæ contractuum per pactum tolli poſſunt.j.de commo.c. vno. de depo. bona fides. ſic & iſta circunſtantia per conſuetudinem,vt prædicta decre. Romana. De materia gl.vide.l.pacta.ff.de contrahen.emp.

*Pactũ contra naturã factum , nõ valet.*

*Sentẽtia interlocutoria poteſt reuocari, ſed non definitiua.*

p Ab eodem ad ſeipſum.id eſt,de officiali ad officialẽ : vel verius,de Epiſcopo ad Epiſcopum.

q Auditorium.j.de app.Romana.j.reſpõ.ADDITIO.Et per hæc iura dixit Archidiaconus,ꝙ à delegato Officialis appellari poteſt ad Epiſcopũ vel ipſum Officialẽ. Et tu idẽ dicas etiam de ſubdito Epiſcopi eadem ratione.Ioan.And.

r Vtriuſq;. Epiſcopi & Officialis.ADDITIO. ſcilicet quo ad appellationem,ſed non quo ad recuſationem.j.eo.lib.de offic.dele.ſi contra.in fin. & iſta litera ſatis tollit ſententiam Domini Gof.qui ſcripſit officialem Epiſcopi eſſe delegatũ, nõ ordinarium:& hæc ipſe ſcripſit in ſumma de offi.vica.§.j.

*Appellari poteſt à Delegato officialis ad ipſum officialem vel Epiſcopum.*

Sed

Sed licet hæc ſententia tempore ſuo poſſet ſaluari, tamē hodie non eſt verū: vt hic. Nam cum conſiſtoriū Epiſcopi & Officialis ſit vnum & idem, ergo talis officialis Ordinarius dicitur: & ab ipſo ſicut & ab Epiſcopo eſt ad Archiepiſcopū appellandum. j. eo. lib. de appel. Romana. in prin. Archid.

Gloſſa ſeq. ſignat cōtrarium, & ſoluit: ſecunda pars reci. per obiectionem de. c. ſi contra.

a *Videatur.* contra. j. de appel. à collatione. vbi de Epiſcopo ad eundem Epiſcopum appellatur. Sol. non eſt idem conſiſtorium Epiſcopi in quantum eſt canonicus, & inquātum Epiſcopus: & ideo ſi collationi interfuit vt canonicus, ad eū bene poterit appellari: vt ibi. Eodē modo reſponderi poteſt ad iura per Ber. inducta in ſupradicta gloſ. Item no. quòd licet idem ſit conſiſtorium Epiſcopi & eius Officialis, ita quòd non appellatur de Officiali ad Epiſcopum: tamen ſi Officialis Epiſcopi recuſatur ſuſpicionis cauſa, coram Epiſcopo eſt probanda. j. de offi. deleg. ſi contra vnum. in ſi. Vnde licet dicamus, quòd appellatio & recuſatio paria ſint: non eſt verum per omnia: vt recitari ſolet ſupra de app. ſuper eo. ij. vnde in recuſatione recurritur ad parem. & obtinet etiam in delegatis datis cum clauſula, Quòd ſi non omnes. vt in ca. decre. ſi contra. in princ.

*† Not. vnū requiſitum ad conſuetudinem, quia requiritur quòd ſit præſcripta: vide de conſue. c. ſi. Domi. * aliàs, legitimè.*

*Appellatio et recuſatio an ſint paria.*

interpoſita videatur.[a]

Idem.

*Valet conſuetudo præſcripta, quòd Epiſcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui Capituli conſilium requirere non teneatur. Ioan. Andrea.*

CAPITVLVM III.

NOn eſt, dum tamen aliàs ſit præſcripta [b] † canonicè, [c] * cōſuetudo [d] quam allegat [e] Epiſcopus, reprobanda: quòd in inquirendis, [f] puniendis, & corrigendis [g] ſubditorum exceſſibus, [h] conſilium ſui Capituli requirere minimè teneatur. [i]

Idem.

Gloſſa ſequens dicit quid corrigit.

NOn eſt.} non diuiditur. Ioan. And. Corrigitur quod no. per Hoſt. j. de ijs quæ fiunt à præla. ſine conſenſu. Ca. c. nouit. & c. ea noſcitur. in fine. ADDITIO. Et not. quòd quia per hanc cōſuetudinem iudicatur inter eos, inter quos non aſſueuit, adaptatur hæc decre. huic tit. aliàs fateor quòd videtur eſſe præſcriptio contra Capitulum. Ioan. And.

Præſupponitur pro intellectu iſtius. c. quòd licet Epiſcopus ſolus habeat iuriſdictionem in ſuos ſubditos, & canonici non habeant iuriſdictionem: illam tamen iuriſdictionem debet exercere ipſe Epiſcopus cum conſilio canonicorum, non dico cum conſenſu: quia Epiſcopus non tenetur ſequi eorum conſilium niſi velit. Licet de collatione beneficiorum: vt in. c. nouit. & c. quanto. ſ. de ijs quæ fiunt à præla. ſine conſen. ca. CASVS. Epiſcopus Pictauien. per ſpatium. xl. annorum, & per tempora ſufficientia ad inducendam conſuetudinem, ſolus exercuit iuriſdictionem, puniendo ſubditos ſuos, inquirendo, corrigendo &c. poſtea Capitulum Eccleſiæ Pictauien. oppoſuit, quòd Epiſcopus nō habebat nec poterat exercere iuriſdictionem ſolus, niſi requiſito conſilio Capituli. Epiſcopus allegat conſuetudinem præſcriptā: nunquid prætextu conſuetudinis ſit acquiſita iuriſdictio ipſi Epiſcopo, vt non teneatur requirere conſilium ſui Capituli? hoc eſt quærere, nunquid valet cōſuetudo legitimè præſcripta contra. c. nouit. & ca. quanto. de ijs quæ ſi. à præla. ſine conſen. ca. alleg? Reſpondet Roma. Ponti. ꝙ ſic. Heli. Reg.

b *Præſcripta.* ſuper hoc vide quod not. de conſuetudine. c. vlti. & viij. diſtin. fruſtra.

c *Canonicè.* ſcilicet cum bona fide & titulo: quod dic vt j. de præſcrip. c. j.

d *Conſuetudo.* quæ deſcribitur eſſe ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex. j. diſtin. conſuetudo.

*Conſuetudinis deſcriptio.*

e *Quam allegat.* & probat. Ei enim non creditur, licet Epiſcopus ſit. vj. q. ij. ſi tantum, & c. placuit.

f *Inquirendis.* debet prælatus inquirere de exceſſibus ſubditorum. ſ. de of. ordi. pernicioſam. quod intelligunt ibi Tā. Gof. Ber. & Innocen. quando fama præcedit. ſ. de ſimo. licet Heli. Archid.

*Additio.*

g *Corrigendis.* iſta omnia generali demandatione Epiſcopi non tranſeunt in Officialem. j. de offi. vica. c. ij. nec beneficiorum collatio. eo. ti. c. vlti.

h *Exceſſibus.* ad quos corrigendos proceditur multis modis: vt. ſ. de ſimo. licet Heli. Ioan. And.

i *Teneatur.* ad ꝙ aliàs tenebatur de iure cōmuni. xv. quæſt. vij. Epiſcopus nullius. de exceſ. præla. c. j. aliàs irrita eſſet ſententia ſua:[a] vt ibi, & in ca. epiſcopus. & cōcordat de ijs quæ ſi. à præla. nouit. & c. quāto. de talibus ſenioribus intelligitur.

*a No. quòd conſiliū requirendū, & non requiſitū reddit actum nullum. Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exer-*

de accuſ. qualiter. ij. de ſimo. licet Heli. xv. quæſt. vij. ſi quid. lxxxvj. diſtin. ſi quid. & hic adde quod not. xv. quæſt. vij. Epiſcopus. de offic. ordi. ca. irrefragabili.

*ci. Pa. de Ancha. Phili. Fōt.*

CVm in tua eccleſia.} Diuiditur in tres partes. In prima ponitur caſus dubij definitio, in ſecunda exceptio, in tertia prouiſio. Secunda ibi, In præbendis. Tertia ibi, Ne autē. Ioan. Andr. CASVS. Papa mandauit canonicis Eccleſię Pictauien. vt me reciperent in fratrem & canonicum: & pręben-dam, ſi vacaret, mihi aſsignarent: alioquin præbendam primò vacaturam. Tractu tēporis vacauit quędam præbenda. canonici receperunt me in fratrem & canonicum: peto vt ipſi mihi conferant illam præbendam vacantē. Dixit antiquior canonicus, quòd in Eccleſia ipſa erat conſuetudo, quòd antiquior canonicus poterat præbendam vacantem optare, & ſuam dimittere: & ſic antiquior canonicus hoc volebat facere. Dicebam ego quòd vacans præbenda mihi debebatur, & non alia. vtrum virtute conſuetudinis fiat præiudicium gratiæ: vel econtra, vtrum per iſtam gratiam fiat præiudicium conſuetudini? Reſpondet, quòd non. & dicit, quòd iſte antiquior canonicus poterit præbendam vacantem optare. & ſi nolit illam optare, ſecundus antiquior poterit illam optare: & ſic deinceps. Et tunc expectans habebit præbendam quæ dimittetur ab antiquiore, vel illo qui optauit præbendam vacantem. Et hoc verum, niſi præbenda vacaret in curia Romana? quia tunc antiquior canonicus non poſſet optare illam præbendam: immo talis præbenda eſſet aſsignanda ipſi expectanti. No. primo quòd valet conſuetudo, vt antiquior canonicus poſſit optare præbendam vacantem, & ſuam dimittere. No. vlterius, quòd ſi antiquior ſit negligēs, vel nolit optare præbendam vacantem: tunc executor expectantis tenetur expectare per. xx. dies: & vltra non tenetur expectare: & illis. xx. diebus elapſis, poterit executor expectantis ipſi expectanti conferre præbendam vacantem. Quæritur vtrum optio habeat locum in præbendis vacantibus ex cauſa permutationis? Communis opi. Doctorum eſt, quòd non habeat locum optio: per cle. vnicam de rerum permu. in cle. vbi dicitur, quòd beneficia vacantia ex cauſa permutationis, debent aſsignari permutantibus, & non alijs: & ſi aſsignarentur alijs, non valeret collatio.

*Caſus do. Heliæ.*

*Per reſcriptum Apoſtolicum, quo de præbenda primo vacatura mandabatur alicui prouideri, laudabilis illius Eccleſiæ conſuetudo non tollitur. hinc eſt, quòd ſi ibi eſt conſuetudo, quòd antiquiores Canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim: illo non obſtante mandato, poterit antiquior vacantem optare præbendam: & expectatis per xx. dies optare volentibus, executor de non optata prouidebit eidem. Si autem præbendam vacantem in curia Papa conferret, tunc illam antiquior optare non poterit. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM IIII.

CVm in tua [k] † Eccleſia, in qua conſuetudo [l] habetur, quòd antiquiores [m] Canonici gradatim [n]

*† No. quòd eccleſia dicitur eſſe prælati. ꝙ intellige quo ad adminiſtrationem, quia prælat⁹ nō eſt domin⁹. de don. c. 2.*

k *In tua.* in Bononia eſt talis conſuetudo, & in multis alijs Eccleſijs. ADDITIO. Vide Hoſtien. in ſum. de maio. & obe. poſt princi. Ioan. And.

Gloſſa ſequens ſoluit duas quæſtiones.

l *Conſuetudo.* No. ſimpliciter dixit Conſuetudo, non dixit præſcripta. No. igitur, quòd vbi conſuetudo rationabilis eſt, & non contra ius, ſufficit ſi ſit longæua:[b] licet, xl. ann. præſcripta non ſit. Vnde dixit Io. tunc ſufficere ſpatium. x. an. hoc no. xij. diſtin. conſuetudo. & facit pro ijs quæ no. Inno. & Hoſtien. ſ. eod. tit. c. vlti. & Compoſt. ibidem in. j. gl. vbi dicit ſic iudicatum fuiſſe per Papam in Mediolan. Eccleſia, in qua erat conſuetudo ſeruata. xxv. annis, quòd antiquior canonicus poſſet mutare domum, & pronunciauit Papa illam valere: licet. xl. annis præſcripta non eſſet. Si enim Papa hic putaſſet præſcriptionem requiri: ita hic addidiſſet, vt. ſ. addidit cap. proxi. Iſta vero conſuetudo innititur rationi & æquitati iuris: vt patet in gloſ. ſeq. Et quod hic dicit de conſuetudine, puto verum etiam in ſtatuto: ad hoc. ſ. eod. lib. de conſtitu. c. j. & quod ibi dixi.

m *Antiquiores.* non ætate,[c] ſed tēpore quo in Eccleſia militauerunt. Idē ſi eſſet conſuetudo de antiquioribus ætate, vel maioribus ordine, vel aliam æquitatem continēs. Not. quòd conſuetudo iſta innititur æquitati canonicæ, quæ vult antiquiores præferre canonicos: ad hoc lxj. diſtin. quid prodeſſerit. & c. ſeq. ad fin. & lxxiiij. diſtin. epiſcoporum. cum ſi.

n *Gradatim.* ſcilicet quòd primo antiquior mutare poſſit: & ſi mutare noluerit primus, poterit mutare ſecundus: & nolente ſecundo, tertius: & ſic de ſingulis: & hoc vult dicere. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens not. quærit. arg. negatiuè: ſoluit in contrarium, & argumento reſpondet.

*Conſuetudo quando debeat eſſe præſcripta. b Placet Docto. & conſuetudinis materiā latè repetijt Rom. Curtius in. c. ſi. de conſuet. ſuccinctè & elegāter præceptor me⁹ Nicol. Bruxel. in l. de leg. de quib⁹ vide eū dē in. §. ex nō ſcripto. inſti. de iu. natu. Font. c Placet de Anch. Do. quod not.*

Meliores.



a *Meliores.* non enim minores optare volunt: de cleri. non reſi. c. j. nec vult quis iactare pecunias ſuas. ff. de proba. cum de indebito. Et no. quòd in præbendis diſtinctis non reprobatur imparitas, vt vna ſit melior altera: & facit ad ea quę no. de maio. & obe. ſtatuimus. Quid ſi in tali Eccleſia minorem magis forte ex cauſſa ſibi gratā mutare velit & optare āntiquior canonic⁹? nūquid poterit? Videtur ꝙ non j. de præb. cui de nō ſacerdotali. Contrarium credo:[a] quia quod fauore & c. j. de reg. iur. quod ob gratiā. C. de legi. quod fauore. ff. de legi. nulla iuris ratio. in ſi. & ar. ff. de vſu & hab. l. vlti. Et ſatisfactū creditori intelligitur quomodocūque ſatisfiat ff. de pig. ac. l. ſi rem alienam. §. omnis. Ad decre. cui de nō. dico illud in mandato ſpeciali cuius formam tranſgredi non licet, vt ibi patet: aliàs regulariter cōtra: quia cui licet plus, & minus infra de reg. iur. cui licet. cū ſuis cōc.

*pro reſcripto, ſtatuto, priuilegijs. Fonta.*

*a Idem de Anchar. per l. Sabin⁹. ff. de in di. adiect. Font.*

*† Papa cum ſcribit, non intendit derogare ſtatuto eccleſiæ c. 1. ſupra de conſtit. Hoc fallit quando ius eccleſiæ eſt ad ipſum deuolutum. de Ancha. per tex. hic. Font.*

meliores, [a] ſi voluerint, poſſint cum vacant, [b] per ſe vel per alios [c] optare præbendas, prouideri mandamus alicui de prębenda nulli alij de iure debita, [d] proximò, [e] inibi vacatura: huiuſmodi non obſtante mandato [f] poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare, cum præbenda vacabit: & illa quæ optata non fuerit, [g] ſi nulli [h] ſit debita, erit illi pro quo ſcripſimus, conferenda.

In præbendis verò apud ſedē Apoſtolicā [i] vacantibus, [k] cū de ipſis per Romanū Pōtificē ordinatur, [l] locus prędictæ cōſuetudini, [m] † non exiſtit. Ne autem prætextu eiuſdem conſuetudinis prouiſiones [n] auctoritate Apoſtolica faciēdæ, vltra debitum differantur: ſtatuimus, vt executores ſuper ipſis prouiſionibus [o] deputati, optare volentes, per viginti dies [p] dūtaxat [q] expectent: quibus elapſis, liberè in non optatis ad exequenda ſibi mandata [r] procedant, præfata conſuetudine non obſtante. [t]

b *Cum vacant.* non vacantes ergo optare vel acceptare non poteſt: ſed hoc, quia conſuetudo id nō habet. Idē enim de nō vacantibus crederē, ſi conſuetudo eſſet, eadē ratione.

c *Vel per alios.* hic enim ineſt regula, quòd id poteſt quis per alium, quod per ſe. j. de reg. iur. poteſt quis. cum ſuis cōcor. De hoc tamen dic vt ibi dixi.

d *De iure debita.* per hoc ſatis patet, ꝙ poteſt fieri mutatio: conſuetudo enim eſt ius quoddā: vt ſupra dixi. ſed de cōſuetudine debetur hæc præbenda antiquiori qui mutare voluerit, ergo de iure. Non igitur eſt de iure hæc præbēda debita impetranti ſed alia nō optata: vt infra. Papa reſpondet. & hoc idem probabatur olim per decretalem de conceſ. præben. ex parte. in ſi. Ioan. Andr.

e *Proximò.* & ſi non adijceretur, de proxima intelligendum eſſet: aliàs qua ratione de ſecunda & tertia, & ſic de ſingulis Probatur hoc. ff. de verb. ob. eum qui calendis.

f *Mandato.* quo mandatur tibi prouideri de præbenda, &c.

g *Non fuerit.* ex quo enim vacant præbendæ, neceſſe eſt vnam remanere non optatam. de illa igitur prouideatur impetranti.

h *Nulli.* puta priori tempore impetrationis ſuprà tit. proxi. tibi. & infrà de præben. eum cui. & c. ſi poſtquam. Io. And.

i *Apud ſedem Apoſtolicam.* Apud præpoſitio, per d, ſcribitur: quia veteres pro apud, ſæpe vſi ſunt ad, duabus literis ſubtractis. ſic infrà eo. lib. de præben. c. ij. præſenti. c. ſi Apoſtolica. Sed hic poteſt exponi Apud, pro in: vt eo. tit. ſtatutum. in prin. Archidiac.

k *Vacantibus.* iſtę olim de conſuetudine conferebātur à Papa. de accu. accedēs, hodie vero de iure communi ſedes Apoſtolica illa confert. j. de præb. licet. Et de quibus beneficijs vel præb. intelligantur, dic vt eo. ti. præſenti. & c. ſequenti.

Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.

l *Ordinatur.* Sed quare dicit hoc, cum alius de ipſis ordinare non poſsit, vt dixi ſuprà in gl. proxi? Dico ꝙ interdū per alios de talibus ordinatur, puta cum Papa de ipſis nō prouidit intra menſem: vt. j. de præb. ſtatutū. & tunc non haberet locum verſiculus iſte, cū locum ſolùm habeat cū Papa prouidit: vt patet per literam. Sed pone de ſpeciali poteſtate tributa à Domino Papa (quia generalis non ſufficit, vt in prædicta decretali, licet.) collata eſt per alium talis præbenda: nunquid locum habebit iſte verſiculus? Dico quòd ſic, arg. ſuprà eo. ver. per ſe vel alios: vt. j. de regu. iur. qui facit. cum ſuis concor. hoc optime probatur. j. de præb. hi qui. & ſuprà tit. proxi. cum aliquibus.

m *Prædictæ conſuetudini.* quia ſcilicet antiquior ſeruato gradu mutare non poterit.

n *Prouiſiones.* præbendarum: quia canonicatus collatus erat per Papā, vel per executorē auctoritate Papę cōferri poteſt.

o *Prouiſionibus.* Erant ergo dati ad prouidendum, vel fortè ad compellendum tantum, vt infra dicam.

p *Viginti dies.* ſimilis dilatio tēporis. j. de elec. c. j. & c. cupiētes. & credo hoc tēp⁹ currere à tēpore ſcientiæ. ſ. de cōc. prębē. quia diuerſitatē. cum ſi. Viginti dies. alibi habes inducias & expectationes quinque dierum. lxxxv. diſtin. perlatum. alibi duorum. v. quæſt. ij. præſenti. vbi etiam dicitur de expectatione ſeptem dierum, & vnius diei. Archidiaconus.

*Additio:*

Gloſſa ſeq. recitetur per quæſtionem & ſolutionem, cui ſolutioni obiicit & reſpōdet. Finis ſoluit aliā quæſtionē.

q *Duntaxat.* credo ꝙ litera iſta loquatur de omnibus optare volētib⁹, ſicut in plurali prolata eſt. Vnde non ſolū primis antiquior, ſed & ſecūd⁹, & tertius, & quartus, & ſic de ſingulis inter oēs, ſolos. xx. dies habebunt. Si enim contrarium diceremus, iam ſequeretur ꝙ ſi viginti eſſent canonici, & omnes deberēt viginti dies habere, iā haberēt annū & vltra: ꝙ eſſet abſurdū, & contra mentem iſti⁹ decretalis, quæ in plurali dicit, Volētes. & dicit dūtaxat. Et ſecūdum hoc antiquior optare nolens, impediet alios: quia nō optabit intra viginti dies, nec alij poterunt ante ipſum optare: & ſic erit caſus quo quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſſa, infra de reg. iuris ſine culpa. Vel eſt in culpa, quia Capitulum poterat ipſi antiquiori ſtatuere terminum, puta duorum dierum ad mutandum vel optandū, vt ſic locus daretur ſequentibus, & ſic de ſingulis: & ſi hoc nō fecit, ſibi imputet. fiet enim prouiſio in non optata: & ſi de expreſſa voluntate canonicorum apparet, quod mutare nolunt: non habebit neceſſe per hos dies expectare. In eorum enim fauorē eſt hęc dilatio inducta, vnde ei renunciare poſſunt: & facit quod dixi in gloſ. non enim.

*Conſuetudine de optādo ſtāte, an poſſit Capitulū præfigere certos dies ad optandum.*

r *Mandata.* vt ſi mandatū eſt ꝙ prouideāt, debeant ꝓuidere. ſi mandatū eſt ꝙ compellant, debeant compellere. j. de con. præben. executor. & duobus capitulis ſequentibus.

DE POSTVLATIONE
Prælatorum.

Bonifacius octauus.

*Si aliquis eligat poſtulando, vel poſtulandum, vel in poſtulandum: vel poſtulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendū: talis electio, vel poſtulatio eſt irrita ipſo iure. Si autem dicat, Eligo & poſtulo prout melius de iure valere poteſt: idem, niſi probabiliter dubitaretur*

DE POSTVLATIONE PRÆLATORVM.

Dictū fuit. ſ. ti. præced. de iure ſcripto, & non ſcripto: verū quia parum eſſet iura eſſe cōdita, niſi eſſent Magiſtratus qui ipſa iura tuerentur. l. ij. §. poſt origenē. ff. de ori. iu. c. vbi periculum. §. prætereà. j. de elec. ideo nūc videndū eſt de ipſis magiſtratibus ſeu iudicibus. Verū quia iudices aſſumūtur altero de tribus modis: videlicet per poſtulationē, electionē, vel tranſlationē: ideo de iſtis trib⁹ modis eſt nūc videndū: & primo de poſtulatione. Pro declaratione rubricæ quæritur quid ſit poſtulatio. Vnde gl. poſita ſuper verbo. Vera poſtulatio, deſcribit quid ſit poſtulatio. & Panor. ſuper rub. e. tit. in anti. ꝙ poſtulatio eſt petitio gratię facta à ſuperiore. Electio vero eſt alicuius perſonæ ad ſuperioritatem vel ſocietatem fraternā aſſumptio. Et eſt ſciendū, ꝙ cū aliquis eſt elect⁹, & eſt capax electionis de ipſo factæ, ſuperior non poteſt eum refutare, ſed tenetur illum cōfirmare: & ſi nolit confirmare, poteſt cōpelli per ſuū ſuperiorē, vel ei præfigi terminus ad faciendū cōfirmationē, cum cōminatione, ſiue intimatione, quòd niſi intra talē terminū confirmet, ſuperior iure deuoluto hoc faciet. Et idem eſt dicendum in pręſentato, ſi Epiſcop⁹ nolit inſtituere pręſentatū, nō fit immediate deuolutio ad Archiepiſcopū: ſed Archiepiſcop⁹ poteſt cōpellere Epiſcopū ad inſtituēdum præſentatū, vel ei pręfigere terminum certū, intra quē ipſe Epiſcop⁹ habet facere inſtitutionē, cum cōminatione, ꝙ ſi Epiſcopus intra talē terminū nō faciat inſtitutionē, ipſe Arch. dicto termino elapſo inſtituet: vt tenet Panormitanus in. c. Oſius Epiſcop⁹. e. ti. in anti. licet vſus aliter obſeruet: quia cum Epiſcopus refutat pręſentationē, fit immediate deuolutio ad ipſum Archiepiſcopū. Secus eſt in poſtulato: quia ſuperior nō tenetur admittere poſtulationē, niſi velit: quia poſtulatio depēdet à mera gratia, & poſtulatio fit de eo qui nō eſt eligibilis propter aliquē defectū, puta quia nō eſt procreat⁹ de legitimo matrimonio. c. innotuit ſupra de elec. Vel quia nō eſt perfectę ætatis ſupra de ele. cū in cūctis. puta ſi ſit aſſumēdus in Epiſcopū, & non cōpleuit an. xxx. vt dicto. c. cū in cūctis. Vel ſit aſſumēdus in Abbatē, & nō fecit expreſſam ꝓfeſſionē: vel aliū defectū patitur ꝓpter quē nō eſt eligibilis: tūc ſi eligētes velint eum habere in Prelatum, eſt poſtulādus: quæ poſtulatio fit à ſolo Ro. Pont. qui diſpēſabit circa iſtos defectus: quia ſi Epiſcopus poſſet diſpenſa-

*Continuatio.*

*Poſtulatio quid ſit. Electio quid ſit.*

*Poſtulatio de quib⁹ fit.*

Universidad de Deusto Biblioteca



diſpenſare, tunc poſſet poſtulari ab Epiſcopo, vel illo qui poſſet diſpenſare circa illos defectus: & ſic poſtulatio eſt petitio gratiæ.

Gloſ. ſeq. diuidit, & dicit quid prouidet & declaret.

*an eſſet eligendus, vel poſtulandus: & tunc conſenſus tempore eligat alteram viam, electionis ſcilicet, vel poſtulationis: qua electa, ad alteram redire non poterit. Ioan. Andreæ.*

CAPIT. VNICVM.

Perpetuo prohibem[us] edicto, ne ſub aliqua ex ijs formis, quas pernicioſa [a] curioſitas adinuenit, Eligo poſtulādo: [b] & poſtulo eligēdo: aut, Eligo poſtulandū, [c] ſeu poſtulo eligēdū: cum nec vera electio, [d] nec vera poſtulatio [e] reſultet ex ipſis, quin ſibi potius inuicē aduerſētur: [f] aut ſub illis verbis, Eligo in poſtulandum, vel poſtulo in eligendum: cum rem imperfectam ſignificare noſcantur: ad faciēdas electiones vel poſtulationes de cætero [g] procedatur: ſi ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum [h] decernentes. Sub ea etiam forma, Eligo & poſtulo prout poteſt melius [i] de iure valere: cum incertitudinem [k] contineat, quenquam poſtulari vel eligi prohibemus: ſtatuentes, quod contra factum fuerit, viribus omnino carere: niſi quādo probabiliter [l] dubitatur, vtrum quis ſit eligendus, vel potius poſtulādus: quo caſu is

*Ex principio textus nota quòd actū cōtra legem prohibitiuam, non eſt nullum ipſo iure: niſi hoc addatur expreſſe. vide gl in cle. cupientes. de pœnis.*

Erpetuo.} Primo dānat ſex formas cū oppoſitione decreti. Secūdo damnat ſeptimā etiam cū decreto, ſed ab hac excipit vnū caſum cum certa determinatione. Secūda ibi, Sub ea. Io. An. Prouidit iſta decr. cōtra aduocatorū imperitias, qui his formis vtebātur: & edita fuit ad declarationē eorum quæ not. lxiij. di. Valētinianus & ſ. eo. c. vlt. CASVS. Quidā cōſtitutus in præſentia Ro. Pon. Bonifacij octaui, queſiuit ab eo dē: Sāctiſsime pater, ſum in titu. de poſtu. prelato. occaſione cuius materiæ vellē informari, ſub qua forma ſit facienda poſtulatio: vtrū valeat ſub hac, vt eligētes dicant, & quilibet eorū in ſcrutinio: Ego eligo talē ipſum poſtulādo, vel poſtulo talē ipſum eligendo, vel eligo talē poſtulandū, vel poſtulo talē eligendum? Reſp. Romanus Pontifex, quòd nō valet ſub illa forma, ſed debent dicere: Ego poſtulo talē. & non debent dicere: Ego poſtulo talem, ipſum eligendo. Sed ſi probabiliter dubitant, vtrum ille quem ipſi petunt in prelatum, ſit legitimus vel perfectæ ætatis, vel alias ſit capax: vtrum poterunt dicere: Ego eligo talem, & poſtulo prout melius de iure poterit: an valeat talis poſtulatio? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic, ſi illi de collegio vel Capitulo veriſimiliter dubitant de incapacitate. Sed quid ſi facta electione & poſtulatione ſub prædicta forma eligentes præſentant electo vel poſtulato illam electionem vel poſtulationem: vtrum teneatur eligere præciſe poſtulationem vel electionem? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd licet eligentes poſsint illo modo variare: tamen poſtulatus vel electus debet eligere vnam viam, & vna electa non poterit redire ad aliam: puta ſi acceptauit electionem, non poterit redire ad poſtulationem: & ſi acceptauit poſtulationem, non poterit redire ad electionem, quia perdit ius quæſitum ex electione: quia ſi eſt impoſtulabilis, non poterit eligi ſi ſemel elegerit electionem. Econtra ſi eligit viam poſtulationis, & reperiatur ineligibilis: non poterit venire ad electionem.

Nota primo, quòd nimia curioſitas in iure reprobatur: vt ſunt quidam qui volunt eſſe curioſi, vbi non expedit: cap. & ſi quæſtiones in princip. de ſimo. cum contingat. §. cæterum. de reſcriptis. & per dictum Apoſtoli: Non plus ſapere quàm oportet ſapere. Nota non poteſt fieri poſtulatio ſub hac forma: Poſtulo talem eligendo: vel, Eligo talem poſtulando: quia iſta continent repugnantiam. Nam poſtulatio & electio ſunt contraria: quia poſtulatio dependet à gratia ſuperioris, electio verò non. Nam confirmatio eſt de iuſtitia, & debet ſequi electionem. Et allegans contraria, non eſt audiendus. Not. quòd poſtulatio factā cum aliqua de quinque vel ſex formis hic contentis, eſt nulla ipſo iure. Not. quòd poſtulatio facta ſub hac forma: Poſtulo & eligo prout melius de iure fieri poterit: non valet, niſi probabiliter dubitetur an, poſtulandus ſit capax, vel non: & vtrum debeat eligi vel poſtulari. Not. quòd in caſu prædicto, vbi probabiliter dubitatur an eligendus ſit capax vel non: licet in eligentibus admittatur illa variatio, non tamen admittitur in ipſo poſtulato: ſed debet eligere vnam viam, ſcilicet viam electionis, aut viam poſtulationis. Not. quòd vbi datur alicui electio duorum contrariorū, electo vno contrariorū videtur renunciare alteri: ita quòd amplius non poteſt ad illud redire, ſicut hic vna eſt via gratiæ, alia iuſtitiæ, quæ ſunt contrariæ. & ideo electa vna, videtur alteri renunciare.

*Roma. 12.*

*Additio:*

a *Pernicioſa.* ſunt quidam, qui volunt eſſe curioſi vbi non expedit, & perniciem inducunt: ad hoc ſupra de reſcript. cum contingat. §. fin. de ſimo. & ſi quæſtiones. C. de ſi. inſtr. lib. vlti. ad ſi.

a *Pernicioſa.* id eſt morboſa, vel pernicioſa, calamitoſa, funeſta: ſic. xviij. quæſtione ij. pernicioſam. C. de probat. l. exemplo. ſicut is qui dat opem vt aliquid perdat. Archidiaconus.

b *Eligo poſtulando.* ſicut enim poſtulandus eligi non debet ſupra eod. cap. vlti. ſupra de elec. innotuit. ſic nec eligendus poſtulari: quia poſtulatio ſoli gratiæ innititur ſupra eod. bonæ. ij. & c. pe. electio autē iuri cōmuni. de elec. publicato. & matrimoniale contrahitur vinculum: [a] de tranſlat. inter. in princip. vnde olim indifferēter vtebamur his vocabulis, Eligo & poſtulo, & eligebamus poſtulandum, & poſtulabamus eligendum. lxj. diſtin. ca. ſtatuim[us]. §. bis omnibus lxiij. diſti. literas hodie nō ſic, ꝓpter rationē ſupradictā: & quia qui poſtulat, nō conſentit vt in virum: ſed qui eligit, conſentit. Not. tamen Innocen. ſupra eodem titul. c. j. ꝙ ſi ſolenniter poſtuletur eligendus, nihil agitur ratione prædicta: ſed ſi minus ſolēniter, puta quia clericus ſubditus Epiſcopi petitur ab eo, nō eſt malum: poſtea tamen ſolennem electionem neceſſe eſt interuenire.

*a Per conſenſum. ſ. illorum ad quos ſpectat eligere quem eo animo exprimūt: & per conſenſum electi ſecutū. Io. And.*

c *Eligo poſtulandum.* iſta forma approbata videbatur per dec. de renun. poſt tranſlationem. in prin. vel illa, de qua ſequitur, Eligo in poſtulandum.

d *Vera electio.* per quem habet matrimoniū contrahi quo ad conſenſum eligētium, ſubſecuto poſtmodū electi conſenſu. ADDITIO. Illa eſt vera electio quæ fit ab ijs ſiue ex eorum conſenſibus, qui ius habent eligēdi, & quaſi matrimoniale vinculum contrahendi cum illo quē eligunt eo animo, vt ſit ſponſus ſuæ Eccleſiæ viduatę ſupra de elec. cum inter canonicos. Archid.

e *Vera poſtulatio.* per quā nullum ius acquiritur: quod tamē iſti tribuere intēdebant dicendo, Poſtulo eligēdo. Deſcribi enim ſolet poſtulatio eſſe petitio gratię à ſuperiore facta: electio autē alicuius perſonæ ad prælationem vel ſocietatē fraternam canonicē facta vocatio.

*Poſtulatio quid eſt. Electio quid eſt.*

f *Aduerſentur.* & ſic repellendæ. lxxiiij. diſtin. geſta. xxiij. quæſt. vij. quemadmodum ſupra de appel. ſolicitudinem. C. de fur. l. j.

Gloſſa ſeq. reci. per. q. alleg. pro. ſoluit contrarium, & contrariæ rationi reſpondet.

g *De cætero.* licet iſta conſtitutio ſit iuris veteris declaratorio: puto tamen per hoc verbum Papam præcedentes electiones ſic factas noluiſſe comprehendere. Et potuit eſſe ratio: quia omni communi iudicio ante iſtam decretal. hæc forma bona eſſe putabatur: vnde iniiceretur laqueus ei qui communi iudicio non peccauit: quod eſſe non debet. ff. ad Macedon. ſenatuſcon. l. iij. xxvij. quæſtio. j. de viduis. & facit ſupra de tranſlatio. inter corporalia. verſi. fin. ibi, Maiorum ſecutus errorē &c. & bene etiā facit ſupra de diuor. gaudemus. in ſi. & de conſe. eccl. vel alta. aqua. in ſi. vnde ſecundum hoc ad id quod. j. ſequitur, Si ſecus actum fuerit &c. repete. De cætero.

*Conſtitutio antiqui iuris declaratoria an trahatur ad præterita ſi conſuetudo et communis opinio prudentiū erat in contrarium.*

Gloſſa ſeq. reciteturper quæſtionem.

h *Irritum.* licet igitur ſequatur admiſsio vel confirmatio talis electionis vel poſtulationis, non propterea conualeſcit, quia à principio nullū erat. ſupra de elec. dudū. & c. auditis. xvj. q. iij. c. placuit. §. ſi. verſi. quæ enim ab initio. j. de reg. iu. non firmatur. cum ſuis conc. & facit quod dicam. j. tit. prox. quàm ſit, in ſi.

i *Prout poteſt melius.* hanc formam approbat gloſ. ſupra. e. c. vlti. & Innoc. ſupra eo. cap. j. Ioan. Andreæ.

k *Incertitudinem.* vota autē incerta in electionibus & poſtulationibus reprobata ſunt. j. tit. proxi. ca. ij.

Gloſſa ſeq. exemplificat & declarat.

l *Probabiliter.* in hoc igitur caſu intelligatur illa Bernardi opinio. ipſe etiam ſic intellexit, prout ex verbis ſuis ſatis apparet. Et poteſt poni exemplum, quando dubitatur an quis in perſonatibus vel beneficijs cum cura aſſumendus attigerit. xxv. annum: vel an aſſumendus in Epiſcopum peregerit. xxx. annum ſupra de elec. cum in cunctis. vel dubitatur de monacho aſſumēdo ad prælaturam eiuſdē: vel alterius ordinis, an ſit expreſsè profeſſus. infra tit. proxi. nullus.

*Dubitatio probabilis, an quis ſit eligendus vel poſtulandus.*



nullus. In his enim & ſimilibus caſibus poteſt eligi & poſtulari, prout melius de iure valere poterit. Sic enim videm[us], ꝙ ratione dubij admittitur libellus diſiunctiuus. ff. quorū legatorū. l. j. §. qui autem. Et quod hic dicit, intelligo ſi dubitetur in facto, ſi autē dubitaretur ignorantia iuris, hic ſecus credo, tum quia peritiores conſulere debuerūt, & quia iuris ignorātia nec eſt probabilis, nec excuſat. ff. de iuris & fac. ign. l. regula infra de regu. iur. ignorātia. eo. lib. cū ſuis. concor.

qui ſic [a] poſtulatus fuerit aut electus, conſenſus [b] tempore viam electionis vel poſtulationis (ne in incerto [c] † vagetur) eligere neceſſariò teneatur, [d] redeundi ad aliam, [e] poſtquam vnam elegerit, ſibi licētia penitus interdicta. [f]

## DE ELECTIONE, ET electi poteſtate.

Innocentius quartus in concilio generali Lugdunenſi.

a *Sic.* ſcilicet ſecundū hanc vltimā formā, eligo & poſtulo, & prout melius poteſt de iure valere. Et aduerte, quia nullā de his formis credo permiſſam, niſi vltimam. Hoc caſu cum probabiliter eſt dubium, tum quia in eo caſu eſt ſola incertitudo, quæ admittitur cum probabiliter dubitatur: vt ſuprà probaui. in alijs autem caſibus inſurgit cōtrarietas & res imperfecta: vt patet in textu: tum quia alias non video quare ſic diuiſiſſet iſtud cap. faciendo ibi, ſub ea. §. & in priori parte ponēdo ſpeciale & indeterminatum decretum: in ſecunda autem cum determinatione. & facit de deci. ad ad audientiam. Et hoc probo etiam per literam quæ ſequitur, Poſtulatus & electus: quia iſta ſola vltima forma dicit, Poſtulo & eligo.

*† De Anc. ex hoc textu. quòd neceſſariū eſt eligi alterū ex duobus iuribus incōpatibilibus, certa & deliberata electione, ideo inſtitut[us] in duobus teſtamētis ſi de validitate vtriuſq; dubitet: & dicat ſe adire ex primo vel ſecūdo, prout melius poteſt: ex neutro iudicatur adiſſe. facit. c. vt qui duas infra titu. prox. text. eſt in. l. eā qui duob[us]. ff. de acqui. hære. Font.*

b *Conſenſus.* quem intra menſem poſt preſentationem ſibi factā exhibere tenetur infra tit. proxi. quàm ſit. cū determinatione quæ ibi ponitur.

c *Ne in incerto.* concor. ad hoc, & ad id quod ſequitur. j. tit. proxi. vt quis duas.

d *Neceſſariò teneatur.* quid ſi non elegerit? Dico totū viribus carere: vt ſupra, cū enim iſta fuerit pœna ſuperius impoſita, niſi determinatio ſequens fuerit obſeruata, patet quòd locū habet hæc pœna prædicta.

e *Ad aliam.* viam.

f *Interdicta.* ſic. C. de furt. l. j. ff. de tribut. quod in hæredē. §. eligere. Præiudiciales ergo ſunt ſibi adinuicē iſtæ viæ: aliàs enim electione vnius nō tolleretur altera. Facit quod no. de libel. obla. c. ij.

DE ELECTIONE &c. Dictum fuit ſupra tit. proxi. de vno modo inſtituēdi iudices ſiue miniſtros iuris puta de poſtulatione: nūc videndum eſt de alio modo: ſcilicet de electione. Et quia dubitari poſſet de poteſtate electi ante confirmationem vel conſecrationem, ideo annectitur in rubrica, & electi poteſtate.

Tatuimus.} [a] Tria facit. Primo ponit ſtatutum. Secundo pœnam contumacis in non veniendo. Tertio pœnā calūnioſi. Secunda ibi, Sed ſi. Tertia ibi, Adiicientes. Et iſta tertia ſubdiuiditur: quia duo facit. Primo ponit obiicientem in formā. Secundo illū qui obijcit in perſonā, ibi, Qui vero. Et hæc ſecunda etiā tria facit. Primo imponit pœnam. Secūdo aggrauat ibi. Ad. q. Tertio excipit ibi, Niſi. Ioa. Mo. dicit ꝙ primo ponit ſtatutū quod ſecundo prorogat ibi, Hęc autem Tertio imponit pœnā non probanti ibi, Adiicientes. An ille §. hec autē determinet, proroget, vel reſtringat: ibi dicit circa text. Ioan. And.

*Diuiſio. a Iſtud. c. habet locū in appellatione iudiciali et extra iudicia li et in illa quæ interponitur ab iniuſta collatione executoris data à Papa. Domi. Fōt.*

Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. illud quod habetur in cap. ſi. infra eo. videlicet quòd cum electio eſt facta de aliquo, eligentes conſtituunt procuratorē ad præſentandum electionē ſuperiori, & requirēdū vt illā electionem confirmet: qui ſuperior non debet ſtatim electionē confirmare, ne faciat contra dictū Apoſtoli dicentis, Nemini citò manū imponas: ſed debet iſte ſuperior videre, an ſint aliqui opponentes. Et ſi ſint, debet illos citare peremptoriè, ſeu citari facere ad dicendum cauſas ſuę oppoſitionis. Si vero nulli reperiantur opponentes, debet decernere citationem generalē, & illam opponere in valuis eccleſiæ illius electi: vt ſi ſint opponētes, cōpareant coram ipſo ad certum terminum. Hoc præſuppoſito, Caſus in hoc cap. ſic figuratur. Vacante Abbatia monaſterij ſancti Cypriani Pictauis, monachi illius monaſterij conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri Abbatis. Electione facta, illam præſentauerunt Epiſcopo Pictauienſi, & requiſierunt vt ipſam electionem confirmaret, & electo committeret adminiſtrationem illius monaſterij in ſpiritualibus & temporalibus. Epiſcopus decreuit ſuam citationem generalem contra opponentes. in termino aſsignato comparuerunt aliqui opponentes, qui allegauerūt aliquas cauſas oppoſitionis: videlicet quòd ipſi fuerant ſpreti, & ſic oppoſuerunt aliquid contra formā electionis. Nā vocatio eſt faciēda: tamen nō eſt de ſubſtātia electionis: hoc eſt, tenet electio de mero iure. c. ꝙ ſicut. eo. ti. in anti. & c. quia propter. eo. ti. tamen ſi opponētes proſequuntur contēptū, faciūt ipſam electionē caſſari. Vel etiā iſti opponētes oppoſuerūt aliquos defect[us] in perſonam electi: puta ꝙ ipſe erat imperfectæ ætatis, nō autē ꝙ eſſet illegitimus: quia ingreſſus religionis tollit maculam natalū. Epiſcopus noluit admittere iſtas cauſas oppoſitionis: vel fortè cū cauſſæ eſſent irrationabiles, illas admiſit: & in effectu fuit appellatū ad Apoſtolicam ſedē. Quæritur, quid debeant facere opponētes & electus? Reſpōdet Ro. Pon. quòd ipſi debēt arripere iter Romanū intra menſem à tēpore appellationis, & debēt facere diligentiā ſecundū communē curſum, vt ſe præſentēt cōſpectui Apoſtolico. Sed quid? Ponamus quòd opponētes comparuerunt, electus vero nō: vtrum teneantur longo tempore expectare ad hoc ꝙ procedatur in cauſa appellationis? Reſp. quòd debent expectare electum per tempus hic contentum: quo tēpore elapſo ſi non compareat electus, poterit procedi in cauſſa appellationis. Sed ponamus ꝙ opponētes non probauerunt defectum, quē obiiciebāt contra formam electionis. Reſpōdet, quòd ipſi opponentes debent multari in expenſis, & vltra ſunt ſuſpendendi à perceptione fructuū ſuorum beneficiorum per triennium: & ſi intra illos tres annos ſe immiſceāt illis beneficijs ſuis, ſunt perpetuo priuādi. & hoc verū ꝙ ſunt ſuſpenſi à fructibus beneficiorū quæ obtinent in illa eccleſia, & nō beneficiorū quæ obtinent in alia eccleſia. {Nullam ſuper hoc.} Hic ponitur quædam comminatio. Nam Papa poſſet illum reſtituere ſi vellet, nec per hoc imponit ſibi neceſsitatē. Not. primò ex iſto. c. quòd ab electione facta, poſtulatione, vel prouiſione poteſt appellari. vnc prouiſio, vt hic accipitur, ſit per deuolutionē ad ſuperiorē: vt quando monachi peccant eligendo indignū, ſunt priuati pro illa vice poteſtate eligendi: quę electio deuoluitur ad ſuperiorē immediatū: & illud quod facit ſuperior, vocatur prouiſio. Aliquando ſuperior hoc facit iure ſuo, ſicut plures Abbatiæ habent prioratus cōuentuales ſub ſe, quos cōferunt Abbates iure ſuo, & nō eligūt monachi illius prioratus conuentualis: & talis collatio quā facit Abbas de prioratu cōuentuali, vocatur prouiſio, & ab illa poteſt appellari. Not. vlterius, ꝙ cū appellatur ab electione, prouiſione, vel poſtulatione ad Apoſtolicā ſedē, appellans & appellatus debet arripere iter ad curiā Romanā intra menſem: & vna pars tenetur expectare aliam partem per. xx. dies: quibus elapſis poterit procedi in cauſa appellationis. Et ſic in cauſa electionis poterit ꝓcedi ad teſtiū receptionē, lite nō cōteſt. c. quoniā frequenter. vt lite nō conteſt. in anti. No. vlterius, quòd ſi aliquis ad impediēdū confirmationem electionis aliquid opponat contra formā, & nō probat illud, condēnabitur in expēſis. ſi verò oppoſuerit aliquid cōtra perſonā electi, etiā condemnabitur in expenſis: ſed vltra ſuſpenſus eſt triennio à beneficijs ſuis quæ obtinet in eccleſia cuius prouiſionem vel electionem voluit impedire.

*Provisio quæ dicatur.*

*Si aliquid opponatur contra prouiſionē, electionem, vel poſtulationem factam ad perſonatum, dignitatem vel canoniam, in perſonam vel formam: & ob hoc fuerit appellatum ad Papam: appellans & defendens, & quorum intereſt, à die obiectionis intra menſem arripiant iter eundi ad Papam. Ioan. And.*

CAP. I.

Tatuimus, vt ſi quis [g] electionē, poſtulationem, vel prouiſionem [h] factā [i] impugnat [k] in

g *Si quis.* vel ſi qua [b]. xvij. quæſt. iiij. ſi quis ſuadente. & de ſentent. excommu. mulieres. ſaluo tamen eo quod dicitur infra eo. indemnitatibus. §. porro. & §. ſeq. & ad hoc infra eo. generali. Ioan. And.

*b Idē Dō. etiā ſi laic[us] not. in. c. ſuper hu. de accuſa. Font.*

h *Prouiſionem.* factam vel ex ſuperioris officio, vel ex negligentia ſubditorū. §. eo. ti. ne pro defectu. de cōceſ. præb. c. ij. vel ſuo iure: quia fortè ad eū pertinet prouiſio, & prouidendo eligit & cōfirmat: quod dic vt no. de elec. cum inter canonicos. Et dixit hic In. ꝙ hæc decre. locum habet ante confirmationē: poſt vero non. & hoc verū, niſi eligendo confirmaret: puta per prouiſionem factam, vt hic.

*Prouiſio habet vim electionis & confirmationis.*

Gloſ. ſeq. quærit, opi. ponit & ſoluit diſtinguendo.

i *Factam.* quid de facienda? Dixit Abbas hic, quòd idē, cum vtrobique eadē ſit ratio. Credo quòd ſi contra certam perſonam appellat: vera ſit opinio prædicta, aliàs nō. & hoc probatur. j. eo. qui contra certā. nam quod ibi dicitur de decre. vt circa. j. eo. eadem ratione intelligam & de iſta.

Gloſſa ſeq. ponit & exponit dictum Innocentij.

k *Impugnat.* Dixit hic Inno. ꝙ nullo ſe opponēte, is ad quē pertinet cōfirmatio, poterat cōfirmare nulla citatione facta;

& nullis edictis propoſitis. Idē in conſecratore & ordinatore, ꝙ in confirmatore verum erat ſecundum ſua tēpora: hodie ſecus. š. eo. tit. c. vlti. Tamē nullo ſe opponēte ipſe habet inquirere de meritis eligētiū, & perſona electi: ſupplet enim in cauſis electionū de facto. Quod dic vt no. xxviij. d. prius quàm. &. š. de ele. cū nobis olim. & de poſtu. præla. bonæ. j.

† No. quòd ille dicitur impugnare actū qui opponit aliquid cōtra formā act⁹ vel contra perſonā in cuius cōmodum dirigitur executio actus. Quod not. quia quandoq; teſtatores priuāt impugnātes teſtamentū, ꝙ ille diceretur impugnare qui exceptiones opponeret.

a Formam. ſupra eo. quia propter. quædā tamen ibi contenta, ſunt de ſubſtantia, quædam vero non: vt ibi no. in glo. Dic vt. j. Bern.

Gloſ. ſeq. recit. per queſt. ponit antiquā opi. Ber. & contrariū ipſius & Innocen.

b Perſonam. electi: idem ſi opponatur in perſonam eligentium: vtrumq; enim electionē reddit inualidā. š. eo. cum in cunctis. cum vicinori. congregato. & in pluribus alijs cap. & ſupra de conſue. cum dilectus ſecundum Bern. olim tamen ipſe idem dicitur mutaſſe & dixiſſe cum Inno. contrarium: maximè cum hic dicatur, Perſonam, in ſingulari. Nec eſt bona ratio ſecundi Inno. dicentis, Vitiū eligentium reddit electionē nullā: ergo eadē pœna tenetur: quia & vitium formæ reddit nullam electionē: & tamen non eſt eadem pœna, quæ in perſonā: vt patet. j. dico tamen ſecūdum ipſum Inno. quòd licet nō ſit idē quantū ad huius conſtitutionis pœnam, tenetur tamen ire, & appellationem proſequi: & poteſt hæc obiectio melius dici contra formam, quàm contra perſonam.

† No. quòd quandoq; appellanti ſtatuitur termin⁹ ad iter arripiendū. et de his terminis vide gl. ſupra de ap. perſonas Do.

c Propter hoc. No. quia exprimi debēt omnia & ſingula quę opponuntur, & iuramētum interuenire, & nō expreſſa proſequi non poterit appellans. Quod dic vt. j. e. vt circa. & hæc vera, cum in his caſibus extra iudiciū appellatur: ſecus ſi in iudicio: vt. j. e. tit. conſtitutio.

Gloſſa ſeq. recit. per quæſt. ponit opi. & ſoluit.

d Ad nos. ſecus ſi ad alios ſecundū Compo. Ab. autem neutrum firmat. Alij contra. ſcilicet Hoſt. ſatis credo per decre. j. eo. cupientes & per hoc verbum, quòd hoc locum habeat ſolum in appellationibus interpoſitis ad Papam, cum à iure exorbitet: & ſic ad conſequentiam trahi non debet infra de reg. iur. quæ à iure. cum ſuis concor. probat cle. eo. tit. cauſam in princip.

e Appellari. etiam ſi non appelletur? ſed immediata ſubiectio confirmationes harum deducat ad Papam. In regularibus & cathedralibus eccleſijs tene quod habes. j. eo. cupientes.

Gloſ. ſeq. ſucceſsiuè format & ſoluit duas quæſtiones.

f Opponit. ſed nunquid illi qui ſe opponunt, & nō appellāt, venire tenentur? Reſpondeo, illi ſoli venire tenentur, qui appellant, vel quorū nomine appellatum eſt, vel qui appellationē ratam habuerunt expreſſe: alij autem qui ſolum ſe opponunt, venire non tenentur: videntur enim ſuo iuri renunciare, & electioni acquieſcere. ff. quando ap. ſit. l. j. §. ſolent. ff. de ap. ſcio. vnde illorum abſentia non obſt. procedetur in negotio: tunc enim eſt appellandum, cum ordo decretū electionis interponat: vt in prædicto. §. ſolent. victoria tamen eorum qui appellauerūt, omnibus proderit. C. ſi vnus ex pluribus. l. i. š. de appel. tua. cum ſi. Quid ſi ille qui appellauit, doloſe non proſequitur:ª nunquid qui non appellauit: poteſt negotium aſſumere, etiam inuito eo, qui ex fide non proſequitur? Videtur quòd ſic. ff. de ap. l. ab executore. §. alio condemnato. Ber. & Inno. & facit ad hoc. c. vltimum. j. eo. lib. de ap. concertationi.

Opponentes contra electionem & non appellātes an teneantur venire ad ſedem Apoſtolicam.

a Iudex de hoc inquiret: & hoc inuito omnia retractabit. c. ſi. ſupra de collu. Do. Font.

g Qui defendit. ſcilicet electus, poſtulatus, vel in cuius perſona facta eſt prouiſio. Ioan. Andreæ.

h Contingit. ſicut adhærentes. j. eo. vt circa.

i Per ſe vel per procuratores. in cathedralibus & regularibus eccleſijs hoc reſtringitur per decre. j. eo. cupientes. vt per ſe tātū ire teneantur, niſi ex iuſta cauſa, vt ibi. & de perſonis inſtructis dic vt ibi.

k Iter arripiant. ſtatuitur hic. &. j. e. cupientes. terminus ad iter arripiendum: ſic ſupra de app. ad hoc. &. c. perſonas. & de re iudi. cum cauſa. &. ij. q. vj. c. ei qui. §. appellatore.

l Intra menſem. qui currit ab interpoſitione appellationis factæ coram appellato, vel ipſius ſpeciali procuratore ad

formam † ª obiiciens aliquid, vel perſonam, ᵇ & propter hoc ᶜ ad nos ᵈ appellari ᵉ contigerit: tam is qui opponit, ᶠ quàm qui defendit, ᵍ & generaliter omnes quorum intereſt, & quos cauſa contingit, ʰ per ſe, vel per procuratores ⁱ ad cauſam inſtructos, ad ſedem Apoſtolicam à die obiectionis iter † arripiant ᵏ intra menſem.ˡ

*Si pars altera expectata per viginti dies poſt aduentum alterius non venerit, in negotio procedatur. Ioan. And.*

Sed ſi pars alia ᵐ non venerit, per viginti dies ⁿ poſt aduētum ᵒ alterius expectata: in electionis ᵖ negotio, nō obſtante cuiuſquam ᵠ abſentia, ʳ ſicut de iure ˢ fuerit, procedatur.

Hæc autē ᵗ in dignitatibus ᵘ, perſonatibus & canoniis obſeruari volumus & mādamus.

*Non probans quod in formam opponit, condemnatur parti alteri in expenſis. Non probans quod obiicit in perſonā, eſt à beneficijs triennio ſuſpenſus, & perpetuò priuatus, ſi ſe interim ad illa immiſcuerit. Hæ pœnæ locum nō habent, ſi legitimè pateat eum calumnioſum non fuiſſe. Ioan. Andreæ.*

B

Adiicientes, vt qui plenè ˣ non probauerit ꝙ in formam opponit: ad expēſas quas propter hoc pars altera ſe feciſſe

A cauſſam, vel poſt notificationem alteri eorum debito modo factam. Quod dic vt in cle. eo. tit. cauſſam. quæ determinat hic & alibi ſcripta: vt ibi. not. in gloſ. j. & in gloſ. quid ergo.

m Pars alia opponens vel defendens. Ioan. And.

n Per viginti dies. ſimilis dilatio tēporis š. de conſue. c. vlti. ſupra de cri. fal. dura. š. de cler. exc. mi. illud.

o Poſt aduentum. æquior tēporis cōputatio eſt illa quā habes. j. e. cupientes. §. ꝙ ſi per. Sed non eſt mirū, cū ibi pœna priuationis imponatur, hic autē pœna ſoli⁹ proceſſus in abſētia.

p Electionis. poſtulationis, vel prouiſionis.

q Cuiuſquam. prædictorum.

Gloſ. ſeq. rationem reddit, & declarat duplicē abſentiā. Secūdo tractat, an veniēs facto iā ꝓceſſu, qui fit poſt litē conteſtatā, petat libellū dari, vel conteſtationem fieri: & dicit ꝙ non. Tractat demum, quid ſi negetur procurator, & ponit tria dicta Inno. quæ in fi. declarat.

r Abſentia. vbi enim agitur de ſpirituali matrimonio cōtrahendo, abſentia contumacis partis non obeſt: vt hic, &. š. eo. dudū. ij. & idē in carnali etiam contractu. š. vt lit. non conteſt. accedens. ij. &. c. quoniam. §. porrò. Et citata eſt hic pars interpretatiuè: ad idem. š. de app. ſepe. terminus enim præfixus loco peremptoriæ citationis habetur: vt ibi Bern. Et quod dicit abſentia, intelligas quandocunque contingente, ſiue ab initio, quia non venit: ſiue ex poſt facto: quia venit & contumaciter receſſit. š. de iudic. c. j. xj. q. iij. certum. &. j. de eo qui mit. in poſ. eum qui. š. vt lit. nō conte. quoniam. §. porrò. &. §. quod ſi forſan. Et vt dixit Inno. ſi proceſſum fuerit ad aliquod de illis, ad quod non proceditur lit. nō conteſt. puta ad receptionem teſtium, vel huiuſmodi: ſi poſtea veniat, & libellum petat, vel litis cōteſtationem fieri: audiendus nō eſt: ᵇ fecit enim eius contumacia, quòd lis habeatur pro conteſtata. Item ſi procuratori poſtmodum obiiciatur, quòd non ſit procurator: non eſt poſtea cogendus probare mandatum ratione prædicta. ff. de procura. Pomponius. §. ratihabitionis. Alij dicunt, & videtur ſecurius ſecundū Inno. quòd licet de ijs quæ egit ante aduentum partis, non ſit cogendus probare mandatum: tamē iudex vlterius non admittet eum procuratorio nomine agentē, niſi mandatum probet: tum ſecundum eum, cum hoc videatur eſſe de quadā æquitate nō ſcripta: tum arg. prædictæ legis Pomponius. Satis videtur, quod ſi in remotis partibus ageretur cauſſa, nec de facili poſſet probari procuratio, quia forrè amiſſa eſt: quòd & tunc non probata procuratione procederet iudex vſque ad finem cauſſæ. Hæc omnia vera dici poſſent ad partis petitionem: credo tamen, ne iudex laboret in vanum, quòd procuratorem compellere poterit exhibere mandatum, vel cauere, ſi dubitatur: arg. ſupra de procura. c. j. & de iudi. cauſam quæ. cum ſi.

† No. quòd primus actus in ſummariis iudiciis, qui in plenariis fieri non poteſt niſi lite conteſtata: excludit dilatorias: vt de iuramēto de calūnia in cauſa beneficiali præcluſum eſt dilatoriis. Nota ſecūdo, quod cōtumax veniens debet cauſam capere, vt eā inuenit. Tertio no. ibi, nō credo tamen, excluſus ab exceptionē bus, poteſt nihilo minus proponere exceptionē quæ reddit iudicium retro nullū. Do. Philip. Font.

D

ſ Sicut de iure. de iure autem eſt vt diſtinguatur, an appellans ſit præſens, an appellatus, ſecundum formam decre. j. de appel. cordi. ſecundum Inno.

t Hæc autem. ſcilicet quæ dicta ſunt ſuperius. Nam hæc clauſula omnia ſuperiora reſpicit, ſupra de reſcrip. olim. §. vlti. Hoſtien.

Gloſſa ſeq. ponit quatuor æquiparationes.

u Dignitatibus. hic æquiparātur hęc tria, dignitas, perſonat⁹, & canonia. Alibi æquiparantur dignitas, perſonatus & beneficium cū cura animarum ſupra de fil. presby. nimis. Alibi perſonatus & beneficium curam habens. š. e. tit. dudū. ij. Alibi perſonatus & ordo presbyteralis. š. ne cle. vel mona. ſuper ſpecula. §. quia vero. In dignitatibus tamen cathedraliū vel regularium Eccleſiarum, quarum confirmatio vel ex immediata ſubiectione, vel ex appellatione ad Papā ſpectat, tene quod habes. j. eo. cupientes.

Gloſſa ſequens ſoluit contrarium.

x Plenè. Not. quia non ſufficit ſemiplena probatio: ᶜ ratio, quia perit iure alterius: & ſic nō ob. š. de procura ex inſinuatione. cū ſi. & dic plenè, & legitimè. & modos probandi habes. š. de reſtit. ſpolia. cum ad ſedem. in ſi.

c Nec ideo excuſatur ab expēſis. de Anchæ.

Probatio ſemiplena nō ſufficit, vbi ius exigit plenā.

Gloſſa



Gloſſa ſeq. ponit dictum, & ſoluit contrarium.

a Docuerit. taxatione & iuramēto præmiſsis: quod dic vt no. ſupra ꝙ me. cau. c. vlt. De huiuſmodi expēſis dic vt no. de do. & contu. finem. & ij. q. j. in primis. §. glorioſus. gl. j. & adde ꝙ habes. j. de app. cū appellationibus. Et bene dixi, taxatione & iuramēto: quia taxatio iuramentū ſequi non poteſt. nec ob. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. iurare. quia loquitur de iuramēto in litē, quod eſt de affectione: vnde illud bene poteſt ſequi taxatio, quia nulla ſit verecundia iuranti: quia poterat ex affectu æſtimare centū rē quę nō valebat quinquaginta: pone exēplum in libro tuo. Sed hic loquimur de iuramēto ꝙ eſt de veritate: vnde ſi poſtquā iurauit ſe centū expendiſſe, de mandato iudicis fieret taxatio, iniuria & verecundia eſſet iuranti.

Taxatio quare non poteſt ſequi iuramētū veritatis ſicut poteſt ſequi iuramentū affectionis.

docuerit,ª condemnetur.

Qui verò in probatione ᵇ defecerit ᶜ eius quod obiicit in perſonam, à beneficijs ᵈ Eccleſiaſticis triennio nouerit ſe ſuſpenſum: ad quæ ᵉ ſi intra illud tempus ᶠ propria temeritate ᵍ ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuò ſit priuatus, ʰ nullā ſuper hoc de miſericordia ſpem ⁱ aut fiduciam habiturus: niſi manifeſtiſsimis ᵏ conſtiterit documentis, quòd ipſum à calumniæ ˡ vitio cauſa probabilis & ſufficiens ᵐ ex-

b Qui verò in probatione. videtur dicendum plena, vt pręmittitur ſupra proxi. dicit Hoſtien. ſcilicet ſaltē ſemiplena: & in hoc iſte. §. diuerſificatur à litera præced. Archid.

Gloſ. ſeq. primo ſoluit contrariū, ſecundo quærit, arg. pro & contra: ſoluit, & contrarijs reſpondet.

c Defecerit. hanc pœnam incurret, non ſimpliciter appellans, ſed qui probandi onus aſſumpſerit: quia licitum eſt ab appellatione recedere. ij. quæſtion. vj. cap. ei qui. §. appellatore ceſſante. &. §. ſi quis libellos. ff. de in ius vo. l. quamuis. & ſic recedendo euadet hanc pœnam. Sed nunquid hoc caſu appellans qui non venit, ſaltem in expenſis appellato condemnabitur legitimè comparenti? videtur quòd ſic. C. de iis qui accu. non poſ. qui crimen. nec enim in præiudicium alterius potuit mutare conſilium infra de reg. iur. mutare. cum ſuis concor. Econtra videtur, quia non intereſt appellati: iam enim in abſentia eius procedi poteſt, ac ſi præſens eſſet: & eſt ſi. quòd not. ſupra de dolo & contum. cap. vltim. & ad hoc facit. ff. de arbit. l. ſi cum. §. ſi arbiter. verſi. ſed in aliquem. &. ff. de pœ. l. ſanctio legum. Solu. dic eum teneri ad expenſas. nec ob. quod dicitur quòd non intereſt appellati: quia immo intereſt: quia multa potuiſſet per confeſsionem eius, ſi præſens fuiſſet, habere. Nec ob. l. ſanctio. quia condemnatio expenſarum nō imponitur ſicut pœna, ſed tanquam intereſſe appellati ſecundum Compoſt.

Appellans nō comparens, an debeat condēnari in expenſis appellato legitimè comparenti.

Gloſſa ſeq. ſoluit duas quæſtiones.

c Defecerit. intellige ſecundum Compoſt. hanc pœnam locum habere ſiue crimen aliquod obiectum fuerit, ſiue defectus: cum generaliter loquatur. Et ſi plura quis obiecit, euitat hanc pœnam, ſi vnum ſolum probat, quod ad caſſationem ſufficiat ſupra de reſcrip. inter cætera. Item quia pœnam hanc patitur excipiens præter ius cōmune: de accuſa. ſuper his. Item prodita eſt in illorū odium, qui ordinationem impediunt. ſed ex quo vnum probauit, patet quòd non fuit in fraude.

Opponens plura crimina contra electū, & vnū ſolum probās, an euitet pœnam.

d Beneficiis. quæ in illa Eccleſia obtinet: vt. j. e. ſi compromiſſarius in fine.

e Ad quæ. beneficia.

f Tempus. trium annorum.

g Temeritate. ſecus autem ſi auctoritate ſuperioris, vel ſi reſtitutus fuiſſet. C. de ſent. paſ. & re. l. j. ij. q. iij. cap. ſi quem. §. accuſatorum.

Gloſſa ſequens quærit, & remittit.

h Priuatus. nunquid ille ad quē collatio pertinet, ſtatim poſſit illa conferre? Dic vt dicam. j. eo. commiſſa.

i Spem. nec enim ſub ſpe veniæ debet quis peccare: vt ſupra de cle. excom. mi. illud. de conſe. diſtin. iiij. quando quis.

k Manifeſtiſsimis. ij. q. viij. ſciant. C. de proba. ſciant.

l Calumniæ. Not. in excipiendo, accuſando & denunciando quem calumniari de ac. ſuper his. ij. q. iij. qui non probauerit. & quæſt. viij. qui crimen. & de calum. cum dilectus. Ioannes And.

Calumniæ probabilis excuſatio.

Gloſſa ſequens exemplificat, notat & remittit.

m Sufficiens. defecerūt teſtes qui teſtificari promiſerātª, probaueram illum excōmunicatum, qui tamē clanculo ſe prius abſolui fecerat: ad hoc. ij. q. iij. paulum. de cler. excomm. mi. propoſuit. Et no. quod in cauſa appellationis non indiſtinctè condemnatur victus victori in expenſis. Quod dic vt dixi. j. de regu. iur. ignorantia.

a No. quòd promittens teſtificari nō eſt ſuſpect⁹. facit c. dilectus. de capel. mona. Font.



A IN electionibus. Duo facit: quia primo tria reprobat: ſecundo ibi, Statuentes. declarat, & punit. Io. And. CASVS. Vacante aliqua eccleſia cathedrali vel regulari, canonici vel monachi illius Eccleſię conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri prælati. qui canonici vel monachi erant. xij. numero: quidam ex eis dederunt vota ſua conditionalia, alternatiua & incerta: quia dixerunt. Eligo talem, ſi talis eum elegerit: & ſic votum fuit conditionale. Vel dixerunt, Ego eligo talē, vel talem: & ſic votum fuit alternatiuum. Vel dixerunt. Ego eligo illū quem talis eliget: & ſic votum fuit incertum: vtrum valet iſta electio? & vtrum iſta vota computātur ad augendum numerum? Reſpondet Roman. Pontifex, quòd iſta vota cōditionalia alternatiua, & incerta, non augent numerum, & ſunt nulla ipſo iure, ita quòd tota poteſtas eligendi remanſit apud alios qui purè elegerunt.

† No. primo quòd ex ſola electione non oritur ius, ſed ex ſcrutinio exinde ſecuto: de quo aliquid infra. Not. ſecūdo quod deponens votū incertū, vel cōditionale, nō priuatur poteſtate eligendi: ſed vox ſua nō computatur in numero pro illa vice. Do. † Not hic tex. iuncto princ. quòd appellatione electio nō venit etiam poſtulatio Do. Font.

cuſaret.

## Idem.

*Vota conditionalia & alternatiua & incerta in electionibus reprobantur, & habentur pro non adiectis, & recidunt in purè conſentientes. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

IN electionibus & poſtulationibus, ac ſcrutiniis, ⁿ ex quibus ᵒ ius oritur ᵖ eligendi, ᵠ vota conditionalia, ʳ alternatiua ˢ vel incerta ᵗ penitus reprobamus: ſtatuentes, B vt huiuſmodi votis pro non adiectis habitis, ex puris conſenſibus celebretur electio: †

Gloſſa ſeq. ponit tres ſignificationes ſcrutinij.

n Scrutiniu. ſcrutinium multis modis dicitur: ſcilicet catechiſmi. de maio. & obe. iis qui. & de capel. mona. dilectus. & de illis loquuntur canones, de conſe. diſtin. iiij. ante baptiſmum. & c. ſeq. Item dicitur illorum, qui ad ordines vel dignitates promouentur, examinatio ſupra de ſcruti. cap. vno. Item dicitur inquiſitio voluntatum quæ fit ſecreto in electionibus faciendis ſupra. c. quia propter. & ſic ſumitur hic. ADDITIO. Hoſt. ponit hic. xiij. modos quibus dicitur ſcrutinium. Io. in. And.

Scrutiniū trib⁹ modis dicitur.

o Ex quibus. ſcilicet ſcrutiniis: & intellige publicatis ſupra c. publicato. ADDITIO. Quia aliter nō oritur ius eligendi. Ioannes And.

p Ius oritur. ſaluo eo quod habes. j. c. perpetuo. ADDITIO. C Ius oritur. id eſt, ex legitime factis. q. d. ſi crimina aliàs eſſent malefacta, non recideret in alios ius eligendi. Inno.

q Eligendi. vel poſtulandi ſupra eo. titu. ſcriptum.

r Conditionalia. id eſt ſub cōditione prolata, hoc modo, Cōſentio in A. & ſi noluerit, conſentio in B. vel conſentio in A, ſi nouit iura, vel, ſi habuit maiorem partem Capituli: vel, ſi Decanus in eum conſenſerit.

ſ Alternatiua. eligo A, vel B, Cardinales. tamen interdum ſub his formis conditionalibus & alternatiuis eligūt: & per has formas veniunt ad duas partes, vt dicūt moderni: & ſit in eis ſpeciale ſicut & reliqua. j. eo. licet. &. j. c. proxi.

Gloſ. ſeq. primo ponit exēplū, & huius iuris cauſam, & ius antiquū. Secūdo notat inducēs quatuor ſimilia. Tertio quærit & ſoluit. Infert ex ſolutione, & contrarium tenet.

t Incerta. Eligo illum, quem Archidiaconus eliget. omnia talia vota non valent, quia certum conſenſum non exprimunt: & ideo merito reprobantur, licet olim admitterētur, vt colligitur & no. lxj. di. ſtudij. &. lxxxv. diſt. Archidiaconum. ſed ex illis ca. illud non colligitur. & ſic etiā poſſet intelligi ſupra eo. titu. cum terra. Not. ergo quòd hi ſunt legitimi actus, qui conditionē non recipiunt. ff. de re. iur. actus legitimi. &. j. de reg. iur. actus. vbi de hoc. Certa enim debet D eſſe perſona eligenda, ſicut iudex, arbiter, tutor & procurator ſupra de reſcrip. ad hæc ſupra de arbi. innotuit. ff. de teſta. tu. l. tutor incertus. ff. de procu. l. ij. De procuratore tamē dic vt. j. de procu. c. j. Sed nunquid quod hic dicitur de poſtulatione & electione, habeat locum in collatione ſeu prouiſione? Dic quòd ſic, ſecundum Compoſt. & propter eandem rationem, niſi ſit talis conditio, quæ inſit de ſui natura, puta confero tibi talem Eccleſiam vel præbendam, ſi vacat, vel ſi capax es. talia enim non faciunt actum conditionalem, vt ſi dicat, Do Titium tutorem ſi ſatiſdederit: vel Titio lego. x. ſi hæreditatem adeat hæres. ff. tuto. l. muto. §. j. de præben. ſignificatum. Vnde & Papa & eius executores cotidie conferunt præbēdas cū conditione, Si vacat. Sed in hoc quod dicit Cōpoſt. ꝙ valet electio facta ſi vacat: contrarium poſſet dici cū tēpus eligēdi non currat ignorāti: de conceſ. præbē. quia diuerſitatē. non ergo debet eligere prius ꝙ ſciat vacare. Nec obſtat quod dicitur de tutore dato, ſi ſatiſdederit: & legato relicto, ſi adierit: quia illæ ſunt de futuro, & inſunt aliàs. quare non eadē ratione valeret, cōſentio in illum, in quem maior & ſanior pars &c. cum hoc etiam videatur

Iudex & multi alij debent eſſe certi.

Beneficij collatio cōditionalis, ſeu alternatiua, vel incerta, an valeat.

*Conditio inhærēs de ſui natura, nō reddat actum cōditionalem.*

*† No. quòd deponens vota hic expreſſa, non priuatur poteſtate eligendi, ſed vox ſua non cōputatur. Do. Font.*

ineſſe ſupra e. quia propter. Nā & video q̀ cōditio quę ineſt ſi exprimatur, facit legatū conditionale. ff. de leg. j. l. ſi ita legatum ſit. §. j. & de hoc vide quod dixi. j̄. de ſpon. c. vno, in vlt. gloſ. Io. An. ADDITIO. Cōditio ergo, quæ de ſui natura ineſt, non facit contractum conditionalem: vt no. viij. q. iij. in ſumma, & not. de elec. ſignificaſti, in ij. gloſ. & de ſeruis non ordi. eo libentius. in gloſ. ij. & de reſti. ſpol. olim. j. in gloſ. ij. Contrarium no. hic in iſta gloſ. Solu. ſi apponitur & exprimatur, nihilo minus facit contractū conditialem. Sed non ſi exprimatur, ſed relinquitur diſpoſitioni iuris ſic diſponentis, & petitur ſic fieri, non cenſetur conditionalis, dato quòd ius ſub cōditione diſponat. Ad hoc quod no. de ſpon. ca. vno, in gloſ. ſi. j̄. eo. libro. Hieron. Clarius Brixi.

voce illorum qui non purè conſenſerint, ea vice † in alios reſidente.[a]

Gregorius decimus in generali concilio Lugdunenſi.

Gloſſa ſequens recit. per obiectionem.

a *Reſidente.* quia ſi ex xij. canonicis. iiij. ſic eligant, poteſtas eligendi ſic remanet apud reliquos. viij. ac ſi ipſi. iiij. de capitulo non eſſent: ita quòd valebit electio facta ab illis. viij. vel maiori parte ipſorum. Et no. quòd licet pœna decre. cum in cunctis. non habeat locum niſi electione ſecuta: vt. j̄. eo. tit. perpetuo. iſta tamen etiā ante electionem locum habet, cum dicat, Scrutinijs. Vnde etiam ſi non ſit ad electionem proceſſum: dummodo in ſcrutinium fuerit votum tale depoſitum, incurrit deponens hanc pœnam ex ipſo conſenſu: cum non dicat, voce illorum qui elegerint, ſed voce illorum qui conſenſerint.

a *Reſidente.* aliàs recidente. Ioannes Andreæ.

V*Bi periculum.*} Diuiditur in. vj. partes. Secunda ibi, Hoc ſacro. Tertia ibi, Porrò. Quarta ibi, Præterea. Quinti ibi, Cæterum. Sexta ibi, Quia vero. ADDTIIO. Et partes poſſunt ſubdiuidi ſecundum Ioann. Mo. quia primo tractat de Cardinalibus intrantibus, conclaue: ſecundo de non ingredientibus vel exeuntibus, ibi, Sanè. Hæc autem prima iterum poteſt ſubdiuidi: quia primo tractat de expectatione abſentium, & de ipſis ingredientibus conclaue, & de ſeruitoribus eorum. Secunda ibi, In eodem. dat modum habitandi in conclaui. Et hæc facit quinque: quia primo prohibet velamina. Secūda in. §. nulli prohibet acceſſum, miſsionem nuncij vel ſcripturæ: & contrafacientes excōmunicat. Tertio in. §. conclaui. dat modū habendi cibum & potum in conclaui. Quarto ibi, Prouiſionis. prohibet pendente prouiſionis negotio aliquid per Cardinales de camera recipi: & punit contrafacientes ibi. Idem prohibet Cardinales alteri negotio intendere, duos caſus excipiens. Boati. in diuiſione concordat, & aliud hic non gloſſat. Fran. diuidit in. vij. partes: & primam protēdit vſque ad. §. verum ſi quod abſit. ſecundam vſque ad. §. ſanè. tertiam vſque ad. §. porrò. In alijs concordat. Clericus Piſanus facit. viij. partes. in ſecunda concordat: tertiam facit ibi, In conclaui. quartam ibi, Prouiſionis. quintam ibi, Idem. ſextam ibi, Sanè. ſeptimam ibi, Præterea. octauam ibi, cæterum. vſque ad finem. Ioan. Andr. Iſtud c. legitur vnico contextu vſque ad finem. Et in principio huius cap. primo ponitur cauſa conſtitutionis, & iuris veteris conſeruatio, proteſtando quòd non intendit reuocare. c. licet de vitanda diſcordia. e. tit. in an. vbi dicitur, quòd ſi Cardinales in electione Romani Pontificis ſint in diſcordia, & duæ partes Cardinalium conueniant in aliquem: ille eſt habendus pro Romano Pontifice, non obſtante contradictione tertiæ partis. ſed ſi tertia pars Cardinalium opponat exceptionē, non eſt admittenda. Poſtea in ſecunda parte ſtatuit quomodo & in quo loco debeat celebrari electio Romani Pontificis, ſiue in Romana ciuitate, ſiue in alia. vnde in ciuitate in qua moritur Romanus Pontifex, debet à Cardinalibus electio fieri: & ſi ſint abſentes, ſunt vocandi & expectandi per decem dies, & quem modum debeant ſeruare. Poſtea in tertia parte prouidet vbi ſit facienda electio quando Papa moritur non in ciuitate vbi eſt curia Romana, ſed moritur extra curiam: quia fortè proficiſcebatur ad aliquam peregrinationem cum ſuis familiaribus, & mortuus eſt. De forma nihil dixit, quia eadē forma ſemper eſt ſeruanda. In quarta parte Romanus Pontifex ſiue concilium generale (quia iſta conſtitutio fuit facta in concilio generali) conſiderans quòd Cardinales poſſent recedere à forma iſtius conſtitutionis diabolo ſuggerente, & ſic poſſent retardare electionem propter ſuam diſcordiam: deputauit executores Dominos temporales loci in quo erit celebranda electio. Qui domini temporales poterunt ipſos Cardinales includere ſine metu excōmunicationis, & eius alimenta denegare ſecundum formā contentam in hoc capitulo: quia

A Cardinales debebūt eſſe cōtenti vno ferculo in die: & ſi intra quinq; dies nō poſſint cōcordari, dabitur eis panis & aqua. In quinta parte inhibet Cardinalibus, ne pactionibus & iuramentis ſe adſtringant ad aliquē eligendum: ſed in arbitrio cuiuſlibet remaneat ſecundū ſuā cōſcientiā. In ſexta & finali parte monet & hortatur Chriſtifideles, vt audita morte Romani Pōtificis, ipſi cōtinue orēt pro Romana Eccleſia: & q̀ prelati hortētur ſubditos ſuos ad orādum pro Romano Pōtifice. Hoc habet iſtud capitulum vſq; ad finē. Et iſta diuiſio ſit loco poſitionis caſ⁹. Text⁹. {Diſpēdijs.} ideſt dānis & incōmodis. {Abſentes expectare.} Hic eſt vnū ſpeciale in electione Romani Pōtificis: videlicet q̀ preſētes nō tenētur expectare abſētes, niſi per decē dies nec tenētur illos expectare: licet ſec⁹ ſit in alijs electionibus aliorū prælatorū à Romano Pōtifice. Nā in cæteris electionibus vocādi ſunt abſentes. ē. quia propter. c. ſicut eo. ti. in ant. {Ex tūc} B id eſt elapſis decē diebus {Seruientibus} id eſt famulis: & quilibet Cardinaliū nō poteſt ſecū ducere ad Palatiū in quo facienda eſt electio, niſi vnū ſeruitorē: tamen datur ſibi Cardinali electio an velit q̀ ſit clericus vel laicus. Et iſtud verū, niſi Cardinalis eſſet detentus tam graui infirmitate, q̀ vnus ſeruitor non ſufficeret: tunc enim permitteretur ſibi habere duos famulos. {Vnum conclaue} id eſt vnam cameram. {Velamine.} dicit gloſ. id eſt cortinis. Secretam cameram.} pro depoſitione ſuperflui ponderis naturæ. Conclaui prædicto.} & dicit q̀ debet claudi, ita q̀ nullus intret. Sed quomodo miniſtrabuntur eis neceſſaria? Hic prouidet vt dimittatur aliqua parua feneſtra, per quā miniſtrabuntur victualia neceſſaria. quæ feneſtra debet eſſe ita arcta, quòd per eam nullus poſſit intrare & exire. {Prouiſione} id eſt electione. {Intra tres dies.} & ſic durātibus tribus diebus poſſunt eis miniſtrari tria fercula: ſed poſt tres dies ſolū eis miniſtrabitur vnū ferculū. Quid ſi vnus velit vnū ferculū, alius aliud: puta vnus vult carnes bouinas, alius capones, alius perdices? Dicūt Doctores, q̀ eſt miniſtrandū vnum ſolū ferculū omnibus, & non ſunt eis miniſtranda diuerſa fercula: quia aliàs C poſſet fieri fraus. Nam ipſi ſibiipſis miniſtrarent diuerſa fercula. {Intromittat.} durante electione non debent ſe de alijs rebus intromittere, niſi grande periculum immineret: vt dicit hæc litera. {Suffragio} id eſt voce. {Præterea.} executores poterūt Cardinales cōpellere etiam corporaliter ſine metu excommunicationis: veruntamen non debent eos arctare vltra modum, aliàs ipſi executores incurrūt ſententiā excōmunicationis, non obſtante quocunque priuilegio. Nā ſunt aliqui Domini tēporales, qui habent priuilegium vt non poſſit excōmunicari nec à canone, nec ab homine, ſicut rex Frāciæ dicit ſe habere priuilegiū, vt non poſſit excōmunicari nec à canone, nec ab homine. Tamen papa intēdit derogare illis priuilegijs. {Ciuitas.} Si ciues videant q̀ eorum Dominus nō vult exequi iſtā conſtitutionē, ipſi hoc debent facere: aliàs enim ipſi ciues punirentur, quia excōmunicarētur, & eorum ciuitas poneretur ſub interdicto Eccleſiaſtico. Nam ex quo culpa eſt grauis & magna, etiam debet eſſe magna pœnitentia. {Vbi primum} id eſt quàm primū. A clero & populo.} Vnde exequiæ Papę nō debent fieri expenſis ſolius cleri, ſed populus debet contribuere. Nota ex iſto. c. notabilia principaliora. D Primo nota ex principio capituli, quòd vbi eſt maius periculū, ibi cautius eſt agendū: cōcor. authen. apud eloquentiſſimum. de fide inſtru. C. vbi dicitur quòd in cauſa criminali iudex debet examinare teſtes, licet in cauſa ciuili poſſit vices ſuas alijs committere: quia in cauſa criminali maius periculum vertitur, quàm in ciuili. Nota locum in quo debet celebrari electio Papæ quando moritur in ciuitate, & ponitur forma electionis quam debent obſeruare Cardinales. Nota quòd ſi Papa dimiſſa curia in ciuitate, ſe tranſtulit ad alium locum, & in itinere mortuus eſt, tunc electio eſt celebranda in ciuitate illius loci. Sed ſi ibat ad peregrinationem, tūc electio eſt faciēda vbi dimiſit curiam. Vnde iſtud cap. limitatur ſecundum cle. ne Romani. eo. tit. Sed quid ſi moritur in mari? non eſt in territorio ſeu dominio alicuius: quia quando dominia de iure gentium fuerunt diſtincta, mare remanſit commune, & indiuiſum, ſecundum quòd erat de iure naturali. Dicūt Doctores, quòd licet mare non ſit in territorio alicuius domini: tamen partes maris conſueuerunt diſtingui per ciuitates proximas, & cenſentur pars ciuitatis. l. inſulæ. ff. de iud. Et ideo ſi Papa moriatur in mari, tunc electio fiet in ciuitate diſtringente illam partem maris. Si autem illa pars maris non conſueuit ſtringi, fiet electio in proximiori ciuitate. Nota caſum in quo quis poteſt

*Ponitur cauſa conſtitutionis, & iuris veteris conſeruatio. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM III.

VBi periculū maius intenditur, ibi proculdubio eſt

*Not. id ad quòd cotidie allegatur iſte tex. quòd vbi eſt maius periculum, ibi eſt maior cautela adhibenda.*

*Electione imminente an ſint abſentes vocandi.*

*Rex Frācia excommunicari non poteſt.*

*Mare an ſit in alicuius territorio.*



poteſt inijcere manus violētas in clericos etiam Cardinales. Nota illud, ad quod allegatur iſtud capitulū, quòd infamibus non patent portæ dignitatum. Nota quòd parū eſſet iura eſſe condita, niſi eſſent magiſtratus qui iura tuerentur. Et ad hoc cotidie alleg. iſtud ca. Helias Reg.

A hic. xij ſpecialia in electione Papali: & circa illa ſeruabat aliquas quæſtiones quas vide in decre. licet. eo tit. Gar. autem nil gloſſauit, niſi excuſationem prætermiſsionis gloſſandi. Ioan. And.

p *Ciuitate.* ciuitas murorum ambitu terminatur. j̄. de ſent. excom. ſi ciuitas. Io. And.

plenius[a] conſulendū[b]. Quàm grauibus autem ſit onuſta diſpendijs, quot & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio, exacti[c] cōſideratio temporis edocet, & conſiderata prudenter illius temporis diſcrimina manifeſtant[d].

Hinc nos euidens euocat ratio[e], vt dum reformandis etiam minoribus[f] noſtra ſolerter[g] vacat intentio, ea quæ B periculoſiora[h] ſunt, nequaquam abſque remedio reformationis accōmodæ[i] relinquamus. Ideoque omnia quæ pro vitanda diſcordia in electione Romani Pontificis à noſtris ſunt prędeceſſoribus[k], & pręcipuè à fœlicis recordationis Alexandro[l] Papa tertio, ſalubriter inſtituta: omnino immota in ſua firmitate[m] manere cenſentes (nihil enim detrahere illis intēdimus: ſed quod experientia[n] deeſſe probauit, præſenti conſtitutione ſupplere:)

*Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis electio, quādo moritur in ciuitate in qua cum ſua Curia reſidebat.*

Hoc ſacro concilio[o] approbante ſtatuimus, vt ſi eundem Pontificem in ciuitate[p] in qua cum ſua curia reſidebat, diem claudere contingat extremum: Cardinales[q] qui fuerunt in ciuitate ipſa præſentes, abſentes expectare decem diebus[r] tantummodo teneantur: quibus elapſis, ſiue abſentes venerint, ſiue non, extunc omnes[s] cōueniant in Palatio in quo idem Pontifex habitabat[t]: contenti ſinguli ſingulis tantummodo ſeruientibus clericis vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen quibus patens neceſsitas[u] id ſuggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiſdem electionis arbitrio[x] reſeruato. In eodem autem Palatio vnum cōclaue[y], nullo intermedio pariete ſeu alio velamine[z], † omnes inhabitent in communi: quod, reſeruato libero ad ſecretam cameram aditu[a], C

a *Plenius.* aliàs penitus.

b *Conſulendum.* xlij. diſt. quieſcamus. vij. q. ij. ca. vlt. ff. de Carbo. edic. l. j. §. ſed & ſiquis.

c *Exacti.* id eſt retroacti vel tranſacti; ſic prouidetur ex preteritis circa futura de hoc vide. xliij. diſt. multis. xxxiiij. q. ij. cū per bellicā. ſ. de præſum. ſcribā. & facit de procu. c. j. de ſer. non ord. c. j.

d *Manifeſtant.* ad idē infra eo. fundamenta. Ioan. And.

e *Hic non euocat ratio.* No. rationē legis attendendā non minus, quàm ipſam legē. C. quæ ſit lon. conſue. l. j. ff. de iure pat. adigere. §. quāuis. Et nota quòd vbicūque habet locū ratio, & lex. ff. de interdi. l. j. cum ſi.

f *Minoribus.* ſcilicet inferiorū Eccleſiarū vocationibus. l. diſt. poſtquā. de electi. ne pro defectu. & c. ſeq. & j̄. per totū & xxj. quæſt. v. c. ij.

g *Solerter.* aliàs ſolerter: aliàs fœliciter.

*No. ibi ratio, licitum eſſe arguere à ratione legis: vnde plus eſt attendēda ratio legis, quàm ipſa lex. C. quæ ſit lōga conſue. l. j. & j. diſt. conſuetudo. bene facit l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pa. Do.*

*a Quando licet arguere à ratione legis, vide locos legales Ni. Euerardi, in loco à ratione legis ad ipſam legem. Font.*

h *Periculoſiora.* Sicut eſt Romanæ Eccleſiæ vacatio: & eſt ſimi. j̄. de immu. eccle. quoniam.

i *Accommodæ.* id eſt multum commodæ.

k *Prædeceſſoribus.* xxiij. diſt. c. j. lxxix. diſt. per totum.

l *Alexandro.* ſuprà eod. licet de vitanda. Ioan. And.

m *In ſua firmitate* bene dicit, vt patet. xxv. quęſt. ij. ſi ea. & c. quod vero. & ca. Eccleſiaſticæ. cum ſi. Archid.

n *Experientia* ſic ſuprà eodem libro de reſcrip. ſtatum. & j̄. eod. titu. quàm ſit. ADDITIO. Sic in authent. hæc conſtit. inno. conſtit. & c. coll. viij. & infra eodem. quam ſit. j. reſpon. Archid.

o *Concilio.* generali ſcilicet & edicto Lugdu. Sumit tamen iſta conſtitutio potius vigorem ex renouatione Cæleſtini quinti: & hac approbatione & conſeruatione Bonifacij, quā ex primæua cōſtitutione Gregorij, ex eo quia reuocata fuerat per dominum Hadrianum. {Qui fuit de Fleſco, & nepos Innocentij quarti, vixitque minus xl. diebus.} Et per dominum Ioan. xxj. Papam. {ij.} Et pro reuocata habebatur: nec olim inter Gregorianas legebatur. {iij.} Et certè cum conſtitutio iſta tam vtilis approbatione tanti concilij fuerit edita: non ęquum fuit quòd abſque requiſitione concilij reuocata fuerat. ſupra de regu. iur. cap. j. de[b] plenitudine tamen poteſtatis id facere potuerat: cum ſit Papa ſupra omnia concilia. ſupra ſignificaſti. ADDITIO. ij. Iſte prius vocatus fuit Petrus Hiſpanus, & fuerat Tuſculanus Cardinalis. de hoc commendatur, quòd ſe pauperibus & diuitib⁹ communem exhibuit. Ad reuocandam autem conſtitutionē mouit eum, quia mortuo Greg. huius decret. authore ſeruata iſta conſtitutione ſurrogatus fuit Innocē v. qui fuit Burgundus, frater prædicatorum, & doctor ſacræ paginæ: & vixit quinque menſibus & duobus diebus poſt eum. In creatione Hadriani etiam ſeruata fuit hæc conſtitutio, qui parū vixit, vt prædixi. quo mortuo, in electione etiam ipſius Ioannis ſeruatus fuit effectus conſtitutionis. Quia verò etiam quamplures Cardinales tunc deceſſerunt: ęſtimatum fuit q̀ illarum mortium cauſa fuerit refectio illius conſtitutionis: ideo per eum reuocata fuit vel ſuſpenſa quo ad omnē ipſius effectum. Ioan. And. ADDITIO. iij. Ioan. Mon. dicit q̀ fuerat ſuſpenſa: & quia ſuſpenſio non fuerat in ſcriptis redacta, Ioan. illam ſuſpendit quo ad omnem ipſius effectum. & ideo Guil. noluit hanc decreta. aliter gloſſare: ſed proſequebatur

*b Vide tex. & gl. in cap. ſicut ſanctis xv. diſt. Font.*

q *Cardinales* [redacted]. De iſtis habetur etiā lxxix. diſt. c. j. & c. oportebat. & c. ſi quis ex epiſcopis. & c. ſi quis pecunia. xxiij. di. c. j. xciij. di. à ſubdiacono ij. q. iiij. præſul. & poteſt dici q̀ dicuntur Cardinales Eccleſię Romanę: quia ſicut cardine regitur oſtiū: ita eccleſia eorū bono conſilio. ſic notāt Lau. & Io. de ſan. xxij. di. ſacroſancta. in ſi. Arch.

Gloſ. ſeq. in princ. reci. per obiectionē quā ſol. & in incidēti quæſt. remittit. ſecūdo quæritar. pro, & ſoluit. tertio quęrit & ſoluit.

r *Decem diebus.* No. quòd conſtitutio iſta non iubet eos citari, ſed tantū expectari: & ſic eſt ſpeciale in electione ſummi Pontificis, cū in alijs abſentes de prouincia ſint vocādi. ſ. eo. coram. vel ſaltē ſecundū q̀ eſt conſuetudo: vt ibi not. & vij. quęſt. j. factus. & ſi conſuetudo eſſet, non vocarentur. j̄. de præben. cùm in Eccleſijs. Si autē quęratur quę ſit prouincia Romana: dic vt ſ. de offic. vica. ſua. Sed pone, Cardinales quidā ſunt abſentes & ita remoti q̀ nullo modo poſſent venire intra decem dies ad locum vbi debet electio celebrari, nunquid poterūt præſentes ſtatim ad electionem procedere: vel ante lapſum horum decem dierū? & videtur q̀ ſic. ff. ad Velleia. l. aliquando. §. fin. maximè propter periculū moræ: vt. ſ. Sed cum hic ſimpliciter dicatur q̀ expectari debent per decem dies, ſimpliciter intelligendum eſt, ſecundum[c] Guil. ff. de alea. l. j. §. quod vero. & ſ. de priui. quia circa. poſſent enim abſētes vti fœlici diplomate. ff. de verb. oblig. cōtinuus. §. cum ita, circa finē. vnde ante decēdium procedere non debent: & forte audientes de infirmitate Papæ vel alia cauſa venire cœperant ante mortem: ita quòd intra decē dies à morte erunt in loco: & beneficium iuris nemini eſt auferendū. vigeſima- D octaua diſtinct. de his. j̄. de reg. iur. indultū. & facit optimè. j̄. eod. commiſſa. j. reſpon. cum ſuis concor. Sed pone, aliquis Cardinalis non debito tempore expectatus, vult agere de contēptu: quæritur vtrū poſſit? Dic quod ſi electio facta fuit ab omnibus reliquis, vel à duabus partibus eo nō computato, nulla obſtat exceptio, & ſic nec actio. ſ. e. licet. & ff. de ſuperfi. l. j. §. ait. in fine. §.

ſ *Omnes.* præſentes, etiam ſi eſſent pauciores quàm tertia pars per hanc conſtitutionem.

t *Habitabat.* Si. ff. de iudic. ſi locus. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter.

u *Neceſsitas.* Vt fortè quia podagram patitur, ita q̀ neceſſe habet per ſeruiētes ſuſtineri & portari, vel alia ſimilis cauſa.

x *Arbitrio.* Vt poſſit habere vel vult clericos, vel vult laicos: vel alterum clericum, vel alterum laicum.

y *Conclaue.* Ad idem xij. q. j. cap. j. j̄. de ſta. reg. c. j. & ff. de dam. infe. l. qui conclaue. ADDITIO. Et ſolet dici conclaue. quod pluribus clauibus clauditur: vel ad quod per plures claues itur. Ioannes And.

z *Velamine.* vt puta ſeſtorijs vel cortinis.

a *Aditu.* xviij. quæſtio. ij. definimus.

*† Nota pro teſte qui ſtetit poſt parietem vel cortinam, nam in teſtamentis vox ſua reprobatur. l. ſi non ſpeciali. Co. de teſta. an autē in omnē caſu. Do. in ca. cauſam de teſtam. Phil. addo Hippo. latè in rubri. de proba. C. circa finē. & Bal. in d. l. ſi nō ſpeciali. dicit q̀ teſtis facit indicium ad torturam: qui dicit ſe cognouiſſe vocem delinquentis de nocte. Fon.*

*Cardinales præſentes in electione Papæ, an debeāt expectare per decem dies alios abſentes intra illos dies venire nō valentes.*

*c Idē Phil. ex quo no. ipſe q̀ pendente dilatione nihil nouandum eſt, & ſi certum ſit partem nihil agere poſſe. Font.*

*Conclaue quid ſit.*



Universidad de Deusto Biblioteca

ita claudatur vndique, vt nullus illud intrare valeat vel exire. Nulli ad eoſdem Cardinales aditus pateat, vel facultas ſecretè[a] loquendi cum eis: nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant, niſi eos qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præſentium, pro iis tantum quæ ad electionis inſtantis negotium pertinent, vocarentur[b].

Nulli etiam fas ſit ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere vel ſcripturam. Qui verò contra fecerit ſcripturam mittendo vel nuncium, aut cum aliquo ipſorum ſecretè loquendo: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat[c]. In conclaui tamen prædicto aliqua feneſtra competens[d] dimittatur, per quam eiſdem Cardinalibus ad victum commodè neceſſaria miniſtrentur: ſed per eam nulli ad ipſos patere poſsit ingreſſus. Verùm ſi (quod abſit) intra tres dies poſtquam (vt prædicitur) conclaue præfatum iidem Cardinales intrauerint, non fuerit ipſi eccleſiæ de paſtore prouiſum: per ſpatium quinque dierum immediatè ſequentium, ſingulis diebus tam in prandio, quàm in cœna vno ſolo ferculo † ſint contenti: quibus[e], prouiſione non facta, decurſis, extunc tantummodo panis, vinum, & aqua miniſtrentur eiſdem, † donec eadem prouiſio ſubſequatur.

Prouiſionis quoque huiuſmodi pendente negotio, dicti Cardinales nihil de camera[f] Papæ recipiant, nec de aliis eidem Eccleſiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque: ſed ea omnia ipſa vacatione durante, ſub eius cuius fidei & diligentiæ camera eadem eſt commiſſa[g], cuſtodia maneant, per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſeruanda[h]. Qui autem aliquid receperint: teneantur extunc à receptione quorumlibet redituum ad eos ſpectantiū abſtinere, donec de receptis taliter plenariam ſatisfactionem impendant. Iidem quoque Cardinales accelerandæ prouiſioni ſic vacent attentius, quòd ſe nequaquam de alio negotio intromittāt[i]: niſi forſan neceſsitas adeò vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipſius Eccleſię defendenda, vel eius parte aliqua, prouidere: vel niſi aliquod tam grande & tam euidens periculum immineret, quod omnibus & ſingulis[k] Cardinalibus præſentibus concorditer videretur illi celeriter[l] occurrendum. Sanè ſi aliquis ex prædictis Cardinalibus conclaue prædictum (vt ſuprà exprimitur) non intrauerit, aut intrans abſque manifeſta cauſa infirmitatis[m] exierit: ipſo minimè requiſito, nec in eiuſdem electionis negotio vlterius admittendo, per alios ad eligendum ſummum Pontificem libere procedatur. Si verò infirmitate ſuperueniente idem conclaue ex eis aliquem exire[n] contingat: ipſa etiam infirmitate durante poterit eius ſuffragio[o] non requiſito ad electionem procedi. ſed ſi ad alios poſt ſanitatem[p] ſibi redditam ſeu ante, redire voluerit: vel etiam ſi alij abſentes, quos per decem dies diximus expectandos, ſuperuenerint: re integra, videlicet[q] antequam eidem Eccleſiæ ſit de Paſtore prouiſum, in eodem negotio in illo ſtatu in quo ipſum inuenerint[r], admittantur: præmiſſa tam de clauſura, quàm de ſeruientibus, cibo ac potu[s], & reliquis, cum aliis ſeruaturi.

*Quid iuris quando moritur Romanus Pontifex extra ciuitatem in qua erat Curia.*

Porrò ſiquando Romanū Pontificē extra ciuitatē prædictam, in qua erat cum ſua Curia[t] reſidens, cōtigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate in cuius territorio[u] ſeu diſtrictu idē Pontifex obiit, conuenire: niſi ſit forſitan interdicta[a], vel contra Eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat: quo caſu, in alia viciniori conueniant, quæ ſimiliter nec interdicto ſubiaceat, nec ſit (vt prædicitur) apertè rebellis. In hac etiam ciuitate tam quo ad expectationem abſentium, quàm quo ad habitationem communem, clauſuram, & cætera omnia in domo Epiſcopali, vel alia qualibet eiſdem Cardinalibus deputanda, eadem obſeruentur, quæ ſuperius obeunte dicto Pontifice in ea in qua cum ſua Curia reſidebat, ſunt expreſſa.

*Dat executores huic iuri cum pœnis. Ioan. And.*

Præterea quia parum eſt iura condere, niſi ſit qui eadem tueatur[b], adiiciendo ſancimus, vt Domini, aliique rectores, & officiales ciuitatis illius in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda[c]: authoritate noſtra, & eiuſdem approbatione concilij poteſtate ſibi tradita, præmiſſa omnia & ſingula plenè ac inuiolabiliter ſine fraude ac dolo aliquo faciant obſeruari: nec Cardinales vltra quàm præmittitur, arctare præſumant[d].

Super his autem taliter obſeruandis, ſtatim audito ſummi Pontificis obitu, coram clero & populo vniuerſo ciuitatis ipſius ad hoc ſpecialiter conuocandis, præſtent corporaliter[e] iuramentum.

Quòd ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudē in eis vel circa ea commiſerint: cuiuſcunque ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, omni ceſſante priuilegio, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrāt, & perpetuò ſint infames: nec vnquam eis portæ dignitatis pateant[f], nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipſos inſuper feudis & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana Eccleſia, vel quibuſlibet aliis Eccleſiis obtinent, ipſo facto decernimus eſſe priuatos[g], ita quòd ad Eccleſias ipſas plenè ac liberè reuertatur, adminiſtratorum earundem Eccleſiarum arbitrio ſine contradictione[h] aliqua diſponenda.

Ciuitas verò prędicta[i] non ſolum ſit interdicto ſuppoſita, ſed & Pontificali dignitate priuata[k].

*Obteſtatur Cardinales, vt in electione Romani Pontificis deponant omnem priuatum affectum: & caſſat omnia pacta, obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta eſſent de aliquo eligendo.*

Cæterum quia cū arbitriū vel inordinatus captiuat[l] affectus, vel ad certum[m] aliquem obligationis cuiuſcunque neceſsitas adigit, ceſſat electio[n], dum libertas adimitur eligendi: Cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionē ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur, vt penſantes attentius quid eis imminet cùm agitur de creatione vicarij Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, rectoris vniuerſalis Eccleſiæ, gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione depoſita, & cuiuſlibet pactionis, conuentionis, obligationis neceſsitate, necnon condicti & intendimenti contemplatione ceſſantibus: non in ſe reciprocent conſiderationis intuitum, vel in ſuos: non quæ ſua ſunt[o], quærant: non commodis priuatis intendant: ſed nullo arctante ipſorum in eligēdo iudicium, niſi Deo, puris & liberis mentibus nuda electionis conſcientia vtilitatem publicam liberè proſequantur: omni conatu & ſolicitudine, prout poſsibilitas[p] patitur, id acturi tantummodo, vt eorum miniſterio acceleretur vtilis, & pernéceſſaria totius mundi prouiſio: idoneo[q] celeriter eidem Eccleſiæ ſponſo dato. Qui autem ſecus egerint, diuinæ[r] ſubiaceant vltioni: eorum culpa, niſi graui[s] propter hoc peracta pœnitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilo minus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta & intendimenta omnia ſiue iuramenti, ſiue cuiuſlibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, caſſamus[t], irritamus, & viribus decernimus omnino carere[u], ita quòd nullus ad illa obſeruanda quomodolibet ſit adſtrictus, nec quiſquam ex eorum tranſgreſsione notam vereatur fidei non ſeruatæ: ſed non indignę laudis titulum potius mereatur: cùm lex etiam humana[x] teſtetur, Deo magis tranſgreſsiones huiſmodi, quàm iuriſiurandi obſeruationes acceptas.

a *Secretè.* lxxxj. diſt. clericus. xviij. quæſt. ij. in decima.

b *Vocarentur.* puta aduocati, vel iuriſperiti, vel religioſi viri, vel tabelliones.

c *Incurrat.* No. canonem latæ ſententiæ. alium habes. j. eo. c. §. q ſi. Alios huiuſmodi iuris noui notaui. j. de ſent. excō. eos. † Et cum nō reſeruauerit ſibi abſolutionem: dicamus quòd ordinarius abſoluere poterit, vt dicam infra eo. ſciant cuncti.

d *Feneſtra cōpetens.* ita quòd nullus intrare per eam poſsit vel exire: vt ſuprà & infra. ADDITIO. Erit cū rota ad modum monialium ſecundum Fran. Vercel. vel cum barris ferreis circūdata ſecundum eum. Ioan. And.

e *Quibus.* ſcilicet quinque diebus.

f *Camera.* ſic & in clericis collegiatarū cathedralium vel regulariū eccleſiarū. j. e. quia ſępe. & fuit hoc ſtatutū: qa fortè ꝓpter hęc habenda eſſent in prouidēdo tardiores. Ioan. An.

g *Commiſſa.* per Papam, cuius morte non expirat officiū camerarij: vt in clement. eodem titulo. ne Romani. §. eo tamen.

h *Reſeruanda.* ſic j. eodem, quia ſæpe. & de offic. ordin. præſenti.

i *Intromittant.* ſimile infrà de hæretic. accuſatus. §. ſanè. & §. ſeq. An collegium Cardinaliū ſede vacante, Papali poteſtate vti poſsit, dicam infrà de ſchiſma. ca. primo ad fin. & eſt expeditum hodie q non: niſi quantum hic conceditur, vel niſi circa ſubſtitutionē camerarij vel pœnitentiariorū deficiētium: quod dic vt in clemen. eodem titulo. ne Romani. vbi etiam determinat hanc conſtitutionem vel eius partem tunc per collegiū alterari non poſſe. Ioan. And.

k *Singulis.* Licet aliàs dicere cōſueuerimus, quod fit a maiori parte, dici factū fuiſſe concorditer. lvj. diſtinct. Apoſtolica. in gloſſa prima. & de elect. cum inter canonicos. &. ff. ad municip. quod maior. niſi minor pars iuſtam cauſam contradictionis oſtendat. de iis quæ fiunt a maio. part. capituli, capitu. j. tamen per hanc literam quæ hoc hic exprimit, dico[b] omnes debere eſſe concordes.

l *Celeriter.* ſ. ſuſpenſo electionis negotio. Et no. quòd deſideratur celeritas. de hoc dixi j. eo. c. vlt. Ioan. And.

m *Infirmitatis.* Alia ergo neceſsitas non excuſat.

n *Exire.* Si autem omnes exierint ſimul vel ſucceſsiuè: dic vt in cle. eo. tit. ne Romani. §. porrò.

o *Suffragio.* id eſt conſenſu. ſic ſumitur. ff. de legib. de quibus. in ſi. ff. quod cuiuſque vniuerſ. item eorum. §. j. ad hęc. ff. de decu. ſpurij. §. minores. j. eo. ex eo. aliquando ſumitur ꝓ auxilio, cōſilio, vel ſeruitio. xij. quæſti. ij. quicunque ſuffragio. C. de ſuffragiis. l. j. Archid.

Gloſ. ſeq. quærit, ponit dictum Hoſt. & ſoluit.

p *Sanitatem.* Quid ſi Cardinalis propter infirmitatem nolens incluſus ſtare, renunciet voci ſuæ: nunquid valeat renūtiatio: & nunquid rediens admittetur? Hoſtien. cui hoc de facto contigit: plenè notauit hāc quęſtionem ſuprà de renun. niſi cum pridē. §. propter malitiam, dicēs finaliter quòd pœnitens & rediēs admittendus eſt: de iis autem quæ medio tempore facta ſunt, conqueri non poterit: & hęc quæſtio ſatis hic terminatur per ſeq.

q *Videlicet.* vide mirabilem expoſitionem huius verbi, re integra. aliter exponitur ſuprà e. in cauſis. §. quia verò. vbi de hoc.

r *Inuenerint.* Si. j. vt lit. pen. c. ij. in fine.

Gloſ. ſeq. quærit, arguit negatiuè, & ſoluit contrarium.

ſ *Potu.* Pone: Cardinalis abſens venit poſt diem octauum à die incluſuræ, ita q Cardinales incluſi tunc non habebāt niſi panem, vinum, & aquam: vt dictum eſt ſ. nūquid iſte ſuperueniēs ſtatim cō pellitur ſuſcipere eorum vitam? & videtur quòd nō: quia non fuit in culpa. ſ. de conſtitu. ca. ij. dic ſecus per hanc literam, & per illam ſuperiorem, in eo ſtatu &c. Ad hoc de ſtatu monachorum. ca. recolentes, & ſæpe ſine culpa quis punitur ex cauſa. q dic vt j. de reg. iu. ſine culpa.

t *Curia.* & erat ordinatum de ipſa curia transferenda. aliàs ſi in primo loco remanſiſſet audiētia literarū & cauſarū, licet ſuſpēſa: ibi celebraretur electio: vt in conſti. cle. eo. tit. ne Romani. §. ſanè in fine.

Gloſ. ſeq. reci. per quæſtionem.

u *Territorio.* ſiue diſtrictu. Quid ſit territoriū, dixi ſ. de cōſt. cap. ij. quo ad hunc caſum ponitur pro diœceſi: vt in clem. eod. titu. ne Romani. §. ſanè. & per hāc literam puto quòd ſi moriatur in mari, Cardinales debeant conuenire in ciuitate per quam locus ille maris diſtringitur[a]. ad hoc. ff. de verbo. ſign. l. pupillus. §. territorium. ff. de iudic. inſulæ Italię. & ſi non diſtringatur per aliquā ciuitatem, dicerem in viciniori ad faciendum. ad ſ. de cōſue. cum olim. ff. de ver. ſign. notionem. §. j. ad hoc j. §. j. ibi, in alia viciniori &c.

a *Interdicta.* Not. q in loco interdicto non poteſt electio celebrari[b], niſi velis dicere hoc ſpeciale in electiōe Romani Pōtificis & poſito etiā q in tali loco celebretur, nihilo minùs valet: quia nulla exceptio admittitur: vt ſ. dixi.

b *Tueatur.* vt. ff. de origi. iur. l. ij. §. poſt originē. & j. de ſtat. re. capit. vnico. §. & quoniam.

c *Celebranda.* ſecūdum diſtinctionem ſuperius factam.

d *Præſumant.* quia tunc eſſent excommunicati: ſicut & in ſe defendendo modum excedēs, quod dic vt ſupra de reſti. ſpol. olim. j. in fine. Et no. caſum in quo laicus authoritate canonis poteſtatem habet in clericum, contra id. xcvj. diſtinc. bene quidem. de ſenten. excom. ſi verò. ADDITIO. Et dic: canonis id ſtatuētis propter bonum publicū, & ſuperioris defectū. bene facit. lxxix. diſti. ſi quis pecunia. Alios caſus vide. xxiij. quæſti. quinta, principes in gloſ. ij. Ioā. Andr.

e *Corporaliter.* vide quod no. cap. proxi. Ioan. And.

f *Pateant.* ſuprà de exceſ. præla. inter dilectos. j. de reg. iur. infamibus.

g *Priuatos.* ſic j. eo. fundamēta. §. quod ſi ſecus. ſ. de pœnis, in quibuſdam. & infra eo. tit. fœlicis.

h *Sine contradictione.* Præſcribi tamen poſſunt. quod dic vt infra de præſcript. capit. ij.

i *Prædicta.* in qua ſecundū ſuperiorem diſtinctionē erat electio facienda. Ioan. Andr.

k *Priuata.* ſic j. de pœnis, fœlicis. in ſi. & xxv. q. ij. ita nos.

l *Captiuat.* i. quaſi captiuatum facit & tenet.

m *Certum.* puta talē eligendum. Io. And.

n *Electio.* quę libera debet eſſe, cū ex cōſenſu procedat. ad idē deſpon. cū locū.

o *Sua ſunt.* de cenſi. cum Apoſtolus.

p *Poſsibilitas.* quia vltra poſſe nemo xxij. q. ij. faciat. j. de reg. iu. nemo. ſ. de pactis cap. vlt.

Gloſ. ſeq. quærit, & remittit.

q *Idoneo.* tenentur ergo Cardinales idoneum eligere: licet dicamus quòd nulla exceptio admittitur contra electū à duabus partibus. ſ. e. licet. Quid ergo ſi laicum illiteratū vxoratū eligāt? De hoc vide lxxix. diſtinc. ſi quis pecunia. {Etiā hæreſis ſecūdū Cleri. & Archidiac. quē recitat hic quod ſcripſi. in decre. licet. ſuper quinta gloſſa.

r *Diuinæ.* ad hoc. j. eo. commiſſa. in ſi.

ſ *Graui.* fuit ergo grauis offēſa. xxiiij. q. j. non afferamus.

t *Caſſamus.* ſi Cod. de leg. non dubium. C. de pac. l. iuriſgentium. §. & generaliter. & ſi hoc non dixiſſet: Papa tamē nō tenebat contra hāc cōſtitutionem & alia iura. quod dic vt legit. & no. x. diſtin. vides. ſ. de ſponſal. duorū. tua. Archid.

u *Carere.* concor. j. de offi. ordi. quia plerique.

x *Humana.* Cod. de nup. authent. quod eis. {Et in corpore vnde ſumpta fuit col. v. ſcenicas non ſolum ſi fideiuſ. &c. poſt princ. Et allegat hic Archidiaconus quod ibi not. in gloſſa. ſed quare. j. &. ff. de obſe. l. nullum. ff. de legat. j. ſi quis inquilinos. §. fina. de pact. iuriſgentium. §. pactorum. Ioannes Andreæ.

*† Et ſunt xxxij. quia quæ agunt aduos inductos p cle. ibi collegi. de ſenten. excom. c. 1. in gloſ. eſt. ſciendum. Ioan. And.*

*Cardinalis qui renunciauit voci propter infirmitate, an rediens debeat admitti.*

*Papali ſede vacante an Cardinales poſſint vti poteſtate Papæ.*

*† Ergo aliàs dicit Do. habere poſſunt plura fercula. addo gl. in ca. ne tales. de conſe. diſtin. v. Fon.*

*† Not. hic quòd electores nolentes eligere, poſſunt cogi etiam tormentis. text. eſt hic iuncta glo. in cle. j. de hære. Phili. Font.*

*Cōcorditer an dicatur factū, quod fit à maiori parte.*

*b Idem Do. & hoc eſt propter ad ſechuū ge-*

*minatū: & idem dicas ſi in ordinatione aliqua ponatur plena concordia. Phili. Font.*

*Electio Papæ vbi fiet, ſi in mari moriatur.*

*a Idem Do. Phil facit. l. Caſar. & ibi Doct. ff de publi. Font.*

*Electio an poſsit fieri in loco interdicto.*

*b Contrariū fuit ſic terminatū per dominū Hugo. de Vercel. Et facit ad id de poſt. c. j. ver. ſed inde. & ibi dixit quantū expedit de quæſtio. Ioan. And.*

*Laicus in clericū quādoq; poteſtatē habet*



Nouo

Universidad de Deusto Biblioteca



*Monet omnes fideles, vt ſtatim audita ſummi Pontificis morte, eius celebrent exequias, & cotidie orent pro vigili, cōcordi, & vtili prouiſione Romanæ Eccleſiæ: Prælati autē in ſuis prædicationibus ipſos ſubditos ad hoc hortentur, & eis frequentiā orationum, & obſeruantiam ieiuniorum indicant. Ioan. And.*

Quia verò fidelibus non eſt tam de ſolicita quantuncunque inuētione fidendum, quā de inſtantia orationis [a] humilis & deuotæ ſperandum: huic adiicimus ſanctioni, vt in omnibus ciuitatibus, cæteriſque locis inſignibus, vbi primū [b] de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit: à clero & populo ſolēnibus pro eo exequiis celebratis, ſingulis diebus, donec de ipſius Eccleſiæ prouiſione indubitanter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundātur ad Dominum: apud eum deuotis orationibus inſiſtatur: vt ipſe, qui concordiam facit in ſublimibus ſuis, ſic efficiat eorūdem Cardinalium corda in eligendo cōcordia, quòd prouiſio celeris, concors, & vtilis (prout animarum ſalus exigit, & totius orbis requirit vtilitas) ex ipſorum vnanimitate ſequatur. Et ne tam ſalubre præſentis ſanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat, diſtricte præcipimus, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati, cæterique, quibus cōceſſum eſt proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc ſpecialiter frequentius congregandos, in ſuis ſermonibus ad ſupplicum precum ſuffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequentanda, ſolerter hortentur, & ipſis eadem authoritate non ſolum orationum frequentiam, ſed obſeruantiam (prout circunſtantiæ [c] penſandæ ſuaſerint) ieiuniorum [d] indicant.

## Idem in eodem.

*Appellantes cōtra electiones, poſtulationes, vel prouiſiones, omnia, quæ obiicere intendūt cōtra perſonā vel formā, tenentur exprimere: & iurare, quòd illa credunt vera eſſe, & ea ſe poſſe probare. Super nō expreſſis ipſi, vel adhærentes eis nō audientur: niſi de nouo emergant vel perueniāt, vel ſuperueniat probādi facultas: ſuper quo iurare debebūt. Statutum Inn. editum contra non probātes quæ obiiciūtur in perſonam vel formam, in ſuo robore conſeruatur. Ioan. And.*

## CAPITVLVM IIII.

VT circa † electiones, [e] poſtulationes, & ꝓuiſiones Eccleſiaſticas viam malitiis, [f] prout eſt poſsibile [g], præcludamus, ne diutius periculoſe [h] vacent Eccleſiæ [i]: vel perſonatuum, dignitatum [k], & aliorum Eccleſiaſticorum [l]

*Reſpublica potius religione & officio quàm labore corporis continetur.*

a *Orationis*. xxiij. quæſt. viij. in qualibet. ibi, ſcientes magis religionib⁹ q̄ officiis & labore corporis, vel ſudore noſtrā rempub. cōtineri. ADDITIO. Quòd multū valēt oratiōes iuſtorū, alle. Io. Mo. xlv. diſt. diſciplina. circa fi. xiij q. ij. animæ. vide quod no. in clem. vna de reli. & ve. ſancto. ad fi. ma. gloſ. Ioan.

b *Vbi primū*. i. cum primum.

c *Circunſtātiæ*. puta quia timetur de zizania & magna diſcordia inter Cardinales

d *Ieiuniorum*. ad hoc concor. de vo. & vo. redē. magnæ. & vigiliarū exercitium: vt ibi.

VT circa.} Secundū Gar. & Ioā. Mo. hæc decr. in ſex partes diuiditur: quarum prima vſq; ibi, Edicto. in qua ponit conſtitutionis cauſam. Secūda vſq; ibi, Alioquin. & ponit ibi conſtitutionem. Tertia vſq; ibi, Niſi aliquid. & ponit ibi pœnā non obſeruātis conſtitutionem. Quarta vſq; ibi, Super huiuſmodi. in qua facit exceptionē. Quinta vſq; ibi, Illa ſane, in qua de iuramēto ponit ſuper exceptione præſtanda. Sexta ibi, Illa ſanē. vſq; in fin. in qua corroborat domi. In no. decre. CASVS. Vacante eccleſia Pictau. canonici illius eccleſię ad quos ſpectat electio conuenerūt in vnū tractaturi de electione futuri paſtoris. habito tractatu cum maior pars vellet Titiū poſtulare vel eligere: vel propter negligētiam canonicorū poteſtas eligēdi fuiſſet deuoluta ad ſuperiorem: ſuperior prouidere vellet Titio de Eccleſia Picta. fuerūt aliqui opponētes & appellātes ad apoſt. ſe. ne Titius eligeretur, poſtularetur, vel prouideretur. quæritur quid debeat appellantes obſeruare? Reſpon. Rom. Pon. quòd debēt nominatim exprimere in ſua appellatione vitia quæ opponunt tam contra formam electionis quàm perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi. & hoc non ſufficit: ſed vlterius debent iurare ꝙ omnia quæ opponunt, ſunt vera, & ea poſſe probare. Sed quid ſanctiſsime pater: ponamus quòd appellātes volunt iuſtificare appellationē ex cauſa non expreſſa in appellatione: & volunt aliquid deducere cōtra formā vel perſonam. queritur an poſsint? Reſpon. ꝙ nō regulariter. fallit tamen vbi illud quod opponūt, venit de nouo ad notitiam: vel ſi de nouo iſta emergūt: puta quia electus poſt electionem perpetrauit homicidium: tunc enim ex iſtis poterūt appellantes iuſtificare ſuā appellationē. ſed vtrū per iſtud capitulum ſit correctū capitulū primū. ſ. e. tit. ſeq. dicit ꝙ cōſtitutio Inn. quarti facta contra deficiētes in probatione obiectorū remanet in ſuo robore & efficacia: deficiētes in ꝓbatione puniuntur pœna illius cōſtitutionis. {Alioquin.} refertur ad verba, ſcilicet quòd appellantes tenentur iurare ꝙ credunt oppoſita per eos eſſe vera. Nota primò ex iſto capitulo ꝙ malitiis hominum non eſt indulgendū: ſed potius per ſuperiorem obuiandum. No. vlterius principalem effectum huius capituli, ꝙ ſe opponentes vel appellantes electioni, poſtulationi, vel prouiſioni factæ, vel faciēdæ: debēt ipſi appellātes in ſuo inſtrumēto appellationis inſerere cauſas propter quas intendunt impugnare electionē, prouiſionem, vel poſtulationem, vel perſonas eligentium vel electi: ita ꝙ non poterunt iuſtificare ſuā appellationē ex cauſis nō inſertis in inſtrumēto appellationis. Et ſic de nihilo ſeruit illa clauſula quā cōmuniter inſerūt appellātes in ſuo inſtrumento appellationis: videlicet quādo dicunt, ꝙ ob illā cauſam & alias cauſas loco & tēpore proponēdas ſe opponunt: & intendūt iuſtificare ſuā appellationē. No. cauſas exceptas vt appellatio poſsit iuſtificari ex cauſis nō inſertis in appellatione. Primò, quādo illud quod nō erat expreſſum in appellatione & nūc opponitur, de nouo emerſit. Secundo, cū de nouo ſuperuenit facultas probandi, quæ de nouo nō ſuperuenerat. Tertio, ſi illud erat antiquū, ſed peruenit de nouo ad notitiā appellātis. No. inſuper diſpoſitionē huius capituli locum habere in quibuſcūq; beneficiis etiā ſimplicibus. Nam ſi aliquis appellet à prouiſiōe facta de capellania vel canonicatu, vel alio beneficio ſimplici: habet locū diſpoſitio huius ca. vt appellans teneatur inſerere in ſcriptis quęcunque ipſe vult opponere cōtra ꝓuiſionē. Et ſi iſtam formā nō ſeruauerit, non eſt admittēdus ad proſequendū ſuā appellationem. No. finaliter ꝙ indefinita iuris æquipollet vniuerſali: vt hic late ꝑ gloſ. ad quam cotidie recurritur.

e *Electiones*. Nota hic tres modos tāgi quibus ꝓuidetur Eccleſiis. ſic ſ. e. c. j. eo. li. quorū primi duo pertinent ad ſubditos, alius ad ꝑlatos, qui eo ipſo ꝙ prouidēt, cōfirmāt: quod eſt verū ſi eodem iure ſpectat ad illos eligere & cōfirmare. lxiij. di. in ſynodo. ff. de aucto. tu. l. iij. ſecus ſi diuerſo. & ſic intelligitur. ſ. eo. cum inter canonicos. vbi de hoc, & de fide inſtru. inter dilectos. §. cæterum.

f *Viam malitiis*. j. c. proxi. de reſcr. ſedes. & c. plerunq;. ſ. qui ma. accu. poſ. ſignificante. ff. de rei vendi. in fundo. §. conſtituimus. vide de ſimo. nobis. ſuper iij. gloſ. Ioan. And.

g *Poſsibile*. nō enim omnib⁹ hominū malitiis viā ꝑcludere poſſet. vj. q. j. ſi omnia. malas enim hominū volūtates ad plenū cohibere nō poſſum⁹. xxxj. q. j. hac ratione. in fi. nil enim eſt quod homo ſemel dedit⁹ malitię nō adinueniat. in auth. col. vj. vt ij. qui ob. ſe ha. perhi. res mi. in prin. & idē. ff. commo. ad eos. ff. de præſer. ver. naturalis. C. man. l. ab Anaſtaſio. ADDITIO. Qui circa lites verſantur, legē Anaſtaſij fraudabant ſuis machinationibus, contra quas ibi prouidetur. Ioan. And.

h *Periculoſe*. aduerbialiter ponitur. ſic de pœ. diſt. j. periculoſe. & eſt periculum in ſpiritualibus & temporalibus. ſ. eo. ne pro defectu. l. diſt. poſtquam. & j. e. quàm ſit.

i *Vacent Eccleſiæ*. id eſt prelatis careāt & miniſtris. ſic & mulier dicitur vacans, quę virū non habet. ff. ad l. Iul. de vi pub. qui cœtu. §. qui vacantem. Archid.

k *Dignitatum*. de quibus eſt idē iudiciū habendum. ſ. e. tit. dudum. ij. & ſ. de præb. de multa.

Gloſ. ſeq. reſpondet per quæſtionem & ſolutionē: obiicit rationi & ſolutioni, quæ eſt, indefinitā ęquipollere vniuerſali: & obiectioni reſpondet.

l *Aliorum Eccleſiaſticorum*. omnium vniuerſaliter. xix. di. c. j. ff. de off. preſi. l. iij igitur ſiue ſuper ſimplici beneficio appelletur, ſiue ſuper alio: locū habet hæc decr. [a] Dici enim ſolet quòd inde-

*Ex hac gl. not. quod quando poteſt ſe eligēdi & confirmādi iūgitur in eadē perſona prætextu diuerſæ qualitatum, iſtæ poteſtates nō poſſunt expediri vnico contextu: ſed debet fieri diuerſo tēpore. & de hoc ꝑ doc. ſ. e. tit. nihil. & eſt vtile hoc ſcire, ſecūdum Paulum. Do.*

*| Capitulū præſēs præcedit. c. 3. ſ. li. e. in ordine intellectus. illud enim loquitur in appellando, hoc in appellationē proſequendo. hoc c. et c. j. ſ. eodem ti. differūt & conueniunt in quinq;: vt hic not. Do. in vlt. glo Font. à idē Ioā. Mo. & Archi. qui dicit ſic ſeruare: indicit ꝙ cauſa beneficialis dicitur grauis. ſ. de proc. querelam. Ioan. And.*



beneficiorū prouiſio differatur: edicto perpetuo [a] prouidemus: vt ſiquando aliqui [b] electionib⁹, poſtulationibus, vel prouiſionibus ſe opponunt, proponendo aliqua [c] cōtra electionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis formam [d], aut perſonas eligentium [e], vel electi [f], ſiue illius cui erat prouiſio faciēda [g] ſiue facta, & propter hoc contingerit appellari [h]: appellantes in inſtrumento publico [i], ſeu literis [k] ſuper appellatione confectis, omnia & ſingula [l] exprimant, quæ in formā intendunt obiicere, vel perſonas: Coram [m] perſonis authenticis, aut perſona [n], quę ſuper hoc teſtimonium perhi-

finita canonis vel legis regulam tradere intendentis æquipollet vniuerſali [a]: indefinita cōmunis locutionis nō. ſecundū iuriſtas vel logicos, indefinita æquipollet vniuerſali in materia neceſſaria: vt homo eſt animal: ergo omnis homo. {Vel in impoſsibili negatiue ſūpta: vt homo nō eſt lapis ergo nulli⁹ homo. Io. Mo.} In materia verò cōtingenti ſecus: vt homo currit: ergo omnis homo, nō ſequitur. Sed contra ꝙ etiā ſecundū iura indefinita non æquipollet vniuerſali. Nā ſi lego alicui omne marmor, videor legaſſe & ſtatuas marmoreas: & cæteras ſpecies ex marmore factas. ff. de leg. iij. heres me⁹. §. j. & de au. & arg. le. l. j. & tamē ſi legetur marmor indefinite: ſub legato cōprehenditur ſola rudis materia: & non ſpecies de marmore factæ. ff. de le. iij. l. quęſitū. §. illud fortaſſe. itē ſi lana indefinitè legetur, tincta non continetur in legato. ff. de leg. iij. l. ſi cui. in prin. & ſi legatur omnis lana, etiam cedit tincta legato. ff. de au. & arg. leg. l. pediculis. §. Labeo. ergo indefinita nō æquipollet vniuerſali. Item aliud quando tranſigitur ſuper generali petitione: aliud quando ſuper indefinita: vt no. ſ. de tranſac. cap. j. Sed dic ꝙ quando nō eſt eadē ratio & cōditio (propter aliquod accidēs omniū particularium in vniuerſo cōprehenſorum, indefinita non æquipollet vniuerſali: vt patet in contrariis. nam tinctura lanæ, & ſpecies marmoris non procedunt ex ipſa origine, ſed ex accidenti hominis operatione; & poſſet maioris æſtimationis eſſe ipſum additum tincturæ vel ſpei, quàm ipſum principale [b]: ſed quando omnium particularium eſt eadem ratio & conditio, vt prius: quia non variantur per aliquod accidens, licet fortè ſit ibi imparitas ex origine: puta quia alia lana melior & nobilior ex origine, idem in marmore: tunc indefinita negatiue vel affirmatiue prolata, æquipollet vniuerſali. ff. de le. ij. ſi pluri. & l. ſi ita. ff. de re. du. l. ſi is qui. §. vtrum. in fi.

Gloſſa ſequens ponit ſex modos cognoſcendi legem generalem.

a *Perpetuo*. id eſt generali: ſic. ſ. eo. Maſſana. & ſunt hęc ſigna cognoſcēdę generalis cōſtitutionis, cū edicti vocabulo nūcupatur: vt hic. ſi mittatur venerabili cœtui. ſi pręcipitur per omnes populos diuulgari ſcriptura publice procedēte. ſi dicatur idem in ſimilibus obſeruandū. ſi lex vel canon appelletur generalis, ſi iubetur expreſſe ad omnes pertinere. hos modos habes. C. de legi. l. iij. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem, & ponit obſeruantiam curiæ.

b *Aliqui*. quorum intereſt: vt quia canonici, parochiani, vel patroni. xvij. q. vij. filijs. & ſi collegiū obiicit ſe, ad hoc tenetur. ff. quod me. cau. l. metum autē preſentem. §. animaduertēdū. dixit Gar. ꝙ Romana curia quemlibet clericū de diœceſi vel ciuitate admittit contra electum epiſcopū, ſiue beneficiatus ſit ſiue inde oriundus: ſi vult obiicere in perſonā: contra formam autem non niſi canonicos admittit.

c *Proponendo aliqua*. Si ergo quæ opponuntur, non ſunt talia: ſed directe reſpiciunt ius Eccleſiæ, vel opponentis perſonæ, conſtitutio iſta non arctat: vt in cle. eo. titu conſtitutionem. j. reſponſo.

d *Formam*. vt quia ſeruata nō fuit forma decre. quia propter in electione. contra formā poſtulationis obiici poteſt ꝙ nō eſt cōcors, vel ſaltē à duabus partibus celebrata: & hoc quādo vnus poſtulatur, & alter eligitur. ſ. eo. ſcriptū. vel ꝙ poſtulatus eſt qui debuiſſet eligi. ſ. tit. proxim. c. vno contra prouiſionem poteſt opponi quòd adhuc nō ſit prouidēdi poteſtas ad ſuperiorem deuoluta: vel quia per literas ſurreptitias ſit facta prouiſio. de reſcrip. ſuper literis.

e *Eligentium*. vt quia ſunt excommunicati maiori ſententia, vel ab homine ſuſpenſi. ſ. eod. cum inter. de conſuetu. cū dilectus. vel quia priuati à canone: vt quia ſciēter elegerunt indignum ſupra eo. cū in cūctis, vel ſunt infames, quibus ſunt actus legitimi interdicti. ff. de regu. iuris, actus. ſed eligere eſt actus legitimus. j. de ſenten. excommu. ſolet. ad fin. ADDITIO. Et dicit Guil. hic reprobari opinio. Inno. & approbari opi. Bernard. nunquam. de quibus. ſ. cap. j. in gloſ. electi. dic vt ibi. Et videtur reprobari quod dixit ibi Inno. & Compoſt. quòd obiectio in perſonas eligentium proprie dicatur in formam. hic ponit iſta vt diuerſa. Sed dicit ibi Archidiaconus quòd hoc ſit per ſimilitudinem quam habet obiectus contra eligentes & electos, ſcilicet criminū & defectuum. Ioannes Andreæ.

f *Electi*. puta defectus ætatis, ſcientię, & nataliū [c]. ſ. eo. cū in cunctis. obiectorum autē defectuum examinatio fiet vt traditur. j. eo. ſi forte.

g *Facienda*. quod igitur hic de prouiſione dicitur, repetitū intelligatur in poſtulatione & electione faciēdis. quod iuris enim in vno, & in reliquo. & hoc verū, ſi contra certā perſonā appelletur, vt non eligatur, vel poſtuletur. ſi autē contra incertam, huiuſmodi conſtitutionis formam nō eſt neceſſe ſeruare. j. e. qui contra certam.

Gloſ. ſeq. reſpōdet per queſtionem. ponit opi. Guil. & contrariam Gar. quā approbat. ſecūdo ponit dictum Gar. hodie reprobatum.

h *Appellari*. ad Papam ſecundum Guil. & eſt ratio: quia appellationes interpoſitæ ad Papam magis conſueuerunt protelare negotia Eccleſiarum. de appell. ſæpe. & ad ea quæ frequentius accidunt, &c. ff. de legib. nam ad ea. & iſta conſtitutio videtur ſupplere illā. ſ. e. ſtatuim⁹. quæ expreſſe de appellatione interpoſita ad Papā loquitur. arg. ad hoc infra eod. is qui. & ca. ſequen. Tu dic ſecundū Gar. quòd hęc decre. etiam locum habet in appellationibus ad inferiores interpoſitis, cum generaliter loquatur, & ſic ſit generaliter intelligēda. ff. de offi. præſi. l. præſes. ij. xix. diſtinct. cap. j. ff. quod me. cau. l. metus autem. §. animaduertendum. ff. de publi. in rem ac. de pretio. Præterea Hoſtien. intelligit illam decret. ſ. eo. ſtatuimus licet ibi exprimat, ad nos, etiam in appellationibus ad inferiores interpoſitis. quod facit pro hac parte: tamen id non puto verum, vt ibi dixi. hæc autem decre. ſecundū Gar. locum habebat ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium appellaretur: quod non eſt hodie verum. non enim locum habet niſi in appellationibus extra iudicium interpoſitis [d]: vt declaratum eſt. j. eo. conſtitutio.

i *Publico*. facto ſcilicet per manum tabellionis. Quid ſit publicum inſtrumentum, ſ. de fi. inſtru. c. ij. & dic publico, ſcilicet ſuper appellatione confecto.

k *Literis* [e]. teſtimonialibus ſcilicet ſigillo authentico ſigillatis. j. de offic. ordin. ſi canonici. & in decret. cùm medicinalis. j. de ſentent. excomm. Vel dic quòd ſufficit ſi per ſuam vel alterius priuati manum fuerint literæ conſcriptæ: probabitur tamen talis ſcriptura per teſtes. tamen ſecundum Guil. prior intellectus præualet. & ideo dictum eſt de literis: quia in pleriſque locis vſus tabellionum non habetur: ſed inſtrumentorum loco habentur officialium literæ.

Gloſſa ſeq. quærit. allegat pro. ſoluit cōtrarium. finis gloſ. dat conſilium.

l *Omnia & ſingula*. Quid ergo ſi dicat electum periurum, vel homicidam, vel excommunicatum: nunquid ſufficit talis expreſsio? De hoc fertur tempore Ioann. & Nico. multum diſputatum: & diuerſæ declarationes factæ dicuntur ſuper hoc. & videtur quòd hoc ſatis ſufficiat: quia quodlibet periurium vel homicidium repellit [f]. Sed dic contra per hanc literā: alias quare fieret hæc verborum geminatio? & probatur hoc ſatis. j. de excep. pia. & melius. j. eo. procurator. & in cle. conſtitutionē. eo. tit. j. reſponſo. ad idem. ff. de dolo. l. ſed ſi ex dolo. §. finali. j. de teſtib. præſentium. §. teſtes. ij. quæſtione. viij. per ſcripta. §. libellorum. de pœniten. diſtinctio. quinta, conſideret. & tutum eſt ꝙ iuret per hunc modum: iuro omnia & ſingula &c. ADDITIO. Sed non eſt neceſſarium ſecundum Arch. Gar. tamen dicit Nicolaum interlocutum quòd non ſufficit iurare quòd credat omnia, &c. niſi etiam addat, & ſingula, &c. quod hic placet. Ioan. Mon. Ioan. Andr.

m *Coram*. hic ſit verſi. refertur enim ad inferiora, non ad ſuperiora. Coram aliquo autem fieri dicitur quod fit eo ſciente & intelligente, licet non conſentiente. ff. de verb. ſigni. coram. ſed & hic eius teſtimonium requiritur: vt infra dicam.

n *Aut perſona*. ſcilicet authentica. & intellige illam perſonā authenticā hic appellari, quæ præeſt iuriſdictioni. Et habes hic caſum in quo creditur vni perſonæ authenticæ. ad hoc lxxxvj. diſt. tanta. vbi de hoc. ibi videas in gl. ar. quòd creditur, &c. & xviij. diſtinct. placuit. ij. in gloſ. ij. & viij. quæſt. iij. cap. j. in gl. ij. Archid.

Gloſ. ſeq. primo ſoluit duas quæſtiones. ſecundo querit. ponit opin. Gar. & contrariam Guil. quam approbat in gloſ. ſed additio approbat primam.

*a Secus de indefinita ſtatutorum quæ ſtricte intelliguntur. c. in noſtra. de iniur. l. cōſtitutionibus. ff. ad muni. Sed quòd indefinita æquipolleat vniuerſali, hoc eſt ex ſignificatione larga. Bart. in. l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrb. prædio. fallit ſi aliàs eluderetur Barto. in. l. omnes populi. Font. b Sequitur Phi. Do. Itē indefinita prolata ad perſonas in odioſis non æquipollet vniuerſali. l. 1. & 2. ff. de libe. & poſthu. fallit in fauorabilibus. l. ſi quis ita. §. 1. ff. de iu. Font.*

*Parochiani an poſſint ſe opponere contra electum in eorum epiſcopum.*

*Obiectiones contra formā electionis, vel poſtulationis vel prouiſionis.*

*Obiectiones contra perſonas eligētium.*

*c Etiam ꝙ ſit leproſus dæmonic⁹, paralyticus. Do. Fō.*

*Cōſtitutio; vt circa, an habeat locū in appellationibus ad inferiorem à Papa interpoſitis.*

*d Idem de Ancha. Fō.*

*e Hic vide Phil. Font.*

*f Hæc conſtitutio nō prouidet circa repulſionem: ſed circa propoſitionem & multa valent in probando. C. de probat. fine. quæ nō valēt in proponēdo vbi⁹ præſens allegari oportet. ff. de re iu. l. ſi rē. in prī. Io. Mo. cōcor. quod not. j. eo. ſi qui. in gl. pe. Io. And.*

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Corporali.* per hoc dicas ſecundum Guil.& Gar.ꝙ ſi iuret præſente textu euangeliorū,& non tangat:ꝙ huic conſtitutioni ſatisfactum non eſt:& ſic Papā Nico.in hoc interlocutum dicunt [a].Si autem euangelia tangeret pede vel cubito:ſi manus habet,non ſufficit: quia ſingula membra ſingula habent officia.lxxxix.

*a Ad idem gl. 1. ver. porro.debæret. & ibi vide gl. 2. per quod decido quod hic no. Ant. Ioan. And.*

diſt.ſingula.ſupra de hæret.cum ex iniūcto. facit enim cōtra generalē cōſuetudinem quæ eſt optima interpres legū ſupra de conſuet.cum dilectus. Quid ſi ſit epiſcopus qui appellat: quęro an teneatur tāgere ſacra? Dixit Gar.ꝙ ſic:quia generaliter loquitur hæc decre. & ſic generaliter intelligenda. xix.diſtinctio.cap.j.

beant veritati, corporali [a] præſtito [b] iuramento, quòd credunt ea quæ ſic exprimunt, eſſe vera,& ſe poſſe probare [c]. Alioquin [d] tam opponentes, quàm tempore appellationis interpoſitæ, vel poſtmodum adhærentes [e] eiſdem: obiiciendi aliqua, quæ non fuerint in huiuſmodi literis vel inſtrumētis expreſſa [f], poteſtatē ſibi nouerint interdictā [g]:niſi aliquid poſtea forſā emerſerit [h],vel ſup antiquis [i] ſuperuenerit probādi facultas,aut aliqua antiqua in opponētium notitiam de nouo peruenerint [k], quæ appellantes appellationis tempore emiſſæ veriſimiliter [l] ignorare potuerint, & etiā ignorarint.Sup huiuſmodi autē ignorātia [m], & ſuperueniēte [n]

B §.dicēdo.ff.de offic.præſi.l.iij. Itē priuilegiū epiſcoporū eſt in copore iuris clauſum.vnde per iſtud tolli videtur,ac ſi ius eſſet ſi.de conſtitu.licet eo.lib.cum ſuis concor.[b] Guil.contradicens quòd epiſcopi tangere non tenentur. xj. quæſtione j.ca.teſtimonium.§.nec honore.C.de epiſ.& cle. authen. ſed iudex ſupra de iura.calum. cap.vlti. & hoc credo verius. Idem Ioan.Mon.& Archid.Ioannes Andr.licet opin. Gar.ſit tutior. & facit quod dicam.j.proxi. Sicut enim per illam decre.non tolluntur illi ſpeciales caſus, in quibus quis adminiſtrat ante confirmationem de iure veteri: ſic & per iſtam ſublatum non credam illum caſum in quo quis tangere non tenetur [c], ſcilicet in epiſcopo. procederet hoc dictum ſi priuilegium epiſcoporum eſſet generale: & tunc reſponderetur ad contraria infra inſignata, quæ ponunt caſus ſpeciales. ſed quia per iura ſuperius allegata, & per authen.de ſan.epiſc.coll.ix.§. nulli potius probatur iſtud ſpeciale in iuramento teſtium prius prorogatum ad iuramentum calumniæ per prædictam decre.vltim.de iur.calum.ibi, ſicut in dicendo teſtimonio &c.dicam quòd in alijs tangere tenentur.ad hoc.j.eo.quoties.§.porro in princ.& in fi.de ſen. excom.venerabili.

*b Illud in legibus cōmunib⁹: hic loquimur. cum vna generalis,alia ſpecialis: vt in caſu. ff. de pœ. loā. Mo. & Archid.*

*c Idem Anchar. Bart. in extraua. ad reprimē dū. Font.*

b *Præſtito.* in iuramentis quæ iure præcipiuntur, vt eſt iuramentum teſtis, & calumniæ: ſemper eſt iurandū ſuper ſancta dei euangelia [d].xj.q.j.c.teſtimonium.§.epiſcopus non flagitetur.ad idem.j.q.vij.quoties.de conſec.diſt.ij.ego Berēgarius ſupra de iureiu.ego.in fi.ſupr.de iura.calum.cum in cauſa.ſupra de purg.c.quoties.§.j.in princ. & idem in omnibus alijs iuramentis,quæ à iure vel à iudice,vel à partibus ex neceſſitate deferuntur. Archid.

*d Idem de Ancha. Fō.*

Gloſſa ſequens quæ.& ſoluit.ſecundo ſoluit quæſtionem. tertio conſulit.

b *Præſtito.* Pone quòd vna die appellauit: ſequenti die iurauit.quęritur an ſit huic conſtitutioni ſatisfactum? Dixerunt Guil.& Gar.quòd non. & ſic dicebant fuiſſe declaratum per Nico.& arg.ad hoc.ff.de dam.infec.qui bona.§.ſi quis ſtipulaturus.& ſupra de elec.quia propter.in quibus habes quòd ſtipulaturus de dam. infec. eodem tempore debet iurare & ſtipulari.aliàs non eſt ei cauendum: & publicatio ſcrutinij, collatio, & electio inſimul fieri debent, non ex interuallo. vnde hæc videtur fuiſſe iſtius conſtitutionis mens, ꝙ incontinenti ſuper oppoſitis in appellatione iuretur. ad idem ff.de teſtamen.hæredes palā.§.fina.[e] Item ſecundū Ioā.Mo. & Archidia.dicas & bene,ꝙ ſi appellans dicat ſic: offero me paratum iurare omnia & ſingula &c. non eſt huic conſtitutioni ſatisfactum: quia conſtitutio iſta iuramentum exigit, non pollicitationē.ad idem,C.de vſur.acceptam.vbi dicitur ꝙ aliud eſt ſoluere: aliud eſſe paratum ſoluere. ad idē ſupra de eo qui mit.in poſ.cap.j.Item ſecundum eos vt plenè & in omnibus huic cōſtitutioni ſatisfiat,Primo ipſe tabellio fidē faciat in inſtrumento de ſacramento. faciat etiam fidem de tactura [f].licet enim durum videatur,quòd ob hoc nō valeat appellatio,ſi aliter probari poſſit tactura: tamen ſic fertur per Nic.fuiſſe declaratum. ADDITIO. Quod tamen non placet Guil. qui dicit quod ex quo in inſtrumento fit fides de iuramento,omnia præſumentur ſolenniter acta.inſti.de fideiuſ.§.fi.&.C.de contrahen.& commit. ſti.l.j.Sed vt dicit Ioan.Mo.& Archid.illud verū de qualitate intrinſeca: ſecus in extrinſeca.ff.de pub.in rem ac.l.quæcunque.ad fi.& indu cit Arch.quod no.Compoſt.ſupra e. cū dilecti.ad fin. Eſt ergo neceſſe etiam de qualitate iuramenti ( quæ de ſubſtantia eſt)fidem fieri.Ioan.And.

*Appellans vna die & ſequēti die iurans, an ſatiſfaciat cōſtitutioni vt circa.*

*e Idem Io. Mo. & Archi. qui dicit quòd ſic ſeruat curia.illud etiā probat litera infra quæ ſic exprimūt, nō dicit expreſſerunt.Ioā. And.*

*f Idem de Anchar. Font.*

Gloſ.ſeq.quærit,opinionem ponit,& contrarium ſoluit.

g *Probare.* ſi autē dicat ſe credere poſſe probare ea quę ſufficiant ad victoriā ſuæ cauſę,non eſt huic conſtitutioni ſatiſfactū:nec valet appellato.j.eo.is qui.Quid ſi appellās quædā probauit ex oppoſitis & iuratis,quæ bene ſufficiūt ad victoriam ſuæ cauſæ.& quędā non probauit:quid erit?Dicunt quidā,ſcilicet Gar.eū ſuccūbere.ad hoc de proba.licet.verſi. itē quoque.& ita dicunt quidam ſcilicet Gar.Nico.interlocutum. Contrarium tamen eſt verum:quia conſtitutio iſta intēdit vt videatur ſolam calumniam excludere.non enim iurat ꝙ ſint vera: ſed ꝙ credit ea vera. ſic etiam intelligit Hoſtiē.ſupra eo.ſtatuimus. de cre.illa,licet. nō ob. quia ibi ſe adſtringit ad vtrūque probandū vnde mos gerendus fuit.ff.de proba.l.circa.Idem Ioan.Mo.

*Opponens plura, & probans alterū quod ſufficit ad victoriam, an dicatur ſuccumbere.*

d *Alioquin.* id eſt ſi non expreſſerint omnia quæ intendunt opponere. Alij exponūt,& male,alioquin,id eſt ſi nō iurauerint.vnde dicūt quòd pœna iſtius cōſtitutionis eſt ſolū,ꝙ ſi non iurat,non audiatur ſuper non expreſsis.Sed hoc eſt falſum:quia ſi non ſeruat conſtitutionē, in nullo valet appellatio.& eſt expreſſum.j.eod. is qui.& ibi etiam dicā.& probat hoc cle.eo.titu. conſtitutionem in fine.

Gloſſa ſeq.reci.per quæſtionem,ad quam ponit opi.Gar.& contrariam Guil.

e *Adhærentes.* Dixit Gar.Io.Mo.& Archi.quòd adhærentes debent ſeruare hanc conſtitutionem vt principale, aliàs nō audirentur:aliàs enim non præcluderetur via malitijs,quod intendit iſta conſtitutio.ad hoc.j.e.auaritiæ. & ita dicit Papam Nico.interlocutum.Archi. dicit curiam ſic tenere. Sed Guil.contra.quod potius credo,cum hæc conſtitutio (nulla quantum ad hoc de adhærentibus mentione facta)dicat appellantem iurare debere, & crimina ſpecificare. adhærentes ergo quandiu appellans proſequetur negotium, ad non tenentur:arg.de deci.ad audientiam.hic tutum, C nec honeſtum,cogi multitudinē ad iurandum: illo verò defuncto,vel proſequi omittente: ſi ipſi velint proſequi, bene iurabunt & ſpecificabunt. Et ſcias quòd non admittentur ex virtute appellationis adhærentes, niſi intra tempus quo appellaſſe debuiſſent, appellationem expreſſe ratificauerint, & dixerint ſe adhærere velle. ij.queſt.vj. non ſolent.ff.rem ra.habe.l.bonorum.

*Conſtitutionis circa, an afficiat adhærentes.*

f *Expreſſa.* ſingulariter,vt dictū eſt. ADDITIO. Satis ergo probat hæc litera,quòd ſi aliqua ſufficienter expreſſerit,aliqua non:valet appellatio quo ad ſufficienter expreſſa, dummodo in alijs fuerit ſeruata conſtitutio.& patet in cle.cōſtitutionem. §.j.& ij.eo.titu.Ioan.And.

Gloſſa ſequens quærit,& ſoluit.

g *Interdictum.* alius autem qui non appellauit,nec adhæſit: poterit ſe opponere: non poteſt tamen proſequi in cauſa illa pro intereſſe communi articulos non ſpecificatos. quod dic vt in cle.e.tit.conſtitutionē.§.ij.& ſic debet intelligi. j.eo.ſi forte.ibi,aut dabit initiū &c.vel ſuperior ex officio ſuo inquiret hoc:ne electus forſan criminoſus aſcēdat ad apicem. xxiij.diſt.qui epiſcopus. Quid ſi appellans qui deficit in D probatione obiectorum,vel cuius appellatio reijcitur:offert ſe paratū probare incontinenti electū excommunicatū?Dic ſecundum Guil.&Gar.ꝙ non admittetur tāquàm pars:quod dic vt in cle.e.tit.conſtitutionē. §.inſuper.nam etiā per modum querelæ nō audiretur,vt ibi:ſed ſuperior ex officio inquiret de hoc. & hoc ſi probationes ſint in promptu. aliàs non.ſic enim retardaretur confirmatio.taceat ergo.ij. q.vij. plerunque.in prin.vj.q.ij.ſi tantum.

h *Emerſerit.* vt ſi de nouo homicidium commiſit,vel aliud mortale. ADDITIO. Exemplum patet.j. de iureiur.ca.ſi. Ioannes And.

i *Antiquis.* tunc notis,ſed non oppoſitis.ſi verò fuiſſent oppoſita circunſtantijs omiſsis, non audiretur volens illa exprimere etiam cum iuramento, quod ſequitur: vt in cle.eo. conſtitutionem.ij.reſpon.& quæ eſt ratio,ibi no.Ioan.And.

k *Peruenerint.* cū enim ab initio probandi non habuit facultatem,exprimere non debuit.ij.q.vij. plerunque. in prin.nō ſic in caſu.j.eo.nulli.vt ibi dixi. Ioan.And.

l *Veriſimiliter.* vt quia non conſueuerant multam familiaritatem habere cum iſto electo.& quę opponuntur,non erant publica.& in facto alieno eſt probabilis ignorātia.ff.pro ſuo l.vltim.Gar.

*Ignorantia eſt probabilis in facto alieno.*

m *Ignorantia.* vt in vltimo caſu quo de ignorantia dicitur.

n *Superueniente.* vt in ſecundo caſu.In primo ergo caſu non iurat,



iurat,niſi vt excludat calumniam,vt ſequitur.

Gloſ.ſeq.recit.per obiectionē de regula,pręſumitur.& ſoluit. ſecunda pars recitetur per quæſtionem & ſolutionem.

a *Per proprium.* Not.ignorantiam probari per iuramentum. j.eo.nulli.& ideo compelluntur iurare, quia debuerunt ab initio quærere: & quia pręſumūtur malitioſe hoc opponere:aliàs quilibet pręſumitur ignorans.j. de reg.iur.pręſumitur. vbi de hoc dixi per hanc litterā,per ꝓpriū.dixit Guil. ꝙ generalis procurator nō pręſtabit hoc ſacramentū:ſed ſpecialis (ſcilicet habēs ad hoc mandatū) bene. ſic dicit ſe obtinuiſſe,ad hoc.ff. de iureiur. iuſiurādum ꝙ.§.procurator. C. de procurato.l.in pecuniarijs. ad hoc.j. eo.procurator. vide Barto.in.l.inter omnes.§.recte.ff.de furtis.

*Iuramētum propriū dicitur quod præſtatur per ſeipſum vel per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum.*

facultate probandi, fidem per proprium [a] præſtandum corporaliter faciant iuramentum, hoc adiiciendo in iuramento eodem, quòd ad ea probanda credunt ſe ſufficientes probationes habere. Illa ſane, quæ felicis recordationis Innocentius Papa quartus contra non plene probantes ea quæ in formam vel perſonam obiecerant, ſtatuit [b], in ſuo volumus robore permanere.

b *Statuit.* ſupra.e.ſtatuimus. ibi enim ponitur pœna deficientis in probatione,hic pœna non ſeruantis hanc formam in appellando.

### Idem in eodem.

*Electus ante confirmationem adminiſtrare non debet per ſe vel per alium, in totum,vel in partē ſub quocūque colore:qui contra fecerint,ipſo iure priuati ſunt iure ex electione quæſito.Ioan. And.*

### CAPITVLVM V.

AVaritiæ cæcitas [c],& damnādę ambitionis improbitas,aliquorū animos occupātes,eos in illam temeritatē† impellūt,vt quæ ſibi à iure interdicta [d] nouerint, exquiſitis fraudibus [e] vſurpare conētur.

Nonnulli ſiquidē ad regimen Eccleſiarum [f] electi:quia eis, iure prohibēte, non licet ſe ante confirmationem electionis celebratæ de ipſis,adminiſtrationē Eccleſiarum,ad quas vocantur,ingerere [g] ſ[illegible]pſam ſibi tā quā procuratoribus ſeu œconomis committi procurant.

B Cūm itaq; nō ſit malitijs hominū indulgendū [h],nos latius [i] prouidere volētes, hac generali cōſtitutione ſancimus: vt null⁹ decętero adminiſtrationem dignitatis,ad quā electus eſt,prius quàm celebrata de ipſo electio cōfirmetur [k],ſub œconomatus [l], vel procurationis [m] nomine,aut alio de nouo

AVaritiæ.} Diuiditur in quatuor partes ſecundum Ioan. Mo. Prima ponit prooemium ad dicēda.Secunda narrat fraudem contra ius antiquum:ibi, Nonnulli.Tertia illā fraudem reprobat:ibi,Cum itaque.Quarta pœnam apponit:ibi, Omnes,Ioannes And.

Pro intellectu iſtius.c.pręſupponendum eſt quod habetur in.c.qualiter.eo.titu.in an.vbi dicitur quòd quantuncunque quis fuerit electus in concordia nemine diſcrepante, non C debet ſe ingerere ad adminiſtrationem niſi fuerit per ſuperiorem confirmatus: per quam confirmationem acquirit poteſtatem adminiſtrandi:ſed non habet facultatem ordinādi ante conſecrationem: & proprie ante conſecrationem non vocatur epiſcopus, ſed electus. quòd ſi ante confirmationem ſe ingerit adminiſtrationi: priuatus eſt ipſo iure electionis: & eligentes poſſunt alium eligere. Secundo præſupponendum eſt quòd vacante eccleſia cathedrali, iuriſdictio & poteſtas ordinandi eſt apud capitulum illius eccleſiæ: ita quòd capitulum per ſe poteſt exercere iuriſdictionem. c.olim.de ma. & obe.in an. Et ea quæ ſunt ordinis, poterit per alium exercere. CASVS. Vacante eccleſia Pictauenſi, canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri prælati: tractatu habito inter eos elegerunt quendam Titium: qui Titius antequam eſſet confirmatus, requiſiuit à capitulo vt capitulum ipſum conſtitueret œconomum vel procuratorem ad adminiſtrandum bona epiſcopatus: quæritur an ſub iſto colore poſſet ſe ingerere adminiſtrationi ante confirmationem? Reſpondet Roman.Pont.quòd non: aliàs ſi ſe ingerat, perdit ius ſibi quæſitum ex electione: ideo electus ante confirmationem nec directe nec indirecte debet ſe ingerere adminiſtrationi. quòd ſi fecerit: eligentes vel ſuperior poterit prouidere de alio.nam facta electione eccleſia adhuc dicitur vacare.Vnde ſicut matrimonium carnale initiatur per ſponſalia per verba de futuro: perficitur ſequente conſenſu per verba de præſenti:& conſummatur per carnalem copulā:ſic matrimonium ſpirituale initiatur per electionem:perficitur per confirmationem:& conſummatur per conſecrationem. Nota primo id ad quod allegatur iſte textus:videlicet quòd auaritia excæcat homines vt non videant ea quæ ſunt recta. Nota inſuper principalem effectum huius.c.quòd licet ſede vacāte capitulum habeat adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus,& eam poſsit alij committere: non tamen poteſt committi electo vt adminiſtret tanquam procurator vel œconomus: aliàs fieret fraus ad cap.qualiter alleg. Not. vlterius quòd ingerens ſe adminiſtrationi ante confirmationem, perdit ius ſibi quæſitum ex electione. Vnde electus ſine vitio ambitionis poteſt poſtulare & proſequi confirmationem ſuæ electionis: ex quo ſemel fuit vocatus à deo.

Auaritiæ cæcitas.De auaro habetur.xlvij.diſt.c.virū.&.c. A bonorū.&c.ſicut hi.per quæ iura apparet ꝙ per hoc vitium quis à deo ſeparatur.& huic largitas obuiat,quę ſancta in canone appellatur.xvj.q.ij.viſis.ver.diuinę &c.cupiditas verò ſęua nuncupatur.ſ.de iudæ.ita quorundam.in prin. Archid.

c *Cæcitas.* No.auarum appellari cæcū & ambitioſum.j.eo. quorundā.excæcant enim iſta animos vt agenda non videant & à prohitis nō declinēt:vt ibi,& xlvij. diſt.virū.&c.ſicut hi. Et quis dicatur auarus,quis largus,quis prodigus, not.ſ.de cōſue.ex parte.Ioan. An. ADDITIO. Io. Mo. auarū dicit eſſe cęcum,vt tengit hic gl.in prin.& hoc probat tali ratione ſecūdū philoſophū,Poſſeſsio diuitiarum eſt in diſtribuēdo: auarus autē hoc nō faciēdo,non videt fructū diuitiarū:& ſic eſt cecus. Differt autē ſecūdum eū cupidus ab ambitioſo: vt dicit ver. Eſt cēſu cupid⁹: ſed honore vir ambitioſus.

*† No. optimum text. qui dicantur agere actū temerarie: quia ille, qui agit ſcienter actū ſibi à iure prohibitum, ſub colore fraudulento. vide textum qui ſi. ſunt legitimi. per venerabilem. ver. videbatur. & Io.And. in cle.1. de ſepul.*

d *Interdicta.* ſ. ante confirmationē adminiſtrare ſupra eod. noſti. &c.qualiter.& ſupra de præben.cum iam dudum.

Gloſſa ſeq.ſoluit quæſtionem & remittit.

e *Fraudibus.* Fiebat fraus quaſi de contractu ad contractum, & hoc prohibitū eſt,quod proſequere vt no. vigeſima quarta quæſtione tertia,plerique ſupra de priuil. quanto. &. ff.de legib.contra.

Gloſ.ſeq.ponit quatuor caſus exceptos.

C f *Eccleſiarum.* omnium, cum indefinite loquatur: quod verum intelligas niſi in papa. ſupra. e.licet. & idem ſecundum Hug. & Io.in imperatore,[a] qui hoc no. xciij.diſtinct. legimus. Alij contra. ſupra eo. venerabilem. & in caſu.j. eo.indemnitatibus.§. ſi verò.&.§.cæterum.& in vltramontano concorditer electo immediate ſubiecto domino papæ. ſupra eo.nihil.ad finem.

*a Vide Old. conſ. 107.in, de ele. & electi poteſta. Font.*

g *Ingerere.* vocari enim debent à Deo tāquam Aaron ſupra eo.qualiter.

h *Indulgendum.* ſupra.e.proxi.ff.de rei vend.in fundo.§.conſtituimus.vide ſupra de ſimo.nobis.in gloſ.

Gloſſa ſequens recitetur per obiectionem, quam dupliciter ſoluit.

i *Latius.* i.late.ſic.ſ.de accu.licet.prope ſi.ibi,potius.&.j. de iniur.etiā pignorationes.ibi,diſtrictius.hoc dico: quiā idem prouiſum eſt ex mēte priorum iurium.Vel dic proprie,quia hæc conſtitutio latius & clarius exprimit.Itē olim irritabatur electio:hodie aliter eſt:vt.j.ſequitur.

Gloſſa ſequens ponit triplicem rationem quare &c. ſecundo quærit & ſoluit.

D k *Confirmetur.* & tunc adminiſtrabit quę iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis:vt.ſ.e. trāſmiſſam. & eſt ratio quare electi ante confirmationē non adminiſtrant: quia aliàs de cōfirmatione non curarent [b],maxime ij qui non habent cōſecrari:& etiam confirmatio nil operaretur ſi adminiſtrationē per electionem haberent. Itē ſi contingeret electionē caſſari, non poſſent ſic de facili remoueri [c]. Quid dices de electo cōfirmato:à cuius confirmatione eſt appellatum: nunquid ſi adminiſtrabit appellatione pendente,incurret pœnam? & fuit diſputatum & terminatum olim Bonon.per Arch.ꝙ adminiſtrator talis incurrat pœnā.facit de app.oblatæ.ad fi.per.l.ff. de mu.& ho.l.reus. §.eū contra quē.(vide.ſ.e. per inquiſitionē.in vlti.gl.) & hoc niſi talis eſſet appellatio quæ non teneret.& ſic intelligitur de app.conſtitutis.

*b Ne ſe ſubmitterent periculo caſſationis. Io. And.*

*c Maxime in Alemania, vt dixit Ho. ſupra.e.qualiter.*

l *Oeconomatus.* Oeconomus, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur.C.de ſacroſan.eccle.l.iubemus. circa prin. Ioannes Andreæ.

*Oeconomi definitio.*

m *Procurationis.* Sumebāt hanc fraudem ex decrē.ſ.eo. cum nobis olim.in fi. ADDITIO. Inno.papa ibi loquitur:nec puto excuſari hodie electū per commiſsionē talē quam faceret inferior confirmator licet litera hęc contra:& Arch. loquitur obſcure, quia dicit electū pœna incurrere ſi ſine authoritate legitimi ſuperioris adminiſtrat. Et adde quod no. de ſimo.

Universidad de Deusto Biblioteca



de ſimo.ſicut tuis.in gloſ.ij.& quod ibi dixi.Ioan.And.

a *Colore*.quicunque fuerit ille,puta vicaria,cōmenda caſtal dionatus. vel dicebat ſe facere id vt canonicū ſecundū opi. Lau.qui not.hoc.ſ.eod. qualiter.

b *In ſpiritualibus*.vt excommunicare,abſoluere,interdicere, pœnitentias iniungere & ſimilia ſuprà de exceſ.pręla.accedentibus.

c *Temporalibus*.vt recipere cēſus & debita:habere curam colligendorum & conſeruandorum fructuum,& ſimilia. ADDITIO. Liberet tamen eccleſiam ſoluēdo quod debet ff. de neg.geſt.ſoluendo.ſed debitorē ſibi ſoluentē non liberaret.ff. de ſolu. vero procuratori. Ioann. And.

d *Pro parte*. Gerere enim videtur, qui minimā partem attigerit de hæreditate ff.de acquiren.hęre. ſi ſeruum.§. ſi quis ſeruus.

quæſito colore[a], in ſpiritualibus[b] vel temporalibus[c], per ſe vel per alium, pro parte[d] vel in totum gerere[e] vel recipere[f], aut illis ſe immiſcere præſumat:omnes illos,qui ſeçus fecerint, iure ſi quod eis per electionem quæſitum fuerit, decernentes eoipſo[g] priuatos[h].

Idem in eodem.

*Eligentes quàm citò commodè poſſunt, electionem electo præſentent, † lectus intra menſem conſentiat, aliàs priuatus eſt iure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſum excuſet. Poſt conſenſum confirmationem petat intra tres menſes, aliàs electio viribus vacuetur.Ioan.And.*

CAPITVLVM VI.

e *Gerere*.in iudicio,vel extra.ff.de verbo.ſignific.verba. & l.licet inter geſta.vbi ſic dicitur:Licet inter geſta & facta videatur quædam eſſe ſubtilis differentia:attamen inter geſtū & factum nihil intereſt.Ioannes And.

f *Recipere*. de prouentibus:ſic dicit lex in tutore. C.arbit. tut.l.fin.

Gloſſa ſeq.recitetur per quæſtionem.

g *Eoipſo*.ſcilicet ꝙ ſe adminiſtrationi immiſcuit:non autem eo ꝙ fecit ſe procuratorem vel œconomū conſtitui,ſi ſe nō immiſcuit[a]. hæc probantur per ſuperiorē literam,& verba cum effectu &c.de ele.non reſi.relatum. cum ſimilib. Idem Guil.Clericus,Pi.& Archidia.

*a Idē Do. Philipp.ex quo notāt quòd conſtitutio puniens facientem,non ligat parātem ſe ad faciendum Font.*

Gloſ.ſeq.recit.per obiect.dupliciter, & ſoluit. finis recit. per obiectionem.

h *Priuatos*.ipſo iure:olim verò per ſententiam.Niſi velis dicere quòd adminiſtrantes vt electi nullo colore quæſito priuandi ſint per ſententiā,per antiqua iura:adminiſtrātes quęſito colore priuati ſint ipſo iure:vt hic. quod ſatis mihi placet,vt euitetur correctio iurium:vt.j.eo.cùm expediat. Sed primum verius ſecundum Gar. & Archid.& pro eo.j.eod. cupientes.§.cæterum. Et ſi electus aliàs nullū ius habebat ex electione,vel ei renunciauerat:tenetur ad fructuum reſtitutionem, & aliàs iudicis arbitrio puniri debet ſecūdum Guil. ſupra eodem dudum.ij. ADDITIO. Secunda opin. huius gloſſæ quæ placet Ioan.And.placet etiam Ioan. Mo. qui inducit illud Greg. Simulata æquitas, duplex eſt iniquitas.quod eſt dicere,dupliciter peccat qui facit malū, & abutitur bono.& facit ad hoc.j de dolo & contu.eū qui.&quod ibi not.Hier.ad Celantiam.vj.multo deformior eſt ſuperbia quæ ſub humilibus ſignis latet. vide quod no.in cle.ad noſtrum.in ſi.de hæreti.

*Electus ad miniſtrans ante confirmationem an ſit priuatus ipſo iure, vel per ſententiam.*

*Aequitas ſimulata, duplex eſt iniquitas.*

QVàm ſit. Premiſſa conſtitutionis cauſa ſtatuit tria tempora ab antiquis iuribus non prouiſa. Primò tempus electionis præſentandę ſine adiectione pœnæ.Secundò ibi, Electus.tempus conſenſus præbendi pœnam apponens. & vnum caſum excipiens. Tertiò ibi, Cæterum. tempus petendi confirmationem, & pœnam opponit, & determinat: quod ſatis no. Hoſtienſis in ſumma huius tit. §.ſi.ver. quid ergo ſi capitulum. in fin. Ioannes Andreæ. CASVS. Cauetur in.c. ne pro defectu. eodem titul.in an. quòd illi ad quos ſpectat electio in Eccleſia cathedrali vel collegiata, debent eligere intra tres menſes numerandos à tempore vacationis. & ſic ibi ſatis eſt prouiſum circa electionem: ſed non fuit prouiſum circa tempus intra quod debeant electo præſentare electionem.ad hoc emanat iſtud cap.ſcilicet quòd eligentes debent quam citò cōmodè poſſunt electionem præſentare electo:& ipſum requirere vt conſentiat vel diſſentiat electioni. & iſtud tempus hodie eſt redactum ad tempus octo dierum,cap.cupientes.j. eod.Sed vellem informari vtrum electus facta præſentatione & requiſitione teneatur incontinenti conſentire vel diſſentire: vel vtrum detur ſibi tempus ad deliberandum? Reſpondet quòd electus facta ſibi præſentatione electionis non tenetur incontinenti conſentire: ſed habet vnum menſem ad deliberandum: & intra illum tenetur declarare animum ſuum quòd

A conſentit.Si autē non cōſentiat intra menſem,tunc ipſo iure perdit ius ſibi quęſitū ex electione:niſi fortè cōditio perſonæ aliud requirat:quia fortè erat religioſus qui fuerat elect⁹ in epiſcopū,qui nō poteſt cōſentire ſine licentia ſui prelati, ca.ſi religioſus.j.e.& nō poteſt in breui tēpore habere licētiā ſui abbatis: quia abbas forte eſt abſēs in remotis partibus. Sed quid ſi elect⁹ cōſentit electioni intra menſem? vtrū pro libito ſuæ voluntatis poſſit petere confirmationē ſuæ electionis:vel verū ſint tempora ſtatuta? Reſpōdet quòd intra tres menſes tenetur petere cōfirmationē ſuæ electionis:& ſi intra illos tres menſes nō petierit, ipſo iure perdit ius ſibi quæſitum ex electione: & eligentes poterunt alium eligere.

QVàm ſit eccleſijs ipſarum diſpendioſa vacatio, quàm periculoſa etiam eſſe ſoleat animabus: non ſolum iura[i] teſtantur,ſed etiam magiſtra[k] † rerum efficax experientia manifeſtat. Cupientes itaque competentibus remedijs vacationū diuturnitatib⁹ obuiare, hoc perpetuo decreto ſtatuimus: vt ſiquando fuerit electio in aliqua

B Eccleſia[l] celebrata, electores electionē ipſam quàm citius[m] commodè[n] poterunt, electo præſentare, ac petere conſenſum ipſius procurent. Electus verò illum

*† No.quòd experientia rerū eſt efficax magiſtra. Et ſic facit ꝙ doctor vel artifex non dicuntur effectualiter magiſtri ſine practica.*

Not.primò ꝙ celebrata electione non poſſunt electores pro libito ſuæ volūtatis celare electionem: ſed illam debent publicare ſolenniter clero & populo: & publicata electione, electores debent illam præſentare electo vt conſentiat vel diſſentiat. Not. quòd electus non tenetur incontinenti declarare animum ſuum, immo non debet de honeſtate: ne videatur affectare dignitatem: tamen poteſt ſi velit. Not. quòd electus facta ſibi prçſentatione electionis, debet conſentire intra menſem: & ſi intra menſem non conſenſerit, electores poſſunt alium eligere:quia illa eccleſia eſt libera,& vacat. Not.vlterius ex text.iuncta gloſſa quòd Papa poteſt alicui inhibere ne conſentiat electioni de ſe factæ:& talis inhibitio annullat cōſenſum electi:ita quòd electus non poteſt conſentire:quia non

C minorem habet poteſtatem Papa in clericos, quam abbas in ſuos religioſos:& tamen religioſus non poteſt conſentire ſine conſenſu ſui abbatis. cap. ſi religioſus.alleg. Not. finaliter quòd facta declaratione per electum quòd cōſentit electioni de ſe factæ:debet petere confirmationem ſuæ electionis intra tres menſes.non dico quòd obtineat:quia ſufficit ꝙ petat,& faciat quod in ſe eſt. Vnde ſciendū ꝙ in Eccleſijs ſecularibus ſufficit quòd fiat electio intra ſex meſes. capitulo ſecundo de conc.preben.in an.quia ille ad quē pertinet prouiſio,habet ſex menſes:vt dicto cap.ij.qui ſex menſes currunt à tempore notitiæ,c.quia diuerſitatem.eo. tit.de conceſ.præben.in an.

i *Iura*. l.diſt.poſtquam.ſ.eod.ne pro defectu.& cap.cum inter vniuerſas.

k *Magiſtra rerum*.dicit philoſophus,Natura potentem,ars facilem,vſus promptum reddit artificem: & cuilibet artificio prębet experientia nutrimentū.ff.de leg.iij.l.legatis.§.ornatricibus. ADDITIO. Ioan.Mo.allegat ſecundam conſtitutionē Codicis.§.j.&.C.de iudi.l.certi. In prima lege cōmen

*Artificium per experientiam recipit incrementum.*

D datur iuriſperiti experientia rerū.In ſecunda cauſarū experti iudices dari poſſunt.Ioan.And.

l *In aliqua Eccleſia*. No. quomodo hæc litera loquitur indiſtinctè.ad hoc ſupra de teſtam.relatum. in princ. cum concor.ibi poſitis.& ſupra de coniug.lepro. quoniam. in gloſ. pen.Archid.

m *Quàm citius*.eſt hoc tempus ad arbitriū boni viri:cū lege vel canone nō terminetur.ff.de iure deli.l.j.&.ſ.de offic.deleg.de cauſis.& magis intellectu,quàm elocutione certa exprimi poteſt.de dona. Apoſtolicæ.

n *Commodè*.ſ.eo.quia propter.xxij.queſt.ij.faciat.ff.de ver. ſigo.l.nepos Proculo.ſi autem electores fuerunt negligentes in præſentando,non nocet electo:quia non debet per alterum alteri iniqua conditio afferri.ff de reg.iur.non debet: & eſt expreſſum.j.e.cupientes.§.cęterū.& tene hodie quod ibi habes:quia ſi eligentes differūt electionē prçſentare intra octo dies poſtquam cōmodè poterunt, totaliter quo ad ſe excluſi ſunt à proſecutione proceſſus: & ab eccleſiaſticis beneficijs quæ in illa eccleſia obtinent, per triennium continuum ſunt ſuſpenſi.electo per hoc nullum ſit præiudiciū. hoc habes in prædicto.§. cæterum. Et ſcias quòd illud locū habet generaliter in omnibus electionibus:non in illis tantum de quibus aliàs loquitur decre. cupientes.vt ibi dicam, & hoc probat principium ipſius decret.

Gloſſa



Gloſſa ſeq.recit. per quæſtionem.

a *Menſem*.ſubaudi computandum à tēpore &c. Et dic ſecundū Guil.& Gar.Ioan. Mo. & Archid. quòd tot dies habebit iſte mēſis, quot habuerit ille in quo præſentata fuit electio: & ſi dies aliqui lapſi erant,ſuppletur de menſe ſequenti.[a] & probatur aperte ſupra de ſup.negl.prӕl. licet. vbi duo ſemeſtria faciunt vnū annum. Si enim diceremus quòd menſis deberet xxx. dies habere, iā non facerent duo ſemeſtria integrū annū: ſed ſolum ccclx.dies.ſi.xxxj.eſſent.ccclxxij.ſi.xxviij.[b] cccxxxvj. Eſt ergo neceſſarium cōcludere,quòd fieri debet cōputatio ſecundum quod menſes occurrunt & faciunt ad hoc quę notantur. ff.de diuerſi.& temp. præſcript. l. ij. & idem intellige in tribus menſibus datis ad eligendum, & tribus ad confirmationem petendam: vt infra ſequitur. ADDITIO. Menſis debet xxx. dies habere: vt tenet Pe. de ſent.excommuni.ſacro.per.c. de illicita.xxiiij.quæſtio.iij.& quia eſt quoddam medium: & quia vulgus ſic recipit. Ioannes Andreæ.

*† Not.quòd vbi validitas actus celebrati pendet ex voluntate alterius,cogi poteſt ille volūtatem ſuam declarare.facit l. Iulianus.§. ſi quis colludete.j.reſp. de act. em. Pet.Font.*

*a Idē Bar. in l.cum biſext⁹. ff.de verbo.ſign. gl.in l.ii.ff. de diuer. et tem.Font.*

*b Iuxta quòd vulg⁹ recipit quatuor ſeptimanas pro menſe.Ioā. And.*

adhibere intra menſem[a] à tempore præſentationis huiuſmodi teneatur. † Quem ſi electus ipſe vltrà præſtare diſtulerit[b]: iure, ſi quod ei ex ſua electione fuerat acquiſitum, extunc[c] ſe nouerit eoipſo[d] priuatum;niſi forſan ea ſit electæ perſonæ conditio[e], vt electioni de ſe celebratæ abſque ſuperioris ſui licentia,ex prohibitione, ſeu quauis prouiſione ſedis Apoſtolicę,conſentire non poſsit;quo caſu idē electus, ſeu electores ipſius,conſentiēdi licentiā ab eius ſuperiore cū ea celeritate[f],quam ſuperioris ipſius præſentia vel abſentia permiſerit,

b *Diſtulerit*.per hoc patet quòd ſi impeditus fuerit,nō currit ei tempus: quia impeditus non differt. de conceſ. præben.quia diuerſitatem.& facit quod in vltimo caſu inferius dicitur.

*Differre non dicitur qui impeditus eſt.*

b *Diſtulerit*.negligentiā notat,& cauſam iuſtam,ſiue impedimentum excludit:vt patet.j.eod. § vlt.& ſupra eo.ne pro defectu.vbi de hoc.& patet in eo quod leg.& not.lxj.diſtin. bene nouit.Archi.

c *Extunc*.extremum tempus ſignificat.ff.de condi. & dem. ſi is.§. ſi ita.vnde vſque ad finem menſis poterit expectare. ADDITIO.Adde quod notatur.j.de reſtit.ſpo.frequens.in gloſ.quia dies.in fin.Ioan. Andreæ.

d *Eoipſo*.nec requiritur alia priuationis ſententia: licet vbi dubium eſſet,declarari poſſet ſententialiter illum eſſe priuatum.& adde quod dicam.j.e.commiſſa.

Gloſſa ſeq.exemplificat,& quæſtionem ſoluit.

e *Conditio*.vt quia Papa prohibuit quòd nō conſentiret electioni de ſe factæ:vel monachus,canonicus regularis,vel alius frater eſt:qui ſine licētia ſuperioris conſentire non poſſunt.j.eo. ſi religioſus.j.reſp. Licentia autē obtenta,dico ꝙ habebit menſem integrum.illi enim non currit,niſi ex quo conſentire potuit ſupra eo.ver.electus.de conc.præbē.quia. C.de anna.excep.l.j.§.fin.Ioan.And.

f *Celeritate*.ſi hoc in dubium reuocetur: boni viri arbitrio terminetur.ff.de verborum obligatio.l.continuus.§.ij.de dona.Apoſtolicæ.

g *Obtinere*. ſi ſuperior illam dare nolit: dic vt dicam infra eodem ſi religioſus.& voluit Guil. intantum adhærere huic literæ, quòd dixit quòd niſi obtineatur, puta quia ſuperior non vult dare,quòd electores ad electionem procedere poſſunt: quia ſatis videtur iniquū. Vnde intelligo obtinere inquantum in eo eſt ſecundum Gar. Verius eſt dictum Guil.[e] vt in gloſſa ſequens.

h *Facultatem*. ſupple & electus iure ſi quod ſibi competebat,ſit eoipſo priuatus,per extrauag. Benedicti eod.titul.ſi religioſus. ADDITIO. Et per illam extrauag.terminatum eſt quod diffuſè tractat hic Ioan. Monach.in additione ſcilicet an ſi poſt tempus obtineatur licentia: fieri poſsit illius electionis confirmatio. & patet quòd non. Item patet quòd licet electores non eligant alium:non conualeſcit ius electi. Ioannes And.

*e Idē Phil. vnde no. regulā quòd vbi licentia requiritur, debet expreſſè obtineri: neque ſola petitio ſufficit,niſi in caſibus notatis in cap.j.ſupra de re.Font.*

i *Tres menſes*.de diuerſis temporibus vide quod dicam infrà eod.ſi electio.

Gloſ.ſeq.primò not.ſecundò ſoluit quæſtio.tertiò quęrit, ſoluit,& ſolutionem determinat.

k *Petere*.ſufficit petere,licet nō obtineat ex quo per eū non ſtat. In cōfirmationib⁹ cathedraliū vel regulariū eccleſiarū quæ ex immediata ſubiectione vel appellatione habent peti à Papa,ſerua decretalē Nico.j.eo.cupiētes. Et ſcias ſecundū Guil.& Gar.& Ioan.Mo. ꝙ ſufficit ſi electores petant. ſ.eo.

A cum inter canonicos.&.c.cum dilectus.&.c.dudum.in prin. & electo tūc nil petente vitatur hæc pœna. Item electus per ſuum procuratorē confirmationē petere poterit.ſ. de reſcr. cum dilecta.ſaluo quòd ſemper decre.cupientes.ſeruetur in ſuo caſu. Sed pone quòd amicus eius nomine confirmationem petijt ſine mādato: nunquid ſufficit? Sic,dummodo ratum habeat: quia & in iudicijs:vt.ff. de iud. l.licet. & in cōtractibus. C.ad maced.l. vlt.} Et in quaſi contractibus ff.de nego.geſt.Pomponius.j. Et in diſtractibus.ff.de ſolu.vero procuratori. in fin. & in vltimis voluntatibus.C. de donat. inter virum & vxorem l.antepenult.} Et in maleficijs. ff. de vi & vi arma. l. j. §. quoties. ratihabitio retrotrahitur, & comparatur mandato infra de ſentent.excom. cùm quis. & infra de regu.iur. ratihabitionem. vbi dicam de hoc. Et intelligas quòd debet ratum habere ante lapſum illorum trium menſium: aliàs ratihabitio poſtea facta non prodeſſet.[d] ff.rem ratam haberi.l.penul.

*Confirmatio electionis petita per amicum electi et ſine mandato, poteſt rata haberi per electum.*

petere ſtudeant & habere. Alioquin ſi lapſo tempore pro eiuſdem ſuperioris præſentia vel abſentia (vt præmittitur) moderādo,huiuſmodi licentiā eos nequaquā obtinere[g] cōtingat:electores extunc ad electionem aliam procedēdi liberā habeant facultatem[h]. Cæterū quiuis electus, intra tres menſes[i] poſt conſenſum electioni de ſe celebratę prę-

B ſtitū,cōfirmationē electionis ipſius petere[k] non omittat. Quod ſi iuſto[l] impedimento ceſsāte,intra huiuſmodi trimeſtre tempus omiſerit: electio eadem eoipſo viribus vacuetur[m].

Idem in eodem.

l *Iuſto impedimento*.puta infirmitate,viarum diſcrimine,ſuperioris impedimento. {Vel longa ipſius diſtantia: vt dixit Gar.infrà eodem cupientes. poſt princip.} Frequenti curiæ mutatione, vel alio ſimili. ff. ſi quis cau. l. ij. ſupra de pigno.ſignificante. de appel. cùm parati.xviij. diſtinc.Epiſcopus ad ſynodum.cum ſi. Et nota hoc tempus quodāmodo vtile:quia non ceſſantibus non officit. C. de inoffi. teſtam. contra maiores ſupra de reſcr.ſi autem.& cap.plerunque ſu-

C pra de except.paſtoralis.ſuper.iiij.gloſsā. ADDITIO. Aduerte quod l. ij.§. quod diximus.ff.ſi quis cau.ſuperius allegata ponit exēplum in eo qui ſiſtere non potuit propter tempeſtatem maritimam, vel terreſtrē, vel vim fluminis,vt quia pons fractus,vel nauigari non poterat. Ioannes Andr. in nouella.

*d Idē Pet. de Anch. vnde no.ꝙ non potes actū ratificare in tempore quo nō potes illum gerere. vide glo.in ca. vt circa eo.ti. & li. Do.& commendat iſtū tex.l.u.Ro in.l.ii.c od. qui admit. ad bo. Fōs.*

Gloſ.ſeq.primò ponit duas opiniones.ſecundā approbat. ſecundo ſoluit dubium.tertiò quærit & ſoluit.

m *Vacuetur*. dixit Gratias per ſententiam: & ideo aliud in iſto caſu quàm ſuperiori: quia maius vinculum contractum eſt poſt conſenſum quàm ante: & ideo difficilius rumpitur. Gulielmus contra. quod puto verum, {Idem Cle.Pi.Ioannes Monachus & Archidiaconus.} cùm hic dicat litera,eoipſo viribus vacuetur: per quod ſatis patet quòd eſt canon latæ ſententiæ, non ferēdæ[e]. hoc eſt ergo ius nouum.nam olim ſi poſt præſtitum cōſenſum non petebat electus cōfirmationem:nunquam propter hoc cadebat à iure ſibi per electionem iam quæſito:ſed per ſuperiorem cogebatur ad confirmationem petendam ſecundum ea quæ notat Innocen. & poſt eum Hoſtien. & Compoſtellanus de electio. cum in cunctis. Et nota ſecundum Gulielmum quod hic ſtatu-

D tum eſt in electione,intelligi & in poſtulatione,quia eadem eſt ibi ratio. de conſtitut. tranſlato. {Secus in prouiſione. nam illius non petitur confirmatio:vt patet infrà de pręb.ſi tibi abſenti.} Quid ſi poſtea confirmationem petat electus, & eam obtineat? Dico non poſſe conualeſcere quòd à principio fuit nullum:& peccat detinendo epiſcopatū:nec facit fructus ſuos niſi confirmatio ſcienter fuiſſet facta per illum qui aliàs ſuo iure conferre potuiſſet ſecundum Guil. & facit quod notatur ſuprà de ætate & qualitate. cum bonæ. Ioannes And.

*e Idē Do. qui dicit idē ſi ponerentur iſtæ dictiones, ſtatim,mox prorſus, protinus, funditus. Font.*

P*erpetuo*.} Primò ponitur declaratio, ſecundò continuatio: ibi, Licet.Ioannes. & hoc habet in effectu. Conſentiens ſcienter in indignū, non eſt priuatus poteſtate eligendi ipſo iure:niſi ex illo conſenſu cum conſenſu aliorum fuerit ſecuta electio.

Preſupponendum eſt primò pro intellectu iſtius cap.illud quod habetur in.c.quia propter.iūcto.c.cū in cunctis.eo.tit. in an.& pœnę illorū qui ſcienter eligūt indignū. Vnde ſciendum ꝙ ad electionē de aliquo faciendam poteſt procedi vna de tribus vijs:videlicet via ſpiritusſancti: via cōpromiſſi, & via ſcrutinij:vt d.c.quia propter.Forma ſpiritusſācti eſt quādo nullo habito tractatu inter eligētes,nec cōuentione,ſtatim ꝙ eligētes cōuenerūt in loco ſolito,clamāt vnanimiter

nos,

nos talem eligimus, nullo contradicente, & nulla diſputatione facta inter eos. vel vnus eligentium dixit, Ego eligo talẽ: & omnes alij dicunt ſimiliter. Alia eſt forma cõpromiſsi. & illã conſueueramus obſeruare in electione rectoris huius vniuerſitatis: ſed hodie ſeruatur forma ſcrutinij: quanquam non obſeruemus omnia quæ ſunt de forma ſcrutinij. Vnde forma compromiſsi eſt, cũ eligẽtes vidẽt ſe in diſcordia: ita ꝙ non poſſunt cõuenire, tũc transferũt poteſtatem eligendi in aliquos. Alia eſt forma ſcrutinij quæ eſt difficilior, de cuius ſubſtantia ſunt plura. Primò ꝙ eligẽtes debẽt conuenire in loco capitulari: & deliberare qua via procedant, aſsignando diẽ qua procedent in electione facienda. ad quã diem debent abſentes citari: qua die adueniente ipſi eligẽtes conuocati in loco deputato, debent eligere tres ſcrutatores de ipſorum corpore: qui ſcrutatores debent ſe trahere ad partem & locum ſecretum: & eſſe in loco tam remoto ꝙ vota & deliberationes aliorum non poſsint ab alijs intelligi: qui ſcrutatores interrogabunt vnumquenque eligentiũ, quem eligunt: quæ deliberationes omnium debent in ſcriptis redigi. & auditis deliberationibus omnium, iſti tres ſcrutatores debent publicare ſcrutinium & legere: & fiet collatio zeli ad zelum, numeri ad numerum, meriti ad meritum: & illa examinatio ſecreta vocatur ſcrutinium. Et in c. cum in cunctis dicitur ꝙ eligentes ſcienter indignũ, ſunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice. Hoc præſuppoſito caſus in hoc c. ſic figuratur. Ponamus quòd vacante eccleſia Pictauienſi, canonici conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri prælati: & ordinauerunt inter ſe quòd procederent ad electionem per formam ſcrutinij. vnde ipſi elegerunt tres ſcrutatores qui reciperent vota ſingulorum. tres vel quatuor ex canonicis nominauerunt ſcienter indignum, ſcilicet illegitimum vel imperfectæ ætatis. antequam procederetur ad electionem, pœnitentia ducti reuocauerunt nominationem ſuam, & voluerunt conſentire in alium. vtrum ſit locus pœnitentiæ: vel vtrum ſint priuati voce ſua pro illa vice: vel requiratur quòd alij fuerint ſecuti nominationem ſuam? Reſpondet quòd ipſi non ſunt priuati poteſtate eligendi: ſed requiritur perſeuerantia vſque ad electionem completam: & quòd ex votis & nominationibus illorum ſequatur electio. Nota primo quòd quis in ſcrutinio nominando ſcienter indignum, peccat: licet ex nominatione ſua non acquiratur ius electo quo minus eligẽtes poſsint alium eligere, niſi poſt publicatum ſcrutiniũ: quia publicato ſcrutinio non poſſunt amplius variare. c. publicato. e. ti. in ant. & hoc niſi ſcienter elegerint indignum: tunc enim poſſunt pœnitere: vt eſt hic textus. Not. vlterius quòd ſcienter eligens indignum eſt priuatus poteſtate eligẽdi pro illa vice. Et ſi omnes peccauerunt: tunc poteſtas D deuoluitur ad ſuperiorem. Si autem omnes peccauerunt vno excepto, tunc in illo remanet ius collegij: & ipſe ſolus poterit eligere.

† Aliàs per pœnã, & forte meli⁹.

† Not. qui ſcienter nominat indignum pœna eligẽti indignũ habet locum quando ſciẽter eligitur. s. e. cum in cunctis.

† Not. quòd vbi ipſo iure delicti pœna imponitur, attentans delinquere, ſi nõ perfecerit, eſto per ipſum nõ ſiat, nõ puniũtur. Bal. in l. ſi quis ... ff. ... And. in reg. in pœnu. de regu. Do. Pe. Bal. Font.

*Si non ſequatur electio, non eſt quis ex conſenſu in ſcrutinio ſciẽter habito in indignum, eligendi poteſtate priuatus. Hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM VII.

PErpetuo[a] † ſanctionis oraculo[b] declaramus, quòd ſcienter † in electionibus nominantes indignum, propter ſuffragium[c] in ſcrutinio præſtitum (niſi adeo in eo perſtiterint[d], quòd ex votis eorum cõmunis electio ſubſequatur) nequaquã eligendi B poteſtate priuẽtur[e]: † licet pro eo quòd indignum nominando ſcienter, contra cõſcientias ſuas agunt, & diuinam † vindictam[f], & Apoſtolicæ vltionis metum, quẽ qualitas facti ſuaſerit, poſsint non immeritò formidare[g].

Idem in eodem.

*Eligens, vel electioni conſentiens cõtra electum (niſi ex noua cauſa, vel nouiter ei pandita) ſe nequit opponere vel renunciare. Ioan. And.*

CAPITVLVM VIII.

NVlli licere decernimus poſtquam in ſcrutinio[h] nominauerit aliquẽ, & electio fuerit ſubſecuta[i], vel poſtquã præſtiterit electioni de ipſo ab

a *Perpetuo.* id eſt generali. vel id eſt perpetuò duraturo. xxv. q. j. quæ ad perpetuam.

b *Oraculo.* i. reſponſo. C. de legi. digna vox. Et dicitur oraculum, quia orando ſeu precando impetratur. cõcordat. j. de verb. ſig. c. ſi eo. li. ADDITIO. Archidiaconus. j eod. tit. c. fundamenta. in fine dicit quòd oraculum dicitur propitiatorium. Exod. xxvij. Fecit propitiatoriũ. i. oraculum. & in hoc ſenſu accipitur ferè per totã bibliam. Pro templo tamen poteſt accipi. iij. Reg. c. vj. vbi dicitur, In ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola. Dicitur etiam oraculum diuinum eloquium, cæleſte reſponſum, vel Imperiale reſcriptum. C. de ſacroſan. eccleſi. iubemus nullam. Item dicitur ab oro oras: & dat ibi verſum: Supplicat, implorat, petit, obſecrat, hæc notat oro. Vnde orator, id eſt actor, defenſor patronus, cauſidicus, aduocatus. Ioannes And.

*Oraculum quot modis dicitur.*

c *Suffragium.* i. conſenſum in ſcriptis redactum: cum ſcilicet dicit: ego talis talem nomino in prælatũ, & ſumitur ſuffragiũ pro auxilio, cõſilio, ſeu ſeruitio. xij. q. ij. quicũque ſuffragio. C. de ſuffra. l. vna. {Et ibi de hoc ſuper rubrica. Ioan. And.} ſuprà de cele. miſſa, cum Marthæ. in fi.

*Suffragium multa ſignificat.*

Gloſſa ſeq. obiicit, & quæſtionem ſoluit.

d *Perſtiterint.* ſed nonne publicato ſcrutinio compellũtur ad electionem. ſ. e. publicato. & c. in electionibus ſupra hoc lib. e. ti.? Sed dic illud verum, cum dignum nominant. ſi autẽ in collationibus forte appareat vel prius apparebat eum indignũ: tunc locũ habet hęc decretalis. & quod hic dicitur de peccato in perſonã, idẽ intellige de peccato in formã, & multo fortius: quia min⁹ eſt peccatum ADDITIO. Idem Ioann. Monachus.

Gloſ. ſeq. ponit opinio. & notat.

e *Priuentur.* Idem intelligo ſecũdum Gar. & Guil. de pœna ſuſpenſionis à beneficijs: cum ea non puniantur nominantes, ſed eligentes ſuprà eodem cum in cunctis. §. clerici. Et nota quòd conſtitutus in mortali, eligere poteſt ſicut & excommunicatus minori ſupra de cleri. excom munic. mini. ſi celebrat. & interdũ eligitur etiam qui mortaliter peccauit ſupra de iureiur. ſicut.

† Not. quòd ex impoſitione pœnæ quam facit iudex pro delicto, non euitat quis pœnam Dei. Do.

*Excommunicatus minori excommunicatione, vel conſtitutus in peccato mortali poteſt eligere.*

f *Vindictam.* ſic. C. de ſum. trini. libr. j. & ſupra eodem vbi. verſi. qui autem.

Gloſſa ſeq. quærit & ſoluit.

g *Formidare.* quæro quæ fuerit ratio dubitationis huius cõſtitutionis? Solu. Dicebat quidã olim, videlicet Inno. & Hoſti. & Compoſt. ſupra eo. dudum. quòd ſcienter nominantes indignũ in ſcrutinio, erãt priuati poteſtate eligendi, & probabant hoc tali ratione: certum eſt ꝙ tempore decr. cum in cunctis. annotuit. cum Vinton. adhuc non emanauerat decr. quia propter. vnde ex ſolis conſenſibus videbatur illa pœna inferenda: quia non erat tunc neceſſaria alia cõmunis electio. Sed contrarium eſt verum, vt hic vides: & triplici ratione. Primo quia illa iura puniunt eligentes tantum. Secũdo quia nec nominatio, nec votorum publicatio dici poteſt C communis electio ſupra eo. in Geneſi. Tertio quia ſimplex nominatio non tribuit ius ſupra eodem, quod ſicut. Ad id quod dicitur, quòd ante decreta. quia propter. ſufficiebat conſenſus, verum eſt talis qui electionem inferret. vnde non dixit decret. cum in cunctis. quòd in quenquã conſenſerint, ſed elegerint. vnde & olim ſuo modo neceſſaria fuit electio: & hodie ſuo modo adhuc eſt, vt locum habeat illa pœna. fateor tamen quòd pœna decret. ſupra eo. libr. & eo. titul. cap. ij. bene habet locum ante electionem: vt ibi dixi in gloſ. penult.

NVlli licere.} Tria facit ſecundum Ioan. Mo. ſcilicet primò ponit regulam, ſecundo dat inſtantias contra illam. tertio dat formam probationis illarum. Secunda ibi, Niſi. Tertia ibi, De huiuſmodi. Ioan. And. CASVS. Vacante aliqua eccleſia, canonici vnanimiter & concorditer ab initio quendam Titium elegerunt. facta electione orta fuit diſcordia inter Titiũ electum & canonicos. quidam ex iſtis canonicis voluerunt ſe opponere dicentes quòd erat indignus: & forte re vera erat indignus: vtrum ſint admittendi? Reſpondet quòd non. & hoc verum, niſi poſt electionem electus contraxiſſet maculam: vel ipſi eligentes tempore electionis illos defectus ignoraſſent: tunc eſſent admittendi ad probandum iſtos defectus. Et hoc verum, quòd eligentes non poſſunt impugnare electionẽ in concordia factam: non tamen per hoc ſunt ligatæ manus ſuperioris, quin ſi velit, poſsit inquirere de defectibus, & eum repellere ſi ſit indignus. Not. primò quòd eligentes aliquem, electione ſecuta non poſſunt ſe opponere electioni, niſi in caſibus hic expreſsis. Not. vlterius ꝙ vocatio abſentium non eſt de ſubſtantia electionis quo minus valeat electio: tamẽ ſi abſentes qui non fuerunt vocati, velint proſequi oppoſitionem: faciant electionem declarari nullam. c. quod ſicut. eo. titul. in an. tamen ſi velint. poſſunt ratificare electionem. Hel. Reg. Not. ex fine textus quòd ignorantia eius quod dependet à conſcientia alicuius, probatur per ſuum iuramentũ. Ad hoc dictũ cap. vt circa. & facit quod nota. gloſ. in. §. ſed & aliena. Inſti. de actio. Domi.

h *Scrutinio.* quid ſit habes ſupra eo. quia propter.

i *Subſecuta.* vel ſcrutiniũ publicatũ: quia poſt publicationẽ ſcrutinij nõ eſt locus variationi. ſ. eo. publicato. & dic vt ibi: niſi in caſu præcedentis decre. vt ibi dictũ eſt. Et quòd dicit ſubſecu-



ta: intelligas ex illis conſenſibus. {Idem Guil. Cle. A Archi. Verba enim ſunt cum effectu intelligenda. de cle. nõ reſi. relatum. ff. quod quiſque iuris. l. j.

a *Celebratæ.* Not. hic paria eligere, vel eligentibus conſentire: ſed non per omnia. {Quia conſenſus ſequẽs non auget numerum.} vt ſupra de elec. eccleſia veſtra. ij. ADDITIO. Et. ff. de reg. iur. l. aliud eſt vendere: aliud vendẽti conſentire. Ioan. And.

b *Emergentibus.* & ſic nouo auxilio opus eſt. ſupra de off. deleg. intimante. ff. de interroga. act. de ætate. §. ex cauſa.

c *Impugnare.* ſupra de prob. per tuas. C. de non nu. pe. l. generaliter. & ſic not. quòd ſemel approbatũ non poſſum reprobare. & quomodo hoc intelligatur, hic habes: & vide quod plene dixi. j. de reg. iur. quod ſemel.

d *Morum.* debet enim eſſe moribus temperatus. {xxiij. diſt. q. epiſcopus. in prin. & grauis. ſupra eod. cũ in cunctis. & moribus debet proſperari & non verbis. xcix. di. c. ſi. Archi.} Et boni mores pluſquam diuitiæ operantur. ff. de tuto. & cura. d. t. ab his. l. ſcire. §. cum reliquis. & decorari non debent pallio moribus indecori. c. diſt. contra morem. verſic. decorari. ad ſi.

† Per hunc tex. de Anchar. Dom. Phil. dicunt ſi poſtquam tecũ pacem inini ſub pœna de te non offendendo, inuenero te adulterãtem vxorẽ meam, licite te offendo: tu tamen meã vxorẽ adulterando nõ cadis in pœnã. Io. And. In regu. fruſtra in mercuriali. & Aret. in lib. 4. §. Cato. penul. col. prout refert Carinus. li. Gallus. §. et quid ſi tantum. tamen Carolus tenet ibi contrariũ. Fõt. Approbatũ ſemel non poteſt reprobari.

aliis celebratæ[a] conſenſum, illum ſuper electione ipſa, niſi ex cauſis † poſtea emergentibus[b], impugnare[c]: vel niſi ei morũ[d] ipſius antea celata de nouo pãdatur improbitas, ſeu alicuius alterius latẽtis[e] vitij, vel defectus[f], quæ veriſimiliter[g] ignorare potuerit, veritas reueletur[h]. De huiuſmodi autem ignorãtia fidem faciat proprio iuramento[i].

B

Idem in eodem.

*Contra electum à duplo maiori parte, vel electores ipſius, nil à reliqua parte poteſt opponi quod votum extenuet: ſed id bene opponitur, quod votum annullet. Io. And.*

CAPITVLVM IX.

SIquando cõtigerit, duabus electionibus celebratis[k], partem alteram eligentiũ duplo maiorem † numero inueniri: contra electores, qui parte reliquã ſic excedunt[l], ad extenuationem zeli, meriti[m], vel auctoritatis[n] ipſorũ, reliquis[o], vel electo ab eis, aliqđ opponendi[p] omnem præſenti decreto interdicimus[q] facultatem. Si quid autẽ opponere voluerint, quod votũ illi⁹ cui opponitur, nullum[r] † redderet ipſo iure: id eis nõ intelligimus interdictum.

Idem in eodem.

*Appellatio iudicialis vel extra, deuoluit cauſas electionum Epiſcoporum & ſuperiorum ad Papam, ſi in ſcriptis, & ex cauſa probabili fuerit interiecta: aliàs nõ. Et ab ea poſſunt partes ſine prauitate recedere prius, quàm Papæ præſentata fuerit. Et ſi in receſſu interuenerit prauitas, inferiores iudices ante omnia debent inquirere: quam ſi repererint, de cauſa non cognoſcent, ſed ſtatuẽt partibus terminũ, in quo cum actis & munimentis ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent. Io. And.*

CAPITVLVM X.

e *Latentis.* id eſt quod latebat electores tempore electionis: puta luxurioſus erat, vel adulter, vel aliud ſimile. vnde in redhibitione erat. ff. de ædili. edic. cum ſex. & l. ob quæ vitia.

f *Defectus.* ſcientiæ, ætatis, ordinum, vel alicuius irregularitatis.

g *Veriſimiliter.* aliàs de facili nõ crederetur: vt circa ea quæ publice facta ſunt: vel quæ omnes ſciunt. xvj. diſt. quod dicitis. de poſtula. præla. c. j. cum ſi. ADDITIO. Concor. ſupra eo. vt circa. Gar. Io. Mo.

Gloſ. ſeq. quærit opponendo: & ſoluit.

h *Reueletur.* quare non poſuit certum caſum, ſcilicet ſi ſuper antiquis ſuperueniat probatio: vt fecit. ſ. e. vt circa? Reſpondeo vt ibi dixi, bene fecit appellans non exprimẽdo crimen quod probare non poterat: ſed hic male fecit eligens eligendo criminoſum: licet id probare non poſſet, cũ probatio non quæreretur ab ipſo.

i *Iuramento.* ſ. eo. vt circa.

SIquando.} Prima prohibet. Secũda permittit: ibi, Si quid. Do. Scire debes quòd extenuare votũ, eſt illud obiicere quod non annullat penitus votum: ſed illud minoris reddit authoritatis: ſicut ego literatus, tu illiteratus: ego in dignitate, & tu ſimplex canonic⁹: vel his ſimilia: vt in cle. vt ij qui. D de æta. & quali. & de reg. c. j. Annullare eſt nullũ reddere: vt ſi quis dicitur excõmunicatus maiori, vel ab homine ſuſpẽſus, vel incidiſſe in decr. cum in cunctis. vel in decr. ſ. eo. ca. ij. vel bigamus, vel miles factus, vel vxorem duxerit, vel canonicatui renũciauerit, vel voci ſuæ. vij. q. j. quã periculoſũ. vel his ſimilia. & hæc bene obiici poſſunt à tertia parte contra duplo maiorem: vt hic. Præſupponendũ eſt pro intellectu iſtius c. ꝙ ſi aliqua electio fuerit facta à maiori parte, & alia à ſaniori: illa electio quæ eſt à ſaniore parte, præualet. & dicitur fieri à ſaniori reſpectu zeli ad zelum: meriti ad meritũ. Dicitur autẽ fieri à maiori parte reſpectu numeri ad numerũ. Verbi gratia, Vacãte aliqua eccleſia in qua erãt aliqui canonici cõſanguinei vel affines Titij: qui ducti affectione carnali ipſum elegerunt. alij canonici in minori tamẽ numero nõ ducti affectione carnali quendã aliũ elegerunt: certe electio iſtorũ valet tanquã facta à ſaniori parte. tamẽ vbi eſt maior pars, preſumitur ꝙ etiã ſit ſanior. CASVS. Ponamus ꝙ in eccleſia Picta. ſint xviij. canonici, qui vacante ipſa eccleſia conuenerũt in vnũ, tractaturi de electione futuri epiſcopi. xij. elegerũt Titiũ, & ſex Semproniũ. iſti ſex ſe oppo- fuerunt electioni de Titio factę, dicendo ꝙ voces iſtorum xij. qui Titium elegerunt, attenuantur, ſiuẽ debẽt diminui, ex eo quòd ipſi non proceſſerunt ad electionẽ zelo charitatis, ſed affectione carnali potius ducti. Itẽ dicunt iſti ſex, ꝙ Sempronius electus ab ipſis eſt dignior quàm ſit Titius electus ab aliis. xij. vtrum bene dicãt: & poſsint iſta opponere ad attenuationem & diminutionẽ votorum dictorum duodecim? Reſpondet Romanus pontifex quòd non. nam illud quòd dicitur quòd debet haberi reſpectus zeli ad zelum, meriti ad meritum: eſt intelligẽdũ quando vna pars eligẽtium in duplo aliam partẽ non excedit. Sed quid ſanctiſſime pater: ponam⁹ quòd iſti ſex oppoſuerunt quòd aliqui iſtorũ duodecim erant excommunicati maiori excommunicatione: & ſic non poterant eligere: an bene dicant? Reſpõdet quòd ſic. nã excommunicatio opponitur: nõ vt vota attenuẽtur: ſed vt vota nulla reddantur. Not. primò ex iſto tex. quòd non ſemper valet electio à maiori parte facta: ſed requiritur quòd illa pars fuerit ſanior. vnde ſanitas propriè reſpicit zelum eligentium, & merita electorum: ſed maioritas reſpicit numerum eligentium. Nota inſuper principalem effectum huius capituli, videlicet quòd ſi duabus electionibus celebraC tis, vna à parte duplo maiori: alia autem à minori parte: non poteſt minor pars aliquid opponere ad diminuendum vota eligentium, puta quòd minor pars eſt maioris authoritatis: vel quòd electus à minori parte eſt dignior vel magis idoneus: vel alia quæ attenuent vota eligentium: dum tamẽ non annullent eligentium vota. Nam iſta quæ annullant vota eligentium, poſſunt obiici à minori parte contra duplo maiorem: puta quòd aliqui partis duplo maioris erant excommunicati maiori excommunicatione. Quærit gloſſa, an valeat electio facta in qua fuit admiſſus excommunicatus maiori excommunicatione? Reſpondet gl. quòd non valet electio ex quo eligentes admiſerunt ſcienter excommunicatum maiori excõmunicatione: imò ſunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice. Hel. Regnier.

† Nota ibi, nullũ, quod vbi lex vel ſtatutũ prohibet exceptionẽ opponi cõtra actũ, intelligitur quã do actus nõ eſſet nullus quod facit ad ſtatuta quæ prohibent exceptionem opponi contra inſtrumentũ confeſsionatũ: quia debet intelligi quando non eſſet nullum vide gl. in cle. ad compeſcendas. de ſe. queſt. poſ. et fru. Do.

No. quòd electio facta à duplo maiori parte capituli: præſumitur eſſe ſanior quã facta à minori parte: & ſic videtur quòd in tali electiõe nõ ſit neceſſaria collatio meriti ad meritũ, vel Zeli ad Zelũ, de quo hic in gloſ.

k *Celebratis.* vno contextu. ſupra eodem congregato. antequam diuertãnt eligẽtes ad extraneos actus. nam quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur. ſupra eodem, officij. ff. ſi certum petatur. lecta. ſi autem fiant ex interuallo: dic vt nota. ſupra eod. auditis & intellectis in gloſ. nota. quia. Archidiaconus.

l *Sic excedunt.* in duplo maiori numero.

m *Zeli, meriti.* de his dic vt ſ. eo. eccleſia. ij.

n *Authoritatis.* in quibus conſiſtat authoritas, habetur ſ. e. dudum. j. & j. de teſti. in noſtra. Archi.

o *Reliquis.* paucioribus ſcilicet.

p *Opponendi.* poſt electionẽ intelligas: quia ante bene fiet de iſtis collatio: nec hoc hic prohibetur. vnde dixit in principio, electionibus celebratis.

q *Interdicimus.* No. ꝙ numerus duplo maior prefertur authoritati, & preſumitur zelus melior. & facit ad ea quæ notãtur ſ. de teſtibus. ca. in noſtra. ſi autẽ numerus maior eſſet: ſed nõ in duplo, eſt arg. à cõtrario ꝙ numerus nõ prefertur: ſed de hoc no. ſ. e. eccleſia. ij. in gloſ. quę incipit, Ab hac. Et not. ꝙ in hoc interdicto videtur caueri ſolũ de electoribus: vnde videtur ꝙ cõtra electũ bene poſsit opponi aliquid qđ ad extenuationẽ pertineat: ſed nõ eſt verũ ſecũdũ Guil. per literã ſupra quę dixit meriti, quod propriè reſpicit electũ.

r *Nullũ redderet.* pone exempla quæ poſuit ſupra. Quid ſi aliquis ex eligentibus excommunicatus erat, an teneat electio? Non: ſi ſcienter ei communicauerunt[a]: aliàs ſic. de ſent. & re iudi. ad probandum. de hoc. ix. q. j. nos in hominẽ. & per modernos. ſ. eo. illa.

a Et elegerunt vnum de gremio: quia tũc omnes de gremio ſunt ineligibiles paſsiue. c. ſi celebrat. de cle. exc. mi. Do. Philip. Arch. ſi electus eſſet extra gremium, valeret electio, dicit Arch. quia vbi quilibet per ſe diuiſibiliter habet ius eligendi actiue, vnus inutilis non vitiat alios vtiles: & ſic non obſtat cap. ad probãdum. de re iud. addo pro Arch. l. 1. ff. quãdo cãſal. tuto. Font.

QVanuis.} Diuiditur in quatuor partes ſecũdũ Io.Mo. Primò recitat cõſtitutionẽ Alex. Secundò partim illã reprobat: ibi, Sed cum. Tertiò permittit ab appellatione certo caſu recedi: ibi, Cæterum. Quartò dat certã formam ordinario cum ab appellatione receditur: ibi, Inferiores. Io.An.

ADDITIO. Guil. dicit ſe hic hanc conſtitutionem procuraſſe. Idem dicit in Sp. ti. ij. §. ſupereſt. in col. & de app. §. qualiter. ver. illud autẽ.

Pro intellectu huius ca. præſupponendum eſt quod cauſæ electionũ epiſcoporum & aliorũ ſuperiorũ; puta archiepiſcorũ, patriarcharum, vel primatum, ſunt de maioribus cauſis quæ papę reſeruantur iuxta notata in c. maiores. de bap. in ant. CASVS. Vacante eccleſia Pictau. canonici illius eccleſiæ vnanimiter & concorditer aliquem in epiſcopum elegerũt: & electionẽ præſentauerunt archiepiſcopo Burdegalenſi, vt ipſum confirmaret, & electo cõmitteret adminiſtrationẽ in ſpiritualibus & tẽporalibus: coram quo archiepiſcopo fuerũt aliqui opponentes, puta aliqui canonici, vel fundatores eccleſiæ, vel parochiani qui volũt habere vnũ bonum paſtorem qui eos doceat exemplo bonæ vitæ. Archiepiſcopus noluit admittere ſuas cauſas oppoſitionis: ſed pronunciauit illas cauſas oppoſitionis non eſſe rationabiles: propter quod appellatum fuit ad apoſtolicã ſedem. Quæritur nunc quid debeat appellans obſeruare ad hoc quòd cauſa iſta deuoluatur ad apoſtolicam ſedem? Reſpondet Roma. pont. dicens. Ipſe debet appellare in ſcriptis: & in inſtrumento appellationis inſerere cauſam, quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: licet aliqui dicerent ꝙ iſta quantumcunque friuola deuoluebat negotium ad ſedem apoſtolicam, cum ſit de maioribus cauſis: vt dictum eſt in præſuppoſitione. Sed dicendum quòd illa duo requiruntur ad hoc quòd deuoluatur negotium per appellationem ad ſedem apoſtolicam. Sed quid? Romanus quod appellans renunciauit ſuæ appellationi: an ſit ei permiſſum? Reſpondet quòd ſic, ſi appellatio ſua nondum fuerit præſentata conſpectui apoſtolico: & iſtud verũ, ſi ipſe appellans appellationi renunciat ſine prauitate. i. ſine ſimonia. Sed quis habebit cognoſcere an renuncians appellationi renunciauit ſine prauitate? Reſpõdet Romanus pontifex quòd iudex à quo fuit appellatum, debet inquirere an ſine prauitate fuerit receſſum ab appellatione: qui iudex à quo, ſi inueniat interueniſſe prauitatem ſimoniæ, puta quia electus dedit appellanti aliquod beneficium vel pecuniam vt renunciaret ſuæ appellationi: tunc iudex à quo, non obſtante renunciatione debet partes ipſas citare ad comparendum in cauſa appellationis coram ſede apoſtolica. {Sed cũ in electionum.} Vnde ſicut quando appellatur in iudicio, debent illa duo obſeruari, videlicet quòd appelletur in ſcriptis, item quòd in appellatione inſeratur cauſa rationabilis, quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: illa eadem debent obſeruari, ſi appelletur extra iudicium: puta cũ appellatur ne talis eligatur in paſtorem. Not primò ex iſto text. quòd licet cauſę electionum epiſcoporum & aliorum ſuperiorum prælatorum ſint de maioribus cauſis, quæ de ſua natura pertinent ad apoſtolicã ſedem: tamen non deuoluũtur ad apoſtolicam ſedem per appellationem, niſi ſit appellatũ in ſcriptis cum cauſa legitima. Nota vlterius vnum caſum in quo cum appellatur à definitiua, oportet exprimere cauſam appellationis: & quòd appelletur in ſcriptis: licet regulariter in definitiua nõ ſit opus quòd appelletur in ſcriptis: nec quòd inſeratur cauſa rationabilis in appellatione: ſed iſtud eſt ſpeciale in cauſis electionum epiſcoporum, archiepiſcoporum, & aliorum ſuperiorum. Ratio ſpecialitatis eſt, ne malitioſe & ſine cauſa impediatur prouiſio eccleſiæ quę eſt multũ periculoſa tam eccleſiæ quã ſubſiditis. c. quam ſit. §. e. c. quoniam. vt lite non conteſt. in an. No. inſuper quòd cum appellatur in cauſa electionis, tam in iudicio quàm extra iudicium, debet inſeri cauſa rationabilis in appellatione: & etiam debet appellari in ſcriptis. Not. ꝙ appellans in cauſa electionis poteſt renunciare appellationi antequam ſit deuoluta ad ſedem apoſtolicam. No. finaliter ꝙ iudex à quo, debet præfigere terminũ ipſis partibus intra quem partes ſe

*† No. primo quod vbi in diſponit quaſlibet appellationes admitti, cenſetur approbare etiam appellationes friuolas: quod no. pro ſtatutis, et hoc probat iſte tex. iũgendo conſtitutionẽ Alex. cum iſta.*

*Appellans à definitiua, nec cauſam exprimere, nec in ſcriptis appellare tenetur.*

QVanuis cõſtitutio [a] felicis recordationis Alexandri Papæ quarti, prædeceſſoris noſtri, cauſas electionum [b] Epiſcopalium, ſeu ſuper electionibus Epiſcoporũ exortas [c], non immerito maioribus [d] † cauſis annumerans, cognitiones ipſarum per appellationes quaſlibet [e] deuolui aſſerat ad Apoſtolicę ſedis examẽ: Nos tamẽ & temerariã appellantiũ audaciam, & effrenatã appellationũ frequẽtiam refrenare volẽtes hac generali conſtitutione duximus prouidendũ: vt ſi extra [f] iudiciũ in prædictis electionib' [g], vel in aliis dignitatibus Epiſcopatu maiorib' [h] celebratis, expreſſa cauſa manifeſte friuola contigerit appellari: per appellationẽ huiuſmodi nequaquã ad ſedẽ eãdẽ negotium deuoluatur. Sed cum in electionũ earundem negotiis, in iudicio vel extra iudicium appellatur † in ſcriptis [i], ex cauſa probabili [k], quæ probata deberet legitima [l] reputari, ad ſedem ipſam huiuſmodi negotia deferantur. Cæterum in

præſentent conſpectui apoſtolico cũ ſuis munimentis. i. inſtrumentis, quæ ideo vocantur munimenta: quia muniunt cauſam, vel poſſent dici monimenta: quia monent iudicem.

a *Conſtitutio.* quæ incipiebat, dilecti filij. Gar. & Archi. habebant eam ſub rub. de elec. Guil. de refer. Hoſt. de app. qui tractat de ipſa. de ac cuſa. cũ dilectus. & Compo. §. eo. ſtatuimus. ad fi. hodie nõ habemus eã. Et eſt ar. ꝙ cum vnum ius reuocatur per aliud, facienda ſit de ipſo mentio: quod nõ eſt verũ: vt §. e. li. de cõſti. c. j. vbi de hoc. & xviij. diſt. quoniam.

ADDITIO. Cler. dicit ꝙ conſtitutio de qua fit mentio in prin. huius glo. fuit edita propter cauſã electionis eccleſiæ Helien. Ioan. Andr.

b *Cauſas electionũ.* principales ſcilicet.

c *Exortas.* accidentaliter, & in proceſſu.

ADDITIO. Et ſic patet ꝙ idem iuris in principali, & in acceſſoriis, vel exortis ſecundũ Ioan. Mo. & Arch. bene facit cle. diſpendioſam. de iudi. Ioan. And.

d *Maioribus.* quæ ſint, no. xij di præceptis. in gl. fi. ſupra de offi. leg. quod tranſlationem. ADDITIO. Quòd autem nõ ſint de maioribus cauſæ electionũ epiſcoporum, patet: quia illas confirmant archiepiſcopi, & patriarchę, & legati de latere. j. e. ſi abbatem. ij. reſpon. Ioan. And.

d *Maioribus.* vt eſt dignitas metropolitica, archiepiſcopalis, primatus, patriarchatus. xxj. di. cleros. Et dixit Guil. Du. ꝙ etiã in inferiorib' dignitatib' ſeruatur quod hic dicitur, & j. de ap. c. vt debitus. & c. cordi. eo lib. Archi.

e *Quaſlibet.* etiã fruſtratorias, & erat hoc contra ius cõmune: & per hoc manebant lõgo tẽpore eccleſiæ viduatæ: & ideo fuit correctione dignũ: & innix' fuit Alex. opi. Inn. quã no. §. de ap. vt debitus. in vlt. gl. ſua, vbi enumerat cauſas electionũ epiſcoporũ inter maiores cauſas. Sed ſecundũ Guil. ſalua pace Inn. Alex. Vin. & aliorũ id dicentium: illud, ſaluis &c. eſt quędã proteſtatio quã papa facit de iure ſuo. ſic ix. q. iij. ſaluo. & de ſupplẽda neglige. prælatorũ, licet. abſurdũ enim videtur quãlibet appellationẽ illas cauſas ad papam deferre: de quibus alius quàm papa cognoſcere non poteſt.

f *Extra iudicium.* idem ſi in iudicio: vt j ſequitur. ADDITIO. Et multo fortius propter honorẽ iudiciariũ, ſecundũ Fran. Vercel. Io. And.

g *Electionibus.* epiſcoporum.

h *Maioribus.* vt archiepiſcopatibus, patriarchatib', primatiis: ſed idem hodie in regularibus. quod dic vt j. eo. ſi poſtquam. j. reſpon.

i *In ſcriptis.* not. appellãdũ in ſcriptis: & eſt hoc generaliter verũ, ſiue in iudicio, ſiue extra appellatur, niſi cũ à definitiua & incontinẽti appellatur: tũc appellari poteſt viua voce. ff. de app. l. ij. C. de app. litigatoribus. ij. q. vj. ad finẽ. q. §. litigatoribus. niſi diceres contrarium in caſu huius decr. etiam in definitiua. & adde quod dicam j. de app. cor. li.

k *Probabili.* dixit Gar. ꝙ hoc ſpeciale inducit hæc decre. ꝙ ſiue à definitiua ſeu ab interlocutoria appelletur, ꝙ teneatur rationabilẽ cauſam exprimere: licet aliàs regulariter ſit ſecus in definitiua. Guil. videtur tenere contrariũ. quod ſatis verum crederem [a]: ſed primum dictum eſt tutius.

Gloſ. ſeq. exemplificat, quærit & ſoluit. Iterum quærit & ſoluit, ſolutioni obiicit, & reſpondet.

l *Legitima.* ergo ſi eſt expreſſe legitima, defert negotiũ ad ſedẽ apoſtolicã. ſed non manifeſtè fruſtratoria, puta ne fiat electio regiis precibus nõ expectatis, vt dicebatur in illa cõſtitutione, dilecti. vel ne eligatur niſi doctor decretorũ, vel magiſter in theologia, vel his ſimilia {puta ne eligatur ignobilis genere. §. de præb. c. pe. Guil. & Arch.} tunc non defert. Sed quid in dubio? Dic ſecundũ Guil. & Gar. deferri vt illud dubium papa decidat. vj. q. iiij. Omnis. Quid ſi appellauit & nullam cauſam expreſſit? Dicas idẽ ac ſi expreſſiſſet fruſtratoriam ſecundum prædictos [b]: quia nullum & inutile equipollent in iure. §. de tranſla. inter. §. ſed neq;. ver. ſicut. ff. quod cuiuſq;. vni. l. j. §. & quidẽ. Fuit enim promulgata cõſtitutio iſta, vt refrenaretur temerarius appellandi vſus: ſed ita poteſt quis appellare temerarie, nõ exprimẽdo ſicut exprimẽdo. videbatur autẽ cõtrariũ: quia in cauſa nõ expreſſa nihil immutatũ videtur: ergo antiquo iuri ſtandũ eſt. C. de ap. præcipi-

*† No. ſecũdo ibi, in ſcriptis etc. caſum in quo in appellatione requiritur ſcriptura. alios vide per glo. j. de cenſi. c. j. Do.*

*a Extra rationẽ, quia text dicit de appellatiõe quæ in iudicio opponitur: ſed prolata definitiua non eſt iudiciũ. c. fo. de ver. ſigni. Do. tamen tenet gl. & Pe. ſimiliter. Font.*

*b Idẽ Cier. Py. Io. Mo. & Archi.*



præcipimus. in fi. ſed prius dictum verum eſt: quia hęc cõſtitutio non vult quòd cauſæ hic deferantur ad papam, niſi ex cauſa expreſſa probabili, quæ debeat reputari legitima.

a *Præmiſſis.* cum ſcilicet appellatum eſt ex cauſa probabili, in iudicio vel extra.

b *Liceat.* quod olim non licebat per prędictam conſtitutionem Alexandri.

Gloſ. ſeq. argu. per plurale: & argumentũ determinat. finis quęrit & remittit.

c *Partibus.* per hoc videtur ꝙ niſi ambę partes conſentiant: non poteſt fieri renunciatio. quod verum puto ſecũdum Guil. & Gar. re non integra: ſed re integra ſolus appellans hoc poterit. ad hoc de elec. in cauſis. ff. de reg. iur. nemo. & adhuc ſi res non eſt integra, & velit ſatisfacere aduerſario de ſuo intereſſe: adhuc poterit pœnitere ſecundum Guil. ſecũdum ea quę not. in Spe. ti. de excep. §. viſo. verſi. ſed nunquid iudex. Ex quo tamen appellatio præſentata eſt papæ, vlterius recedere non poſſunt, etiã ſi vtraq; pars conſentiat: quod probatur j. vbi dicit, antequam præfatæ ſedi &c. ad hæc de poſtu. bonæ. ij. verſi. nec obſtabat. ver. ſi enim. de offic. leg. licet in fi. & maxime quãdo obiiciuntur crimina vel defectus. de collu. dete. crimina. xxiiij. q. iij. ecce. {Et ſit ſpeciale in his maioribus ſecundum Io. Mo. qui diſtinguit hic poſt Gar. cauſas maiores, medias & minores: quas plenius proſequitur Hoſtiẽ. de crimi. fal. c. ſi. quæ ibi abbreuiaui in gloſ. quærit hic Hoſti.} Solet quęri vtrũ electus ſine ſuperioris licentia, ſuo iuri renunciare poſſit. de hoc dicam j. eo. ſi electio.

d *Prauitate.* vt ſimoniaca pactione, vel aliqua illicita donatione, vel promiſſione, vel violentia, vel metu. xx. q. iij. præſens. Si autem electus ius habeat, an liceat vexationem redimere? Dic vt notatur de ſimon. dilectus. j. Dic, ſi plene & iuſte habeat, & poſſideat: poteſt dare pecuniam ne turbetur. Do. Font.

e *Præſentatæ.* ergo non poſtea. ad hoc §. de poſtula. præ. bonæ. ij. §. nec obſtabat. j. de offi. lega. licet. Arch.

f *Appellatione ceſſante* i. ſi appellatio interpoſita nõ fuiſſet.

g *In hoc.* in renunciatione appellationis.

h *Inquirant.* quòd ſi huiuſmodi inquiſitione omiſſa ad eoſdem confirmandos vel conſecrandos proceſſerint, vel alios proceſſus in cauſa fecerint: cõfirmatio, vel conſecratio, vel proceſſus illi ſunt nulli: & confirmantes & conſecrantes ab epiſcoporum confirmatione & conſecratione per annũ continuum ſunt ſuſpenſi. j. eo. tit. promida. in fi.

i *Peremptorium.* & adhuc locũ habebit expectatio. xx. dierum ſecundum formam decre. ſupra eo. c. j. ſecundũ Guil. & Gar.

k *Munimentis.* i. probationib' & inſtrumẽtis: ſic dictis, quia cauſam muniunt. aliàs monimẽtis. monẽt enim & informãt iudicem quid facere debeat. ADDITIO. Et eo reſpectu dicuntur etiã documenta: quia docent & informãt quid iudex facere debeat. ij. q. vij. plerunque. in prin. de prob. quoniã. in fi. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.

l *Repræſentent.* quòd ſi nõ venerint, procedatur ad confirmandam electionẽ ac ſi appellatum non eſſet: quia nõ appellare, & appellare, & appellationẽ non proſequi, ſunt paria [a]. de offi. dele. gratum. de teſti. cum veniſſet. C. de temp. app. l. ij. in fi. licet non per omnia: vt j. de ſentẽ. excõ. licet. & §. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent.

SI forte inter.} Prima dat ordinẽ. Secunda pœnã imponit ibi, Cęterũ. Io. An. CASVS. Vacante aliqua eccleſia cathedrali vel collegiata, canonici vel clerici illius eccleſię cõuenerunt in vnũ tractaturi ſuper electione futuri prelati: & ordinauerunt ꝙ procederet per viã ſcrutinij. facto & publicato ſcrutinio fuit cõpertũ ꝙ Titius fuerat electus à maiori parte. Vnde quidã ibi exiſtẽs appellauit ne Titius nominatus eligeretur, ex eo ꝙ ipſe Titius nõ habebat ſcientiã ſufficientẽ requiſitã illi dignitati: & ꝙ erat homicida. Itẽ oppugnabat formã ſcrutinij, & perſonas eligentiũ. an ſit admittẽdus ad probãdũ oẽs iſtos defectus ſimul? Reſpon. ꝙ nõ. ſed primo eſt admittẽdus ad probandũ defectũ oppoſitũ cõtra

*Appellans an poſſit renũciare appellationi ſuæ inuito appellato.*

*† Do. Phi. notant hic quòd iudex præfigens parti terminum ad cõparendum corã ſuperiore, non ſe intromittit: vnde epiſcopus poteſt illũ præfigere exempto.*

*Munimenta vnde dicuntur.*

*a Vel illi renunciare ſecundum Guil. & Arch. Ioa. Andr.*

præmiſſis [a] omnibus caſibus liceat [b] partibus [c] ab huiuſmodi appellationibus, nulla tamẽ interueniẽte prauitate [d], recedere antequã prefatæ ſedi fuerint præſentatæ [e]. Inferiores autem iudices, quorum erat ipſarũ cauſarum cognitio appellatione [f] ceſſante, an in hoc [g] prauitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant [h]: & ſi eã interceſſiſſe reperierint, ſed de cauſis ipſis nullatenus † intromittãt, ſed prefigant dictis partibus terminũ peremptorium [i] competentẽ, in quo cum omnibus actis & munimentis [k] ſuis Apoſtolico ſe cõſpectui repręſentẽt [l]. †

Idem in eodem.

*Si inter reliqua quæ obiiciuntur promouendo ad dignitatẽ, obiicitur euidens defectus ſciẽtiæ vel perſonæ: illud ante omnia examinari debebit. Et ſi reperietur falſũ: opponens à proſecutione negotii repellitur, & punitur perinde ac ſi defeciſſet in probatione omniũ obiectorũ. Ioan. And.*

CAPITVLVM XI.

SI forte inter cætera [m] quæ obiiciuntur electo, aut poſtulato, ſeu aliàs promouendo [n] ad aliquam dignitatem [o], euidentem [p] ſcientiæ [q], vel alium perſonæ defectum [r]

perſonã electi. q defectus ſi probat' fuerit: declarabitur ineligibilis. Si aũt nõ poſſit probari defect' cõtra perſonã electi oppoſitus, ipſe appellãs cõdẽnabitur in expẽſis: & punietur iuxta tenorẽ. c. ſtatuim'. §. e. ac ſi in omnibus probationibus defeciſſet: nec vltra admittetur ad probãdũ alia vitia. Heli. Re.

m *Cætera.* vt puta ꝙ eſt homicida, periurus, excõmunicat', vel his ſimilia: quæ ita de facili probari nõ poſſunt, ſicut euidens defectus ſcientiæ vel perſonę: quę per oculorũ inſpectionem vel examinationem de facili probari poſſunt.

n *Promouendo.* puta per ſuperiorem ad quẽ deuoluta eſt poteſtas: vel quia plures nominati ſunt domino papę: & petitur de altero puidẽri. 85. di. Archidiaconũ. & de hoc §. e. qđ ſicut idẽ Io. Mo.

o *Dignitatem* nõ eſt ergo ad ſimplicia beneficia hoc extendendum: cum ſi de eis intelligi voluiſſet, vel expreſſiſſet, vel generaliter locut' fuiſſet. de deci. ad audientiam. ad hoc j. e. ab eo. & j. de verb. ſig. c. ij. vbi ſemper hoc reperitur.

Glo. ſeq. primò duo notat à vi literæ & à ſimili. ij. quærit, & ſoluit diſtinguendo. iij. iterũ quærit, & ſoluit: & ſolutionẽ exemplificat.

p *Euidentem.* ſi ergo defectũ opponit, ſed non euidentem: non habet locũ pœna. ſed ſi opponit manifeſtũ, idẽ, cũ hæc ſint ſynonyma. §. de verb. ſig. cũ olim. & eſt expreſſum j. de verb. ſig. c. ij. Sed pone: plures opponit euidẽtes defectus: alterũ probat, alterũ non: quid erit? Sol. Si deficit in primo, repellitur ipſe opponẽs: ſi probat primũ, repellitur electus. Si autẽ ſimul examinati fuerint, ſi ſufficiens eſt defectus qui ver' reperitur, repellitur elect'. ſed opponẽs etiã de calũnia punietur [b]: niſi iudex viderit ipſum probabili de cauſa à calumniæ vitio excuſari: vt in aut. de iudi. §. oportet. coll. vj. §. de accu. accedens. & §. e. c. j. Si autẽ opponeret nõ euidentia, fateor ꝙ ſufficiat alterũ probari: vt §. e. c. j. & §. e. vt circa de re. iu. cũ I. & A. Sed nunquid iudex ex ſuo officio talẽ diſcuſſionem facere poteſt etiã parte nõ petente? Dic ꝙ ſic ſecũdum Gar. quia laborare debet vt breuietur lites. ff. ſi cer. pe. l. quidã exiſtimauerũt. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ff. de proc. l. filiusfamilias. §. inuitus. §. de excep. c. exceptionẽ. Hoc idẽ poterit etiã ſi ambę partes expreſſe renunciẽt, per iura prędicta, & per. l. C. de iureiu. prop. cal. dan. l. ij. §. ſed quia veremur. Si autẽ tacitè. ſ. intrãdo iudiciũ, & permittẽdo examinando [c] oppoſitiones tam euidẽtium defectuũ quã alias, & aliæ reperiuntur veræ, oppoſitiones verò euidentiũ defectuum falſę: nõ habet locũ pœna huius canonis propter impoſſibilitatẽ ſui. ad idẽ j. e. indemnitatibus. in fin. Pœna enim eſt ꝙ repellãtur à proſecutione: ſed iſti iã ſunt proſecuti: & ſic nõ poteſt habere locũ pœna. Nec ob. ꝙ non poſſunt renũciare expreſſe: quia multa poſſumus tacitè, quæ nõ poſſumus expreſſe. ff. de peculio. filius familias. §. veterani. C. de iureiu. prop. calum. dan. l. ij. §. ſed quia veremur. & j. de iur. calum. c. j. Et ſufficere debet ad repulſionẽ electi, ꝙ aliquid inuenitur probatũ quod eũ repellat: quia vndecũq; crimina claruerint &c. xxiiij. q. iij. ecce. & de iudi. exhibita.

Gl. ſe. reſpõ. per obiectionẽ, & ſolutionẽ, & diſtinctionẽ.

q *Scientiæ.* qui ſciẽtię defectus etiam in laicis intolerabilis eſt. xxxviij. di. ſi in laicis. Sed no. ꝙ eſt quędã intrinſeca qualitas cũ qua homo naſcitur. ſ. ꝙ aliquis ſit caſtus, pacificus, ſobri'. & hãc quis pręſumitur habere, ſicut not. ff. qui ſatiſd. cog. ſi vero. §. j. donec contrariũ probetur. ſic intelligitur de præſump. dudũ. de ſeru. c. vno. Eſt quædã extrinſeca, vt literatura: & talis qualitas nõ præſumitur niſi probetur: & ideo ſuper hoc examinatur. & ſic intelligitur hic cũ ſuis ſimilibus. {Dicit Io. Mo. vbi nil facere habeo cũ homine, præſumere debeo illũ dignũ. Sed vbi ſibi dare volo filiã meã. i. eccleſiã in ſpõſã: debeo inquirere de dignitate ſpõſi: ſaltẽ quo ad expreſſa §. e. cũ in cũctis. & j. e. licet canõ. Et quia eligens inuenire tenetur cõditionẽ debitã filię, ar. ff. de ri. nu. q. liberos. ideo punitur hoc nõ faciẽs. Io. And.} De negatiua facti ioris & qualitatis, dic vt vj. q. vlt. accuſator. de ele. bonæ. j.

r *Defectum.* ſed ſi electo opponatur ꝙ ſit illegitime natus, quis habet hoc probare? Dic ꝙ opponẽs probat per Inn. in

*† Si ſe præſentare debẽt. ergo dicit de Anchar. fraus non priuat iure in quo cõmittitur: & ideo ſi renunciem fraudulenter appellationi meæ, non videor crimen confiteri. Fõt.*

*Opponens cõtra electũ vel poſtulatũ plures euidẽtes defectus, ſi de aliquibus probet, de aliis nõ, an debeat repelli.*

*b Do. dicit quòd non, per tres rationes. Fõt.*

*c Do. Phil. no. hic ſi recipiatur probatio eius qui admitti non debet: ex illa debet ſe qui ſententia. cle. conſtitutionẽ. eo. ti. & an teſtis examinat' qui examinari nõ debuit, probet. vide Hipp. in l. j. §. Cornelio. ff. de quaſt. Bon.*

*Opponens contra electum quod ſit illegitime natus, hoc probare debet.*

Universidad de Deusto Biblioteca

c. ſuper iis. de accu. & de do. & contuma. cum olim.
a Contingat. nec poterit poſtea reuocare. j. eo. tit. ab eo.
b Ante omnia. Nota q cū plura obiiciuntur, quorū quodlibet per ſe ſufficit: illud quod facili⁹ probari poteſt, primo probandum eſt. facit de præſcrip. auditis.

b Ante omnia. id eſt, antequā examinent alia nō euidētia quę ſunt oppoſita. Arch.
c Subiiciatur. à iudice, cui fides debet fieri de iis quæ corā eo agūtur. iij. q. iij. c. ſi teſtes. §. ſæpe. in fine. vbi de hoc. ad hoc xxx. q. vlt. iudicantem. Archi.
Gl. ſeq. obiicit per locū à diuiſione: & quadrupliciter ſol.
d Initium. videtur q hęc pars huius diſiū ctiuę locum habere non poſſit: quia aut elect⁹ inuenitur inſufficiēs, & tunc penitus repelletur aut ſufficiens, & tunc repelletur: opponēs: & ſic nullo caſu obiectorum diſcuſſio ſumet initium. Dic quòd vera eſt obiectio, ſi inſufficiēs reperitur electus: ſed ſi ſufficiens reperitur, adhuc locū habebit aliorum obiectorū diſcuſſio: quia

† No. qualiter probetur defect⁹ ſcientiæ alicuius: quia per examinationem quæ ſit de ipſo. Do.

opponi contingat a: in diſcuſſione obiectorum illū ſtatuimus ordinem incommutabiliter obſeruandum, vt promouendus ſuper defectu ipſo ante omnia b ſubiiciatur c examini: † cuius euentus examinandis aliis aut dabit initiū d, aut negabit. Cæterū ſi præmiſſi examinis exit⁹ huiuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui: opponētes e omnino à proſecutione cauſæ in qua talia obiecerūt f, excludimus, & perinde punire decernimus, ac ſi penitus in probatione omnium quæ obiecerant, defeciſſent g.

Idem in eodem.

*Qui grauauerit aliquā perſonam Eccleſiaſticā, vel eius conſanguineos, vel Eccleſias ſeu bona, pro eo quod eū p quo rogabatur, eligere noluit: ipſo facto excommunicatus eſt. Io. And.*

CAPITVLVM XII.

SCiant cūcti h, qui clericos vel quaſlibet alias perſonas eccleſiaſticas i, ad quos in aliquibus eccleſiis, monaſteriis, aut aliis piis locis ſpectat k electio: p eo quòd rogati l, ſeu aliàs inducti m, eum pro quo rogabantur ſiue inducebātur, eligere noluerint, vel conſanguineos n eorum, aut ipſas eccleſias, monaſteria, ſeu loca cętera, beneficiis, ſiue aliis bonis ſuis per ſe vel per alios o ſpoliando, ſeu aliàs iniuſtè perſequendo, grauare præſumpſerint p: ſe ipſo facto excommunicationis ſententia q innodatos r.

Idem in eodem.

*Primò punit vſurpantes de nouo cuſtodiam vacantiū eccleſiarum. Secundò punit clericos & monachos hoc fieri procurantes. Tertiò punit clericos ſe talibus non opponentes. Quartò punit qualiter debeant ſe habere habentes talem cuſtodiā ab antiquo. Ioan. And.*

CAPITVLVM XIII.

ſuperior inquiret ex officio ſuo illo repulſo de aliis obiectis, ne per ſurreptionem a &c. ſupra eodem. cum nobis. & infra eod. indemnitatibus. & cap. vlt. Vel admittetur alius cuius intereſt: licet iſte repellatur propter eandem rationē. Vel dic hoc tunc locum habere, cum defectus oppoſitus reperitur verus, ſed non ſufficiens ad repulſionem electi, & tunc alia examinabuntur: admitti tamen non debuiſſet ad opponendum talē defectum. Vel dic quòd quartò opponens admittetur ad alia probanda, ſi probabilis & ſufficiens cauſa eum à calumnia excuſaret. ſupra eod. cap. j. ad fi. vt quia tales fuerant veriſimilitudines de defectu illo, q dici vel credi poterat euidens: & ſic calūniatus nō fuit, ſecūdū Gar.
e Opponentes. No. quòd dicit opponentes repellendos: nō alios quorum intereſt, pro eo quod dixi §. gl. prox. in ſecūda ſolutione.
f Obiecerunt. & defecerunt.
g Defeciſſent. vt ſupra eo. c. j.
SCiant.} Non diuiditur: quia totus tex. vno cōſtructu clauditur ſecundum Gar. CASVS. Vacante aliqua eccleſia, dominus teporalis in cuius territorio & iuriſdictione erat ſituata illa eccleſia, ſcripſit canonicis, & eos rogauit vt ſuum filium, vel aliquem eius familiarem eligerent in prælatum. Canonici videntes illum filium vel familiarem non eſſe ſufficientem, nec idoneum ad dictam prælaturā, vel ex alia cauſa, noluerunt ipſum eligere, ſed alium in ſuum prælatum elegerunt. Dominus temporalis hoc egre ferens cœpit moleſtare canonicos, & eorum conſanguineos: vel inuadere bona canonicorum, & conſanguineorum quæritur vtrum ipſe dominus temporalis incurrat aliquam pœnā, & quam? Reſpōdet quòd ipſo facto eſt excommunicatus: nec ab ipſa excommunicatione eſt abſoluendus, niſi præmiſſa debita ſatisfactione. No. inſuper ex hoc ca. quòd vota debentiū eligere aliquē prælatum debent eſſe libera. No. inſuper principalem effectum huius ca. videlicet q ſi quis moleſtauerit clericos, eccleſias, vel conſanguineos clericorum pro eo q eligentes clerici noluerunt eligere aliquē pro quo moleſtās ſcripſerat: ipſe moleſtās incurrit ipſo facto ſententiā excōmunicationis. No. vlterius caſum in quo iniiciēs manus in laicos, incurrit ipſo facto ſententiā excōmunicationis: quia quantumcunque conſanguinei clericorum ſint laici: iniiciēs manus in ipſos, vel eos moleſtans, eſt excommunicatus.
Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem, & reſpondet contrario.
h Cuncti. etiam epiſcopi. Nec ob. j. de ſent. excom. quia periculoſum. quia non de ſententia excommunicationis, ſed ſuſpenſionis & interdicti loquitur.
i Eccleſiaſticas. vt cōuerſos, teplarios, vel hoſpitalarios: qui

a Placet Dom. Fon. Percutientes clericos hic ligātur bona excōmunicatione. c. ſi quis ſuadente. & præſenti cōſtitutione. ergo debent bis abſolui. Do. Font. Not. primò quòd in delictis paria ſunt facere per ſe, vel per alium: ad hoc j. de ſen. exc. c. cū quis. No. ſecūdo ibi, perſequendo. q perſequens aliquem incurrit excōmunicationem, ac ſi manū violentam imponeret. de quo j. de pœnis. feli. Domi.

A licet non ſin clerici, ſunt tamen eccleſiaſticæ perſonę. xvij. q. iiij. quiſquis. in gloſ. pe.
Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.
k Spectat. de iure communi in collegiata eccleſia ad collegium ſpectat electio, de iure patro. nobis. xvj. q. vlt. congregatio. Si non eſt collegiū, ſpectat ad patronū. ſ. de iure pa. poſtulaſti. & hoc de iure cōmuni: niſi aliud inducatur de cōſuetudine. de cau. poſ. cū eccleſia. ſ. Si autē nō eſſet ibi collegiū vel patronus, p diœceſanū habet ordinari. x. q. j. regēda. xvj. q. vij. omnes baſilicæ. & hæc vera quo ad electionem plati. de inferiorib⁹ no. ſupra e. cū eccleſia vulterana. dic vt ibi. Gar.
l Rogati. an preces inducant ſimoniam: dic vt no. viij. q. iij. in ſumma. & q. j. Moyſes. & ſupra de ęta & quali. tuam.
m Inducti. p pmiſſioēs, vel alio modo.
n Cōſanguineos. No. ſpecialem caſum in quo laicū percutiēs, vel aliàs offendens, excōmunicatus eſt ipſo iure. ad idē j. de ſen. excom. quicūq;. & de immu. eccl. quoniam. ADDITIO. Et vſque ad quem gradum dicantur hi cōſanguinei: recurre ad no. ſupra de appel. poſtremo. in j. gloſ. Et quia de affinibus non fit hic mentio, & cōſtitutio eſt pœnalis: non includit illos. j. de reg. iu. in pœnis. Ioan. Andr.

Electio ad quos ſpectat de iure cōmuni.

Excōmunicationem quādoq; incurrit qui laicū percutit.

C Gloſ. ſeq. rationē reddit: quam declarat. ſecundo ſoluit. q. tertiò quærit. arguit negatiuè. ſoluit diſtinguendo.
o Alios b. quia qui per alium facit &c. ff. de admi. tu. ita tamen. §. geſſiſſe. ſic & in maleficiis tenetur mādator, ac ſi per ſe faceret. ff. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & §. quoties. & hoc verū de iis quæ per alios explicari poſſunt. ſecus in adulterio & ſimilibus quę non poſſunt per alios explicari. Co. de cad. tol. l. vnica. §. ne autē. & mandatarius etiam excōmunicatus hic erit. de ſentē. excom. mulieres. & c. vniuerſitatis. ſ. Sed nunquid huius decre. pœna locū habebit in præſentāte patrono? Et videtur quòd non: quia de electione tantum loquitur, & non præſentatione: & eſt pœnalis & reſtringenda. j. e. ti. de ſen. excom. ſtatutū. Dic q ſi patronus eſt clericus vel perſona eccleſiaſtica, locum habebit conſtitutio: nec eſt ob hoc odioſa: imò fauorabilis eccleſiarum fauore, quibus propter hoc melius prouidebitur: & quia decr. indefinite loquitur, indefinite intelligitur. & dicit clericos &c. Si autem patronus eſt laicus, pœna locū non habebit: cum cōſtitutio dicat clericos, vel eccleſiaſticas perſonas.
p Præſumpſerint. ſi. de exceſ. præla. tanta. ſ. in anti.

b Hic vide dominum meū Ioan. Bru doct. Aurelianē ſem in repet. c. primi de homi. bene loquentem declarādo. Bar. in. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. Fōt.

D Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem.
q Sententia. ſi. j. de ſen. excō. quicunq;. & ſecūdū Guil. epiſcopi bene poterūt abſoluere ab hac ſentētia, ex quo cōditor huius canonis ſibi abſolutionē non reſeruauit. de ſent. excom. nuper. ſ. & ar. prædi. decr. quicunque. in fi.
r Innodatos. ergo eſt canon latæ ſententiæ, vt hic patet. Et cū papa hic ſibi nō retineat abſolutionē: ordinarius diœceſan⁹ clerico delinquēti indulgere videtur. ſ. de ſent. excō. nuper. ad hoc facit quod no. e. ti. ſi quē. in gl. vlt. in fi. Archi.
GEnerali.} Diuiditur in quatuor partes. Secūda ibi, Clericos. Tertia ibi, Illos verò. Quarta ibi, Qui autē. Ioan. And. ADDITIO. Cleri. & Io. Mo. diuidunt in tres tantum. coniungunt duas primas: & bene cōuenit literæ ſuſpēſiuæ. ſed gloſ. conuenit menti. Fran. autē iungens tres primas partes, diuidit in duas tantum.
Pro intellectu huius capituli præſupponendum eſt ſecundum veriorem intellectum ipſius, quid propriè iſte textus appellet regalia. Quidam volebant dicere quod regalia accipiuntur pro iuribus imperialibus: de quibus in li. feu. cap. quæ ſint regalia vt ſi rex donauerit regalia eccleſię. & aliquis illa vſurpet: ipſo facto eſt excōmunicatus. Alij dicūt q regalia accipiūtur pro iuribus quæ habet princeps in aliquibus



aliquibus eccleſiis: videlicet q vacante aliqua eccleſia rex percipiat fructus, & eccleſiā conferat. Nā collatio beneficiorū cōputatur in fructu. Et iſta fuit cōtrouerſia alias mota inter Philippū regē Fāc. & Bonifaciū 8. cōditorē huius cōpilationis: qui Bonifacius dicto Philippo regi ſcripſit quandam epiſtolā in qua cōtinebātur iſta verba, Collatio beneficiorū eſt ſpūalis: ſecus aūt credētes hęreticos reputamus. quā epiſtolā cū perlegiſſet ipſe Philippus: eidē Bonifacio ſcripſit aliā epiſtolā in qua poſita erant iſta verba: Collatio beneficiorū ad nos ſpectat & ptinet: ſecus credētes fatuos & dementes reputamus. ideo ſecūdū aliquos cōſtitutiones iſti⁹ cōpilationis nō fuerunt receptæ in hoc regno propter iſtā controuerſiā. Hoc preſuppoſito ponamus ſic caſum. Vacāte aliqua eccleſia aliquis comes vel dux qui dicebat ſe habere iura regalia in ipſa eccleſia, occupauit cuſtodiā eccleſię vacātis: & dicebat q fruct⁹ ipſius eccleſiæ ad ipſum ſpectabāt: licet non fuiſſet vſus ipſo iure. an ille comes vel dux vſurpās illud ius in eccleſia vacāte, ſit puniēd⁹ aliqua pœna? Reſpō. R. pōt. q ſic: & dicit q incurrit ſentētiā excōicationis: & clerici illius eccleſię ſibi nō reſiſtētes puniūtur pœna hic cōtenta. Sed ponamus q rex vel alius princeps nō cognoſcēs ſuperiorē in tēporalib⁹, habet iſta iura regalia in aliquibus eccleſiis, ſicut rex Frācię in eccleſia Ebroicē. & multis aliis eccleſiis in Normānia. Et ponamus q vacāte tali eccleſia eſt ſylua cædua: tamen nondū venit tēpus ipſam ſyluā cæduā ſcindendi, ſiue amputandi. vtrū talis princeps poſſit illā ſcindere, ſiue ſcindi facere? Reſpō. q nō. ſed ſi tēpus ſcindendi & colligēdi aduenisſet, cum ſylua cędua ſit in fructu: poſſet talis rex vel princeps facere ſcindere huiuſmodi ſyluā cęduā. No. primò ex hoc text. iuncta gl. q patron⁹ laicus nō habet cuſtodiā eccleſię vacātis: ſed ſuperior prelatus cui ſubeſt eccleſia. ſec⁹ eſt de patrono eccleſiaſtico: ideo patronus eccleſiaſtic⁹ poſſet colligere fruct⁹ eccleſiæ vacātis: nō vt fruct⁹ ſuos faciat, ſed vt illos reſeruet futuro ſucceſſori. No. inſuper q patronus eccleſiaſticus nō poteſt prætēdere ius aliquod in fructib⁹ illi⁹ eccleſię vacātis. & hoc verū, niſi de auctoritate ſuperioris tpe fundatiōis retinuerit ſibi illud ius. No. vlteri⁹ q vſurpās de nouo pdicta iura, vel pcurans vſurpationē eſt ipſo facto excōicatus. No. finaliter q ille q habet cuſtodiā eccleſiæ vacātis, nō poteſt capere fruct⁹ qui nōdū venerūt ad maturitatē. Et iſtud facit pro archipresbyteris, qui durātib⁹ .xl. dieb⁹ percipiūt fructus eccleſiarū vacantiū. ipſi enim non debent præuenire maturitatē fructuū.
a Generali. ſic C. de ſacroſan. eccle. l. generali. Archi.
b Vniuerſos. & vniuerſas. nā appellatiōe ſi quis, & ſi qua cōtinetur. ff. de verb. ſig. l. j. ff. de pac. tres fratres a, & de conſt. pec. l. j. §. j. Ar. cōtra. quia ſi pater exheredat filiū naſciturū: ſi naſcitur filia, nō erit exhæredata. ff. de ven. in poſ. mit. l. j. §. ſed & ſi incertū. Cōmuniter dici ſolet q in fauorabilib⁹ maſculinū cōcipit fœmininum: in odioſis non. ſic ſoluitur. ff. de ver. ſig. l. j. Alij dicūt q ſi maſculinū verbū pferatur ab homine, & eſt odioſum, nō cōprehēdit fœminā b: & ſic intelligitur predict⁹. §. ſed & ſi incertū. ſed ſi à lege, ſiue ſit odioſum, ſiue nō: fœmina cōtinetur. ff. de iuriſ. om. iu. ſi quis id. Odof. dicebat q ſi etiā a lege pferatur verbū odioſum, non cōprehēdit fœminā: niſi id lege caueatur. Dic ſecundū Gar. q verbū maſculinū prolatū a canone c, cōprehendit fœminas: quod pbatur xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. cōiūcto cū c. de ſen. excō. mulieres. quod eſt verū, niſi eadē vel alia cōſtitutiōe excipiatur fœmina. j. e. indēnitatib⁹. §. ſed cū eas. ADDITIO. Quæ excepta intelligitur in articulis qui fœminis non cōgruūt. ſ. de ſta. reg. ea quę. in fi. de hoc Spec. de diſpu. & alleg. §. poſt hęc. verſ. vel in maſculinū, per Hoſt. de teſta. Raynaldus. in prin. per Arch. plenius in prædicto ca. ſi quis ſuadente per Cy. C. de ſer. fugi. quicunque. Ioan. And.
c Regalia. i. collectā quæ ſit regis ratione, vel Imperatoris, vel tributū qd debetur regi. xj. q. j. ſi tributū. ſic ſolet exponi de iure patro. preterea. ij. vel. i. iura quæ ad imperatorē pertinere cōſueuerūt, vt port⁹ & vectigalia: ſed illa erāt eccleſiis cōceſſa, & modò volebat ea de nouo aliquis occupare vt in li. feu. ti. quę ſint regalia. alias eſt ſub. l. Imperialē. Ioan. And.
d Cuſtodiam. &c. quæ ſequuntur expone ſecundum Gar. i.

Bonifacij & Philippi regis Franciæ controuerſia.
† No. quòd diſpoſitio emanans contra vniuerſos, nō includit ſingulos cōprehenſos ſub vniuerſitate. vide per Ioan. An. de exceſſ. prælatorum.
Not. differentiā inter eccleſiā monaſteriū & piū locum: & ſic videtur q in hac materia vno expreſſo, aliud nō includitur. ad hoc ſupra c. pxi. Dom.

a Vide ibi Ange.
b Verū eſt in teſt. Do. Philip. hic alleg. Bal. in. l. gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu. q in contractibus maſculinū non concipit fœmininum. Font.
c Puniente crimina. Ioā. Mon. & Archi. & fuit de mēte Gar. dicentis q et a fœminæ ſicut maſculi peccant. Ioan. And.



A iuris patronatus, quod ſecundum diuerſas regiones diuerſa ſortitur vocabula. j. de iure patro. quia clerici. & c. preterea. ij. de ſta. mo. in ſingulis. §. j. xvj. q. vij. piæ mentis. & c. frigentius. quocūque ergo nomine cenſeatur, vſurpantes de nouo tale ius in eccleſiis & aliis locis piis, & bona ipſorū locorum vacantium occupantes excommunicati ſunt ipſo iure.

GEnerali a cōſtitutiōe ſancim⁹; vniuerſos b † & ſingulos, qui regalia c, cuſtodiā d, ſiue guardiā, aduocationis ſeu defenſionis titulū in Eccleſiis, monaſteriis, ſeu quibuſlibet aliis e piis locis de nouo f vſurpare conātes, bona g Eccleſiarū, monaſteriorū, aut locorū ipſorū vacātiū occupare h prę ſumūt, quātæcunq; dignitatis honore præfulgeāt i: clericos etiā eccleſiarū, monachos monaſteriorū, & perſonas cęteras locorū eorundē, qui hoc fieri procurant k: eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere. Illos verò qui ſe, vt deberent, talia facientibus non opponunt l: de prouentibus Eccleſiarū, ſeu locorum ipſorū pro tēpore m, quo præmiſſa ſine debita contradictione permiſerint, aliquid percipere diſtrictius inhibemus n. Qui autem ab ipſarum Eccleſiarū, cæterorumq; locorum fundatione o, vel ex antiqua p cōſuetudine iura ſibi huiuſmodi q vendicant: ab

e Aliis. vt hoſpitalib⁹, vel aliis quocū q; nomine vocatis.
f De nouo. ſ. à xl. annis circa ſecundum Gar. de cōſue. ca. vlt. de præſcr. de quarta. xvj. q. iij. c. placuit. §. quas actiōes. & hoc per literā quę ſequitur, vel ex antiqua conſuetudine &c. Chriſma tamē, matrimoniū, mācipiū, vinū, dicūtur noua, quæ nō excedūt annū: vetera, quæ excedūt. Probatur primū de conſe. diſt. iij. literis. Secūdum. xxxv. q. viij. c. j. in gl. anni. Tertium. ff. de publ. & vectig. l. interdū. §. quoties. Quartū ff. de vi. tri. & oleo lega. vetus. Alibi dicitur nouū, cuius extat memoria: & eius cōtrarium dicitur vetus. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. & l. in ſumma. §. j. ſ. de verb. ſign. ca. ſuper quibuſdam. ADDITIO. Dicit Archi. q hic & ſ. eo. auaritiæ. dicitur nouum, quod nunquam fuit. Ioan. And.
g Bona. de quibus nulla eſt laicis attributa facultas. xcvj. diſt. bene quidem. de conſtit. eccleſia.
h Occupare. in mala parte ponitur. ſic ſupra e. vt præterite. alibi in bona. vij. q. j. factus eſt Cornelius. & ſ. de procur. nō iniuſtè & j. de proc. ſi duo. & de cōſe. diſt. v. nunquā. & propriè mobilia dicuntur occupari vel rapi. immobilia dicūtur inuadi: ſæpe tamen ſumitur vnum pro reliquo. xlvij. di. ſicut. ij. xij. q. ij. quicunque. ſupra de reſtit. ſpo. ſæpe. Co. vnde vi, ſi quis in tātam. inſt. vi. bon. rap. §. quod nō ſolū. ADDITIO. Dicit Archi. quòd iſti tales rerum eccleſiaſticarum occupatores dicūtur committere furtū & ſacrilegium: & nō oualecunque furtum, ſed peculatus quod eſt furtū de republica. xxiij. q. iiij. quid ergo.
i Præfulgeant. hic aſſume literam in fi. ſequentis ver. eo ipſo &c. & maiori pœna ſunt digni, quibus cum plurimū honoris defertur, inueniuntur in crimine. v. q. vj. c. quia iuxta. §. ſi forte presbyteri.
k Procurant. forte occaſione diſcordię inter ipſos ſuſcitatæ. & dicuntur procurare ope, conſilio, perſuaſione, & operatione. de homi. ſicut dignū. de offi. deleg. c. j. ff. de ſer. corru. l. j. §. perſuadere.
l Opponunt. No. clericos ſe debere opponere pro iuribus eccleſię defendendis. ad idem j. de re. eccle. nō alie. hoc conſultiſſimo. ADDITIO. Et ibi vide in glo. ſumptum. & ſi vocant milites ad defenſionē: etiam mors inde proueniens eis non imputatur ſecundum Arch. alleg. no. xxiij. q. iij. Maximianus. per Inno. de reſti. ſpo. olim. Ioan. And.
m Pro tempore. i. p ea parte tēporis: vel. i. ab eo tēpore citra
Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit diſtinguendo.
n Inhibemus. cōtrafaciēs eſt trāſgreſſor canonis, qui canonē trāſgreditur pbibitionē cōtinētē. iiij. di. c. deniq;. in fi. ſecus ſi cōſiliū tātū: vt ibi. Sed quęro quę ſit pœna tranſgreſſionis canonis? Dic ſecūdū Gar. q qui trāſgreditur canonē credēs Romanā eccleſiā nō habere poteſtatē condēdi canones: de tali trāſgreſſione punitur vt hæreticus. xix. di. nulli fas. vbi de hoc. Si aūt credit Romanā eccleſiā poteſtatē habere, ſed facit contrariū, quia ſic ei placet, eſt pœna depoſitionis d: vt iiij. diſt. §. vlt. & adde hoc quod no. ſ. de treu. & pa. c. j.
o Fundatione. fundans n. & dotās eccleſiā de diœceſani cōſenſu, poteſt hoc ſtatuere, vt fruct⁹ ipſi⁹ eccleſię cū vacabit ſuos faciat. xviij. q. ij. eleutherius. de iur. patro. pręterea. ij. & c. nobis. ADDITIO. Licet dotationis tēpore poſſit doti onus imponi: nō tamē tēpore traditionis quæ ſit ex interuallo. facit C. de pac. cō. l. ex morte. in fi. & quod no. de rei vxo. ac. l. vna. §. accidit. facit de teſti. cog. pręterea. cū cōcor. in vlt. gl.
Gloſ. ſeq. obiicit, & ſoluit.
p Antiqua. preſcripta ſ. de conſue. c. vlt. videtur ergo quòd conſuetudo qua vſurpari poſſint bona eccleſiarū, & ſic onerosa, preſcribi poſſit, contra id ſ. de conſue. c. j. Dic q in hoc quòd quis habeat ius patronatus, cuſtodiā, guardiā, vel ſimilia: bene valet conſuetudo: ſed in hoc quòd vſurpet, nō valet: & ſic intelligitur contrarium.
q Huiuſmodi. ſcilicet guardiam, cuſtodiam, vel regalia.

Nouum & vetus qualiter intelligantur.
Occupari ſonat in malā partem.
Procurare quis dicitur quadrupliciter.
Clericus vocās milites pro defenſione rerū eccleſiæ, an teneatur de morte inde ſecuta.
Pœna trāſgredientis canonei.
d Vbi non eſt certa pœna ſtatuta. Ioan. And.
Ius patronatus an poſſit haberi ex cōſuetudine.

a *Miniſtros.* qui res alterius ſaluare tenentur:& de facto mi niſtrorum tenentur.ff.nau.cau.ſta.l.fi.in prin.lxxxvj.diſt.an putatis.& culpæ reus eſt qui malorum vtitur opera.inſti.de oblig.quæ ex quaſi deli.§.ſed ſi alicuius.circa fi.

b *Reditus.* vt ſunt ſyluæ cæduæ, quæ tẽpore vacationis nõ ſunt in tali ſtatu ꝙ cædi debeant[a]. Et no. quòd omnis fructus conſiſtit in reditu.ff.de vſur.Paulus.§.j.ſed non cõuertitur.quia partus ancillę eſt in reditu, ſed non in fructu.ff.de vſur.in pecudũ.§.partus.inſti.de re.di.§.in pecudũ. Sed quęro an fruct⁹ medio tẽpore perceptos faciãt tales ſuos? Ita videtur per hanc literã:quia nõ prohibet de fructib⁹, ſed de iis quę non pertinent ad fructus. Tu dic ꝙ fructus cõſeruari non debent futuro ſucceſſori.ſ.de offi.ordi.cũ vos.ſ.eo.l.vbi periculũ.§.prouiſionis.& j.eo.quia ſæpe.& de offi.ordi.præſenti. Qui enim cuſtodiam habet: cuſtodire debet, non cõſumere.ff.vt in poſ.lega.l.ſi cui.§.qui legatorum.habebunt tamen ſecundum Guil.quãdiu cuſtodiæ operã dant,moderata cibaria.arg.xij.q.ij charitatem ſupra de præb.extirpandæ.ff.cõmo.in rebus.§.poſſunt.& ſic non habet locum hic: & arg.a contrario ſenſu.C.de epi.& cle.conuenticula.&.ff.de cond.inſer.l.j.

c *Cætera.* ff.de ver.ſig.l.cæterorum.Ioan.And.

*a Vel ſunt ſtagna vel viuaria nõ in ſtatu quo piſcari debeant. Ioan.And.*

illorum abuſu ſic prudenter abſtineant,& ſuos miniſtros [a] in eis ſolicitè faciant abſtinere, quòd ea quæ nõ pertinent ad fructus ſiue reditus [b] prouenientes vacationis tempore,non vſurpent:nec bona cætera [c], quorum ſe aſſerunt habere cuſtodiam,dilabi permittant,ſed in bono ſtatu conſeruent.

Idem in eodem.

*Parochialis Eccleſia nemini cõferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate:& ſi conferatur non attingenti 25. annum, non valet collatio. Ille autem cui talis Eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, & intra annum ſacerdos fieri.ſi autem promotus non fuerit, elapſo anno priuatus eſt ipſo iure. Super reſidentia autem Prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare.Ioan.And.*

CAPITVLVM XIIII.

LIcet canõ [d] à felicis recordationis Alexan. Papa iij. prædec.noſtro editus,inter cętera [e] ſtatuerit, vt nullus regimen Eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi xxv. annum ætatis attigerit, ac ſcientia & moribus commendandus exiſtat; quodq; talis ad regimẽ aſſumptus huiuſmodi, ſi monit⁹ nõ fuerit præfixo à canonibus tẽpore [f] in presbyterũ ordinatus, à regiminis eiuſdem amoueatur officio,& alij [g] cõferatur:Quia tamẽ in obſeruatione canonis memorati ſe multi

B exhibent negligentes,nos periculoſam [h] illorũ negligentiam [i] volẽtes iuris executione [k] ſuppleri,præſenti decreto ſtatuimus,vt nullus ad regimẽ parochialis eccleſiæ [l] aſſumatur, niſi ſit idoneus moribus, ſcientia [m],& ætate; decernentes collationes de parochialibus [n] eccleſiis iis qui non attigerint [o] xxv.annũ,decætero [p]

A ſuſcipiendos ordines:per iſtũ non.Item per illum priuãdus eſt per ſententiam:per iſtum priuatus eſt ipſo iure.

e *Cætera.* quia multa alia ſtatuit præter iſta.

f *Tempore.*quod erat in proximis quatuor tẽporibus.lxxv.diſt.quaſi per totum:vel dic præfixo ab homine.

g *Alij.*ergo nõ primò,ne fiant leges ludibrio: & dicatur ſolũ verbis lex impoſita.j.e.commiſſa.§.porro.& dic alij qui cũ effectu faciat id in quo primus fuit negligẽs.ſ.de cl.nõ re.relatũ.alias remouebitur:vt ibi.Io.

h *Periculoſam.* ſibi & illis quos corrigere debebãt: & ita cateruatim ſequebatur eos pereuntes multitudo pereuntium.xl.diſt.ſi papa.

i *Negligentiam.* hæc omnino lędit in authen.col.vj.de quæſtore.§.hæc omnia.& nouerca eſt eruditionis.lxxxiij.diſti.c.nihil.

k *Executione.* Nota ꝙ quilibet canõ qui eſt latæ ſẽtẽtiæ,poteſt dici executori⁹. & hoc eſt verũ quo ad iuris executionẽ. ADDITIO. An neceſſaria ſit executio facti,vel declaratio:not.j.e.commiſſa.§.j.Archidiaconus remittit.de præb.licet,ij.Ioan.

l *Parochialis eccleſia.* Sed nunquid erit idem in decanatu & aliis dignitatibus, de quibus loquitur.§.inferiora c.cum in cunctis.ſ.e. arguẽdo de ſimilibus ad ſimilia? Videtur ꝙ ſic, cum ſub eadẽ prohibitione manauerit.ſ. de conſt.trãſlato.

*No.primò quod defectus ætatis, morum & ſcientiæ,magis inhabilitant promouendu ad beneficium,quã defectus ordinis ratio poteſt eſſe: quia vitiũ defectus facti li⁹ tolitur, quã alij.*

LIcet canon,poteſt diuidi in ſex partes. In prima ponit cõſtitutionem Alexan.& ſtatuit cui debeat conferri parochialis eccleſia.In ſecunda ibi,Decernẽtes:irritat collationem aliter factam.In tertia ibi,Is etiam.ponit de reſidentia faciẽda.In quarta ibi,Et intra annũ.de promotione ad preſbyteratum. In quinta ibi,Quòd ſi intra.pœnã non promoti.In ſexta ibi,Super reſidentia.de diſpenſatione reſidentię.Ioan.An. ADDITIO. Iſta diuiſio in ſex partes placet:licet Fran.diuidat in quatuor tantũ:quia coniungebat tertiam & quartam.Itẽ quintam & ſextã.Clericus diuidebat in quinq; coniungendo primas duas.Item Io.Mon.in quinque ſubticendo tertiã.Ioan.And. CASVS. Quidã clericus cõſtitutus in præſentia Romani pontificis quęſiuit ab eo,Sanctiſſime pater vellẽ bene informari à vobis quæ idoneitas requiritur in promouẽdo ad eccleſiã parochialẽ. Ad quod reſpon. Rom.pont.ꝙ in promouendo ad eccleſiã parochialẽ requiritur ꝙ ipſe habeat ſcientiã ſufficientẽ:& ſit imbutus bonis virtutibus,ac inſuper ſit alienus à vitiis:& ꝙ cõpleuerit annum.xxiiij.& attigerit.xxv.ꝙ ſi non attigerit.xxv. nulla eſt collatio ipſo iure.Sed quid ſi ꝓmotus ad eccleſiã parochialẽ habeat omnia iſta,quia eſt ætatis perfectæ, idoneus ſciẽtia & moribus:ſed tamẽ nõ eſt ſacerdos? Reſpõ.Ro.pont.ꝙ ipſe debet effici ſacerdos intra annũ cõputandũ à tẽpore adeptæ pacificę poſſeſsiõis ipſius eccleſię parochialis.alàs ſi nõ ꝓmoueatur ad ſacerdotiũ intra illud tẽpus:illo tpe elapſo priuat⁹ eſt ipſo iure dicta eccle.parochiali.c.cõmiſſa.j.e.& ſic correctũ eſt.c.cũ in cũctis.e.ti.in an.ꝙ reqrebat amotionẽ p ſentẽtiã,ſed p iſtud.c.ipſo facto eſt amot⁹ abſq; alia monitione vel ſententia.Sed quid ſi ꝓmotus ad eccleſiã parochialẽ fuit effect⁹ ſacerdos intra annũ:vtrũ teneatur reſidere perſonaliter in ipſa eccleſia:& eidẽ perſonaliter deſeruire in diuinis? Reſpõ.ꝙ ſic,niſi ſuus prælatus cũ ipſo diſpẽſauerit,ne reſideret perſonaliter in ſua eccleſia,ſed vt poſſet in ipſa eccleſia deſeruire in diuinis per alium ſuum vicariũ.

d *Canon.* ſupra eo.cum in cunctis. qui hic in tribus maximẽ ſuppletur: quia ibi collatio parochialis eccleſiæ minoribus fieri prohibebatur tantũ,hic irrita decernitur:niſi dicere velis ꝙ id ſatis erat irritum per ipſam conſtitutionem; quia ſufficit legiſlatorẽ aliquid prohibuiſſe, etſi nõ adiiciat contra factũ non valere [b].C.de legi.non dubiũ.nec fuit hoc propterea ſuperfluũ,cum clarius exprimat. ad idẽ ſ.de ſum.tri.c.vnico.eo.li.& ſic innouat & ſuſcitat illud ius, quaſi per abuſum abolitum. Item per canonẽ illum moneri debebãt ad

*No.ſecũdo collationẽ beneficij curati factã minori 25. annis, eſſe nullam ipſo iure.Do.*

*No.tertiò poſt de Anchar.quod electus,ante ordinationem habet adminiſtrationem & regimẽ ponderando textum ibi,aſſumptus.ac ibi, amoueatur.Font.*

*b Idẽ Do. alleg.ſimilem gl.cle.j.de iu.patro.Font.*

C Dicas ſecundũ Gar.& Guil.ꝙ in illis p hanc cõſtitutionem nihil immutatur.quod.n.non mutatur &c.in fi.C.de app ꝑcipimus.& C.de teſta.ſancimus. Habeat ergo tantũ locũ in eccleſia parochiali: nec recedã à verbis.ff.de lega.iij. nõ aliter.Seruabitur ergo in eis.§.inferiora.c.cũ in cũctis.ſ.e. Itẽ ſcias ꝙ nõ habet locũ hęc cõſtitutio in parochialib⁹ collegiatis,vel aſſumptis ad earũ regimẽ.j.e.ti.ſtatutum.Quid ſi eccleſia olim habuit parochianos:ſed nunc habere deſiit? Dic ſecũdũ Gar.ꝙ nõ habet locũ cõſtitutio:quia & deficiẽtibus ꝑſonis collegij,deſinit eſſe collegiũ:vt no.ff.ꝙ cuiuſque vni.l.ſicut.§.j.Si aũt reinciperẽt ibi eſſe parochiani,extũc incipiet cõſtitutio locũ habere:qa facta eſt parochialis.& ω reuolauit ad α. xxxv.di.exordio. quẽadmodũ ſi de nouo fieret aliqua eccleſia parochialis, locũ haberet cõſtitutio.& cõcord.ad hoc Hoſt.ſ.de cle.non reſi. quia nonnulli

m *Scientia.*quę requiratur in eo,habes xxxviij.di.quę ipſis.

n *Parochialibus.* de talibus eccleſiis habetur. xxxviij. diſti. quando.in prin.x.q.j.regẽda.xiij.q.j.c.j.Parochia græcè,latinè dicitur partitio.& dicitur parochia quaſi partitio curę: quia rector ipſius habet curam animarũ totius populi intra illos limites congregati; vnde dicitur populũ regere. j. de capel.mona c.j.Arch.

D o *Attigerint.*ſufficit ergo in his quòd attigerint.xxv.annũ. ſecus ergo in epiſcopo. ſupra de elect.cum in cunctis. & in abbatiſſa.j.eo.indemnitatibus.& in caſu.j.de ætate & qual. c.vno. ADDITIO.Et in caſu de regularibus,ad noſtrã vbi vide cum ſuis remiſsis.Ad vtranque partem facit cle.de ſtatu monacho.ne in agro.§.cæterum, Solue vt ibi in gloſ.iiij.Ioan.And.

p *Decætero* [c]. ad futura tantum extenditur: & habet hoc locum in qualibet conſtitutione præterquam in caſibus.ſupra de conſt.ca.vlt.dic vt ibi.Quid de pendentibus:nunquid ad illa conſtitutio extendatur? Et quidẽ ſi pendeat per appellationem,negotium decidi debet ſecundũ ius quod erat tẽpore primæ ſententiæ:nõ ſecundũ ius quod emanauit appellatione pendente.in aut.vt cũ de ap.cog.in prin.& §.j. Si autẽ principaliter pẽdet,dixit Hoſt.ſ. de cõſt.c.ij. decidi debere ſecũdũ ius qđ emanauit.Gof.ibi & Accur C.de legi.leges. ſecũdũ ius quod ante cõſtitutionẽ erat:& vterq; allegat ꝓdi.aut. Dic ſecũdũ Gar. ꝙ ſi cõſtitutio loquatur de ordinatiõe negotij vel contractus,vt de numero teſtiũ, de ſcriptura vel alia ſolẽnitate,vera eſt opi. Gof. Nõ enim pars potuit diuinare,C.de teſti.teſtiũ.C.de teſta.iubemus.lxxxij.di.ꝓpoſuiſti.Si

*Conſtitutio,licet canon.an habeat locum in eccleſia parochiali quæ deſiit habere parochianos.*

*c De materia gl.vide de Ancharano loquẽtem.Font.*

*Cõſtitutio noua an extẽdatur ad pendentia tempore cõſtitutionis.*



ſti. Si autem conſtitutio loquatur circa ordinationem ſententiæ vel proceſſus:pone exemplum de iur.calũ.c.j.§.vlti.de ſent.& re iudi.ca.vlt. poteſt vera eſſe opinio Hoſti. ita ꝙ proceſſum cauſæ iam factum non tangat, ſed faciendũ:& ꝙ alias conſtitutio de ſui natura non extendatur ad pẽdentia: probatur opti.j.de offi.leg.c.pe.in fi.

Gloſ.ſeq. de duobus ſimul quærit,& ſol.Iterũ quęrit arg.ꝓ,& ſoluit cõtrariũ.

a *Carere.* ipſo iure. Si quęratur an epiſcopi poſsint in ętate diſpenſare,ſecundũ quod olim à quibuſdam dicebatur per illam decre.de æta.& quali.præterea.& c.indecorũ.& verũ diſpẽſatiuè poſsint annum prorogare? Dic ꝙ nõ:per decr.iſtã, quę ſolum ſuper reſidentia eis poteſtatem diſpenſandi reſeruat:[a] eo tamen ſaluo quod habes j.eo.tit.cum ex eo.De diſpenſatione autẽ ordinum nihil hic prohibetur:vnde antiquo iuri ſtabitur,ſcilicet illi decre.præterea. Sed nunquid non conſtitutus in maioribus vel in minoribus de iure cõmuni ad talem eccleſiam eligi poteſt? Et videtur quòd ſic: quia iſta decr. nihil exigit,niſi quòd promoueatur intra annum: ſed ad omnes ordines promoueri poterit intra annũ. Sed dic contra.[b] quia hæc decre.præterea.nihil per iſtã immutat:imò per iſtam quodammodo exponit quod ibi dicit, intra breue tempus.

*Diſpenſatio ſuper ætate, an poſsit fieri per epiſcopum,& ſic per prorogatiõe anni.*

*† No.quod pœna appoſita negatiuæ conſtitutioni,committitur ſine monitione:quod fa cit appoſitio termini.aliàs ſecus.Inn.c.extirpãdæ.de præben.Do.Philip.de Ancha.Font.*

*a Idẽ Do. Font.*

*b Idẽ Do. Font.*

faciendas,viribus omnino carere.[a] Is etiam [b] qui ad huiuſmodi regimen aſſumetur, vt gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſsit: in parochiali Eccleſia cuius rector [c] extiterit, reſidere [d] perſonaliter [e] teneatur:& intra annũ [f] à ſibi cõmiſsi regiminis tẽpore numerandũ, ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quòd ſi intra idem tẽpus [g] promotus non fuerit: Eccleſia ſibi cõmiſſa, nulla † etiam præmiſſa monitione,ſit præſentis conſtitutionis auctoritate priuatus. [h] Super reſidentia verò (vt præmittitur) facienda, poſsit Ordinarius [i] gratiam diſpẽſationis ad tempus [k] facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

Idem in eodem.

*Parochialis Eccleſia nõ commendetur, niſi cõſtituto in ætate legitima & ſacerdotio:& tali,nõ niſi vna:& illa tunc demũ, cum neceſſitas vel vtilitas exigit. Talis autem commenda vltra ſex menſes non duret. Quod contra prædicta factum fuerit,*

B *eſt irritum ipſo iure.Ioan.And.*

CAPITVLVM XV.

A cum non excuſat,aut eſt parochialis eccleſia: & tunc elapſo anno priuatus eſt ipſo iure,etiam ſi nõ moneatur:vt hic.aut eſt aliud beneficiũ:& tunc ſi monitus non vult promoueri, priuandus eſt.ſ.e.cum in cunctis.§.inferiora.In epiſcopatu autẽ nõ requiritur monitio:ſed ſufficit negligẽtia electi per tẽpus à canone terminatũ.c.di.ca.j.cir.fi. Si verò beneficiũ non habet certũ ordinem annexum, & eccleſiæ neceſsitas vel vtilitas non exigit:inuitus cogi nõ debet: & punitur q eũ cõpellit. lxxiiij.diſt.c.j.& ij.& c. vbi iſta. Si autẽ neceſsitas vel vtilitas eccleſiæ requirit vt ꝓmoueatur clericus:ſi ſe excuſat prętextu criminis quod ſe cõmiſiſſe proponit: aut ſi ꝓponit aliud impedimẽtũ in quod incidit culpa ſua:tũc epſ debet inferiores idoneos promouere,& ipſum clericũ ab ipſo beneficio penitus amouere: niſi aliàs valde vtilis & neceſſarius eſſet illi eccleſię.de æta.& qua.quęris.vbi verò impedimentũ temporale prætendit,puta infirmitatẽ,vel etiam perpetuũ ex delicto ſuo non prouenìens: non ſolũ non cogitur:ſed etiã ſi eius excuſatio nõ admittitur,poterit appellare: ſicut & tutor appellat ob excuſationẽ rationabilẽ non admiſſam.ff.quan.appel.ſit.l.j.§.ſiquis tutor. ꝙ ſi voluntate ſua renuit ordinari,nil prætendens,niſi quia nõ vult: debet compelli appellatione remota per ſubtractionẽ beneficij & officij.lxxiiij.diſt.c.iij.& iiij.De regularibus dic vt in clem.de ſta.regula.ne in agro.§.antepenul.

Gloſ.ſeq.recitetur per quæſtionem.

i *Ordinarius.* i. ſuus ſuperior: ſiue ſit epiſcopus,ſiue maior vel inferior epiſcopo.ſupra de cle.non reſi.relatum.& ſic illud intelligunt Inno.& Hoſti. diſpenſationem autem illius. c.j.eo.cum ex eo. non poſſunt inferiores epiſcopis facere: vt ibi dicam.

C k *Ad tempus.* bene dicit:quia nec papa ſuper reſidentia dat perpetuas indulgentias:& datas per prędeceſſores,reuocat: vt ſ.eo.lib.de reſcrip.c.vlt.

b *Is etiam.* tertia pars,in qua ponit de reſidentia facienda.

c *Rector.* vel perpetuus vicarius:in quo locũ habet qđ hic dicitur circa ordinẽ & ætatem per cle.de offi.vic.quę de eccleſiis.cuius contrarium dicit hic Arch.per hanc literam.

d *Reſidere.* ad hoc etiam tenebatur olim.ſupra de cler.non reſi.relatum.

d *Reſidere,* is dicitur reſidere, qui cõtinuè ibi moratur.ar.C.de metatis.l.deuotum, li. xij.niſi in caſibus à iure exceptis:in quib⁹ is qui abeſt,fingitur eſſe præſens,& reſidere:vt j.de cle.non reſi.decætero.c.ex parte.& c. cum dilectus. cũ ſi.Archid.

e *Perſonaliter.* ergo non per vicariũ:niſi in caſu.ſ.de præb.extirpandæ.quam per hanc tolli non credo,ſecundũ Guil.

f *Annum.* impedimento ceſſante. ſupra eo.ti.lib.vj.quã ſit.in fi.& eſt expreſſum j.eo.commiſſa.& currit iſte annus ex quo habuit poſſeſsionem pacificam; vel per eum ſtetit quo minus haberet:nec currit iuſte impedito:vt j. eod.cõmiſſa.& j.de præb.licet.

g *Idem tempus.*niſi cũ eis per epiſcopos ſuos fuerit diſpenſatum, vt literarum ſtudio inſiſtentes non teneantur vſq; ad ſeptennium promoueri,niſi ad ordinem ſubdiaconatus dũtaxat:ad quem ſub hac pœna intra annum promouere tenẽtur.j.eo.tit.cum ex eo.

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit. demum ſoluit duo dubia: & de tertio remittit.vltimò diſtinguit circa compulſionem ad ordines.

h *Priuatus.* ipſo iure,olim verò per ſententiam.Sed nũquid poterit purgari mora anno elapſo per aliquot dies? Dic ꝙ non,arg.hic,& de ſup.ne præla.licet.quia commiſſa nõ poteſt purgari. C.de contrahen.& cõmit.ſtip.l.magnã.& adde quod dixi j.de re.iu.mora. & licet tam modicũ tẽpus reſtet de anno ꝙ certum eſt eum non poſſe promoueri:nõ eſt priuatus.j.e.cõmiſſa.j.reſpon. & dico ꝙ pœna illius conſtitutionis,cũ in cunctis.nõ eſt remota per iſtam:quia ſi talis eccleſia collata fuerit diacono,& monitus promoueri nolit,etiam intra annũ priuari poterit ſecundũ tenorẽ,ipſius decr. Et ſi quæratur quando incipiat currere tempus illi ad quem ſpectat collatio:dicã j.eo.commiſſa.No.autẽ ex hac decre. ꝙ compellitur quis ad ordines per ſubtractionẽ beneficij: ſed quia iura ſuper hoc variant: diſtinguas ſecundũ Gar.aut beneficium habet certum ordinem annexum,aut nõ. Si habet, aut iuſta cauſa excuſat illũ, vtpote irregularitas in quã poſtea incidit ſine culpa ſua: vt quia oculũ vel manũ amiſit: tunc nec cõpellendus eſt,nec priuandus.ſ.e.cũ in cunctis.§. hoc ſanè. Si autẽ incidit in talem irregularitatem culpa ſua, debet amittere beneficiũ.& ſic intelligitur de ęta.& qua.c.j. Idem ſi ante adeptum beneficium in illam irregularitatem incidit qualitercũque: quia id in promotione ſua tacere nõ debuit.xxiiij.di.quando. & c.vlt.ſupra de cor. viti.expoſuiſti.de renun.niſi cum pridem.§.perſonæ. Si autẽ iuſta cauſa

*Mora in pœnis à iure iã incurſis an poſſit purgari.*

*Ordines recipere an & quibus pœnis cogatur clericus beneficiatus.*

NEmo.} Tria facit. Primò præmittit cui & quando fiat commenda parochialis eccleſiæ. Secundo quantũ duret. Tertiò decretum apponit. Secunda ibi,Huiuſmodi autẽ. Tertia ibi,Statuentes. ADDITIO.Et Io.Mo.diuidebat in quatuor.Secunda ibi, Nec tali.Ioan.An. CASVS.Vacãte aliqua eccleſia epiſcopus non habens ad manus perſonam idoneam,vel forte patroni contẽdebant de iure patro.certũ eſt ꝙ iſte epiſcopus poteſt ad tẽpus concedere alicui iſtã eccleſiam in cõmẽdã.Sed quæritur,quę ætas & quæ aliæ qualitates requiruntur in cõmendatario? Reſpon. ꝙ requiritur ꝙ cõmendatarius compleuerit an.xxiiij.& attigerit.xxv.an. Itẽ requiritur ꝙ ipſe ſit conſtitutus in ſacerdotio.Nã requiritur ꝙ exerceat ea quæ ſacerdos exercet.Item tertio requiritur quòd nõ habeat aliam eccleſiã in cõmendã.Sed vtrum in perpetuũ poterit epiſcopus eccleſiã cõmẽdare? Certe nõ: ſed ſolum vſq; ad ſex mẽſes:& in effectu poteſt epiſcopus eccleſiam cõmendare vſque ad illud tẽpus quod habet in ſua collatione.{Nemo.}Iſta cõſtitutio nõ comprehẽdit Rom.

D pont.quia Rom.pon.nõ poteſt ſibi legẽ imponere.No.primò quòd epiſcopus (idẽ eſt de alio ſuperiore) poteſt eccleſias ſpectantes ad collationẽ ſuã cõmendare. i.tradere in cuſtodiã,& alicui cõmittere adminiſtrationẽ ad tẽpus: ſed talis cõmẽdatari⁹ per hoc nõ habet titulũ in eccleſia ſibi cõmendata.No.vlterius ꝙ epiſcopus nõ poteſt eccleſiã cõmẽdare vltra ſex mẽſes:ideo elapſis ſex mẽſibus expirat cõmẽda:ſed Ro.pon.poteſt in perpetuũ cõmendare. Vnde ſciẽdũ ꝙ cõmendatarius in eccleſia ſibi cõmẽdata non dicitur habere titulũ:& ideo nõ vacat per mortẽ cõmẽdatarij. Ex quo ſequitur quòd ſi poſt mortem commendatarij impetraretur eccleſia cõmendata tanquã vacans per mortẽ, impetratio eſſet ſurreptitia: quia eſſet expreſſus falſus modus vacationis.& hoc verum, niſi in impetratione eſſet appoſita iſta clauſula,& hoc quocunq; modo vacet. No.inſuper ꝙ commenda eccleſiæ parochialis non poteſt alicui fieri,niſi conſtituto in ſacerdotio: licet eccleſia parochialis poſsit alicui dari in titulum nõ conſtituto in ſacerdotio. No.finaliter ꝙ commẽdatarius tenetur reſidere in eccleſia ſibi cõmẽdata: ideo non poſſet ſibi dari alia commenda: quia nemo poteſt reſidere perſonaliter in duobus locis.

*Diuiſio.*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Deinceps.* per hoc verbum apparet quòd hæc conſtitutio ad prçteritas cōmendas non extēditur:& quia natura cōſtitutionis eſt φ non extendatur ad præterita. & de hoc ſ. ca. proxi. ADDITIO. Fuit hoc conſiliũ:vt refert Fran.Vercel. anno domini Mcclxxiiij.à princ.Maij vſq; ad Auguſtum.& hoc de Lugd. Greg. x.prius autem fecerat eam Lugdu.Inn. iiij.concil.anno domini.Mccxlv.vt patet in Spec.hiſtoriarũ,li.vlt.in prin. De Vien.qđ fuit Mcccxj. & xij.vide in cle. cũ ſit.de cēſi.gl pe. De Lateran.Alex.iij.quod fuit Mclxxix.dixi de iis quę ſi.à pla. cum apoſtolica.in fi. De generali Inn.iij. quod fuit Mccxv. dixi ſupra de deci.c.penul.Ioan.And.

*Concilium Lugdu.& alia quæ tēpore fuerũt celebrata.*

*† Nec legatus, quia cōtra iura non diſpenſat. j. de ſchiſ.ca.j. gl.c.pe.de ſi.preſb.de Ancha.*

NEmo † deinceps ª parochialē ᵇ Eccleſiam alicui nō conſtituto in çtate ᶜ legitima & ſacerdotio, ᵈ cōmendare ᵉ † præſumat: nec tali ᶠ etiã niſi vnã, ᵍ & euidēti neceſsitate ʰ † vel vtilitate ⁱ ipſi⁹ eccleſię ſuadēte. Huiuſmodi ᵏ autē cōmendã(vt ꝑmittitur)ritè factã declaramus ˡ vltra ſemeſtris ᵐ tēporis ſpacium nō durare : ⁿ ſtatuentes quidquid ſecus de commendis Eccleſiarum parochialium actum fuerit,eſſe irritum ipſo iure.

Nicolaus tertius. Aliàs iiij.

*Hæc decre.fuit multum vtilis ſuo tempore antequã Papa reſeruaret ſibi prouiſiones Epiſcopatuũ. Glo.1.ponit ſummariũ:& ſecunda diuiſionem. Dominicus.*

b *Parochialem.* in aliis ergo nihil immutatur : ſed remanet ius antiquum ſecundum Guil. ad hoc. C.de appel. præcipimus. ADDITIO. Specialia igitur parochialium eccleſiarũ habes hic , & ſupra capitulo proximo. vbi de hoc in gloſſa. ſed nunquid. & infra de præben.ſi apoſtolica.ſupra de præbend.extirpandæ. §. qui vero.& in clem.vnica de offi.vica. Ioan.And.

*Do. neque capitulũ:licet poſſit ex negligẽtia epiſcopi conferre.c. 2.ſupra de cōceſ.præben.& ex delicto ſ.e. quũ in cunctis.Font.*

c *Aetate.* ſcilicet quòd attigerit.xxv.annum.ſupra capitulo proximo.

d *Sacerdotio.* vt poſsit interim ipſi eccleſiæ in ſacerdotali ordine deſeruire. Et nota quòd parochialis eccleſia poteſt intitulata dari etiam non presbytero. ſupra capitulo proxi. infra eodem,cum ex eo.infra de inſti.c.ij. commendari autem non:& hoc eſt nouum,quia ante conſtitutionem iſtam hoc non erat.

*† No. quòd ſicut p viã principalis tituli p obibita eſt retentio plurium parochialiũ eccleſiarũ.ſ. de præb.de multa. ſic etiã p viã commēdæ. Dom.*

Gloſ. ſeq. ponit quomodo diuerſis modis ſumitur commendare,& quomodo hic ſecundo, circa commendam format octo quæſtiones.

e *Commendare.* idem eſt quod deponere.ff. de ver.ſig.l.cōmendare.ff. depo.l.Lucius.xxij.q.ij.ne quis arbitretur.ſupra depoſi.c.j. Quandoque accipitur cōmēdare pro verbali honore alicui impenſo:vt cũ quis de aliquo laudatur vel quando amicum commendo,vt ei verbalem honorem faciam.ff. man.ſi vero.§. cum quidam. ª Et ea quæ commendandi cauſa dicuntur,non obligant.ff.de ędi.edic.ſciendum.ff.de contrahen.emp.ea quæ. nec commendandi ſui cauſa debet quis facere quod alteri noceat.xj.quæ.iij. ſiquis verò. Sed hic de commenda agimus quæ eſt cuſtodia eccleſiæ alicui cōmiſſa. Et primò quæro an talis ſit prælatus? Et dico quòd nō,ſed procurator tantum:habet tamē legitimā adminiſtrationē. ᵇ xxj.q.j.relatio.ſupra e.cum nobis olim.ij.§.fi. & ſic ne.xxj. q.j. qui plures. Sed nunquid interim dicitur vacare? Dic φ nō:quia titulus iſte eſt canonicus ſicut & aliꝫ ſupra e.c.dudum.ij.&in prędict.c.qui plures.& cum modo debito fit:vt hic.Sed nũquid facit iſte talis fructus ſuos? Dic φ non ᶜ ſecundum Gar. quia cuſtos eſt: nec in eccleſia ius habet , nec etiam in fructibus:niſi ad colligendum,& gubernandum,& prouidendum ſibi & miniſtris:& quod ſupereſt,in vtilitatē eccleſiæ conuertendum:ſicut & de viſitatore dicitur.lxj.di. obitum.& c.Catinen.& hoc tenet Hoſt.in decre. dudum.de elec.tamen contrarium fit de facto.Sed nunquid habens talem commendam,impetrans eccleſiam,tenetur de commenda facere mentionem? Dic quòd ſic,ar.decre. de cōceſ.præben.cum noſtris.&c.literas. Nunquid ad talem commendã vocabitur patronus? Dic quòd ſic:ſecundum Inno.Hoſti.& Gar.arg.xvj.q.vij. filiis. Idem in aliis qũi ex tali commenda lędũtur.ff.de adop.l.nam ita.ff.de mino.l.in cauſæ. ſupra de off.archi.ad hæc.§.fi. ſi autem fuerint contumaces, vlterius non audientur.ſupra qui fil.ſint leg.perlatum.Sed quæro,an per ordinarium reuocari poterit,vel interim cōferri? Et dic quòd non,ſecundum Gar niſi ceſſet cauſa ex qua facta fuerat.ar.de vo.& vo.red.magnæ.ad ſi.lxiij.di.c.quia.§.verum.ᵈ Quid ſi conceſſum ſit epiſcopo , quòd vſque ad certũ tempus fructus vacantiũ eccleſiarum percipere poſsit.ſ. de ver.ſig.tua.ſupra e.li.de reſcri.ſi propter.j.de præb. ſi tibi conceſſo. Nunquid talis indulgentiæ prætextu fructus cōmendati beneficij poterit retinere? Non,ſecũdum Guil.cũ commenda ius tribuat:vt ſupra dixi. Dicunt autem quidã φ epiſcopus commendare poteſt tantum vſque ad illud tēpus quo poteſt conferre , ſcilicet vſque ad ſex menſes. ſed certe hoc ſecundum Guil.falſum eſt. ſi enim ſecũda vel tertia die poſt vacationem commendaret, iam non duraret commēda hæc per ſex menſes: quod tamen poteſt per hanc conſtitutionē. ſi igitur vltima diē ſex menſium fiat commēda, durabit per ſex menſes.& hoc dicit hæc conſtitutio.caueat tamen ordinarius vt priuſquam totum tempus ſuum labatur , cōmendã faciat:quia poſtea ſe intromittere non poterit. ar. de of.de.leg.de cauſis. Vel dic φ etiam illo finito poterit eã cōmen-

*a Vbi Accur. notat quòd ſic ſatiunt Bononienſes. Ioan.And.*

*b Vide ſi eccleſia vacãs p mortem cōmendetur: finita cōmenda adhuc dicitur vacare per mortē.Phi. Font.*

*c Idē Do.*

*d Dicit Philip.ſi commenda eſt facta ſimpliciter,poteſt ante tempus reuocari.*

*Commendare an poſſit ordina-*

A dare alicui cuſtodiendam & ſaluãdam, donec ſuperior prouideat.ar.de app.cum teneamur,& de off.or cum vos.

f *Nec tali.*ſ.conſtituto in ætate legitima & ſacerdotio.

g *Vnam.*ergo duas commendatas habere non licet.ſic nec duas intitulatas.ſed φ poſſit habere vnam intitulatam,& aliam commēdatam, nō prohibetur, imò permittitur : vt xxj. q.j.q plures.cui antiquo iuri ſtãdũ eſt, cũ reuocatũ non ſit. Idē Io.Mo.& Arch.

*rius beneficium poſt lapſum tēpus conferendi.*

h *Neceſſitate.* iſta duo in diſpenſatione eccleſiaſticarum rerũ attendenda ſunt.xij.q.ij.ſine.de præb.expoſuiſti. ADDITIO. Dicebat ergo Inn.in decre.ſi conſtiterit.& Hoſti. in decre. dudum. quòd cum quælibet eccleſia debeat ſuum habere prælatũ,de præb.cum non ignores. cōmenda nō poterat fieri ſine diſpenſatione:quãuis illud relaxaretur ex cauſa.j.q.vij.diſpenſationes.Ioan.And.

*† Nota caſus in quibus eſt permiſſa commenda eccleſiæ: videlicet pro neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ, ergo nō videtur permiſſa intuitu perſonæ. Domi.*

*Commenda an impediat collatione fieri.*

i *Vtilitate.* ſic xvj.q.j.cum pro vtilitate. Et no.quòd iſta duo

B ſeu eorum alterũ ſunt ſemper attendenda in rerum eccleſiaſticarũ diſpoſitione.xij q ij.ſine.x.q.ij.c.ea enim.§.hoc ius. j.de præb.expoſuiſti.j.eo.li.de reb.eccle. non alie.dudum. Archid.

k *Huiuſmodi.* ſcilicet factam conſtituto in ætate legitima, & in ſacerdotio , & ex cauſa : & de vnica tantum parochiali eccleſia.

l *Declaramus.* de hoc erat antiquorum altercatio. quidã dicebant eam vltrà durare:quidam non.

m *Semeſtris.* olim dubia erat litera iſta:quia quidã libri habebant trimeſtris,quidam ſemeſtris:& literam trimeſtris dicebat dominus Guil.ſe habuiſſe de bulla. ADDITIO. Et illam literã poſuit de aꝫ.vel peti. §.ſuper actionibus.ad verſi. item eccleſia. Ioan.And.

Gloſſ.ſeq. quærit.arg.pro. dupliciter ſoluit.in fi.quærit,& ſoluit.

n *Durare.* nunquid finitis ſex menſibus poterit ordinarius eãdē iteratò eidem vel alteri cōmendare? Videtur φ ſic ex cauſis hic expreſſis,arg.C.de dona. ſancimus.§. ſiquis autē ex diuerſa.quia tempus Lateran.concil. non currit pendēte commenda ex cauſa facta. ſed certe mens huius cōſtitutio-

C nis contradicit.alias fraus ei fieri poſſet,& ꝑpetuo fieri:arg. j.de diuor.quanto.§.fi.& facit optime.j.eo. commiſſa. Vel diſtingue vtrũ commēda fiat intuitu eccleſiæ , vel perſonæ. Sed nunquid commenda expirat morte commendantis? Dic ſecundum Guil.φ non. ſupra de preca.c. fi.& de commo.c. vnico de dona.cum dilecti,Idem Phi.Font.

*Commenda primã finita,an poſſit ordinarius iterum commendare.*

CVpientes.} CASVS. Tria tempora ſtatuerat Greg.x.circa expeditionem eccleſiarum vtiliter,ſupra eo. quàm ſit. Primum de electionibus præſentandis electis. Secundũ de exhibendo conſenſu. Tertium de confirmatione petenda. Primum confirmat Papa Nicolaus cum certi temporis adiunctione : ſtatuens quòd ſi intra octo dies ex quo cōmode poterunt eligentes, electiones electis diſtulerint præſentare:qui culpabiles in hoc fuerint , à proſecutione electionis in totum ſint excluſi,& à beneficiis quę obtinent in ipſa eccleſia,per triennium ſuſpenſi:ad quę ſi intra illud tempus ſe temere vel colorate miſcuerint , illis perpetuo ſint priuati. Secundũ præciſè confirmat, vt iacet. Tertiũ mutat circa confirmationes cathedralium eccleſiarum vel regularium:quæ ex immediata ſubiectione vel appellationis deuolutione habent peti à papa:& ſtatuit quòd prædicti electi poſt cōſen-

*Caſus Ioã. And. gloſſatoris ordinarij.*

D ſum,vel poſt habitã de electione notitiã:ſi ipſam debito tēpore non contingeret præſentari, intra mēſem iter arripiãt eundi ad ſedem apoſtolicam pro confirmatione petenda, & cauſa proſequenda,cum omnibus actis & munimentis. Finito autem menſe,ſiue iter arripuerint,ſiue non: habebunt tempus arbitrarium , ſcilicet intra quod cōmode venire poſſint: conſideratis quæ circa id conſideranda fuerint, adhuc poſt iſtud tēpus arbitrarium habebunt xx. dies: intra quos ſi perſonaliter non venerint , iuſto impedimento ceſſante, vel iuſtum impedimentum habuerint, ſed intra prædictum tēpus id proponi non fecerint:vel ꝑponi fecerint intra debitum tēpus impedimentũ, ſed illud non probauerint intra xv.dies ad hoc aſsignatos:vel bene propoſuerunt & probauerunt debito tempore,tamē non miſerunt procuratorē ſufficienter inſtructum: vel miſerunt procuratorē inſtructum, tamen impedimēto ceſſante intra tēpus debitũ perſonaliter non venerunt:In his caſibus quinq;, vt.j.patebit,vel ipſorũ altero priuati ſunt ipſo iure omni iure ſibi per electionem quæſito. Si autem in aliquo prędictorũ non peccauerũt,priuationis pœnã nō patiũtur : ſed ſi ſine munimētis venerint, patiuntur hanc pœnam:quia pro ipſis producendis dilationem extra curiam nō habebunt, niſi ex iuſta cauſa. Statuto igitur



igitur de aduentu electi.ſtatuit de aduētu eligentiũ : diſtinguēs an electio vna vel plures in cōcordia vel diſcordia fuerit vel fuerint celebratæ.& dicit φ ſi vna tantum electio in concordia fuerit celebrata : duo de eligentibus ſufficienter inſtructi intra ſupradictum tempus mitti debent per capitulum ad curiã pro inſtruendo electionis negotio : & mittētur expenſis dignitatis, ſi bona ipſius ſint diſcreta:vel de cōmunibus , vel per capitulũ aliũde prouiſis , ſi de illis habere non poſſint. Si autem plures electiones factæ fuerint:tunc pro qualibet parte mittentur illæ duæ perſonę expenſis electorum, vel ſi vnica fuerit electio cui aliqui ſe opponunt: mittantur illæ perſonæ pro parte electi,ſuis expenſis: & pro parte opponentium,ſi ſint duo vel plures, ſaltem duo expenſis opponentium ſufficienter inſtructi. & ſi electi noluerint expenſas miniſtrare ſecundum qualitatem negotij ( niſi forte ſint pauperes ) priuati ſint ipſo iure omni iure ſibi ex electione quæſito.Si autem eligentes ſupradictas perſonas non miſerint: etiam ſi electi vel opponentes neglexerint venire vel expenſas miniſtrare,priuabuntur à totali cauſæ proſecutione quo ad ſe: & prouentibus beneficiorum quæ habent in ipſa eccleſia per triennium.hoc verum,niſi paucitas capituli eligentium vel contradicentium ipſos excuſaret , ſeu alia iuſta cauſa: & tunc mittant procuratorem ſufficienter inſtructum:& ceſſante impedimento mittant ſupradictas perſonas:alias patientur pœnam ſupradictam. & eadem ſit pœna opponenti vel opponentibus , cum vnica eſt electio. tamen licet opponentes vel eligentes in prædictis caſibus priuentur à proſecutione proceſſus : electis tamen nullum præiudicium generetur. Et ea quæ dicta ſunt de electis & eligētibus in concordia vel diſcordia(ſaluo eo quod dicitur de exhibendo conſenſu , & miniſtrandis expenſis ad quæ non teneantur poſtulati)intelligantur repetita cum ſuis pœnis in poſtulatis & poſtulantibus,ſi ideo ſint poſtulati,quia in ordinibus ætate vel ſimilibus defectum patiuntur.Si antē ideo poſtulētur,quia ſunt aliis eccleſiis alligati,antiqua iura ſeruentur:poſtulationes tamen nihilo minus pendent ex gratia ſicut olim.Vltimo dicit Nico.quòd in omnibus ſupradictis caſibus in recuperandis expenſis electi & eligentium,poſtulati,& poſtulantium,vult iura antiqua ſeruari.

a *Cupientes.* Decretalis iſta eſt obſcura dictantine.& quia Bonifacius dum eſſet notarius Nicolai,fuit dictator ipſius: ideo eam per compilatores huius libri mutari, & clarius dictari noluit : & eſt vtilis valde, dummodo quod in ea ſtatutum eſt, non trahatur ad noxam. ª quod eſſe non debet ſupra de deci.ſuggeſtum.Cod.de vſuc.pro empt.l.vlti. ᵇ Et diuiditur in vij. partes principales ſecundum Gar. in quarum prima ponit ſuæ conſtitutionis cauſam , & qualiter & intra quod tempus electi cathedralium vel regularium eccleſiarum, quorum electionum confirmationes, appellatio vel immediata ſubiectiō deuoluit ad papam , venire debeant : & durat vſque ibi, Quòd ſi per xx. In ſecunda ponit pœnam electorum non venientium, vel venientium ſine munimentis: & durat vſque ibi, Ad hæc. In tertia prouidet de perſonis ad inſtructionem cauſæ , quando facta eſt electio in concordia: & durat vſque ibi,Si vero.In quarta qualiter mitti debeant perſonæ inſtructæ & opponentes , quando electio vel electiones in diſcordia celebrantur : & durat vſque ibi,Cæterum.In quinta qualiter puniuntur eligentes, ſi electionem debito tempore non præſentent : vel ſi perſonas non mittant inſtructas : & durat vſque ibi, Denique. In ſexta dicit quid iuris ſit de poſtulationibus : & durat vſque ibi, Porro. In ſeptima quæ durat abinde vſque ad finem : dicit quid iuris ſit de recuperatione expenſarum. ADDITIO. Ioannes Monach.diuidit in tres. Prima de electis. Secunda de poſtulatis. Tertia de expenſis quas gloſ.ponit pro ſexta & ſeptima. Iterum primam in duas. Prima de electis in concordia. Secunda de electis in diſcordia , ibi , Si vero. Iterum primam diuidit in quatuor. Prima , vt in gloſ. De ſecunda facit duas : & ſic. Tertia ibi , Si electos. Quarta quam gloſ.facit tertiam. & vide quod dicam in. §.ſi vero.ſuper.j.glo.Ioannes Andreæ.

*a Et procedatur in ea velo ſenato. C. de naufraa.l. de ſummerſis.lib.11. & exponit ibi gloſ.remoto velamine. Ioã. And.*

*b Vide de priui.ext. quòd nonnullis. ſuper vlt.gloſ. Ioan.And.*

Iſtud capitulum ſecundum dominum Heliam diuiditur in ſeptem partes : vt in gloſ. Nam primo ponit cauſam ſuæ inſtitutionis, & intra quod tempus electi debent venire ad apoſtolicam ſedem. & quando confirmatio eſt facienda per papam. Secundo ibi , Quòd ſi. ponit pœnam electorum non venientium ad Apoſtolicam ſedem : vel accedentium ſine proceſſu electionis . Tertio ibi , Ad hæc. prouidet & declarat qualiter eligentes qui elegerunt concorditer , debeant mittere perſonas inſtructas ad Romanum pontifi-

*Additio Domini Heliæ.*

A cem, quæ inſtruent papam de omnibus neceſſarijs , ſcilicet an perſona electa ſit idonea : & an eligentes erant idonei. Quarto ibi , Si vero. ponit quid debeant facere opponentes quando electio fuit celebrata in diſcordia. Quinto ibi,Cæterum . qualiter puniuntur eligentes ſi non mittant perſonas debito modo inſtructas. Sexto ibi, Denique. oſtendit quid iuris ſit de poſtulationibus. Septimo & finaliter ibi, Porro . quid iuris ſit de recuperatione expenſarum.

CAPITVLVM XVI.

CVPIENTES ª

CASVS. Vacante aliqua eccleſia forte cathedrali , vel alia quæ immediate ſuberat Romanæ eccleſiæ , ita quòd facta electione confirmatio ad papam pertinet : aliquis fuit electus, quęritur intra quod tempus debeat ipſe petere confirmationem ſuæ electionis ? Reſpondet quòd debet arripere iter Romanum pro petenda confirmatione intra vnum menſem numerandum à tempore præſtiti conſenſus : vel numerandum à tempore habitæ notitiæ ipſius electionis,ſi eligentes

*Caſus domini Heliæ.*

B fuerunt negligentes in præſentanda electione , & arrepto itinere, debet electus ſe præſentare quàm citius poterit: attentis conditione ſuæ perſonæ, locorum diſtantia,& qualitate temporis : & ſic tempus iſtud eſt arbitrarium. Sed ponamus quòd illud tempus competens eſt elapſum : an ſit priuatus iure ſibi ſpectanti ex electione ? Reſpondet quòd non , ſed poſt illud tempus competens debet adhuc expectari per viginti dies : & ſi intra illos viginti dies ſe non præſentauerit apoſtolico conſpectui , nec miſerit nuncium ad probandum impedimentum ( qui nuncius habebit.xv. dies ) elapſis viginti diebus perdit ius ſibi competens ex electione. Sed ſanctiſsime pater quæritur quid de eligentibus : an debeant mittere ad apoſtolicam ſedem ? Reſpondet quòd ſic. & ſi electio fuit facta in concordia , ipſi debent mittere duos viros non extraneos , ſed ex ſeipſis, qui ſciant inſtruere Papam de omni negotio electionis , an perſona electa ſit idonea : & an eligentes erant idonei . Sed quid ſi eligentes intra prædictum tempus non miſerint ad apoſtolicam ſedem prædictas perſonas inſtructas ? Reſpondet quòd ipſi ſunt præcluſi à proſecutione electionis , & petendi confirmationem : & cum hoc ſunt ſuſpenſi per triennium à perceptione fructuum beneficio-

C rum ſuorum , quæ ipſi habent in illa eccleſia. quòd ſi ſe immiſcuerint adminiſtrationi durante triennio illo , ſunt priuandi perpetuo ipſis beneficijs . Sed quæritur expenſis cuius illi duo viri debeant mitti ad apoſtolicam ſedem? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſi bona prælati ſint diſtincta à bonis capituli , debent mitti expenſis prælati: quia agitur de negotio prælati . Si vero bona non ſint diſtincta à bonis capituli , ſed ſint communia : tunc fiant expenſæ de bonis communibus. Sed ponamus quòd capitulum non habeat res mobiles. Reſpondet quòd in hoc caſu capitulum poterit accipere mutuas pecunias , & obligare res immobiles ipſius eccleſiæ : quas tamen pecunias futurus ſucceſſor tenebitur ſoluere , & eccleſiam exonerare ab illo debito . Sed quid ſanctiſsime pater , ſi electio fuit facta in diſcordia , quia aliqui ſe oppoſuerunt , vel fuerunt celebratæ plures electiones ? Reſpondet quòd ſi fuerunt factæ duæ electiones , tunc de qualibet parte debent mitti duæ perſonæ indiſtinctè : ſicut ſi eſſet facta electio in concordia. Poſtea oſtendit quid iuris ſit in poſtulato & poſtulantibus : vtrum idem ius obſeruetur ſicut in electo & eligentibus. Et dicit quòd poſtulatus non debet conſentire nec diſſentire

D poſtulationi : ſed ſe debet ſubmittere arbitrio ſedis apoſtolicæ : licet ſecus ſit in electo , qui debet nominatim conſentire vel diſſentire . Item poſtulantes non debent mittere perſonas inſtructas expenſis poſtulati. Item quòd in recuperandis expenſis electi & eligentium , poſtulati & poſtulantium , ſi aliunde fuerunt factæ expenſæ , vult antiqua iura ſeruari.{Inſuper.} Vnde ſciēdum quod elapſis xx. diebus conceſsis electo ad comparendum apud ſedem apoſtolicam : vel ſi fuerit impeditus , ad mittendum nuncium (qui intra.xv.dies tenebitur probare impedimentum electi) quod impedimentum ſi intra.lxv.dies non fuerit probatum, habent locum pœnæ ſequentes.{Electos vero.} Ponit quid iuris ſit ſi electus præſentet ſe conſpectui apoſtolico , ſed non apportauit munimenta : nam tunc ex ſola præſentatione euitabit pœnam iuris ſibi quæſiti. Et ſi petat dilationem ad faciendum fidem in partibus, non auditur : ſed debet facere fidem apud ſedem apoſtolicam.{Vel per procuratorē.} Nam tenetur mittere procuratorem intra.xx. dies, niſi eſſet impeditus in miſsione procuratoris.tunc enim nō eſſet priuatus ipſo facto iure ſibi cōpetente ex electione, quin reſtitueretur:vel ſecundũ alios remanet illæſus ipſo iure.{Cæterum.}Iſte.§.eſt generalis ad quoſcũque electos:etiã ſi cōfirmatio

matio non ſpectet ad Papam: & declarat verbum quàm citò poſitum.ſ.e.in c.quàm ſit.videlicet intra octo dies. {Aequitas canonũ.vt in glo.ſi. huius c. quæ pro hoc eſt ſingularis.

Cupientes. tenetur ad hoc ex creditæ ſibi diſpenſitionis officio:vt ſ. in proœmio huius libri cum ſuis concordãtiis.

*† No. ex tex.iuncta gloſ.quòd vacationſim pliciter dicta continet omnem modum vacandi.facit ad ca.ſuſcepti.de reſcri.ſupra eo.Philip. Font.*

Eccleſiarũ [a] vacationibus [b] † periculoſis [c] occurrere,ac malignantium [d] ſubterfugiis † obuiare [e], iam prouiſis remediis [f], alia [g] quæ patenter ipſa rerum experientia [h] ad earum expeditionem indicauit [i] vtilia [k] remedia experta ſubiungimus: & quod fœlicis recordationis Gregorius Papa decimus prædeceſſor noſter de electionibus præſentandis [l] electis, & ipſorum electorum petendo ac adhibendo [m] conſenſu ſalubriter ſtatuit [n], in ſuo robore cum infrà ſcripti temporis [o] moderatione [p], † in præſentandis electionibus permanere volentes: ſed quod de trimeſtri tempore poſt conſenſum ad petendas confirmationes inſtituit [q], quo ad illas quæ petuntur vel peti debent [r] à ſede Apoſtolica, temperantes [s]: cùm interdum aliquorum locorum [t] vicinitas minus exigat, aliquorum diſtantia prolixius tempus expoſcat: hac generali & in perpetuum valitura [u] conſtitutione ſancimus, vt omnes electi [x] cathedralium vel regularium [y] Eccleſiarum, quorum [z] electionum confirmationes vel infirmationes ad ipſius ſedis examen deducit immediata [a] ſubiectio,

a Eccleſiarum. & cathedralium & regularium:quarũ confirmatione appellatio vel immediata ſubiectio deuoluit ad Papã: vt j. ſequitur: vel Eccleſiarum omnium ſaltem quo ad præſentãdas electiones:vt dicam j.§.cæterum.

*† No.quòd ſuperior debet reÿcere ſubterfugia litigantiũ malitioſe. ad hoc de re iudic.litigantiũ.& cle.ſæpe.de verb.ſign.*

a Eccleſiarum. cathedraliũ & regulariũ: vt j. ſequitur. & cũ hic dicat eccleſiarũ, patet quòd iſta conſtitutio nõ extenditur ad hoſpitalia. & eſt ratio:quia cũ canones volunt loqui de hoſpitalibus, nomine eccleſiarũ nõ ſolent comprehendere hoſpitalia: ſed alio nomine nominant ſeparatim:vt patet ſupra eodem.ſciant.& capitu.generali. Si igitur voluiſſet iſta conſtitutio de illis intelligere, de illis expreſsiſſet. infra de deci. ad audientiam. cum ſim. Archid.

*† No.qualiter debet iudex dilationes moderari: quia debet conſiderare diſtãtiã vel propinquitatem loci à quo citatus trahitur, & ſecundũ illam dare longũ vel breuẽ terminum.ad hoc de ap. cum ſit Romana.Oo. a Addo.§. affinitatis. inſtitu. de nup.Font.*

b Vacationibus. qualitercunque vacauerint,ſiue per mortẽ prælati,ſiue per ceſsionem,depoſitionem,vel alio modo:cũ eadem ſit ratio in quolibet pręmiſſorum;nec alterum exprimatur.ſ.de reſcript.ſuſceptum.

Gloſ.ſeq.reci.per quæſtionem & ſolutionem.

c Periculoſis. ſupra eo.ne pro defectu.l.diſt.poſtquam.& habet locum hæc conſtitutio etiam ſi vacatio periculoſa non ſit: puta quia eſt qui ibi in ſpiritualibus & temporalibus miniſtrat.lxj.diſtinct.obitum.& cap.Catinenſis.quia tali cauſa ceſſante non ceſſat conſtitutio. ff. de poſtulan. l.j.§ ſexum. xxxij.quæſt.vij.tantum. quia & finalis huius conſtitutionis ratio eſt, vt celerius expediantur eccleſiæ [a]. ad hoc optimè. j.eod.ſi poſtquam. §.j. & quære de hoc ſupra de renun.poſt tranſlationem.& lxj.diſt.ca.ſtatuimus. §. his omnibus.aliàs. c.neophytus.

Gloſ.ſeq.ſoluit contrarium.

d Malignantium. per hoc ſoluitur contrariũ de canone. iiij. quæſt.iiij.nullus.j.in ſi. vbi habes quòd reorum eſt ſubterfugere. poteſt enim reus ſubterfugere, opponendo legitimas & veras exceptiones:non autem malitioſas & falſas: vt hic.Conſueuit dici quòd qui habet ius in principali, cauillationes & malitias aduerſarij poteſt per alias repellere [b]: nec videtur fraudem facere,qui fraudem excludit. ff. de lega.ij.cum pater.§.Titio.in ſi.& ſic poſſet intelligi. c. nullus. & de hoc.xxiij.q.ij.dominus noſter. & arg ad hoc ſupra de ſimo.dilectus.j.

*Cauillatio cauillatione repelli poteſt.*

*b Etiam in foro cõſciẽtiæ.Philip. & gloſ.ſequitur Baneria in tractatu de virtute iuramenti. hc.effectu & Ancha. hic.Font.*

e Obuiare. tolle hic verbum quòd eſt j.ſubiungimus.

f Iam prouiſis remediis. ſ. quòd fiat electio intra tres menſes. l.diſt.poſtquam. & ſupra eo. ne pro defectu. ꝙ fiat in iis eccleſiis de quibus hic agitur,ſub certa forma ſ.e.quia ꝓpter. Item remedia quæ ſunt ſ.eo.c.j.& ſ.eo.quàm ſit.& c.diſtin. c.j.& alia multa.ſ.eo.tit.

g Alia. ſcilicet quòd veniat electus perſonaliter intra tempus huius cõſtitutionis. aliàs certa pœna puniatur: & quòd perſonæ inſtructę mittantur:& ꝙ certo tẽpore præſentetur electio,& pœna non præſentantium.

h Experientia. magiſtra rerum efficax.ſ.e. quàm ſit.ad hoc ſupra de reſcrip.ſtatutum.in prin.Ioan.And.

i Indicauit. aliàs iudicauit.

k Vtilia. & poſito ꝙ caſus inueniretur in quo ꝓuiſio hæc nõ reperiretur vtilis, vt ſi diceretur pſona nota, & electionis factum notũ in curia,vel ſimilis:locũ tamen habet conſtitutio:vt ſ.dixi in ſimili ſuper verbo periculoſis. nõ enim in cuiuſlibet perſona &c.lxj.diſt.miramur. §.ſicut enim.

l Præſentandis. ſcilicet quàm citò commodè pręſentari poterunt.

m Adhibendo. intrà menſem à tempore præſentationis.

n Statuit. ſuprà eo.quàm ſit.

o Temporis. ſcilicet octo dierum. j.eo.§.cæterum.

Gloſſa ſequens moderatur, ſoluit contrarium de decret. vlti.&c.

A p Moderatione. id eſt moderati temporis adiunctione: quia verbum moderationis diminutionem continet. ſupra de verb.ſigni.cap.vlt.hic autem tempus auget:vt j.§.cæterum. vel quia pœnam apponit quæ non erat olim appoſita: ideo moderari videtur.

q Inſtituit. ſ.e. quã ſit.circa ſi.Ioan.An.

r Debent. ex immediata ſubiectiõe vel appellatione: vt ſequitur.

ſ Temperantes. ſ. in hunc modum. nam ad parandum ſe ſtatuit menſem.ad expectãdum vero. xx. dies. ſed ad veniẽdũ eſt tempus arbitrarium,non legale: vt infra patet. §.proxi. in prin.ibi,moderati &c. Et eſt hic arg. quod iudex poteſt arctare, prorogare, & interpretari inducias à lege cõceſſas. de hoc dic vt not.ſ. de app.cũ ſit.Archi.

Gloſ.ſeq. obiicit, & ſoluit.

t Locorũ. Sed quõ ex diſtantia locorũ aliquod diſcrimẽ inducitur,ꝙ lex abſurdũ reputat.C.de tem.in integ.reſtit.ſuperuacuã? Sol.lex illa loquitur in eo caſu, cũ legiſlator inſpectis locorum circunſtantiis, certum tempus limitauit, quod ad quemlibet locũ ſufficere reputauit: vt in tempore reſtitutionis petendæ. & ad idem.ff.de inſtit. act. cum interdum. vbi locus vendendi vel emẽdi non mutat cauſam inſtitoriæ actionis [c].Sed quod hic & in ſimilibus dicitur, in tempore non limitato ſed arbitrario locum habet,ſecundum Gar. Ioan.Mo. & Arch. ſ.de do.& contu.cum olim.& cõcor.ff.de eo quod cer.lo.l.ideo. ibi, quia ſcimus quàm varia ſint pretia rerũ per ſingulas ciuitates &c.Ioan.And.

*c Vnde nõ refert an inſtitor teneat tabernam, vel non.Ioan. And.*

C u Valitura. idem ſi hoc dictum non fuiſſet. C.de app.præcipimus.in ſi.ſtatur enim iuri veteri,niſi mutetur.

Gloſ.ſeq. remittit de tribus. ſecũdo ſoluit quæſtionem de magiſtro hoſpitalis.

x Electi. de poſtulatis videbis j. §.deniq;. Et quid de prouiſionibus? Dicas idẽ iuris in illis [d] quod hic in electionibus ſtatuitur. Et quod hic de electis dicitur, etiam de confirmatis intelligas ſi à cõfirmatione appelletur. hoc habes expreſsè. j.e.ſi poſtquam. §.vlt. Et dixit hic Gar. & Guil.quòd hæc conſtitutio locum non habet in electo in magiſtrũ hoſpitalis vel templi, ſi appelletur ad papam: tum quia per mortem talis cathedralis vel regularis eccleſia vacare non dicitur,quia regimen eccleſiarum nõ cadit in laicos. ſ. e. ſacroſancta.in ant.& quia aliud hoſpitale,aliud eccleſia.ad hoc ſ. eod.ſciant.& quia milites ſunt, quos arma ſcire volumus,& non leges.C.de iure deli.l.ſcimus. §.ſed & veterem. C. loca. & condu.l.milites.

*d Idẽ Phil.*

*Laici ti eccleſias regere non debent.*

Gloſ.ſeq. ſoluit duo dubia de monaſteriis fœminarum,& de non principalibus dignitatibus.

y Regularium. virorum intelligas: in monaſteriis enim monialium non ſibi per omnia locum vendicat hæc conſtitutio.infra eo.indemnitatibus. §.ſed cum eas. Nec habet locũ D hæc conſtitutio in dignitatibus eccleſiarum cathedralium vel regularium quæ ſunt ſub epiſcopo, vel abbate,vel priore, ſicut ſunt archidiaconi, archipresbyteri, ſubpriores, vel priores ſub abbatibus,vel aliis prioribus,per mortem enim talium non dicuntur ipſæ eccleſiæ viduatæ, quod requirit hæc conſtitutio:& eſt ſimile quod dicimus ſupra e.c.ne pro defectu.& capitu.quia propter. in antiq. ſecundum Guil. & Gar.

*Conſtitutio,cupientes,non habet locũ in dignitatibus eccleſiarum cathedraliũ quæ ſunt ſub epiſcopo,abbate,vel priore.*

z Quorum. electorum,aliàs quarum:ſed prima melior:quia reſpicit electi,quod eſt ſupra.

Gloſ.ſeq.recite.per quinque quæſtiones, quid de legato, quid de metropolitano qui eſt in ſchiſmate. Item quid ſi partium voluntate & relatione vel reuocatione cauſa deferatur ad curiam.

a Immediata ſubiectio. in hoc caſu ſufficit adire legatum de latere, qui epiſcoporum & archiepiſcorum exemptorum electiones confirmare poteſt. infra eodem. ſi abbatem. §. huiuſmodi. & ſeruanda erit conſtitutio: quia ſatis eſt illud apoſtolicæ ſedis examen: ſecundum Gar. & Guil. hic non determinat. Dicit enim quòd alij dicunt contrarium per literam apoſto. ſe. & quia in legato non eſt diſtantia



diſtantia viarum:ita quòd de facili poterit habere quos volet: ſed ſecundum iſtam rationem ſequeretur quòd iſta decre.nũ haberet locũ in vicinis Romanæ curiæ. Gar.etiam dixit(tamen Guil.fouet contrarium)quòd ſi eccleſia nõ eſt aliàs immediatè ſubiecta Papæ,puta quia metropolitanum habet,ſi metropolitana eccleſia eſt ſchiſmatica, vel à ſarracenis capta,habebit locum hæc conſtitutio. Is enim proximus eſt, quem nullus antecedit. ff. de verb,ſig.l proxim⁹. ad hoc ſupra eodẽ. quia diligẽtia. & bene facit pro Gar. j. de offi.deleg.is cui.quod non credas verum ſi ſolus archiepiſcopus ab ipſis paganis vel ſchiſmaticis captus eſſet: vt j. de ſup.neg.præl.ſi epiſcopus.Item ſcias quod ſi partes ſola voluntate vadunt ad Papam, non habet locum hæc conſtitutio:licet bene facerent ſi eam ſeruarent. Iſta enim conſtitutio non adſtringit niſi in his duobus caſibus,ſcilicet cum immediata ſubiectio vel appellatio deuoluit:ergo in aliis locum non habeat ſecundum Guil.& Gar. vnde & ſi relatione iudicis deuoluatur ad Papam, non habebit locum ſecundũ Guil. Graue enim eſſet tantas pœnas vel cauſas imponere in illo caſu non expreſſo. Idem dic ſecundum eum ſi Papa reuocat ad ſe tale negotium:quia forte corã ordinario pendebat,niſi in reuocatione exprimat hãc conſtitutione velle ſeruari: & tunc non ex vi conſtitutionis, ſed ex vi mandati tenebuntur ad illam ſeruandam. ſic ſupra de iudi. quia V.in antiq.

*Conſtitutio,cupientes,an habeat locum in Eccleſia ſubiecta metropolitano,ſchiſmatico tamen, vel à Sarracenis capto.*

vel appellatio [a] interiecta deuoluit intra vnum menſem [b] poſt conſenſum [c], vel poſt obtentam [d] de ipſorum electione notitiam [e], ſi eam debito tempore [f] non contigerit præſentari, ad ſedem ipſam iter arripiant, & extunc [g],ſiue intra præſcriptum tempus iter arripuerint, ſiue non [h], abſque fraude [i] quàm citò poterunt commodè [k] locorum conſiderata diſtantia, petituri [l] ſuarum electionum confirmationes, vel proſecuturi [m] electiones ſuas, quibus

a Appellatio. in hoc caſu non ſufficit adire legatum ſecundum Guil. & Gar. niſi forſan partes concordarent appellationi renunciando. de appel. conſtitutus. de offi. deleg.ſtuduiſti.& ca.licet.in ant. Et dic appellatio non manifeſte fruſtratoria:quia talis non deuoluit negotium ad Papam.ſ.eod. quanuis. & ſic non habet locum hæc conſtitutio quæ requirit quòd talis ſit quæ deuoluat, ſcilicet interpoſita in ſcriptis, & ex cauſa probabili, vt ibi: & quæ peruenerit ad notitiã appellati.de conſti.cognoſcentes.in ant. quod dic vt in cle. eo.tit. cauſam.

*Conſtitutio,cupientes,an habeat locum in cauſa pẽdente corã ordinario, quã Papa ad ſe reuocauit.*

b Menſem. iſte menſis datur ad parandum ſe ad iter.

c Poſt conſenſum. Subaudi quando debito tempore fuerit præſentata electio: aliàs locum habebit ſequens hæc clauſula.

Gloſſ.ſeq.ſupplet circa id duas opiniones ponens.ſecũdò obiicit & ſoluit.

d Poſt obtentam. ſubaudi ſecundum Gar.& poſt tempus in quo debuit præſentari, & quo debuit deliberare: vel poſtq̃ deliberauit. abſurdum enim eſſet ꝙ in hoc caſu non haberet inducias ad deliberandum:maximè cum decr. quàm ſit. ſupra eod. hic ſit reſeruata: vt ſupra vidiſti quomodo conſentiet niſi primò deliberet an conſentire velit: & quomodo deliberabit niſi tempus habeat.l.diſt ponderet? tamẽ tutius videtur ſibi & domino Guil. vt dicamus quod in hoc caſu cum electio debito tẽpore non præſentatur, habeat vnum menſem ad deliberandum & parandum ſe ad iter: nec illius menſis dimiſsio ſit abſurda quæ ſit ex cauſa:& ne fraudi locus relinquatur ſecundum eos: & ſufficit ſic ſcriptum eſſe. ff.qui & à qui.l.proſpexit.Sed nõnne rogatus debet recedere:inuitat⁹ fugere: & ſola debet illi ſuffragari neceſsitas excuſandi.C.de epiſco. & cle. ſi quenquam? quomodo ergo ſe ingeret,niſi inuitetur & rogetur? Dicas ꝙ ex quo elect⁹ eſt, inuitatus & rogatus videtur: & authoritate iſtius conſtitutionis ſine nota ambitionis hoc facere poterit.aliàs enim laqueus pararetur:quod eſſe non debet.xxvij. quæſt. j. de viduis. de reſti.ſpol.literas.in anti.

*Electus an poſſit ſine nota ambitionis proſequi ſuam electionẽ.*

Gloſ.ſeq.exemplificat.demum quærit & ſoluit.

e Notitiam [a]. certam & indubitatam, puta quia ibi præſens fuit:erat forte canonicus: vel homines fide digni referũt ꝓ certo ſic eſſe.arg.de poſtu.c.j.de ele. ex.mi. illud in anti.vel inde literã recepit authenticam: non enim cuilibet referẽti credere tenetur.ad hoc de do,& con.cum olim. & quod ibi no. Quid ſi ſcit ſe electũ,ſed neſcit appellatum? Dic ꝙ ſi eccleſiæ non pertinet immediatè, non currit iſte menſis:imò tenetur ſeruare decre.quàm ſit. donec ſciuerit appellatũ ſecundum Gar.& Guil.

*a Glo.probat Philip. & alle.gl. in cle.cauſam.eo.tit. quare eam ſuper verbo authen. & gl.l.Titio vſuſfructus tamẽ eſt.l.Titio fundus.ff. de condi.et demon.&*

f Debito tempore. ſcilicet intra octo dies poſtquam commodè præſentari potuit.infra §.cæterum. & ſic iſte menſis non currit niſi à tempore quo electio præſentari debuit ſecundum Gar.

Glof. ſeq. ponit duas lecturas iſtius extunc. & ſecundam reprobat.

g Extunc. id eſt elapſo prædicto menſe, & deſignat extremum tempus iſtius menſis.ff.de cond.& de.ſi is.ad ſi. {Lex quarta eſt, quam vide de teſt.cog.c.ij.ſuper j gl.} Alij exponunt extunc, id eſt arrepto itinere, quod eſt falſum per id quod ſequitur,ſiue intra præſcriptum &c. & ſequeretur ſecundum id quod poſt x.annos arripiendo iter, tunc inciperet ſibi currere tempus,quod eſt abſurdum.Io.An.

*l.pater decedẽs,aliàs eſt quidam decedẽs.§.ſi.ff.de admi.tu.lectura ſua eſt corruptiſsima. Font.*

h Siue non. & ſic de arreptione itineris nõ curat dummodo veniat tempore competenti.

i Abſque fraude. ſi ergo electus duplex habebat domiciliũ, dico ꝙ computatio fiet ab eo loco vbi tunc erat abſque fraude: per hanc literã. & idem dico ſi extra domicilium eſſet ſecũdũ Gar.& Guil.

Gloſ. ſeq.reci.per q. Primò ſecundum quas diætas fiat arbitratus.Secundo de electo qui prius venit,quæruntur duo. Tertiò quid de electo in curia:ibi,præſente.Quartò an dies B aliqui dentur in tempore arbitrario pro quiete, argu. quod non. ſoluit contrarium. ſolutioni ſignat contrarium: & ibi remittit.

k Commodè. xxij.quæſt.ij.faciat.ff.de ver.ſig.nepos.{vide de verb.ſig.intelligentia ſuper glo.iij.} Et habet iudex hoc arbitrari inſpecta qualitate perſonarum,locorum,temporũ, & ætatum.ff.de verb.oblig. continuus.§ j. & patet in princ. ſeq.§. Et dico quòd arbitrari debet iudex ſecundum vulgares diætas [b], vt probatur j. de præbendis, præſenti §.loca.ſi enim quod ibi dicitur ſpeciale eſt, ergo ipſius contrarium regulare:& quia lex debet patriæ conuenire.iiij.diſtin.erit. & vſu ſtatur etiam contra naturam vocis. ff.de legat.iij.l.vxori in prin.& multum operatur regionis conſuetudo.ff de fundo inſtructo.l.cum de lanionis.§. aſinã. & in arbitratione vulgarium ſemper reſpiciam conditionẽ perſonarum & temporis:vt ſupra dixi Non autẽ arbitrabitur ſecundum ſingulares,quæ ſunt cum quis vtitur diplomate ff. de ver.obli. continuus. §.ij. vel ſecundum legales. ff. ſi quis cau.l. j. & ſi habita computatione aliquid ſupereſt, pro illa dabitur vna dies.ff.de ver. ſign.l iij.ſi non apparerent vulgares,non crederem errari:ſecundum Guil.& Gar. ſi recurrerent ad lega- C les [c], dum tamen qualitas cauſæ,perſonarũ,locorum & temporum id patiatur. Et ſcias quod ſi electus venit ante tempus quod aliàs arbitraretur iudex:reſiduum eius arbitrij nõ propter hoc habet de lucro:quia in eo quod certum eſt,cõiecturis non eſt locus.ff.de ver.oblig.l.cõtinuus, §. cum ita. verſi.quod ſi diplomate [d].Si autem modicum reſtat de tempore, vtendo diplomate pœnam euitat: præueniendo verò nil lucratur per prædictum.§.Item ſcias quòd ſi electus qui per decem diætas diſtabat,in principio menſis iter arripiẽs. xj. die ſit in curia: non tenetur ex citatione illius canonis (niſi aliàs citetur à Papa)coram Papa comparere, ſi nõ vult: niſi primò labatur menſis & decem dies quibus venire poterat, & xx. quibus poſtea debuit expectari. & hoc probat litera ſuperior cum dicit extunc,ſiue intra præſcriptũ menſem venit, ſiue nõ: & beneficiũ iuris nulli eſt auferendum. xxviij.di.de his j.de re.iu.indultum.cum ſuis concor. Nec obſt. hoc ei quod dixi ſupra, ꝙ præueniendo non lucratur tempus:quia illud habet locum in tẽpore quod iudex habet arbitrari:vnde pręueniendo non arbitrabitur iudex niſi tẽpus in quo venit ſecundum Gar. ſed nunc loquor de certo tempore & à iure limitato:& de eo in quo venit, quòd aliàs habebat iudex arbitrari. Et ſcias quòd ſi electio facta eſt in D ipſa ciuitate vbi eſt curia,& electus eſt præſens: de tempore arbitrario nihil habebit:ſed menſem & illos xx. dies habebit ſecundum Guil.& Gar.Ratio,quia in tempore certo & limitato à iure,locorum varietas varietatẽ iuris non inducit. C.de temp.in inte.reſti.l.ſuperuacuam.Sed quæro an iudex arbitrando dare debeat aliquos dies ad quieſcendum: pone vnum in ſeptimana: & videtur hic quòd nõ,quia illi.xx.dies ob hanc cauſam dati ſint. Sed dic contra ſecundum Gar. & Guil.cum enim præter mẽſem &xx.dies detur hic tantum tempus quanto commodè venire poſsit quis: impius iudex arbitrabitur quòd per quadraginta diætas vel plures venire commodè poſsit non quieſcendo. Nec illi xx. dies ob hoc dati ſunt:ſed quia iudex in peremptorio non multum debet contra abſentem feſtinare.ff.de dam.infec.ſi finita. §. ſi fortè.Credo quòd propter æquitatem illius.l.ſeruandi iſti. xx. dies dati fuerunt.ad idem ſupra de re iudi. cum Bertholdus. Arg contra j.de offi.ordi.quanuis. ibi, continuatis &c. ſed non eſt contra,vt ibi dicam.

*Electus habens petere quã citò comodè poteſt confirmationẽ ſuæ electionis,qualiter debeat ſe habere.*

*b No.ſecũdu t e.l.hi. quòd verba legis ſtatuti quãquã à peritis dicta capiuntur ſecundũ vſũ vulgi.no. in c.ex literis.j.de ſpon.*

*c Vt vigintimiliaria computentur ꝓ diæta.Io. An.*

*d Si exiſtẽs Bononiæ promiſi dare i pheſi: ſi vtendo diplomate veloci,illuc perueni.cõfeſtim obligatus ſum.*

*Dies pro quiete datis dũ eſt longũ iter faciẽti.*

l Petituri. poſt conſenſum.

m Proſecuturi. referas ad id quod dixit poſt obtẽtã &c.quaſi dicat ſecundum Gar. poſt cõſenſum poterit confirmationẽ petere:

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



petere:ſed poſt notitiam petet vt compellantur electores electionem præſentare. Alij dicunt quod poſt obtentam notitiam poteſt electioni non præſentatæ conſentire:& cōfirmationem petere. prior lectura magis placuit Gar.

a *Iuribus.* id eſt rationibus conſiſtentibus circa factū: quia Papa omnia iura habet in pectore. de appel ſæpe. C. de teſta. omnium ſuper eod. lib. de conſtit. cap. j. ADDITIO. Quomodo ius habet varias ſignificationes, prolixe tractat hic Ioan. Mo. vide quod dicam ĵ. de reg. iur. ſuper gloſ. rubricę. hic enim minus exquiſitè, item inexpedienter hic fuiſſent poſitæ; cum ſatis hic gloſsis ad materiā pertinentibus grauemur. Ioan. And.

poterunt modis licitis comparere cum omnibus actis, iuribus[a] & munimentis[b] ſuis, & proceſſus ſuos cōtingētibus[c] corā nobis[d] perſonaliter teneatur. Quòd ſi per viginti[e] dies poſt lapſum[f] ex qualitate locorum moderandi[g] temporis expectati[h], ſiue eligentes[i], ſiue opponētes[k] venerint, ſiue nō: perſonaliter comparere[l], & ſuarum electionum confirmationem, vel proſecutionē, ſeu executionem[m] petere[n] nulla

b *Munimentis.* id eſt iis per quæ ſua cauſa muniri poteſt, inſtrui vel iuuari: vtpote cū decreto electionis, cū inſtrumento appellationis, proteſtationum, & ſimilibus.

c *Contingentibus.* vt diſpēſatio ſuper pluralitate beneficiorū, ſuper natalibus & ſimilibus, ſi talia oppoſita ſint. ſi enim talia oppoſita non fuiſſent à principio, ſed modò opponūtur, forte eo modo quem habes ŝ. eo. tit. vt circa. dico quòd diuinare non tenebatur: & haberet eo caſu dilationem etiā extra curiam. infra eodem verſi. electos. & in caſu in quo nō eſt præſentata electio, habeat illa munimenta quæ habere poteſt: ad alia non tenetur. ff. de regu. iur. impoſsibilium. argum. in ſequen. §. ver. electus. ibi, niſi iuſta cauſa &c. neque dico quòd incontinenti quando venit debeat oſtendere munimenta: ſed ſufficit quòd paratus ſit illa oſtendere termino ſibi aſsignato: vt per ſequentia patebit ſecundum Guil. & Gar.

d *Coram nobis.* per hanc literam dicit Archidiaconus quòd electus non veniens Apoſt. ſe. vacāte, non incidit in pœnā. Gar. & Ioan. Mona. contra, ſcilicet quòd incidit: licet de æquitate pœna remitti deberet. expeditū eſt quod incidit per cle. eod. tit. ne Romani. in fine.

Gloſ. ſeq. exponit quinque caſus qui eliciuntur ex textu. & ponit ordinem literæ.

e *Quòd ſi per viginti.* ſecunda pars. Quidquid dixerit hic Gar. & alij: dic plenius quòd iſte. §. ponit quinque caſus in quibus priuatus eſt electus ipſo iure. Primus cum iuſto impedimento ceſſante intra tempus ſtatutum non venit. Secūdus cum iuſte fuit impeditus: ſed intra tempus debitum impedimentum proponi non fecit coram Papa. Tertius cum bene fecit proponi impedimētum tempore debito: ſed ſtatuto tempore non probauit. Quartus cum ſtatuto tempore propoſuit & probauit: ſed nō miſit intra illud tempus procuratorem ſufficienter inſtructum. Quintus cum miſit procuratorem ſufficientem: tamen ceſſante impedimento intra tempus debitum perſonaliter non venit. In his caſibus vel altero ipſorum priuatus eſt ipſo iure. ſi autem in neutro ipſorum peccauit: pœnam non patitur priuationis. Vltimo ponit pœnam electi veniētis vel mittentis eo caſu quo mittere poteſt ſine munimentis. & ſic conſtrue hanc literam. Quòd ſi expectati per viginti dies poſt lapſum temporis moderandi, ex qualitate locorum, contempſerint perſonaliter comparere, & petere ſuarum electionum confirmationem vel proſecutionem, ſeu executionem: ſiue opponentes venerint ſiue non, electiones de ipſis &c. vſque ibi, intra priuatos. hæc vera, ſi contempſerint nulla iuſta cauſa interueniente: de qua propoſita intra prædictos viginti dies coram nobis vel alio ſeu aliis deputando vel deputandis à nobis, ſi videbitur admittenda, teneantur intra xv. dies poſt tempus huiuſmodi apud ſe. Apo. facere plenam fidem. ſubaudi, alioquin electiones de ipſis &c. vſque priuatos, niſi cōtingeret talia vel tam veriſimilia proponi: vel intra eoſdem xx. dies dies ſeu prædictos xv. eo caſu tantum, cum (vt prædicitur) fuerint conceſsi ad probandam prædictam cauſam appoſitam & admiſſam: quæ merito excuſaret electos ipſos ab ĵ. ſcripta (id eſt ſupra ſcripta ſecundum conſtructum) pœna: & propter quod videretur forſitan indulgendum eidem. ſ. electo (ſi intelligas preſidenti, coniunge cum videretur) tēpus prolixius ad prædictam comparitionem. inſuper eo etiā caſu quo contigerit proponi, vel (vel pro &) admitti aliquā iuſtam cauſam ad excuſandam perſonalem comparitionem electorum: niſi tunc intra idē tempus ſe præſentauerint per procuratorem ſufficienter inſtructū ad omnia præmiſſa, electiones &c. hæc vera iuſto impedimēto ceſſante. & ſubaudi tunc nihilo minus, id eſt non obſtante quòd procuratorem miſerint: niſi ipſa cauſa ceſsāte ſe præſentauerint perſonaliter, vt præmittitur: electiones &c.

f *Poſt lapſum.* rationabilior eſt hæc cōputatio quā illa quæ ſit per decreta. ſtatuimus. ŝ. e. vbi computātur dies poſt aduentum partis. Quid enim ſi pars vtatur diplomate: diæta inconueniens ſequetur ex eo. Sed non mireris, quia hic maior pœna imponitur: vt ibi dixi in gloſ. æquiori.

g *Moderandi.* vt ŝ. dixi ſuper verbo commodè.

Gloſ. ſeq. quęrit & ſoluit.

h *Expectati.* ſed pone quòd facta computatione rectà in omnibus reperitur vna die veniſſe poſt terminum non allegans impedimentū: nunquid morā purgat? Dic ſecundum Gar. & Guil. quòd cum hæc ſententia lata ſit à canone propter moram: ſtatim elapſo termino commiſſa eſt pœna priuationis ipſo iure, quæ amplius purgari non poterit. ſicut enim à ſententia legis vel canonis non appellatur. ŝ. de app. quia nos. ff. de verbor. ſignific. ſi qua pœna. ſic nec purgatur in eo mora. cum enim ſtatim electio nulla ſit: amplius conualeſcere non poſſet. ſupra eod. auditis. & infra de regu. iur. non firmatur. & adde quod dicam infra de regulis iuris. c. mora.

*Mora in pœna incurſa à iure, purgari no poteſt.*

i *Eligentes.* hoc dicit ne credat aliquis quòd venientibus eligentibus non teneatur electus venire: hoc ergo remouet.

Glo. ſeq. obiicit & ſoluit.

k *Opponentes.* quare punitur electus non veniēs ex quo nō venerunt eius aduerſarij, cum in eius aduentu nulla videatur vtilitas. ad hoc. ff. ſi quis in ius vo. l. ij. ad fi. & no. ŝ. de do. & contu. ca. vlt.[a] Dic quòd aduerſariis non venientibus, ipſe venire tenetur: ideo quia in ipſorum abſentia procedi poteſt. ſuprà eod. ca. j. ĵ. de eo qui mit. in poſ. ca. j. & ſupra vt lit. non conteſt. quoniam. & etiā ceſſantibus aduerſariis, ibi locum habet iudicis officium. ŝ. eod. cùm nobis olim. cum ſimilibus.

*Electus ad ſtrictus venire ad curiam per c. cupientes tenetur venire etſi aduerſarij ſui nō veniāt.*

Gloſ. ſeq. format & ſoluit tres quæſtiones.

l *Comparere.* quid ſi electus venit intra tempora conſtitutionis, & negotio nondum finito illicentiatus receſsit: nunquid incidit in pœnam illius conſtitutionis? Dic quòd ſic. ĵ. eo. ſi poſtquam. §. j. Sed pone, non venit electus intra tēpus legitimum, nec poſt: petit aduerſarius pronunciari ipſum in hanc conſtitutionē incidiſſe. apparet procurator electi qui dicit hanc conſtitutionē in eo locum nō habuiſſe: puta quia nō pertinet immediatè: vel quia appellatio nō fuit talis quæ deuolueret. Replicatur quòd hoc debuit proponi intra tempus de quo dictum eſt. ŝ. quæritur quid iuris? Dico ſecundū Guil. & Gar. procuratorē audiendum. ſi enim non habet locum conſtitutio ſatis eſt clarum quòd non habet locū eius pœna, vel temporis arctatio. de hoc igitur cognoſcendū eſt[a]. Sed pone electū in tēpus feriatū incidiſſe: cuius temporis ſi fiat cōputatio, non venit electus intra tēpus, venit tamē poſt tempus antequā iudex ſedeat pro tribunali: quæritur an incidat in pœnā: & videtur quòd non: ad quid enim prodeſſet veniſſe: ex quo ſi veniſſet, proceſſum non fuiſſet? Dico tamen ſecundū Gar. & Guil. ipſum in pœnā incidiſſe: debuit enim venire & ſe præſentare: & tali tēpore potuit libellū offerre. ff. de adul. miles. §. ſexaginta. ſi enim cōtrariū dicatur: eadem ratione ſequitur quòd dies feſti & octauæ de tali tēpore detraherētur. Præterea ex cauſa in cauſa electionis procedi poteſt tēpore feriato. arg. ŝ. de fer. c. vlt. vbi de hoc no. Innoc. Nec ob. ff. ſi quis in ius vo. l. ij. ad fi. quia nec ibi dicitur quòd nō committatur pœna: ſed quòd pretor eam remittere poteſt ſi vult. ſic & in hoc caſu poterit ſi voluerit Papa remittere.

*a No. ſecūdum Do. et Phil. quòd nō obſtante quòd diſponatur te non audiēdū ob ſolēnitates omiſſas: audieris tamē ſi vis probare quòd cauſa tua nō eſt contenta ſub diſpoſitione. Font.*

m *Executionem.* forte per hec verba denotare voluit electū præſentē eſſe debere vſq; ad finē cauſæ: vt per hoc quòd dicit confirmationem, notaret principiū cauſę, per hoc quòd dicit proſecutionē, mediū: per id quòd dicit executionē, finē. & eſt expreſſum. ĵ. eod. ſi poſtquā. §. j. idem Archi. Vel forte loquitur cū petitur executio latę ſententiæ ſuper confirmatione à qua appellatum fuit: quia & tunc locum habet conſtitutio: vt in prædicta decre. ſi poſtquam. §. vlt.

Gloſ. ſeq. reci. per quæſt. an exiſtens in curia pro procuratore &c.

n *Petere.* ex quo autem perſonaliter venerit ad curiam, ſecundum Gar. & Guil. etiam per procuratorem confirmationem petere poterit[b] ſicut ante conſtitutionē hanc poterat. cùm enim hoc expreſſe reuocatum non inuenitur, antiquo iuri ſtabitur. vnde notabiliter poſuit perſonaliter prope verbum comparere, & non prope verbum petere. Nec obſtat quòd aduerbium perſonaliter, intelligatur repetitum: quia per ſubauditiones & repetitiones tacitas iura reuocanda nō ſunt[c]: ſed potius concordanda. C. de inoffi. doti. l. vna. & ĵ. eod. cum expediat.

*b Eadē ratione dicit hic Io. Mo. idem de contingentib. vnà cū Arc. concor. gl. Ioan. And.*

*c Eſt ſing. ſecundum Ro. in aut. ex teſtamēto. C. de coll. Fōt.*

Iuſta



a *Iuſta cauſa.* puta infirmitatis, aduerſitatis maris, vel hyemis, vel incurſus latronum. ff. de excu. tut. ſcire. §. aliud autem. ver. obſeruabunt.

b *Contempſerint.* non facias hic differentiam inter contēnere & negligere: licet alibi videatur fieri. xx. diſt. ſi decr. ſiue eni negligat, ſiue cōtemnat: punitur. & probatur hoc ĵ. e. § pe. Guil. & Gar. Idem Ioan. Mon. & Archid.

Gloſſ. ſeq. j. ſoluit dubiū. ſecūdo quæritur. pro & contra. & ſoluit.

c *Propoſita.* ſi miſit nuncium ad proponendū: & nūcius impeditus fuerit, & de hoc conſtet nō nocebit ei dūmodo poſtea nō ſit negligēs. & probatur hoc ĵ. e. verſ. inſuper. ibi, iuſto impedimēto ceſſante. Si intra illos dies Papā vel auditorē habere nō poteſt: proteſtetur hoc, ne de negligētia notetur. & habetur proteſtatio pro oppoſitione. ff. de nau. fœ. l. ij. Sed ſolet quæri an ſufficiat ſemel proteſtari. quod videtur: quia vnica proteſtatio currentiū præſcriptionem temporis interrumpit. ſupra de app. ſi iuſtus metus. de offi. ord. paſtoralis. Cod. de anna. exceptio. l. vt perfectius. canonizata. xvj. quæſt. iij. dilectio. §. poteſt. & vnica debiti oblatio vſuras currentes impedit. C. de vſuris. ſi per te. Et vnica ſolennis depoſitio impedit iam currentes: dummodo præcedat oblatio & conſignatio. C. de vſu. acceptam. Econtra videtur: cum inſtanter apoſtoli petendi ſint. ff. de libel. dimiſſ. l. vna. de app. vt ſuper. & pallium, & literæ dimiſſoriæ. c. diſt. priſca. lxj. diſt. epiſcopus. & ſolicitus debet eſſe. ad hoc. C. de tempo. app. cū anterioribus. §. in his[a]. Credo ſecundū Gar. & Guil. tutum eſſe electum pluries proteſtari, ne de negligētia arguatur, & ſic doceat ſe agere voluiſſe. quod no. Innoc. de præſcr. ex tranſmiſſa. ad hoc. C. de vſur. pupil. l. ſi. Si tamē hora & loco competentibus Papā requiſiuit, & eius copiam habere non potuit, & hoc legitime fuerit proteſtatus: ſibi tempus non curret, donec Papa copiā ſui fecerit: quia talis licet vnica proteſtatio, curſum tēporis impedit. ff. quādo ap. ſic. l. j. §. biduū. verſi. dies. & ij. quæſt. vj. biduum. & arg. in. l. vt perfectius. Et ſi papa electos ad camerā conſueuit admittere. licet in publico non faciat copiam ſui: hoc corā oſtiariis tabellione & perſonis quę occurrerint, proteſtetur. ſupra de app. ſi iuſtus. & prædicta. l. vt perfectius. facit cle. quamuis. j. reſpon. de appel. & in ſcriptis proteſtetur: vt in auth. de tēp. non ſol. pe. §. conſtitutionem. collat. vij.

*Electus nō valens habere copiā Papæ, vel auditoris intra tempus in conſtitutione cupientes, præfixum, an ſibi debeatur ſemel proteſtando.*

*a Loquitur de appellāte qui debet eſſe ſolicitus exhibendo acta afferēdo illa et Apoſtolos, notarius cauſam introducēdo. Ioā. And.*

iuſta cauſa[a] interueniente cōtēpſerint[b]: de qua intra prædictos viginti dies propoſita[c] intra quindecim dies poſt tēpus huiuſmodi[d] coram nobis vel alio ſeu aliis deputando vel deputandis à nobis, ſi admittenda videbitur[e], teneantur apud ſedem[f] ipſam facere plenam fidem[g]. Niſi vel[h] intra eoſdem viginti dies, ſeu prædictos quindecim[i], eo caſu tantum cum ad prædictam cauſam propoſitam[k], vt prędicitur, & admiſſam probandam conceſsi fuerint, talia & tam veriſimilia[l] proponi contingeret, quæ iudicio præſidentis[m] electos ipſos ab infra ſcripta pœna meritò excuſarent: & propter quę forſitan videretur eidem ad prædictam comparitionem[n] tempus prolixius[o] indulgendum. Inſuper etiam eo caſu quo ad perſonalem electorum comparitionem excuſandam, aliquam iuſtam cauſam proponi contigerit, vel[p] admitti: niſi tunc[q] intra idem tempus[r] iuſto impedimento[s] ceſſante, per procuratorem[t] ad præmiſſa omnia[u] ſufficienter inſtructum, † & nihilo minus[x] ipſa cauſa ceſſante[y], vt præmittitur, ſe perſonaliter præſentauerint[z]: electiones de ipſis factas eo ipſo viribus vacuantes, ipſos omni iure, ſi quod eis per electio-

d *Tempus huiuſmodi.* viginti dierum.

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit.

e *Videbitur.* quid ſi dum iudex deliberat an ſit admittenda vel non, labitur tempus: nunquid nocet electo? Credo quòd non[b] ſecundū Gar. & Guil. ſupra de app. ex inſinuatione. ij. q. vj. biduum. C. de temp. appel. authen. ſed & lis. canonizata. ij. q. vj. Idem Ioan. Mo. & Archid.

*b Idē Do. et Phi. post de Bal. in l. j. in princ. C. de iura. caliū. Font.*

f *Apud ſedem.* ergo non alibi: niſi forte iuſta cauſa ſuaderet contrarium. ĵ. eo. verſi. electos.

Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem, an opponens &c.

g *Fidem.* per teſtes, vel alium legitimum modum probandi. de reſtit. ſpo. cum ad ſedem. & ſi ex parte electi probetur iuſta cauſa abſentiæ, & opponens vult contrarium dicere, bene auditur: ne quis per teſtes falſos obtineat. de teſti. præſentium. & quia probare volenti mos gerendus eſt. ff. de probat. circa. iudex tamen accelerare debet quātum poteſt: quia hæc eſt huius conſtitutionis mens, ſecundum Gar. & Guil.

h *Niſi vel.* hic eſt ver. & exceptio ab eo quod dictum erat, quòd debeant electi perſonaliter comparere, alias cadant à iure ſuo. & hoc verum eſt niſi &c. & hoc probat litera. infra comparitionem.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

i *Quindecim.* qui dantur ad probandum cauſam propoſitā. Sed nunquid iudex datus à papa illos dies poterit abbreuiare vel prolongare? Dic quòd non, ſecundum Guil. & Gar. & Ioan. Mon. & Archid. cum ſit tempus limitatum à iure: ſicut nec dies qui dantur ad appellandum. ij. quæſt. vj. anteriorū. & qui dantur ad in integrū reſtitutionem petendam. Co. de temp. in integ. reſtit. l. ſuperuacuā. & fa. cle. de in inte. reſtit. ab eccleſia. gloſ. probat Phil. Bart. in. l. ij. de re iudi. Font.

*Dilationes iuris an poſſit iudex abbreuiare vel prolongare.*

Gloſ. duæ ſeq. ſoluunt tria dubia.

k *Propoſitam.* qui eā proponit, debet habere mādatum, aliàs nō videtur huic cōſtitutioni ſatiſfactū: cum ĵ. dicatur, per procuratoré ad præmiſſa &c. ſi tamē gerens negotium ſine mandato excuſat & admittatur: ſi elect⁹ ratum habet intra hoc tempus intra quod ſe debuit excuſare: credo quòd ſufficit. ff. rem ra. hab. l. pe. & facit quod dixi ŝ. e. quam ſit. ADDITIO. Item dicūt Gar. Io. Mon. & Archid. quòd amicus qui proponit excuſationem, cauere volens quòd electus intra prędictum tempus ratā habebit, de ęquitate admittendus eſt: & tunc ſatis eſt electo quòd intra prędictū tempus ratificet. Ioannes Andreæ.

*† Not. non nunciū ſed inſtructum procuratorem mittendū vbi perſona cōparere nō poteſt. Bar. in l. ij. ff. de diuer. & tēp. præſcr. Philip. Font.*

l *Veriſimilia.* ſi autem proponat cauſam legitimam quo ad ius, non tamē quo ad factū, & vult probare, intra tēpus debitum audietur: quia plena probatio præſumptioni pręferēda eſt. ff. de iis qui ſunt ſui l. filium. & pone exemplum ſecundū Gar. Ioan. Mona. & Archid. quia valde potens homo dicit ſe ab impotente detentum, vel coram iudice impreſsionē paſſum. ff. quod met. cau. non eſt veriſimile.

m *Præſidentis.* ſummi pontificis, vel alterius ab eo dati.

n *Comparitionem.* perſonaliter faciendam.

o *Prolixius.* arbitrarium, habita tamen conſideratione impedimenti & qualitatis negotij. Placet hoc Io. Mo. & Arch.

p *Vel.* pro &.

q *Tunc.* ſ. cū iuſta cauſa proponitur, admittitur, & probatur.

r *Tempus.* intra quod debuit electus perſonaliter cōparere.

Gloſſa ſeq. tractat an ipſo iure &c. & inſtruit iudicem ne acceleret.

ſ *Impedimento.* & ſic in pœnam non incidit, ſi iuſtum impedimentum aduentum procuratoris impediuit[c]. Et credo ſecundum Gar. Io. Mo. & Archi. quòd ſeruetur illæſus ipſo iure ſine aliquo reſtitutionis auxilio per hanc literam[d]. Si autem electus intra tempus nec venit, nec miſit, & aduerſarius preſens petat pronunciari ipſum in conſtitutionē hanc incidiſſe: iudex in hoc caſu bene faciet non multū accelerādo: maximè ſi ſit ſpes de vicino aduentu. ſupra de do. & cōtum. cum dilecti. ſed ſi proceſſerit iudex, & electus veniens probat impedimentū propter quod nec venire, nec mittere potuit: reſtituetur contra proceſſum. ŝ. de re iudi. cùm Bertholdus. ff. de dā. infec. ſi finita. § ſi forte. hoc placet Io. Mo. & Arch.

*c Vel ipſius conſtitutionē, vt quia in carcere tenetur electus taliter incluſus, quòd nec procuratorē conſtituere poteſt. Io. An.*

*d Idē Phil. dicēs quòd impedimentum ſeruat ipſo iure illæſū à pœna ipſo iure impoſita, ſi pœna impoſita per ſententiā datur aduerſus ſententiā reſtitutio. Fōt.*

t *Procuratorem.* ſpecialis caſus, cum aliàs in arduis impeditus non compellatur procuratorem conſtituere. ſupra de procurat. querelam. vbi de hoc. & v. quæſtione tertia. ſi ægrotans.

u *Ad præmiſſa omnia.* ſcilicet proponendum & probandum iuſtam cauſam abſentiæ: & petēdam confirmationē, & proſequendam electionem. Et ſic not. quòd proponens cauſas abſentiæ, debet habere mandatum: vt ŝ. dixi.

x *Nihilo minus.* id eſt non ob. quòd procuratorem miſit.

y *Cauſa ceſſante.* impedimenti propter quod (aliàs propter quam) electus ſe perſonaliter præſentare non potuit.

Gloſſa ſeq. recit. per quæſt. an habere debeat omne tempus &c.

z *Præſentauerint.* dato ſibi poſt impedimenti ceſſationem omni tempore, quod à principio hac cōſtitutione dabatur. vnde habebit mēſem ad ſe parandum, & tempus arbitrariū, & adhuc. xx. dies: & hoc voluit dicere ſuperior litera, vt præmittitur. Et quod dico de menſe qui datur ad iter arripiendum: intelligo cum tale fuit impedimentum quod non ſolū iter, ſed paramentum etiam impediuit, ſecūdum Gar. Ioan. Mon. & Arch.

Gloſ. ſeq. recit. per tres quæſtiones, quis prouideat an appelletur. &c. an electus contra coelectum audiatur.

Priq

Universidad de Deusto Biblioteca



a Priuatos. & pertinet prouiſio ad papā ſecundū Gar. [a] cū mens conditoris fuiſſe videatur, ex quo negotiū eſſet in curia, ꝙ papa prouidere deberet, aliàs non eſſet celeris eccleſiarū expeditio: & poteſtatis ſuæ plenitudine poteſt facere quod vult. ſed de iure credo cōtrariū. [b] & dico ꝙ ſi canonici deliquerunt in perſonam vel formam: tunc locū habet decre. j. e. quanquā. Si autē nō deliquerint: electio reuertitur ad eoſdē. j. e. ſi electio. Nec dicā contrariū in hoc caſu: cum nō reperiā expreſſum: nec per ſubauditiones ſunt iura reuocanda: vt dixi. ſ. e. §. in gl. ex quo autem. [c] Nec obſtat ele. vt lit. pen. ſi duob9. quę non loquitur in electis: vt ibi patet in prin. & vide quod ibi not. gl. ſecus. Si autem iudex datus à papa pronunciat electū incidiſſe in hāc conſtitutionē: ſi cōſtat eū nō incidiſſe, vel eſt dubiū, admittetur eius appellatio: [e] ſi autē conſtat

*a Idē Archi. qui dicit quòd ſic ſeruat curia. Ioan. Andr.*

*b Idem Io. Mo. qui etiam additrationē hanc quod decr. 2. j. de præben. nō habet locū in iis eccleſiis de quibus hæc decre. loquitur.*

nem huiuſmodi quæſitum eſſet, decernimus eſſe priuatos: [a] electos verò qui ſe ſine actis, iuribus & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos cōtingētibus, perſonaliter, vel per procuratorem, vt præmittitur, [b] præſentauerint: ea volumus ex contemptu conſtitutionis huiuſmodi, eo caſu [c] pœna percelli, vt pro exhibendis illis alibi quàm apud ſedē ipſam niſi ex iuſta cauſa [d] non poſsint dilationem aliam obtinere. Ad hæc, [e] vt diligens inquiſitio ſuper electionibus, [f] & eligentib9, [g] & electis [h] ac aliis præmiſſa [i] contingētibus, plena [k] informatio poſsit haberi (quā informationē per procurato-

cum incidiſſe, nō admittetur: quia à pœna legis vel canonis non appellatur. ſupra de appel. quia nos. ff. de ver. ſign. ſi qua pœna. ſecundū Guil. & Gar. Et ſi electus priuatus hac conſtitutione opponat ſe alteri electo vt vnus de capitulo, admittēdus videtur: quia excluſus ab illa parte vnde liberi, admittitur ab illa parte vnde legitimi. ff. de ſuc. edic. l. j. §. quibus. quod intelligo verū ſecundum Gar. ſi in alio capite ſatisfactū eſt conſtitutioni: quia perſonę inſtructę miſſę ſunt. Et priuatus eſt enim ſolum iure ſibi quæſito per electionē: vt dicit hæc litera.

*e Idē Phil. notans hic tum eſſe appellare à iudice declarante quòd pœna eſt cōmiſſa, quā vt à lege nō appellatur. text. et ibi Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſ. §. pe. in tit. de reiu. ſa. §. vlt. ver. hoc. Fonta.*

b Præmittitur. ſ. in caſu in quo mittendo excuſatur.

c Eo caſu. ſ. quando veniunt vel mittunt ſine actis.

d Ex iuſta cauſa. vt quia inſtrumentum detulit & amiſit: vel aliqua de nouo opponuntur: vt dixi ſ. in gl. contingētibus. quæ eſt gl. pe. ſ. in j. parte huius decre.

e Ad hæc. tertia pars, poſtquam dixit ad quid tenentur electi, dicit ad quid tenentur electores: & dic ad hæc. i. præter hæc.

f Electionibus. vt ſi forma decre. quia propter. fuerit obſeruata: & quæri debet diſtinctè de quolibet ipſius decr. articulo, de quo in dubium reuocatur.

g Eligentibus. vtrum excommunicati maiori, ab homine ſuſpenſi, priuati à canone. hi enim eligere non poſſunt. ſupra eo. cum in cunctis, & e. cum inter. R. & de conſue. cum dilectus. cum ſi. Idem de aliis quæ circa hoc fuerint in dubium reuocata.

h Electis. inquiretur circa hoc de iis quę habes ſ. e. cum in cunctis. & xxv. diſt. vſque ad xlix.

i Præmiſſa. electiones, electores, & electos.

k Plena. per hanc literam & ſequentē dico ſecundum Gar. & Guil. & Io. Mo. quòd ſi mittantur canonici, qui tamē non interfuerūt negotio, quòd nō ſufficit: cum & infra dicatur, ex ipſis electoribus. ADDITIO. Tamen vt dicat Archid. non eſt neceſſe quòd fuerint compromiſſarij vel ſcrutatores. Ioan. And.

l Abſentes. quod aliàs eſſe poteſt. j. de procur. licet.

m Prouenire. & licet per talē procuratorē poſſet inſtructio prouenire: nihilo minus venient hę perſonæ ſecundū Guil. Gar. & Archid. & facit quod dixi in prin. ſuper verbo, periculoſis.

Gloſ. ſeq. reci. per iij. quæſtiones.

n Duæ perſonæ. hæ perſonæ procuratoriū ab eligētibus habere debēt: [d] vel aliàs apparere quomodo trāſmiſſi ſint. ar. ſ. de hęre. cū ex iniūcto. & ſi iſtæ perſonæ nō venerint, electus tamē vult plenam inſtructionē facere per alios. ſufficit quo ad ſe, ſed nō quo ad electores: quia pœnam incurrēt. j. e. §. ceterū. Et ſi perſonæ inſtructæ venerint, & ante inſtructionē cauſę deceſſerint: poſtquā ſciuerint hoc eligētes, tenētur alias perſonas mittere intra tantū tempus quantū ſuperius eſt taxatū: aliàs propter nouum cōteptum pœnam incurrent: licet à principio negligētes nō fuiſſent, ad inſtar eius quod dicitur de electo. ſ. eo. §. proxi. verſi. inſuper.

*d Ad inſtructionem potius quàm ad confirmationem petendam: vel cōtradicendum aduerſario ſecundum Archi.*

o Præmittitur. ergo veniēt cum actis, iuribus & munimen-

tis. ad idem j. § proxi. ADDITIO. ſecundū Gar. Idē Io. Mo. & Arch. Poſſet enim contingere ſecundū eos quòd electus non deferret munimēta: & ſic etiam iſtis non deferentibus cauſa inſtrui non poſſet. Ioan. And.

p Concordem. licet quidam dicant electionē concordē quę à maiori parte capit. facta eſt, tu dic ſecundū Guil. & Gar. & Archi. concordē quando omnes conſentiunt nemine diſcrepante. Ille enim intellectus eſt cōtra ſignificationem vocis. & probatur hoc j. §. proxi. & j. eod. quorundam.

*Electio quando dicitur concors.*

res, qui vt plurimū conſtituūtur abſentes, [l] & proceſſus ignari, curſus cauſarū nō ſentit de facili prouenire) [m] de ipſis electoribus duæ perſonæ [n] ad minus ſuper nēgotio ipſo, vt de electis premittitur, [o] ſufficienter inſtructæ, quando electionem concordē [p] eſſe contigerit, intra idem tempus, [q] per capitulum expēſis [r] bonorum ad prælatū ipſius eccleſię de cuius electione agitur, pertinentiū, ſi ſint diſcreta: [s] alioquin [t] cōmuniū: vel per ipſum capitulū aliunde [u] prouiſorū, ſi de ipſis diſcretis vel communibus tūc haberi nō poſsint, [x] ad omnia inſtructæ (inquam plenariè) tranſmittantur. [y]

Gloſ. ſeq. reci. per quæſtiones, quid ſi electus ſit remotior vel propinquior, vel in curia, vel ſi ſint duo quorū alter ſolus ſit in curia.

q Idem tempus. intra quod electus debet perſonaliter comparere. & ſi electus ſit remotior quàm electores, ſufficit quòd perſonæ inſtructæ veniant intra id tempus intra quod electus remotior venire debet, ſecundū Guil. & Gar. Si autem electus eſſet propinquior: dico eligentes habere meſem & tempus arbitrariū, & xx. dies. ad impoſſibile enim nō obligatur. j. de reg. iur. nemo. cum ſuis concor. & verba ſunt ciuili modo intelligenda. ff. ad exhi. l. j. pen. Et dico ſecundum Guil. & Gar. quòd ſi in curia ſit ille qui eſt electus vltra mōtes, habebunt perſonę inſtructę tempus ad veniendū, quod haberet electus ſi eſſet in eccleſia, & curreret à die eis notificati conſenſus exhibiti: tutius tamen eſſet quòd cum mittunt pro conſenſu, mitterent etiam perſonas inſtructas ſecundum formam huius decre. tamen licet hoc nō fecerint: non incidunt in pœna. Qualiter enim arctari debent ad proſecutionem cauſæ, donec ſciant an electus conſentiat? Idem dico ſecundum eoſdem quòd ſi duo ſunt electi, quorum vnus eſt in curia, alter in eccleſia: ille qui eſt in eccleſia, ſtatim poſt ſuum conſenſum exhibitū arctatur hoc tempore. cū enim decr. iſta dicat poſt cōſenſum &c. ſtabimus textui: nec dicemus quod habeat vel poſsit expectare conſenſum alterius electi.

*e Phi. hic remittit ad Bar. in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. Font.*

r Expenſis. neceſſariis & moderatis: vt ſequitur in ſeq. §.

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium. ſecundo quærit & ſoluit.

ſ Diſcreta. [e] ſi autē aliqua ſint diſcreta, aliqua cōmunia, fiāt de diſcretis pertinentibus ad pręlatū, ſi ſufficiūt: aliàs quod deeſt, per hanc literam de communibus ſuppleatur ſecundū Archidiac. & Ioan. Mona. Sed ſi de bonis eccleſiæ plus recipit vnus quàm alter: dabit ne tantum vnus ſicut alius? Dicas ſecundum Gar. quòd eſt triplex genus expenſarum. In expenſis quæ fiunt in cauſis vel negotiis generaliter ad totam eccleſiam pertinentibus, fit contributio ſecundum facultates: vt qui plus habet, plus ſoluat. de cenſ. ſopitæ. & ca. cum inſtantia, ſicut & in naui iacturæ ſummam pro pretio rerum diſtribui oportet: & qui plures res ſaluabit, plus conferet. ff. ad l. Rho. de iact. l. ij. §. cum in eadem. verſiculo, iacturæ ſummam. Aliæ ſunt expenſæ pertinentes tantum ad bona diſcreta, puta ad dignitatem: tunc de illis bonis diſcretis fieri debent expenſæ, dummodo ſufficiant. In expenſis verò quæ pertinent ad bona communia: de communibus hæ fieri debent. hoc ſatis probat hæc litera ſecūdum Gar.

*Expenſæ quæ fiūt in proſecutione electionis, qualiter debeāt fieri.*

t Alioquin. id eſt ſi bona diſcreta non ſunt.

u Aliunde. contrahendo mutuum. [f] cum manifeſta ſit in hoc eccleſiæ vtilitas. x. quæſt. ij. præcariæ. xij. q. iij. quicunque. vel ſi id commodè fieri non poteſt, à diœceſanis clericis charitatiuum petant auxilium. de cenſi. cum apoſtolus. §. prohibemus. tractatur enim ſubditorum ſalus. lxj. diſt. miramur. ADDITIO. Idem Io. Mo. & Arch. alleg. viij. q. j. ca. j. & ij.

*f Non tamē alienabunt bona ad epiſcopū pertinētia. 12. q. 2. ſi qua de rebus. Archi. Ioan. And.*

x Non poſsint. commodè. ff. de verb. ſig. nepos.

y Tranſmittantur. non ergo ſufficit eos eligere niſi trāſmittantur. Si ergo electi primò noluerint ire, alios eligāt & trāſmittant: illi autē electi qui venire noluerint, hac pœna tanquam culpabiles puniantur. j. §. cæterum. ꝙ enim fit à maiori parte capituli, minor pars ſequi tenetur: niſi ratiōnabile quid oſtendat



oſtendat. de iis quæ fiunt à maio. par. ca. c. j. vnde venire tenebantur. ad idem. iij. q. j. nulli. vij. q. j. quia frater. xvj. q. j. vos autem fratres. & quod ibi notatur. ADDITIO. Idem Ioan. Mon. & Archi. Et ſcias quòd non excuſantur pro eo quòd ſint alij in eccleſia ad hoc officiū digniores: vt not. xj. q. iij. quid ergo. & xxiij. q. j. c. vlt. Ioan. And.

a Si verò. quarta pars ponit quid iuris de miſsione perſonarū quādo electio facta eſt in diſcordia. Ioā. And.

b Duæ perſonæ. cōpareant, quod eſt j. & ſi iſtæ perſonæ ſe aduerſarios in iudicio conſtituant, nihilo minus inſtruere poſſunt: cum & j. dicatur opponentes inſtruunt. nec ſunt iſti proprie teſtes: ſed inſtruūt cauſam cū actis, iuribus &

Si verò [a] in diſcordia electio, vel electiones ipſæ proceſſerint: tunc duæ perſonæ [b] ad minus de parte qualibet, cū ſint plures, [c] vel de parte electi, cū electio vna proceſſerit, neceſſariis [d] & moderatis expenſis electorum. Quas ſi electi exhibere contempſerint, [e] niſi forſan ipſos facultatū impotentia [f] pro qualitate negotij excuſaret, omni iure ipſis ex tali electiōe quæſito priuentur. [g] Et quando vnicus [h]

munimentis: & per hos inſtruetur papa vel auditor in facti veritate. ADDITIO. Idem Ioan. Mon. & Archi. qui dicunt cum Garſia, quòd ſi omnes inſtructores vtriuſq; partis inſtruunt vt teſtes, & concordant omnes, vel maior pars: creditur eis. de teſti. c. in noſtra. Si verò non concordat pars maior, creditur eis contra partem ſuam, ſed non contra partem aduerſam, cum ſint ſuſpecti. de except. ca j. & ij. q. vij. teſtes. niſi doloſē dicerent contra partem ſuam. ſ. de ſimo. nobis. Ioan. And.

c Plures. electiones. & intelligas ſiue ſint duæ, ſiue plures: dummodo omnes ſuas proſequantur electiones, ſecundum Gar. Io. Mon. & Archid.

d Neceſſariis. quæ ſunt illæ, quibus non factis res peritura erat, vel deterior futura. Vtiles, quæ meliorē cauſam faciūt, & deteriorem eſſe non ſinunt. ff. de verb. ſign. l. impenſæ. & dico ſecundum Gar. quod placet Arch. & Io. Mo. quòd condictione ex hac decre. electi non tenebuntur ad vtiles: cum de neceſſariis tantum dicatur: ſed actione negotiorum geſtorum bene. ff. de nego. geſt. ſed an vltro. ſ. de procur. cum pro cauſa.

*Expenſæ neceſſariæ & vtiles quæ ſint.*

Gloſ. ſeq. quærit, arg. pro & contra. & ſoluit.

e Contempſerint. ſed an teneatur offerre, an ſufficiat quòd paratus ſit ſoluere: dubitatur. & videtur quod teneatur offerre. Co. de contrahen. & commit. ſtipu. magnam. ff. de leg. commiſ. l. ſi fundus. ad fin. vbi dicitur quòd offerre tenetur, alias in pœnam incidit. & ſupra de loc. potuit. Ar. contra. ff. quorum legatorum. l. ſi. §. j. vbi dicitur quòd ſufficit ſi paratus ſit ſatisfacere, nec tenetur offerre, ſed morā petenti non facere. ff. de ope. liber. cum patronus. ff. de dam. infec. l. iiij. §. hæc autē. Sol. dico ſecundum Guil. & Gar. per iura vltimo allegata, & per decret. de iureiur. breui. & j. de ſent. excom. cum medicinalis. §. quiſquis. verſi. exemplum. & per literam iſtam quæ dicit contempſerint, quòd ſufficit ſi ſoluere ſit paratus. & contraria loquuntur cum ſtatuta eſt dies quę interpellat.

*Contemnere non dicitur qui nō interpellatur.*

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem quis ſoluat expēſas in caſu impotentiæ vel voluntatis.

f Impotentia. & tunc expenſas dare tenentur electores. vbi enim ius poſtulatū excuſat: incumbit hoc opus poſtulantibus. j. §. pen. à ſimili vbi ius excuſat electum, incūbit onus expenſarum electoribus. & ſatis hoc patet. j. §. proxi. verſi. vel ſi perſonas. & idem dico ſi electi poſſunt, ſed nolunt has expenſas ſoluere per alleg. ver.

g Priuentur. per ſententiam. vbi enim vult decre. hęc quòd ſit eſſe non latæ ſententiæ, bene hoc exprimit: ita & hic feciſſet ſi hoc voluiſſet. ſupra de deci. ad audientiā. ADDITIO. Non tamen punientur iſti vt tranſgreſſores canonis pœna depoſitionis: de qua. iiij. diſt. denique. §. ſi. cum hic ſit certa pœna ſtatuta. ff. de pœ. ſanctio. Nec debet quis duplici pœna puniri. de iudi. at ſi clerici. in ſi. ſecundum Gar. & Io. Mo. Ioan. And.

*Pœna quæ apponitur per verba futuri temporis, an intelligatur ipſo iure, vel per ſententiā.*

Gloſ. ſeq. reci. per. q. quid ſi ſint plures electi.

h Vnicus. ſi ergo ſunt plures electi: dico per hanc literam, & per illam. j. §. proxi. opponentis vel opponentium, cum vnicus eſt electus: quòd opponentes venire non tenentur. iſta enim decreta, non compellit alios venire, niſi electos, poſtulatos, & perſonas inſtructas, & opponentes, cum vnicus eſt electus. à verbis ergo non recedam: immo verbis edicti deſeruiam. ff. de legatis. iij. non aliter. ſupra de reſcrip. ſuſceptum. eodem lib. & hoc intellexit Guliel. & Gar. de iis opponentibus qui ſunt de electoribus. pro illis enim veniūt

*Opponentes an cogantur per conſtitutionem cupiētes, venire ad ſedem apoſtolicā,*

electi & perſonæ inſtructę. ſed ſi aliqui ſint opponētes prēter electores, puta diœceſani clerici, vel alij quorum intereſt, ipſi venire debent: ſed eadem ratione qua ſupra, dici poſſet quòd in eis locum non habeat hæc decreta. ſed illa ſ. eo. titu. & lib. ſtatuimus.

*quādo ſunt plures electi.*

eſt electus, cui aliquis vel aliqui ſe opponunt: [i] eo caſu tam opponens [k] quàm opponentes huiuſmodi, ſi duo tantum, vel ſi plures, duo ad minus [l] ex ipſis opponentibus, expenſis [m] ipſorum opponentium plenè (vt dictū eſt) cū actis & munimentis inſtructi [n] cōpareant: [o] vt per præmiſſas perſonas vel negotium plenariè inſtrui, [p] vel ſedes eadem valeat informari [q] an eccleſiarum vtilitate penſata, & aliis [r]

i Opponunt. in formam vel perſonam aliquid obiiciendo. ſupra e. c. j.

Gloſſ. ſeq. quærit quid de epiſcopo.

k Opponens. Dicit Guliel. & Gar. quòd ſi archiepiſcop9 vel epiſcopus ſe opponit, perſonaliter venire non tenetur: quia durum eſſet ꝙ occaſione huius oppoſitionis ſuam eccleſiam vel prouinciam derelinquat: & ideo ſufficit ſi procuratorē mittat ſufficienter inſtructū,

*Opponens contra electū vel poſtulatum ſi ſit epiſcopus, an teneatur perſonaliter cōparere ex mente cōſtitutionis, cupientes.*

tanquam iuſta & rationabilis cauſa eum excuſet. j. §. proxi. verſic. vel ſi perſonas. & infra eod. §. penul. vbi non adſtringit perſonaliter venire eccleſiæ alligatum, etiā ſi poſtulatus fuerit.

Gloſſ. ſeq. ſoluit quid ſi ſint plures. ſolutioni opponit, & reſpondet.

l Duo ad minus. ſi autem. x. ſunt opponentes, & diuerſa crimina opponūt: vtpote vnus adulterium, alius homicidium, & ſic de ſingulis: ſufficit duos mittere ſufficienter inſtructos, ſecundum Guil. & Gar. cum hæc litera non diſtinguat: & ſic ſatisfactum dicemus huic conſtitutioni: & inconuenicns eſſet tot opponentes cōpelli venire, & electū per tot diſtringi. ff. de exer. ac. ne in plures. licet ſit arg. contra: quia ſi plures de vno crimine accuſant, magis idoneus eligitur à prætore. ſi autē de diuerſis, omnes venire tenentur: nec admittitur vnus pro alio. ff. de accuſ. ſi plures. C. de accuſ. l. qui de crimine. Sed illud quia vbi de crimine agitur, non poteſt procurator interuenire: ſed hic agitur ciuiliter: & ideo ſec9. de accu. ſuper his.

*Procurator an admittatur in iudicio vbi agitur de crimine.*

m Expenſis. quas ſi dare noluerint, & ita nullus venit, tanquā culpabiles puniantur. j. §. proxi. verſi. vel ſi perſonas.

n Inſtructæ. reſpicit illud duæ perſonę, aliàs inſtructi, & reſpicit illud duo ex opponētibus &c. & an illi duo cōtribuere teneantur, dixi. j. eo. cum non deceat.

Gloſ. ſeq. ſoluit quid ſi viciſsim ſibi opponunt electus & opponens tēpora non ſeruata. ſecūdo quærit, & arguit pro. & ſoluit contrarium: & allegationi reſpondet.

o Compareant. intra idem tempus intra quod electi venire tenentur: vt intelligatur repetitū. ſ. de app. ſecūdo requiris. & ſi electus obiiciat opponenti ꝙ tēpora non ſeruauit, & opponēs idē obiiciat electo: primo diſcutietur de iure opponentis, tāquā de pręiudiciali. C. de adul. quoniā. ſ. de ordi. cog. tuam. prius enim perſonę opponentiū diſcutiēdę ſunt. xxiij. diſ. illud. de accu. c. j. & ſimul de vtroq; cognoſcere nō debet. ſ. de iudi. exhibita. ſecundum Guil. & Gar. dico tamen quòd iudex excluſo contradicēte, ex officio ſuo cognoſcet vtrum electus tempora ſeruauerit. ſupra e. cū nobis olim. in ant. Quid ſi opponentes à principio non venerunt intra tēpora, ſed poſt, & ſe petant admitti ad ea quę de nouo peruenerunt, nunquid admittētur? Videtur quòd ſic ſupra e. c. j. ſ. qui ma. accu. poſ. cū in tua. Et ne per ſurreptionē. & ſupra e. in an. cū dilecti. §. nos verò. Sed dic contra per hanc decretalem quę excludit eū à totali proſecutione proceſſus. & qui contra te calumniatus eſt, nec de illo, nec de alio crimine te accuſat. ff. de accu. ſi cui. iij. q. x. ſi accuſatorū. non ob. decre. vt circa. punitur enim ibi qui non expreſsit: ſed exprimere nō potuit quod ignorabat. hic autē punitur quia contēpſit. decre. autem ſtatuimus. non ob. quia ibi non priuatur proſecutione proceſſus: ſed in hoc punitur, ꝙ in eius abſentia proceditur. veniēs igitur admittetur in eo ſtatu in quo cauſa reperietur. dicamus igitur hoc per decr. iſtam ſpecialiter introductū, non ob. decr. cum dilecti. quia officium iudicis non deficiet: vt in prędicta decre. cum nobis.

*Electus ſi obiiciat opponenti ꝙ tempora cōſtitutionis, cupientes, non ſeruauit, & opponens hoc idem opponat electo: de qua obiectiōe primo diſcutietur.*

p Inſtrui. ita quòd finiri poſsit.

q Informari. quādo non eſt tale quid probatū per quod negotium decidi poſsit.

r Aliis circunſtantiis. quid enim ſi per iſtos informatur iudex quòd probationes de facili poſſunt haberi in curia: vel non niſi cum magna difficultate? Hoc inſpecto vel cōmiſſionem faciet, vel ad probationem faciendam in curia compellet. Gar.

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit.

a *Alibi* a. Ad quid fiet iſta commiſsio: cùm electus & opponentes ducere teneantur omnia munimenta? Dic illud verũ de probationibus per inſtrumenta faciendis: ſed iſta commiſsio fit taxatione probationum faciendarum per teſtes, quos ad curiam ducere eſſet difficile. de fideiuſ. conſtitutus.ij.q.ij. capi. vlti. Gar.& Guil.& idem poſſet intelligi ſi haberet probare per inſtrumenta quę ſecum ducere non potuit:puta priuilegiũ quod alterius erat, non ſuum: nec illud habere potuit, vel impeditus fuit per aduerſariũ quo minus habere poſſet: vel ſimilia. ad hoc de fide inſtru. contingit. & ca.accepimus. de teſt. cogen. peruenit.j. Guil.

*a Gloſ.ſequitur Philip.& ipſa procedit,ni ſi teſtes eſſent examinatione enim producentur atteſtatãtes.c.corã. ſ.de ſent.eg. reſti.Font.*

*† Eſt in arbitrio iudicis an velit examinare teſtes in partibus, an corã ſe. Phil.Font.*

inſpectis circunſtantiis, ſuper habendis aliquibus probationibus, ſeu quibuſcunque aliis ſit alibi a facienda † commiſsio: vel æquitate ſuadẽte, partes potius apud ſedem ipſam in probationibus & aliis ſint arctandæ b.

Cæterum c ſi eligentes electiones d ipſas cõcorditer vel in diſcordia celebratas, intra octo dies e poſtquam commodè poterunt, electis f præſentare diſtulerint: ipſos qui culpabiles g in hoc extiterĩt, quo ad ſe à proceſſus proſecutione totaliter h excludẽtes i, omnibus beneficiis k ſuis quæ in ipſa Eccleſia l de cuius electione agitur, obtinent, per trienniũ continuũ extunc m inchoandum volumus eoipſo fore ſuſpenſos n, ad quæ ſi intra illud tempus ſe propria temeritate, vel alio quæſito colore o ingeſſerint, illis ipſo iure perpetuò p ſint priuati.

B Vel q ſi perſonas inſtructas

b *Arctandæ.* ſcilicet teſtes compellendo ad curiam venire. ſupra de teſti.cog.cap.ij.

c *Cæterum.* quinta pars.

Gloſ.ſeq.recit.per quæſt. an in aliis electionibus locũ habeat quod hic dicitur.

d *Electiones.* ſcias ſecundum Gar. ꝙ hoc quod hic dicitur, habet locũ non ſolũ in electionibus cathedraliũ eccleſiarũ vel regularium de quibus hic loquitur decr. ſed in omnib⁹ aliis electionibus: quia ſ.in prin.decre. Nicolaus corroborat quod ſtatuerat Gregor.cum hac temporis moderatione. Grego.autem de qualibet electione loquitur.ſic in qualibet electione locum habebit moderatio.

Glo.ſeq.ſoluit duo dubia.

e *Octo dies.* & ſi exiuerunt competenti tempore ad præſentandum electionem, excuſabuntur propter ſuperuenientẽ caſum.ſi autem exiuerunt eo tempore quo venire poterant vtendo diplomate; impedimentum ſuperueniens non excuſat eos.ff ſi quis cau.l.ij. §.ſi quis.ſ.c.cum in veteri. ſecundũ Guil.& Gar.Phil.ſequitur gl.Font.

*Eligentes qui nõ præſentant electionẽ intra tempus debitũ, qua pœna puniantur.*

Gloſ ſeq.recit.per quæſt.an ſufficiat procuratori præſentaſſe: & diſtinguit.

f *Electis.* ſi autẽ præſentarent generali procuratori electi, non ſufficit: quia temporalis hæreditas per talem nõ acquiritur.ff.de acqui.hære.per procuratorem. multo minus ſpiritualis.nec matrimonium carnale per talem contrahitur.j. de proc.cap.vlt.ff.de ri.nupt.generali b. ergo nec ſpirituale. quod eſt verum niſi electus ratum haberet intra id tempus intra quod ſibi debuit preſentari.ff rem ra.ha.l.pe. Si autem præſentarent procuratori ad hoc ſpeciali ſufficit per eadem iura.ad hoc.ſ.de præb.acce dens.xxxij.q.ij. honoratur.C.de acquir.poſſ.l.j.cum ſimilibus.

*electio præſentata procuratori generali electi intra tempus debitum, an excuſet electores à pœna.*

*b Textum huius.l.vide de renũcia. poſt tranſlationem.ſuper 2.gloſ.*

Gloſ.ſeq. quærit. argu.pro per vnam legem.& contra per canonem.& l.ſoluit, & contrario reſpondet.

g *Qui culpabiles.* ſi hoc ignoretur, quid erit? Videtur quòd nullus incidat in pœnam: quia ſanctius eſt &c. ff. de pœnis. abſentem &c. Arg.contra.quia ſi plures percuſſerint, & vn⁹ ſolus lethaliter, & ignoretur quis: omnes de occiſo tenẽtur xxiij.quæſt.vlt.c.vlt.ff.ad l. Aquil.item Mela. §. ſed ſi ſeruũ plures.Sol.lapſus temporis probat omnes culpabiles: niſi cõtrarium aliqui oſtendant: puta de ſua diligentia: vel ꝙ miſerunt: & miſſus fuit impeditus vel negligens ſecundum Gar. non tamen videtur quòd negligentia miſſi excuſet eligentes.j.eo.ſi cõpromiſſarius, primo.reſpon. niſi hic dicas contra per hoc verbũ, culpabiles, non obſtat contrarium: quia cum ſunt plures, & vnus deliquit, & alter nõ: tunc habet locum lex illa, abſentem.ſed cũ omnes deliquerunt, ſed nõ æqualiter: tunc habeant locũ iura pro hac parte inducta. nec enim poteſt aliquis innocens appellari: vt in l.abſentem. ſecundum Guil.& Gar.& Archidiac. Ioan. Monac.hic autem omnes præſentare debebant.niſi ergo probetur contrariũ, dicam omnes in culpa. ADDITIO. Facit quod ſcripſi, ſupra de homi.ſignificaſti.ij.verſiculo. quòd ſi diſcerni. Ioannes Andreæ.

*Delictum commiſſum ab vno ex pluribus, ſi ignoretur delinquẽs: qualiter debeat puniri.*

h *Totaliter.* per hanc literam dico quòd nec electionẽ alterius partis potuerunt impugnare: alias non eſſent totaliter excluſi.ad hoc.j.eo.ver.opponentis.

i *Excludentes.* & ſic excluſi ſunt ipſo iure. & ſi cum eis de facto proceſſum eſt: ſi poſtea excipiatur in medio cauſæ, de tali proceſſu ſe iuuare non poterunt: iudex tamen ex illo proceſſu poſſet animũ informare: cùm caſus ſit iſte in quo

A procedit ex officio ſuo: vt pluries.ſ.dixi. ADDITIO. facit cle.eo.tit.conſtitutionem.in ſi.& concor.Ioã.Mo.Archid. Ioan.And.

Gloſ.ſeq. ſoluit quatuor dubia, ſcilicet quid de officiis, & quid ſi officiare nolunt: & an tũc poſſunt eligere, & an eligi.

k *Beneficijs.* non ergo officiis, & merito. pone enim quòd fuiſſent omnes culpabiles: quis interim officiaret eccleſiam? Et ſi nollent iſti interim officiare, per priuationem beneficiorum compelleret eos epiſcopus ſi cauſam rationabilem nõ allegẽt. ſupra de cleri. non reſid.inter quatuor. vel ſaltẽ ſi vult eos ob multitudinem ſuſtinere, ſecundum Guil. & Gar. de ipſorum beneficiis faciet eccleſiæ deſeruiri: vt de cleri.non reſi.c.penult.& de ap. peruenit.ij. Et ſi hac ſuſpenſione durante vacat eccleſia, eligere poſſunt: alias decr.cùm in cunctis.ſ.eo.tit.non priuaſſet eos ſpecialiter hac poteſtate.ad hoc eo.tit.cũ Vintonien. Eligi autem non poſſunt medio tempore in illa ſaltem eccleſia in qua ſuſpenſi ſunt, ſecundum Gar.& Guil.ſ.eo.titu.per inquiſitionem.

*Suſpenſus à beneficio an poſſit eligere vel eligi.*

l *In ipſa eccleſia.* Nota ſuſpenſum à beneficio in vna eccleſia, non propter hoc ſuſpenſum in alia. ad idem.j. eodem.ſi compromiſſarius.in ſi.& j.de re.eccle.non alie.hoc conſultiſsimo.& j.de offic.ordi.ſi canonici.ſecus in excommunicato, vel ab officio ſuſpenſo.iiij.q.v.quiſquis. vij.q.j.ſi quis presbyter.

*Suſpenſio ab vno beneficio, nõ infert ſuſpenſionem ab alio.*

m *Extunc.* ſcilicet poſt prædictos octo dies.

Gloſ. ſeq. primò ſoluit duo dubia, ſecundò quærit an abſoluat epiſcopus, ſoluit quòd non, & reſpondet contrario. tertiò quærit & ſoluit.

n *Suſpenſos.* eſt ergo canon latæ ſententiæ, ſic ſ. eo. cùm in cunctis. & ſi epiſcopus eſſet qui vocem haberet, puta in electione metropolitani c, euitat hanc pœnam: cum de ipſo nõ caueatur expreſsè. infra de ſent.excõ. quia periculoſum. & j.e.ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. pœnam autem ſuperiorẽ nõ euitat, ſcilicet vt totaliter à proſecutione &c. {Sed ad certum tempus vt per inferiora patet} Et ſi quæratur an epiſcopus taliter ſuſpenſos poſsit abſoluere? Dicendum eſt ſecundum Guil.& Gar.quòd nõ, argu.decr.ſ.eo.c.j.ibi, nullam &c.& ſ.de teſti.tam literis.ibi, donec noſtram mereãtur &c.facti enim quæſtio in arbitrio eſt iudicantis: pœnæ verò proſecutio &c.ij.q.iij. ſi quem. §.notãdum.ff.de abol.l.j. §.ij.iam enim ſi diceretur cõtrariũ, illuderetur huius canonis pœna, & ſimiliũ: quod inconueniens eſſet. nõ ob.decre. nuper.ſ.de ſen.excõ.quia loquitur in excõmunicatione, ſecundũ Gar. vbi maius vertitur periculũ: & ideo facilius remouẽtur: quia nullus vſque ad certum tẽpus excõmunicatur, ſed donec ſatisfaciat vel caueat.de ver.ſig.ex parte in Chriſto. vnde verè loquẽdo ibi pœna non remouetur: ſed quod ius ſtatuit, adimpletur. Sed quid dices ſi electio nõ fuit pręſentata tẽpore debito: electus poſt notitiã iter arripuit, fecit expenſas, poſtea præſentatur ſibi electio: electus reperit eam minus canonicã: non vult cõſentire.quęro nũquid electores teneantur ei ad expenſas quas facturus nõ fuiſſet ſi ipſi debito tẽpore pręſentaſſent? Dico ꝙ ſic, ſecundũ Gar. & Guil. aliàs electo per conſtitutionẽ hanc laqueus pararetur.ad hoc.ff.de peri. & commo. rei ven.l.vlt.C.de iudi.ſancimus.& j.de offi.ordi.ſi canonici.j.reſpon. §.j.

*c Vt ſuffraganei eccleſiæ Rauenn. de conſuetudine, ſecundũ Archid.*

C

D

o *Alio colore.* puta quia ſe ingerunt de alicuius ſuperioris authoritate. Vel pone exemplum ſupra eo.tit.& lib.auaritię. & quod dixi de ſuperiore, intelligas qui id non poſsit concedere.

Gloſ.ſeq.ſoluit duo dubia.

p *Perpetuò.* intelligebatur etſi non fuiſſet appoſitũ.ex quo enim priuantur, perpetuò priuati intelligũtur.C.de pœnis, ſeruus.l.diſt.c.j.quod dic vt ſ.de conſtit.in an.c.ex literis.& per hanc literã, perpetuò, dico ꝙ ſi epiſcopus ipſis priuatis ea vellet de nouo conferre, non poſſet d. ad idem.ſ.eo.cũ in cunctis.& ca.licet canon.& ca.auaritiæ. ſ.eo.tit.& li. & melius.j.eo.ca.commiſſa. §.porro.

*d Idem de notariis de ctoribus ex delicto priuatis. Bald. in l.ſi manumiſſus. C.de li.& eorum lib. Font.*

q *Vel ſi.* viſo qualiter puniantur eligentes ſi electionẽ tẽpore debito non præſentant: eſt videndũ qualiter puniũtur eligentes ſi perſonas non mittunt inſtructas, & hic aſſume quod ſequitur.j.ſcilicet, deſtinare neglexerint.

*Vt præ-*



a *Vt præmittitur.* in. §.ad hæc.& in. §.ſi vero.

Gloſ.duæ ſeq.quærunt opponẽdo de duobus ſimilibus.

b *Electi.* ſed ad quid debent venire perſonæ inſtructæ, ex quo non venit, nec mittit electus: cum ex eo priuatus ſit ipſo iure? Reſpõdeo vt inſtruatur Papa ſuper toto negotio. & forte poſsibile eſt ꝙ electus qui non venit, impeditus fuit ad veniendum & mittendum: & ſic non eſt priuat⁹ ſupra eo. verũ.c.inſuper. & ſuper hoc ipſo vtilis eſſet inſtructio & ſuper alijs occurrentibus. ADDITIO. Idẽ Archi.& Ioan. Mon. Item pœna electi locum non habet, niſi integro tempore elapſo.j. c. commiſſa. j.reſpon. & eccleſiæ inſtanti locum habet pœna eligentium. ſ. §.ad hæc.ſaluo quod ibi not. in glo.j.per. ſemp.per quod patet regulariter ex facto electi eligentes excuſari non poſſe. Ioan.Andr.

vt præmittitur a, (etiam ſi opponentes vel electi b mittere vel venire, ſeu expenſas miniſtrare c contemnant) deſtinare neglexerint d, niſi eos e capituli, vel contradicentium paucitas f, ſeu alia iuſta g & probabilis h cauſa euidenter excuſet: in quo caſu procuratorem i ſufficienter inſtructum mittere, & nihilo minus k ceſſante cauſa dictas perſonas dirigere teneantur: & à totali (quo ad ſe) proſecutione proceſſus, & à prouentuum beneficiorum quæ in Eccleſia ipſa obtinent, per

A triennium continuum perceptione priuentur l: opponentis vel opponentium (cum vnicus eſt electus) contumacia m ſimili pœna n plectenda o. Nihilo minus p tamen in pręmiſsis q caſibus quibus eligẽtes vel opponentes quo ad ſe proceſſus proſecutione priuantur r, electis ſuper hoc in proſecutione ſui iuris nullum s præiudiciũ generetur.

B Denique t cum ad poſtulationem concordẽ vel diſcordem procedi cõtigerit, & aliqui u patiẽtes in ordinib⁹ vel ætate x defectum, vel his ſimi-

c *Miniſtrare.* & miniſtrabunt tunc electores, quia ipſi tenẽtur mittere: & miſsi ſuis ſtipendijs non debent miniſtrare. x.quæſt.ij.precariæ. ſed ex quo electi cõtemnunt miniſtrare expenſas, priuati ſunt. Ad quid ergo veniunt perſonæ inſtructæ? Dic vt dixi ſuprà gloſ.proxi.

d *Neglexerint.* aſſume hic literam, & à totali quo ad ſe &c. quæ eſt infrà.

e *Eos.* eligentes & opponentes.

Gloſſa ſeq.obijcit & ſol. cui ſolutioni incidit obiectio & quæſtio, quibus reſpondet.

f *Contradicentium paucitas.* quomodo hoc, cum non poſsint eſſe pauciores quàm vnus vel duo: qui tamen venire tenentur ſupra. §.proxi.? Reſpondeo, quia non ſunt alij qui Eccleſiæ deſeruiant niſi contradicentes: qui ſunt tam pauci quòd ſi mitterentur, non eſſent qui deſeruirẽt Eccleſiæ. Sed nonne ſunt electores? Forte omnes contradicunt, puta cum ſuperior prouidit: ſed illi ſunt pauci, vel electores infirmi ſunt vel mortui, vel abſentes ſunt, ita quòd nulli Eccleſiæ deſeruiunt præter contradicentes: & illi ſunt pauci. Sed quot dicemus paucos? hoc relinquam arbitrio iudicãtis, ſi reuocetur in dubium. aliquæ enim Eccleſiæ indigent pluribus ſeruitoribus: aliquæ paucioribus: & ſic non poteſt electio exprimi.ff.de ſolut. ratum. & quia reſpectiuè quædam dicuntur pauca & multa.xlv. diſtinct.diſciplina.inſtit. de iur. perſo. §.fin. ADDITIO. Dixit autem hic Gar. & placet Ioan. Mona.& Archid.quòd quando contradicentes non poſſent mittere niſi vnum, illum mittere teneantur. arg. ſupra. §. proxi.verſic.& quando.ad hoc ſupra de dolo & contu. cum dilecti. Et idem dicunt de perſonis inſtructis, quas eligentes mittere debent: vt ſcilicet ſaltem veniat vnus. & his caſibus mittant procuratorem: vt ſic inquantum poteſt fieri, conſtitutioni ſatisfaciat. Ioannes And.

*Pauci quot dicuntur.*

g *Alia iuſta.* puta incurſus hoſtium, infirmitas, nimia paupertas.ad hoc ſupra. §.proxi.ibi, facultatum impotentia. vel eſt obligatus Eccleſiæ cathedrali: vt Epiſcopus vel Archiepiſcopus vt ſupra dixi. Guil. & Gar.

h *Probabilis.* intra tempus iudicis arbitrio taxandum probanda, ex quo hic non determinatur, ſecũdum Guil. & Gar. ff.de iure deliberandi.

i *Procuratorem.* etiam extraneum qui non ſit de electorib⁹, nec de opponẽtibus, vt declarat ſequẽs litera ibi, dictas perſonas dirigere teneantur. Gar.

k *Nihilo minus.* ſi vero antequam ceſſaret impedimentum, eſſet negotium in curia terminatum: non credo quòd perſonas dirigere teneantur: cum iam inſtructioni vlterius non ſit locus. ad quid ergo inanibus ſumptibus ſe vexarent.ff.de inoffic.teſta.l.j.?

Gloſ.ſeq.ſoluit tria dubia.ſ.quis priuet: quid ſi ſe ingerit: & quare aliud hic quàm ſupra.

l *Priuentur.* per ſententiã: & priuabit eos Papa vel iudex ab eo datus.& hoc idem facere poterit Epiſcopus proprius qui debet canones obſeruare, & à ſubditis facere obſeruari: & ſacrorum canonũ eſt miniſter.xxj.diſti. §.j. {Et cuſtos.xxiiij. quæſt.iij.cũ quibus.in ſi.ſecundum Archidiac.} Et ideo non credo ſecundum Gar.quòd ſi in iſto triennio ſe ingeſſerint, quòd ſint priuati perpetuo: vt ſuprà in alio caſu, ex quo repe

Sextus.

titum a non eſt, cum ſit pœnale & reſtringendum: iudex tamen ex eo poterit eos punire. Sed quæritur quare in præcedenti caſu priuantur ipſo iure: & hic per ſententiam? Dixit Gar.hoc ideo, quia Papa reputauit eos amplius deliquiſſe: & quia hic eſt iam quaſi iudiciale: & ibi quaſi extraiudiciale: & ideo forte iudex non eſſet ita paratus ibi vt hic. ADDITIO. Si quod not.de pœ. fœlicis. in vlt. gloſ. Ioannes Andr.

*a Not.Philip. quòd in pœnalibus ſequẽtia nõ trahũtur ad præcedẽtia, nec econtra ſi ſic pœna extenderetur. Bar. in l.prætor.ff. vt bo.rap. Font.*

Gloſ.ſeq.obijcit & ſoluit.

m *Cõtumacia.* vt quia non venit, cum ſunt vn⁹ vel duo: vel quia duos ex ſe non mittũt, cum ſunt plures. Sed nonne ex iſtorum repulſione poſſet ſequi iniquitas: pone enim electum indignum? Solut. licet iſti repellantur, officium iudicis non quieſcit: ſicut & vbicunq; periculum animæ vertitur, ſupplet, ſupra eod.cum nobis.de exceptio. exceptionem. & ibi publica oſtenditur vtilitas: vt in milite procuratore. C. de procura.l.militem. & de ijs quæ conſtant ſibi tanquam iudici, de poſt.præla. bonæ.j. vbi de hoc. & ſupplet ea quibus omiſsis non valeret proceſſus.de lib.ob.ca.j.& de lit. conte. cap.vnico. cauere etiam debet iudex ne ſibi illudatur.ff.de iudi.ſi prætor.& ne in vanum partes vexentur, ſupra de offi. deleg.ſuper quæſtionum. §.porro. ad finem.

*Iudex in quibus caſibus poſsit ſupplere ex officio ſuo.*

Gloſſa ſequens obijcit, & dupliciter ſoluit.

n *Pœna.* excluduntur ergo à proſecutione proceſſus, & beneficijs per triennium priuabuntur. Sed iſti opponentes quare puniuntur in beneficijs? nonne à ſua oppoſitione ſine pœna deſiſtere poſſunt? Intellige ſecundum Gar. & Guil. Ioan.Mona.& Arch.hoc de illis qui in ſua oppoſitione perſiſtunt, vel recedũt ab ea eo tempore & modo quo ab ea recedere non potuerunt.infrà eod.ab eo.ſupra eod. quamuis. & cap.ſtatuimus.

C

Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.

o *Plectenda.* argue ſecundum Gar.& Guil.quòd non eſt canon latæ ſententiæ quo ad hoc.& dixit Gar. quòd iſti opponentes per modum denunciationis poſſunt dicere electionem nullam.argu.ſupra de accu.veniens.& cap.prælatorũ b. ſed per modum oppoſitionis vel exceptionis non: quia à totali proſecutione &c. officium tamen iudicis non ceſſat: vt pluries dixi. ADDITIO. In duobus quæ ponit hæc gloſ. concordant Ioan.Mona.& Archid.

*b Archid. alleg.de iureiuran. ad noſtram. 2. cap. & ca. & ſi Chriſtus. melius facit.c. quẽadmodum. Ioan. And.*

p *Nihilo minus.* id eſt non obſtante quòd illi excluduntur.

q *Præmiſſis.* ſcilicet cum eligentes excludũtur, quia electionem non præſentauerunt: vel perſonas inſtructas non miſerunt: & etiam cum opponentes puniuntur, quia hanc decre.non ſeruauerunt. Ioan.And.

r *Priuantur.* ſupple vel priuari mandantur propter caſum præcedentem.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit diſtinguendo. §. denique.

s *Nullum præiudicium.* & ita extraiudicialis negligentia eligentium non nocet huic electo. Sed nunquid proceſſus eligentium habitus contra ipſos nocebit electo, vel alijs qui in iudicio non fuerunt? Dic ſecundum Gar.quòd electo ſcienti præiudicabit, ignoranti non. iij. quæſt. vj. hæc quippe. ſupra de dolo & contu.cum olim ſupra de re iud. quamuis. alijs autem quorum intereſt, non quia ſint electi, ſed aliter nocet & ſcientibus & ignorantibus: vt in actione populari dicitur, in qua proceſſus contra vnum præiudicat alijs etiam ignorantibus: niſi doceant de colluſione vel de proprio intereſſe.ff.de accuſat.ſi cui.ff.de iureiur.eum qui. §. in popularibus.

D

*Proceſſus agitatus cõtra eligentes an præiudicet electo.*

t *Denique.* ſexta pars.&.ſ. plenè dixit qualiter debeant ſe habere eligẽtes & electi, & etiã opponentes: modo vult dicere qualiter ſe debeant habere poſtulantes & poſtulati Gar.

u *Et aliqui.* & pro id eſt, vel propriè.

Gloſſa ſequens dicit quis diſpenſet.

x *Vel ætate.* qui patiantur in his defectũ, collige.ſ.eod.cum in cunctis.& cap.licet canon.ſ.de æta.& qualit. præterea. cũ patientibus autẽ defectũ in ordinibus diſpenſant Epiſcopi. in prædi.decre.pręterea.& eo.tit.tuã.in epiſcopatibus Papa. de offic.lega.ꝙ tranſlationem.de exceſ.præla. ſicut venire.

E {De hoc

Universidad de Deusto Biblioteca



{De hoc dixi de ætate & qualit. à multis. ſuper. iij. gloſ.} Cū patientibus defectū in ætate quo ad Epiſcopatus ſolus Papa diſpēſat. ſ. eo. tit. in anti. cùm nobis olim. §. ſi. quo ad dignitates tene ꝙ habes. j. de æta. & qualit. cap. vnico [a]. Quo ad parochiales Eccleſias tene ꝙ habes. ſ. eo. tit. & lib. licet canon.

*Quod hic no. Ioā. Mo. An doctoris opi. illum excuſet cū quo per epiſcopū fuerit diſpenſatum: ibi dicam ſuper verbo diſpēſare. in fine glo. Ioan. And.*

a *Similes.* vt illegitimè nati ſupra eodē, innotuit. in anti.

Gloſ. ſeq. recit. per quæſt. quid ſi ſpectet immediatè.

b *Poſtulentur.* intelligas iſtum. §. indiſtinctè, ſiue mediatè ſiue immediatè pertineat, vel appelletur, ſiue nō: quia ex quo non poteſt alius diſpenſare: quo ad hoc immediatè dicentur pertinere. Item cum poſtulantur ad regulares Eccleſias, & appellatum eſt: vel immediatè pertinēt eccleſię: vel talis eſt caſus in quo nō poteſt alius quàm Papa diſpenſare: & quia tunc quo ad hoc immediate pertinere dicentur.

c *Alligati.* vt epiſcopi, archiepiſcopi, vel ſimiles. Quid in alligatis inferiorib? Eccleſijs, puta abbatibus exemptis? Olim erat dubitatio, an tales deberent eligi vel poſtulari: quæ terminata eſt infra eod. ſi abbatem. ſcilicet quòd debent eligi: & ſic non habet locum iſte. §. Additio. De Epiſcopis qui renunciauerunt loco non ordini, an ſint eligendi vel poſtulandi: tenent hic Gar. & Ioan. Mona. quòd ſunt eligēdi: ſed Archi. tenet quòd ſunt poſtulandi. tene quod diſtinguendo dixi ſupra de renun. poſt tranſlationem. ſuper gloſ. ij. Ioan. Andr.

les [a] poſtulentur [b], non qui alijs Eccleſijs alligati [c], liberum non habent ſine noſtra [d] permiſsione volatum: (circa quos taliter alligatos, nihil de veteris [e] iuris obſeruantia immutamus) poſtulatos huiuſmodi [f], & poſtulantes eoſdem ea moderata [g] diſtrictione perſtringimus, vt eo ſaluo quod poſtulati huiuſmodi, nec ſuis poſtulationibus præſtare conſenſum [h], nec (vt de electis dictum eſt [i]) exhibere expenſas aliquibus [k] teneantur: ſed poſtulantes ipſi concorditer vel diſcorditer, expenſas ipſas perſonis talibus ſubminiſtrent [l]: poſtulatos in veniendo, ſi non diſſenſerint [m], & poſtulantes in mittendo perſonas inſtructas [n] (vt in concordi vel diſcordi electione) per omnia, (vt ſuprà præmittitur [o]) moderatio prēmiſſa conſtringat: & negligentes [p] ſtatuta ibidē, ſimilis pœna [q] percellat: nec per hoc [r] quod de poſtulatis pro celeri [s] Eccleſiarum expeditione ſtatuitur, poſtulationes ipſæ minus dependēre intelligantur à gratia [t], quàm antea dependebant.

Porrò [u] in ſingulis caſibus ſupradictis, in recuperandis vel reddendis [x] expenſis eligentium [y], electorum, poſtulantium, & etiam poſtulati, illud ſeruari decernimus, ꝙ iuſtum fuerit, ſeu æquitas canonum iudicabit [z].

### Idem.

*Gloſſa prima diuidit et ſummat totum textum. vide eam. Domi.*

propter parē rationē habuit pro expreſſo. ad hoc. ſ. e. ti. & li. c. j. & c. vt circa. & eadē eſt ibi ratio. ſ. Eccleſiarum prouiſio.

o *Præmittitur.* in. §. ad hæc. &. §. ſi vero.

p *Negligentes.* ſcilicet poſtulantes & poſtulatos negligentes in veniendo vel mittendo.

q *Similis pœna.* inquātum eſſe poteſt. electus enim priuatus eſt iure iam ſibi acquiſito: poſtulatus autem ſolum ſpe gratiæ q̄ habebat. & idē dico in eligentibus.

r *Nec per hoc.* ne credat aliquis ꝙ quia poſtulati coguntur ad veniendum, habeant maius ius: hoc hic remouet.

ſ *Pro celeri.* Not. hic mentē & cauſam huius cōſtitutionis, ſecundum Gar. & Ioā. Monach.

Gloſſa ſeq. reci. per q. de qua gratia loquatur.

t *Gratia.* ſ. illa generali de qua dicitur. §. de reſcri. ſedes. & ca. nonnulli. & cap. vlt. in anti. §. de torne. c. ij. et hoc ſi poſtulatio concors fuit, vel ſaltem à duabus partibus facta: in quo caſu ſecūdum quoſdam poteſt peti confirmatio ſupra eo, cum monaſterium. & ca. officij. §. ſi. & ſi talem admiſerit ſuperior, dicetur facere gratiā: & ſi non admiſerit, facit iniuriā. ff. de aqua coti. & æſti. l. j. §. pen. Si autem non ſit facta in concordia vel à duabus partibus, & ex cauſa: dependet ex gratia ſpeciali. ſ. titu. proxi. in anti. cap. poſtulationem. & ca. bonæ. j. ſecūdum Gar. qui hic proſecutus fuit quandam materiam extraneam de attentatis, quam videbimus infra de appel. non ſolum.

*Poſtulatio ſi nō admittatur à ſuperiori, an non admittens dicatur inferre iniuriā poſtulato.*

d *Noſtra.* non ergo loquitur de ijs qui ſunt talibus Eccleſijs alligati: quia ſufficit alterius licentia.

Gloſſa ſeq. recit. per quæſt. quid de opponentibus.

e *De veteris.* ſeruent ergo illi decre. ſupra eod. cap. j. Et ex quo poſtulati in hoc caſu non tenentur ad hoc ius ſeruandum niſi propter æqualitatem ſeruandam in iudicijs: dico quòd nec opponentes venire tenentur: ſed ſufficit quòd ſeruent ipſum ius antiquum. nam & etiam priuilegium vnius partis ſæpe ad aliam extenditur. C. de fru. & lit. expen. l. vlti. ſupra de mu. peti. cap. ij.

*Priuilegiū vnius partis ad aliam extenditur.*

f *Poſtulatos huiuſmodi.* ſcilicet patientes defectum in ordinibus, vel ætate, vel his ſimiles.

g *Moderata.* hoc dixit ob id quod ſequitur, vt eo ſaluo &c.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit quæſtionem, & duo quæ incidunt.

h *Conſenſum.* Sed ex quo conſentire non debent: quando incipiet eis currere tempus? Reſpon. ſecundum Guil. & Gar. quandò deliberauerunt de non diſſentiendo: vel reſponderint ſe non diſſentire. vnde dixit Guil. quòd Epiſcopus poſtulatus ad eccleſiam ſic debet reſpondere: Nec conſentio, nec diſſentio: ſed in hoc me voluntati domini Papæ ſuppono. ad hoc. viij. quæſt. j. in ſcripturis. quod intra menſem facere debent ſupra eod. tit. & lib. quàm ſit. Et dico quòd poſtulatio debet præſentari poſtulato: aliàs qualiter deliberaret de diſſentiendo vel non diſſentiendo? & ſi poſtulantes negligentes fuerint in præſentando, punientur vt electores per literam quæ ſequitur, & negligentes ſtatutā ibidem, ſimilis &c.

*Poſtulatus ad Eccleſiā qualiter debeat reſpondere præſentantibus poſtulationē.*

i *Dictum eſt.* ſuprà. §. ſi vero.

k *Aliquibus.* vt perſonis inſtructis, vel alijs.

l *Subminiſtrent.* eadem diſtinctione ſeruata, quæ ſuprà dicta eſt in eligentibus, ſcilicet an ſit celebrata in concordia, an in diſcordia, ſecundum Gar. Additio. Et ſecundo caſu miniſtrant de proprio: & ſi non habent vnde, vt quia ſunt regulares, de communi ſupra de accu. ex parte. & cap. penul. ſecundum Gar. & Ioannes Monac. & idem Archidiac. ſupra. §. ſi vero. & facit quod no. in ſi. vlti. gloſ. Ioan. And.

m *Non diſſenſerint.* Nota medium inter conſentire & diſſentire, ſcilicet non diſſentire. concord. infra de reg. iur. is qui tacet.

n *Inſtructas.* & dic ſecundum Guil. & Gar. licet hic textus non exprimat, quòd etiā opponentes tenentur venire: quia

u *Porrò.* ſeptima pars, in qua quia ſuprà dixerat electos & eligentes, poſtulatos & poſtulantes teneri ad quaſdam expenſas faciendas: dubitaret aliquis vtrum poſtea poſſent recuperare. ideo addit quod ſequitur. Gar.

x *Reddendis.* nec dabitur condictio ex hoc canone ad repetitionem ipſarū: quia nulla hic noua obligatio. ff. de cōdi. ex lege. l. vnica. quod enim ſtatutum iam erat, hic obſeruari præcipitur. potius ergo dabitur, ſecundū Guil. & Gar. condi. ex decre. vt præteritæ. ſ. eo. Additio. Idem Archi. qui remittit ad Spe. de expen. §. ſi ante litem. Ioannes And.

y *Eligentium.* id eſt quas fecerunt eligentes in proſecutione electionis. & ſic expone ſequentia.

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit diſtinguendo inter electionem vel poſtulationem concordem & diſcordem. & ſecundò aut maior pars proſequitur aut minor, ſubdens dictum Innoc. & facti obſeruantiam: & excipit caſum decre. nihil eſt. In opponente diſtinguit: an proſequatur ius proprium vel cōmune. & ſecundo caſu, aut ſuccumbit aut obtinet. In fine diſtinguit regulares à ſecularibus. Domi.

z *Iudicabit.* ſed quid eſt iuſtum, vel quid iudicat æquitas canonum? Reſpondeo ſecundum Gar. ſi electio vel poſtulatio factæ ſunt in concordia, poſſunt eligentes & poſtulantes expenſas facere de bonis pertinentibus ad prælatum: & ſi de ſuo fecerint, recuperare poſſunt factas ſupra eod. vt præteritæ. & ſupra eod. cap. §. ad hæc. vel iudicis officio: vel condictione prædi. decre. & hoc intelligo ſiue obtineat ſiue non, ſi dignum elegerint ſiue indignum: dummodo ignoranter. ſufficit enim quòd non fuerunt in dolo. ff. de bo. au. iureiur. poſ. l. prætor. §. ij. ſi autem electio in diſcordia fuerit celebrata: & maior pars proſequatur negotium electionis: dummodo vtiliter incipiat proſequi, expenſas habebit: non tamen ſufficit quòd ſine dolo, vt in caſu præcedenti, ſed eſt neceſſe quod vtiliter: vt. ff. de ne. geſt. ſed an vltro. minor autem pars ita demum habebit expenſas, ſi obtinet: quia apparet quòd vtiliter cœpit iudicium proſequi. Innoc. tamen dixit quòd cum facta eſt electio in diſcordia: illa pars habebit ab Eccleſia expenſas, de qua poſtea fuerit definitum per capitulū ſuper hoc conuocatū iterū. hoc tamen quod de expenſis dictum eſt, cū electio facta eſt in diſcordia: dicit Gar. nō ſeruari. ſi enim non obtinet electus, ſibi ſatisfaciat. ſ. de teſta. relatū. §. nomine. ſi vero ſuccūbit, non repetit expēſas: quia ſuū negotiū egit. C. de neg. geſt. l. j. & de ſta. & ima. l. vl.

*Expenſa facta in negotio electionis proſequendo, an & quando et quo iure poſſint peti vel repeti.*

Idem



Idem de poſtulato intelligas per eadē iura: & hoc nō intelligas in caſu illius decret. ſ. eod. nihil, quia ibi electus adminiſtrationem habet. Si autem aliquis ſe opponit aut proſequitur ius propriū, puta dicens ſe contēptum: & tunc nil repetat quia ſuum negotiū egit: aut egit de iure tangente Eccleſiam dicēdo perſonam nō idoneam, vel formam non ſeruatam: & tunc ſi ſuccumbit, nil repetit: quia inutiliter excepiſſe præſumitur. ff. iudica. ſol. iam tamē. §. antepen. ſi obtinet, recuperat à capitulo. argu. ſupra de procu. cum pro cauſa. & ſupra de rebus eccle. non alie. ad noſtram. & ſic litis terminus declarat negotiū expēſarum. arg. ad hoc. C. de iudi. rem non nouam. victus etiam condemnatur victori in expenſis: & ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur actio aduerſus capitulum. Hæc autem vera inter ſeculares qui propriū habent. ſi autem ſit regularis qui non habet proprium, tunc etiam ad proſecutionem cauſæ expenſas habebit: alias cum ipſe nihil habeat, periret ius ſuum & eccleſiæ ſupra de accuſa. ex parte. & cap. penult. De his vide per Bern. Innocen. & Hoſtien. ſupra eod. vt præteritæ.

*Pſalm. 86.*

### CAPITVLVM XVII.

Fundamenta militantis Eccleſiæ in montibus ſanctis propheta [a] rememorans, per montes Apoſtolos & prędicatores patenter inſinuat: quibus tota huiuſmodi ædificij fabrica confidenter innititur [b]: qui firmæ baſes [c] Eccleſiæ ſuper fundamento, præter quod nemo aliud ponere poteſt [d] (quid eſt Chriſtus Ieſus) veluti ſummo angulari lapide ſolidantur: vt veritas quæ antea [e] legis & prophetarum præconio [f] vehebatur [g], per Apoſtolicam tubam [h] in ſalutem vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt [i], In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Huius autem muneris [k] ſacramentum ita dominus ad omnium Apoſtolorum voluit officium pertinere, vt in beato Petro Apoſtolorum omnium ſummo [l], principaliter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet. hunc [m] enim in conſortium indiuiduæ vnitatis [n] aſſumptum, id quod ipſe erat [o] dominus voluit nominari: dicendo [p], Tu es Petrus: & ſuper hanc Petram [q] ædificabo Eccleſiam meam. vt æterni templi ſtructura Deo ædificante conſtructa, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri, conſiſteret firmitate: cui [r] ſaluatoris noſtri miranda [s] prouiſio Beatum Paulum in Apoſtolatu gentium per dexteras [t]

*1. Corint. 3.*

*Pſalm 18. Rom. 10.*

*Matth. 16.*

petuum priuati omnibus feudis, priuilegijs, immunitatibus vel gratijs, & honoribus quæ à Romana vel alijs habent eccleſijs: & ij ad quos illa pertinent, de ipſis diſponendi liberā habeāt facultatē. Item ſtatuta, præcepta, ſentētiæ, cōtractus, & omnia quæ fecerint tanquā ſenatores vel rectores vrbis, irrita decernit & vacua: iudices & tabelliones qui patrocinantur talibus, vel inſtrumenta cōſcribunt: iudicatus & tabellionatus priuat officijs: præcipit etiam quod à ſupradicta excōmunicationis ſententia prædicti non poſsint abſolui ſine licentia Domini Papæ ſpeciali. Quartò dicit ꝙ Romani origine, vel ibi incolæ ad vnum annum, vel tempus breuius, bene poſſunt in ſenatores Romanos aſſumi: licet ſupradictorum fratres ſint filij, nepotes, aut ſub comitatus vel baroniæ nomine extra territorium vrbis iuriſdictionem perpetuam vel temporalem obtineant: dummodo non ſint tantæ præeminentiæ vel potentatus quòd cum perſonis ſupra prohibitis merito debeant numerari. Ioannes Andreæ.

Fundamenta. Decre. hanc quæ localis eſt, in quatuor partes diuido, quarum prima durat vſque ad. §. proinde. Secunda vſque ad. §. quod ſi ſecus. Tertia vſque ad. §. vt autem. Quarta vſque ad finem. In prima autem parte ponitur conſtitutionis cauſa & origo. In ſecunda ponitur conſtitutio. In tertia pœna tranſgreſſorum. In quarta quædam conſtitutionis moderatio. Quarū prima ſubdiuiditur in alias quatuor partes. Prima durat vſque ad. §. ne autem. Secunda vſque ad. §. decet. Tertia vſque ad. §. dignè. Quarta vſque ad finem ipſius partis. In prima autem particula dicit Nicolaus & probat auctoritate Pſalmiſtę noſtram militantem Eccleſiam fundatam eſſe ſuper Apoſtolos & prædicatores: quorū fundamentum & ſolidatio eſt in Chriſto Ieſu. horū autem præcipuus fuit B. Petrus: cui ſuperna Dei prouiſio B. Paulum adiunxit: qui ſub vno perſecutore eodem die & loco ciuitatem Romanam ſuo glorioſo cruore martyrij Chriſto domino conſecrarunt. Secundò dicit ipſam eccleſiam diuino miraculo temporalibus adiutam auxilijs, dum ſcilicet Cōſtātinus Imperator ipſi Eccleſię in perſona B. Silueſtri quarto die ſui baptiſmatis donauit ciuitatem Romanā: vt ibi collocata Petri ſedes gauderet plenaria libertate. Tertiò dicit decens eſſe omnem materiam & modum tolli, per quos metus vel terror aliquis imminere poſsit ipſi pōtifici Romano vel ſuis fratribus in cōſilijs ibi exhibendis & alijs negotijs Romanæ Eccleſiæ, quæ immineent pro tempore facienda in creatione pontificis: & in promotione Cardinalium cum occurrerint. Quartò dirigens mentem ſuam ad vrbem, ad memoriam reducit multa diſcrimina magnaq; pericula quæ ſuſtinuit vniuerſalis eccleſia propter peregrina regimina, & ſenatores incognitos qui præfuerunt ipſi ciuitati Romanę: & maximè tempore Conradini. In ſecunda parte principali volens circa futura pericula exhibere ſalubre remediū: ſtatuit ꝙ nullus Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, vel aliquis alius qui ſit notabilis præeminentiæ, dignitatis, poteſtatis, vel excellentiæ, frater, filius vel nepos ipſorum, poſsit aſſumi ad tempus vel in perpetuum in ſenatorem vel rectorē vrbis Romę, quocunque nomine vocetur ipſa rectoria. Item nullus alius præter prædictos aſſumi poſsit ad ipſius ciuitatis regimen vltra annum. hæc vera, niſi ſpecialis interueniret Apoſtolicę ſedis licētia, per ipſius ſedis literas exprimenda. Tertiò contrafacientibus pœnam imponens ſtatuit ꝙ nominātes, eligentes vel aſſumētes, nominati, vel electi, vel aſſumpti ſi cōſenſerint, & eis obedientes, dantes auxilium, cōſilium, vel fauorē, ipſo facto ſint excommunicati: & ipſi aſſumpti vel electi ex quo cōſenſerint, vel ſe de regimine intromiſerint: ſint cū ſuis poſteris in per-

Sextus.

Additio Heliæ. Romanus pontifex in hac conſtitutione intendit ſolum dicere quòd ad officium ſenatoris vel rectoris vrbis Romanæ non ſunt vocandi principes & nobiles vel alij qui poſſent ſuperare Papā & Cardinales. quòd ſi ciues ita ſint potentes, ſimiliter in eis habet locum tenor huius conſtitutionis.

*Additio Domini Heliæ.*

Nota ibi, vniuerſo ſenatu. ꝙ licet olim eſſent centū ſenatores numero: tamē hodie in ciuitate Romana eſt vn? ſenator.

a *Propheta.* Dauid Pſalm. lxxxvj. qui incipit, Fundamenta.

b *Innititur.* eſt enim præcipuus in Eccleſia prędicatorum & doctorum ordo. de hæreti. cum ex iniuncto ſupra.

c *Baſes.* id eſt columnæ. & dici ſolent columnæ ex petra duriſsima. Additio. Dicitur baſis quod ſupponitur vel ſuperponitur columnæ ſecundum Hugonem. Alij dicūt quòd eſt baſis quod ſupponitur. Epiſtylium quod ſuprà ponitur. Ioannes Andreæ.

*Baſis quid ſit.*

*Epiſtylium quid ſit.*

d *Ponere poteſt.* j. Corinth. iij. j. quæſt. j. cùm Paulus. de preſbyt. non baptiza. veniens.

e *Antea.* in veteri teſtamento. Additio. Et habes hæc verba vſque ibi, cui ſaluatoris. xix. diſt. ita dominus. Io. And.

f *Præconio.* xliij. diſtinct. ſit rector.

g *Vehebatur.* id eſt quaſi vehiculo ducebatur & trāsfundebatur in orbem.

h *Tubam.* Eſa. lviij. in ſi. aliàs lviij. in princi. Clama neceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuā. xliij. diſtin. ſit rector. Ioā. And.

i *Scriptum eſt.* Pſal. xviij. Cœli enarrant gloriam Dei.

k *Muneris.* prædicandi.

l *Summo.* adminiſtratione. lxxx. diſtinc. in illis. in fin. ibi, inter Apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus: nō autem meritis. Nec obſtat infrà vbi dicit pro pari virtute &c. ij. quæſt. vij. Paulus. &. xxj. diſtin. in nouo.

m *Hunc.* beatum Petrum.

n *Vnitatis.* ipſi Chriſto per vnionē charitatis & gratiæ. ſ. de ſumma trin. dānamus. de conſec. diſtinct. ij. in Chriſto pater. Et nota quia vnitatē in militāti eccleſia eſſe voluit, dū ſuper vnum fundauit. xxiiij. quæſt. j. loquitur. Schiſmatici autē conantur hanc ſcindere, infra de ſchiſma. cap. vnico.

o *Ipſe erat.* ſcilicet Petrus, iuxta id, Petra autem erat Chriſtus. Additio. Et de conſecrat. diſtinctione ſecunda, reuera. poſt princip. Hiero. ſuper Abdiam: Petra Petro donauit vt Petra ſit. Ioan. Andr.

p *Dicendo.* Matt. xvj. &. xxiiij. q. j. loquitur. xxj. diſt. in nouo.

q *Petram.* à ſoliditate fidei ſic dictus. l. diſtin. fidelior.

r *Cui.* Petro.

ſ *Miranda.* vt in procœmio huius libri, & infrà de reliqui. & vene. cap. primo.

t *Dexteras.* per dexterā pign? pacis & teſtis fidei ſolet dari.



aliàs

aliàs dicitur manus dextera, quaſi dans extra: vnde illa manu ſolent porrigi dona. ADDITIO. Quòd per dexterā pignus pacis & teſtis fidei ſoleat dari, vt tetigit hic gloſ. facit. j. Machab. xj. poſt mediū, vbi pluries de dextera repetitur: & ibi, Dexteras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis gloſ. ibi, cōiungere dexteras, ſolet eſſe ſignū concordiæ qua ſe inuicem cōferebant antiqui. Ioan. And.

A r *Optimatibus.* quaſi melioribus & ditioribus de populo. vnde opes diuitiæ dicuntur.

ſ *Pragmaticum.* pragma idem eſt quod cauſa.

t *Monarchiam.* monarchia dicitur à monos, quod eſt vnus vel ſingularis, & archos quod eſt princeps vel principatus, quaſi vnus & ſingularis principatus. ADDITIO. Et eſt idem verbum. xij. quæſtio. j. futuram. Et ſecundum Iſidorum quatuor monarchiæ fuerunt. prima Aſsyriorum. ſecunda Perſarum & Medorum. tertia Græcorum. quarta Romanorum. & prima & vltima fuerūt fœliciores alijs.

*Pragma. Monarchia vnde dicatur.*

ſocietatis adiunxit. Iſti [a] ſunt per quos Euangelium Romæ reſplenduit [b]. Iſti ſunt eius patres, verique paſtores. Iſti ſunt qui vna die [c] pro merito, vno loco [d] pro gloria, ſub vno perſecutore [e] pro parili [f] virtute paſsi, vrbem ipſam glorioſo cruore martyrij Chriſto domino cōſecrarunt [g]. † Iſti ſunt qui illam [h] in hanc gloriam prouexerunt, vt ſit gens ſancta [i], * B populus electus, ciuitas ſacerdotalis & regia, per ſacram beati Petri ſedem caput totius orbis effecta. Ne autem ipſa mater [k] eccleſia in congregatione & paſtura fidelium, temporalibus careret auxilijs, quin potius ipſis adiuta, ſpiritualibus ſemper proficeret incrementis [l]: non abſque miraculo factum eſſe concipitur, vt occaſionaliter † Conſtantini monarchæ [m] à Deo [n] prouiſa, ſed curata [o] baptiſmalibus fomentis infirmitas, quandam quaſi adijceret ipſi eccleſiæ C firmitatem [p]: qui quarto die ſui baptiſmatis, vnà cum omnibus ſatrapis [q], & vniuerſo ſenatu, optimatibus [r] etiam, & cuncto populo *, in perſona Beati Silueſtri ſibi Romanam concedendo vrbem relinquens, ab eo & ſucceſſoribus eius per pragmaticum [s] conſtitutum diſponendam eſſe (decernens in ipſa vrbe vtriuſque poteſtatis monarchiam [t] Romanis Pontificibus) declararet [u]: non iuſtum arbitrans [x], vt vbi [y] ſacerdotij principatum, & Chriſtianæ religionis caput Imperator cœleſtis [z] inſtituit, D illic [a] Imperator terrenus [b] habeat poteſtatem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romano iam proprio ſolio collocata, libertate plena [c] in ſuis agendis per omnia potiretur: nec vlli ſubeſſet homini [d], quæ ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælata. Decet [e] namque ipſi Romano pontifici, per fratres ſuos [f] ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales (qui ſibi in executione officij ſacerdotalis coadiutores aſsiſtunt) libera prouenire conſilia: decet ipſius [g] nullo modo vacillare [h] iudicia: vt fratres ipſos nullus ſecularis poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis fauor abſorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à veri conſilij ſoliditate remoueat: quin cum per ipſum Romanum pōtificem in quibuſcunque negotijs contingeret [i] eorum [k] peti conſilia in conſulendo, per omnia liberi eidem Romano pontifici in omnibus quæ pro tempore imminent, liberè conſulant & aſsiſtant: ipſáque Romani pontificis vicarij Dei [l], quæ ſuis temporibus occurrerit electio [m], & eorundem cardinalium (cum expedierit) facienda promotio, in omni libertate procedant.

Dignè itaque ad vrbem ipſam eiuſque regimē aciem noſtræ conſiderationis extendimus, vt felici ducta regimine [n], præſeruetur à noxijs, & optatis ſemper proficiat incrementis. Nunquid obduxit [o] obliuio [p], quæ vrbi, quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina [q] regimina? Nunquid non hæc † deſtructio mœnium [r],

a *Iſti.* ſcilicet Petrus & Paulus.

b *Reſplenduit.* ſed per Euangeliſtas eluxit, infra de reli. & vene. ſan. Ioan. Andr.

c *Vna die.* vt ad Chriſtum pariter peruenirent.

d *Vno loco.* ne alteri Roma deeſſet.

e *Vno perſecutore.* vt æqualis crudelitas vtrunque perſtringeret. ij. quæſtion. vij. beati. vbi ſunt hæc verba. & dic perſecutore, ſcilicet Cæſare Nerone. xxj. diſtin. quanuis. & adde hic quod ibi not.

f *Parili.* & ſic Petrus Paulo virtute non præfuit: vt ſuprà dixi. & dic pro parili virtute, ſcilicet vt perennem virtutem & conſtantiam contra perſecutionē in paſsione videantur habuiſſe.

g *Conſecrarunt.* infrà de reliqui. glorioſus. xxj. diſt. quanuis. xxij. diſtin. cap. ij.

h *Illam.* ciuitatem Romanam.

i *Gens ſancta.* dic ſancta Apoſtolorum affectu. Ioan. Andr. ADDITIO. De malitia Romanorū Ioā. Mon. hic remittit ad Ro. j. & ponit quod de eis ſcripſit beatus Bernar. ad Eugeniū. quod etiam in Spe. hiſ. videre poſſes, li. xxix. cap. lxxiij. dicebat & hic Ioannes Mona. ꝙ Roma fundata à prædonibus, adhuc de primordijs retinet: dicta Roma quaſi rodens manus. & verſum ponit. Roma manus rodit, quos rodere non valet, odit. Ioannes Andreæ.

k *Mater.* ij. quæſt. vj. ad Romanam. de priuileg. antiqua. &. j. de pœnis, fœlicis.

l *Incrementis.* xxiij. quæſt. v. prodeſt.

m *Monarchæ.* id eſt principis.

n *A Deo.* qui omnia quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit. xxvj. quæſt. v. nec mirum.

o *Curata.* medicum enim ſe vocat Lu. v. cap. Sed non ſanis, ſed malè habentibus opportunum. de pœnit. diſtinct. iij. adhuc perfidi inſtant. Ioan. And.

p *Firmitatem.* iuxta illud Pauli. ij. ad Corinth. xj. Cum infirmor, tunc fortior ſum. ſuprà de renun. niſi cum pridem. §. alia. plerunque enim infirmitas corporis, fortitudinem cordis augmentat: vt ibi. & dic firmitatem per auxilia temporalium: vt ſuprà patet.

q *Satrapis.* id eſt ſapientibus. vnde ſolebant vocari ſatrapæ præfecti Perſarum, & ipſorum principes. ADDITIO. Vel iudices ſapientes, ſecundum Ioan. Mona. Ioan. And.

u *Declararet.* habes plenius in illa palea. xcvj. diſtinct. Conſtantinus.

x *Arbitrans.* Conſtantinus.

y *Vbi.* Romæ ſcilicet.

z *Cœleſtis.* xj. quæſtio. iij. Iulianus. in fi. alibi vocatur rex, vt in proœ. decre.

a *Illic.* Romæ.

b *Terrenus.* quia de terreſtribus & ſecularibus tantum habet diſponere. xcvj. diſtin. bene quidem. j. de conſtit. eccleſia.

c *Libertate plena.* ſi. j. de ſpon. cum locū.

d *Homini.* & in hac parte Papa non eſt homo, ſed Dei vicarius: vt infra ſequitur. xxxiij. quæſtio. ij. quos Deus. expreſſius ſupra de tranſla. quanto.

e *Decet.* Not. inſpiciendum quid deceat. ſic ſuprà de vo. & vo. redēp. magnæ. circa princ. infra de immunita. eccle. decet. & infra eod. cum non deceat.

f *Fratres ſuos.* Nota ꝙ quando Papa permiſtim de cardinalibus loquitur, vocat eos fratres: vt hic dicitur, & infrà de offic. leg. cap. j. cum ſi. Sed cum ſpecialiter: Epiſcopos Cardinales vocat fratres: reliquos filios. j. de crimi. fal. c. quàm graui.

g *Ipſius.* ſcilicet Romani Pontificis.

h *Vacillare.* vt. xxxv. quæſtione. ix. Apoſtolicæ. & capi. ſententiam ſupra de priuile. ex ore. in princ.

i *Contingeret.* quia non compellitur: habet enim in ſe cœleſtis & terreni Imperij iura. xxij. diſtinct. cap. j. ADDITIO. Vide quod dicam. j. de hære. ſuper eo. & quod nota. infra de re iudicata, ad Apoſtolicæ. in. j. gloſ. Ioan. And.

k *Eorum.* Cardinalium.

l *Vicarij Dei.* ſupra eod. tit. vbi periculum. §. cæterum. vt ec. bene. vt noſtrum. de tranſla. præla. quanto. cum ſi.

m *Electio* facienda, quod eſt infra. & eo modo quo dicitur ſupra eod. vbi periculum. Ioan. And.

n *Regimine.* ſeculari: vt patet per ſequentia.

o *Obduxit.* quaſi de mente ſubduxit.

p *Obliuio.* quæ quandoque fallit. xxiij. diſtinct. præterea.

q *Peregrina.* prohibita, tertia quæſtione ſexta. peregrina. & capitu. ſequenti.

r *Mœnium.* id eſt ædificiorum. ADDITIO. Cod. de ſumma trinit.

† No. quòd propter ſparſionem ſanguinis ſancti factā in loco, dicitur locus conſecratus: & ſic videtur ꝙ ſi interficiatur ſanctus in eccleſia, nō ſit neceſſaria reconciliatio: de quo. j. de conſecr. eccleſ. cap. j.

† Nil de hoc niſi palea. xcvj. diſt.

* aliàs non valuiſſet. vide Bald. loquentem de rege Francia. c. j. ſi de feu. fue. contro. in. de. & ag. vaſ. Font.

*Satrapæ qui dicantur.*

*Papa non eſt homo*

*Papa qualiter vocat cardinales.*

† No. quòd vnū factū probatur per aliud. ergo ſi ædificia appareant refecta an debeant in petitione expenſarū probare ꝙ ſint de nouo refecta. Bar. in. l. cū ſeruus ff. de verb. ſig. ſi. C. vbi pu. educ. debe. Ancha. Fōtanus. Obliuio interdum fallit.



trinitate. l. ij. in fin. Et propriè dicūtur mœnia ædificia murorum ciuitatis: dicta ab eo quòd ciuitatem muniant: & interdum abuſiuè dicuntur omnia publica ædificia ciuitatū, & interdum priuata. Mœnio, mœnis id eſt ædifico, ædificas.

a *Ex ruinis.* hoc maximè fuit tempore Brancaleonis, aliàs Leonis de Andulo ciuis Bononię. qui ciuitatem Romanam multis ruinis reddidit deformem, cum eſſet ſenator Romæ. Ioan. Mona.

b *Non hæc.* proclamant: quod eſt infra.

c *Depoſita.* feruntur hæc fuiſſe tempore Henrici fratris regis Caſtellæ, tunc ſenatoris Ro. cuius tempore tēpla vrbis fuerunt violata. Ioannes Mona.

d *Speculū.* ciuitatem Romanam. xix. diſtinctio. enimuero.

e *Reprobati.* infrà de re iudica. ad Apoſtolicæ.

f *Conſtituens.* ipſa ciuitas Romana.

g *Debitum.* infrà de offic. delega. ca. j.

h *Periculoſos.* xxiij. diſtinct. in nomine domini. & ſupra eodem titu. vbi periculum.

i *Remedij.* huius noui. Ioannes Andreæ.

k *Infallibilem.* de cōſecrat. diſtinctio. ij. panem.

l *Scientem omnia.* xxxij. diſtin. erubeſcant. xxiiij. quæſt. iij. Deus quando.

m *Quotieſcunque.* poſitum ne quis crederet ſolam in prima electione ſenatoris hanc cōſtitutionem locum habere.

n *Nomine.* ſupra eodem titu. & lib. auaritiæ. xiiij. quæſt. iij. plerique ſupra de ſimo. ca quæ.

o *Alius imperator.* puta Græcorum. Ioannes Andreæ.

p *Princeps.* quaſi primum locum capiens: & poteſt eſſe dignitatis & ordinis hoc nomen. ADDITIO. Vide in clementi. præſenti. de baptiſ. in gloſ. ſimile. Ioan. And.

q *Marchio.* in li. feu. titu. qui dicatur Marchio, comes, capitaneus, vel valuaſſor: habes ad literam hęc verba. Qui à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt, dux ſolito more vocatur. qui vero de Marchia, Marchio dicitur. Dicitur autem marchia quia cara, id eſt collecta, & iuxta mare plerunque ſit poſita. Qui vero de comitatu aliquo inueſtitus eſt, comes appellatur. Qui vero à principe vel poteſtate aliqua de plebe aliqua, vel plebis parte fuerit inueſtitus, is capitaneus appellatur: qui propriè maior valuaſſor olim dicebatur. Qui vero à capitaneis antiquitus feudum tenent, valuaſſores ſunt. Qui à valuaſſoribus, valuaſsini. id eſt minores valuaſſores appellantur.

deformatio proueniens ex A ruinis [a] luce clarius manifeſtant? Nunquid non hæc [b] fidelium cōtrectata depoſita [c]? Nunquid non hæc ipſa veneranda Dei templa præſidentis manu ſacrilega diebus noſtris nefariè violata proclamant? Quid plura? Nonne ipſius vrbis retroactis temporibus incorrupta conſtantia, ſub regentis eo tempore nefando ſubuerſa eſt regimine? ipſámque vrbem ſpeculum [d] fidei tanta reſperſit infamia, vt à matre ſua Romana Eccleſia filia prædilecta deuiare compulſa, quondam Conradinum qui de venenoſa radice Friderichi quondam Romani Imperatoris, colubri tortuoſi, iuſto ipſius Eccleſiæ iudicio reprobati [e] prodijſſe videbatur in Regulum: quique ad exterminium Romanæ matris Eccleſiæ manifeſtis indicijs vnà cum ſuis fautoribus aſpirabat, & in contemptum Dei & ſuæ matris ac ipſius vrbis opprobrium patenter reciperet, recepto faueret, conſtituens [f] ſe per hæc tam patentis hoſtis ſuæ matris Eccleſiæ filiam adiutricem. Hoc ipſi Romæ præſtiterunt ſenatores incogniti, hoc præſides improuiſi, vt glorioſa ciuitas redderetur ingloria: ſua ſtabilitas vocaretur inſtabilis: ſuæque conſtantiæ antiquata ſoliditas linguis hominum vocaretur infirma.

Proinde officij noſtri debitum [g] circa huiuſmodi tam periculoſos [h] euentus ad libram moderaminis erigentes, tantæ ſubuerſionis occaſiones ita ſalubris remedij [i] appoſitione præcidimus, ne illorum qui ipſam rempublicam laudabiliter hactenus gubernauerunt, videamur gloriam ſugillare vel merita quæ illis apud infallibilem [k] & ſcientem omnia [l] retributorem de iam perlatis quæſita laboribus ſalua perſiſtunt. Vt ergo circa regimen ipſum talis adhibeatur in omnibus cum diſcretione ſolertia, per quam ipſi Romanæ Eccleſiæ plena libertas (quæ in omnibus & per omnia ſibi debetur) optata proueniat: vitentur iam experta pericula, & Romanus populus ab opprimentiū protectus incurſibus A ſedeat, ſedendo quieſcat in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciȩ, & temporaliū requie opulenta, de fratrum noſtrorum conſilio, hac irrefragabili & in perpetuum valitura cōſtitutione ſancimus, vt quandocunque & quotieſcūque [m] ſenatoris electio vel alterius quocūque nomine [n] cenſeatur, qui quocunq; modo vel quocunque titulo ipſius vrbis debeat præeſſe regimini, in poſterum imminebit: nullus Imperator ſeu rex Romanorum, aut alius Imperator [o] vel rex, princeps [p], B marchio [q], dux, comes, aut baro, vel quicūque alterius notabilis præeminentiæ, potentiæ ſeu poteſtatis, excellentiæ, vel dignitatis exiſtat, frater, filius, vel nepos † eorum ad tempus vel in perpetuum [r], ſeu quiuis alius, vltra annale ſpatium quouis modo, colore, vel cauſa, per ſe vel aliam perſonam quomodolibet ſubmittendam, in ſenatorem, capitaneum, patricium aut rectorem, vel ad eiuſdem vrbis regimen ſeu officium nominetur, eligatur, ſeu aliàs etiam aſſumatur abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali per C ipſius ſedis literas [s] cōceſsionem licentiæ huiuſmodi ſpecialiter exprimentes [t].

Quod ſi ſecus factum fuerit, nominationem, electionem, & aſſumptionem huiuſmodi decernimus eſſe nullas, ac carere omni robore firmitatis. & non ſolum nominatores, electores, & aſſumptores, verùm etiam nominati, electi & aſſumpti, ſi huiuſmodi nominationi, electioni, ſeu aſſumptioni conſenſerint, aut ſe de ipſis quolibet modo intromiſerint, intendentes [u] & obedientes eiſdem, & in hoc omD nes dantes ipſis nominatoribus, electoribus, aſſumptoribus, aut nominatis, electis vel aſſumptis, auxilium, conſilium vel fauorem, publicè vel occultè, cuiuſcunque dignitatis [x] vel prȩeminentiæ, conditionis aut ſtatus extiterint, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant [y], ac nihilo minus ipſos nominatos, electos, ſeu aſſumptos, ſi contra conſtitutionē præſentem prædictis nominationi, electioni vel aſſumptioni conſenſerint, aut ſe quoquo modo illis ingeſſerint, & eorum † poſteros in perpetuum omnibus feudis, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, gratijs, & honoribus quæ à prædicta ſeu alijs tenent eccleſijs, cenſemus eſſe priuatos: ita quòd illi ad quos eorū collatio, cōceſsio ſeu diſpoſitio pertinet, reſumēdi ea aut retinēdi, concedēdi ſeu conferendi alijs,

r *Perpetuum.* id eſt vt ad hæredes tranſeat: vel id eſt donec vixerit. Ad idem ſupra eodem lib. de reſcript. ſi gratioſe. &. ff. pro ſoc. l. j.

ſ *Literas.* Nota caſum in quo ſcriptura requiritur. alios not. infrà de cenſi. Romana. §. poſtquam.

t *Exprimentes.* ſic infrà de tempo. ordinat. cap. j. & de appel lat. cordi. infra de ſententi. excommu. cum medicinalis.

u *Intendentes.* idem verbum ſupra eod. vbi periculum. §. cæterum. &. §. ſeq.

x *Dignitatis.* etiam ſi Epiſcopi fuerint. nec obſtat infrà de ſententia excōmuni. quia periculoſum. quæ in ſententia excōmunicationis non loquitur.

y *Incurrant.* & abſoluentur à ſolo Papa. j. eo. §. contemptores. Ioan. Andr.

*Princeps vnde dicatur.*

*Marchio, comes, capitaneus, valuaſſor, quis dicatur.*

† Nepos eſt deſcendens ex filio. l. j. §. ij. ff. de gra. ſed vſu quo ſequendus eſt etiā in conſtitutiōe reſtringibili, ſecūdum Bart. in l. omnes populi. gloſ. in ca. nonnulli. de reſcript. nepos eſt filius fratris vel ſororis, in vſib. feu. qui. mo. feu. amit. §. item ſi fratrē. ita capitur hic. Ioan. And. Do. Philip. Font.

† Dicit de Ancha. niſi hoc fuiſſet expreſſum, pœna priuationis feudi nō tranſiuiſſet in filium. Quod tamen ipſe latius diſtinguit. Font.

Sextus. E iij *Liberam.*

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Liberã.* etiam illis nõ vocatis.ĵ.de præben.licet epiſcopus. & hoc intellige ſaluo eo qđ dicitur.ĵ.de præſcr.c.ij.Io.And.
b *Gloriari.* ſupra de poſtul.cap.j.
c *Iudices.* id eſt aduocati.& loquitur ad modum vulgarium, per id quod dicit.ĵ.patrocinari.vel propriè ponitur.
d *Mortis.* iſte caſus ſemper excipitur. ſic xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente.& ſupra de off. ordinar. paſtoralis.ij.reſpon.
e *Potiantur.* olim etiam Romani ſpecialia habebant priuilegia. Vnde Paulus aduerſus iniurioſos, ſe Romanum ciuẽ teſtabatur. Actuum xxij.x.diſtinct. ſi in adiutorium.

** de Anchara latè diſputat de geſtis tyrãnorum circa ſtatuta, iudicia, contractus, teſtimenta, & dicit hic Philip.poſt Pet. quãuis tales tolerẽtur à ſubditis, geſta per eos non valent. Fõt.*

Gloſſa ſequẽs ſoluit contrarium.
f *Excludat.* ſicut ergo ciuis Romanus ſenator illius ciuitatis eſſe poteſt: ſic & prætor. C. de offic. præto.l.ij. {Facit.l.iij.C.de incol.lib.x.} aliàs non poteſt quis præſidere vel aſsidere in ꝓuincia vel ciuitate ſua ſine principis licentia. C. de cri.ſacri.l.vlti.ff.ex quibus cau.ma.l.hi qui.& l.ſeq.&.C.de aſſeſ.l.in conſiliarijs. ADDITIO. Et ff.e.l.ſi eadem.dixit Ioã.Mon.ꝙ caro & ſanguis hoc reuelauerunt cõditori huius canonis qui fuit Romanus.Ioan.And.

Gloſſa ſeq. diuidit, & dicit quid declaret. & vnde ſumitur.

QVanquam.ᵃ Diuiditur in duas partes principales. Primò loquitur de eccleſijs epiſcopalibus. Secunda ibi, Secus. de inferioribus Do. Emanauit ad declarationem eorum quæ notat Ber.ſupra eod. bonæ.j.in vlti.gloſ.& moderni ſupra eodem, cum in cunctis.& cap. ne pro defectu. vt infrà clarius dicam. Et primum dictum huius decret. fuit ſumptum ex decretali Alexan. dilecti.in fin.de qua facta fuit mentio ſupra eod.lib.quamuis. ADDITIO.de quo conquerebatur Hoſtien.ĵ.de ſupplen.negligen.prælat.ca.Romana.vt ibi dicam ſuper ver.eorum. in ñ.Ioannes Andreæ.

*a Ad caſum caſiſtᵃ ſcias quod teſtis deponẽs de negligentia debet addere rationem ſ.lapſum termini, & ſciẽtiam quòd nullum fuit impedimentũ. ſic probatur negligentia, ſecũdũ Anchar. faciunt no. Innocen. c. cauſam ſupra de teſti. Fonta.*

ſeu de ipſis etiam diſponendi (prout ad eos pertinet) liberamᵃ habeant poteſtatem. & ne taliter nominati, electi, vel aſſumpti, de ſua pertinacia vel contemptu valeant gloriariᵇ: nos quęlibet mandata *, præcepta, ordinationes, & ſtatuta quæ fecerint, omneſque ſententias quas tulerint, & quicquid penitus in contractibus & obligationibus ſeu quibuſcunque alijs, vrbis nomine, vel tanquam ſenatores, capitanei, patricij, aut rectores vel officiales ipſius egerint, irrita prorſus exnunc & vacua nunciamus. Iudicesᶜ verò & tabelliones qui ſuper his aut eorum aliquibus contra præſentis conſtitutionis edictum patrocinari vel inſtrumenta cõficere fortè pręſumpſerint: iudicatus & tabellionatus officijs ſe nouerint eſſe priuatos. Contemptores quoque, ſeu violatores præmiſſorum, vel aliquorum vel alicuius eorum, ab huiuſmodi excõmunicationis ſententia (præterquam in mortisᵈ articulo) abſolui non poſſint, niſi per Romanum pontificem, vel de ipſius petita & obtenta licentia ſpeciali: non obſtantibus aliquibus priuilegijs, indulgentijs, cõceſsionibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus & ſtatutis quacunque firmitate vallatis, quę in præmiſsis omnibus nolumus aliquibus vel alicui ſuffragari: ſed omnia quo ad illa decernimus non tenere.

Vt autem ciues Romanorum qui ex ipſa vrbe naturalem duxiſſe noſcuntur originem, aut quiuis alij qui in ipſa ciúſve territorio non aduenæ, ſed continui habitatores extiterant, quo ad honores ipſius vrbis, aut regimen gratioſis functionibus potianturᵉ: non intendimus quòd præſens conſtitutio tales excludatᶠ quin ad vnum annum duntaxat, vel ad aliud tempus breuius nominari ad ipſius regimen, & officium eligi valeant, ac aſſumi: etiam ſi prę-B dictorum principum & aliorum fratres, filij vel nepotes exiſtant. aut etiam ſi extra vrbem & ipſius territorium ſub nomine comitatus, baroniæ, ſeu cuiuſcunque alterius tituli in hominibus vel locis aliquibus iuriſdictionem ſeu poteſtatem aliquam temporalem vel perpetuam obtinerent: dummodo prædicta iuriſdictio vel poteſtas extra vrbem & territorium præfata conſiſtens, nõ tantæ præeminentiæ vel notabilis potentatus exiſtat, quòd eam obtinentes eius occaſione vel cauſa C cum alijs excluſis à dicto vrbis regimine (vt præmittitur) præſentis conſtitutionis oraculo rationabiliter includantur.

Bonifacius octauus.

*Canonicis cathedralis eccleſiæ ipſo iure, vel per ſententiam (præterquam in caſu negligentiæ) eligẽdi poteſtate priuatis: ad Papam ius deuoluitur eligẽdi. in inferioribus eccleſijs ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur, hoc dicit.*

CAPITVLVM XVIII.

QVanquam in caſu † negligentiæ ſit ſtatutum à iure ᵍ, vt eccleſia cathedrali ʰ vacante, ſi per eos ad quos ſpectat ⁱ, D non fuerit electio de præ-

CASVS. Vacante eccleſia Pictauenſi, vel alia cathedrali, vel metropolitana eccleſia omnes canonici peccauerunt in materia: quia ſcienter indignum elegerunt: vel ſcienter omnes peccauerunt in forma. certum eſt quòd in primo caſu ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice. in ſecundo verò caſu non ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: ſed veniunt priuandi per ſententiam. ponamus quòd fuerunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice: quæritur quis habebit prouidere illi eccleſiæ de prælato: vtrum Papa vel ſuperior immediatus? Reſpondet quòd licet propter negligentiam canonicorum immediatus ſuperior poſſet illi eccleſiæ prouidere: tamen in caſu delicti in prædictis caſibus poteſtas prouidendi deuoluitur ad ſolum Papam. Quid in alijs eccleſijs inferioribus: puta monachi ſancti Cypriani ſcienter peccauerũt in materia vel in forma: A vtrum ſuperior immediatus, ſcilicet epiſcopus Pictauenſis, habebit prouidere ipſi abbatiæ ſancti Cypriani? Reſpondet quod in eccleſijs inferioribus in caſibus prædictis prouiſio ſpectat ad proximum ſuperiorem. & ſic iſtud ca. non immutat aliquid de iure antiquo, niſi in eccleſijs cathedralibus & metropolitanis.

Nota primò illud ad quod allegatur prin. huius capi. videlicet, nos non debemus dicere ius antiquum eſſe correctum, niſi in caſibus in quibus reperitur expreſſe correctum. concordat l. pręcipimus. in fine. C. de appellat. ideo licet in cap. ne pro defectu.eo.tit.in antiquis comparentur eccleſia cathedralis & regularis, & per hoc capitulum ſit receſſum a cathedralibus eccleſijs: non tamen per hoc eſt receſſum ab Eccleſijs regularibus. Nota inſuper principalem effectum ad quẽ emanauit præſens capitulũ, videlicet ꝙ ſi canonici eccleſię cathedralis vel metropolitanæ peccauerunt in materia, ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice. ſi in forma: per ſententiam: & poteſtas prouidendi deuoluitur ad Papam. Nam res de facili reuertitur ad ſuam naturã. Vnde in principio eccleſiæ ſolus Papa conferebat epiſcopatus & alias dignitates maiores: & epiſcopi conferebãt omnia alia inferiora beneficia. poſtea illud fuit immutatum, & fuit ordinatum quòd canonici eligerẽt epiſcopum vel prælatum ſuperiorem. Ita ſimiliter in alijs inferioribus eccleſijs collegatis clerici ſimiliter haberẽt electionem. Item ſi eſſent alia beneficia, & aliqui ea fundarent, ꝙ ipſi haberent ius patronatus in illis beneficijs: & ad illa poſſent clericos præſentare. ideo ſi canonici eccleſiæ cathedralis, vel metropolitanæ, quibus facta fuit illa gratia, delinquant: poteſtas reuertitur ad Papam. Nota vlterius quòd licet in capit. ne pro defectu alleg. eccleſiæ cathedrales & regulares æquiparentur, quia in vtraque eſt electio facienda intra tres menſes, tamen diſconueniunt. Nam in cathedralibus eccleſijs ſi peccatum fuerit in materia vel forma, fit deuolutio ad Papam: in alijs autem eccleſijs inferioribus fit deuolutio ad proximum ſuperiorem.

*† Nota quòd pœna impoſita per c. in caſu negligentiæ, non includit caſum delicti: & ſic non pariſicatur negligentia & delictũ.*

g *A iure.* ſuprà eod.ne pro defectu.
h *Cathedrali.* & idem in hoc caſu ſtatutum eſt de regularibus: vt ibi: & de inferioribus omnibus ſuprà de conceſſione præbendæ, capitulo ſecundo. ſed licet quo ad caſum negligentiæ ſint hæc paria, non tamen quo ad alios caſus: vt.ĵ. in fine patebit. ADDITIO. Vt dixi.ſ.eod.in antiquis, quia propter: in gloſſa ſecunda. Ioan.And.
i *Spectat.* quocunque modo, ſiue iure communi, ſiue priuilegio, vel præſcripta cõſuetudine, ſupra eod.cum eccleſia.de cauſa poſſeſ.cum eccleſia.cum ſimilibus. in antiq.

Tempus.



a *Tempus debitum.* Trium menſium.l.diſtin.poſtquam.ſupra eodem, ne pro defectu. ſaluo eo quod dicitur infra de præbendis capitulo ſecundo & tertio. ADDITIO. Dic vt ibi in gloſ.ij.Ioan.And.

Gloſ.ſeq.dat tria ſimilia.

b *Alium.* à caſu negligentię: & ſic aliud eſt eſſe in negligentia, aliud in dolo. ꝓbatur idem infra eodem. ſi compromiſſarius. ſicut & aliud eſt remitti in vno quàm in alio. ff. de ijs qui notan.infam. l.j.& ſecunda. ad idẽ. ff. de ſuſpec.tut.l.hæc enim.ſ.eod.titu.ſuper eo.in antiq.
c *Eligunt.* hoc intellige ſiue ſimul & ſemel eligant, ſiue ſeparatim, in antiq.ſ.eo.tit.bonæ.j.licet quidam olim dixerint cõtra.ſcilicet Lau. ſed hoc eſt tenendum: vt ibi no.in vlti.gloſ.& idem ibi not. moderni omnes.

*† Not. ar. quòd ille ad quem deuoluitur poteſtas eligendi propter negligentiã inferiorum debet procedere per viã electionis, & non per viã prouiſionis: quia tex.hic dicit, eligendi poteſtas, de quo aliquid gl.ſ.e.tit.& lib.c.j. & ſupra ne ꝑ defectu. vbi. per Io.An.Do.*

lato intra tempus ᵃ debitum celebrata, eligendi † poteſtas ad ſuperiorem proximũ deuoluatur: hoc tamen non eſt ad caſum alium ᵇ extendendum. Igitur ſi electores in huiuſmodi eccleſia vel ipſo iure cum eligunt ᶜ ſcienter ᵈ indignum ᵉ, vel per ſententiã cum formam traditam in generali conciliō ᶠ non obſeruant, eligendi poteſtate priuentur: nõ A ad dictum ᵍ ſuperiorem, ſed ad Romanum pontificem poteſtas ʰ eadem deuoluetur ⁱ. Secus ᵏ autem in inferioribus ˡ eccleſijs eſt cenſendum.

Idem.

*Conſtitutioni, vt circa. non ſatiſfecit appellans qui disiunctiue iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberent ex eis. Ioan.Andr.*

CAPITVLVM XIX.

B

d *Scienter.* ſecus ſi ignoranter: quia tunc ad eos rediret electio: & à die ceſſationis tempus integrum haberent: vt.ĵ.e. ſi electio.
e *Indignum.* ſupra eod.cum in cunctis.in antiquis.
f *Generali concilio.* ſ.eod. quia propter. & idem dico in alijs caſibus quibus priuati ſunt, vel priuantur.ſ.eo. quicquid.& ſupra.eod.lib.& tit.cap.ij.
g *Dictum ſuperiorem.* ſcilicet proximum.
h *Poteſtas.* eligẽdi vel prouidẽdi in ipſa cathedrali eccleſia.

Gloſ.ſeq.primò ponit antiquam & nouam opi. Bern. ſecundo contra nouam allegat. tertio illam fortificat per ſimile. quarto illam probat per originariam huius iuris cauſam. quinto quærit & ſoluit.

i *Deuoluetur.* vt plenè ſcias hanc materiam & huius iuris originem: ſcire debes quòd Bern.in quadam ſua antiqua gloſ. quam hodie non habemus, per decre. ſupra eod. ne pro defectu.not.ſupra eod.bonæ.j.in vlt.gloſ.quòd quando canonici eligebant ſcienter indignũ in cathedrali eccleſia, quòd C eligendi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuoluebatur. Reſpondens ad decre.bonę.quod ibi non erat alius ſuperior quàm papa: ſed poſtmodum cancellata illa gloſſa in ſui additione quam ibi poſuit, dixit contra, & opinio eius hic approbatur. dixit enim quòd quia in decre.cum in cunctis.papa in inferioribus expreſsit ad quos eligendi poteſtas deuoluatur: & in cathedralibus tacuit: dedit intelligere quod ad ipſum in prædictis eccleſijs eo caſu poteſtas deuolui deberet.& hoc ibi tenet Goſ.& Vin. In contrarium videbatur: quia quaſi paria videntur nõ eligere intra debitum tempus, vel non eligere idoneum, ad hoc de tranſla. inter corporalia. & ibi vide concor.in verũ. ſed neque.& de cle. non reſi.tuæ. in gl.ij.ſed ſi illi non elegiſſent, ad illum ſuperiorem deuolueretur poteſtas: ergo &c.& ſuper hoc vide quod not. Inn. ſupra de conceſ.præben.cum noſtris ᵃ. Sed vt ſupra dixi. & infra patebit: aliud in vno, aliud in alio: & merito. Nam dicit lex quòd ſi quis negligens fuerit in petenda bonorum poſſeſsione intra centum dies, locum facit ſequenti in gradu. ff. de ſucceſ.edic.l.j.§.decretalis &.§.quod dicimus. Si autem propter crimen vel indignitatem, bonorum poſſeſsionem amittit: applicatur fiſco, non ſequenti in gradu. ff. de ijs D quibus vt indig.l.Claudius.& l.mulierem.& C.eo.tit.l.hæreditas. Sicut ergo ſuccedit fiſcus propter delictum vel indignitatem, non propter negligentiam: ſic & curia in primo caſu, non in ſecundo ſuccedat. Vt igitur huius iuris originalem ſcias veritatem, ſcire debes, ſcilicet de antiquo iure & diſpoſitione eccleſiæ poteſtates cõferendi epiſcopatꝰ ad papam pertinere.xxij.diſt.cap.j.conferendi autem inferiores eccleſias ad epiſcopos. Sed hæc regula fallit in caſibus qui poſtmodum à iure fuerunt expreſsi. Voluerunt enim iura ꝙ in cathedralibus ſibi eligerent canonici.ſ.eo. cum eccleſia. in inferioribus etiam collegiatis canonici.xxj.q.vlt.cõgregatio.ſ.eo.ca.j.& ſtatutã fuerunt eis tempora.ſ.ne pro defectu.& de conceſ.præben.cap.ii.l.diſt.poſtquam. Scias tamen quod primò emanauit conſtitutio illa, nulla.de conceſ.præbend.ꝙ decre.illa, ne pro defectu. Olim ergo etiam poſt decreta. nulla. ſi canonici cathedralis eccleſiæ non eligebant epiſcopum debito tempore, deuoluebatur etiam in hoc caſu negligentiæ poteſtas ad papam: vt.ſ.de conceſ.præben.dilectus. ſed poſtmodum ſtatutum fuit ꝙ in illo caſu, ſcilicet negligẽtiæ, bene deuoluatur ad ſuperiorem proximum; vt in ca.ne pro defectu. in hoc ergo caſu ſeruabimus illud ius: ſed

*a Et ibi ſcripſi ſuper verbo. poſſidebat. Tenet tamẽ ibi quòd dummodo talem elegerint in quem cadere poſſit ius dignitatis qualem decit eſſe homicidã, non dicerentur negligentes, ſecus ſi talẽ elegiſſent in quẽ tale ius non cadit, exemplificat de omnino illiterato, muliere, vel infante. ibi vide. Io. Andr.*

Sextus.

A ad alios non extendimus: vt hic vides. ſed antiquo iuri ſtabimus. Refert tamen Compoſt. pluries ſuis tẽporibus tractatũ fuiſſe per papam: ꝙ hæc poteſtas archiepiſcopis conferretur etiã in his caſibus: ſed finaliter deliberatio in contrarium reſedit: vt hic vides. Et fuit ratio: quia prompti eſſent archiepiſcopi in caſſandis electionibus, vt prouiſionum poteſtas rediret ad eos. Fuerat etiã olim iſta opinio Vin.ſ.eo. innotuit. & ſequuntur eam Inno.& Hoſt.in decre.cum in cũctis. & ſic ſeruabat curia ante illam conſtitutionẽ. & ſemper intelligas hæc vera, cũ omnes ſcienter eligunt indignum, ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim: vt.ſ.dixi. Si autem aliqui eligunt, tunc deuoluitur poteſtas eligendi ad alios ipſo iure: vel per ſententiam cum peccãt in formam, vt in decret. quia propter. facit.ſ.eo.ca.ij. Sed pone: pars eligentium peccauit eligendo ſcienter indignum: remanſit ergo iuriſdictio in alios: illi non elegerunt intra tempus debitum: quid erit in caſu iſto, nunquid deuoluetur electio ad archiepiſcopum vel ad Papam? Dico ſecundum Ber.& Compoſt. qui hoc no.ſ.e.cum Vintonien. cum pars non peccans fungatur vice capituli: vt ibi.&.ſ.eo.dudum. ſi capitulum negligat, ad ſuperiorem deuoluitur electio per ca. ne pro defectu. ſic & hic, cum finalis culpa fuerit negligentia. ADDITIO. Et finis eſt ponderandus. de no.ope.nunc.cap.ij.in fi. Ioan.And.

Gloſ.ſeq.literam declarat, & rationem reddit. ſignat contrarium: & ſoluit.

k *Secus.* in hoc ſecus: quia in inferioribus vtroque caſu deuoluitur ad ſuperiorem. & eſt eadẽ ratio quam ſupra dixi. ad epiſcopum enim ex diſpoſitione antiqua pertinebat eccleſiarum ſuæ diœceſis diſpoſitio. redit ergo res ad ſuam naturam.xxxv.diſ.ab exordio. {Et ſi vacat etiam cathedralis, dicit Io.Mo. tenendum quod habetur.ĵ.ne ſede va.ca.vno.Io. C Andr.} Nota ergo ꝙ pœna decre. cum in cunctis.habet locum in inferioribus dignitatibus ab epiſcopatibꝰ. & eſt expreſſum.ſ.eo.dudum.j.Contra.ĵ.e.ſi compromiſſarius.§.huiuſmodi. Sol. ibi loquitur de pœna illa ſuſpẽſionis à beneficijs per triennium, quæ non habet locũ niſi in epiſcoporum & ſuperiorũ electionibus, de qua loquitur decre. cũ in cunctis.§.clerici ſanè. ſed hic loquitur de alia pœna ſcilicet priuationis poteſtate eligẽdi, de qua loquitur ipſa decr. cum in cunctis.in fin. Sed cum pœna ſuſpẽſionis à beneficijs ibi repetita nõ ſit: in illis locũ non habebit: vt in cõtrario dicitur.

*Pœna decre. cum in cunctis. contra eligentes ſcienter indignum an habeat locum in inferioribus dignitatibus.*

Glo.ſeq.ponit cõtrariam obſeruantiã curiæ, cui reſpõdet.

l *In inferioribus.* quibuſcunq; ab epiſcopatibus etiã in regularibus: olim tamẽ curia ſeruabat contrariũ interdum in regularibus. quia cum decre. illa, ne pro defectu. æquiparet cathedrales & regulares, ſicut in cathedralibus ſupra dictũ eſt: ita videbatur in regularibus dicendũ: ſed nõ eſt ita: nec habet locũ ratio reddita.ſ.proxi.reſpõſo: quia ſufficit non denegari diœceſano hãc poteſtatem, cũ in ſua diœceſi omnia poſsit: quod nõ eſt in archiepiſcopis. {In quibus ſatis eſt id eis nõ cõceſſum.ĵ.de ſupplen.negli.præla. Romana. cũ ſuis cõcor.} Et ſuper hoc vide Cõpo.ſ.eod.ne pro defectu.ad fi. D Approbatur autẽ hic gl.Io.& Hugo.xvij.q.ij.c.j. qui ibi no. ꝙ epiſcopus aliũ inſtituet in abbatem, cũ monachi indignũ eligunt.& quod not.ipſe Ber.in prædicta decre.bonæ.in vlti.glo.& de excep.ſignificauerunt.in.j.gloſ.Ioan.And.

Gloſ.ſeq.diuidit, & dicit vnde ſumpta.

IS qui.} Primò ſoluit caſum dubium. Secundò rationẽ ſubdit: ibi, cum non. Io.And. Ortum habuit hæc decre.ex gl. Gar.poſita.ſ.e.vt circa.ſuper ver.probare.& gl. Guil.ibidem poſita ſuper verbo, ſe poſſe. & hic ipſorum approbatur opi. Ioan.An. ADDITIO. Dicit Archi.ꝙ in cõcilio Bituricen. idem fuerat interlocutus Innoc.v.Ioan.Mo.dicit de quarto. Ioan.Andr. CASVS. Dictum fuit in cap. vt circa ſupra.e.titu.in anti.quod appellans ne aliquis eligatur, poſtuletur, aut prouideatur; debet exprimere in ſua appellatione omnia vitia quę opponit tam contra formam electionis vel poſtulationis quàm contra perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi. Item quòd debet ipſe appellans iurare quòd omnia obiecta per ipſum credit eſſe vera, & ſe ea poſſe ꝓbare. Sed ponamus ꝙ ipſe appellans à prouiſione, electione, vel poſtulatione iurauit ſub hac forma, ꝙ ipſe credit omnia ꝓpoſita in inſtrumẽto appellationis, vel aliqua ex eis quæ debebãt ſufficere ad repellendũ electũ, poſtulatũ, vel ꝓuiſum, eſſe vera:

Universidad de Deusto Biblioteca



verum per iſtam formã ſit ſatisfactũ illi conſtitutioni, vt circa? Reſpondet ꝙ non: imò debet ſimpliciter iurare ꝙ omnia quæ oppoſuit in formam electionis, vel perſonã electi, poſtulati, vel prouiſi, credit eſſe vera: & ea ſe poſſe probare. aliàs ſua appellatio nõ valet: nec poteſt impedire confirmationem electionis.

Not. primò ꝙ appellans in cauſa electionis ad apoſtolicam ſedem: obijciendo aliqua in formam electionis & perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi: debet iurare expreſſe quod omnia per eum obiecta credit eſſe vera: & ſe poſſe probare. No. vlterius quòd ſi appellans ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, iurauerit omnia per eum poſita in inſtrumento appellationis ſe credere eſſe vera, & poſſe probare: vel aliqua ex ijs quæ tamen ſufficiẽt ad electum, poſtulatum, vel prouiſum repellendum: non eſt per hoc ſatiſfactum formæ ſubſtãtiali appellationis, de qua in ca. vt circa. ideo non eſt admittendus ad proſequendum ſuam appellationem Heli. Reg.

*† No. argu. quòd nõ ſufficit præſtare iuramentum, niſi corporaliter tãgatur ſcriptura: de quo aliquid per gloſſ. ſ. e tit. & lib. vt circa. & glo. in cle. j. de hære.*

*† Not quòd vbi ius dat certam formam excipiendi, ille qui non ſeruat, repellitur à poteſtate probãdi exceptionem. ad hoc j. de excep. pia. Et ſic excipi'ſ inepte ſuccũbit ſicut agens inepte. de iudi. exa minata. vi de cle. ſi. de appell. Do.*

IS qui cõtra electionis formam vel electi [a] perſonam aliqua obijciens [b] ad ſedẽ apoſtolicã [c] appellauit, corporali † à ſe præſtito iuramento, quòd illa quæ in appellatione ſua expreſſerat, vel ea quæ de ipſis deberẽt ſufficere, vera eſſe credebat, & ſe poſſe probare: non eſt † ſuper obiectis vel expreſsis huiuſmodi audiendus [d]: Cum non ſimpliciter [e] ſicuti tenebatur iuxta cõſtitutionem felicis recordationis Gregorij papæ x. prędeceſſoris noſtri editã in concilio generali Lugdunenſi [f], iurauerit expreſſa eadem ſeu obiecta ſe credere vera eſſe: & ſe [g] poſſe probare, ſed indeterminate illa, vel ea [h] quę deberent ſufficere de eiſdem [i].

Idem.

*Qui contra certam perſonam ne eligat appellat, conſtitutionem, vt circa, ſeruare tenetur. Ioan. And.*

CAPITVLVM XX.

QVi contra certam [k] & nominatã [l] † perſonam ne ab alijs eligatur [m], ad ſedẽ apoſtolicam [n] antequam fiat electio [o], duxerit appellandũ: debet per omnia in appellando ſeruare formã conſtitutionis felicis recordationis Gregorij papæ. x. prædeceſſoris noſtri (vt † circa [p]) editæ in concilio Lugdunenſi, ac ſi electione iã facta [q] eum contingeret appellare.

a *Vel electi.* Ergo intelligo idem de poſtulato, vel eo in cuius perſonam facta eſt prouiſio: cum decre. illa, vt circa. hæc omnia æquiparet. vnde quod in vno dicitur, intelligatur in alijs repetitum. & idem etiam intelligas de eligendo ſi contra certam perſonam appelletur. j. cap. proximo.

b *Obijciens.* exempla de ijs quæ obijci poſſunt dixi ſupra. eod. vt circa.

c *Ad ſedem apoſtolicam.* iſta litera videtur facere pro Guil. qui not. in decre. vt circa. ꝙ decre. ipſa non habet locum niſi in appellationibus interpoſitis ad papam: ſed contrariũ credo: vt ibi dixi, ſecundum Gar. cum decre. illa indiſtincte loquatur. ADDITIO. Pluries meditatus ſum ꝙ forſan compoſitores huius libri in his opinionibus diſcordabant: certis volentibus & alijs nolentibus apoſtolicam ſedem exprimere. Et ideo non fecerunt de ijs quatuor capitulis declarãtibus decre. vt circa. vnicam decre. diuiſam per. §. ſicut fecerunt de decr. commiſſa. j. e. quæ declarat decr. licet canon.

d *Audiendus.* Not. ꝙ iſta decre. declarat quæ ſit pœna non ſeruantis conſtitutionem illam, vt circa. ſ. ꝙ non valet appellatio. dicebant enim quidam ꝙ illa erat pœna non iurantis, quòd ſuper non expreſsis non audiretur, ſuper expreſsis vero bene: per illum ver. alioquin. qui eſt ibi. ſed hoc eſt falſum: vt hic patet: quia nõ iurans, vel iurans alio modo quàm debuerit, non auditur etiam ſuper expreſsis. & ille ver. alioquin. exponi debet vt ibi dixi.

e *Simpliciter.* No. non recedendum à verbis legis. vj. quæſt. iij. ſcriptum. de deci. ad audiẽtiam. ff. de exer. ac. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de leg. iij. non aliter.

f *Lugdunenſi.* ſupra eod. titu. & lib. vt circa.

g *Et ſe.* repete credere. conſtitutio enim illa non veritatem quærit, ſed calumniam excludit: vt ibi dixi in gloſ. ſi autem. ADDITIO. Licet quandoque credere ponatur pro ſcire. de re iudi. cum olim. verſi. poſt hoc. Ioan. Andr.

h *Illa vel ea.* Sed cõtra ſi duo proponuntur etiam copulatiue quæ ad vnum finem tendunt: ſufficit alterum probari. ſ. de iudi. exhibita. niſi ſuperflua probatione ſe oneraret, adſtringẽs ſe ad vtrunque probandũ ſupra de proba. licet. ff. de pba. circa. & ſecundũ hoc etiã copulatiua diſſoluitur in diſiunctiuã. ff. de verb. ſign. ſæpe. xvj. q. iij. placuit. Idẽ eſt ergo proponere copulatiue vel diſiũctiue: cum vtrobiq; ſufficiat alterũ probari: vt per prædicta iura probatur. & ſ. de reſcrip. inter cæteras. Reſpondeo: obiectio ſupradicta vera eſt: quia quo ad probationem bene ſufficit alterum: ſed non quo ad obiecta. noluit enim illa conſtitutio probationibus prouidere: ſed obiectionibus. ſ. quòd nihil calũnioſe opponeretur: & ideo voluit quòd ſimpliciter ſuper omnibus iuraretur [b]. ſi enim iurat vera eſſe quæ ad victoriã ſufficiãt: iã iſtud iuramentũ omniũ obiectorũ malitiam non excludit: imò ex decẽ obiectis ſi vnicũ quod ſufficeret eſſet verũ, reliqua falſa: ſatisfactũ eſſet illi iuramẽto. & concor. j. eo. vt quis duas.

i *De eiſdem.* ſcilicet expreſsis vel obiectis in appellatione.

*a Ex hac gl. no. Phil. quòd noua diſpoſitio in re antiqui declaratoria habet locum in caſu quo ius antiquũ. Font. Ponit opin. reprobatã.*

*b Ex hac gl. Philipp. infert quod clauſula, nõ ſe adſtringens, nõ releuat vbi mandatur ſimpliciter reſpondere. Font.*

*Obijcit, & ſoluit.*

*c Vbi dixit Nico. ſic interlocutũ in cauſa Friſicen. Idem dicit hic Io. Mo. et Cle. vbi dicit ꝙ pronunciatio iſta fuit facta ſecundo anno põtificatus, anno Domini M. cclxxix. Viterbij.*

QVi contra. Ponit caſum quo declarat conſtitutionẽ, v. circa. & eius pœnã locũ habere. Secũda ibi, alioquin Io. An. Decr. iſta tracta fuit de gl. Gar. poſita in decr. vt circa. ſuper verb. appellari [c]. Et Guil. ſuper ver. facta & approbatur hic ipſorũ opinio. ADDITIO. Ipſe tamen Guil. declarat formã contrariã in Spe. de appel. §. reſtat. in princ. Ioan. And.

Iſtud emanauit ad declarationem. ca. vt circa. ſ. eo. CASVS. Dictũ fuit in d. ca. vt circa. quòd appellans in cauſa electionis ad papam, debet in appellatione ſua inſerere omnia quæ intendit obijcere contra formam electionis & perſonam electi. Sed vtrum iſtud ſit verũ indiſtincte: etiã ſi interponat appellationem cõtra incertam perſonã? Reſpõdet ꝙ non: imò ſi appellat contra incertã perſonam, non tenetur exprimere aliquos defectus: puta ſi dico, appello ne eligatis excõmunicatum maiori excõmunicatione. quia tũc ignorat electũ. ſed quãdo appellat ne talis eligatur, debet omnia in appellatiõe ſua inſerere quæ intendit opponere cõtra formam electionis, & perſonã electi: & iurare ꝙ credit illa eſſe vera, & ſe poſſe probare: vt dictũ eſt in d. c. vt circa. & c. proxi. ſupra eo. No. primò iũcta gloſ. ꝙ cum appellatur contra perſonã incertã, ne perſona incerta eligatur: appellans nõ tenetur ſeruare. c. vt circa ſupra eo. quia nõ tenetur aliquos defectus exprimere: ſed poſtea electione ſecuta tenebitur illos exprimere: ſed non in appellatione ſua. Nota inſuper quòd licet. cap. vt circa. loquatur in appellato electione ſecuta: tamen etiam habet locum quando appellatur ab electione facienda.

*† Not. arg. quòd poteſt dici perſona certa, licet ſuo nomine non nominetur. ad hoc de teſti. licet ex quadam.*

*† Not. arg. quòd allegãti aliud ſtatutũ, ſufficit quòd allegat principium ipſius abſque eo quòd totum extenſum producat. ad hoc. ſ. e. proxi. Do.*

*Nota quòd electionis pronunciatio debet fieri per vnũ: licet ipſe actus eligẽdi fiat per plures, ſiue procedatur via compromiſſi, ſiue ſcrutinij. Do.*

k *Certam.* ergo ſecus ſi contra incertam: puta ne fiat electio niſi canonica ſupra. e. cũ nobis. vel ne fiat cõtra tenorẽ priuilegiorũ eccleſię ſupra. c. cõſiderauimus. vel ne fiat de aliquo excõmunicato, vel homicida, vel his ſimilia. ⟨ Puta ne fiat niſi duplici voce appellanti conceſſa. de re iudi. cum olim. in princ. ⟩ tunc enim nõ habet locũ conſtitutio. & ratio per ſe patet. ſi enim ante electionẽ & contra incertam perſonã appello: per te vides quòd cõtra formam electionis nihil obijcere vel exprimere poſſum: cũ adhuc non ſit facta: & nõ eſt &c. ſ. de deſpõ. impu. ad diſſoluendũ. Idẽ in perſonã. cũ enim nullam exprimã perſonã. quæ cõtra illã poſſum exprimere?

*Notat à cõtrario, & rationem reddit.*

l *Nominatam.* intelligo hoc, ſiue ſit proprio nomine: puta ne paganus de Mutina. vel appellatiuo, puta ne filius P. vel ne archidiaconus, vel ne primicerius, vel his ſimile: vel alia certa circum locutio. ad hoc. ff. de rebus credi. l. certum ſupra de teſti. licet ex quadam. ADDITIO. Fa. j. de ſen. excom. conſtitutionem. & quod ibi no. Ioan. And.

Gloſſa ſeq. quærit & ſoluit.

m *Eligatur.* vel poſtuletur. de prouiſione nõ erat dubitatio: quia expreſſum erat in dec. vt circa. vt iam dicã. Quid ſi appello ne ad electionẽ admittatur? Eodẽ modo credo diſtinguendum vtrũ contra incertã: puta ne aliqui excõmunicati, irregulares &c. & tunc nõ teneatur: aut contra certam: & tunc teneat conſtitutionẽ ipſam ſeruare, per hanc decret.

*Appellans ne certa perſona ad electionem admittatur an teneatur ſeruare conſtitutionem vt circa.*

n *Ad ſedem apoſtolicam.* repete quæ dixi ſupra c. proxi.

Gloſſa ſeq. recitetur per quæſtionem.

o *Fiat electio.* dubitationis cauſa fuit, quia in decre. vt circa. dicebatur quando appellatur contra electum, ſed hic nõ appellatur contra electum, ſed contra eligendum: & ſic nõ videtur habere locum conſtitutio. ſed ſecus eſt vt hic vides: & ſic dicebamus olim per illam literam quæ ibi eſt, prouiſio facienda vel facta: quia ſicut in facienda prouiſione ſeruanda erat forma in appellatione: ſic & in facienda electione: cum illud capitulum illa pariſicet. ad idem ſupra eo. tit. & lib. ca j. & ca. ſi forte. j. eod. ſi poſtquam.

p *Vt circa.* ſupra eod. tit. ADDITIO. Et quia text. nominat decre. facit ſecundum Archi. quòd nomen canonis exprimendum ſit in exceptione excõmunicationis. de quo dicam j. de excep. pia ſuper gloſ. hoc ideo. Ioan. And.

Gloſſa ſeq. ſoluit quæſtionem.

q *Facta.* ſcias quòd ita intelligebãt curiales decre. illã: cum eadem



eadem ratiò ſit vtrobique. Et nota quòd ſicut hæc decre. determinat dec. vt circa. ita dico & determinari decret. ſ. e. c. j. nam licet ibi dicatur electionem, poſtulationem, vel prouiſionem factam ſeruata iſtius diſtinctione: idem dicam in facienda per hanc decret. vt ibi etiam dixi. Et ſic ſeruat curia. & facit quod not. Guil. in decret. vt circa. in gloſſ. not. ergo.

a *Pœna.* vt non valeat appellatio: nec audiatur etiam ſuper expreſsis. ſ. ca. proxi.

SIcut cum. Primò ponit ſimile, per quod caſum decidit. Secundò ponit ſimile: ibi, quamuis. Tertiò decernit: ibi, alioquin. Ioan. Andreæ. Ortum autẽ habuit hæc decret. ex ijs quæ not. per Innoc. Hoſt. & Comp. ſ. eo. quia propter. & c. in Geneſi. vt. j. patebit. Ioan. Andr.

Alioquin non obſeruans, pœnæ [a] conſtitutionis eiuſdẽ ſe nouerit ſubiacere. Idem.

*Si compromiſſum eſt in plures vt eligant: per vnum facienda eſt electionis pronunciatio, ſicut quãdo proceditur per formam ſcrutinij. aliter electio facta non tenet. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM XXI.

SIcut cum per formã [b] ſcrutinij ad electionẽ proceditur, eſt per vnum [c] pronuncianda & facienda cõmunis [d] electio ſecundũ canonica inſtituta [e]: ſic & per vnum debet fieri [f], cũ per formã proceditur cõpromiſsi [g]. Quamuis in arbitris compromiſſarijs lex † humana [h] innuat, ꝙ ab eis omnibus ſit pronunciatio faciẽda: alioquin à pluribus compromiſſarijs facta ſimul electio, eo ipſo viribus non ſubſiſtat [i].

Idem.

*Decret. ſupra eodem, licet canon. in collegiatis parochialibus eccleſijs & aſſumptis ad ipſarum regimen, locum non habet. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM XXII.

STatutũ [k] felicis recordationis Greg. x. papę prędeceſſoris

Primò pro intellectu huius. cap. eſt præſupponendum in quibus electionibus debet ſeruari forma. c. quia propter. eo. tit. in an. videlicet quando per formam ſcrutinij proceditur: nam tunc requiritur quòd fiat publicatio ſcrutinij, & fiat collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum. poſtea ſi appareat in quo maior pars conſenſit: quòd ille eligatur ſimpliciter per vnum ex ſcrutatoribus: dicendo, ego talem eligo qui fuit nominatus in ſcrutinio. Et illa forma ſeruatur in epiſcopatibus, abbatijs, & electionibus aliorum prælatorum quorum morte eccleſia dicitur eſſe viduata: ſed in alijs inferioribus beneficijs non eſt opus quòd illa forma ſeruetur. CASVS. Vacante eccleſia Pict. canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri prælati: qui canonici cum non poſſent venire ad concordiam, compromiſerunt in aliquos: qui compromiſſarij conuenerunt in vnum, & plures eorum conuenerunt in Titium: puta cum eſſent quinque compromiſſarij, tres conuenerunt in Titium. vtrum vnus iſtorum compromiſſariorum debeat nomine omnium facere electionem per verba ſingularis numeri, videlicet quòd dicat: ego nomine meo & nomine talium compromiſſariorum talem eligo. vt in forma ſcrutinij dicitur, quòd nominatus in ſcrutinio à maiori parte debet eligi per vnum: vt dicto ca. quia propter. alleg. Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic.

Gloſ. ſeq. reci. per. q. in quibus electionibus &c.

b *Formam.* No. quòd iſta decre. locum habet in ijs electionibus in quibus debet ſeruari forma decre. quia propter. Et ſecundum Ber. qui hoc ibi no. in prima glo [a] & Innocen. & Compoſt. in prima gloſ. decre. illa locum habet in electionibus epiſcoporum vel inferiorum prælatorum qui præſunt collegio: & per quorum mortem eccleſia dicitur viduata, in alijs non. Hoſt. autem [b] illam intellexit etiam in quocunque beneficio, vel canonia, cuius electio ad plures vt ad collegiũ pertinet: vt ibi not. circa prin. primos ſequor. ſecundum hoc ergo dicemus hoc quod hic dicitur de cõmuni pronunciatione, habere locum in ijs in quibus ſeruanda eſt prædicta forma. In canonijs vero vel beneficijs alijs ſecus: quia ibi ſufficient ſingulares conſenſus: quod verum eſt ſi illi ſunt capitulum, ſi conſenſus præſtent in capitulo. aliàs ſecus ſecundũ Ber. qui hoc notat in decre. in Geneſi. in gloſ. ſuper verb. cõmuniter. & ibi etiam de hoc per Inno. & Hoſt. ADDITIO. Faciunt etiam nota. ſ. in an. de conſt. cum omnes. in ſi. primæ gloſ. concordat quod ſcripſi in decr. in Geneſi. in gloſ. quãuis. facit quod not. lxiij. di. ca. j. ij. q. vj. c. ei qui. §. nominationes. quæ eſt lex. C. de appell. & iij. q. ix. nihilominus. xij. q. ij. fine. & c. epiſcopus. §. qui manumittitur. ſ. e. eccleſia. ij. & ca. bonæ. & c. cum dilectus. ff. quod cuiuſque vni. no. l. nulli. & l. plane. & de reg. iur. aliud. & §. refertur. C. de præd. curia. l. vlti. ad ſi. de decur. l. iij. in princi. de lega. l. penul. & vlti. lib. x. & de venden. re. ci. l. ſi. lib. xj. Ioan. And.

*a Vt adde quod ibi dixi in ſi. vbi videas. Ioã. Andr.*

*b Cui⁹ opi. hic placet Archi. potiſſime per decre. I. ſ. eod. li. & tit. & decre. vt circa. quæ ml facit. Ad decre. I. reſpon. vt ibi dixi ſuper verſi. in formam.*

Gloſ. ſeq. ponit opi. quã reprobat. ſecundo quærit & ſoluit.

c *Per vnum.* quod ergo dicit decret. quia propter. vt is collatione habita eligatur, intelligitur per iura poſtmodũ ſubſecuta per vnũ omniũ vice. Notabat tamẽ ibi Hoſt. quòd licet hoc ſeruaret curia: tamen ſatis erat ſi omniũ vno ore ſermo procederet. ad hoc. C. de epiſc. & cleri. l. quoniã venerabilis. ibi, ab omnibus vno ore dãnaretur &c. nec obſtat ſecundum id decre. in Geneſi. quia ibi ſingulariter nõ vno ore communiter elegerãt. ſed hoc eſt falſum, vt hic vides. Et quod dicit vnum, ſi quæratur per quem, dic per eum qui habet primam

*Electio cõmunis per quem debet fieri.*

vocem, vel eum cui capitulum commiſerit. ſed ſi capitulum, vel illi qui conſenſerunt, non committant hoc expreſſe alicui: vnus præſentibus alijs facta collatione eligat vice capituli, vel conſentientium: & ſatis eſt, quia ratihabitio & taciturnitas mandato comparãtur, ſaltem in re apperibili & meritoria, ſicut eſt ꝙ per electionem canonicam ꝓuideatur eccleſiæ. ff. mãda. quod ſi fideiuſſor. & C. mãda. ſi fideiuſſor. & ſecus in onerosa, vbi requiritur expreſſus conſenſus. ff. de procu. filius. §. inuitum. ſecundum Inno. qui hoc not. in decret. in Geneſi. & Cõpoſtel. in dec. quia propter. ADDITIO. Et refert Bon. quod Inno. ita ſentẽtiauit. & vide quod poſt ipſum Inn. ſcripſi de maio. & obe. c. j. in gloſ. per hæc. & ꝙ dicit Guil. in Spe. e. tit. §. j. ver. publicatione. & quod ibi dicã. Ioan. And.

*Taciturnitas in quare mandato cõparatur.*

*† Not. arg. pro & cõtra, quòd leges ciuiles poſſunt allegari in foro canonico. de quo ſupra de no. oper. nũ. c. I. et 2. Dom.*

d *Communis.* ſed nonne ſufficiunt ſingulares conſenſus. ff. de ſerui. ruſti. prædi. per fundum. ff. communia prædi. receptum. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi autem? Sol. leges iſtæ loquuntur de actu qui diuiſionem recipit: nec eſt ibi communio collegiatorum, ſed ſingularium. quod dic vt no. ſupra de cõſtit. in anti. cum omnes. Sed hic de negotio loquitur quod diuiſionem, tranſmutationem, vel omiſsionem non recipit: & ideo ſecus. ff. de verb. obli. l. ij.

*Obijcit & ſoluit.*

e *Inſtituta.* ſupra eo. titu. in Geneſi.

f *Debet fieri.* & ꝓnunciari cõmunis electio: vt dictum eſt. ſ.

g *Compromiſſi.* & vtrobiq; facienda eſt per verba ſingularis numeri: vt infra de re iu. cum ab vno. ⟨ Et hoc tenet ibi Archi. quod not. in gloſ. fin. de epiſcopo qui locutus eſt in plurali: & ibi cõpetentius ponitur. Dicebat decre. quia propter. qui vice omnium eccleſiæ viduatæ prouideant: vnde videbatur ꝙ omnes haberent prouidere: quod verum eſt: ſed vnus omnium vice pronunciare, & electionem facere debet: vt hic. Vnde dicit hic Archi. ꝙ cõpromiſſarius pronuncians poteſt vti verbo eligo, & verbo ꝓuideo. Ad primũ ſupra. eo. cum dilectus. & c. ca. cum in veteri. de ſorti. eccleſia. Ad ſecundũ decre. ipſa quia propter. & ſupra. eo. cauſam quæ. Io. And.

h *Lex humana.* ff. de arbi. l. item ſi vnus. §. item ſi plures. vbi dicitur quòd aut omnes ſententiam dicant, aut nullus. tamen ſecundum nos vnus alijs præſentibus & mandantibus ſententiam per verba tamen pluralis numeri poterit recitare: & idem in pluribus iudicibus. j. de re iud. cum ab vno. & etiam no. ff. de arbi. l. ſicuti.

i *Subſiſtat.* ratio: quia tot videntur electiones, quot ſunt numero eligentes. vt not. ſupra eo. in Geneſi.

STatutum. Primò ponit ius antiquum. Secundò declarationis motiuum: ibi, quid cum. Tertiò declarat: ibi, declaramus. Ioan. And. Et nota ꝙ decre. cum in cunctis. ponebat de dignitatibus & beneficijs curatis & parochialibus eccleſijs. decre. ergo licet canon. ſolum de parochialibus dicens eccleſijs; ad dignitates extendi non debuit: præcipue cum conſtitutio ſit pœnalis: vt ſequitur. Ioan. And.

Canon pœnalis nõ debet extẽdi vltra ſuos terminos. CASVS. Dictũ fuit in ca. licet canõ. ſ. e. tit. & li. ꝙ eccleſia parochialis nõ debet cõferri niſi conſtituto in. xxv. anno. & ꝙ ille cui eſt collata parochialis eccleſia, debet ꝓmoueri ad ſacerdotiũ intra annũ: aliàs eſt priuatus ipſo iure eccleſia parochiali, ita ꝙ non eſt opus ſententia priuationis, nec aliqua monitione. Sed quid ſanctiſsime pater: ponamus quòd alicui fuit collata eccleſia parochialis, quæ cum hoc eſt dignitas in eccleſia collegiata: ſicut in eccleſia beati Hilarij de ſella Pictauis, ipſa parochialis eccleſia eſt dignitas: quia abbas ipſius monaſterij eſt rector ipſius eccleſiæ, vnde iſte nõ fecit ſe promoueri intra annum ad ſacerdotium: vtrum ipſo iure ſit priuatus dicta parochiali eccleſia: ita ꝙ collator poſsit illã alicui perſonæ idoneæ conferre? Videbatur ꝙ ſic: per illud. c. licet canõ. alleg. hoc tamẽ nõ obſtãte decidit hic Ro. pon. cõtrarium. nec ob. illud. c. licet. quia loquitur ſimpliciter de eccleſijs parochialib⁹, ideo nõ eſt extendendũ ad eccleſias collegiatas: ſed in ipſis eccleſijs parochialibus collegiatis debẽt ſeruari antiqua iura, videlicet ꝙ ſuperior poteſt ipſum monere, vt ꝓmoueatur ad ſacerdotiũ intra annũ: & ſi nõ promoueatur intra annũ, anno elapſo poteſt ſuperior talem priuare: vt in. c. cum in cunctis. eo. titu. in an. Heli. Reg.

k *Statutum.* ſupra eod. licet canon.

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Parochialium.* quæ dicantur parochiales, dic vt dixi.ſ.eo. licet canon.
b *Promouendis ad ſacerdotium.* hoc verum, niſi in caſu.j.eod. tit.cum ex eo.
c *Intra annum.* numerandum à die quo poſſeſsionem pacificam habuit, vel per eum ſtetit quo minus haberet.j.eod. commiſſa. §.j.j. de præben. licet ij. nec curri tiuſtè impedito: vt in prædicta decret. commiſſa.
d *Alioquin.* id eſt ſi ſe non fecerint intra annum promoueri.
e *Priuati.* intelligas integro lapſo anno, quod dic vt.j.eo.commiſſa.j.reſpon.
f *Quod.* ſtatutum.
g *Reſtringi.* nam odia reſtringi, & fauores &c.j. de regu. iur. odia. cum ſuis concor.&.ff.de libe. & poſthu. cum quidam. & benignior interpretatio facienda eſt in pœnis. infra de regu.iu. in pœnis. cum ſuis concor.
h *Declaramus.* hoc olim fuerat etiã declaratum per quandam extrauagantem Alexan. & Martini, ſecundum Archidia. de qua dixi ſupra eodem, quãuis. &.ca. quanquam. quæ incipiebat, dilecti.

*† Not. arg. quòd c. licet canõ. habet. locum qualitercunque ſit prouiſum de parochiali eccleſia ſiue per viã electiõis collationis vel præſentationis: quia tex. hic dicit aſſumuntur. ſed verbum aſſumere, congruit cuilibet modo per quẽ ſit prouiſio de eccleſia.*

*† Not. iungendo cum ver. parochiales. vbi duæ qualitates effectus diuerſi concurrunt: ambæ ſe impediunt, exemplũ in caſu l. titio te xtores. de legat. 1. de Ancha. Põt.*

ceſſoris noſtri de ijs qui ad parochialium [a] eccleſiarum regimen aſſumuntur, † promouendis ad ſacerdotium [b] intra annum, [c] alioquin [d] eiſdem eccleſijs ſint priuati: [e] quod [f] (cũ ſit pœnale) reſtringi [g] potius conuenit quàm laxari: declaramus [h] ad collegiatas [i] eccleſias, [k] etiã ſi aliàs parochiales extiterint, & ad aſſumptos earũ regimen non extẽdi: † ſed antiqua iura [l] ſeruari debere potius in eiſdem.

B

## Idem.

*Si compromiſſarius ſecũdum traditam ſibi notam (ſcrutatis & in ſcriptis redactis voluntatibus ſingulorum) illum eligat in quem non maior pars capituli, ſed plures aliorum comparatione conſenſerant: nõ tenet electio: cum præter formas concilij fuerit celebrata. Ioan. Andr.*

## CAPITVLVM. XXIII.

SI cui [m] eligẽdi poteſtas data fuerit ſub hac forma, [n] vt ipſe ſecretò [o] & ſigillatim votis ſingulorũ de capitulo [p] exquiſitis, & in ſcriptis redactis illũ eligat, in quẽ plures de capitulo partiũ † cõparatione minorum [q] conſenſerint: licet conſentientes maiorẽ partem totius capituli non attingant: ipſeq́; [r] facto huiuſmodi ſcrutinio, & in ſcriptis redacto, iuxta traditam ſibi formam eum in quẽ non maior [s] pars, ſed plures de dicto capitulo quàm in quẽquam alium direxerant vota ſua, duxerit eligendum: Talis electio (cum præter [t] formas quas generale

A rent maiorem partem per comparationem ad capitulum. vnde Titius exquiſitis votis omnium canonicorum reperit quòd ſex vnum nominauerant, tres alium, duo alium, & vnus alium: & reperit quòd nominatus à ſex, erat electus à maiori parte per cõparationem ad alias partes: licet nõ eſſet electus à maiori parte per comparationem ad totum capitulum. an valeat talis electio? Reſpondet Romanus pontifex quod non: niſi fuerit obſeruata forma ca. quia propter ſupra eod. in anti. Nam canonici non potuiſſent eligere niſi illũ in quem maior pars totius capituli cõſenſiſſet: igitur ipſi non potuerunt compromittere in Titium, vt ipſe eligeret illum in quem maior pars per comparationem ad partem conſenſiſſet: quia non potuerunt ei dare maiorem poteſtatem quàm ipſi haberent: ideo talis electio eſt nulla.

*Ex principi. tex. not. quòd poteſt fieri cõpromiſſum ſuper eligendo prælatũ in vnũ tantũ. Ad hoc ſ. eod. cauſam quæ.*

*† Not. quòd appellatione maioris partis intelligitur de maiori parte totius, nõ autẽ de maiori parte cõparatione aliarum minorum. Domi.*

Nota primò ex iſto textu, ꝙ ius eligendi prælatum eſt delegabile ſeu tranſmiſsibile in alium: & ille alius in quẽ tranſmittitur, dicitur propriè compromiſſarius. Not. vlterius quòd cum proceditur ad electionem per viam ſcrutinij, vota eligentium debent ſcrutari ſigillatim & ſecretò: aliàs non eſſet opus publicatione: quia publicare ſcrutinium, nihil aliud eſt quàm manifeſtare vota ſingulorum canonicorum.

*Scrutiniũ publicare quid eſt.*

Gloſſa ſequens notat & remittit. quærit & ſoluit. iterum quærit & arguit ad negatiuam & ad affirmatiuam: & ſoluit diſtinguendo.

i *Collegiatas.* Nota ergo quòd aut ſunt ibi plures vt collegium: aut non: ſed vt ſinguli. in primo caſu locum habebit decret. hæc: in ſecundo non. & ſuper hoc vide quod no. Ber. ſupra eodem. titu. cap. j. & de iure pa. poſtulaſti ſupra in anti. Si quæratur quomodo hoc cognoſcetur? Reſpon. quia ibi eſt rector vt caput: & canonici vt membra. ſuper his tamen vide quod no. de exceſ. præla. dilecta. Sed quæro: pone quòd eccleſia fuit collegiata, nunc deſinit ibi eſſe collegium: quid erit? habebit ne locum hæc decret? Et videtur quòd non: quia deficientibus perſonis deſinit eſſe collegium. ff. ad munici. ſicut municipium. ad hoc ſupra eod. titu. & lib. cap. j. x. quæſt. iij. vnio. ff. de verbo. ſig. Neratius. & grex eſſe deſinit ſi vnum animal tantum remanſit in grege. ff. de leg. j. ſi grege. Argum. contra. xix. quæſt. iij. quæ ſemel. vij. quæſt. j. paſtoralis. cum ſimilibus. Dico & breuiter quòd ſi collegium deſinat ibi eſſe, puta canonicorum morte, locum habet decre. quia alij habent ſubſtitui: & ſi hoc non faciant ij ad quos primo pertinet, intra debitum tempus, ad ſuperiorem deuoluetur. & ſic de ſingulis vſque ad papam. & ius collegij bene remanet in vno. quod dic vt nota ſupra de poſtul. gratum. Si autem deſtruatur collegium ſuperioris auctoritate, puta quia hoc facit ex cauſa: tunc non habebit locum decre. Pone exemplum de no. ope. nun. cap. ij. & ibi de hoc per Innocen. & facit quod no. Lau. & Ioan. xvj. quæſt. vij. & hoc diximus.

*† Not. quòd iura pœnalia debent ſtrictè interpretari. ad hoc regula, in pœnis. j. de reg. iur. Domi.*

k *Eccleſias.* ſeculares: nam hodie ſecus in regularibus: quod dic vt in cle. de ſta. regula. ne in agro. §. cæterum.

l *Antiqua iura.* ſupra eod. titu. in anti. cum in cunctis. §. inferiora. Et de hac compulſione ordinum plene dixi. ſ. eod. licet canon. in fine.

*Diuiſio.*

SI cui.} Primò ponit caſum. quem ſecundo determinat ibi, talis. motiuum interſerens ibi, cum præter. Ioan. And.

Primò pro intellectu huius capituli eſt præſupponendum quòd ad hoc vt valeat electio, requiritur quòd fuerit facta à maiori parte totius capituli: & ideo non ſufficeret ſi eſſet facta à maiori parte per comparationem aliarum partium: puta cum in aliqua eccleſia eſſent. xij. canonici: ipſi conuenientes in vnum ſuper electione celebranda, diuiſerunt vota ſua in tres partes: ſex elegerunt vnum: quatuor alium, & duo alium. Electus à ſex, eſt electus à maiori parte per comparationem aliarum partium: ſed non per comparationem ad capitulum. CASVS. Vacante eccleſia Pictauen. canonici compromiſerunt in quendam Titium, vt ipſe Titius ſigillatim ac ſecreto exquireret vota ſingulorum canonicorum, & illis votis in ſcriptis redactis, ipſe eligeret illum in quem maior pars canonicorum conſentiret, etiam ſi illi non face-

Gloſſa ſequens.iiij.&.v. ſupplendo ſoluit tria dubia.

C

m *Cui.* id eſt alicui. idem ſi pluribus: cum ratio capituli ſemper remanet. & debet iſta decre. iungi cum decre. infra eod. cum expediat.

Gloſſa ſequens reddit rationem.

n *Forma.* quæ non eſt de permiſsis, immo prohibita: vt ſupra eod. in anti. quia propter. & eod. titu. eccleſia veſtra. per hanc enim erat reperire electum non à maiori parte totius capituli præfici eccleſiæ.

o *Secretò.* idem & multo magis ſi non ſecretò: quia tunc eſſet obuia concilio, quia propter. & ſemper locum habet ratio finalis.

p *De capitulo.* idem ſi non eſſent de capitulo, ſed vocem haberent: vt ſupra de cauſa poſſeſ. cum eccleſia Sutrina. & ſupra eod. Cumana.

q *Minorum.* puta cum ex. xij. canonicis. v. conſentiunt in vnũ. iiij. in alium. iij. in alium. electus igitur à. v. electus eſt à maiori parte, comparatione partium: ſed non à maiori parte capituli: quia quinq; nõ ſunt maior pars de. xij. ADDITIO. Sic exemplificatur. ſ. eo. eccleſia. j. Ioan. Andr.

D

r *Ipſeq́;.* in quem tradita eſt poteſtas huiuſmodi.

Gloſſa ſequens ſol. q. à contrario.

ſ *Non maior pars.* ergo à contrario ſi eligerent illum in quẽ conſenſiſſet maior pars, valeret electio. j. eo. cum expediat. quia illa forma per concilium ſubſequens ſublata non videtur: vt ibi.

Gloſſa ſequens alle. vnam concor. & obijcit & ſoluit.

t *Præter.* No. iſta duo æquiparari præter & contra. ff. de ſi. inſtru. paſtoralis. Sed nonne nominatus à maiori parte aliorum comparatione, ex quo placuit omnibus quod ipſe eligeretur, eſt nominatus ab omnibus? vnde & in electione Romani pontificis ſeruatur interdum hoc, quod nominatus à minori quam à duabus partibus de conſenſu omnium habeatur pro Ro. pont. vt no. Comp. ſupra. eod. licet. & Guil. ſ. eod. titu. & l. vbi periculum. Dic quod iura voluerunt certas formas ſeruari: & licet omnes conſentiãt, ſi nõ ſeruãtur formę, non tenet electio [a] cardinales, nec arctãtur, nec de facto ſeruãt formas: ſed ſufficit ꝙ duæ partes conſentiãt. ſ. e. licet.

*a Dic tu ſi concedatur vt eligere poſſit, neq; ei aliqua forma præſcribitur: tũc valebit electio ab eo ſola facta. ſed hic canonici ei præſſerunt formã contrariã iuri: ideo nõ valet. ſecus ſi*

Gloſſa



*ſimpliciter delegaſſent electionem Phil. Font.*

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem.

a *Concilium.* ſ. e. ti. in anti. quia ꝓpter. Et aduerte quod ſicut dixi. ſ. eo. titu. & li. ſicut. cum iſta decre. fundetur ſuper formis concilij: dicã quòd vbicunq; non habent locũ illæ formæ; nõ habeat locum iſta decre. Si igitur in dignitatibus per quas viduatę nõ ſunt eccleſiæ, ſeruaretur hęc forma, vel beneficijs, vel canonicatijs, non vitiaretur electio: ſuper quo vide quod ibi dixi. ADDITIO. Quod dixi in prima parte huius gl. idẽ dicit hic Archi. de tranſlat. voto. ꝙ à certis fieri poteſt, etiam alijs non facientibus. vbi forma concilij ſeruanda non eſt, aliàs ſecus. & ſic intelligitur quod ſcripſi de ap. cõſtitutus. de elec. ſcriptum. in anti. Ioan. Andr.

*Electio in canonijs & alijs beneficijs inferiorib⁹ an poſſit fieri ſecundum formã ca. ſi cui eligendi. de elec. lib. 6.*

b *Nõ valere.* ipſo iure.

c *Firmitatis.* & ſic etiã eligentes priuari debent ea vice poteſtate eligendi: vt. ſ. eod. quia propter. in anti.

*Not. quòd ille dicitur excæcatus qui habet integros oculos: ſed ex vitio mentem habet corruptam. Ad hoc ſupra eo. auaritiæ.*

QVorundã.} Decre. diuide in quatuor partes. In prima ponit conſtitutionis cauſam. In ſecunda, conſtitutionẽ circa mendicantes. In tertia, cõſtitutionem circa non mendicantes. In quarta, decretum. Secunda ibi, volẽtes. Tertia ibi, circa. Quarta ibi, nos. Ioan. And. Idẽ Ioan. Mo. CASVS. Vacante eccleſia Pictauen. canonici cõuenerunt in vnũ, tractaturi de electione futuri prælati, qui diuiſerũt vota ſua in tres partes. Ponamus quòd erant. xxiiij. canonici. xij. elegerunt quendã mendicantem, alij. iiij. alium. & viij. alium. vtrum mendicans electus à. xij. poſsit conſentire etiam de licẽtia ſui prælati iſti electioni factæ in diſcordia? Reſp. quòd non: & iſtud eſt ſpeciale in mendicante. quòd ſi mẽdicans huiuſmodi electioni de ipſo factæ conſenſerit, non inijciatur matrimonium inter ipſum & eccleſiam, nec aliquod ius ſibi ex illa electione acquiritur. ſecus eſt in alijs non mendicantibus. Sed quid ſi alius nõ mendicans fuit electus à maiori parte comparatione aliarum partium, & non per reſpectum ad maiorem partem totius capituli: vtrum valeat talis electio? Et dicit quòd non, niſi fuerit facta à maiori & ſaniori parte toti⁹ capituli. {Subiugarunt.} Nam religioſus promittit obedientiam. i. abdicat ſuum velle, & ponit in poteſtatem ſui prælati. ſecundo promittit paupertatem. tertio caſtitatem. No. primo ex hoc tex. quòd mendicantes poſſunt per canonicã & concordem electionem vocari ad prælaturas etiam extra ſuam religionem: ad alias etiam prælaturas poſſunt vocari per poſtulationẽ. [a] Nota inſuper ꝙ ad hoc vt aliquis ex mẽdicantibus poſsit conſentire electioni de ſe factæ ad prælaturam extra ſuam religionem, requiritur ꝙ fuerit facta in cõcordia: ſecus ſi in diſcordia. Nota finaliter illud ad ꝙ alleg. iuncta glo. ꝙ inter mendicantes primũ locum obtinent prædicatores: quia hic præponuntur alijs. & valet argumentũ ab ordine literæ. Ratio huius eſt ſecundũ gl. quia eorũ inſtitutio eſt antiquior: modo antiquiores ſunt honorabiliores: vt. c. j. & c. ſtatuimus. de maio. & obed. in anti. & ſic in proceſsionibus prædicatores debent obtinere locum honorabiliorem.

*† Nota prohibitum religioſis vt ſe inuoluant anfractib⁹ litigiorum. Domi.*

*a Lege extrauagantem Io. 22. quæ incipit calamitoſa. Font.*

*Prædicatores præcedunt alios mendicantes.*

Gloſ. ſeq. diſtinguit triplicem oculum.

d *Oculos.* [b] Eſt oculus mentis, qui purus eſſe debet: vt hic, & i. quæſt. j. multi. Eſt oculus corporis, qui debet eſſe pudicus: vt. xxxij. q. v. qui viderit. {Vide quod dixi in proœmio Gre. ſuper gloſſ. j. caſtos. & vide Valer. lib. iiij. c. iij. in primo exterorum exemplo. vbi dicitur, prætoris non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere. Ioan. And.} Eſt oculus adminiſtrationis, qui debet eſſe prouidus. xciij. di. diaconi. j. & ij. & vj. q. j. oues. & ſupra de off. archi. ad hoc.

*b Multos oculos collegit Baſcoletus in arbore diui dui et indiuidui. Fon.*

e *Excæcat.* ſic ſupra eod. tit. & lib. auaritiæ.

f *Immemores.* mens auida pecuniæ nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere cõceſsis, nec adhibere pietati conſenſum.

concilium [a] ſeruari ſtatuit in electionibus celebrandis, decernens eas ſi aliter fierent, nõ valere: [b] fuerit attentata) robur non obtinet firmitatis. [c]

## Idem.

*Ex vocatione quocunque modo facta in diſcordia de religioſo mendicante ad prælaturam extra adminiſtrationem ſui ordinis, non acquiritur illi ius: nec conſentire poterit etiã de prælati licentia. Idem de vocatione facta à minori parte numero ad quãmlibet prælationem de religioſo nõ mendicante: & ſecus factũ irritum decernit. Et ponit iſtud ca. vnam ſpeciale in mendicantibus. Ioan. Andr.*

## CAPITVLVM XXIIII.

QVorundam oculos [d] ſic vitium ambitionis excæcat, [e] ꝙ quaſi ſuæ profeſsionis immemores, [f] qua contemptis honoribus, [g] abiectis diuitijs, [h] ſpretiſque delicijs, arbitrium proprium ſubiugarunt alterius ditioni, [i] retro reſpiciunt ad aratrum manu miſſa, [k] dum præcipitanter ruunt in litigiorum † [l] anfractus, & cauſarũ ſtrepitibus ſe inuoluunt, [m] & extra adminiſtrationes proprij ordinis ſolium [n] prelaturæ conſcendere moliuntur, electionibus, [o] poſtulationibus ſeu prouiſionibus de ſe in diſcordia [p] celebratis improuidè præſtando conſenſum, præbẽdi aſſenſum à ſuo ſuperiore [q] nonnunquam extorta [r] licentia potius quàm obtenta: ex quo animarum & eccleſiarum diſpendia [s] noſcimus proueniſſe, & prouentura maiora [t] in antea [u] veriſimiliter formidamus. Volentes igitur huic peſti ſalubri remedio obuiare: preſenti conſtitutione ſancimus, vt nulli religioſo prędicatorum, [x] minorũ, eremitarũ ſancti Auguſtini, aut quorumlibet mendicantium [y] ordinum, ex electione, poſtulatione, prouiſione, ſeu vocatione ad aliquam extra adminiſtrationem ſui ordinis [z] prælaturã in diſcordia [a] de ſe

B

A xlvij. diſt. virum. & j. de conceſ. præben. deteſtandã.
g *Honoribus.* xxvij. q. ij. ſcripſit. de ſta. reg. ea quæ.
h *Diuitijs.* j. q. ij. §. verũ. retentio enim propriorũ monachatui eſt cõtraria. de ſta. reg. in anti. c. cũ ad monaſterium. in fi.
i *Ditioni.* xij. q. j. non dicatis. j. eo. tit. ſi religioſus.
k *Miſſa.* & ſic non ſunt apti regno Dei. Lucæ. ix. c. in fi. & ſ. de vo. & vo. redẽ. ca. magnę. ADDITIO. Exponitur hoc verbum de pœn. diſ. ij. pennata. Ioan. Andr.
l *Litigiorũ.* quę à monachis vel religioſis ſunt penitus euitanda. ſ. de ſyn. cap. vno. cum ſuis concor.
m *Inuoluunt.* & ſic oues conuertuntur in lupos ſupra de renũ. niſi cum pridem. §. propter malitiam.
n *Solium.* ſ. e. ti. & li. fundamenta. §. ne autem. in fine.
o *Electionibus.* ergo eligi poſſunt: ꝙ dic vt dicã. j. eod. nullus.
p *In diſcordia.* intelligo in diſcordia fieri, ſiue duæ ſiue plures celebratæ ſint electiones, ſiue vna tantum aliquibus ex his cõtradicentibus ad quos ſpectat electio: vt. ſ. eod. titu. & li. cupientes.
q *Superiore.* cuius ſolius licentia alias ſufficit. j. eo. ſi religioſus. ij. reſponſo.

Gloſ. ſeq. dat tria ſimilia.

C

r *Extorta.* & ſic non valeret ſi de hoc conſtaret: ſ. de priui. cum olim. ij. ſicut nec confeſsio extorta, ſupra quod me. cau. perlatum. xv. q. vj. c. j. nec abſolutio. j. de ijs quę vi me. cau. fi. c. vno. nec licentia extorta prę iudicat repetenti coniugem. ſupra de conuer. coniu. accedens.

*Extortis multa impedit.*

ſ *Diſpendia.* vitãda. ſ. eo. cupientes. ſ. de ſi. inſtru. quod ſuper his. j. de vſur. vſurarum. ſ. eo. li. de conſti. c. ij. j. de ſepul. c. j.
t *Maiora.* ſi. de collu. intantum.
u *In antea.* occurrendum ergo fuit. de ſer. nõ or. c. j. de procura. ca. j. cum ſuis concor.
x *Prædicatorum.* No. ſemper prędicatores premitti: quia antiquior fuit ipſorum inſtitutio. [c] Ad idem. ſ. de exceſ. præla. nimis. ij. de priui. in his. j. de exceſ. præla. c. vno. j. de deci. c. j. in ſuperſcriptione cum ſimi. & de reli. do. c. j.

Gloſſa ſequens ſoluit dubium. ſecundo quærit & ſoluit.

y *Mendicantium.* mendicantes, qui certas poſſeſsiones vel reditus habere non poſſunt: ſed per quæſtum publicum eis victum præbet incerta mendicitas. j. de rel. do. ca. j. {Per quã decre. §. vlti. patet etiã carmelitas eſſe mendicantes. Io. And.} Quid ſi mendicans epiſcopus poſtuletur ad archiepiſcopatum vel epiſcopatum alium? Satis puto eum ſub hac prohibitione includi: quia licet ſit epiſcopus, nihilo minus eſt de ordine mendicantium. ADDITIO. Facit infra glo. pe. ad hoc ſupra de vi. & ho. cle. clerici. in fi. & quod ibi nota. & ſ. de priui. cum olim. ij. Ioan. And.

*c In anno videlicet domini. M. 216. confirmatus fuit ordo prædicatorũ per Honorium 3. quod ſe facturũ anno præcedenti Inno. 3 ipſius prædeceſſor promiſerat. Ioan. And.*

D

z *Ordinis.* in illis enim ſcilicet adminiſtrationibus ſui ordinis, hic nil noui iuris ſtatuitur. Ioan. And.

Gloſſa ſeq. quærit. ſoluit, ponit opi. contrariam, remiſsionem & additionem.

a *In diſcordia.* quid ſi opponatur aliquid quod votum diſcordantiũ nullum reddat: puta quia tales erant ꝙ ſi cõſenſiſſent electioni huic, & cum alijs elegiſſent, non valeret electio, vt excommunicati, ſuſpenſi, vel irregulares, nunquid tunc poterit conſentire? Satis crederem ꝙ in eo caſu non obſtaret hæc conſtitutio. Arg. ſ. e. ſi quãdo. & pone exẽplum. j. eod. ex eo. & hoc ante omnia videretur examinandum, cuius euentus & c. ſ. e. ti. & li. ſi forte. & hoc maxime cũ ſupradicta dicũtur notoria, & ꝓbationes paratę offeruntur. ad hoc. ſ. de reſt. ſpo. literas. ff. ad exhi. l. iiij. & alij contradicentes ſimpliciter debere haberi rationẽ numeri. & ſup hoc vide quid dicã. j. e. indemnitatibus. §. j. Declaratũ eſt hodie, ꝙ hic ſimpliciter inſpicitur diſcordia, & j. §. proxi. minoritas, quæ cõſiſtit in facto, nõ in fictiõe vel iuris effectu: vt in cle. e. ti. quid circa.

*Electio mendicãtes an dicatur facta in diſcordia contradicente canonico excõmunicato vel ſuſpenſo.*

Acquiratur.

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Acquiratur.* ergo confirmatio peti non poterit: quæ ius antiquum habet firmare. ſ.de fi.inſtrumen.inter dilectos.
b *Prioris.* ſecũdũ ꝙ in diuerſis ordinibus diuerſa ſunt prẹſidẽtiũ nomina. {Prędicatores habẽt magiſtrũ: minores miniſtrum: eremitæ priorẽ.} Et habes idẽ ĩ.de pac. quia ex eo. Ioan.And.

poterit iteratò [a] conferri. Ceterum ſi promoueri ad ſacerdotium non intendēs, [b] parochialem receperis eccleſiam, vt fructus ex ea per annū percipias, ipſam poſtmodum [c] dimiſſurus:niſi voluntate mutata [d] promotus fueris, [e] teneberis ad reſtitutionē fructuū eorundē:cū eos receperis fraudulenter. † Illum autem qui eam tibi cōtulit,cū te non crederet ad huiuſmodi ordinem promouendum: [f] preter diuinam quam exinde incurrit offenſam, [g] ad ſeruandā indemnem [h] eandem eccleſiam decernimus obligari.

## Idem.

*Abbas exemptus eligitur in epiſcopum: ſed tranſire non poteſt ſine licentia Papæ vel legati de latere.*

### CAPITVLVM XXXVI.

SI abbatem [i] eccleſię Romanæ immediatè ſubiectū, [k] in veſtrum epiſcopum [l] elegiſtis,[m] reprehendi exinde [n] nulla ratione poteſtis: ei tamen ab alio quàm à nobis vel apoſtolicæ ſedis legato,ſi ſit in ꝓuincia [o] de latere [p] † noſtro miſſus, [q] dari non poteſt licentia ſuum deſerendi [r] monaſterium, & ad veſtram eccleſiam tranſeundi. [s]

*Legatus de latere poteſt confirmare electiones epiſcorū exemptorū:reliqui non ſine ſpeciali mandato. Ioan. And.*

Huiuſmodi [t] vero legat⁹ qui maius [u] omnibus poſt Romanū Pontificē in prouincia ſibi decreta imperiū [x] cenſetur habere: [y] archiepiſcoporū,epiſcoporū,& exemptorū electiones poteſt ex officio [z] confirmare. Alij aute legati [a] hoc [b] nequeunt:niſi id eis à ſede ipſa ſpecialiter [a] ſit cōmiſſum [b].

e *Promotus fueris.* ad ſacerdotium intra annum.

f *Promouendum.* in & veritate promotus nō fuiſti:aliàs purgatur vitium in vtroque.

g *Offenſam.* ſic ſupra eo perpetuæ.cū ſuis concordantiis.

Gloſ.ſeq. ponit quæſtionem quam ſoluit.

h *Indemnem.* pone enim illū qui fruct⁹ percepit, nō eſſe ſoluēdo ita q inefficax eſt actio.s.de ſolu.Odoardus. dubitatur in conferente:vt hic vides. Et hic loquitur nō ſolū de obligatione in foro animæ:ſed etiā in foro iudiciali:dūmodo de tali credulitate vel fraude fiat fides:tamē qui fraudem allegat, illā probabit.ff.de proba. quoties.§. qui dolo. & probabitur id per coniecturas.j.tit.proxi.c.ij.

SI abbatem.} Ponit duo dicta principalia.ſecundū ibi,huiuſmodi.Dom.Declarat quæ not Ber ſupra eo.de poſtu. c.vlt.vltra mediū gloſſæ. Compoſt.ibidem in princ. Et ea quæ notant moderni de conſue.cum venerabilis & Gar.ſupra eo.cupientes.§.denique.CASVS.Vacāte eccleſia Pictau. canonici illius eccleſiæ affectantes habere in prælatū abbatem monaſtrij noui Pictauis, vel alium abbatem exemptū & immediate ſubiectum ſedi apoſtolicæ, dubitauerunt an deberent ipſum poſtulare, vel vtrū poſſent illum eligere.ſuper hoc conſuluerunt Romanū Pontificem: qui Papa conſultus reſpondit q licet abbas exemptus non poſsit dimittere ſuum monaſterium ſine licentia Papæ: hoc tamen non obſtante ipſe poteſt eligi in epiſcopum vel aliū prælatū Sed quid,ponamus q in hoc regno eſt legatus de latere,ſcilicet Cardinalis:vtrum poterit confirmare illam electionē?Reſpondet q ſic:ſed alij legati qui non ſunt de latere ſiue Cardinales,non poſſunt confirmare illam electionem,& dare illi abbati electo licentiam vt ſe transferat ad illam eccleſiam in qua fuit electus. No. primò quòd alligatus inferiori dignitati ab epiſcopatu, debet eligi, & non poſtulari. Domi.

Nota ſecundo quòd exemptus & immediate Papæ ſubiectus, non poteſt renunciare beneficio in manibus ordinarij loci.Domi.

Gloſ.ſeq.ſoluit quæſtionem.

i *Abbatem.* idem intelligas de quolibet alio inferiori prælato ab epiſcopo:quia eadem ratio eſt.

k *Subiectum.* quod cognoſci poteſt per decretalē.j.de priuile.ſi Papa. idem de ſubiectis epiſcopo quo ad hoc q eligi poſſunt:ſed ſine licentia epiſcopi non tranſibunt.

l *Epiſcopum.* idem de aliis dignitatibus, puta ad aliam abbatiam. ſupra eodem, capitu. nullus. cum ſimi.& eadem eſt ratio.

Gloſ.ſeq.declarat dubitationis cauſam,& reſpondet.

m *Elegiſtis.* dubitationis fuit cauſa: epiſcopus quia nō habet liberū volatū, ſine licētia Papæ debet poſtulari ad aliū archiepiſcopatū vel epiſcopatum:& ſi eligatur,nō valet electio. Eadē ergo ratio videbatur in abbate immediate Papæ ſubiecto,vt per id deberet poſtulari,nō eligi. Sed illud ſpeciale in epiſcopis.ſupra de renuncia.niſi cū pridē.non enim quicunque habet petere licentiam tranſeundi, poſtulandus eſt:vt probatur ſupra eo.ſi religioſus.& c.null⁹. & in iis quæ notantur ſupra de poſtu.c.vlt.in anti.

n *Exinde.* quia elegiſtis,& non poſtulaſtis.

o *In prouincia.* ſi enim legat⁹ eſſet, ſed nō in illa prouincia: licentiam dare non poteſt. licet.n.quædam poſsit quæ volūtariæ iuriſdictionis ſunt extra prouinciam ſibi decretam eūdo & redeundo:tamen ea quæ cōtētioſæ iuriſdictionis ſunt,non poteſt: vt hic, & ſupra de conſuetu. cum venerabilis. Primum probatur §.de offic. leg. q tranſlationē & ca.penul.& ſupra de ſentēt.excom. ad eminentiam.cum ſi. & quòd dicit, ſit in ꝓuincia miſſus, qđ eſt j.quia licet prouinciam exiuiſſet, dummodo in legatione eſſet: adhuc licētiam dare poteſt. ſupra de offi.leg. nouit. Si autē exiuiſſet prouinciā & legationem,ſecus.& ſic poſſet intelligi hæc litera.ADDITIO.Idē Arch.quia dicit hic q ordinari⁹ prouinciā exiens, habetur pro priuato.ff.de offi.præſi.l.iij.& ideo non habet poteſtatē iudicandi,vel ius dicēdi.ff.de iuriſdi.om.iudi.c.vlt.& ſic ibi ſedere pro tribunali nō poteſt.ix.q.ij. epiſcopū. vbi de hoc. Ioan.And.

*Legat⁹ an poſſit exercere aliquā iuriſdictionem extra prouinciā ſibi decretam.*

*† De tripli ci genere legatorum vide gl in c.1.de offi. leg.& do. meum Brunellū in li. de poteſtate legati. Font.*

p *De latere.* ſcilicet Cardinalis. j.de offi.leg.cap.ij.in fine. vbi dicam de hoc.

q *Miſſus.* ſubaudi vel ab alio qui haberet ſuper hoc ſpeciale mandatum:vt in fine capituli.

r *Deferendi.* ſicut enim inferior non deſerit ſine ſuperioris licentia ſuā eccleſiam.ſupra de renunt.admonet. ſic nec iſte ſine Papæ licentia,vel perſonis eſt ſuperior,vel ſui legati de latere,ſuum monaſterium deſeret.

Gloſ.ſeq. quærit & ſoluit. dicit opi. Hoſti.reprobatam,& Compoſt.approbatam.

ſ *Tranſeundi.* quid ſi abbatia nō ſit exempta, ſed priuilegiū habet q abbas ad epiſcopatum non poſsit aſſumi ſine ſedis apoſtolicæ licentia, ex cauſa forte quia abbates ſe videntes receſſuros,res monaſterij diſpergunt. & habes de hoc priuilegio. xvj.q.j.hinc eſt etiam. Nunquid poterit legatus de latere huic dare licentiam? Satis videtur iſtius decr.arg. quòd ſic:[c] quia poteſt omnia pręter excepta. de offi.lega.q tranſlationem.xvj.q.j.frater.ff.de offi.præfec.præt.l.vnica.ſed ad hoc j.de ver.ſign.c.j.in prin. Vnde nota quòd per hanc decre.reprobata eſt opi.Hoſt. no.ſupra in an de conſue.cū venerabilis.dicebat enim ibi,& de renun. c.vlt.in prin.quòd illi legati habebant ſpecile mandatum transferendi abbates exemptos: aliàs id facere non poſſent [d] per decre. de offic. leg.q tranſlationem. ſed Compoſt.ibi contra, dicens quòd ex generali legatione hoc poterāt:& eius opi. hic reprobatur:vt hic vides.

t *Huiuſmodi* ſumptū ex eo quod no. Gar.ſupra eo.cupientes.circa princ.ſuper verbo,examen.& dic huiuſmodi,ſcilicet de latere.

u *Maius.* vnde minores legati non exequuntur officiū ſuū eo præſente.ſupra de offi.leg.c.volentes.

x *Imperium.* quia ordinarium eſt,nec perit morte mandantis.j.de offi.leg.cap.ij. & in eo pares ſunt conſulibus:vt ibi. Ioan.And.

y *Habere.* ff.de offi.præſi.l.iiij.ff.de offi.proconſul.& ideo.

z *Ex officio.* legationis, quia non requiritur ſpeciale mandatum:& idē dicebamus per decre.ſupra eo.quia diligentia. vbi hoc tenet Compoſt.Item quia non erant hęc ſpecialiter reſeruata.

a *Legati.* ſcilicet non de latere, vel qui dignitatem illā ſibi vendicant eccleſiarū prætextu.de quibus ſupra de offi.lega. c.j & penul.& j.eo.tit.c.j.

b *Hoc.* ſcilicet confirmare epiſcopos,archiepiſcopos,& alios exemptos.

*b Vbi Ber. ſic loquitur quòd reprehendi non poteſt.Cōpoſt. vero ſimpliciter dicebat abbatem exemptū poſtulādum, non exemptū eligendū.Io.An.*

*Abbas debet eligi ad aliam abbatiam.*

*c No. Philip. poſt Archid.quòd appella.ſedis apoſto. venit legatus de latere:niſi apponantur dictiones, tantū,dūtaxat, & ſimiles:aut materia ſoli papæ cōueniret. Font.*

*d Reprobatur à doct. quia legatus poteſt diſpenſare ſup in quæ priuilegio papali permittuntur: licet cōtra priuilegiū ipſum tollendo non poſſet diſpenſare. Font.*

*Specialiter.*



a *Specialiter.* Nota q non tantum valet genus quantū ſpecies.de appel.c.ij.& de hoc de offi.ordi. ſi ſacerdos.ſupra in anti.& xxiij.diſt.quanquam.

b *Commiſſum.* Not.& breuiter quòd ſi exemptus prælatus inferior epiſcopo eligitur ad epiſcopatum,tenet electio,tamen tranſire nō poterit ſine licētia quā dat Papa vel eius legatus de latere.Si canonicus vel alius eligitur in Epiſcopū exemptū,vel archiepiſcopum exemptū, vel ad aliam dignitatem exemptam, legatus de latere confirmat: inferiores legati non ſine mandato ſpeciali. Si autem epiſcopus in epiſcopum vel archiepiſcopum poſtuletur: tunc vt tranſire poſsit, ſpecialis licētia Papæ requiritur: quia caſus ille ſcilicet epiſcoporū tranſlatio,eſt de reſeruatis. ſupra de offic. lega.quòd tranſlationem.& ſic ſanè decretalem iſtam intelligas. vnde non dixit hic quòd legatus admittat poſtulationes : ſed quòd confirmet electiones. Epiſcopi autem non eliguntur:vt prædixi.

*Legatus de latere quos electos confirmare poteſt.*

## Idem.

*Si compromiſſarius non eligit intra tempus iuris: ad proximum ſuperiorem deuoluitur poteſtas prouidendi. Si eligit, ſed indignum, indiſtinctè redit ad compromittentes : niſi id ſcienter ratum habuerint. Idem ſi electus idoneus non conſentit. Si compromiſſarius ſcienter eligit indignum : ipſe ſolus ab Eccleſiaſticis beneficiis trienmo eſt ſuſpenſus, niſi id compromittentes ſcienter ratum habuerint.Et pœna prædicta ſuſpenſionis non habet locū in Epiſcopo compromiſſario , nec in electione inferiorum Epiſcoporum. Et reſtringitur illa pœna ad beneficia quæ obtinet in Eccleſia offenſa.Et idem in beneficiis illius qui deficit in probatione eius quod obiicit in perſonam. Ioan.And.*

### CAPITVLVM XXXVII.

SI cōpromiſſarius [c] in quē defuncto † epiſcopo [d] trāſfertur eligendi [e] poteſtas, negligenter [f] intra tempus [g] à iure ſtatutū [h] eligere prætermittat, ad ſuperiorem [i] proximū poteſtas deuoluitur prouidendi,ſibique cōpromittentes imputent [k], qui in talem [l] poteſtatem huiuſmodi [m] tranſtulerunt [n].

*†No. quòd electio poteſt fieri antequam Epiſcop⁹ tradatur ſepultura: quia hic tantum dicit,defuncto. de quo aliquid ſupra.e. ſi electio.& ca. bona ii.ſupra eod.tit.*

SI compromiſſarius.} Sunt duæ partes. Prima determinat certos caſus dubios circa pœnam priuationis. Secunda ibi,Porrò,alios circa pœnam ſuſpenſionis. Ioānes Andreæ. Poſſet etiam quælibet pars ſubdiuidi,quæ patent. Do. Declarat hæc decret. multa iura & multas opiniones: & maxime ea quæ notant Vin.& Ber.ſupra de conceſ.præben,conſtitutus.in j.gloſſ.& ipſe Ber.ſupra eod.cauſam.& Innocen. & Hoſtien. ſupra eod.ne pro defectu. & Compoſtel.eodem titu.in cauſis.in fine.Ioannes Andreæ.

CASVS.Vacante Eccleſia Pictauenſi,canonici illius Eccleſiæ ad quos ſpectat electio, cōuenientes in vnum tractauerunt de electione futuri prælati poteſtatem eligendi cōpromiſerunt in aliquos compromiſſarios:qui compromiſſarij fuerunt negligētes in electione facienda per tres mēſes: vtrum non ſolum compromiſſarij , ſed etiam ipſi canonici compromittentes ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice? Reſpondet quòd ſic, & ſibi imputent canonici qui deſides tales elegerunt: ideo poteſtas prouidendi illi Eccleſiæ deuoluitur ad proximum ſuperiorem. Sed ponamus quòd compromiſſarij non fuerunt negligentes in electione facienda:ſed tamen in electione deliquerūt,quòd ſcienter elegerunt indignum : puta ſcienter elegerunt aliquem Titium patientem defectum in natalibus : vtrum delictum compromiſſariorum noceat canonicis, hoc eſt quòd canonici ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice, ac ſi ipſi indignum ſcienter elegiſſent? Reſpondet quòd non:imò electio reuertitur ad ipſos canonicos , ita quòd canonici poſſunt alium in ſuum prælatum eligere. & iſtud verum, quòd delictum compromiſſariorum non nocet canonicis:niſi ipſi ſcienter ratam habuerint electionem per compromiſſarios factam:puta quia compromiſſarij retulerunt canonicis quòd Titium in ſuum epiſcopū elegerunt:& canonici ſciētes illum indignum approbauerunt electionem. Certè canonici in hoc caſu ſunt priuati poteſtate eligēdi pro illa vice,ac ſi ſcienter indignum eligiſſent. Sed quid ſanctiſsime pater:cauetur in cap.cum in cunctis.eo tit. in an. q eligētes ſcienter indignum , ſunt ſuſpenſi à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum per triennium. vtrum non ſolū compromiſſarij ſint ſuſpenſi per triennium à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum,ſed etiā ipſi canonici? Reſpō. q non : niſi canonici electionem de indigno factā ſcienter ratificauerint: quia cum ratificatio mandato cōparetur , ipſi canonici ſunt ſuſpenſi per triennium à perceptione fructuū ſuorum beneficiorū que obtinēt in illa eccleſia.ſecus eſt de beneficiis quæ ipſi obtinent in aliis eccleſiis : vt in fi.huius ca.dicitur.Sed quid?ponamus q canonici compromiſerunt in aliquem epiſcopum vel archiepiſcopū: qui epiſcopus vel archiepiſcopus ſcienter eligit indignum: an ipſe eligens ſit ſuſpenſus à perceptione fructuū dignitatis epiſcopalis , vel archiepiſcopalis? Reſpon. q non.nam ca.cū in cunctis.non facit mentionē de dignitate epiſcopali vel archiepiſcopali. modo canones pœnales non comprehendūt epiſcopos vel alios ſuperiores, niſi de eis faciant expreſſam mētionem:& ſic iſte verſiculus, huiuſmodi quoque pœna &c.eſt declaratiuus illius ca.cūm in cunctis. etiam illa pœna ſuſpenſionis à perceptione fructuum beneficiorum per triennium, non habet locum niſi cū peccatur in electione epiſcopi vel ſuperioris: & non intelligitur de electione abbatū, vel aliorū inferiorum. Sed quid ſanctiſsime pater:habuimus in cap.vt circa.quòd ſe opponēs electioni,& obiiciens aliqua cōtra formam electionis, vel perſonā electi,ſi deficiat in probatione illarum quæ oppoſuit in formā electionis,condēnatur ſolum in expēſis. Si vero deficiat in ꝓbatione illorū quæ oppoſuit in perſonā electi,non ſolū condemnatur in expēnſis: ſed etiam ſuſpenditur à perceptione fructuū beneficiorū ſuorū. Vellē informari à vobis de quib⁹ beneficiis intelligitur? Reſpō. quòd intelligitur de illis beneficiis quæ opponens habet in illa Eccleſia cuius voluit impugnare electionem : non autem intelligitur de illis beneficiis quæ obtinet in aliis Eccleſiis.Heli.Reg. Nota optimum textum,quòd ille ad quē deuoluitur ius eligendi, non habet neceſſe eligere: ſed poteſt prouideri.de quo ſupra eodem.ne pro defectu.Dom.

Gloſ.ſeq.ſoluit quæſtionem.

c *Compromiſſarius.* vel cōpromiſſarij,cùm eadē ratio ſit [a] in pluribus: & in vnum,& in plures compromitti poteſt:vt hic,& ſupra eo.cauſam.& in ca. in cauſis. & ca. cùm in iure. cum ſimilibus.

d *Epiſcopo.* idem intelligas quo ad pœnam priuationis de inferioribus dignitatibus,cùm ſemper inferiores locum habeant rationes.

e *Eligendi.* & tunc poterit etiam poſtulare : vt ſupra eod. in cauſis.de renun.poſt tranſlationem.

f *Negligenter.* aliàs non curret tēpus. ſupra de cōceſ.præb. quia diuerſitatem. Quid ſi dolo neglexerit:nunquid habebit locum quod hic dicitur,an quod dicitur j.§.proxi?Puto locum habere quod hic dicitur. ſufficit enim quòd non eligit.ad hoc j.de appel.ab eo. vbi prætermittere facere quod quis debet intra debitum tempus , ſiue dolo ſiue negligentia id faciat,æquiparantur. ad idem de teſti. per tuas. in fi.& ſupra in an.de reſcr.plerunque. ADDITIO.Quidam reſiſtunt huic gloſ.dicentes quòd quia negligentia fraudulosa, fraus & dolus eſt : iudicabitur vt de dolo : & locus erit verſ.ſeq.vt hoc caſu redeat poteſtas ad compromittētes. ſed hoc eſt abſurdum: vt ſtatim ſequitur in gloſ. poterant. Ioannes Andreæ.

g *Tempus.* trium menſium.

h *Statutum.* l. diſtinct. poſtquam. & ſupra eodē. ne pro defectu.

i *Superiorem.* proximum : vel ad capitulum in inferioribus in caſu.de conceſ.præb.ca.ij.ſupra in anti.

k *Imputent.* puniuntur enim ex proprio facto,non ex alieno:quia negligentem elegerunt.ADDITIO.ff.de mino.cū mandato.in fi.gloſ. Ioan.And.

l *In talem.* negligentem ſcilicet.

m *Huiuſmodi.* eligendi Epiſcopum.

Gloſſ.ſeq. primò rationem reddit:notat,& remittit.ſecūdò obiicit,& ſoluit.tertiò quærit,& remittit.

n *Tranſtulerunt.* poterant enim ſibi prouidere ſolicitum eligēdo [b].Itē alio modo,ſ.non dando ei totū tēpus quod habebant.ad hoc de ele.cū in veteri.cum ſi.Et ſic no.q negligētia procuratoris nocet domino.de hoc §. vt lit. nō cōteſt. ca.j.in gloſ.vlt.perdunt enim ius ex quo per ſe vel per alium debito tempore vſi non ſunt. ff.quemad.ſer.amit.l.vſu. Ad hanc primā partē contradicit expreſsè. C. de tempo. appel. authen. ſi tamen. vbi dicitur q ſi in cauſa appellationis eligantur arbitri, nō currit bienniū appellationis proſequēdæ pendente coram arbitris cauſa,etiā ſi mille anni tranſierint: ſed tunc currit cū arbitriū deſertum fuerit.Sol.ibi compromiſſum factū eſt de voluntate pręſcribentis,& eius cui pręſcribitur:hic autē de voluntate eius cui pręſcribitur ſecūdū Inno.qui hoc no.§.e.ne pro defectu.in prin. nec per omnia eſt idē in arbitris cōpromiſſariis , & cōpromiſſariis datis ad eligendum:vt patet ſupra eo. ſicut.& j.de re iud.cū ab vno. Si quæratur an compromittentes hoc mandatum reuocare poſsint: Dic vt not ſupra eo.in cauſis.in antepen.gloſ.

*a Vnde teſtes falſos producens puniuntur ſicut producens teſtem falſum.Philip. facit. l. ex duobus. ff. de hære. inſti. Font.*

*b Qui mandat alteri quod ipſe facere debet, nō excuſatur. text.eſt no. in. l. ſi procuratorem. §. ſi tutor. ff. mandati. Font.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Si verò eligat[a], ſed indignum: tunc ſiue ſcienter id fecerit (cùm dolus ipſius eis qui non ſunt in culpa, non debeat imputari[b] †) ſiue etiam ignoranter[c] (cùm ſuo ſit functus[d] officio) eligendi poteſtas (niſi & ipſi ſcienter[e] electionem talem ratam[f] habuerint[g]) liberè[h] reuertitur ad eoſdem[i]. Idem fit[k] cum eligit[l] idoneum[m]: ſed electus renuit[n] conſentire[o]. Porrò eo caſu, cum ſcilicet indignus eligitur[p] ab eodem: compromittentes (quos illius odio non conuenit[q] prægrauari) nequaquam (niſi ſicut præmittitur[r] ratum habuerint) puniuntur: ſed ipſe (vt pœna ſuum authorem teneat[s]) à beneficiis Eccleſiaſticis[t], triēnio iuxta Lateranenſe concilium[u] ſuſpenditur ipſo iure[x]. Huiuſmodi[y] quoque pœna nec in Epiſcopo, ſi ad eligendum[z] fiat compromiſſarius[a] ſic peccante[b] (cùm de iure[c] nullam ſententiam ſuſpenſionis incurrat niſi de ipſo expreſſa mentio habeatur †) nec in aliorum quàm Epiſcoporum & ſuperiorum ipſorum electionibus, cum peccatur in ipſis, vendicat ſibi locum[d]. Reſtringitur[e] etiā dicta pœna ſolùm ad ea beneficia quæ ſic peccans, in illa obtinet Eccleſia, quam taliter[f] eligendo, ſpecialiter[g] noſcitur offendiſſe[h].

Et idem in illius beneficiis[i] eſt cenſendum, qui alicuius electionem, poſtulationē, aut prouiſionem impugnans, in probatione deficit eius quod obiicit in perſonam[a].

a *Eligat.* intra debitum tempus.

Gloſſæ duæ ſequentes oſtendunt quid approbat, & quid reprobat.

b *Imputari.* in hoc concordabāt ſupradicti doctores in gl. ſuprà in prin. alleg. c.§.e. in cauſis. & Bar. Brixi. in quæſt. venereali quæ incipit, canonici cuiuſdā Eccleſiæ. peccata enim ſuos debent &c. j.§. porrò. cum ſuis concor. excepto Compoſtel. qui tenebat in totū cōtra iſtum §. in decr. ſupra eod. in cauſis. in fi. dicebat. n. in hoc caſu ad ſuperiorē poteſtatē deuolui, cū vice capituli cōpromiſſarij prædicti fungantur.

*† Ratio eſt quia procurator in cōmittēdo domino nō nocet. l. ſi. C. de acqui. poſ. vbi eius delictū concernit proceſſum, & pœnam. de Ancha. Font.*

c *Ignoranter.* hic olim erāt opi. & Ber. tenebat hanc opin. quæ hic approbata eſt. ſupra eo. cauſam. & in prædicta decr. cōſtitutus. ſupra de conceſ. preb. & eadē ratione Hoſti. ibi, & Compoſt. eod. tit. in cauſis. in fi. dicebāt contrariū per decr. §. e. cū terra. quę decre. non ob. & intellige eam vt ibi not. Item illa ratione hoc dicebāt, quia iſti compromiſſarij funguntur vice capituli: ſed capitulum eo caſu iterum poſſet eligere: ergo & iſte compromiſſarius. ſed non eſt verum: vt hic vides. ADDITIO. Et de hoc j. quæſti. vij. per illicitam. Ioan. And.

d *Functus.* ſicut in iudice, ſiue bene, ſiue male ſemel iudicante. ſuprà de offi. deleg. in literis. & cap. venerabili. ff. de re iud. l. iudex. & l. Paulus. cum ſi.

e *Scienter.* bene dicit: quia ſicut à principio ſi ignoranter elegiſſent, non haberet locum pœna concilij, ita nec ſi ignoranter ratificent.

*Ratihabitio mādato comparatur.*

f *Ratam.* trahitur enim ratihabitio retro, & comparatur mandato. ff. de regu. iur. hoc iure. §. dececit. & l. ſemper. §. j. infra de ſententia excommunicationis. cùm quis. & infra de regu. iur. ratihabitionem. cum ſuis concordan. & bene poterant ratam habere: quia ſuo nomine id erat factum: aliàs ſecùs: vt in prædicta decret. cùm quis. j. de regu. iur. ratum quis.

g *Habuerint.* in quo caſu deuoluitur prouiſio ad Papam. §. eo. quanquam.

h *Liberè.* quia habebunt liberum tempus, ac ſi noua eſſet vacatio: vt ſupra eodem. ſi electio. ff. de maio. & obedi. cum olim.

i *Ad eoſdem.* probabamus hoc olim per decr. de renun. poſt tranſlationem. in fi. nam ibi nō valuit electio vel poſtulatio facta per compromiſſarium: & nihilo minus Papa mandat quòd compromittentes eligant.

k *Idem fit.* ſcilicet quòd electio liberè ad eoſdē reuertitur compromittentes.

l *Eligit.* ſcilicet compromiſſarius.

m *Idoneum.* ſupra eo. cum in cunctis.

n *Renuit.* vel poſt conſenſum renunciat: vel diem claudit extremum. ſupra eo. ſi eleelectio.

Gloſ. ſeq. ponit quid approbat, & quid reprobat. ſecundò caſum determinat: & ſubdit duas opiniones.

o *Conſentire.* approbantur hic ſupradictæ gloſſæ Ber. & reprobatur opinio Hoſtien. qui in hoc puncto dicebat contrarium in prædicta decret. cauſam. in fine. ratione per eum in ſuperiori caſu reddita. & quia verba cum effectu ſunt intelligenda. ſuprà de cleric. non reſi. relatum. & capitu. poſtquam. poſſet ergo & ille qui ipſius vicem gerit. xcij. diſtin. capit. primo. cum ſi. ſed hoc eſt falſum propter ſuperiorem rationem: quia functus eſt & cet. Et quod dicit iſte. §. &. §. proxi. quo ad ſecundum caſum, verum intelligas, niſi aliud caueretur in mandato: puta quòd poſſit eligere ſemel & pluries &c. & ita terminauit Bar. Brixi. in quæſtione dominicali ſua quæ incipit, quidam dederunt poteſtatem. vnde dicebat Damaſius ſupra in prædicta decreta. cauſam. vbi electio defertur à iure, poteſt ſæpius fieri & variari: ſed vbi ab homine, vnica electione conſumitur poteſtas. ff. de verbor. obligat. cum qui certarum. §. vlt. non ob. ſecundum eum. ff. de optio. legat. l. ij. vbi electio delata ab homine, vnica electione non conſumitur: quia ibi non fuit exhibita tota familia in qua debebat fieri electio. Diſtinxerunt quidam[a] an detur poteſtas prouidendi, an eligendi: vt in primo caſu iterum poſſit eligere {quia adhuc non eſt prouiſum.} & in ſecundo non. quę diſtinctio ſatis æqua videtur: nec iſta decre. cōtradicit: quia de poteſtate eligendi loquitur: vt patet in ipſius principio.

*a Tanc. & Pe. de ſam. ſupra eod. cauſam. & abbas hoc recitat. §. e. quia propter. Ioan. And.*

p *Eligitur.* ſcienter: quia aliàs pœna ſuſpenſionis locum nō habet.

q *Non conuenit.* 24. queſt. iij. ſi habes. ff. de dolo, & elegāter. C. de inoffic. teſti. ſi quis in ſuo. in fi. Co. de pœnis ſancimus. j. de iniu. & dam. da. & ſi in pignorationes. & j. de reg. iur. non debet. & dic vt ibi.

*† Ratio ſecundū Pet. eſt ī c. quia periculoſū. j. de ſent. excom. & punitur tamen arbitrariè, quia ſecundum gloſ. ſi. ibi vbi pœna ſtatuta in pœnā nō poteſt, illa mutatur in aliam. l. hos accuſare. §. in omnibus. ff. de accu. c. finē litibus. de do. & con. Font.*

r *Præmittitur.* ſuprà §. ſi verò.

ſ *Teneat.* ſupra de iis quæ fi. à maiori parte capi. quæſiuit. cum ſuis concor.

t *Eccleſiaſticis.* quæ in ipſa Eccleſia obtinet, vt ſtatim ſequitur.

u *Concilium.* ſupra eo. cùm in cunctis.

x *Ipſo iure.* approbatur in hoc ca. opi. Ber. & Hoſti. qui hoc not. ſuprà eod. innotuit. {in gloſ. ſicut ergo.} Et opin. Inno. ſuprà eod. cum in cunctis. & reprobatur opinio Tan. quam not. Ber. in decreta innotuit. qui dicebat quòd requirebatur ſententia, per decreta. ſupra eod. quiſquis. ſed non eſt verū: vt hic patet. & decret. illa in alio caſu loquitur. ADDITIO. Scilicet in iis qui eligunt per ſecularis poteſtatis abuſum. Ioan. And.

y *Huiuſmodi.* quod hic dicitur, tenebat Hoſtien. de elect. cùm in cunctis. & ſuprà eodem titulo. cauſam. in fin. & dic huiuſmodi, ſ. pœna ſuſpēſionis per triennium à beneficiis.

z *Ad eligendum.* Epiſcopum vel ſuperiorē, per id quod ſtatim ſequitur.

a *Compromiſſarius.* ſupra eod. cauſam. & idem ſi Epiſcopus eligeret proprio iure: vt quia habet vocem in electione patriarchæ, vel archiepiſcopi, vel alterius epiſcopi: quia eadē eſt ratio.

b *Sic peccante.* ſ. in eligendo ſcienter indignum.

Gloſ. ſeq. recit. per contrarium & ſolutionem.

c *De iure.* j. de ſent. excom. quia periculoſum. No. quia licet hoc teneat Hoſti. in ſupradictis gloſ. & Gar. in decr. cupientes. §. e. §. cęterū. tamē olim dubitabatur, ideo quia decr. illa, quia periculoſum. videtur de ſui mente intelligenda de ſuſpenſionibus ab officio, vel cohærētibus officio: puta ingreſſu Eccleſiæ & ſimilibus: ibi, propter executionem pontificalis officij &c. Sed laudetur Deus & dominus Bonifacius, qui dubitationem illam mihi ſuſtulit per hanc literam. & potuit eſſe ratio: quia ſpiritualia ſine tēporalibus diu eſſe non poſſunt, quæ habent ſe vt connexa. j. q. iij. ſi quis obiecerit. & ca. ſaluator. & eſſet verecundū epiſcopos mēdicare. ſupra de renun. ad ſupplicationem.

*Epiſcopus non incurrit aliquā pœnam ſuſpenſionis etiā à fructibus beneficiorum niſi de ipſo expreſſe caueatur.*

d *Locum.* contra. ſupra eo. quanquam. in fine. ibi ſoluitur.

Gloſ. ſeq. ſignat contrarium & remittit.

e *Reſtringitur.* dicebat Hoſt. in decr. cùm in cunctis ꝙ ſuper hoc puncto neceſſaria erat interpretatio: fouebat tamē contrariam opinionem. {Idem Petrus de ſamp. Ioan. An.} quia indefinitè loquebatur conciliū: & quia conſtitutio illa fauorabilis videbatur eccleſiis. Concordat autem ad hunc. §. ſupra eo. cupientes. §. cæterum. Et not. pœnas reſtringendas. j. de reg. iu. in pœnis. vbi de hoc.

f *Taliter.* ſcilicet ſcienter indignum.

g *Specialiter.* quia & generalem offendit Eccleſiam, quę vna ſola eſt. xxiiij. q. j. loquitur. ADDITIO. vij. quæſt. j. Nouatianus. Ioan. And.

h *Offendiſſe.* quantum in eo fuit: licet conatus non habuerit effectū: non tamen fuit voluntas ſuis terminis cōtenta: & ideo puniendā: de pœnit. diſt. j. ca. cogitatio.

i *Beneficijs.* ſ. quæ in ipſa Eccleſia obtinet: vt hic vides. & ſic declara decret. primam iſtius tit. circa ſi. & ſic aliquis eſt ſuſpenſus à beneficio in vna Eccleſia, non in alia. ſic ſuprà eo. cupientes. §. cæterū. j. de offi. ordi. ſi canonici. & j. de re. eccle. hoc conſultiſſimo. Quid ſi in his caſibus eligens vel opponens nō habet in illa Eccleſia beneficiū? Dic ꝙ pœna extraordinaria punire poterit. ſupra de accuſa. ſuper his. de Iudæ. ad liberādum. C. de ſepul. vio. l. vlt. in ſi. cum ſi. ADDITIO. Idem Io. Mo. alle. ff. de pœn. l. j. ad fin. ff. de in ius vo. l. fin. & facit ſuprà de malè. c. ij. cum concordan. Ioan. And.

*Pœna ineſſicax in aliam conuertitur.*

a *In perſonam.* quia à beneficiis Eccleſiaſticis triennio eſt ſuſpenſus.



Idem.

*Procurator ad appellandum ſecundum formam cap. vt circa. non eſt idoneus, niſi omnia obiecta & forma iuramenti in procuratorio exprimantur. h. d. ſecundum Pan.*

CAPITVLVM XXXVIII.

PRocurator ad appellandum[b] contra electionem, poſtulationem, aut prouiſionem[c] alicuius non aliter idoneus decætero[d] reputetur, quàm ſi omnia quæ in formā[e] obiicere vel perſonas[f], & propter quæ appellare intendit, ſingulariter & clarè[g] in eius procuratorio ſint expreſſa, Habeatque ſpeciale[h] mandatum[i] iurandi corporaliter in eorum animas[k] quorum procurator exiſtit, quòd ipſi credunt expreſſa huiuſmodi vera eſſe, & ſe poſſe[l] probare.

Idem.

*Caſſata confirmatione, vel caſſa nunciata propter defectum iuriſdictionis, vel ſolennitatē omiſſam: non propter hoc electio caſſata dicetur. Ioan. And.*

CAPITVLVM XXXIX.

SI confirmationem electionis[m] propter debitam iuris ſolennitatem[n] in cōfirmatione ipſa omiſſam, vel ex eo quia ipſe qui confirmauit, cōfirmandi non habuit poteſtatem[o], caſſari, ſeu caſſam & irritam nunciari contingat: nō propter hoc[p] præcedens electio (ſi aliàs ſit canonica[q]) intelligitur infirmari[r].

PRocurator. Ponit duo quæ requiruntur in procuratorio ad appellandū in caſu decre. vt circa. Secūdum ibi, habeatque. Dom. CASVS. Habuimus in ca. vt circa. & in cap. cupientes. ſuprà eo. quòd appellās ab electione debet proponere omnes defectus quos ipſe intendit opponere cōtra electionē vel perſonam electi. Ponamus quòd aliquis non eſt ſufficiēs per ſe ipſum: vult conſtituere procuratorem. vtrum procurator generaliter conſtitutus poſſit appellare ab electione, vel ſe electioni opponere, opponendo defectus tam contra formam electionis, quàm perſonam electi? Reſpon. Romanus Pontifex quòd non: ſed debet conſtitui ſpecialiter, ita quòd in inſtrumento procurationis debent inſeri omnes cauſæ & defectus quos ipſe conſtituens intendit proponere contra electum vel electionem. Item debet conſtitui ſpecialiter ad iurandum in animam conſtituentis, quòd credit omnia per ipſum propoſita eſſe vera, & ſe poſſe illa probare: aliàs non admittetur procurator. Nota ex hoc textu argumen. quòd obiiciens contra perſonas eligentium, non dicitur obiicere contra formā. hoc probat tex. hic qui dicit perſonas in plurali numero.

b *Ad appellandum.* extra iudiciū, decr. enim iſta in his caſibus locum habet, in quibus decre. vt circa. ſed decre. illa locum nō habet in appellationibus interpoſitis in iudiciis. j. eo. conſtitutio. ergo nec iſta: licet aliàs dicamus ꝙ procurator eſt qui de mandato domini aliena negotia in iudicio[a] adminiſtrat. ff. de procu. l. j. ſed ad negotia conſtituitur. j. de procu. qui generaliter. & quod dicit ad appellandum, intelligo ad quęcunque etiam inferiorem Papa ſecundū Gar. qui in omnibus appellationibus dixit illam decre. locum habere: licet Guil. contra: vt ibi dixi.

*Procuratoris definitio.*

*a Iſtud nō eſt in text. legū. Ioan. And.*

c *Prouiſionem.* factam, vel etiam faciendam ſi contra certā perſonam appellatur. j. eo. qui contra certam. Idem Archi.

d *Decætero.* extenditur ergo ad futura. ſupra eo. licet. canō.

e *Formam.* ſuprà eo. quia propter.

f *Perſonas.* in plurali dixit: vt comprehenderet electū & eligentes. ſuprà eo. vt circa. Ioan. And. Idem Archi.

g *Singulariter & clarè.* per hoc ſatis reputo ſolutam quæſtionem quam olim formabant Guil. & Gar. in decre. vt circa. ſuprà eo. an ſcilicet ſufficiat opponenti dicere: oppono homicidium, periurium, & ſimoniam. & dico per hanc literam quòd nō. ad quid enim in procuratorio ſic ſingulariter & clarè fieri deberet expreſſio, ſi in appellatione id idē fieri non deberet? & de hoc dixi in ipſa decret. vt circa. in gloſ. quid ergo.

h *Speciale.* Not. quòd non tantum valet genus quo ad ſpeciem, quantum ſpecies. de hoc vide xxiij. diſt. quanquam. & ſuprà de offi. ordi. ſi ſacerdos.

Gloſ. ſeq. recit per quæſtionem & ſolutionem.

i *Mandatum.* non credo[b] quòd in caſu iſto locum habeat decretalis illa. j. de procur. qui ad agendum. qui caſus iſte eſt ſpecialis in quo ſemper requiritur expreſſio. Idem credo in matrimonio contrahendo: vt eod. titu. cap. vlt. facit cle. ij. de procurat.

*b Placet doct. & ratio eſt quia intereſt adverſarij ſic fieri ne dominus poſt. ea dicat ſe non intel-*

Gloſ. ſeq. reddit rationem.

k *Eorum animas.* bene dicit: aliàs enim non prouideretur malitiæ. poſſet enim eſſe quòd procurator credit ea vera eſſe quæ non credit dominus: procurator ergo iurat in animā domini, non in propriam. Super hoc dic vt lxiij. diſtinct. tibi domino. & de iura. calumn. in pertractandis. De ſacramento autem calumniæ dicam. j. de iuramen. calum. ca. ij. ij. reſponſo.

l *Et ſe poſſe.* repete, credunt.

SI cōfirmationem[c]. Non diuiditur. Ioan. And. Et probatur quod hic dicitur. ſuprà de præbē. cùm iamdudum maximè per integram: quia ibi confirmatꝰ fuit electus, & caſſata confirmatio propter iuris ordinem nō ſeruatum: & iterum papa de electione mandat inquiri per decret. ſuprà de re iudic. ad probandum. vbi caſſata eſt cōfirmatio propter defectū iuriſdictionis: & iterum de electione quæritur. ADDITIO. Et eſt huius iuris ratio ſecūdum Io. Mo. quia inſeparabile inutile adiectum, non vitiat quod erat vtile. de hoc j. de reg. iu. vtile. Io. And. CASVS. Dictum fuit in ca. ſi poſtquam. ſupra eo. tit. ꝙ ſi ab electione fuerit appellatum ad Apoſtolicam ſedē: ſuperior immediatus non habet poteſtatem confirmandi electionem pendente appellatione. Et dicitur ꝙ ſi ſuperior electionē ipſam pendente appellatione confirmet, ꝙ non valet confirmatio. Sed nunquid confirmatio ſuperioris facta pendente appellatione præiudicet ipſi electo: ita vt accipiendo cōfirmationem à ſuperiore, perdat ius ſibi quęſitum ex electione? Reſpon. ꝙ non: & ideo poterit petere confirmationem ſuæ electionis à ſuperiore. Nota primò ꝙ electio & confirmatio ſunt partes totaliter ſeparatæ. vide not. per Inno. de reſti. in inte. cap. ij. Nota ſecundò in habentibus cauſam ſeparatam vtile per inutile non vitiari. ad hoc regula, vtile j. de re. iur. Domi.

*c lexiſſe ita, textus eſt in l. qui ita. §. j. ff. ad treb. cle. non poteſt. de procur. Item iſto caſu vertitur periculum. ergo l. is cui bona. ff. de ac qui. hæred. Font.*

*c Secundū doct. iſte tex. habet locum etiā in aliis cōfirmationibus. vide Feli. c. conſtitutus. de reſc. Font.*

m *Electionis.* ſi autem caſſaretur electio: ſeruandū eſt quod dicitur ſupra eo. quanquam. & c. ſi electio.

n *Iuris ſolennitatem.* ſuprà eo. quamuis. & j. eod. prouida. §. verum & j. eo. cap. vlt.

o *Poteſtatem.* puta quia aliàs nō erat iudex: vel legitimè appellatum erat ab ipſo: vel Papa inhibuerat. j. de app. nō ſolū. vel erat excommunicatus publicè iudex. ſuprà de re iud. ad probandum, vel ante cōfirmationem reſeruauerat Papa epiſcopatū. j. e. ſi eo tēpore. vel his ſimilia: & propter hoc non valuit ipſo iure confirmatio.

p *Propter hoc.* propter caſſationem ſcilicet confirmationis.

q *Canonica.* ex perſonis & forma ſupra eo. quia propter. & cap. cùm in cunctis.

Gloſ ſeq. notat, quærit, & ſoluit.

r *Infirmari.* imò iterum petitur eiuſdem electionis confirmatio corā debito iudice: & ſeruabitur debitus ordo. Et ſic no. ex hac decr. ꝙ principale nō ſequitur naturā acceſſorij: licet acceſſoriū ſequatur principalis naturā. j. de offi. deleg. ſi ſuper gratia. & de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concor. Sed quid dices, prout apparet ex decre. ſi iudex caſſat cōfirmationem vitio electionis? Clarum eſt, ſi propter ſolennitatem omiſſam. & hoc eſt clarū: vt hic. quid in dubio? Satis videtur dicendum inſpici debere quid opponebatur: & ſi contra electionem erant obiecta, dicatur facta caſſatio vitio electionis. ſi de ſolennitate omiſſa: tunc locū habet hæc decre. in dubio dicatur vitio ſolennitatis facta caſſatio confirmationis. ad hoc. ff. de ſuſpec. tuto. hæc enim. §. j. & facit quod ibi no. ad idē. ff. de excep. rei iudi. ſi ex teſtamento. ff. de pœnis, ſi præſes. & j. de re. iur. in pœnis. & facit quod no. l. diſt. c. j. & de cōſt. ex literis. §. in ant. Conſultò tamē facit iudex, ſi decernit ad inſtar eius qui remittitur de exercitu. ff. de iis qui no. infa. l. j. & ij. & facit ad hoc quod no. moder. ſupra eo. ſuper eo. & hæc vera dicuntur, cum iudex caſſat confirmationem tantùm. ſecus ſi confirmationem & electionē: quia tunc non eſt dubitabilis hæc quæſtio. Ioan. And.

*Caſſatio confirmationis an inducat caſſationem electionis ſi de cauſa caſſationis non appares.*

QVia ſæpe. Primò narrat factum reprobū. Secundò motiuum exprimens, illud punit: ibi, Nos ipſorū. Tertiò tollit obſtantiam: ibi, Non obſtantibus. Ioan. And.

Aduerte

Universidad de Deusto Biblioteca



Aduerte quòd decret. iſta non principaliter facit ad titulum [a]. ſed quia vacante eccleſia, cũ imminet electio facieda: ſi canonici videant bona vacantis dignitatis ſibi deberi: difficultates ingerunt, & tardius eligunt, ideo hic prouidit:& ſic etiã electioni faciendæ prouidit.idem dico de decr.ſ.eo, ſciant & c. generali, & facit ſupra eo.vbi periculũ. §. ꝓuiſionis.Io.An. CASVS. Certũ eſt ꝙ vacante ſede epiſcopali capitulũ ſuccedit, ita ꝙ poteſt exercere per ſe illa quæ ſunt iuriſdictionis, & ea quæ ſunt ordinis facere exerceri per epiſcopũ. Sed quid de bonis dimiſsis per prælatũ:quia ponamus, prælatus defunctus plura bona dimiſit: vel aliqua bona obuenerunt tẽpore vacationis : vtrũ ſit ꝑmiſſum capitulo illa bona ſibi appropriare:& canonicis inter ſe diuidere? Reſpõ. quòd non : imò illa bona debẽt reſeruari futuro ſucceſſori: vel cõuerti in vtilitatẽ eccleſiæ.Quod ſi contrarium fecerint:puniuntur pœnis hic contentis. & quod hic dicitur de eccleſia cathedrali: idem dicendũ eſt de eccleſiis collegiatis vel regularib[9]. Not. quòd lex tollẽs ſtatuta, nõ tollit pacta vel priuilegia: niſi de eis faceret mentionem.de quo ſ.eo.lib.de conſtit.ca.j.Domi.

*a Quia ad nullum de his partibus quas diſtinxi ſuper rubrica de elect.ſupra Ioan. And.*

*† No. quòd iura debent adaptari in quæ ſæpe contingunt. vide gloſ.de deſpon.impu. literas.*

*† Quomodo puniantur collegia, vide Bar.in.l. aut factæ. ff.de pœn. c.ſi ciuitas. de ſen.exc. de Anch. Font.*

## Idem.

*Si vacante cathedrali,regulari vel collegiata eccleſia,ſingulares perſonæ capituli vel conuentus occupant bona à prælato dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia , donec plene reſtituant , ab officio & quibuſcunque beneficiis ſunt ſuſpenſi:non obſtantibus priuilegiis,ſtatutis, & cõſuetudinibus quacunque firmitate vallatis.*

### CAPITVLVM XL.

QVia ſępe [a] † contingit ꝙ cathedralibus & regularibus ac collegiatis [b] eccleſiis vacantibus [c], capitula, conuentus, collegia, † & ſingulares earundẽ [d] perſonæ bona à prælatis ipſarum dimiſſa [e], vel vacationis tempore obuenientia,quæ in vtilitatem dictarum eccleſiarum expendi [f], vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſeruari [g],occupant,inter ſe diuidunt,ſurripiunt, dilapidãt,diſſipant,& conſumunt in earũ [h] graue diſpendium & iacturã: Nos ipſorum auſus reprimere, ac eccleſiarum indemnitatibus præcauere volentes, decernimus vt ij qui præmiſſa decætero præſumpſerint, eo ipſo ſint & tandiu maneant [i] ab officio [k] & beneficiis [l] quibuſcunque ſuſpenſi , donec [m] plene [n] reſtituerit [o] quidquid de bonis perceperint ſupradictis : Non obſtantibus quibuſlibet priuilegiis vel indulgentiis,aut contrariis conſuetudinibus [p], conſtitutionibus vel ſtatutis,iuramento, confirmatione ſedis apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate [q] vallatis: quæ omnia [r] quo ad hoc authoritate apoſtolica reuocamus,caſſamus,& irritamus: ac nullius deinceps volumus eſſe firmitatis.

a *Sæpe.* debuit igitur ius ſuper hoc prodire. ff. de legi.nam ad ea.j.de reſtit.ſpol.frequens. cum ſi. & eſt ſimile. infra de præben.quia ſępe:& de hoc ſupra de deſpon.impub.literas. in gloſ.pen.

b *Collegiatis.* in aliis non habet locũ hęc decr. ſed illa j.de offi.ordi.præſenti. & quæ dicũtur eccleſiæ collegiatæ,dixi ſupra eo.ſtatutum.

c *Vacantibus.* principali prælato per cuius mortem dicuntur viduatæ.ſupra eo.ne pro defectu.& c.quia propter.

d *Earundem.* Not. quòd ad extraneos & qui nõ ſunt de collegio,non extenditur hæc conſtitutio:vt hic vides.

e *Dimiſſa.* de quibus an teſtari potuiſſent, dicam j.de offi. ordina.præſenti.

f *Expendi.* vt ſ.e.cupientes.& de offi.or.præſenti. §.porro.

Gloſ.ſeq. in prin.recit.per quæſt. quam ſoluit & remittit. ſecundo quærit,ſoluit,& ſolutionem reprobat.

g *Reſeruari.* lxxv.di.quoniã quidã.xij.q.ij. nõ licet. & c.illud. Et fiet hęc reſeruatio p œconomũ ſi eũ habeat,vt in ꝑdictis iurib[9]:vel p viſitatorẽ vel adminiſtrationẽ eccleſiæ,ſi quẽ habet.j.e.is cui.& de ſup.negl.prel.eccleſiæ.& ſup hoc adde quod no.Io.in ꝑdicto.c.illud.xij.q.ij. Sed pone,vacãte ſede certũ eſt ꝙ capitulũ ſuccedit in iuriſdictionẽ ſ. de maio.& obe.cũ olim.& j.e.ti.c.vnico.& de inſti. c.ij. niſi eſſet viſitator dat[9] à papa.j.e.is cui. ratiõe iſtius iuriſdictiõis aliqua ꝑueniũt:puta ex cõdẽnatione,vel ſigillo,vel huiuſmodi:nũquid in his locũ habet decr? puto ꝙ nõ: qa ex quo cõpetit eis iuriſdictio:ergo & oĩs iuriſdictiõis fruct[9] qui acceſſorius eſt.de re.iu.acceſſoriũ. cũ ſuis cõcor. & hoc forte voluit dicere illud relatiuũ,quę [b] in vtilitatẽ &c.Arc.cõtra.{Et Io.Mo.in addi.cũ capitulũ.vt adminiſtrator legitim[9] alieno noĩe adminiſtret ꝙ ſi ſuo facere vellet:malæ fidei poſſeſſor eſſet,qui nõ ꝑſcribit.j.de re.iu.poſſeſſor.Io.An.} qđ eſt hodie approbatũ per cle.e.ti.ſtatutũ.& ibi vide in gl.hic patet.

*Capitulum ſede vacãte non lucratur emolumenta ratione iuriſdictionis obuenientia.*

*b Glo.vult ſecundum Dom.Phil. quòd iſtud relatiuũ ponatur hic reſtrictiue,vt de gl.in re. contractus j.de regu. iur.Fon.*

h *Earũ.* eccleſiarũ cathedraliũ, regulariũ,& collegiatarũ.

i *Maneant.* quia non dimittitur peccatũ,niſi reſtituatur ablatum.j.de regu.iu.peccatum.cum ſuis concor.

k *Officio.* prouidebitur autem quòd de ipſorum fructibus officietur eccleſia ſupra eo.ti.& lib.cũ ex eo.§.porro.& ſupra de appel.peruenit.Io.An.Idem Io.Mon.

A Gloſ.ſeq.alle.duo iura diuerſa. de diuerſitatis ratiõe quærit:ſoluit,& ſolutionem iuſtificat.

l *Beneficiis quibuſcunq.* aliud in caſu.ſ.e.cupiẽtes. §.cæterũ. & ſupra eo.ſi cõpromiſſarius. §.penul.& vlt.Si quęratur quę eſt ratio quare ibi ſolũ à beneficiis ipſius eccleſię ſuſpenſus eſt, hic verò ab omnibus quæ etiã extra illã eccleſiam habet? Breuis eſt ſolutio.quia hic ab officio ſuſpenſus eſt.ibi verò non.cum ergo ab officio ſuſpenſus ſit:& ab omnib[9] beneficiis dicitur eſſe ſuſpenſus.lxxxj.diſ. cos.de cler.ex.mini. latores. & grauior pœna bene debuit hic apponi , cũ poſſit ſtatim ſibi prouidere reſtituẽdo : ibi ſuſpẽſus eſt vſq; ad triennium. ADDITIO. Si quæratur quare grauiori pœna puniuntur violãs hoc. c. ꝙ̃. c.cupientes.§.cæterũ. ſ.e. Reſpõdetur ꝙ hoc eſt propter latrocinium, ſecundũ Arch. q alle.lxxxvij. di.irreligioſũ. xxiij. q.iij. iuſtum. xxv.q. j.violatores. ff.de incen.rui.nau. l. iij. §. ſenat[9]. Io.Mo. dicit ꝙ hic peccat vt iudex, vel adminiſtrator legitim[9]: ibi peccat vt priuat[9]. Ioan. And.

*Suſpenſus ab officio, eſt ſuſpenſus ab omnibus beneficiis.*

m *Donec.* ipſis igitur reſtituẽtibus ipſo iure ſine alia ſententia reſtituti erũt: vt no.Io.And.lxxxj.diſ.ſi qui.ij.xvij.q.iiij. ſi quis deinceps. & Ber.ſupra de mat.contra interdic.eccle.de muliere.

B

## Idem.

*Decretalis,vt circa,ſolum in extraiudicialibus appellationibus locum habet : in iudicialibus autem antiqua iura ſeruanda ſunt.hoc dicit.Io.And.*

### CAPITVLVM XLI.

COnſtitutio [s] felicis recordatiõis Greg. papæ prædeceſſoris noſtri edita in cõcilio Lugdun.formã exprimens ſecundũ quã ab iis qui in electionibus, poſtulationib[9],aut

C

n *Plene.* etiam vſque ad ouum.iij.q.j.redintegranda.

o *Reſtituerint.* nõ credo hic cautionẽ ſufficere. [c] iã enĩ hoc fuiſſet expreſſũ: ſicut. j. de vſu.c.ij.ad hoc.ſ.de deci.ad audiẽtiã. Sic etiã excõmunicato pro manifeſta offenſa vel cõtumacia,nõ ſufficit cauere.j.de ſent.excom. venerabilibus.

p *Conſuetudinibus.* multũ vigebãt hæ conſuetudines in partibus Gallicanis. {Memor ſum ante hanc decr.illarũ partiũ ſocios habuiſſe , qui dicebant canonicatuũ ſuorum reditus triplicari cum vacabant ipſorũ eccleſiæ.} Et per hanc decr. & ſupra eo.cum non deceat potes exemplificare id quod dicitur ſupra eo.lib.de conſti.c.j.vt ibi dixi.Ioan.And.

*c Nec poſſet ſecundũ Arch. prælatus remittere.Itẽ iſta pœna eſt iuris, quæ nõ tollitur niſi per imponẽtem. Dom. Font.*

q *Firmitate.* puta confirmatione inferioris à papa,vel appoſitione pœnæ, vel his ſimilibus.

r *Quæ omnia.* indulgentias,priuilegia,vel ſtatuta in aliis autem eccleſiis non ſunt reuocata prædicta.ſeruari tamen debet quod dicitur j.de offi.ordi.pręſenti.§.porrò.& ideo ſtatim ſequitur,quo ad hoc.

*d Notant Do.Philip. quòd lex exorbitans non extenditur ad incluſa ſub ratione in.L. expreſſa: ſed ad comprehẽſa ſub verbis. de Ancha.alleg.Bart.in l.ſi res. ff. de ap.re. Font.*

D COnſtitutio.} Sunt duæ partes.Secũda ibi,quãdo vero ibi ponit ſecus in iudicialibus: & cauſam reddit ibi, cũ per eam.Ioan.And. Habuit ortũ hæc decr.ex iis quæ no.Guil.ſ. e.vt circa.in gl.no.ergo.& Gar.ibidẽ in gl.ſed nunquid.vbi dicebãt contrariũ eius quod hic dicitur,ſ. ꝙ vtrobiq; decre. illa locum habeat.allegebãt decr.ſ.e. quãuis. & generalẽ rationẽ [d] decre.ſ.vt via malitiis præcludatur. ſed magis habemus parata remedia in iudicio ꝙ̃ extra iudiciũ. [e] Et ideo maior fuit extra iudiciũ adhibenda cautela.& decre.quãuis in alio caſu loquitur. Io.An.CASVS.Dictũ fuit in c.vt circa.alle. ꝙ appellans in cauſa electionis debet in appellatiõe ſua inſerere omnia quæ intẽdit obiicere tã cõtra formã electiõis, ꝙ̃ perſonã electi: & iurare ſe credere oĩa eſſe vera,& illa poſſe ꝓbare.ſed vtrũ illud ſit verũ indiſtinctè etiã ſiue quis appellet in iudicio,ſiue extra iudiciũ? Reſpõ.ꝙ nõ:ſed tũc demũ habet locũ illud capitulũ,cũ quis appellat extra iudiciũ. Si autẽ appelletur in iudicio in cauſa electionis,debent obſeruari iura antiqua.Nam nos non debemus iura antiqua dicere correcta: niſi expreſſe in nouis iuribus correcta inueniantur.ca.cum expediat.ſupra.e.l.præcipimus. C.de appel.

*e Simile.j. de ſent.excom. ſolet. in fi. & qđ no.in.c. vno.de ſchiſma.in glo. Ioan.And.*

ſ *Conſtitutio.* ſ.eo.vt circa.aliàs conſtitutio:aliàs cõſtitutũ.

Negotiis.



a *Negotiis.* electionum,poſtulationum,aut prouiſionum.

b *Anteriora.* ſupra de appel.vt debitus.& j.de appel. cordi. & ſupra eo.c.j.cum mille ſi. ADDITIO.Hoc intendit,ꝙ ſi in iudicio appellatur ab interlocutoria, exprimatur grauamen.ſi à definitiua,ſufficit dicere, appello ab iniqua ſententia:vt ibi. Ioan.And.

c *Cum per eam.* cõſtitutionẽ,vt circa.

d *Immutata.* nota correctionem iuriũ euitandã. ſupra eod. cum expediat. cum ſuis concor.

IS cui.} Primò tractat de iis quæ ſũt iuriſdictionis.Secũdò de iis quæ ſunt ordinis:ibi,illa quippe. Pro intellectu huius capituli præſupponẽdum eſt ꝙ electus in epiſcopũ, poſt confirmationẽ poteſt exercere illa quę ſunt iuriſdictionis,vt in ca.tranſmiſſam.eo.tit in ant. ſicut ſunt excommunicare,iudicare,corrigere &c. Illa verò quæ ſunt ordinis,non poteſt exercere,niſi poſt cõſecrationem.in ca quòd ſicut. §.pręterea.eod.titu. in anti. CASVS. Vacante eccleſia Pict.priuſquam canonici conueniſſent in vnum ſuper electione futuri præſati,peruenit ad notitiã papæ quòd illa eccleſia erat viduata paſtore: qui volens ipſi eccleſiæ prouidere, quendam Titium non epiſcopum conſtituit procuratorem & adminiſtrationem illius eccleſiæ Pict. cum libera & plena adminiſtratione in ſpiritualibus & temporalibus abſque aliter ſpecificando.quæritur vtrũ iſte Titius deputatus à ſede apoſtolica cum plena & libera adminiſtratione,poſsit exercere omnia illa quæ poſſet facere epiſcopus: Reſpondet quòd non.ſed iſte poterit expedire omnia illa quæ facere poſſet electus poſt confirmationem ſuæ electionis . ita quòd ſicut electus poteſt per ſe exercere illa quæ ſunt iuriſdictionis,& illa quæ ſunt ordinis,facere exerceri per epiſcopum, ſimiliter eſt dicendum de iſto adminiſtratore.fallit ſi iſte adminiſtrator vellet alienare res immobiles ipſius epiſcopatus: ſed bona mobilia etiã pretioſa poterit ipſe licetè alienare.Sed quid ſi iſte adminiſtrator ſit epiſcopus: nũquid per ſe poterit exercere etiam ea quæ ſunt ordinis? Reſpon. Rom.pont quòd ſic.

prouiſionibus ſe opponunt , debeat appellari : locum ſibi non vendicat, niſi ſolum cum in eis extra iudicium appellatur. Quando verò in iudiciis in huiuſmodi negotiis [a] appellari contingit : anteriora [b] iura ( cum per eam [c] immutata [d] non fuerint ) obſeruari oportet.

## Idem.

*Habens plenam adminiſtrationem cathedralis eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus : iuriſdictionalia exercere poteſt,ſacramentalia non, niſi epiſcopus fuerit.hoc dicit.Dom.*

### CAPITVLVM XLII.

Gloſ.ſeq.alleg.duas glo.contrarias: & quo ad cẽrtũ caſum non curat.

e *Et liberæ.* not. argu. quòd prælatus habet liberam & generalem adminiſtrationem. & hoc not. Ioannes Andreæ.v. quæſtione tertia, capitulo vltimo in fin.mag.gloſ.alibi not. contrarium xij.quæſt j.cap. vlt. pro prima parte facit vij.q. j.ca.j.xvj.q.j.& temporis.xxj.quæſt.j.relatio.& ſupra eod.in anti.cum nobis olim.in fine.Siue dicatur habere liberam & generalem,ſiue generalem & non liberam,ſiue econuerſo, donare non poteſt,niſi habeat cõſuetudo,& modica.de dona.cæterum.

*Prælatus an habeat liberã adminiſtrationem.*

Gloſſ.ſeq.reci.per quæſtionem.

f *Spiritualibus.* poſſunt igitur dare literas commendatitias ad ordines j.de tempo.ordi. cũ nullus. §.pen.& puto quòd iſte adminiſtrator diſpenſationem decre.cum ex eo.ſ.eo.tit. & lib.facere poſsit per hanc decre. ADDITIO.Idem Arch. alleg. C.de offi.eius qui vi.ali. iudi.ob.l.j.& ij.&.ff.de tutelis.l.quæſitum.Ioan And.

g *Soli.* præterquam in caſu.j.de ſupp.neg. prælat.eccleſiæ cathedrali.

Gloſ.ſeq.reci.per quæſtionem & ſolutionem.

h *Immobilium.* puto quòd mobilia etiam pretioſa poſsit in caſu licito alienare [a]. De iis enim quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt,non eſt dubium.C.de admi.tut.lex quæ.ſi voluiſſet papa quòd alia mobilia alienare non poſſet, hic generaliter locutus fuiſſet:ſicut fecit ſupra eodem titu.in anti.nihil eſt. in fine.& ſupra de accuſat.capi.vlt. infra capit.proximo.§.ſi vero.Aliquid enim debent verba operari. infra de priuileg. ſi papa.primo reſpon.in fin. & ſupra de deci.ad audientiam. Cod. de codic. ſi idem. ad hoc verbum iſtud quod infra ſequitur,duntaxat. Et ſic not.ex hac decret.& ex prædicta decret.nihil eſt.& j.ca.proxi. adminiſtratorem eccleſiæ vacantis,ſiue ſit datus à iure ſiue ab homine , immobilia alienare non poſſe.

*a Idem de Anch. Do. Phil.l.lex quæ tutores.Co.de admi. tut. gl.ſi.in c.j. de cle.ægr. procedunt vbi vniuerſalis prohibetur alienatio.Fõt.*

Gloſ.ſeq primò remittit. ſecundo quærit, & ponit opini. Compoſt.

i *Confirmatus.* quæ ſint iſta:vide no. ſupra eo.tranſmiſſam,

A Dubitari ſolet an iſtius adminiſtratoris officiũ expiret mortuo papa.& dixit Compoſt ſupra eo. cum nobis olim. ad ſi. ꝙ non expirat.ordinariam enim poteſtatẽ habet. ad hoc. ff. de iuriſd.omn.iud.l.& quia.& j.de offi.leg.c.ij.Not.etiã ibi quòd eo ipſo quòd papa dat adminiſtratorem vel viſitatorẽ eccleſiæ cathedrali: ſi poſtea canonici etiam ignoranter eligant epiſcopũ, nõ tenet electio : quaſi papa dando viſitatorem, ad ſe prouiſionem reuocauerit. & ſic dicit pronunciatum in curia: ſed nõ bene probatur iure. ADDITIO.Alleg. tamen ibi de ap. vt noſtrũ. ff. de acqui. poſ. qui abſenti. j.de conceſ. præbẽ. quia cunctis.Ioan.And.

*Viſitator eccleſiæ cathedrali datus, per mortẽ Papæ non eſt reuocatus.*

IS cui procuratio ſeu adminiſtratio cathedralis eccleſiæ plena & libera [e] in ſpiritualibus [f] & temporalibus à ſede apoſtolica(cui ſoli [g] † hoc cõpetit)eſt commiſſa:poteſt (alienatione bonorum immobilium [h] duntaxat excepta ) omnia quæ iuriſdictionis epiſcopalis exiſtunt,& quę poteſt electus exequi confirmatus [i] , liberè exercere. Illa quippe quæ miniſterium cõſecrationis expoſcunt:niſi fuerit epiſcopus, per alios faciat epiſcopos expediri [k] .

B

k *Expediri.* concordat.vij. q. j. pontifices . & ſic mãdat qđ per ſe non poteſt. quod dic vt ſupra.e. in an.ſuffraganeis. & ſ.de tranſl.ca.j.

*† Not.ſolũ Papam dare adminiſtratorem eccleſiæ vacanti cathedrali,alios caſus Papæ reſeruatos vide p glo. ſ.de offi.lega. ꝙ trãſlationem. Dom.*

INdemnitatibus. Diuido decretalem in ſeptem partes. [b] In prima ponitur conſtitutionis cauſa; & conſtitutio circa perſonas eligentes & eligendas in monaſteriis monialium. In ſecunda ibi, ſane. ponit quid iuris cum in ipſis monaſteriis plures fuerint electæ in diſcordia per formam ſcrutinij. In tertia quæ incipit ibi,cæterum,ponit quid iuris cum electæ per formam compromiſsi aliqua pars ſe opponit.

In quarta ibi, porro. declarat an decretalis, vt circa.& decretal. cupientes. ſupra eodem titulo habeant locum in cauſis ipſarum electionum. In quinta ibi, poſtremo. excommunicat aduocatos & alios vocatos pro dictis electionibus , qui diſcordiam ſeminauerint, vel exortam nutriuerint. In ſexta ibi,ſupradicta. fit ampliatio conſtitutionis ad canonicas non profeſſas,& quæ habent proprium. In ſeptima ibi,ad hoc. fit quædam proteſtatio, & antiquorum iuriũ ſaluatio.

*b Idem Io. Mo.aliqui diuidunt in 8.faciendo duas partes de prima.aliqui in duas:& ſecundam in ſeptem. Poſſet etiã diuidi in tres.in cõſtitutionis cauſam,cõſtitutionẽ, & cõſtitutionis declarationẽ: & ſecũda tunc ſubdiuidetur in ſex vel in quinque. Ioan.And.*

C

Iſtud capitulũ gratia breuitatis legitur vſque ad finem ipſius.Primò pro intellectũ eius pręſupponendũ eſt quod habetur in.c.quia propter.eo.tit in an.videlicet quòd circa electiones celebrandas,ſiue ſint electiones virorum , ſiue mulierum,proceditur vna de tribus viis. Aliquando enim proceditur per viam ſpirituſſancti:quando eligentes eligunt aliquem nullo inter ſe habito tractatu . Aliquando proceditur per viam ſcrutinij:& iſta eſt difficilior. de qua vide in capit. perpetuo.eod.tit.& lib.Aliquando proceditur per viã compromiſsi: quãdo eligentes videntes ſe in diſcordia,transferunt poteſtatem in aliquos . CASVS. Vacante monaſterio ſanctæ crucis Pictauen. in quo erant aliquæ moniales tacite profeſſæ, puta per delationẽ habitus profeſſarum , vel cum ſtant in religione poſt annũ probationis , aliæ erãt expreſſe profeſſæ: & etiam erant aliquæ impuberes minores.xij.annorum.quæritur,quæ moniales habeant vocẽ electiuã:hoc eſt, quæ moniales ſunt vocandæ ad electionem faciendam? Reſpon. ꝙ impuberes , item non profeſſæ non ſunt admittendæ ad electionẽ: ſed ſi fuerint profeſſæ, admittuntur:& habent vocẽ electiuam:& tunc in iſto caſu ſufficit tacita ꝓfeſsio.Sed quid de electione paſsiua? Reſpon.ꝙ antequam aliqua monialis poſsit eligi in abbatiſſam vel prioriſſam,requiritur ꝙ ipſa fuerit expreſſe profeſſa : & inſuper requiritur ꝙ ipſa compleuerit xxx.annos:& attigerit xxxj.Or ſanctiſsime pater,ponamus eodem themate retento , quòd vacante monaſterio ſanctæ crucis, moniales ipſius monaſterij ad quas ſpectat electio,conuenerunt in vnum tractaturæ de electione futuræ prioriſſæ: & inter ſe ordinauerunt ꝙ ipſæ procederent per viam ſcrutinij . quæritur quæ debeant ſeruari in electione iſta : & etiam in cõfirmatione quid debeat obſeruare ſuperior confirmans? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione:aut electio fuit facta in diſcordia:nã cum eſſent xviij.moniales.xij.quandam Ludouicam elegerunt:aliæ ſex quandam Catherinam. ſex ſe oppoſuerunt electioni de Ludouica factæ: vel appellauerunt dicendo quòd electa à xij.erat minus idonea:vel ꝙ eligentes proceſſerant affectione carnali.an tunc iſtæ ſint admittendę vel nõ ad ꝓponendum iſta,& ſe opponendum vel appellandũ? Reſpon, quòd non:imò ſuperior puta epiſcopus Pictau.non obſtante oppoſitione vel appellatione iſtarum ſex, debet iſtam electionẽ à duodecim factã cõfirmare : & electę munus benedictionis impẽdere: veruntamẽ ſuperior cõfirmans poterit

*Caſus literalis Domini Helię.*

D

& debebit

Universidad de Deusto Biblioteca



& debebit ex officio ſuo inquirere circa defectus electionis vel perſonæ electę. nam ſi electum à duodecim inuenerit indignam (forte quia eſſet illegitime nata) nõ teneretur, imò non deberet electionem ipſam confirmare. Sed quid ſi cum eſſent. xviij. moniales, nouem elegerunt vnam, aliæ nouem aliã: poſtea publicato ſcrutinio aliquę puta tres pœnitentia ductæ antequam ſe diuerterẽt ad alios actus, conſenſerunt in aliam: vtrum electio illius ſit confirmanda nõ obſtante oppoſitione vel appellatione alterius partis: ac ſi ab initio duodecim illã elegiſſent? Reſpondet quòd ſic: dũ tamen non interuenerit prauitas ſimoniaca. Sed quid ſi talis monialis electa patiatur aliquem defectũ: nunquid poſt confirmationem & benedictionẽ ſi ſit abbatiſſa, poterit apud ſuperiorem accuſari vel denunciari? Reſpondet quòd ſic. Sed quid, ponamus ꝙ aliqua monialis fuit electa nõ à maiori parte in duplo, ſed tamen à maiori parte: quia cum eſſent. xviij. moniales in dicto monaſterio, decem illam elegerunt in abbatiſſam ſuam: cui electioni aliæ octo, vel aliquę earum ſe oppoſuerunt vel appellauerunt: vtrum ſint admittendæ ad hoc quòd poſsit differri cõfirmatio electionis? Reſpondet quòd ſic. veruntamen pendente cauſa appellationis ipſa electa adminiſtrabit in ſpiritualibus & temporalibus. Et iſtud eſt ſpeciale in electione monialium, vt ipſæ adminiſtrent antequam confirmentur ſuæ electiones: tamē ipſa electa non poterit aliquid alienare de bonis ipſius monaſterij: Quid ſi aliqua fuit electa à minori parte: an valeat talis electio? Reſpondet quòd nõ. Sed ſanctiſsime parce, ponamus quòd moniales nolunt procedere per viam ſcrutinij ad electionem: ſed per viam compromiſsi. quia cũ viderent ſe in diſcordia, cõpromiſerunt in aliquas moniales quæ haberent poteſtatem eligendi vice & nomine aliarũ: iſtæ cõpromiſſariæ eligunt aliquã monialẽ: tamen minor pars conuentus ſe oppoſuit vel appellauit: an ſit admittẽda? Reſpon. quòd non: imò ſtatim ſit confirmatio, contradictione vel appellatione ipſius minoris partis non obſtante: ſed poſt poſſeſsionem adeptam & confirmationẽ admittetur accuſatio vel denũciatio. Sed quid ſi maior pars cõuentus ſe opponit illi electioni factę per cõpromiſſarias: vtrũ poſsit? Reſpondet ꝙ ſic, & differtur confirmatio: ſed tamen pendẽte appellatione, oppoſitione electa adminiſtrabit in ſpiritualibus & temporalibus. & hæc ſunt vera, dum tamen pars quæ opponit, vel appellat, nõ ſit maior pars in duplo totius cõuentus: quia tunc electa non adminiſtraret, niſi finita cauſa appellationis vel oppoſitionis. Põſt Rom. pont. oſtendit vtrum ca. vt circa. & c. cupiẽtes. e. ti. & li. ſupra habeãt locũ in electionibus monialiũ. Conſequenter excõmunicat aduocatos & alios vocatos in electionibus ipſarũ monialium, qui vocati ſeminauerint diſcordiã inter ipſas moniales: vel etiã qui inter ipſas nutriuerint diſcordiã. Conſequenter in fin. ca. facit quandam proteſtationẽ, quòd cũ in hoc caſu contineantur multa ſpecialia quæ videntur diſcrepare à regulis iuris cõmunis, quia electiones monialiũ confirmãtur non obſtante oppoſitione vel appellatione: itẽ ſecũdò, quia monialis electa miniſtrat ante confirmationẽ, & in multis aliis, vt poteſt videri per diſcurſũ huius cõſtitutionis: per hoc tamẽ Rom. pont. nõ intẽdit ponere aliquas ſpecialitates in monaſteriis virorũ circa electiones de prælatis ſuis faciendas: ſed vult iura antiqua circa eas diſponentia obſeruari. Hili. Re. No. primò ꝙ iura debent fieri ſuper iis quę frequẽter occurrũt. de quo s. de deſpon. impub. literas. No. ſecundò quo requiſita ad hoc vt moniales habeant vocẽ in electione abbatiſſæ: & ſic alterũ ex eis non ſufficeret: vnde ſi feciſſet profeſsionẽ ante xij. annum, non eſſet habilis ad vocem dandam. Dom.

a *Quæ.* ſcilicet monaſteria.

b *Diſpendia.* ſupra eod. in anti. quia propter.

## Idem.

*Monialis non eligit, niſi peregerit. 12. an. & ſit tacite vel expreſſe profeſſa: nec eligitur niſi peregerit. 30. an. et fuerit expreſſe profeſſa. hoc dicit prima pars vſq; ibi, Sane. Ioan. And.*

### CAPITVLVM XLIII.

INdẽnitatibus monaſteriorum monialium quæ[a] frequenter propter electiones in diſcordia celebratas, in ipſis grandia in ſpiritualibus & tẽporalibus diſpẽdia[b] patiũtur, occurrere deſiderabiliter affectantes[c]: ſtatuimus vt cum in eis fuerit electio facienda, nulla monialis (niſi duodecimũ[d] annum peregerit[e], & profeſſa fuerit tacitè[f] vel expreſſe) ad eligendum cum aliis[g] admittatur. Nec in abbatiſſam aut prioriſſam[h] (vbi per prioriſſam monaſterium gubernatur[i]) decætero eligatur[k] aliqua, niſi triceſimum[l] annum cõpleuerit: & expreſſe[m] profeſſa fuerit ordinem regularem.

*Non obſtante contradictione vel appellatione quacunq;, electa à duabus partibus numero cũ per ſcrutiniũ proceditur, examinatione præmiſſa per officiũ præſidentis confirmatur & benedicitur. Item publicato ſcrutinio antequam ad actus extraneos ſe diuertant: eligentes poſſunt accedere ad illam quæ maiorem partem conuentus numero habet. & ſi per acceſſum ad duas partes peruenerint (ſicut in primo caſu) confirmabitur & benedicetur: non tamen adimetur contradicentibus poteſtas denunciandi vel accuſandi, cum abbatiſſa fuerit benedicta, & poſſeſſionem adepta. Item de obiectis cõtra electam à maiori parte conuentus, quæ tamẽ duas partes nec à principio, nec per acceſſum habet: ante cõfirmationẽ ſine ſtrepitu & figura iudicij inquiretur. Ipſa tamen (alienatione bonorum & monialiũ receptione ſibi interdictis) interim miniſtrabit. Item à minori parte electæ nullum ius acquiritur, nec aliæ poſſunt accedere ad eam: nec ibi fit collatio, niſi numeri ad numerum. hoc dicit.*

Sane[n] ſi ad electionem per formam ſcrutinij procedatur: & (votis in diuerſa diuiſis[o]) electiones per plures in diſcordia celebrari cõtingat: ea quæ à duabus[p] partibus numero fuerit celebrata (exceptione ſeu contradictione aut appellatione quacunque partis alterius non obſtante[q])

c *Affectantes.* s. e. ti. & lib. cupientes.

d *Duodecimũ.* quia tunc dicitur pubes. s. de deſpon. impub. puberes. & idem eſt in viro: quia ante pubertatẽ ad eligendũ non admittitur. s. e. ex eo quòd.

e *Peregerit.* ſic s. eo. in ant. cũ in cunctis. j. de æta. & quali. ca. vnico. s. de offi. delega. cũ viceſimum.

f *Tacite.* idẽ in monaſteriis virorũ. s. e. ex eo in fi. ibi, ij. qui non ſunt tacite vel expreſſe ꝓfeſsi &c.

g *Cum aliis.* ꝓfeſsis.

h *Prioriſſam.* idem ſi alio quocunq; nomine vocetur[a] ad hoc s. e. tit. & lib. auaritiæ. & c. fundamenta. §. proinde.

a Idẽ Philip. Franc.

Gl. duę ſequentes ſolunt duas quæſt.

i *Gubernatur.* j. de ſta. reg. c. vnico. & p hanc literã puto ꝙ in prioriſſam vel ſuperioriſſam clauſtralem bene poſsit aſſumi minor xxx. annis. Et de talibus ſupra de ſta. mo. cũ ad monaſterium. verſi. prior autem. ADDITIO. Licet in ætate differant, in profeſſione cõueniunt hodie. Nam & in illis requiritur expreſſa: vt in cle. ne in agro. §. ſane. ij. de ſta. mona. Io. Mon.

k *Eligatur.* eligi prohibet, ſed non poſtulari. ſic in epiſcopo qui intra idem tempus non eligitur. s. e. cum in cunctis. ſed bene poſtulatur. s. eod. innotuit. in anti. Et puto ꝙ debeat poſtulari à papa. j. de æta. & qual. c. vnico.

Poſtulatio in monialibus locum habet.

l *Triceſimum.* olim abbatiſſa debebat eſſe ſexagenaria. xx. q. j. iuuenculas.[b] Sed non vtebamur illo iure: ſed per decre. ſupra eo. cum in cunctis. §. inferiora. eligebatur quę attigerat. xxv. annũ. nunc autẽ impoſita eſt certa meta: quam licet in abbatiſsis ſeruemus, in abbatibus locum habere nego: vt j. in ſi. c. Ioan. And. ADDITIO. Item Ioan. Mo. & Archi. Et ſit ratio ſpecialitatis ſecundũ eum, fragilitas ſexus. Nec ob. C. de iis qui ve. ætã. l. ij. & quod ibi not. vbi venia datur mulieri. xviij. anno. maſculo. xx. quia illud in adminiſtratione ꝓprij matrimonij: hic in eccleſiaſtica dignitate. Dic ꝙ hæc dependent à principum voluntate. Ioan. And.

b Alibi dicitur quòd quadragenaria. 78. diſt. nemo palea eſt: & Io. Mo. dicit id expreſſum in authen. de ſan. epiſco. §. presbyterum. & ſe. col. ix. & habetur C. de epiſc. & cler. authen. diaconiſſam. Io. And.

m *Expreſſe.* No. quòd in eligente ſufficit ꝙ ſit tacite profeſſa. quod ſit cum maior ſciens & ſponte ſumit habitũ profeſſorũ intra annũ, & triduo perſeuerat, vel cum ſtat in religione vltra annũ. his modis ſit tacita profeſſio: & hoc verum in religionibus non mẽdicantibus. probatur hoc ſupra de regula. ad noſtram. & ca. ex parte. & j. e. tit. conſtitutione. In electa requiritur expreſſa profeſſio: vt hic. & idẽ per omnia in monaſteriis virorum: vt ſupra eod. nullus. & ca. ex eo quod. in fine.

n *Sane.* ſecunda pars.

o *Diuiſis.* quod ſi eſt, nõ eſt nouũ, nec reprehẽſibile. lxiij. diſt. noſſe. & c. vlt. & viij. q. j. nec nouum.

p *A duabus partibus.* ſi. s. eo. tit. & lib. ſiquando.

Gloſſę ſequentis prima pars recit. per quæſtionem an poſſit opponi nullitas voti. & hæc pars tria facit. Primò ponit tres opi. Secundò defendit primam. Tertiò illam impugnat, & vltimam impugnationem approbat. Secunda pars format & ſoluit duas quæſtiones.

q *Non obſtãte.* hoc intelligo niſi opponatur id quod eligentis votũ nullũ reddat: ita ꝙ nõ remaneret duæ partes, ar. s. e. ſi quando. Pone enim ꝙ opponatur, ꝙ eligẽtes nõ ſunt tacite vel expreſſe profeſſæ: vel nõ ſunt puberes. s. proxi. reſponſo. vel ꝙ in monaſteriis nõ mẽdicantibus ſunt aliquæ receptę quarũ nõ valet receptio. j. de ſta. regu. c. vnico. §. ſane.

Electioni monialium an poſsit opponi nullitas voti.

Dico



Dico tales exceptiones admittendas. ad hoc ſupra de offic. deleg. ex parte. ij. & facit quod dixi ſupra eo. tit. & lib. quorundam. Vbi ergo de duabus partibus conſtat, nec opponitur aliquid quod illas minuat, aliqua non obſtabit exceptio. & ſic intelligas hanc literam. Alij contra, dicentes hoc ſpeciale in caſu noſtro, ꝙ excommunicatę, ſuſpenſę, & interdictę, & ſimiles perſonæ, & eligẽtes ſcienter indignam, admittuntur & computabuntur in numero: ſed quæ nõ ſunt ꝓfeſſæ vel minores, non: quia non faciũt numerum. Quidam verò dicunt exceptionem excommunicationis bene admitti contra eligentes: quia excommunicatio priuat voce & numero. ij. q. j. nomen ibi, de numero collegarum eius ſupprimere vel delere &c.[a] Sed ſcienter eligens indignam, licèt priuetur voce, nõ numero. & ideo non obſtat talis exceptio: ſuperioris tamen officiũ his caſibus non deficiet: vt ſequitur. Ego iam his in iudiciis conabar defendere, ꝙ eligentes ſcienter indignam, tanquã ſuſpenſæ & irregulares repellantur: & votorum ſuorũ non habeatur cõputatio: ita ꝙ ſecundũ hoc electio à minori parte numero poſsit valere. quo enim ad illam electionẽ dicã illas in numero non cõputandas. vt vitetur antiquorũ iuriũ correctio. Si enim ita ſimpliciter ſtamus numero, quid dicemus ſi xij. ſunt moniales vij. nolunt eligere: inſtat finis termini. aliæ v. eligũt quare nõ valebit electio facta ab ipſis. vt? Quid ſi papa interdixit. vij. monialibus ne eligant: quare nõ valebit electio facta à. v.? Si hoc eſt in interdicto hominis, quare non erit in interdicto iuris? Non video. Item pone ꝙ aliquę moniales elegerunt alternatiue, conditionaliter vel incerte: ita quòd vota earum transferãtur in alias. ſupra e. c. ij. dicemúsne voces alterius partis, licet forte ſit minor numero, non valere? Ex his & ſimilibus rationibus videtur non haberi debere rationẽ votorum illarũ quæ elegerunt ſcienter indignã. Sed contra hoc facit: quia ſi non ſit collatio in electionibus monialiũ: vt j. e. c. §. vt autem. ergo pœna priuationis in eis locũ non habet. ſed hoc nõ eſt verũ: vt ibi infra dicã in gl. no. ex hoc. Item contra id facit finis. c. vbi dicũtur multa ſpecialia ſtatuta in his electionibus. ſed id non obſtat; quia præter illud ſunt ſpecialia multa: vt infra patebit. Item obſtabit ꝙ litera dicit, numero. Item quia ſecũdũ hoc nihil eſſet quo ad hoc nouũ in electionib[us] monialiũ: quia id erat ſtatutũ ſupra eo, ſiquando. ſupra alle. per quod. c. ex prin & ſi. & per decre. ſupra e. in ant. ſcriptum. inquantum in illis dicitur quòd contra duplò maiorẽ partẽ numero poteſt obijci id quod votũ annullat: probari videtur quòd votum nullum computetur in numero. Et ſi dicamus vota taliũ computari: multo fortius vota contẽptorũ. Vnde iam in cauſis ſuccubui: & iudicio meo nõ ſolũ vtilis, imò & neceſſaria eſſet declaratio. & idem dico circa decre. ſupra e. lib. quorundam. vbi hæc omnia intelligantur repetita. Recepi ꝙ ſeruat curia, quòd in iſta decre. & decre. quorundã, præciſe ſtetur numero: ita ꝙ non habeatur ratio excõmunicationis, ſuſpenſionis, irregularitatis: & aliorũ quæ reddunt votũ nullum: & audiui Bon. papam ſic in conſiſtorio dixiſſe. vide in cle. e. ti. quod circa. & quod ibi no. Quid dicemus ſi in cõcordia vel à duplo maiori parte ſit facta electio: erit ne de neceſsitate ꝙ fiat proclamatio ſecundũ formam decre. vlt. j. eo. ti. ita ꝙ aliter non valeat cõfirmatio? Et procedit dubitatio iſta: quia ex eo caſu non admittitur aliqua exceptio: vt hic. Ad quid habet fieri proclamatio? Puto contrariũ, cum illa decr. indiſtincte loquatur. prætereà poſſet eſſe moniales illas non eſſe profeſſas, vel nõ eſſe ætatis legitimę: & iſtę ſaltẽ exceptiones nõ poſſunt negari quin admittãtur, cũ numerum diminuãt: vt s. dixi. Itẽ forte de cõſuetudine præſcripta vel priuilegio nõ ad conuentũ, ſed ad alios ſpectat eligere. fiat ergo citatio, vt & hoc ſciatur: vel forte tenentur eligere de certo loco. j. in an. de cõſue. cũ dilectus. de verb. ſign. abbate. Item quid dicemus in monaſteriis quę per mares reguntur? Sunt enim quædã monaſteria monialiũ quæ per priorẽ regũtur. {facit xviij. q. ij. qui religioſis. & c. in decima.} & moniales eligunt ſibi illũ priorẽ: iſta talia monaſteria ſunt mihi nota: habebit ne locum iſta decre. in talibus electionibus: & per prin. huius ca. vbi dicit, ſtatuimus vt cũ in eis fuerit electio facienda: & per finẽ vbi dicit in. §. vlt. in prin. in quibuſlibet mulierum monaſteriis &c. Videtur ꝙ ſic. Sanè credo quod inquantũ decre. iſta inſpicit eligentes & factum earũ: etiã in talibus electionib[us] haberet locum hæc decret. puta ꝙ tunc eligẽtes ſint profeſſæ, ſint ætatis legitimę, poſsint accedere, collationem zeli & meriti omittere: & his ſimilia. Sed inquantũ conſtitutio inſpicit electam: puta ꝙ ſit xxx. an. ꝙ adminiſtret ante cõfirmationem electa à maiori parte: & his ſimilia: forte in illis locum non haberet. Et iudicio meo circa hoc etiã eſſet neceſſaria declaratio.

† Not. opt. arg. quòd electa & confirmata appellatur abbatiſſa etiã ante benedictionem. Et ſic licet epiſcopus non vocetur epiſcopus ante cõſecrationem: vt no. gl. in c. 1. de elect. dom. ſecus videtur in abbatiſſa. Do.

a Vide q̃d ibi no. ſecũdũ quod ibi dicunt aliqui probates contra nimis: ſi excõmunicati ſupprimantur, depoſiti deleantur. Sed ſatis eſt huic opin. quòd numen ſupprimatur de numero: vt ſcilicet pro eo tempore nõ dicatur de numero. Ioan. And.

Electio abbatiſſe debet confirmari ſecundum formã ca. fin. de elect.

per ſuperiorem (prius tamen ex officio[a] prout ſpectat ad ipſum diligenti[b] examinatione præmiſſa) ſi aliàs inuẽta fuerit canonica[c], cõfirmetur & confirmatæ electæ, ſi abbatiſſa[d] † extiterit, benedictio impẽdatur. Si autẽ nulla earundẽ electionũ[e] à partibus fuerit celebrata duabus: tunc nõ obſtãte ꝙ ſit publicatum ſcrutiniũ, & ad electionẽ proceſſum[f], poſſint moniales quæ in aliã vel in alias direxerãt vota ſua: licitè per cõſenſum, antequã ad actus diuertat[g] extraneos[h], omni prauitate[i] ceſſante ad illam accedere, quæ ab aliis maiorem[k] partem conuentus numero facientibus eſt electa. Et ſi per acceſſum huiuſmodi ad duas partes peruenire poterit: illis quæ antea in eã cõſenſerant cõputatis[l], cõfirmetur & benedicatur[m], ac ſi duas partes ab initio[n] habuiſſet: vt in caſu proximo eſt præmiſſũ.[o] Verũ ſi quæ fuerint moniales quæ poſtquam in præmiſsis caſibus talis[p] confirmata & benedicta extiterit, ac poſſeſsionẽ[q] ſuæ adminiſtrationis fuerit aſſecuta: voluerint in modum denũciationis vel accuſatiõis, vt à dignitate deijciatur adepta, ꝓponere aliquid cõtra ipſam, eis ꝑ prędicta ꝓponẽdi minime ſit ſublata facultas[r].

a *Officio.* ex quo examinare habet, & ſupplere in his caſibus, etiã de facto ſupra eo. cum nobis olim. in anti. & ibi de hoc ſupra de poſtu. bonæ. j. in anti. & xxviij. diſtinct. priuſquam.

b *Diligenti.* ſuprà eo. nihil. & ſupra de præbẽ. graue. nemini enim cito debet manum imponere: vt xxiij. diſt. ca. j. §. de his ita ſcribit. lxxxviij. diſt. quid eſt cito. ſupra eo. cũ nobis. & j. eo. c. vlt.

c *Canonica.* ex forma debita, & perſona idonea: vnde ſi ſit illegitime[b] nata ſupra eo. cũ in cunctis. de fil. presby. per totum. vel corrupta. xx. q. j. iuuenculas. vel aliàs indigna, non confirmabitur.

b Quare illegitime repellantur: vide Dom. hic.

d *Abbatiſſa.* No. ꝙ prioriſſæ non benedicuntur, ſed abbatiſſæ: & negligentibus recipere benedictione intra annũ à tempore cõfirmationis imponitur pœna per conciliũ Vien. ſupra de ſta. regu. c. recolentes. per totum.

Prioriſſa non debet benedici.

e *Electionum.* ad quas proceſſum fuit per formam ſcrutinij.

f *Proceſſum.* hoc eſt contra iura ſupra eo. publicato. ſed eſt in hoc caſu ſpeciale: vt dicitur in fi. Idem in electione ſummi pontificis. ſupra eo. licet de vitanda. in anti.

Gloſ. ſeq. ponit diuerſitatem, & ipſius rationem.

g *Diuertant.* non ſic in electione Papæ: quia etiã poſtquam diuerterunt cardinales ad alios actus, poſſunt accedere. {Si pendeat ſcrutiniũ: ſuper quo vide quod dixi ſupra eo. licet. in prin.} Sed hic ſecus. Et poteſt eſſe ratio: quia maior cõſtãtia eſt in viro quàm in muliere. ſupra de verb. ſign. forus. in fi. cum concor. Et quia in electione Papæ requiruntur neceſſario duæ partes: ſed hic non neceſſario: & adde rationẽ ipſius decre. licet de vitanda in fi.

Vir eſt conſtãtior muliere.

h *Extraneos.* ſic ſupra eo. quia propter. & c. cũ poſt petitã. in ant. Et eſt ſimile quod de teſte dicitur, de teſtibus cogen. prætereà. ADDITIO. Secundũ illa iura, quia propter. & cũ petitam hic alle. intelligendũ eſt quod hic dicitur ſecundũ Archid. vt ſic dicatur actus extraneus hic, qui eſt extraneus ab electione quæ tunc fit. Ioan. Mona. pro intellectu huius verbi remittit. ff. de teſta. heredes palam. §. ſi. ff. de duo. re. l. duos. in fi. ff. de verb. oblig. cõtinuus. j. reſpon. ad legem Iul. de adult. quod ait. §. quod ait lex. C. de teſta. cum antiquitas. Ioan. And.

i *Omni prauitate.* vt ſimoniaca datione: vel aliqua pactione illicita, vel coactione, vel extorſione. ſimile. ſupra eo. quanuis. & j. c. proxi.

k *Maiorem.* ſecus de minori. j. eo. c. §. ſi qua.

l *Computatis.* illæ enim diſſentire non poterunt: cũ de illis cautum non ſit.

m *Benedicatur.* ſi fuerit abbatiſſa: vt ſupra §. proxi. in fin.

n *Ab initio.* j. de reg. iu. ratihabitionem. cum ſuis concor.

o *Præmiſſum.* ſ. contradictione, exceptione, vel appellatione partis alterius non obſtante: præmiſſa tamẽ diligenti inquiſitione ex officio ſuo hoc fuit præmiſſum.

p *Talis.* ſ. quę ab initio vel per acceſſum habuit duas partes.

q *Poſſeſsionem.* à qua aliàs non impeditur quis poſt confirmationem, niſi crimẽ cum infamia opponatur. s. de accuſatio. accedens.

r *Facultas.* ſic s. de conceſ. præben. poſt electionem. in fin. & de

Universidad de Deusto Biblioteca



*Actio quandoque datur vbi exceptio denegatur.*

& de appell.conſtitutus.in fin. Et ſic nota quòd datur actio, cui denegatur exceptio.contra id.ff.de reg.iu.inuitus.§.cui damus. Sed eſt ſpeciale. Et adde quod dixi j.de reg.iur.qui ad agendum. ADDITIO. Quod hic dicitur, eſt ſpeciale, ſcilicet quòd nō auditur ante confirmationē, qui auditur poſt poſſeſsionem. hoc dico: quia poſt confirmationem regulariter non auditur excipiens contra petentem poſſeſsionē: qui tamen poſtea auditur agēs. quod dic vt in remiſsiōe quæ præcedit. Ioan.And.

*† Intellige ſicut vulgus, reſpectu totius, ſecundū doctō. & ſic eſt hic tex. cōtra Bar. in. l. interdū.ff.de hæ re.inſtit. dicentē quòd iura loquē tia de duabus partibus, intelliguntur reſpectu duodecima partiu.Pet.Do. Font.*

a Alteri⁹. ſ.minoris.

b Inquirenda. ſ. de forma electionis, & perſona electa.

c Sine ſtrepitu. ſic.ſ. de accu.olim.vbi de hoc. Vtrum legatus vel iudex inferior poſsit committere cauſam decidendam ſine iudiciorum ſtrepitu, & quid importent verba iſta, vide quod dixi j. de hære.cap.vlt.

d Interim. hac cauſa pendente.

*Electus in certis caſibus poteſt adminiſtrare ante cōfirmationē.*

e Authoritate. nota nouum caſum hic, & j.§.cæterum. vbi electa ante confirmationem adminiſtrat alium habes.ſ. e. nihil eſt, alium.ſ. eo. licet de vitanda. xxiij. diſt. in nomine. alium ſecundum quoſdam in imperatore: vt ſola electiōe adminiſtret. xciij. diſt.legimus.

f Liberè. vt ſuprà e. cum nobis olim. in fi.& ſ.ca.proxi.

g Rebus. ſtrictius loquitur quàm ſuprà eo.c.proxi.

h Recipiat. conuentus tamen recipere poterit ſecundū diſtinctionem. j.ne ſede va.c.vnico.& de reg.ca.vlt.

Gloſ.ſeq.quærit.& ſoluit.

i A minori parte. aduerte, decret. iſta bene determinat quid iuris quando facta eſt electio à duplo maiori, & à maiori, & à minori. Quid dices de quarto gradu, cum electiones pares voces habeant numero [a]? Nunquid altera poterit per acceſſum ratificari? Credo quòd nō accedat.ad hoc quod not. ſuprà eo.eccleſia veſtra ij.ad fi. in ant. Et hoc credo præcipuè iſta ratione, electio facta à minori parte ad quancunq; dignitatem, nulla eſt ipſo iure de religioſo quocunq;.ſ.eod. tit.& lib.quorundam.& j.ſtatim ſequitur. Hæc igitur eſt ratio quare per acceſſum ratificari non poteſt: quia quod à ſui principio ſic nullum fuit: tractu temporis non conualeſcit. j.de re.iur.non firmatur.cum ſuis concor.& ſ.e. auditis, ſed electio facta à media parte, etiam nulla eſt.ſupra eo.quia ꝓpter.& ca.eccleſia veſtra.j. & ij. ergo per acceſſum ratificari non poterit: præterea publicato ſcrutinio &c.ſ.eod. c.publicato.ſed iurium correctio eſt vitanda.ſupra e.ti. & lib.cùm expediat.ab illo igitur iure nō recedā, niſi inquantū expreſſum inuenio: ſed in electione facta à maiori [b] parte inuenio expreſſum quòd augetur per acceſſum. hunc igitur caſum non extendam ad hoc.j.in fin.cap.dicam ergo ſecundū hoc minorem partem illam quæ nō eſt maior: ita quòd acceſſus haberi non poſsit.

*a Quintus cū electio eſt concors non coaptatur: vt patet in prin. huius partis. Io. An.*

*b Nota ꝙ appellatione maioris partis non venit dimidia: de quo per gloſ. in verbo, aliqua.cl. j.de ſo.cōpe.ſed ſub minori parte bene cōprehenderetur dimidia.l.domū ff. de contrahē.emp. Font.*

k Obtinere. ſupra eod.quorundam.

l Ipſi. electæ vel nominatæ à minore parte. Ioan.And.

m Quomodolibet. vna dictio. ſic j.de ele.ægro. paſtoralis.§. pen. Alibi dicitur quolibet modo.l.di.de his clericis.& dicit Archi.quòd eſt diſtributiuum modorum.

Gloſ.ſeq.primò docet reprobatā opinionē. ſecundò ponit aliam opinionem quam reprobat.

n Collatio. Nota ex hoc & ſuperioribus reprobatam opinionem illorum qui dicebant.ſupra eodem.quia propter.in princ.quòd decreta illa in mulieribus locum non habebat, quibus licebat ignorare iura. ff.de iur. & fac.igno.l.regula.

A Et per hanc literam quæ dicit collationem zeli & meriti in huiuſmodi electionibus non habere locum, dicunt quidam quòd monialis eligens ſcienter indignam, non eſt priuata poteſtate eligēdi, quaſi priuatio ex collatione procedat. ſed certum eſt quod tempore decr.ſ.eo. cum in cunctis. in electionibus non erat neceſſe collationes fieri: quia adhuc nō emanauerat decret. quia ꝓpter. & tamē tunc ſine collationibus eligentes indignos erāt priuati poteſtate eligendi: ergo bene infertur ꝙ ex collationibus priuato non procedit, ſed ex electione: vt ſuprà eo. tit. perpetuo: nam vt ibi dicitur: etiam ſi poſt collationem non ſequatur electio, non habet locum pœna.

*Moniales eligentes ſcienter indignam, an ſint priuatæ eligendi poteſtate.*

o Cæterum. iij.pars.

Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.

p Compromiſſi. quid ſi ꝓcedatur per formam ſ.eo. cum dilecti.& c.cū expediat. habebitne locum ꝙ hic dicitur: vel an quod dicitur in ſuperiori proxima parte? Credo ꝙ locū habebit particula huius decr. quia forma illa potius compromiſsi eſt, quàm ſcrutinij: vt probatur ꝑ ipſam decr.cum expediat. & dico quòd illa forma non eſt forma per ſe: ſed eſt quædam ſpecies formæ compromiſsi. Quòd hoc ſit verū: ꝓbatur ex eo, quòd omnes aliæ formæ ſublatæ erant per decre. quia propter. Si ergo illa fuiſſet per ſe forma, neceſſarium eſſet concludere illam fuiſſe ſublatā, ſed non fuit: quia ſpecies eſt formæ cōpromiſsi. vt dixi [c]. ſicut & compromittitur ad aliam certam metam.ſ.e.cum in veteri.in anti.& facit.j.c. proxi. §.porro. & hoc probat text.ipſius decr.cum expediat. ibi, in electionibus compromitti. Ioan.And.

*Electio monialium an poſsit fieri ſecundum formā.c.cū dilecti. de electi. ſupra in antiquis.*

*c Ego notaui ibi cōtrariū: ſed ſecundum hanc gl.no. poſt Domi. quòd actus mixtus eſt denominādus ab illo ſimplicique magis intēdit agens. Font.*

Gloſ.ſeq.quæſtionem ſoluit alternatiuè.

q Si minor. ſatis credo, vt dixi in proxi.parte, idē de media. & ſecundū hoc dicamus minorem partē illā quæ maior nō eſt: vel neceſſaria eſſet in hoc puncto declaratio, vel ſtandū antiquo iuri.

r Vt in forma. j.exponit ibi, partis eiuſdem, &c.

ſ Statuitur. ſ.quādo à principio, vel per acceſſum electa eſt à duplo maiori parte. ſupra eo. §.ſanè.& §.ſeq.

Gloſ.ſeq.reci.per quæſt.& ſol.

D t Confirmetur. aduerte, quia in iſto caſu & in caſu.ſ.e.§.ſanè & §. ſeq. non credo quòd ante confirmationē adminiſtrare poſsit. Et eſt mirabile: quia ſi eſt electa à duplo maiori parte: ergo à maiori: ergo videtur quòd ante cōfirmationē adminiſtrare poſsit.ſ.e.§.ſi verò. Itē ſi minor pars ſe opponit: multo fortius videtur quòd adminiſtrare poſsit, quā quādo ſe maior pars opponit: vt j.ſequitur. Sed nō mireris: quia in iſtis caſibus non differtur cōfirmatio ꝓpter obiecta: & ideo non adminiſtrabit ante confirmationē, ſed in illis differtur: & ideo ante cōfirmationē adminiſtrabit iuris permiſsione. & ꝙ hoc ſit verū, probo: quia quòd electus ante confirmationem adminiſtret, eſt contra iura.ſ.e.qualiter.& ca. noſti. in anti. à quo iure antiquo dico non recedendū: niſi inquantum permiſſum inueniā: in aliis ius antiquū ſeruabo: vt in fi. cap.ad hoc ſupra, de tranſlat.ca.vlt. vbi ad maiorem tranſire permittitur, ſed non ad parem. ADDITIO. Vide quod ibi dixi ſuper gloſ.iiij. Ioannes And.

*Abbatiſſa electa contra quā minor pars ſe opponit: an poſſit ante cōfirmationē adminiſtrare.*

u Benedictio. ſi abbatiſſa fuerit ſupra eo. §.ſanè.in fine.

x Eiuſdem. ſcilicet minoris numero.

y Non obſtante. expone vt ſuprà.

z Præcluſa. ſupra eod. §.verum.

Si verò ad illam quæ à maiori parte, vt præmittitur, eſt electa: noluerint aliæ accedere moniales: vel ſi acceſſerint, non tot tamen quot cum aliis prius in eam conſentientibus faciant duas † partes: tunc ſuper obiectibus partis alteri⁹ [a] ſi quæ fuerint, & ſuper aliis quæ in tali negotio ſunt ex officio inquirenda [b], plenè ſine ſtrepitu [c] iudicij & figura per ſuperiorem inquiratur B primitus antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur: ſed interim [d] præſentis conſtitutionis authoritate [e] in ſpiritualibus & temporalibus liberè [f] adminiſtret; ſic tamen quòd de rebus [g] monaſterij nil penitus alienet: nec aliquam in monialem recipiat [h] quoquo modo. Si qua verò à minori parte [i] conuentus numero nominata fuerit vel electa: ex nominatione vel electione huiuſmodi (quas eoipſo quòd pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus obtinere [k]) ipſi [l] ius aliquod quomodolibet [m] non quæratur: nec ad eam ab aliis per conſenſum in hoc caſu valeat acceſſus haberi. Vt autem cum per prædictam formam proceditur, facilius in huiuſmodi monialium electionibus ad concordiam veniatur: decernimus vt non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, ſed ſolùm numeri ad numerum fiat collatio [n] in eiſdem.

*Electæ per compromiſſū benedictio impendetur non obſtante minoris partis contradictione: ſed ſi maior ſe ei opponat, liberè adminiſtrabit, nec confirmabitur. Si autem ei ſe opponat pars in duplo maior: non adminiſtrabit, nec confirmabitur, ſed expectabit litis euentum. h. d.*

Cæterùm [o] ſi per formam cōpromiſsi [p] fuerit in electione proceſſum, & electæ pars aliqua ſe opponat: ſi minor [q], ipſius (vt in forma [r] ſcrutinij ſtatuitur [s]) confirmetur [t] electio, & eidē benedictio [u] impendatur, partis eiuſdem [x] cōtradictiōe, vel exceptione, aut appellatione qualibet nō obſtante [y]: ſed per hoc denunciandi vel accuſandi eam poſt- C modū ſibi via minimè ſit præcluſa [z]. Si maior, eius (donec de obiectis & aliis vt in eadē

*Præmittitur.*



a Præmittitur. ſ.eo. § ſi vero. ſ.ſine ſtrepitu & figura iudicij.

b Differatur. hæc eſt ergo ratio quare adminiſtrat: vt ſupra dixi. Ioannes And.

c Interim. nota pro iis quæ ſuprà dixi.

d Prædicitur. in dicto. §. ſi vero. ſcilicet quòd bona non alienet: nec aliquam in monialem recipiat quoquo modo.

e Litis euentum. qui dubi⁹ eſt. ff.de pecul. quod debetur.

Gloſſa ſequens facit duas æquiparationes: & ſoluit quare tertio caſu etiam nō ſit æquiparatio.

*Electio per viam ſcrutinij, & electio per viā compromiſſi, quandoque parificantur.*

f Expectare. Nota quòd electio facta per formam ſcrutinij à duplo maiori parte, & electio facta per formam compromiſsi cui minor pars conuentus ſe opponit, ſunt paria: quia in eis ſtatim fit confirmatio, condictione partis alterius, vel exceptione, vel appellatione non obſtante: & poſt poſſeſsionem adeptam vtrobique admittitur accuſatio vel denuntio. Item electio facta à maiori parte per formā ſcrutinij, & facta per compromiſſum cui maior pars ſe opponit, ſunt paria: quia vtrobique differtur confirmatio: & interim adminiſtrat exceptis quibuſdam caſibus: ſed electio facta per formam ſcrutinij à minori parte conuentus, & facta per formam compromiſsi, cui duplo maior pars conuentus ſe opponit, non ſunt paria: quia primo non valet ipſo iure: nec ratificatur per conſenſum. ſecunda poſſet valere. {Etiam ſi omnes diſſentirent. ſuprà eod. cauſam.} ſed non adminiſtrat electus: ſed litis euentum expectat. Si quæratur quare ius diuerſum in forma ſcrutinij, & forma compromiſsi: ſatis patet per ſe ſolutio: quia in ſecundo caſu omnes conſenſiſſe videntur, eo quòd compromiſerunt. {ſupra eod. in anti, in cauſis. verſic. propter quod.} quod non eſt in primo. per formam enim compromiſsi, etiam vno contradicente, procedi non potuit ſupra eod. in anti. quia propter. Aequa igitur fuit ratio in eis diuerſum ius ſtatuens.

*† Vide hic effectū verecūdiæ per Auch. & l.ſiluu. ff. de condi. inſtit. Fon.*

g Porrò. quarta pars.

h Præmiſſa. quia non in electione quæ per formā ſcrutinij à principio vel per acceſſum facta reperitur à duabus partibus: nec in electione quæ facta fuit per formam cōpromiſſi, cui minor pars ſe opponit.

Gloſſa ſeq.arg.pro opi.& reſpondet.

i Ad ſedem Apoſtolicam. Nota arg. pro opinione Guil.Duran. quòd decre. vt circa. non habeat locum niſi in appellationibus interpoſitis ad Papam. Sed contrarium dixi ſequendo Gar. in prædicta decre.vt circa. ſcilicet quòd in omnibus appellationibus locum habeat: & dico quòd decret. iſta hic reſpicit cap.ſequens, quod loquitur de decret.cupientes, quæ locum non habet niſi in appellationibus ad Papam interpoſitis.

k Formam. ſcilicet quòd exprimat omnia & ſingula quę in formam vel perſonam intendunt obiicere: & ſingulariter & clarè.ſ.eo.tit. & lib. procurator. & quòd iuret ſecundū formam ibi contentam. Et eſt pœna quòd ſuper non expreſsis non audiantur, niſi ex certa cauſa: vt ibi patet.

l Lugdunenſi. vt ſupra eo.tit. & lib. vt circa. Ioan. Andr.

Gloſ.ſeq.dicit vnde ſumpta fuerit pars illa.

A m Sed cum eas. §.iſte tractus fuit ex gloſ. Gar. poſitā.ſ.e.tit. & lib. cupientes circa princ. ſuper verbo regularium. vbi dicebat Gar. ꝙ ſatis credebat de mente conditoris non fuiſſe ꝙ fœminæ irent ad curiā. videbatur tamen per verba quòd ire tenerentur: quia in maſculino genere cōprehenditur fœmininū. ff.de lega.ij. ſi ita ſcriptum ſit. xvij.quæſt.iiij.ſi quis ſuadente, coniuncto cum decre. ſupra de ſenten.excom. mulieres. Item per iura antiqua in abbatiſſam electa, perſonaliter ſuam electionē proſequi poterat ſupra de reſcri.in anti.cùm dilecta, & quod fuerit illa mens conditoris, probat per decre. ſupra de ſenten.excō munic. de monialib⁹. xviij. queſt.ij. pernicioſam.& de cohabi. cleri. per totum. de ſtat.mona.cap.vlt. §.fin.

*Maſculinū cōprehendit fœmininum.*

n Verecundiam. not. meliorem conditionem mulierum. ad idem. j.de iudic. mulieres. In quibuſdam vero deterior eſt q̃d̃ dic vt ſupra de pœni. & remiſ.capitu. noua quædam.

*Mulierū cōditio quādoque melior eſt quā virorum.*

o Statum. regularem ſcilicet: & ſic duo cōcurrunt.

p Deceat. ſecundum honeſtatem.

*† Do.not. quòd pœna ſtatuta procurantibus ortū diſcordiæ, non ligat iam ortā nutrientes. Fonta.*

q Expediat. ſecundum vtilitatem ſupra de vo. & vo.redemp. magnæ.

r Euagari. j.de ſtat reg.ca.vnico.& concor. C. de iis qui ve. ӕta.impe.l.ij.

ſ Appellatum. qui venire tenebātur ſecundum formam decret. cupientes.

t Perſonaliter. in hoc ergo ſolo, ſcilicet in perſonali aduentu locum non habet decre.cupientes. aliàs vero bene.

u Sufficienter. ſcilicet cum omnibus actis, iuribus & munimentis ad cauſam ſpectantibus ſupra eod. titu. in decreta. cupientes. §.quòd ſi per viginti.

x Conſtitutionem. ſ.eod.cupientes.

y Pœnam. ſcilicet quòd electæ ſi intra tempus debitum procuratorem non miſerint, ſint priuatæ omni iure ſibi per electionem quæſito. ſi autem miſerint, ſed non cum actis, iuribus, & munimentis ſufficienter inſtructum: pro illis exhibendis alibi quàm apud ſedem Apoſtolicam, niſi ex iuſta D cauſa, auditionem aliquam non habebunt. Eligentes, appellantes, vel opponentes quo ad ſe à totali ſunt excluſæ proſecutione proceſſus: ita quòd per hoc electis nullum præiudicium generetur. Hæc & alia habes in prædicta decre.cupientes.

z Hoc non fecerint. ſcilicet procuratorem non miſerint: vel non ſufficienter inſtructum.

a Poſtremò. quinta pars.

b Hi. puta religioſi viri. ſexageſimatertia diſtinctione obeuntibus. vel conſiliarij, vel diſcreti viri ad hoc vocati. Et quod dicit hi, dic vel hæ: quia ſi religioſas vel diſcretas mulieres ad hoc vocarent: ipſæ tenentur hac conſtitutione. & facit quod dixi.ſupra.§.proxim.ſupra eod.tit. & lib.generali.

*Mulier ſeminans diſcordiā inter moniales ſuper electione facienda, an incurrat excommunicationem.*

c Deinceps. reſpicit enim futura.

d Nutriri. not. iſta duo paria eſſe. ad idem de priuileg. cùm & plantare. in principio.

e Subiacere. not. nouum caſum in quo quis excōmunicatus eſt ipſo iure. & credo ꝙ Epiſcopi tales poſſunt abſoluere: cùm Papa ſibi non reſeruauerit abſolutionē, ſuprà de ſentē. excommunic. nuper. & adde quod dixi.ſ. eod.titul.& libr. ſciant cuncti. Ioannes Andreæ.

forma ſcrutinij præmittitur [a] fuerit inquiſitum) confirmatio vel infirmatio differatur [b]: ſed interim [c] (vt prædicitur [d]) liberè adminiſtret: niſi forſan pars opponentium extiterit duplo maior: tunc enim adminiſtrare ipſam nolumus, ſed litis euentum [e] potius expectare [f].

*Si ab opponentibus in caſibus præmiſſis appellatur, conſtitutio vt circa. ſeruabitur: ſed moniales ad ſedem Apoſtolicam perſonaliter non venient, ſed procuratores ſecundum conſtitutionem cupientes mittent. hoc dicit. Ioan. Andr.*

Porrò [g] ſi in huiuſmodi electionum negotiis contigerit (in illis duntaxat caſibus, in quibus oppoſitiones iuxta præmiſſa [h] fuerint admittendæ) ad ſedem Apoſtolicam [i] appellari: appellantes formam [k] conſtitutionis felicis recordationis Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri, editæ in concilio Lugdunenſi [l], diligentius ſeruare teneantur.

Sed cum eas [m] propter ſexus verecundiam [n] † ſuæque cōditionis ſtatū [o] nō deceat [p], nec ipſis expediat [q] publico cœtui demonſtrari, aut extra ſua monaſteria euagari [r], nolumus quòd electæ vel etiam eligentes aut appellantes, ſeu hæ contra quas appellatum [s] fuerit, ad eandem ſedem perſonaliter [t] veniant quoquo modo.

Sed procuratores ſufficienter [u] inſtructos iuxta conſtitutionem [x] piæ memoriæ Nicolai Papæ iij. prædeceſſoris noſtri, ad ſedem ipſam tranſmittant: per eos electionum ac appellationum & poſtulationum ſuarum proſecuturæ negotia, B prout iuſtitia ſuadebit: pœnam [y] in dicta cōſtitutione contentam, ipſo iure, ſi hoc non fecerint [z], incurſuræ.

*Ponentes vel nutrientes diſcordiam in electione monialiū: ipſo iure ſunt excommunicati. h.d. Ioan. And.*

Poſtremò [a] hi [b] quos ad dirigendas in huiuſmodi electionibus moniales eaſdem deinceps [c] contigerit euocari, ab his prorſus abſtineat per quæ inter eas ſuper faciendis ipſis electionibus oriri † poſsit diſcordia, vel exorta nutriri [d]: C aliàs eoipſo excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere [e].

*Hæc conſtitutio locū habet in monialibus regulariter viuentibus, & in canonicis ſecularibus: hoc excepto quòd non debeant niſi profeſſæ eligere vel eligi. quod non poteſt ſibi vendicare locū in canonicis ſecularibus: per hoc tamen Papa non*

*Supradictis.*

a *Supradicta.* ſexta pars.
b *Approbatis.* j.de reli.do. religionum.
c *Prouinciarum.* vt in Theutonia.& vide quod not.Ioann. xij.quæſtio.vlti.cap. vlti.& Ber.ſupra de maior.& obedien. dilecta.in gloſ penult.
d *Supra dicitur.* ſcilicet in prima parte capituli.
e *Nequeat.* propter facti impoſsibilitatem cum non profiteantur, neceſſe eſt quòd eligantur & eligant non profeſſæ.
f *Ad hæc.* ſeptima & vltima pars.
g *In multis.* vt in electione confirmanda, exceptione aliqua nō obſtante. in adminiſtrando ante confirmationem. in recedendo à conſenſu poſt publicatū ſcrutinium, & ſecutam electionē: & in multis aliis. ADDITIO. Dic plenius quòd ſpecialia huius conſtitutionis ſunt decem. Primum, de ætate illius quæ in prælatam eligitur. Secundum, quòd appellatio duobus caſibus non deuoluit: nec impedit officiū confirmatoris. Tertium, quòd poſt electionem accedunt eligentes ad electam ab aliis. Quartum, quòd duobus caſibus exceptio vel contradictio non recipitur: & poſtpoſſeſsionem admittitur actio. In hoc vide quod dixi in hoc præſenti cap. §. verum. ſuper vltim. gloſ. Quintum, quòd in duobus caſibus proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicij: ſed hoc hodie in aliis electionib' cōmune per clemen. diſpendioſam. de iudiciis. Sextū quòd ante confirmationem electa in duobus caſibus adminiſtrat cum certa moderatione. Septimum, quòd electio per minorem partem numero facta, ex fictione aliqua valere non poteſt. Sed hoc commune religioſis non mendicantibus ſupra eo. tit. & lib. quorumdam. §. circa. Sed in hoc poſſet eſſe ſtrictior ſpecialitas: quia cum in religioſis mendicantibus maribus non habeat locum ille. §. circa. vt ibi dixi in prima gloſ. haberet tamen in fœminis locum ille. §. ſi qua. Octauū, quòd nō fit collatio zeli & numeri. Nonū, quòd quo ad perſonalē comparitionem non arctat decre. cupientes. electas, eligentes, vel opponentes. Decimum, de pœna vocatorum ad inſtruendum qui diſcordiā ſeminant vel nutriunt. Et per prędicta coniuncta textui, videre potes quomodo in aliquibus eſt deterior, & in aliquibus melior, & in aliis æqualis conditio marium & fœminarum. de quo ſatis in Spec. de procu. §. j. verſi. addenda ſunt hæc. Ioannes And.

*Electio monialiū continet. x. ſpecialia.*

*† Eſt tamē honeſtiſsima & vtiliſsima. Vuanker. hic in ſuo breuiario. Font.*

h *Extitit.* alias exiſtit.
i *Firmitate.* quod fauorabile & expediens eſt ſupra eo.tit. & lib.cum expediat.

P*Rouida.*} Primò ponit ius antiquū. Secundò ipſius tranſgreſsionem: ibi, Verum. Tertiò prouiſionem pœnalem: ibi, nos. Ioannes And.

Pro intellectu huius ca. preſupponendū eſt φ habetur in ca. quāuis ſupra. e. iſto volumine: videlicet φ ſi in cauſa electionis fuerit appellatū ad papā, poteſt appellans renūciare

*probat ſtatum dictarum canonicarum ſecularium. hoc dicit. Ioan. And.*

Supradicta [a] ſiquidem nedum in monaſteriis in quibus ſunt moniales viuentes ſub aliqua de religionibus approbatis [b], ſed etiam in illis vbi ſunt iuxta quarundā prouinciarū [c] cōſuetudinem mulieres quæ nec propriis renunciant, nec profeſsionem faciunt regularem, ſed viuunt vt in ſecularibus eccleſiis canonici ſeculares, volumus per omnia obſeruari: eo, quod B ſupra dicitur [d], duntaxat excepto, vt non eligantur nec eligant nō profeſſę: cum in ipſis hoc locum ſibi nequeat [e] vendicare: per hoc tamen earum ſtatum, ordinē, ſeu regulam nolumus nec intendim' † approbare.

*Iura de virorum electionibus tractantia, per hoc capitulum non ſunt mutata. hoc dicit.*

Ad hęc [f] licet præmiſſa quæ in multis [g] à iure communi diſcrepare noſcuntur, circa electiones in quibuſlibet mulierum monaſteriis faciendis ex certiscauſis rationabilibus C ſpecialiter duxerimus ſtatuenda: intentionis tamē noſtrę nequaquam extitit [h], vt per illa quo ad electiones in aliis virorū monaſteriis, vel quibuſuis eccleſiis celebrandis aliquid immutetur: ſed iura præcedētia in ſua omnino remaneant firmitate [i].

Idem.

*Si ordinarius poſt receſſum appellationis interiectæ ad curiam in cauſis electionum epiſcopatuum non inquiſito an prauitas interuenerit, procedit, cōfirmat, vel conſecrat: prædicta non tenēt & ipſe ab epiſcoporum confirmatione & conſecratione ſuſpenſus eſt per annum. h. d. Dominicus de ſancto Geminiano.*

A ſuę appellationi: & valet renūciatio: dū tamen renunciet ſine prauitate ſimoniaca. Inſuper dicitur φ ſi appellās receſſerit ab appellatione ſua antequā ſuperior immediatus cōfirmet electionē: ipſe debet primò inquirere an fuerit receſſū ab appellatione cū prauitate ſimoniaca. CASVS. Dicitur inter cętera in dicto. c. quanuis. φ ſuperior ad quē pertinet cōfirmatio electionis à qua fuit appellatū ad papam: ſi appellās receſsit ab appellatione ſua, debet ſuperior inquirere an fuerit receſſū ab appellatione ſine prauitate ſimoniaca. Ponam' quòd ſuperior cōfirmat electionem ſine tali inquiſitione, an valeat cōſecratio poſtea ſecuta? Reſpōdet quòd nō imò talis ordo eſt ſubſtātialis ipſius cōfirmationis: videlicet quia requiritur quòd præmittatur illa inquiſitio. Sed vtrū cōfirmans puniatur eo quòd confirmauit & conſecrauit nō præmiſſa tali inquiſitione? Dicit φ ſic. nam ſi confirmauit & conſecrauit, eſt ſuſpenſus per annū continuum à confirmatione & cōſecratione epiſcoporū ſuorum ſuffraganeorū. {Verùm cū nonnulli.} Hucuſque ponitur tenor illius. c. quanuis. nunc ponitur prouiſio & conſtitutio ſuper inquiſitione. {Puniantur.} Et ſequitur puni tur in eo in quo deliquit. Heli. Reg.

CAPITVLVM XLIIII.

PRouida cōſideratione generale concilium Lugdunen. [k] conceſsit [l], vt ab appellationibus in iudicio, vel extra iudicium [m] ad ſedem apoſtolicam [n] in electionū epiſcoporum & eorum ſuperiorum [o] negotiis interiectis, per quas ad ſedem ipſam eadem negotia deferuntur [p]: partes [q] (nulla interueniente prauitate) recedere valeant antequam ipſi ſedi apoſtolicæ appellationes eædem fuerint præſentatæ: ſed inferiores iudices, quorum eſt (appellatione ceſſante) negotiorū cognitio eorundem: ſi in hoc prauitas interceſſerit, anteomnia diligēter inquirant: & ſi eā interceſsiſſe repererint, ſe nō intromittāt vllatenus de eiſdem: ſed præfigant ipſis partibus peremptorium terminum competentem: quo cum C actis & munimentis ſuis apoſtolico ſe conſpectui repræſentent. Verum [r] cū nonnulli ſ cōceſsione huiuſmodi abutentes [ſ], † ſuam (inquiſitione [t] præfata omiſſa) cognitionem in eiſdem negotiis [u] interponant: ad cōfirmādas electiones, & conſecrandos electos temere procedendo: Nos ſuper hoc expreſsius [x] prouidere volentes, confirmationes & conſecrationes [y] huiuſmodi, & quoſcunque pro-

k *Lugdunen.* s. eo. tit. quanuis. Ioan. And.
l *Cōceſsit.* quia id pri' per Alex. prohibitū fuerat: vt ibi dixi.
m *Extra iudicium.* latior eſt ergo iſta decr. & illa ſupra eo. tit. quanuis. quam illa ſupra eo. tit. & lib. vt circa. quæ locū habet ſolū in appellationibus extra iudiciū interpoſitis ſupra eo. tit. & lib. conſtitutio.

*† No. quòd vbi iudici datur iuriſdictio ſub certa forma exercēda: ſi procedit illa forma omiſſa, non valet, proceſſus. vide gloſ. in cle. j. de iure patro.*

n *Ad ſedem Apoſtolicam.* in aliis ſecus, cum cautum non reperiatur.
o *Superiorum.* achiepiſcoporum, patriarcharū, & primatum.
D p *Deferuntur.* nam fruſtratorie non deferuntur ſupra eo. quanuis. licet olim ſecus: vt ibi.
q *Partes.* ergo altera pars tantùm hoc nō poſſet: quod dic vt dixi ſupra. e. quanuis. & ſequētia expone eā vt ibi expoſui.
r *Verum.* ſecunda pars.
ſ *Abutentes.* & ſic priuilegium vel conceſsionē amittere debuerunt: vt ſupra de priuil. tuarum. de ſentent. excom. cum illorum. & c. contingit. xj. q. iij. priuilegium. cum ſi.
t *Inquiſitione.* ſ. an in illo receſſu interuenerit prauitas, necne.
u *Negotiis.* ſ. epiſcoporum electione & ſuorum ſuperiorum.
x *Expreſsius.* hoc dicit ex eo, quia ſatis erāt in illa quę per illos fiebāt per ipſam decret. quanuis. quia ſatis eſt legiſlatorē aliquid prohibuiſſe, etſi non adiiciat, quod contra factū fuerit, nō valere. C. de legi. non dubiū. & expreſsius etiam propter pœnā quam addit. ADDITIO. Vnde dicit Io. Mo. quòd licet infra dicatur decætero tamen ante hoc. c. ita fuerat definitum: vt hic dicitur in facto Ciuitaren. Ioan. And.
y *Conſecrationes.* conſecrationē enim præcedere debet cōfirmatio: alias non valet conſecratio. s. de do. & contum. cū olim.

*Cōfirmatio præcedit*



*conſecrationem.*

olim. D. hic autem confirmatio non præceſsit: quia idem eſt nō eſſe quod nullum eſſe, ſupra de tranſla. inter corporalia. patet ergo quòd non tenuit conſecratio.

Gloſ. ſeq. primò ſoluit vnum dubium. ſecūdò quærit arg. pro, & contrarium ſoluit.

a *Firmitatis.* electio tamen propter hoc nō vitiatur: ſed de nouo petetur confirmatio corā papa: nō corā illo qui prius cōfirmauerat: quia ſuſpēſus eſt per annum continuū a cōfirmationib' epiſcoporū: vt ſequitur. & s. e. tit. & lib. ſi confirmationē. quā explicare potes per iſtā: vt ibi dixi. ſed ſi reperietur electio canonica, de nouo cōfirmabitur: vt. s. dixi. Sed nūquid de nouo conſecrabitur? Et videtur φ ſic per iſtā literā. Credo quòd cum character impreſſus fuerit [a] animæ ad inſtar epiſcopi ordinantis illum quem ordinare non poterat: puta non ſuum ſubditum, verus epiſcopalis ordo collatus fuerit, ſed non eius executio: & ſic intelligam conſecrationem eſſe nullius firmitatis quo ad executionem. ad idem. ix. quæſt. j. cap. j. & cap. ordinationes. & quæſt ij. cap. j. & ca. epiſcopum ſupra de tempo. ord. quòd tranſlationem. ſecundum hoc ergo illius ordinis ſibi tradetur executio. facit quod no. de renun. poſt tranſlationem. ad finem.

*Conſecratio nulla, non vitiat electionem prius factam.*

*† No. quòd ex appoſitione pœnæ appoſitæ actui à iure prohibito, actus nō validatur, contra caſum. l. j. ff. de diuor in princ. Bar. bene diſtinguit in l. prætor ait. §. hocq; interdictū. ff. de no. operū nun. de Anchara.*

ceſſus alios quos (inquiſitione præmiſſa non habita) contigerit decætero in talibus negotiis attentari: decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis [a]: & confirmantes & conſecrantes eoſdem (vt in eo in quo [b] peccauerint, puniantur [c]) ab epiſcoporū confirmatione ac conſecratione per annum continuum [d] ipſo iure fore ſuſpenſos [e].

Idem.

B *Si papa ſibi prouiſionem eccleſiæ cathedralis reſeruauit, inhibuit & decreuit: nō eſt vitiata electio quæ præceſſerat: omnia tamen quæ reſeruationem ſequuntur, carent effectu. Ioan. And.*

Gloſſa ſequens ſoluit dubium.

b *In quo.* propter hoc dico φ ſi ſolum confirmauit: à confirmatione tantū ſuſpenſus eſt. ſi conſecrauit & cōfirmauit, ſuſpenſus erit ab vtraque. ADDITIO. Si vero neutrum fecit, licet proceſſerit: à neutro ſit ſuſpenſus. Ioan. And.

*Dic tu hic, per pœnam vitium nō purgatur: quia forte in electione eſt vitium, aut interuenit prauitas. Font.*

c *Puniantur.* ſupra de temp. ordi. literas. cum ſi. & eo. tit. eos j. eod lib. Ioan. Mo.

Gloſ. ſequens ſoluit dubium.

d *Annum continuum.* credo quòd à die confirmationis incipiet annus ſuſpenſionis à confirmatione à die conſecrationis annus ſuſpenſionis à conſecrationibus. ADDITIO. Arch. cautius loquitur, qui dicit ab hora. alleg ſupra de appel. ſuper. eo. e ij. vide quod dicam. j. de præben. ſtatutū. ſuper glo. eſt ergo. Ioan. And.

e *Suſpenſos.* repete decernimus quod eſt ſupra.

*a Sunt qui negant in epiſcopali ordine imprimi characterem. ſuper quo vide quod ſcripſi. ſupra eo. lib. in princip. proœ. ſuper gl. 1. Ioan. Andr.*

S*I eo tempore.*} Fraudulenta renūciatio ſpectāti nocet. hoc dicit. Duo facit. Primò format caſum dubium quē ſecundò ſoluit ibi, præſenti Ioan. And. CASVS. Vacante eccleſia Pictauen. canonici conuenientes in vnū ſuper electione futuri prælati: quendam Titium elegerunt. papa putans adhuc eccleſiam vacare, reſeruauit eccleſiam Pictauen. ſuæ prouiſioni pro illa vice: & inhibuit canonicis cum decreto irritāte, ne ipſi procederent ad electionem. Vtrum per iſtā reſeruationem retractetur electio prius facta? Reſpondet quòd non. Sed ſi electus adiuit ſuperiorem immediatum: & conſecutus eſt confirmationē ſuę electionis: an teneat confirmatio? Dicit quòd non. nā licet electio non ſit nulla: tamen omnia quę ſequuntur illam reſeruationem, ſint nulla ipſo iure. Ideo ſi electus velit habere cōfirmationē & conſecrationē: opus eſt quòd adeat apoſtolicam ſedem pro habenda confirmatione & conſecratione: tamen iſtæ reſeruationes ſecundum concilium Baſilienſe in hoc regno hodie non habent locum. Heli. Reg.

Gloſ. ſeq. dicit quid cauſam dedit, & quid determinat.

f *Si eo tempore.* cauſam dedit huic decre. quia vacante eccleſia Bonon. per mortem bonæ memoriæ domini Octauiani ipſius eccleſię epiſcopi, intra biduum canonici de reſeruatione timentes, elegerunt bonæ memoriæ dominum Sclitam fratrem ſuum. poſtmodum papa Bonifacius audiens de morte O. reſeruauit, inhibuit, & decreuit. poſt triduum audiuit de electione facta de domino Sclita prædicto. ſatis gratū habuit: ſed ab aſtantibus iuriſperitis quæſiuit an ad ipſum, an ad archiepiſcopū ipſius electionis ſpectaret confirmatio. quod hic determinat: & determinatur per hanc decret. quæ not. ſupra eodem in antiquis innotuit. in fin. Ioannes Andreæ. & vide quod dixi ſuper gloſſam penultimam.

Gloſ. ſeq. quærit arg. pro & contra. & ſoluit.

g *Cathedralis.* quid de inferioribus? Videtur φ in eis locum

A nō habeat: quia ſi de eis voluiſſet intelligi: illud expreſsiſſet s. de decimis, ad audientiā. & ad hoc faciūt omnia argumēta quę inducuntur à verbis. Cōtra videtur quòd idē ſit in aliis, cum eadē ſit in eis ratio: ergo idem ius. & eſt ſimile quod dixi. ſupra eo. tit. & lib. ex eo. quod ſatis poteſt dici, quòd eſſet ſtandū literę: vt in cathedralibus tātum locū habeat decre. nec eſt verū quòd ſit eadem ratio: quia cauſę epiſcopatuū ſunt merito connumerandæ maioribus cauſis ſupra. e. quāuis. in principio. quod non eſt in aliis. & ideo licet iuriſdictio papæ ſit preuenta: tamen propter maioritatē ſuam deferentur ad papam. in inferioribus vero quæ non ſic connumerantur maioribus, ſufficiet præuentio [b]. vnde ex quo præceſſerat electio reſeruationem: poterit quicquid faciēdum imminet, per ordinarium expediri. aliàs graue eſſet quòd propter reſeruationem quæ electionem alicuius beneficiati ſequitur, neceſſe eſſet pro confirmatione papam adire, nec hic æquiparabo regulares cathedralibus, ſicut nec ſupra eodem lib. quanquam. licet æquiparentur ſupra eod. ſi poſtquam. vnde ſi poſt confirmationem abbatis fiat reſeruatio ante benedictionem, benedicet ordinarius. hæc vera: niſi papa aliud in reſeruatione iuſsiſſet: & ſic habilitabo verba, nec recedam à litera.

CAPITVLVM XLV.

SI eo tempore [f] quo prouiſionem † alicuius eccleſiæ cathedralis [g] ex quauis cauſa [h] diſpoſitioni ſeu ordinationi ſedis apoſtolicę reſeruamus [i], inhibētes ne ad electionē vel prouiſionem [k] faciendā in ea quomodolibet procedatur, & decernentes ſi ſecus ſuper hoc à quoquam ſcienter vel ignorāter [l] attentatū extiterit, irritum & inane: iam [m] ad ele- B ctionē forſitan ſit proceſſum in ipſa:

Pręſenti cōſtitutione ſancimus, φ licet reſeruatio, inhi-

*† No. quòd verbū prouiſio, inducit totalem prouiſionē eccleſiæ: & ſic electionem & cōfirmationē. vide gl. in cle. ſi. e. tit. Dom.*

*b Ita expreſſe dicit Philipp. Font.*

h *Ex quauis cauſa.* ex ſola etiam voluntate: ſibi enim ſola voluntas eſt pro ratione. de conceſsio. præben. propoſuit. cum ſuis concordan.

i *Reſeruamus.* has reſeruationes legati etiam de latere facere non poſſent. j. de off. lega. deliberatione. in prin.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

C k *Prouiſionem.* puta faciendam ex iure deuoluto ſupra eod. quanquam. Nunquid ſola reſeruatio ſine inhibitione ſufficeret? Credo quòd non ad caſſationem ſupra, de præben. dilectus. puniendi tamen eſſent qui elegerunt poſtquam reſeruationē ſciuerant eſſe factam: vt ibi. & j. de conceſ. præben. ſi ſoli. per quā decre. videtur quòd inhibitio bene ſufficiat ſine decret. hoc verum ad caſſandum ea quæ ſcienter poſt inhibitionem ſunt facta: ſed ad hoc vt ab ignorantibus facta vitientur, neceſſarium videtur decretū: vt hic. Io. And. ADDITIO. Non ſto præciſe huic dicto, ſcilicet quòd ſola reſeruatio ſine inhibitione ſufficiat ad caſſationem. nec credo quòd curia illud reciperet, vt reſeruatio aliquid operetur. facit quod no. j. de conceſ. præben. ſi capitulo. in tertia gl. Si tamen bene ponderatur illa decre. facit pro glo. ſcilicet quòd ſaltem ante tempus ſcientiæ reſeruatio non afficiat. nam datio executoris ad prouidendū, ſatis videtur habere vim reſeruationis: nec tamen ſine decreto afficit ante præſentationem: vt ibi. & ſupra eod. lib. de reſcrip. tibi qui. & plus afficere debet cum quęritur de iure alterius, pro quo papa ſcribit, quàm ex nuda reſeruatione in qua ius non eſt alteri acquiſitum. j. de præbend. dudam. facit pro gl. ſtylus curiæ ſemper ſubmittens hanc clauſulam, cum de re- D ſeruatione ſit ſermo. & decret. j. de præbend. ſi beneficia. in prin. Ioannes And.

*Reſeruatio ſola ſine decreto an afficiat ignorantes.*

l *Ignoranter.* Not. quòd decretum ignorantes afficit: ſed notare potes contrariū. ſi enim ignorantes afficeret, quare hic additum fuiſſet, vel ignoranter: ſuperflua ſecundum hoc videretur hęc litera: In decreto papæ dicimus quòd ignorantes afficit. j. de conceſ. præben. quia cunctis.

*Decretum an afficiat ignorātes.*

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

m *Iam.* ſcilicet ante tēpus quo facta fuerit reſeruatio. Quid ſi eadem die facta fuit reſeruatio & electio? Dico quòd ſi poteſt apparere quæ primo: puta per inſtrumenta electionis & reſeruationis: puta ſi in eis dicatur de die & hora, vel per teſtes qui prædictis interfuerunt: hic nullum dubium. Si autem hoc nullo modo poteſt apparere, dico negotium ad papam deferendum vt ſua voluntate determinet, per decreta. ſupra de reſcrip. cap. penul. eod. lib. cum enim hic de iure papæ quæratur: quod dubium eſt, non poterit inferior ipſo ratificare, & hoc cum reſeruauit tantum, ſed ſi reſeruaſſet & contuliſſet: præfertur datus à papa in eo caſu. j. de præben. ſi à ſede Ioan. And.

*Reſeruatio & electio ſi fiant eodē die, quæ potior.*

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Et decretum.* Nota, copulatiue & non diſiunctiue ponuntur: & facit pro iis quæ ſupra dixi.
b *Vel alia.* ſi ergo confirmatio & conſecratio præceſsiſſent decretū, eſſet electi negotiū expeditū. Si autē ſola electio, cōfirmatio, & conſecratio: pertinebit ad papam. Si autē præcedat electio & confirmatio: tunc ſola cōſecratio ad ipſum pertinebit. ADDITIO. Cum enim ante conſecrationem non ſit prouiſum eccleſię. de tranſla. cap. ij. papa reſeruando prouiſionem, conſecrationem reſeruaſſe videtur ſecundum Arch. Ioan. And.
c *Effectu careant.* ſi ergo ante reſeruationē electus, & poſt reſeruationem confirmatus fuerit: non valet cōfirmatio, etiā ab ignorantibus exhibita & recepta. Electio tamen propter vitioſam confirmationem non vitiatur ſupra eo. tit. & lib. ſi confirmationem. quam per hanc exemplificare potes. & adde quod dixi. ȷ. eod. cap. proximo.

*†Not. Phi. arg. à contrario fortiſsimo in iure. l. j. §. eius rei. ff. de offi. eius cui mand. quòd in electionibus nemo poteſt conſtituere procuratorem inuitis collectoribus citra impedimentū: ſi collectores conſentiāt, ſecus. c. ſcriptum ſupra eo. Font.*

bitio & decretum [a] huiuſmodi non afficiant electionē, vel alia [b] quæ præcedunt: afficiunt tamē vt effectu careant [c] ea quæ poſtmodum [d] ſubſequuntur.

Idem.

*Abſens plures procuratores ad actum electionis dare poteſt inſolidum & nō aliter: & in altero admittēdo ponit tres gradus. hoc dicit vſque ad. §. porro. Dom.*

CAPITVLVM XLVI.

SI quis iuſto [e] † impedimēto detentus [f] in electionis negotio nequeat cōmode intereſſe: poteſt nedū vni (prout dicitur in concilio [g] generali) ſed & pluribus [h] cōmittere vices ſuas, dū tamē eorū cuilibet det inſolidū [i] poteſtatem: & erit tunc [k] melior cōditio occupantis [l]. Verùm ſi ambo concurrant inſimul [m], & poſtulent ſe admitti, audiri eos nō expedit: quia poſſent vota ſua dirigere in diuerſos, ſicq; res nō haberet exitū: & quod ab eis hoc caſu fieret, non valeret: ſed is admittatur duntax [n], quem capitulum vel pars maior [o] elegerit [p]: vel ſi

Gloſſa ſeq. colligit argumentum.
d *Poſtmodum.* ſcilicet poſt reſeruationem, inhibitionem & decretum. Et argue ex hac decr. quòd ſi papa prouidit alicui de epiſcopatu, alius quàm papa ſine eius mandato illum non poterit conſecrare. ar. ad idem ſupra de accuſa. meminimus. ADDITIO. Niſi aliud habeat conſuetudo: vbi dixi per decre. ſupra eo. in an. nihil eſt. Ioan. And.
Gloſ. ſeq. diuidit caſum ponit & dicit quid declarat.
S *I quis.* Hanc decre. diuido in tres partes. Prima durat vſque ad. §. porro. Secunda vſque ad. §. abſens. Tertia vſque ad finē. Et pars prima dicit q abſēs plures procuratores ad actū electionis dare poteſt inſolidum tamen, aliter nō: & in altero admittendo ponit tres gradus. Secunda dicit electorē qui eſt alterius procurator, duos in ſcrutinio nominare non poſſe, vnum caſum excipit. Tertia dicit abſentē nolente capitulo extraneū procuratorem dare non poſſe: nec votum ſuum per literas exprimere. Io. An. Aliquis iuſto impedimento detentus, in electionis negotio committit pluribus vices ſuas, quæritur an valuerit commiſſio? Reſpondetur quòd ſic, dummodo inſolidum dati fuerint: & erit melior tunc occupantis conditio. ſi autem nullus occupat, ſed ambo ſimul cōcurrūt: admittetur ille quem capitulū vel maior pars elegerit. ſi autem capitulum non concordet, ille admittetur qui primò in inſtrumento procurator extiterit nominatus. Et ratio quare alter ſolus admitti debet, eſt: quia poſſent vota dirigere in diuerſos, & ſic res nō haberet exitum, & quod fieret, non valeret. ſi autem non fuerint dati inſolidum, tūc neuter admittetur propter ſuperiorem rationē: & ſibi imputet qui ſic eos inſtituit. Secundò quæritur, aliquis dedit procuratorem in negotio electionis: ille procurator nomine ſuo eligit vnū, & nomine domini alium eligit: quęritur an poſsit? Reſpondetur quòd non, niſi de certa perſona eligenda habuerit ſpeciale mandatum. Tertiò quæritur, pone canonicus abſens non inuenit aliquem procuratorem in collegio: quæritur an poſsit dare extraneum? Et reſpōdetur quòd non, inuito capitulo. Sed quæritur, an ſaltē votum ſuum poſsit exprimere per literas? Et reſpōdetur q nō: quia votum in ipſo ſcrutinio ſecreto & ſigillatim tantūmodo eſt exprimendū: & non ante ſcrutiniū. Emanauit hæc decre. ad declarationē decre. de elec. quia propter. §. pen. & eorū quæ ibi no. CASVS. Dicitur in c. quia propter eo. tit. in an. quòd ſi quis ex canonicis eccleſiæ vacātis ſit abſens, & nō poteſt cōparere in die aſsignationis pro electione facienda: poteſt vnū ex canonicis conſtituere nomine & vice abſentis. Sed ponamus q iſte abſens plures procuratores vult cōſtituere: an poſsit? Reſpondet q ſic: dum tamē iſtos plures procuratores conſtituat inſolidū: quia ſi illos conſtitueret ſimpliciter, ipſi conſtituti poſſent variare & eligere plures perſonas. Sed quæritur, vtrū omnes iſti conſtituti inſolidū admittentur: vel ſit tantū vnus admittendus: & quis debeat præferri? Reſpōdet propter rationē prędictam: ne ipſi conſtituti poſſint eligere diuerſas perſonas nominē eiuſdē, non ſunt plures admittendi: ſed erit melior conditio primitus occupātis. Sed ponamus q omnes conſtituti ſe ſimul præſentāt, quis erit preferendus? Reſpōdet q erit in optione capituli quem velit admittere: & ille quem admittet capitulum, præferetur aliis. Sed quid ſi vna pars capituli vult admittere vnum, alia pars aliū: & ſunt in æquali numero: quæritur quis ſit præferendus? Reſpōdet q ille qui primò eſt nominatus in procuratorio. Sed ponamus q aliquis abſens cōſtituit plures procuratores ſimpliciter: vtrū aliquis admittatur ad eligēdum pro abſente? Reſpōdet q null' debet admitti, quia nullus habet mādatū inſolidū: ſed ſolū vnus poſſet eligere ſimpliciter cū aliis: & ſic omnes poſſent variare & eligere diuerſas perſonas: ideo procuratorium non valet. Sed ponamus q iſte canonicus abſens conſtituit vnum canonicum, vtrū iſte conſtitutus poſsit vnum eligere nomine ſuo: & alium nomine magiſtri ſui? Reſpōdet q nō: quia non poteſt habere vnā conſiderationem nomine ſuo, & aliam nomine alieno. Et iſtud verū, niſi in procuratorio caueretur quòd iſte procurator eligeret talē nomine magiſtri ſui: tūc enim nomine ſuo poſſet vnum eligere: & nomine ſuo alium ſi iſte videatur magis idoneus. Sed quid ſi nullus ex canonicis vult admittere procuratoriū: nūquid poterit aliū extraneū à collegio ſiue capitulo cōſtituere? Reſpōdet q ſic, cōſentiente capitulo vel collegio: ſed diſſentiēte capitulo nō poteſt. Sed nūquid ad minus poterit ipſe abſens mittere votum ſuū per literas? Reſpondet quòd ſic. ſed tamen nō poterit tale votū: quia nullus debet exprimere votū ſuum ante ſcrutiniū. Not. primò ex nominatione ius acquiri, de quo remittit Archi. xciij. diſt. dominus. & ſupra qui filij ſint leg. per tuas. No. ſecundò quòd paria ſunt, nō conſtituere procuratorem, vel conſtituere in forma prohibita à iure: & ſic comparens cum procuratorio minus legitimo, videtur contumax. ad hoc de appel. Nicolao. Dom.
Gloſ. ſeq. ſoluit duo dubia, an conſtituens habeat neceſſe iurare: & quibus verbis iuret procurator.
e *Iuſto.* hoc relinquendū eſt iudici, quia non ſunt numerari poſſent. exempla tamen habes. ff. ſi quis cautio. l. j.
f *Detentus.* & in loco exiſtens de quo debeat euocari: alias locū non habet cōmiſſio ſupra eo. in anti. quia propter. §. penultimo. Et de hoc impedimēto ſi opus fuerit, fidem facere debet iuramēto: vt ibi. vnde non eſt de neceſſitate q iuret in inſtrumento procurationis ipſe dominus: ſed cautum eſt quòd det mandatū ipſi procuratori iurādi in animā ſuam quòd ipſe tali impedimento detentus eſt, ſecundum omnes modernos qui hoc notant in decretali, quia propter. & eſt ratio: quia ſi capitulum requireret iuramentum, procurator iurare non poſſet: nec pręterea vlterius expectaretur. Fuit enim procurator minus ſufficiens, & ideo ſibi conſtituens imputet. ad hoc. ȷ. §. ſi autem. nec debet dicere procurator, dico dominū in loco in quo debet vocari, iuſto impedimento detentum, quia iſta ſunt verba iuris: ſed dicere debet verba facti, ſcilicet, dico dominū in tali loco & tali impedimento detentum: puta tali infirmitate, vel talibus inimicitiis: & tunc ſi non admittatur, appellet: ſecundū Hoſtienſem qui hoc ibi not.
g *Concilio.* ȷ. eo. in antiq. quia propter. Iſta enim fuit dubitatio: quia ibi dicebatur, committat vni de collegio. ADDITIO. Sed effectiuè vnus ſolus erit procurator. Ioann. Andr.
h *Pluribus.* idē no. Inno. & Compoſt. ȷ. e. quia propter. & qd' dicit pluribus, intelligo ſiue duo fuerint, ſiue plures dum tamen inſolidum, vt ſequitur: quia eadem ratio eſt.
i *Inſolidum.* aliter neuter admitteretur. ȷ. e. §. ſi autem.
k *Tunc.* cum poteſtatem habent inſolidum.
l *Occupantis.* ſupra de procur. non iniuſtè. vbi de hoc.
m *Inſimul.* ita quòd non apparet quis primò.
n *Duntaxat.* i. tantūmodo. vnde iſto electo alter omne ius amittit. & eſt ſi. ȷ. in an. de reſcri. c. pen. quod verū credo niſi in inſtrumento diceretur, meliorem nō eſſe conditionē occupātis. & quod vnus incepiſſet, alter finire poſſet. ar. ad hoc in prædicta decre. in fi. & . ȷ. de procura. ſi duo.
o *Pars maior.* ſic ſupra eo. lib. de reſcr. ca. pen. ad idem. vj. di. apoſtolica. de elec. in ant. cùm inter canonicos. ff. ad munici. quod maior.
p *Elegerit.* nec credo q variare poſsint: vt ſupra. e. tit. & lib. vt quis duas. de poſtu. ſupra eo. lib. cap. vno. in fi. Ioan. And.
Gloſſa ſeq. ſoluit vnum quare.

*a De infirmo præſente tractat hic Archid. de quo ibi ſatis ſuper gl. penul. in princ. tenet autem hic quòd poſsit procuratorem conſtituere. Ioā. Andr.*

*Procurator legitimè cōſtitutus ad eligendū ſi nō admittatur, an poſſit appellare.*

Nequeant.



a *Nequeant.* quia nolunt eligere, vel pari numero diſcordāt. Et no. quòd primo recurrendum eſt ad electionē capituli, ſecūdo ad ordinē ſcripturæ. Tabelliones enim pręponūt quos volūt in inſtrumētis: & ideo fuit æqui' primo recurri ad electionē capituli per quā magis idoneus eligeretur. ad hoc. ȷ. de procu. ſi duo. ff. de accuſ. ſi plures. ſecundo ad ſcripturæ ordinem in ſubſidium.
Gloſſa ſequens alleg. concor. quærit & ſoluit.
b *Nominatus.* per ordinē ſcripturæ. concor. optime. ȷ. de præben. mādato ad idem xliij. diſt. ſit rector. in fi. cum ſuis cōcor. & ſupra de reſcri. in an. cum dilecta. cum ſuis concor. & facit. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. pen. Quid ſi non apparet puta quia duo ſunt inſtrumēta, nec apparet quod prius? Puto quòd mutuo ſe impediant. ff. de vſu fru. l. quoties. & imputet ſibi qui ſic eos conſtituit.
c *Propter rationē eādem.* quia poſſent vota dirigere in diuerſos: & ſic res non haberet exitum.
Gloſſa ſeq. quærit & ſoluit. ſecundo ſignat contrarium, & ſoluit.

*† Et ratio quia ex ordine verborum præſumitur ordo intellectus. de conſe. di. 2. in Chriſto pater. l. ſi ſeruus cōmuni. de ſtip. ſer. ca. quoniā ab. bas. de offi. deleg. Fon.*

concordare nequeant [a]: is qui primo † in inſtrumento vel literis procurationis extiterit nominatus [b]. Si autem nullus ipſorum inſolidum fuerit deputatus, tunc propter [c] rationem eandem ipſorum aliquis nō debebit admitti [d]: ſibique imputet qui ſic eos cōſtituit indiſcrete [e].

*Procurator ad eligendum conſtitutus vnum nomine ſuo, & vnum nomine domini ſui eligere non poteſt: niſi à domino de certa perſona ſpeciale mandatum habeat. hoc dicit.*

Porro [f] cum vnus eſt procurator ſimpliciter conſtitutus: ſi is vnum ſuo, & aliū domini ſui nomine in ſcrutinio nominandum duxerit, nihil agit [g]: niſi de certa [h] eligenda perſona ſibi dominus dederit ſpeciale mandatum, tunc enim in illam [i] ei', & in aliam ſuo nomine licitè poterit conſentire [k].

*Canonicus abſens (licet nullus de capitulo eius procurator eſſe velit, & ipſe procuratorem qui non ſit de capitulo, nolente capitulo deputare non poſsit) votum per literas exprimere non poteſt: cum cuiuſlibet votum ſit ſecreto & ſigillatim in ſcrutinio exprimendum. hoc dicit.*

Abſens [l] † quoque (licet nullus de collegio velit eſſe procurator [m] eiuſdem, nec ipſe nolente [n] capitulo extraneum valeat deputare) nō poterit aliquatenus per literas exprimere votum ſuum [o]: quod non eſt ante ſcrutiniū: ſed in ipſo ſcrutinio ſecrete & ſigillatim tātummodo exprimendum [p].

Idem.

*Si apparet coëlectus, vel ſe opponens ei qui confirmationem petit, ille vocabitur nominatim: aliàs fiet in eccleſia cridagenerali quòd ſe confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio aſsignato: aliter confirmatio facta non tenet. Ioan. And.*

CAPITVLVM XLVII.

d *Admitti.* quid ergo? nunquid de nouo citabitur ipſe canonicus? Nō: aliàs quid ſibi imputaret vt ſequitur. Idem enim eſt non venire: quod non ſufficienter venire, contumax ergo fuit: & procedent ipſius ſocij ad electionem. contra. ȷ. de proc. ſi duo. vbi dicitur q ſi in cauſis electionum ſunt dati plures procuratores, ſed non inſolidū: iudex eliget idoneiorem. Sol. ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in cauſis electionum & poſtulationū vel prouiſionū. hic de procuratore dato ad negotium, ſcilicet ad ipſam electionē faciendam: & ibi de iure iam nato, hic de naſcituro: quod minus fauorabile eſt: & vtrobique vtilis prouiſio ob celerē expeditionem. ADDITIO. Dicebat ergo Io. Mo. ſi non aſſumatur vnus ex duob' qui proſequatur electionē iam factā, hic imminet periculum: ſed nullum periculum ſi vnus de collegio non mittatur ad electionem faciendam.
e *Indiſcrete.* non enim debent ſtulti melioris eſſe conditionis quàm periti. ȷ. de præben. eum qui beneficium.
f *Porro.* ſecunda pars. Hic approbatur opi. Vin. & Cōpoſt. ȷ. e. quia propter. & Abb. e. ti. in an. c. cōgregato. tamē Gof. & Hoſti. ibi no. quòd ſatis poterat dici valere, cum in diuerſos cōſentit, dūmodo neuter ſit malus. qd' falſum eſt: vt vides.
g *Nihil agit.* ratio. quia qua conſcientia tenetur meliorem eligere ſuo nomine: eadem ratione tenetur ad idem nomine domini ſui. ad hoc. xlvj. diſtin. ſicut non ſuo. & . ȷ. de reg. iu. quod alicui. j. & incerta videntur hæc vota ſupra eo. ti. & li. c. ij. quod dicit, nihil agit, intellige, quia neutrum votum valet. & eſt ſi. quod dicimus in delegato qui ſubdelegationem recepit à ſocio. ſupra de offic. delegat. ſuper quæſtionum. in. §. ſi vero.
Gloſ. ſeq. dicit quid approbat, & quid reprobat ſecundo quærit & ſoluit, & ſolutioni obiicit & reſpondet. Iterū quęrit, & diſtinguendo reſpondet.
h *De certa.* No. approbatam opi. Cōpoſt. & Inn. & reprobatam opi. Vin. qui dicebat ſupra. e. cōgregato. q non poterat fieri cōpromiſſum vel mandatū procuratori de certa perſona. dicebat enim q videbatur ſingularis electio, & ſic nō valebat ſupra eo. in an. in Geneſi. Item talis cōmiſsio eſt cōtra conciliū quod requirit q cōmittat vicem ſuam: ſed iſte non cōmittit vices ſuas, qui dat mandatū de certo eligēdo: ſed falſum eſt: vt hic patet. & de hoc per Ab. ſupra. e. congregato. Sed nūquid procurator ad eligēdum datus poterit aliū ſubſtituere? Dic ſecundū Cōpoſt q ſic [a]: quia procurator eſt ad negotiū: qui aliū procuratorem dare poteſt. ȷ. de proc. c. j. §. procurator. ff. man. ſi procuratorē. §. ſi quis mādauerit. Eſt tamē ar. cōtra. ȷ. de off. dele. is cui. & ſupra de off. dele. c. vlt. §. is autē cui. Sol. illa loquūtur in iudicibus, non in procuratore.

*Canonicus impeditus qui ad actū electionis procuratorem non legitime conſtituit: an debeat iterum citari.*

*a Verū eſt ſi habet mādatum de certa perſona, ſecus ſi de incerta. Fonta.*

*Procurator conſtitutus ad eligendū an poſſit ſubſtituere.*

Item quæro nūquid procurator datus ad eligēdum, cōpromittere poterit? Dic ſecundū Compoſt. quòd ſi liberū mandatum habuit, cōpromittere poterit: quia id poteſt, quod dominus. ſi autē ad certā perſonam, tunc cōpromittere nō poteſt: quia ſola neceſsitatis forma, ſcilicet ſcrutinij, tunc intelligitur demādata. ar. ff. de pecu. licet. §. ſi ſeruus.
i *Illam.* certā perſonā de qua habuit mādatum expreſſum: & no. illā, quia aliā eligere nō poteſt: quia faceret cōtra formam mādati ſupra de reſc. cū dilecta. & . ff. man. diligēter. & . ȷ. de prę. cui de non.
Gloſ. ſeq. arg. & remittit.
k *Conſentire.* No. ar. q habēs ſpeciale mādatū, id poteſt qd' aliàs nō poſſet. ad idē ȷ. de proc. c. j. & vlt. & facit ad quæſtionem quā hoc anno diſputaui, an delegat' ab alio q̄ à principe, habēs ſpeciale mandatū ſubdelegādi, ſubdelegare poſsit & de hoc dicam. ȷ. de off. dele. is cui.
Gloſ. duæ ſeq. cum penul. dicūt quid approbat, & quid reprobat.
l *Abſens.* hic in primo dicto approbatur glo. Ber. ȷ. e. quia propter. in gl. pe. & omniū modernorū idē ibi notantiū: ſed in ſecundo puncto reprobatur eiuſdē Ber. opinio in eadē gl. & quaſi Hoſt. cōſentiebat: ſed ibidē Inn. & Ber. & Cōpoſt. cōtra & eorū approbatur hic opinio. & intelligas hanc literā de ſupradicto abſente qui compromittere poteſt, ſcilicet iuſtè impedito & exiſtēte in loco de quo &c.
m *Procurator.* dicebat Goff. q putabat talē canonicū indirectè contēni. Alij dicebāt q cōpelli debebat aliquis de capitulo, vt ab ipſo mandatū ſuſciperet: ſed non eſt verū. à principio enim nullus cōpellitur procurationē recipere. C. de procuratoribus. inuitus. inſti. manda. §. mandatum. Ioann. And.
n *Nolente capitulo.* ſi enim capitulum vellet: bene tūc poſſet extraneū deputare, ſed inuito capitulo non: & ſic debet intelligi decre. quia propter extraneū enim etiā ſine mandato admittere poſſet, & ſibi præiudicare, & in extraneum etiam compromittere ſupra eo. in ant. cauſam. cum ſi.
o *Votum ſuum.* Ber. contradicebat: ita tamen quòd publicatio ipſius voti fieret tantum cum aliorum fiebat publicatio. ſed nō inſpexit quòd non ſolum publicatio, ſed etiam expreſsio in ſcrutinio tantùm fieri debet: vt ſequitur. ADDITIO. Et per hoc patet quòd neq; in litera aperta poſsit mitti ſchedula incluſa aperienda in ſcrutinio, continens nomen eius in quē ille conſentit. & licet Ioā. Mo. hoc dicat ſub dubio forte, tu dicas aſſertiue. Ioan. And.
Gloſſa ſeq. obiicit & ſoluit.
p *Exprimendum.* No. nō ſola publicatio inſpicitur: ſed etiam expreſsio. Sed contra. ſupra proxi. §. vbi exprimit votū conſenſus ante ſcrutiniū, dādo ſcilicet procuratori mandatū de certa perſona eligēda. Sol. falſum eſt q tunc exprimat votū, ſed mādatū dat de voto exprimēdo: ſicut aliud eſt inueſtire, aliud mandare de inueſtiēdo. de iis quę fi. à ma. par. c. ex ore. Vnde aduerte. pone quòd procurator qui mādatū habuit de certa perſona eligenda, nō eligit. ille electus fuit à quibuſdā aliis: nūquid vox illius abſentis & mādantis augebit numerū illius vt poſsit dicere quòd electus ſit à decē, quia nouē elegerunt, & decimus mādauit de eo eligēdo? Abſit. Dico ergo q aliud eſt dicere, cōſentio in talē. & hoc debet fieri in ſcrutinio & ſecreto & ſigillatim, vt hic: & tali modo cōſentit in ſpirituale matrimoniū. & aliud eſt dicere, do mandatū Titio de tali eligendo. quia iſtud nō eſt votū, nec per hoc contrahitur matrimoniū: & ideo ante ſcrutiniū fieri poteſt, vt ibi. Sic vides in matrimonio carnali, aliud eſt contrahere, aliud eſt dare mandatū de contrahendo. hinc eſt quòd qui cōtrahit, amplius nō pœnitet: ſed qui mandatū dedit, pœnitet ante contractum. ȷ. de procu. c. vlt. ſic ergo intelligas: nec ſimilitudinem dicas vbi non eſt. Ioan. And.

*Procurator conſtitutus ad eligendum, an poſsit compromittere.*

*† Not. primo quòd officium procuratoris à principio eſt voluntarium: & ſic non cōpellitur quis illud recipere: ſecus ſi illud acceptaſſet. vide ele. ȷ. de procuratorib'. No. ſecūdo qualiter debeat deponi votū in ſcrutinio: quia ſecrete & ſigillatim. ad hoc ſupra eod. quia propter. Do.*

*Procuratorem conſtituens ad eligēdum, vel matrimoniū cōtrahendū, non cēſetur per hoc eligere vel contrahere.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



QVoniam.} Hæc eſt ſolennis decre. & cotidie practicatur. Ideo concepi vltra glo. aliorum vel meas ipſius verba diſcutere. Diuiditur autem in tres partes. Primò ponit cõfirmantiũ abuſum: quẽ prohibet cum decreto. Secũdò ponit vocationis formã: ibi, vocationẽ. Tertiò ad electionẽ concordẽ hoc prorogat: ibi quę etiã. ADDITIO. Quid autẽ corrigat, nõ dico reprobet, videbis in gloſ. dicebamus. & ſuper ea. Ioan. An. CASVS. Vacãte eccleſia Pictauen. canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum tractaturi de electione futuri prælati. tractatu inter ſe habito quẽdam Titium elegerunt & aliqui ſe oppoſuerũt iſti electioni. vel fuerũt duo electi: vn' iſtorũ electorũ acceſsit ad ſuperiorem, & declarauit ꝙ ipſe fuerat electus in epiſcopũ eccleſiæ Pictau. vtrũ ſuperior poterit illũ cõfirmare abſque cauſę cognitione, non vocato coëlecto vel opponẽte? Reſpondet ꝙ non. Sed quid ſi electio fuit facta in concordia: vtrum ſuperior illam electionẽ ſine vocatione & citatione illorum quorum intereſt poſsit cõfirmare? Reſpon. quòd non: imò illi quorum intereſt, ſunt vocandi & citandi peremptoriè. Sed quęritur qualiter ſunt ipſi citandi? Reſpõdet Romanus pontifex cum diſtinctione: quia aut ſunt aliqui opponẽtes, vel eſt cõpetitor ſiue coëlectus, & tales ſunt nominatim & peremptoriè citandi, vt ad talem diem veniãt dicturi cauſas propter quas electio non ſit confirmanda. Sed ponamus quòd electio fuit facta concorditer. Reſpondet quòd tunc citatio debet eſſe generalis: videlicet vt ſi ſint aliqui qui velint prætendere aliquas cauſas quare electio non ſit confirmanda, quòd ipſi compareant peremptoriè ad talem diem. & poni debet citatio iſta peremptoria in valuis illius eccleſiæ de cuius electionis confirmatione tractatur, alias confirmatio non valeret. Heli. Regnier. No primò quòd iudex nõ debet eſſe nimis feſtinus & celer ad ſententiam proferendam. Ad hoc ſupra de reſtit. in integ. cũ ex literis. &. j. de re iudi. cum æterni. Not ſecundò quòd actus dicitur repẽtinus, qui fit ſine citatione & cognitione requiſita. vide tex. xlviij. diſt. c. ij. Dominicus.

QVoniam electione [a] nõ in concordia [b] celebrata, ſuperior ad quẽ electionis ipſius confirmatio pertinet [c], conſueuit interdum ſuæ cõfirmationis celeritate [d] præferẽs [e] cupiditatẽ [f] propriam iuri [g], & inordinatum affectũ etiam æquitati, cõpetitorẽ aliquãdo vbi alius vel eos qui ſe volunt opponere, quãdo electus eſt vnicus [h], ſupplantare: dum nullis vocatis, & nõ diſcuſſo negotio [i] per repentinam confirmationem cito (contra doctrinam Apoſtoli [k]) imponit manus [l] electo: Nos volentes huic

*1.Tim.5.*

Gloſ. ſeq. ſoluit duo dubia. de tertio remittit.

a *Electione.* idem dicam de poſtulatione, cum eadem ſit ratio: quod verum puto in admiſsione poſtulationis quæ fit à ſuperiore illo qui poſtulatum admittendo confirmat. ſecus in eo qui poſtulatur à prælato ſuo, vt monachus electus in epiſcopum ab abbate: quia in ea non fiet vocatio. Et idem puto in præſentatione: vt etiam ille cui fit præſentatio, ſeruare teneatur hanc decret. & ſic ſeruatur. De collationibus dicam in fi. cap.

b *Non in concordia.* idem ſi in concordia quo ad vocationem faciendam: vt dicitur in fi. Ioan. And.

*Pertinere verbũ qualiter intelligatur.*

c *Pertinet.* verbum hoc late patet. ff. de verb. ſign. verbum pertinere. vnde intelligo ſiue pertineat iure communi, vt ad epiſcopum. xvj. quæſt. vij. nullus omnino ſupra de hære. cum ex iniuncto. ſiue iure ſpeciali: puta ex priuilegio vel cõſuetudine præſcripta, ſiue iure delegato: quia omnes habebunt hanc formam ſeruare.

Gloſ. ſeq. de celeritate ponit quoſdam caſus quibus approbatur: & quoſdam quibus reprobatur.

*Celeritas in quibuſdam caſib' reprobatur, & in aliis deſideratur.*

d *Celeritate.* No. ꝙ hic reprobatur celeritas: & eſt generale in omnibus perſonis promouendis. viij. q. ij. dilectiſsimi. Itẽ propter rei nouitatem. xxiij. diſ. communis filius vbi de hoc per Archid. xliij. diſt. c. j. vnde Paulus. Itẽ propter reuerentiã ſacramenti recipiendi. de conſec. diſt. iiij. Iudæi. Item propter metum incommoditatis emergentis. duodecima quæſtione ſecunda, ſine exceptione. Item propter honeſtatem: vt res carior habeatur. xxvij. quæſt. ij. inſtitutum. Item propter certitudinem habendam: vt xvij. quæſt. ij. ſi quis incognitus. Item propter reuocandi difficultatem: vt in dandis ſententiis. ij. quæſt. j. deus omnipotens. & hic. vel in ipſarum executione. xj. quęſt. iij. cum apud. idem in legibus condendis. iiij. diſt. in iſtis. Item propter rei dignitatem. lxj. diſt. miramur. Item propter periculoſam ſacramenti iterationem. de conſec. diſtinctio. iiij. cum itaque. Interdum autem deſideratur acceleratio propter metũ contaminationis. octaua diſt. mala. propter metũ defectus. quinta diſt. baptizari. propter metum vſurpationis. xxv. quæ. ix. loci. propter magnitudinem tranſgreſsionis. xxvij. q. j. ſi cuſtos. propter inobedientiæ culpam. xij. q. ij. qui & humanis. propter debitũ obedientię. xciij. diſt. c. j. propter rectitudinẽ diſpẽſationis. xlv. diſ. diſciplina. propter periculum imminẽs: vt in vacatione eccleſiæ ſupra eo. in an. cũ inter vniuerſas. vnde & cautio damni infecti celeritatem deſiderat. ff. de damn. infect. l. j. & idem in ſimilibus: vt. ſ. de re iudic. cap. ij. de reſcrip. in an. ad hoc. vbi ex certa cauſa idem eſt reperire.

morbo [m] & fraudibus [n] obuiare: præſenti conſtitutione ſancimus confirmationes tales [o] viribus omnino carere, ipſaſque decernimus irritas & inanes [p]. Vocationem autem huiuſmodi nominatim [q] vbi eſt coëlectus, vel apparet oppoſitor †, aliàs generaliter [r] in eccleſia in qua electio facta eſt, vt ſi qui ſint qui ſe velint opponere [s], compareant aſsignato perẽptorio [t] termino competenti [u], faciendam eſſe cenſemus. Quæ [x] etiam ſi electio in concordia celebrata fuerit: volumus obſeruari. [y]

*† Not. tex. bene. vide Inn. c. inter quatuor. de maior. & obe. dor. l. fi. C. de iur. deli. Do. hic in fine. Cõt.*

e *Præferens.* ſic ſupra eo. tit. & lib. auaritiæ. & ca. quorundam.

f *Cupiditatem.* quæ omnium malorũ radix eſt. xlvij. diſt. bonorum. de pœ. diſt. ij. quia radix.

g *Iuri.* quod facere non debet. vij. quæſtion. j. ſi quis epiſcopus. in fi.

h *Vnicus.* ſi. ſupra eo. cupientes. §. ſi vero.

i *Non diſcuſſo negotio* male faciunt & puniuntur ſi promouent indignum: vt ſupra eo. nihil eſt. &. ſ. de præben. graue.

k *Apoſtoli.* Pauli. j. ad Timot. v. c. xxiiij. diſt. §. j. lxxviij. diſt. quid eſt manus cito. ſ. eo. in an. cùm nobis olim.

l *Manus.* confirmatorias, de quibus loquimur.

m *Morbo.* nam quod medicamenta morbis exhibent, hoc iura negotiis: in authen. hęc conſtitutio inno. conſtit. in principio. collatio. viij.

n *Fraudibus obuiare.* quod faciendum eſt ſupra eo. auaritiæ &. c. commiſſa &. j. tit. proxim. c. ij.

o *Tales.* ſcilicet factas non vocatis competitoribus: vel iis qui ſe vellent opponere, ſi qui eſſent.

Gloſſa ſeq. ponit quid prius tenebatur. quærit & ſoluit diſtinguendo.

p *Inanes.* dicebamus olim, & no de hoc Inno. & Hoſtien. de appellatio. conſtitutis. ij. de dolo & contuma. in antic. ca. cũ olim. quòd confirmatio facta vocatis iis qui vocãdi erant, & cum cauſæ cognitione, habet vim definitiuæ: hinc eſt ꝙ reuocari non poterit: & ſi appelletur, appellari poteſt vt à definitiua. Si autem fiat ſine cauſę cognitione, & nõ vocatis vocandis, vim habet interlocutoriæ. ibi de hoc plenius per eos videre potes [a]. Sed hodie non valet cõfirmatio ſine vocatione huius decre. vt hic vides. Quid ſi ſic confirmatus adminiſtrat? Satis crederẽ quòd ſi errauit in facto, quia credidit vocationẽ factã quę facta non erat, excuſetur à pœna decre. ſ. eo. auaritiæ. & capitulo qualiter. maximè cũ vocatio & citatio iſta ſit ſuperioris officium, & non partis. Sed ſi errauit in iure: eum à dicta pœna non crederem excuſari. ad hoc. j. de reg. iur. ignorantia. cum ſuis concordan.

*a Ita enim tenebãt prædicti doctores ibi, et in decre. cum dilecti. e. ti. ad ſi. & ca. nihil eſt. & vide quod ibi dixi in gl. dicebat. & Cõpoſt. eo. tit. quòd ſicut quod nõ erat neceſſe vocationem fieri & ſuo tẽpore, verũ dicebat & ſic ſeruabatur præter illa loca quibus per prouincialia vel ſynodalia ſtatuta erat prouiſum contrarium: vt Bono. Ioan. And.*

q *Nominatim.* ſi. j. de ſenten. excom. ſtatuimus.

r *Generaliter.* & publicè: quia talia edicta in publico proponi debent. de poſtul. cap. j. & eſt contra illos qui adhuc fraudẽ faciunt conſtitutioni faciẽdo hanc vocationem fieri coram certis amicis. ADDITIO. Concor. quod no. in cle. e. ti. cauſam. §. verum. in. iiij. gloſ. Ioan. And.

ſ *Opponere.* ne electus confirmetur.

Gloſſa ſeq. quærit & remittit.

t *Peremptorio.* nunquid poſt hunc terminum veniẽs audiretur: Super hoc dic vt ſupra qui ma. accuſa. poſ. cum in tua. Vide ſecundam quæſtionem quam poſui ſuper regula, mora. j. de reg. iur. & ſcripſi in Spe. de cita. §. viſo. in princi. Ioan. And. Officium tamen iudicis in his nõ quieſcit: vt ſupra. eo. cum nobis olim.

u *Competenti.* ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum & negotij qualitatem. Ioan. And.

x *Quæ.* ſcilicet dicta de vocationibus faciendis: & quòd nõ valeat confirmatio aliter facta.

*Collatio beneficii vel prouiſio facta non ſeruata forma c. ſi. de elec. an valeat.*

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

y *Obſeruari* quid in prouiſionibus vel collationibus: nunquid in eis habebit fieri hæc vocatio? tutum puto & in his hæc fieri: non tamen credo de verbis vel mente huius iuris hoc eſſe. & facit. j. de præben. cum in illis. & optime eo. tit. licet epiſcopus, Ioan. And.





DE RENVNCIATIONE.

Dictũ fuit ſupra tit. prox. de elec. verùm quia nihil eſt ſub ſole adeo tã firmum quin rũpatur: & electio rũpitur per renunciationem: ideo ad nos informãdum qualiter rumpatur electio, annectitur præſens rubrica de renunciatione.

QVoniã.} Diuiditur in tres partes ſecundum Ioan. Andr. In prima ponitur cauſa conſtitutionis Celeſtini. In ſecunda ipſius cõſtitutionis mẽs: ibi Celeſtinus. In tertia ex duplici cauſam illam inter has conſtitutiones interſerit: ibi, nos igitur. Io. An.

Quia quidem pluſ quam expediret curioſi referebant in dubium an papa poſſit renunciare papatui: Celeſtin'. v. dum præſideret eccleſiæ Romanæ regimini: ſtatuit de conſilio & aſſenſu ſuorũ fratrum ꝙ ſummus pontifex libere poſsit renunciare papatui. quod ſtatutum ne obliuioni daretur, & de prædicto caſu dubitaretur vlterius: inter alias huius ſexti libri conſtitutiones de fratrũ ſuorum conſilio dominus Bonifacius hæc redegit ad perpetuam rei memoriam. Io. And. CASVS. Papa videns ſe impotentẽ ad regendũ vniuerſum orbẽ: vult renunciare papatui. an poſsit? videtur ꝙ non: quia obtinens adminiſtrationem eccleſiaſticã, non poteſt illi renũciare & reſignare, niſi in manibus ſuperioris. c. admonet. & c. quod in dubiis eo. tit. in an. modo papa nullum habet ſuperiorem. Non obſtante tamen iſta ratione dubitandi, deciditur contrarium: videlicet quòd poteſt renunciare papatui: & vacat ipſe papatus, ita quòd cardinales poſſunt alium eligere. Et iura loquentia quòd obtinens adminiſtrationem eccleſiaſticam non poteſt renunciare niſi in manibus ſuperioris, intelliguntur quando talis renuncians habet ſuperiorem. Statutum.} id eſt tenorem: quia ipſum ſtatutum non inſeritur hic de verbo ad verbum: ſed ſolummodo tenor ipſius. Nota quòd nimia curioſitas eſt reprobata. xxxvij. diſt. ſacerdotes. Nota reprehenſibile eſſe ſapere vltra quàm expediat: & maxime in iis quæ ſunt fidei, in quibus ſimplicitas commendatur. de quo de ſum. trin. cap. j. in an. Nota inſuper quòd ſubſiſtente iuſta cauſa, poteſt papa renunciare papatui, quæritur verùm poſsit inuitus deponi propter inſufficientiam? Reſpondet gl. quòd non: ſed bene poſſe deponi eo inuito propter hæreſim. c. ſi papa. xl. di. alle. in gl. & in hoc concilium cardinalium eſt ſupra papam. Alij autem prælati inferiores poſſunt deponi propter inſufficientiam ca. ſi. de æta. & qual. or. in an. Not. finaliter ex iſto textu quòd beneficiatus habens ſuperiorem, non poteſt dimittere beneficium: & ſe exonerare ab obligatione qua eſt adſtrictus, niſi in manibus ſui ſuperioris: & tunc requiritur conſenſus ſuperioris: ita quòd ſuperior acceptet renunciationẽ. Nam ſuperior poſſet ipſum cogere vt reſideret: quia obligatio licet ab initio ſit voluntatis, tamẽ ex poſt facto eſt neceſsitatis. & iſtud verum niſi ſubeſſet iuſta cauſa: nã tunc poſſet ſuperior compelli ad acceptãdum renũciationem ca. niſi. de renun. eo. tit. in an.

*Prælati an propter inſufficientiã poſſint deponi.*

*Beneficiat' beneficium ſine ſuperiore dimittere non poteſt.*

# DE RENVNCIATIONE.

## Bonifacius octauus.

*Romanus pontifex poteſt liberè papatui renunciare. hoc dicit ſecundum Zen.*

### CAPITVLVM I.

QVoniam aliqui curioſi [a] diſceptantes de iis quæ non multũ expediũt [b], & plura ſapere quàm oporteat (contra doctrinam apoſtoli [c]) temere appetentes, in dubitationem ſolicitam [d] an Romanus pontifex (maximè [e] cum ſe inſufficientem [f]

a *Curioſi.* quia maiores curas exhibere volunt quàm res exigat. ad hoc. iiij. diſtinct. denique. de conſec. diſt. v. quinque modis. ADDITIO. Et. ff. de noua. doli. in fi. xlix. diſt. cap. j. verſic. paruo autem naſo. & ſupra, eo. lib. de poſtulat. cap. j. in prin. Ioan. And.

*Curioſus quis dicatur.*

b *Expediunt.* quod faciendum nõ eſt. C. de ſum. tri. l. nemo: j. de hære. c. ij. &. j. de re iudi. abbate. ad fi.

c *Apoſtoli.* Pauli in epiſtola ad Romanos ca. xij. & habes eadem verba. xliij. diſt. ſit rector.

d *Solicitam.* vide infra, deducere minus prouide videbantur.

e *Maxime.* comparatiuum. vnde etiam ſi ſufficiens ſit: renũciare poterit, vt per inferiora patebit.

*Papa an poſſit deponi propter inſufficientiã: & quid de aliis prælatis.*

Gloſſa ſeq. primo ponit dubium, ſecundo notat, dat ſimile, & exemplificat.

f *Inſufficientem.* propter hoc tamen non poſſet deponi: quia propter ſolã hæreſim deponitur. xl. diſ. ſi papa ſed alij prælati propter inſufficientiã bene deponuntur & eccleſiaſtici & ſeculares. xviij. q. ij. ſi quis abbas. xv. q. vj. alius. & propter negligentiam. lxxxj. diſt. dictum ſupra de hære. excommunicamus. in fin. Et nota quòd licet omnis ſufficientia eſſe dicatur in papa, ita ꝙ omnia iura in pectoris ſcrinio habeat ſupra e. li. de conſt. c. j. tamen interdũ inſufficiẽs eſſe poteſt: vt hic, & interdũ eũ fallit obliuio. xxiij. di. pręterea. vbi de hoc ſic ſedes ipſa aut ſanctũ inuenit, aut ſanctum facit. quis enim ſanctũ dubitet quem apex tantæ & c. xl. di. non nos. Et hic adde quod ibi no. & tamen hæreticus poſſet eſſe & propter hæreſim deponi. ea. diſ. ſi papa. & poſſet ex multis inſurgere inſufficiẽtia hæc: vt ex defectu literaturæ, & ſenectute, ex infirmitate vel ſimilibus. Ioannes And.



agnoſcit ad regendam [g] vniuerſalem eccleſiam, & ſummi pontificatus onera ſupportanda) renunciare valeat papatui: eiuſque oneri & honori deducere minus prouide videbantur [h]: Celeſtinus papa quintus prædeceſſor [i] noſter (dum eiuſdem [k] eccleſiæ regimini præſidebat) volẽs ſuper hoc hæſitationis cuiuſlibet materiã amputare, deliberatione habita cũ ſuis fratribus [l] eccleſiæ Romanæ cardinalibus, de quorum numero tunc eramus †, de noſtro & ipſorum omniũ concordi cõ

g *Regendã.* ad quod ex officio ſuo tenetur: vt in prooemio huius libri.

*† Innuit quòd iã nõ eſt. tamen Imperator eſt de numero ſuorũ ſenatorum. l. ius ſenatorum. C. de dig. li. 12. et papa poſt renũciationem manet cardinalis. an imperator renũciet imperio, Phil. alle. Bal. in. l. Barbarius ff. de offic. præto. Fon.*

Gloſ. ſeq. ponit rationes contrarias, & eis reſpondet.

h *Videbantur.* & erat ipſorum ratio motiua: quia qui renunciat, renunciare debet in manibus ſuperioris: & aliter matrimonium ſpirituale non diſſoluitur ſupra, eo. de renunc. admonet. ſed papa ſuperiorẽ non habet: ergo renunciare non poteſt. Item fungitur vice dei, quas vices ſic videtur oſsibus habere annexas, quòd à ſe abdicare nõ poſsit. ad hoc de ſta. mona. cum ad monaſterium. in fi. {Multæ aliæ rationes inducũtur: vt ſcilicet quia papatus à ſolo deo eſt: & quæ à deo ſunt vel cõmittuntur, ab inferiori tolli non poſſunt. Ergo papalis dignitas à deo commiſſa, alicuius inferioris authoritate dimitti vel tolli non poteſt. Item nullus poteſt authoritatem vel poteſtatem auferre quam conferre non poteſt: ſed papalem authoritatem nullus confere poteſt niſi deus: ergo nec eã auferre: quod fieret ſi valeret renunciatio. multas alias rationes vide hic per Ioan. And. in ſua nouella.} Sed contrarium verum eſt: vt hic vides. & probatur ex eo, quia Marcellinus renunciauit papatui, cui ſubſtitutus fuit Marcellus. xxj. diſt. nunc autem. Item Clemens renunciauit papatui, cui ſucceſsit Linus: & eo mortuo, Cletus: & illo mortuo iterũ ſucceſsit Clemens: vt in chronicis. & vide de hoc viij. q. j. c. j. hinc Diſputat hic mundus &c. & hanc opi. approbauit Ioan. vij. q. j. c. non autem. {[redacted] &c.} Ad id quod dicitur, ꝙ renunciatio fieri debet in manibus ſuperioris: fateor id verũ vbi eſt ſuperior. Sed hic propter impoſsibilitatẽ ius illud ſeruari non poteſt. & facit optime ſupra, tit. proxi. indẽnitatibus. §. penul. & ſupra ti. proxi. licet de vitanda diſcordia. in fi. {Io. Mo. alle. ff. de iis quæ in teſta. delen. l. proximè melius facit titu. ſeq. de hære. inſt. l. & hoc Tiberius.} Item inferiores prælati à ſuis prælatis cõfirmantur & inſtituuntur: vnde non eſt mirum ſi ſine ipſorum licẽtia renunciare non poſſunt. Sed papa à nemine cõfirmatur. vnde ſicut ſine ſuperiore inſtituitur, ita ſine ſuperiore renuntiet. ad hoc ſupra de reg. iur. c. j. Io. An. ADDITIO. Dicit Io. Mo. ꝙ ſicut populus Romanus penes quẽ erat ſumma poteſtas lege lata, illã trãſtulit in principẽ. inſt. de iur. nat. §. ſed & quod principi. ſic & papa qui habet poteſtatis plenitudinem, hac lege cedere potuit oneri & honori. Ioan. And.

*Papatui multi renũciauerunt.*

*Cyriacus quare papatui renũciauit.*

*Papa à nemine confirmatur.*

Gloſſa ſequens ponit differentiam.

i *Prædeceſſor.* cũ dignitas vacat aliàs quàm per mortẽ, ſucceſſor non congrue dicit prædeceſſor: ſed dicere deberet præceſſor. Prædeceſſor enim idem eſt quod prædecedens: niſi dicere velis quod quomodocunque vacet prælatura, quo ad illã deceſsiſſe putatur. & eſt expreſſum. vij. q. j. §. ecce in quibus. & xxxiij. quæſt. ij. §. j.

*Prædeceſſor & præceſſor qualiter differant.*

k *Dum eiuſdem.* poſtea enim ipſius conſtitutio nõ valuiſſet: quia pontifex non erat, vt infra patebit.

*Papa credendum eſt etiam de iis qua vidit ante papatum.*

l *Fratribus.* cardinales ergo fratres vocat: cum de ipſis permiſtim loquitur. j. de offic. lega. officij.

*a Si.gl.in c. ad apoſtolica.j.de re iu. plene not. in cle. j. de probatio.Font.*

a *Statuit.* credendum eſt papæ hoc referenti [a] ſupra de teſti.cum à nobis.in fine.
b *Reſignare.*hoc expreſſe no.Io.vij.quæ.j.nõ autem.in glo. magna in fi.& facit quod no.lxxix.diſ.ſi quis pecunia.xviij. quæſt.ij.quàm ſit.
c *Temporis.* hinc eſt ꝙ antiquorũ memoria melius præſcripta tenetur.& de hoc vide quod no. ſupra de proba.tertio.
d *Obliuioni.* omnium enim habere memoriã,& in nullo peccare &c. vt ſupra vt eccle. beneſic. vt noſtrum.
e *Recidiuam.*quod eſſe non debet:vt. ſ.de verbo.ſig.ex parte.ij. cum ſuis concor.
f *Memoriam.*facit.j. de re iud. ad apoſtolicæ. in ſuperſcriptione.& quod ibi dicam in prima gloſ.

*† Ad quod l. peregre. iuramentum tamen excludit obliuionẽ. Bal. ca.j. de no. for. fid. per l. ſi quis maior. C.de tranſ. Fõt.*

& aſſenſu authoritate apoſtolica ſtatuit [a] & decreuit, Romanum pontificem poſſe libere reſignare [b]. Nos igitur omne ſtatutum huiuſmodi per temporis [c] curſum obliuioni [d] dari †, aut dubitationem eandem in recidiuam [e] diſceptationem vlterius deduci contingat: ipſum inter conſtitutiones alias ad perpetuã rei memoriam [f] de fratrum noſtrorum conſilio duximus redigendum.

Idem.

*Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem quam habebat:non tenetur expectans illam recipere,imò illa dimiſſa expectabit aliam ſine fraude vacantem. Et ſi illi renuncianti illa pinguis poſtea conferatur: hoc ipſo probata ſit fraus, & carebit vtraque.*

CAPITVLVM II.

Site præbendã vel dignitatẽ in aliqua eccleſia proximò [g] vacaturã authoritate apoſtolica [h] expectãte, aliquis præbendam ſeu dignitatẽ [i] tenuem obtinẽs in eadẽ [k], fraudulẽter ei renunciet [l], vt illa [m] primò ſic vacãte prçcludatur tibi [n] via per cõſequens ad obtinendũ præbendam vel dignitatẽ aliam pinguiorem, quç per mortem alicuius [o] vel aliàs [p] in ipſa eccleſia creditur veriſimiliter in proximo [q] vacatura: per renunciationẽ huiuſmodi (dũmodo de prçmiſſa fraude appareat, ſaltem per aliquas probabiles coniecturas [r], vt quia dictæ renunciationis tẽpore is qui præbendã vel dignitatẽ pinguiorẽ habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat propter quod illius prçbenda ſeu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur) nullum tibi volumus obſtaculũ interponi quo minus præbenda vel dignitatẽ ſic fraudulenter renũciata omiſſa [s], poſſis dictã pinguiorẽ, cũ ea vel aliã [t] ſi pri' ipſam vacare cõtigerit autoritate præfata libere petere veluti tibi debitã [u] & habere.

Site præbendam.} Fraudulenta renũciatio non nocet expectanti. hoc dicit ſecundum Zen. Prima prouidet impetrantibus contra fraudes, de quarum cõiecturis ponit exẽpla: ibi, vt quia. Secunda ibi cæterum. continet, & punit fraudulentos. Scire debes quòd quia nemo videtur fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt: vt.ff.de reg.iu. nemo videtur.j.eo.ti.ſcienti puto nec decre.iſtam, nec eius pœnã locum habere vbi expectans conſentit: quia hoc ſciens voluit illam tenuem habere. pone enim quòd plus ſibi placet: prouiſo tamen quòd non committatur ſimonia. Ioannes Andreæ. ADDITIO. Et hæc quæſtio inter quæſtiones collectas in hoc ſtudio fuit prima in ordine diſputata per dominum Henricum Anglicum, ponebat tamen terminos quòd renũtiatio & collatio fuerant factæ clandeſtinè: & ſuper hoc fundabat ſolutionem ſuam, quare dicebat illas non valere. Ioannes Andreæ.

Præſupponendum eſt pro intellectu huius capituli, quòd papa aliquando ſcribit pro aliquo ſub iſta forma, Mãdamus quatenus tali prouideas de præbenda vacante, ſi qua vacet in tali collatione, alioquin de prima vacatura. Aliquoties papa ita ſcribit: Mandamus quatenus tali prouideas de præbenda primò vacatura in tali collatione, ſi ipſam præbendam duxerit acceptandã: alioquin de illa quam ipſe acceptandam duxerit. In primo caſu iſte pro quo ſcribit papa, non poterit petere niſi primo vacaturam. fallit in caſu huius capituli, videlicet quando vacat in fraudẽ impetrantis. CASVS. Papa volens mihi facere gratiam in aliqua eccleſia, mãdauit alicui epiſcopo vt mihi prouideret de præbenda primo vacante in tali eccleſia ſi qua vacaret, alioquin de proximo vacatura. Tractu temporis cum ſperaretur vacare quædã præbenda pinguis, quia forte canonicus erat ſenex, vel fecerat tractatum de intranda religione, vel volebat redire ad ſeculum cum nondum eſſet in ſacris: quidam aduerſarius meus proſequens me odio, vt me fruſtaretur illa præbenda, cui habebat vnam præbendam modici valoris, forte vnius floreni, fecit vacare ſuam prçbendam per renunciationem: nolo illam acceptare. poſtea vacat pinguis præbenda: volo illa petere: an poſſim? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſi appareat per coniecturas quòd illa renunciatio fuit facta in fraudem, poſſum illã præbendam modici valoris omittere, & acceptare præbendam pinguem. Sed ponamus quòd prçbenda pinguis fuit collata illi canonico qui renũciauit prçbendæ modici valoris: vtrum eo ipſo quòd fuit ſibi collata, ſufficienter ſit probata fraus? Certe ſic: nec requiritur alia probatio fraudis: ideo debet ipſe priuari vtraque præbenda, ſcilicet illa cui renunciauit: & illa pingui quæ fuit ei collata. Nota primò differentiam inter præbendam & dignitatem. & ſic patet quòd canonicus non dicitur habere dignitatem. ad hoc.ſ.de reſcrip.ſtatutũ.in prin. de conſue.c.j.e.li.

Nota ſecundò quòd habens gratiam ad proximum beneficium vacaturum, non poteſt acceptare aliud: niſi fraudulenter introducatur vacatio primi. Do.

g *Proximo vacaturam.* debebatur enim ſibi primò vacans: vt j.de prçbẽ.ſi cleric'. & ſic per fraudes videbatur via præcludĩ ad aliam. ſecus ſi haberet literas ſuper ea quã duceret acceptãdã: quia tũc fraus iſta ſibi non præcluſiſſet viã: qđ eſt verũ niſi acceptaſſet primam quç vacaret. quod poteſt, licet certã & nominatã talis acceptare non poſſit. j.de cõceſ.præben. nec captandæ. quia tunc per omnia idem.
h *Apoſtolica.* quod eſt etiã in caſu decre. j.de præb.ij.qui.&.c. ſi eum. & ſupra eo.li. de reſcript. cum aliquibus. cum ſi.alius enim quàm papa ad vacaturas contra Lateranen. conciliũ ius non tribuit: vt ſupra de conceſ.præbendç. cap. ij. ADDITIO. De legatis dic vt. j. de offic.lega.ca.iij.& iiij.Ioan.And.
i *Dignitatem.* ſingula ſingulis referet.
k *In eadem.* eccleſia ſcilicet in qua expectãs.& idem ſi expectabat in ciuitate vel prouincia, ſi in ea fieret talis fraus: cum eadem ſit ratio.
l *Renunciet.* de vacatione per renunciationem dicit: quia de illa ad titulum. ſed idem credo [b], ſi in fraudẽ occideretur vel deponeretur ſcilicet qui tenue obtinebat: vt præcluderetur expectanti via ad pinguem. & ſecundũ hoc dicam quòd expectans primam vacaturã, primam, ſi vacat in eius fraudem, recipere non tenetur.
m *Illa.* tenui renunciata.
n *Tibi.* cui debebatur prima & non ſecunda.
o *Alicuius.* quia valde ſenex eſt: vel infirmus valde. Ioannes Andreæ.
p *Vel aliàs.* puta quia tractat ille qui in ſacris non eſt, de matrimonio contrahẽdo: vel quia electus eſt vel eligi ſperatur in epiſcopum: vel religionẽ vult profiteri: vel de crimine accuſatur, propter quod creditur deponendus: vel his ſimilia.

Gloſſa ſequens reci.per quæſtionem.

q *Proximo*, idem credo ſi non in proximo, dummodo fraudulenter fiat renunciatio talis, & poſſit id aliàs cõſtare: quia ſemper ratio remanet. pone enim quòd literas habeo ad primam vacaturã, & Titius licet nõ ſperetur de prima vacatione: tamen quia odio me proſequitur, renunciat præbendæ quæ valet vnum florenum, vt ſic me impediat in pinguibus ſi vacarent: certe eum eadem ſit ratio, idem credo.
r *Coniecturas.* No. quòd dolus probatur ex perſpicuis cõiecturis. {C.de dolo.l.dolum.cum concor. Ioan.Mo. remittit ad id quod plene nõ. j.de re.iur.dolo.} & qui eũ allegat, probare illum debet. ff.de prob.l.quoties. §.qui dolo.
ſ *Omiſſa.* non enim debet acceptare ſi hoc ſciuit, ſed omittere: vt hic vides.
t *Aliam.* puta non vacauit illa de qua ſperabatur, ſed alia. vnde ex quo nõ videtur acceptare illam quæ primò vacauit propter illam fraudẽ, debebitur ei & tenebitur acceptare ſecundam vacantem. de præben. ſi cui. &.c. ſi clericus eo.li.j.
u *Debitam.* licet enim iſta non ſit primo vacans, ſed ſecundo: tamen ratione fraudis primo vacans fingitur. & eſt ſi. ſupra de reſcrip. ſi propter eod.lib. & in hoc præferi æquitas rigori propter fraudem. ad idem. C.de iud.l.placuit. C.de fur.& ſer.cor. ſi quis ſeruo. &. j.de re.permu.cap.vno. Et ſic no. caſum in quo licet ſcribatur de prima vacatura, debetur ſecunda. alios caſus habes ad idem. j. de præben. cap.ij. in ſi.eod.tit.& cap.quia ſæpe & c.cum in eccleſia & c. ei cui. & j.de re.permu.cap.vno.

*Beneficio vacaturo ſolus papa poteſt ius tribuere.*

*b Idem Phil.*

*Renunciatio beneficij facta in fraudẽ expectantis, non nocet ipſi expectanti.*

*Expectãti primã vacaturã debetur aliquando ſecunda.*

Habita.



a *Habita.* cui ſemel renunciauit, & ſic repetere non poterit vij.q.j.quàm periculoſum.cum ſi.

Gloſſa ſequens ſoluit dubium

b *Ambita.* ſ.per cupiditatẽ & fraudẽ. & eſt ſi.ſ.de trãſla.licet & c.quãto vij.q.j.ſi quis epiſcopus. {Bñ.ſa.ff.de diuor.ſi ſilia ff.ſo.ma.l.ſiliæ. Ioan. Mo.} Suis ergo terminis ſit quiſq; contẽtus, nec vltra mẽſuras ſui iuris affectet augeri, vt in prædi.c. ſi quis. in ſi. Ambitãã tẽ ideo carere debet, quia expectãti debetur. ſed etiã ſi nõ deberetur, puta quia vacauit alia ante illã oĩo quam fiebat renunciatio, tamen non debebatur renuncianti qui eã adeptus eſt: cũ iſte ſuis non diſtinguat. & ad hoc faciũt prædicta iura.

*† Ex vicinitate temporis aliquid præſumitur. not. l.poſt contractum.ff. de don. B. in l.1.C.de ſer.fug. dicit præſumi contra illum qui ſecretè lacu t' eſt ei qui ſtatim occidit. Philip. Font.*

Cæterum ſi prædicto renũcianti huiuſmodi præbenda vel dignitas pinguior forſitan cõferatur, eo ipſo † dicta fraus intelligatur eſſe probata, & idem renuncians habita [a] omnino careat & ambita. [b]

DE SVPPLENDA NEgligentia prælatorum.

Innocentius quartus.

*Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad metropolitanum non deuoluitur. Ioannes Andreæ.*

CAPIT. I.

Romana eccleſia, [c] & infra. Edictũ vero per Remeñ. prouinciam publicatũ, [d] vt à ſubditis [e] epiſcoporũ ipſius prouinciæ pro audiendis & terminandis eorum cauſis [f] liberè ad Remeñ. curiam accedatur, penitus reuocamus: Quia etiam ſi tenerentur [g] iidẽ epiſcopi pro ſuis [h] culpis [i] vinculo excommunicationis adſtricti: non tamen ex culpis † ipſis (cum id non inueniatur à iure conceſſum [k]) ad Remeñ. archiepiſcopũ iuriſdictio deuolueretur eorũ.

Sed alia forte pro illis pœna [l] ipſis canonica poſſet infligi.

DE ſupplenda negligẽtia prælatorũ.} Rubrica iſta poteſt dupliciter cõtinuari. Vno modo ſic, Viſum fuit ſupra tit.proxi. qualiter quis perdat adminiſtrationẽ eccleſiaſticã per renunciationẽ. verùm quia aliquoties quis repellitur ab adminiſtratione propter ſuam negligentiã, ideo poſt rubricam precedentem annectitur præſens rubrica, de ſupplenda negligentia prælatorum. Alio modo poteſt continuari ſic, Quia prælati quandoque ſunt negligentes in adminiſtratione ſuorum beneficiorum, poſſet dubitari an aliquis poſſit ſupplere defectum prælatorum negligentium. ideo ad nos informandum qualiter quis poſſit ſupplere negligentiam prælati, annectit rubricam de ſupplenda negligentia prælatorum.

Romana.} Sunt tres partes ſecundũ Hoſti. & Io. Mo. Primo reuocat edictũ. Secũdo cauſam reddit ibi, quia etiam. Tertio antipophorizat ibi, ſed alia. CASVS. Dum archiepiſcopus Remen. viſitaret prouinciam Remenſem, & nõ debito modo fuiſſet à ſuffraganeis receptus, excõmunicauit eos, & fecit proponi edictũ per totam prouinciã Remen. quòd omnes ſubditi ipſorum ſuffraganeorum adirent ipſum pro ſuis cauſis dirimendis, papa Inno. reuocat hoc edictum, [a] & dicit ꝙ licet ipſi ſuffraganei pro ſuis culpis excommunicati ſint, non tamẽ ad ipſum archiepiſcopũ iuriſdictio ipſorũ deuoluitur, cum id cautum non reperiatur in iure, licet aliàs pro culpis ipſos poſſit debita pœna punire. Ioan. An. Secundum dominũ Heliam Regnier hoc ca. ſic ſummatur. Excõmunicato epiſcopo, iuriſdictio ſua nõ deuoluitur ad ſuperiorem. hoc dicit. CASVS. Cum archiepiſcopus Remenſis prouinciam ſuam viſitaret, non fuit receptus debito modo à ſuis ſuffraganeis, vnde eos excommunicauit. Et quia excommunicati non poterant exercere iuriſdictionem, fecit proponi edictũ, vt ſubditi ſuorum ſuffraganeorũ pro cauſis ſuis dirimendis adirent ſuum officialẽ. Vnde ſuffraganei archiepiſcopi Remenſis conqueſti fuerunt Romano pontifici quòd archiepiſcop' Remẽſis vſurpabat ſuas iuriſdictiones, quod facere non debebat, cum iſte caſus non ſit de caſibus enumeratis in ca. paſtoralis. de off.ord.in an. vbi enumerãtur caſus in quibus metropolitanus poteſt exercere ſuam iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorũ. Vnde papa caſſauit illud edictũ, quia iuriſdictio ſuffraganeorũ nõ poterat deuolui ad ipſum archiepiſcopũ. & ſi ſuffraganei deliquerãt poterat archiepiſcopus ipſos aliter punire, ſed per hoc non eſt auferenda eorum iuriſdictio. No. primo ex hoc capitulo ꝙ metropolitanus poteſt totam prouinciã viſitare, & procurationẽ à ſuis ſuffraganeis petere. qui ſuffraganei ſi nolint eum procurare, vel eo modo quo debent, poterit illos excommunicare pro illa inobediẽtia. No. inſuper principalem effectum ad quem emanauit præſens cap. quòd ſi epiſcopus fuerit excommunicatus, iuriſdictio ſua propter hoc non deuoluitur ad ſuperiorem. concor. c. quia diuerſitatem. de conceſ.præben. in an. vbi dicitur quòd epiſcopo excommunicato metropolitanus vel capitulum non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationem ſolius epiſcopi, quia deuolutio non ſit ad metropolitanum, niſi negligente epiſcopo per ſex menſes. modo ſi epiſcopus fuerit excommunicatus, non poteſt dici negligens, quia etiam ſi vellet, non poſſet conferre. ſed metropolitanus debet expectare quòd epiſcopus ſit abſolutus, & tunc poſt abſolutionem incipiunt currere illi ſex menſes. Et iſtud verum, niſi epiſcopus excommunicatus eſſet negligens in petenda abſolutione, quia tunc etiam illi ſex menſes incipiunt currere à tempore negligentiæ.

*a Si reuocauit ad petitionem ſuffraganeorum qui excõmunicati erãt, hoc fecit ex plenitudine poteſtatu ſecũdũ Boati. vel nõ fuit exceptũ, vel fuerant abſoluti, vel fortè erãt in hoc rei conuenti, quia non parebat edicto. Ioan. Andr.*

c *Romana eccleſia.* multas decr. eiuſdem nominis & auctoris de eadẽ cauſa quæ erat inter Remẽſem archiepiſcopũ & ſuffraganeos ſuos, habebis in proceſſu huius lib. ADDITIO. Nonę ſunt præter iſtã. & Hoſti.& Ioã.Mo. hic illas enumerãt. de offi.vica. & de offi. ordi. de fo. compe. de teſti. de ap. de cenſi. de pœnis. de pœ.& remiſ. de ſentẽ. excom. Romana. Io.And.
d *Publicatum.* ex parte archiepiſcopi Remenſis.
e *Subditis.* in quos archiepiſcopus iuriſdictionẽ nõ habet, niſi in certis caſibus expreſſis à iure, & no. ſupra de of.or. paſtoralis. Et ideo edictum iſtud reuocari debuit cum vergeret in præiudiciũ ſuffraganeorũ, & aliorum inferiorũ iuriſdictionẽ habentiũ, & ſuũ ius abſorberet: quod eſſe nõ debet, cũ nõ niſi per appellationem ad ipſum quæſtiones tales deferãtur, nec ipſe plus iuris ſibi poteſt vendicare quàm ei per canones ſit conceſſum. de of.ord. in an. ca. duo ſimul. ix.q.iij. cõqueſtus. &.q.ij.c.ij.&.x.q.iij.quia cognouimus. & xviij.q.ij.c.j. ADDITIO. Caſus in quibus archiepiſcopus iuriſdictionem habet in ſubditos ſuffraganeorum, vide hic per Hoſti. & Ioan. Mon. qui etiam ponunt hic verſus quos ipſe Hoſti. ponit & exponit in ſumma de of.ordi. §.quid pertinet. quos quia ibi habes, hic decido proſecutionem ipſorum.

Verſus autem ſunt hi.
Officium varium, forus, appellatio, crimen,
Peccans, non parens, res, conſultatio, deſes,
Præſul, canonici tumidi, ſententia nequam:
Viſitat, indulget cuſtos, quia papa dat vſus.
Permutat ſociis ſuſpectus, cumque remittit.
Caſibus his primas ſubiectos præſulis arcet.

f *Cauſis.* quas inter ſe habent ipſi ſubditi, non intelligas de cauſis quas haberent ſubditi cõtra ſuffraganeos ipſos, quia tunc licitum eſſet edictum. xj.q.j.peruenit. & ca. ſi quis cum clerico. &.c. ſi clericus cum ſi.
g *Tenerentur.* hoc dicit, quia fortè non conſtabat an iuſtè fuiſſent excommunicati.
h *Pro ſuis.* pro alienis enim non debent excommunicari, vt xxiiij.q.iij.ſi habes.

Gloſſa ſeq. ſignat & ſoluit duo contraria.

i *Culpis.* No. ꝙ licet ex ſua culpa exõmunicatus ſit epiſcopus, ita ꝙ iuriſdictionẽ exercere nõ poſſit, nõ tamẽ propter hoc ad metropolitanũ ſuum transfertur iuriſdictio. ſ.de cõceſ.præb. quia diuerſitatẽ. ſed propter negligentiã bene trãſfertur iuriſdictio [b] & præbendarũ donatio de epiſcopo ad archiepiſcopũ, vt ibi, & ſ.e.tit.per totum. No. ergo ꝙ licet in negligentia epiſcopi archiepiſcopus ſuppleat vicẽ eius, non tamen in delicto. & concordat optimè ſupra eo. lib. de elec. quanquam. Sed contra. j.de temp.ord.ca.ij. vbi vicini epiſcopi ſupplent poteſtatem quam perdidit epiſcopus propter delictum ſuum. Illud ſpeciale propter fauorẽ ordinum ſuſcipiendorum, in quorum dilatione poſſet eſſe periculum, & procedit ex conceſſione expreſſa ipſius decre. Item contra. j.de of.deleg. ſi is cui. vbi propter delegati excõmunicationem de ſubdelegato appellatur ad primum delegantem. Solutio. non ſic dependet iuriſdictio epiſcoporũ ab archiepiſcopo, ſicut delegatorum papæ ab ipſo papa. ad hoc ſupra de re iud. duobus. & in appellatione quę habet fieri intra certũ tempus, & proſequi etiam immineret periculum, ſi ibi primus delegans non ſuppleret: & ideo aliud ibi.
k *Conceſſum.* ſi. j. de ſen.excõ. is qui. Et no. intelligi prohibitũ ꝙ nõ eſt cõceſſum. de tẽ.ord. dilect'. de trãſla. inter. in an. vbi de hoc. Et facit ad ea quę notãtur de diſpẽſatione epiſcoporum. ſ.de iudi. at ſi clerici. & l.diſt. in ſumm. & cap. miror.
l *Pœna.* ſecundum qualitatem delicti vel cauſę ſupra de offic.deleg. ſanè.j.

GRatia.} De hac decr. facit additionẽ Guil. in Spe. de feu. §.ij. in ſi. Et primo ponit mandatũ. Secũdo dat ipſi' executores ibi: alioquin. Tertio proteſtatur ibi, per hoc. Et prima pars cõtinet quatuor. nã prçmiſſa coadiutoris cõmendatione,

*Romana ca. decies in ſexto repetitur.*

*† No. quòd quis poteſt pluries puniri ex eadem culpa quando perſiſtit in eius cõtumacia, ad hoc vt lit. non cõte. quoniã. in ſi. De.*

*b Idẽ Phil. 9.q.3. cap. quã ſæm'. Font.*

*Iuriſdictio epiſcopi nõ ita dependet ab archiepiſcopo ſicut delegatorũ papæ ab ipſa papa.*



tione,

Universidad de Deusto Biblioteca

tione,& ad quid detur:& ſublatis obſtantibus mandat illum pri⁹ recipi.Secundo ſibi pareri.Tertio ſibi ſuffragari.Quarto de reditibus illi reſponderi.Ioannes And.CASVS. Rex Portugalliæ negligens erat & remiſſus circa regnū, & ſubditos eius,prodigus & diſsipator erat,permittebat eccleſias, monaſteria & pia loca regni ſui, & ipſas perſonas eccleſiaſticas aggrauari:viduas etiam & pupillos & orphanos & cæteros in regno ſuo degentes grauabat,vel grauari ſinebat, quare papa ſupradicto regi & regno & omnibus ibi degētib⁹ prouidere volēs, dedit ipſi regi in coadiutorē nobilem virum comitē Bolon. fratrem prædicti regis,deuotum, circunſpectum, magnanimum,& potententem, & per quem ſperat futuram reformationem ipſius regni.Mandat ergo baronib⁹ & comitib⁹ ipſius regni Portugalliæ,quaten⁹ dicto comiti & coadiutori,cū ad eos acceſſerit,non obſtātibus aliquibus fidelitatibus, homagiis ſeu pactis vel iuramentis, ſi in aliquibus hi ſunt regi adſtricti,debitum honorem exhibeant, & eum cum omnibus ſuis recipiant in ciuitatibus & munitionibus, villis, caſtris,& ſingulis locis ipſius regni,& eius mandatis obediant, & ſibi auxilium contra quoſlibet violentos & repugnantes impendant, de reditibus & iuribus omnibus ipſius regni ſibi integrè reſpondendo:vt dicto regi ſecundum quod decet excellentiam ſuam, & ſibi & ſuis de prædictis & neceſsitatibus regni prouidere valeat. Vult tamen quòd perſonam ipſius regis vel ſui legitimi filij (ſi quem illum habere contingeret) debeat fideliter conſeruare. Notificat autem eis quòd ſi epiſcopi prædicta non fecerint, ipſe mandauit duobus iudicibus quòd eos ad id eccleſiaſtica cenſura appellatione ceſſante compellant. Proteſtatur in fine quòd per hoc non intendit regi præfato vel ſuo legitimo filio (ſi quem habuerit) prædictum adimere regnum, ſed ſolum per prouidentiam ipſius comitis conſulere ipſi regi, regno, ſubditis. Ioannes Andreæ.

Idem baronibus & comitibus regni Portugalliæ.

*Si ille qui præeſt, eſt negligens & remiſſus, debet ſuperior illi dare idoneum coadiutorem.hoc dicit.Ioan.And.*

CAPITVLVM II.

GRandi non immerito,& infra. Mandamus quatenus dilectum filium nobilem virum comitem Boloñ. præfati[a] regis[b] Portugalliæ fratrē,[c] de deuotione,[d] probitate ac circunſpectione[e] multipliciter cōmendatum,[f] qui eidē regi(ſi abſque legitimo[g] decederet filio)iure regni[h] ſuccederet, quique[i] examinatæ dilectionis[k] affectu,quo vos & prædictum regnum proſequitur,(magnanimitate ac potentia[l] ſibi plurimum ſuffragantibus)regnum ipſum maturiùs reformatus firma credulitate ſperatur, præſertim cum ad curam & adminiſtrationem generalem & liberā[m] regni eiuſdem,tam pro ſæpedicti regis, quàm ipſius regni vtilitate ſi prouidè attendatur,ac ad defenſionem[n] eccleſiarum,monaſteriorū[o], aliorumque piorum locorum regni præfati,& perſonarum eccleſiaſticarū tam religioſarū quā ſæcularium, necnon viduarum,[p] orphanorū, & cæterorum ibidem degentiū, ac deperditorum[q] inibi recuperationem ſalubriter(vt in domino cōfidimus) ſit aſſumptus, cum ad vos acceſſerit(fidelitate, homagio, iuramento ſeu

Præſidenti negligenti datur coadiutor.

Præſidenti negligenti datur coadiutor.

Nota primo principalem effectum huius cap. videlicet quòd ſi ille qui præeſt alicui communitati, ſit negligens & remiſſus. poteſt ſuus ſuperior ſibi dare coadiutorem, qui in iure vocatur curator. Nota vlterius conditiones requiſitas in coadiutore,& in illo qui præeſt alicui communitati:quia debet eſſe deuotus erga Deum,circunſpectus,plenus oculis, & bonus mundanus. Nota inſuper quòd officium coadiutoris expirat per mortem illius cui datus eſt coadiutor. Caueas tamen ne te fallat gloſſa finalis, quæ dicit quòd ſi iſte cui datus eſt coadiutor, non habeat filios,quòd ipſe coadiutor ei ſuccedet in regnum. Si autem habeat filios, illi filij ſuccedant. Ex qua gloſſa voluerunt quidam dicere, quòd quando datur coadiutor alicui prælato in caſibus in quibus eſt dandus ſibi coadiutor, quòd prælato mortuo ſuccedit coadiutor in prælatura: vt ſi epiſcopus Pictauienſ. eſſet affectus infirmitate lepræ vel alio morbo,& daretur ſibi coadiutor, mortuo epiſcopo Picta. coadiutor ſuccederet in epiſcopatu.ſed iſtud eſt falſum:quia officium coadiutoris expirat per mortem illius cui eſt datus coadiutor, ſed gloſ. iſta debet intelligi quòd adiutor iſtius regis ſibi ſucceſſiſſet in regnū ſi rex ipſe nullos habuiſſet filios,quia iſte comes de quo in textu, datus coadiutor erat proximior ipſi regi,& ei ſucceſſiſſet ſi rex non habuiſſet filios,etiam ſi non fuiſſet datus coadiutor ipſi regi.

Coadiutoris officium expirat per mortem illius cui datus fuerat.

a *Præfati.* in deciſione ſub illo infra.

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.

b *Regis.* rex iſte diſsipator & negligens erat, vt patet per inferiora,& per vtrunque videtur quòd potuerit remoueri. Primum probatur ſupra de elec.quòd ſicut.in fi.xij.q.ij.monemus.Secundum.ſ.de offi.cur.ca.j.q.j. ca.ſi qui epiſcopi. §.ecce cum honoris.lxxxj.diſt.dictum.vbi de hoc.& ſic nō debuit ei curator dari, ſed potius debuit regno priuari, & ſic ad fratrem ordine geniture conuerti, cum filios non haberet.ſ.de voto,licet.Dic quòd rex[a] cui perſuc ceſſionē

a Idem in duce, comi

A regnū defertur.propter ſupradicta priuari nō debuit:ſed curator dari,vt hic factū fuit ad inſtar furioſi ſeu prodigi.ff.de cur.fu.l.j.& cuſtodiet regnū & regē,ſicut ipſe curator furioſum & patrimoniū.ff.e.ti.l.cōſilio .& ſatiſdat talis rē eius cui datur,ſaluā fore.ff.e.ti.l. obſeruare. &.l.ſeq.&. C.de cu.fu.l. vl.§. ſed cū ātiquitas; Papa autē hic nō curat cautionē requirere. Propter delictū autē bene priuatur rex regno per ſuperiorē ſuū,vel per eccleſiam cū ſuperiorē non habet.[b] de re iud.ad apoſtolicę.xv.q.vj.ali⁹ & ſ.de vo. licet. & tunc vel ſuccedet proxim⁹ ſ. cū per ſucceſsionē defertur, vel eligēt illi ad quos pertinet,aliū ſ.de ele. venerabilē.ADDITIO.Arch. in materia in prin.huius glo.tractat.an videlicet rex propter negligentiā remoueri poſsit.alle.de of.archi.ca quæ.de re iud. quanuis.in an. C.de fun.pa.l.ij.li.xj.& remittit ad no.per Goſ. in ſumma huius titu. circa mediū. Diſtinguit autē neglectū & negligentiam de primo.xj.q.iij. placuit. & illud poſt monitionem. ſecundum ante monitionem, in quo locum habet j.q.j.quidquid.Ioannes Andreæ.

te & ſimilibus ſecundum Inno.

b Iſte habebat imperatorem l.relegatorū.§.interdicere.ff.de inter & relega.l.Luſitania.ff.de ce.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium.

c *Fratrem.* contra.ff.vbi pu.mo.vel edu.de l.j.& pen.vbi dicitur quòd pupillus apud illas perſonas educari non debet, quę ad ipſius ſucceſsionē aſpirant.& facit.ſ.de conuer.in fi. ca.vlt.ſed ſecundum Ber rex iſte non educabitur apud fratrem,ſed per ſe, & cum ſua honorabili familia & curia, nec erat iſte frater ſuſpecta perſona.

C

d *Deuotione.* circa deum.ſ.& Romanam eccleſiam.ADDITIO.Dicunt Pe.& Arch.circa fidem catholicam.Ioan.And.

e *Circunſpectione.* erat enim plenus oculis.ad hoc.ſ.de elec. ſcripſi.& tales debēt eſſe etiā archidiaconi.xciij.d,diaconi.

f *Commendatum.* multis modis ſumitur commendare:quod dic vt.ſ.de accuſa.ſi conſtiterit.ſ.eo.lib.de elec.nemo.

g *Legitimo.* illegitimus enim non ſuccedit,vt.ſ.qui fi.ſint legitimi per venerabile.in fi.nec educari vel alis debet: vt ibi.de quo dic vt ſ.de eo qui dux.in ma.quam pol.per adul.cū haberet. nec ad ordines promoueri, vel ad beneficia eccleſiaſtica ſine diſpenſatione.quod dic vt.j.de fil.preſby.c.j.Ioan.Andr.

Illegitimus à multis repellitur.

h *Iure regni.* quia debebatur ex ſucceſsione.hoc vult dicere. ADDITIO.Remiſsiones dedi de elec. venerabilem. in fin. quæ eſt contra.ſed loquitur in imperio.Ioan.And.

i *Quique.* tolle infra,regnum ipſum reformaturus &c.

k *Dilectionis.* quod enim quis non diligit, facilè contemnit xx.quæſtione.iij.præſens.

l *Potentia.* prodeſt potentia, vt hic.& de hoc in authen. de ap.conſtitutus.ij.interdū nocet ſupra.e.li.de elec.fundamē ta §.proinde.cum ſi.ſupra de loca.potuit.cum concor.

Potentia prodeſt, & nocet.

D

m *Liberam.* licet liberam habeat, donare non poteſt.ff.de pac.contra iuris ciuilis.ff.de donal.l.filiusfamilias.ſi tamen iuſta ratione motus donauerit, valet donatio, vt in prædicta.l.filius.Tenetur autem reuocare ea quæ malè ſunt alienata,vt.j.ibi.de perditorum recuperationem.imò ipſe rex reuocare deberet, non obſtante iuramento de non reuocando ſupra de iureiu.intellecto.ſecundū B.ADDITIO.Liberam habens adminiſtrationem,de quo fit mētio in prin.huius gloſ.interdum donare poteſt,quod habet locū præcipuè in curatoribus regum,ſecundum Inno. cū regibus ſpeciale & proprium ſit donare,ſecundum eum.ff.de admini.tu.cū plures.§.pen.Ioannes Monachus arg.contra ſupra de iureiur. intellecto.Illud in enormi præiudicio, vt ibi dixi.Ioā.And.

Liberā habēs adminiſtrationem an poſsit donare.

Regibus eſt proprium donare.

n *Defenſionem.* ad quam tenentur ipſi principes ſeculares, vt xxiij.q.v.principes.&.c.regum.& ca.adminiſtratores.

o *Monaſteriorum.* Not.argu.nomine eccleſiarum monaſteria non comprehendi. ad idem ſupra de elec.ſciant.e.li.&.j. de ſent.excom.c.vlt.§.adiicimus.[c] Contra.liij.di. §.hac autem auctoritate.Ioannes Andreæ.

Arg. & alleg. contrarium.

p *Viduarum.* de quibus ad pertinent ad iudicium eccleſiæ, dic vt nota ſupra de foro competen.ex tenore. Ioann.Andr.

c Eſt verū in materia ſtricta. Do. & Font.

q *Deperditorum.* propter regimen malum.ſupra.c.li.de elec. funda-



fundamenta. §.dignè itaque.Ioan. And.

a *Pacto.* ad idem.j.de offi.ordi. quia plerique.Ioann. Andr.

b *Prohibitione.* nō enim poteſt ſubditis prohibere quin obediāt & intendant curatori in iis quæ ad curā regni & ipſius regis honorē pertinent,cū ad hoc procurandū aſſumpt⁹ ſit. impediretur enim ipſius officium.

c *Conſeruetis.* ad hoc ſ.de iureiurā.petitio.

d *Honorem.* vt.vij.q.j.quia frater.

e *Ciuitatibus.* quę murorum ambitu terminantur, vt.j.de ſent. excō. ſi ciuitas.Ioan. And.

f *Procuretis.* hucuſque eſt litera ſuſpenſiua.B.

g *Violentos.* ſic enim iuſtè bellabit ſe defendēdo[a]. xxiij.q.ij. c.j.ij. &.ſ.de iureiu.ſicut.iij. & ſic obedire debēt ex quo conſtat iuſtum eſſe bellum, ſed & idem eſt cum dubitatur an ſit iuſtum,necne,vt.xxiij. quæſti.j. quid culpatur.in fi. cum autem certum eſt bellum iniuſtum,ſecus.xj.q. iij.Iulianus.& c.ſi dominus.&.c.non ſemper.cum ſi.

a Facit c. dilecto. de ſent. excō. l.3.§.cū igitur.ff.de vi & vi. ar. no.in l.hoſtes.ff.de c. in ca,olim. primo ſ.de reſti.ſpo.de Ancha.Fō.

h *Reditibus.* generale nomē eſt. plus enim eſt in reditu quàm in fructu, vt partus ancillæ.ff. de vſu.in pecudū. §. partus. ff.ad trebel.de ducta. §.hereditatē & dixi. ſ.de elec.generali

Fructus & reditus differunt.

i *Sine diminutione.* ad idem.ſ.de verb.ſign. cum inter vos.

k *Excellentiā.* facit.ſ. de prębē. de multa in ſi.vij.q.j.quāuis.ſed remoto pro crimine ſumptus non miniſtrantur, quia male meriti debent egeſtate laborare. ff.de poſi.bona fides.

pacto[a] ſi aliquibus forte pręfato regi vel cuicunque alij perſonæ tenemini,aut etiā ipſius regis prohibitione,[b] dūmodo perſonā eius & vitā ac legitimi ſui filij, ſi aliquē ipſum habere contigerit,fideliter cōſeruetis,[c] debitū eis exhibentes honorē[d] nequaquā obſtantibus)in ciuitatibus,[e] caſtris,villis,& munitionibus regni prædicti cūm omnibus ſuis recipere, ac eius diſpoſitioni,ordinationi, & mandatis vniuerſaliter ſinguli & ſingulariter vniuerſi per omnia & in omnibus intendere abſque difficultate qualibet procuretis,[f] impendentes ſibi cōtra quoſlibet repugnantes, ac etiam violentos[g] conſilium, auxilium, & fauorem: de reditibus,[h] prouētibus, omnibuſque præfati regni iuribus ſine diminutione[i] aliqua plenariè reſpondendo, vt de illis dicto regi ſecundū quod ſuā decet excellentiā,[k] ſibi ac ſuis & præfati regni neceſsitatib⁹ pro tempore ac negotiorum emergentium qualitate valeat prouidere. Alioquin[l] venerabilibus fratribus noſtris Bracharenſi archiepiſcopo & epiſcopo Colimbrenſi damus noſtris literis in pręceptis,vt vos ad id monitione præmiſſa[m] per cenſuram eccleſiaſticā appellatione remota cōpellant. Per hoc autem non intendimus memorato regi vel ipſius legitimo † filio(ſi quē habuerit) prædictum regnum adimere,ſed potius ſibi & eidem regno deſtructioni expoſito, ac vobis ipſis in vita ipſius[n] regis per ſolicitudinē & prouidentiam comitis conſulere ſupradicti.

B

C

l *Alioquin.* id eſt ſi eū recipere,mandatis parere,adiuuare,de reditibus integrè prouidere prędicto comiti cōtempſeritis.

m *Monitione præmiſſa.* quæ ſemper excommunicationem procedere debet.xij.q.ij.indignè. xxiij.quæſt.iij.de illicita ſupra de ſent.ex. ſacro.cum ſi.

Monitio debet præcedere excommunicationem.

n *In vita ipſius.* No.coadiutoris officiū expirare morte eius cui adiutor datus eſt.[b] tunc enim poteſtas ad capitulū pertinet in eccleſia cathedrali.j.c.j.& ij. mortuo autem rege,aut reliquit filium qui ex ſucceſsione rex erit.& ſic ceſſat iſtius coadiutoris officium,aut non. & ſic iſte rex erit, & deficiet eſſe coadiutor,& ideo dicit,in vita.

b Tenet B. in.l.quæſitum.ff.de tut.facit c. conſuluit ſupra de procura.Pe. Font.

SI *epiſcopus.* Aliter nō diuiditur, quia textus ſub vno conſtructu dependet. Domi.habuit ortum hęc decretalis ex iis quę no.Hoſt.ſupra de maio.& obe.cū olim.ADDITIO. Et facit ad ea quę notitur.vij.q.j.paſtoralis.in fi.vl.gl.& lxxj. diſt.clericos.in gl.ij.Ioan.An.CASVS.Epiſcopus Picta.fuit captus à paganis,& ſic fuit effectus eorū ſeruus,vel fuit captus à ſchiſmaticis,id eſt diuiſis ab vnione eccleſię,puta quia duo gerebant ſe pro Romano pontifice.Quæritur quis adminiſtrabit in epiſcopatu Picta.vtrum archiepiſcopus Burdegalenſis,vel capitulū ipſius eccleſię Picta? Reſpondet Romanus pōtifex, ꝙ cum epiſcopus ipſe captus ab infidelibus vel ſchiſmaticis cēſeatur mortuus,capitulū adminiſtrabit ac ſi eſſet mortu⁹ naturaliter.Nā ſi mortuus eſſe naturaliter,capitulū nō archiepiſcopus adminiſtraret.c.cū olim. de maio. & obe.in antiq. Et iſtud verū,niſi papa illi eccleſiæ alio modo prouideret, puta ſi papa illi eccleſiæ aliquē deputauit ad adminiſtrandū,tūc ille adminiſtraret quē papa deputauit ad adminiſtrandū. Nam papa poteſt illi eccleſiæ aliquem adminiſtratorē deputare,quia epiſcopus fingitur mortuus, licet reuera adhuc viuat. No.primo ꝙ captus ab infidelibus dicitur ſeruus infideliū,& fingitur mortuus ciuiliter. Et ſic habes hic caſum quo mors ciuilis æquiparatur morti natura-

A li.vide gl.ſupra eo.li.de reſcrip.ſuſceptum. Not.principalē effectum huius ca. videlicet ꝙ epiſcopo capto à paganis vel ſchiſmaticis,metropolitanus nō adminiſtrat,ſed capitulum ac ſi per mortē naturalē epiſcopi ipſa eccleſia vacaret. Nota finaliter ꝙ papa poteſt dare eccleſię cathedrali vnū viſitatorē ſiue adminiſtratorem, & auferre adminiſtrationē ipſi capitulo.

Bonifacius octauus.

*Epiſcopo à paganis vel à ſchiſmaticis capto,non archiepiſcopus ſed capitulum adminiſtrat,niſi papa quàm cito hoc fieri poterit,ſuper hoc per capitulū conſulendus aliter ordinaret. Ioan.And.*

CAPITVLVM III.

SI epiſcopus à paganis[o] aut ſchiſmaticis capiatur, non archiepiſcopus[p] ſed capitulum,[q] ac ſi ſedes per mortem[r] vacaret illius, in ſpiritualibus[s] & temporalibus[t] miniſtrare debebit,[u] donec eū libertati[x] reſtitui,vel per ſedem apoſtolicam (cuius intereſt eccleſiarum prouidere neceſsitatibus) ſuper hoc per ipſum capitulum quàm cito

o *A paganis.* vel hęreticis, de quib⁹ idē iuris,vt ſ.de hæreticis, ſi quis epiſcopus. & ſchiſmatici dicuntur. xxiij.q.iij.inter hæreſim.Ioan.And.

† Phil.Deci. poſt Cy. Bal. in l.ſi viua matre C.de bo.ma.tenēt ꝙ patre viuēte iſte primogenitus non tranſmittit ſuis primogenituræ in ſuis filiū. & ſic præferunt patruū nepoti.Tu dic cōtrarium per ca.licet de vo.item in filio & ſtat perſona patris C.de agri. & cēſi.l.cū ſcimus l.rr. l.impuberū & ſpes à patre trāſmittitur in filium.§. ex cōditionali.inſtitu. de ver.ob.vide Areti.cō ſi.163.ii.in l.cum antiquioribus C. de iure deli. Guil. Mōſerrat. in tractā. ſucceſsionum.1.dubio.Font.

p *Non archiepiſcopus.* cū hoc nō reperiatur in iure expreſſum:vt ſupra ca.j.j.cap. proximo.

Gloſſa ſeq.no.& remittit.

q *Sed capitulum.* ipſi⁹ cathedralis eccleſiæ cuius epiſcop⁹ capt⁹ eſt.Et ſic not.ꝙ ſicut capitulū cū vacat eccleſia,ſupplet vicē epiſcopi in iuriſdictione,vt j.c.prox.de inſtit.c.j.ſupra de maio. & obe. cū olim. & j. de maio. & obe.ca.j. ſic & cū quaſi vacat, vt hic.Et ſic not.ciuilē mortē æquiparari naturali.& eſt ſimile. C.de donat. inter virum & vxo. res vxoris.vbi donatio cauſa mortis confirmatur morte ciuili ſicut naturali. ad idem C.de epi.& cle. l.vltim.De hoc tamen dic vt no. Ioan.And.xvj.q.j.placuit.ij.Ioan.And.

r *Mortem.* renunciationē,tranſlationem, depoſitionem, vel alio modo.

s *Spiritualibus.* in iis quæ requirunt ordinem,vocabunt vicinos epiſcopos cum cautelę ſtudio.vij.q.j.pontifices ſupra eo.lib.de elect.is cui.Beneficia autem quæ ſpectant ad collationem ſolius epiſcopi,non conferent, vt ſupra ne ſede vacan.c.ij.&.j.e.tit.c.vnico: quia id non facerent ſi per mortē naturalē vacarent, vt ibi.nec dant clerico licentiā tranſeūdi ad aliam diœceſim.lxxj.diſ.fraternitatem. ADDITIO.Vide quod dixi.j.c.proxi.in fi.Ioan.And.

Capitulū ſede vacante poteſt cōfirmare electionem archidiaconi per ipſum capitulum electi.

t *Temporalibus.* ita quòd de immobilibus bonis nihil alienent ſupra eo.lib.de electio.is cui.

Gloſ.ſequens quęrit,arguit negatiuè, ponit tres opiniones,& tertiam approbat.

u *Debebit.* Pone,archidiaconus poſt epiſcopum præeſt capitulo.epiſcopus à ſchiſmaticis captus eſt, & poſtmodū archidiaconus mortuus,quem capitulū habet eligere,& epiſcopus confirmare.eligit capitulū T.in archidiaconū.Quæritur quis habeat confirmare? Et videtur quòd capitulum talem confirmare non poſsit. quanuis enim circa inferiores inueniamus permiſſum capitulo ſupplere epiſcopalem iuriſdictionē,circa ſuperiores non reperimus cōceſſū,imò videtur prohibitū.ad hoc.ſ.de maio.& obe.cū inferior.& xxj. di.cū inferior.quidā dixerūt papā & nō aliū hūc cōfirmare poſſe.ad hoc.j.de offi.vica.ca.j. Alij.de archiepiſcopo dixerunt. ſed Hoſt.in hac quæſtione notat de maio. & obe.cum olim.ꝙ capitulum talem cōfirmabit.licet enim canonici in eo quòd canonici,ſint inferiores,tamen in eo quòd capitulū,ſuperiores ſunt.ff.quis & à quo appel.l. fin. ad hoc ſupra de offic.ord.irrefragabili. §.exceſſus.& maximè in eo quod epiſcopi vices gerunt ſupra de of.deleg.ſanè.ij.& xciij.diſt. ca.vlti.& xciiij.diſt.ca j.& hoc verum credo,argu.j.de app. cap.pen.ADDITIO.Aliàs ſequeretur quòd epiſcopus qui eſſet canonicus vel canonicus vicarius,vel delegatus epiſcopi,illum confirmare non poſſet.Ioan.And.

D

x *Libertati.* ſeruus enim factus erat.inſti.de iur.perſo.§.vlt. ff.de capti.& poſtli.reuer.l.v. & ff.de regul.iur. ſeruitutem recuperat

Universidad de Deusto Biblioteca

recuperat ergo iura ſua quaſi iure poſtliminij:vt xvj. quæ.j. prima actione.vij.q.j.paſtoralis.inſtit.qui.mo.ius pa. pot.§. ſi ab hoſtibus.

a *Conſulendam.* ad idem.j.de cleri.ægro.c.vno.

b *Ordinari.* aliter prouidēdo,vel forte viſitatorē dādo:vt.j. capitulo proximo.

Ecclesiæ.} Sūt duo dicta. ſecundum ibi, huiuſmodi quoq;.Et prima pars facit tria. Primò ponit dictū,à quo duos caſus excipit:ibi,niſi.quos ſtatim limitat : ibi, tūc enim.Io.An. CASVS.Dictū fuit,ſ.ca. proxi.ꝙ ſi epiſcopus fuerit captus ab infidelibus vel ſchiſmaticis qui dicuntur hęretici , quia faciunt cōtra illum articulū, vnā ſanctā Eccleſiam catholicā, poteſt dari viſitator eccleſiæ vacanti, ac ſi epiſcopus eſſet mortuus naturaliter Sed quæritur quis poteſt dare iſtū viſitatorem ? Reſpondet Romanus pōtifex quòd ſolus Papa.Sed nunquid archiepiſcopus poterit dare viſitatorem eccleſię vacanti?Reſpōdet ꝙ non regulariter.fallit ſi capitulū eſſet negligēs:quia tunc vocato & audito capitulo, & ſic cū cauſæ cognitione poterit dare viſitatorē . Sed vtrum viſitator à Papa datus vel ab archiepiſcopo , data negligentia capituli poſsit conferre beneficia ſpectantia ad collationē epiſcopi?Reſpondet quòd ſic: ſi fuerit deputatus ab Apoſtolica ſede.Si vero ab archiepiſcopo, tunc nullo modo poterit cōferre.{Cognitione.}& ſic aliquid fieri cū cauſę cognitione,eſt vocare partem,& illam audire. Not.quòd vbi agitur de præiudicio alicuius, debet vocari quando ſuper illo actu iudex cognoſcit.ad hoc ſupra de maio. & obe.ca.intra quatuor & ſupra de elec.cap. ſi.Do.

*† Not.vnū caſum reſeruatū papæ.Alios vide ſupra de offic. lega. quòd tranſlationem. Domi.*

*† Ecce iſta duo requiruntur copulatiuè. Phil. Font.*

commodè poterit conſulendam [a] aliud contingerit ordinari [b]. Idem.

*Eccleſia cathedrali vacante, ſolus Papa viſitatorem deputat:niſi archiepiſcopus propter negligentiā vel doloſam capituli adminiſtrationem cum cauſæ cognitione deputaret.h.d.Domi.*

CAPITVLVM IIII.

Eccleſiæ cathedrali [c] vacanti [d] viſitator [e] ab alio quàm à Romano †pontifice [f] deputari non poteſt [g]. Niſi fortè capitulum in ſpiritualibus & †temporalibus negligenter [h] aut perperā [i] adminiſtret. Tunc enim Archiepiſcopus ob negligentiā vel malitiam capituli (eo vocato [k], cauſæque ſuper hoc cognitione præmiſſa [l]) viſitatorem ſeu adminiſtratorem eidem eccleſiæ licitè poterit deputare.

*Viſitator Eccleſiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus , temporalia & ſpiritualia adminiſtrat: except a beneficiorū collatione ad Epiſcopum pertinente , hoc dicit.Domi.*

Huiuſmodi [m] quoque viſitator quanquam ſpiritualium & temporalium adminiſtrationem legitimam [n] cenſeatur habere:beneficia tamē quæ ad collationem pertinent Epiſcopi [o] , conferre non poteſt [p],ſi ab alio [q] quàm à Romano pontifice fuerit deputatus [r].

*De temporibus ordinationum,& qualitate ordinandorum.*

*Ponit quid determinat & vnde orta.*

c *Cathedrali.* opiniones erant olim quis poſſit viſitatorem dare cathedrali eccleſię.Item an viſitator poſſet cōferre beneficia.Vtrūque horum determinat hic Papa. Ortum habet primū dictū huius decre.ex iis quæ not.lxj.diſt.quoniā Feſtus.& per Inno.& Hoſti.ſupra vt eccle.benefi.vt noſtrum. Secundum ex iis quæ no.lxj.diſt.obitum.

*a Si prælatus eſt impotens & ſenex,dandus eſt ei coadiutor. ca. ij.de clerico ægro.Font.*

d *Vacanti.* idem in quaſi vacante:vt ſupra ca.proxi. [a]

e *Viſitator.* idem quod adminiſtrator.de quo lxj.diſt. Catinenſis.& cap.quoniam Feſtus.

f *Pontifice.* cuius intereſt Eccleſiarum neceſsitatibus prouidere ſupra cap.proxi.

g *Non poteſt.* hoc præcisè tenebat Io.in prædicto c.quoniā Feſtus.Bar.Brix.& Hugo ibi cōtra tenebant , ſcilicet ꝙ archiepiſcopus hoc poterat: ſicut & præſes dat curatorē.inſt. de cura.§.vlt.& quia prohibitum non reperiebatur. Lau.idē dicebat,tamen dicebat clericorum requirendū conſenſum . Innoc.& Hoſti.ſupra vt eccle.benefi.ca.vnico.diſtinguebāt vt hic,ſcilicet quòd alius quàm Papa ſine cauſę cognitione, & vocatis iis qui vocandi erāt ſcilicet capitulo : non poterat viſitatorem dare. Et eſt ratio,quia archiepiſcopus nō poteſt tollere capitulo ius ſuū ſine cauſa:quod eſt quòd ad ipſos vacante ſede pertineat adminiſtratio ſpiritualium & temporalium ſupra cap.prox.cum concor.ibi ſignatis.Papa autem ex poteſtatis ſuæ plenitudine hoc bene poteſt . de conceſ. præbend.propoſuit.in an.

*Ponit quadruplicem opinionem.*

*Archiepiſcopus non poteſt tollere capitulo ius ſuum ſine cauſa.*

h *Negligenter .* ecce primum caſum.

i *Aut perperam.* ecce ſecundum.Not.hic æquiparari negligentiam & delictum [b].{Facit de conſe.diſt j.nemo.ij.}alibi differunt ſupra eo.lib.de elec. ſi compromiſſarius.pro vtraque parte eod.tit.quanquam.Ioan.And.

*b Quia hic operantur eundem effectū. Do. Font.*

k *Eo vocato.* ſunt enim vocandi,quia eorū intereſt ſupra de offic.Archid.ad hæc.de tem.ord.ſi Archiepiſcopus.& quomodo interſit.ſ dixi.

l *Cognitione præmiſſa.* quod ſi non fiat , dico viſitatoris dationem non valere.ad hoc ſuprà eo.lib. de elect.quamuis.& ca.prouida. Sufficit enim legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, etſi non adiiciat quod contra factum fuerit, non valere. C. de legi.non dubium.

m *Huiuſmodi.* ſcilicet datus Eccleſiæ cathedrali.

n *Legitimam.* lxj diſt.Catinenſis &.ca.quoniā &.ſ.de elect. cum nobis olim.in fin.nō enim ſequitur,quis habet adminiſtrationem legitimam: ergo beneficia confert. vide inſtantiam in ca.illa.ibi,vacāte ſede ſuprà ne ſede vacan.& ſufficit dare inſtantiam:vt.j.q.j. ſicut vrgeri.

o *Epiſcopi.* ſolius:aliàs illam cum capitulo cōfert.quod dic vt.j.ne ſede va.c.vno.de reg.iur.ca. vlti.

p *Non poteſt.* ſuper hoc vide quod no.de maio.& obe.c. cum olim.in an. Scire debes ꝙ Io.& Hu.tenebāt contrarium. dicebāt enim indiſtinctè ꝙ viſitator poterat beneficia cōferre. & hoc not.lxj.di.obitū. Lau.contra.Opin.ergo Lau. vera in viſitatore data ab alio quā à Papa. prima in viſitatore à Papa dato. Debet enim propter ampliorē dantis prerogatiuam ampliore fungi poteſtate . ad hoc. j. de præben. ſi à ſede. ſicut & delegatus à Papa ſubdelegatum dat , ab alio non. C. de iud. à iudice. de offi. deleg. paſtoralis cap.vlti.in an.ad idem.j.de pręben.ij.qui.

*Ponit duas opi. cōtrarias quas concord.*

q *Ab alio.* puta Archiepiſcopo in caſibus ſupradictis,vel à capitulo, ſi alicui cōmitterent vices:ille diceretur viſitator. ADDITIO.Vel etiā ſi ipſe viſitator eſſet deputatus à legato Cardinali,ſecundum Archid.qui poteſt quod poteſt Archiepiſcopus.Nā in prouincia maius habet imperium ſupra eod.de elect.ſi abbatem.Ioan.And.

r *Deputatus.* ille ergo bene hoc poterit:quia omnia poteſt quæ electus confirmatus ſupra eod.lib. de elec.is cui. Ioannes Andreæ.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM.

Superius dictum fuit de promouendis ad adminiſtrationes Eccleſiaſticas,poſſet dubitare aliquis vtrum omni tempore poſsint fieri promotiones: etiā vtrum omnes perſonæ indiſtinctè poſsint promoueri.ideo ad nos informādum de iſtis annectitur rub.de temporibus ordinationum,& qualitate ordinandorum . Vnde ſciendum quòd iſta rubrica eſt generalior nigro.nam in nigro nihil dicitur de temporibus ordinationum. Pro quo notandum quòd minores ordines poſſunt conferri etiam die feſto:ſed ſacri ordines non poſſunt conferri niſi certis diebus,videlicet diebꝰ ſabbati quatuor temporū, ſabbato Paſchæ, & ſabbato ante dominicam Lætare: & hoc verum loquendo de Epiſcopis.Nā Papa poſſet ordinare omni tempore.

*Cōtinuatio Domini Heliæ.*

*Ordines quo tempore conferri poſſunt.*

Saepe contingat.Primò ſecundum Ioan.Mon.ponit conſtitutionis cauſam impulſiuam. Secundò ſtatuit:ibi,Nos igitur. Tertiò trangreſſores punit:ibi, Eos verò. Quartò ad pœnam inhibitoriam addit:ibi, Omnibus. Ioannes Andreæ.

CASVS. Aliquis citramontanus quantum ad nos forte de iſta diœceſi Pictauen.ſe tranſtulit vltra mōtes ad ciuitatem Bononi vel aliam ciuitatem in Italia:voluit ordinari ab Epiſcopo Italiæ.vtrum Epiſcopus Italicus poſsit talem clericū Pictauienſem ordinare impune? Reſpon.ꝙ ſic:ſi talis clericus habeat literas à ſede Apoſtolica , per quas mandetur vt talis clericus poſsit ad ſacros ordines per quē maluerit epiſcopū ordinari. Quid ſi non habeat literas à ſede Apoſtolica , an impune poſsit ordinari ab epiſcopo Italico ? Reſpondet quòd ſic:ſi literas habeat ab Epiſcopo Pictauien. in quibus declaretur quòd ipſe clericꝰ eſt idoneus & perfectæ ætatis, & ſi non timeatur cauſa propter quam non poteſt illum ordinare. tunc enim iſtis interuenientibus poterit Italicus Epiſcopus illum clericum Pictauienſem ordinare : aliàs punietur clericus ordinatus,quia erit ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinum: vnde Epiſcopus non debet talem ordinare,nec etiam conferre primam tonſuram ſecundum veriorem opin.gloſſæ . Sed quæritur , quis poterit ipſi relaxare iſtam ſuſpenſionem:& dare executionē ordinum ? Reſpondet quòd ſolus Papa,& ſui pœnitentiarij qui habent ſpecialem poteſtatem à Papa: aliàs ſi non haberent ſpecialem poteſtatem , non poſſent cum eo diſpenſare, & reſtituere ſibi executionem ordinum , nec per ſe, nec per alios ſuo nomine. {Abſque ſpe.} Hæc eſt quædam comminatio ad terrorem , aliàs textus eſſet contrarius : quia in fine dicitur, ſi pœnitentiarij Papæ habeant ſpecialē poteſtatē à ſede apoſtolica diſpenſandi cū iſtis ꝙ poſſunt cum eiſdē diſpenſare. {Pœnitentiariis.}que ſunt numero xij.qui ordinātur ſecūdum diuerſitates linguarum ibi affluentium . Nota quòd duo Epiſcopi poſſunt dare clerico literas cōmendatitias ad ordines,ſcilicet Epiſcopus beneficij.&c. ad hoc.j. cap. proxi. Dom.



a *Sæpe.* fuit igitur prouidendum ſupra de appel.ſępe.ſ.e.lib. de elec. quia ſæpe.j. de reſtit.ſpo.frequēs ff.de legi. nam ad ea.

b *Clerici.* No. pro iis quæ infra dicam.

c *Excommunicationis.* de talibus in excommunicatione maiori [a] ordinatis dic vt ſupra de ſent.excom. cùm illorū. & diſtingue inter regulares & ſeculares,& inter ſciētes & ignorantes ius vel factum,vt ibi.

*a Idem de minori.Domi.Font.*

*† Not.tria quæ inhabilitāt quem ad ſuſceptionem ordinum.ſ.excōmunicatio,apoſtaſia,& irregularitas.*

d *Apoſtatæ.* [redacted].de hoc xxiij. diſtinct.ſi quis ſupra de vit . & hone.cleri.ſi quis. de apoſt.ca.iij. niſi in caſu ca. vt periculoſa j. ne cleri.vel mo . Qui autem in apoſtaſia recipit ſacrū ordinem, etiā ſi religioſus ſit, non diſpēſatur cū eo per alium quàm per Papam ſupra de apo. cap.vlti. {Et eod.titul.cap. j. de triplici apoſtaſia notatur.} quod intellige ſi vera erat apoſtaſia,per id quod habes ſupra eo.cap.ex parte.& ibi no.apoſtatæ autē infames ſunt.vj.q.j. infames.& iij.quæſt.iiij.ſi quis à ſuo. & ſic non promouendi xxiiij.diſtinct.quando.

e *Irregulares.* ſiue ex crimine,ſiue ex defectu:puta bigamia, illegitimitate,corporis vitio, vel alio defectu.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium:& ſoluit.

f *Patriam.* de qua inquirere debet examinans ordinandos xxiiij.diſt.quando propter patriā etiam & natiuitatē carius vel vilius emi ſolet mancipium. ff.de ædil. edic.quòd ſi nolit. §.qui mancipia,contra ſupra de iud.cùm deputati.Sol.nō loquitur in ordinando [b], qui ſubtiliter examinandus eſt:vt ſupra de pur.ca.conſtitutus.

*b Loquitur in adminiſtratore dignitatis : qui pro illa ad agendū admittitur. Fontan.*

g *Notitia.* & ideo in his fieri debet examinatio ſupra de elec.poſt quam.cum ſuis concordantiis.

h *Fugientes.* xix.quæſt.ij.duæ ſunt.

i *Huiuſmodi ordines.* ſcilicet ſacros.

k *Epiſcoporum.* abbates etiam ordines conferunt.lxix.diſ. quoniā videmus ſupra de æta.& qualit.c.cùm contingat.ſed talibus conferre non poſſunt quod dic vt.j. de priuil.abbates.in ſi.Et presbyteri conferunt pſalmiſtatum:vt xxiij.diſt. pſalmiſta.Quod verum eſt ſi ipſi presbyteri habent epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi [c]:vt in prædicto ca.abbates in ſi. & vide quod ſcripſi in prædicto cap. cum contingat. ſuper gloſ.Ioannes And.

*c Idem Do. Font.*

Gloſ.ſeq.quærit, arguit contra & pro.& ſoluit.

l *Italiæ.* quid econuerſo ſi Epiſcopus vltramontanus ordinet Italicū? non videtur hęc decr.locū habere,quia pœnalis eſt,& ſic reſtringenda:& ſic propriū non excedit caſum.ſ.e. li.de elec.ſtatutū de pœn.di.j.pœnæ.In contrarium videtur, cū per omnia ſit eadē ratio vtrobique:ergo idē ius:nec videtur iſta ampliatio vel extēſio [d], ſecundū ea quæ vides.ſ.e.li. de elec.ſi poſtquàm,vbi conſtitutio illa cupientes,licet pœnalis,locum habere declaratur in prouiſionibus,& appellationibus,& confirmationibus:de quibus ibi cautū non erat. Ad hoc.ff.de verb.obl.l.à Titio.vbi enim eſt eadem ratio,& penitus omnimoda ſimilitudo,non propriè dicimus extendere.ff.ad.l.Iuliā de adult.l.ſi poſtulauerit.ff.de eden.quędā. §.nummularios.tunc enim pœnæ dicuntur extendi,quādo ad caſum nō omnino ſimilem extenduntur:& ſic intelliguntur contraria. facit ad hāc quæſtionem quod no.moderni & Hoſtien.præcipuè.ſ.de elec.nihil.& Guil. & Gar.e.ti.auaritiæ.dubitando.Credo per primam rationem ꝙ hęc decre.in Italicis vltra montes ordinatis locū non habeat.& poteſt eſſe ratio:quia vltramōtanus citra montes exiſtens,habet duo remedia:vt cito mittat ad proprium epiſcopū,vel a Papa ſaltē qui ſibi vicinus eſt,licētiam poſtulet:quod non ſic facilè poteſt Italicus vltra montes exiſtens. habeāt ergo in hoc caſu locū antiqua & moderna iura:iſtud autem ſuum ſcriptum caſum non excedat.

*d Do.Phil. ponūt regulam contra glo.quæ fallit in correctoriis c. ij. de loca. latè Hippo.l. ſi quis dolo. ff. de ſica. niſi vtrique correctoriorum*

*imponatur ſua pœna. Secūdò fallit vbi eadē ratio eſt in latiſsima ſignificatione quæ in ſtricta. gloſ. ſupra c.ſi.de elec. Vnde ſtatutum pœnale ſiliæ eſt pœnale nepti,quæ largè dicitur filia.l.liberorū. Bal.l. maximū vitiū.C.de li. præter. niſi ius corrigeretur. authent.quas actiones. C.de ſacroſ. eccle. nunquam enim ob eandem rationem extenditur ius cum pœna & correctione etiam fauore animæ. Fonta.*

Clemens quartus.

*Epiſcopus Italiæ vltramontanum non ordinet,niſi de ſpeciali licentia Papæ , vel per patentes literas Epiſcopi ſui continentes iuſtam cauſam quare nolit vel non poſſit illum ordinare.ſi ſecus factum fuerit:ordinans punietur pœna condigna,& ordinatus manebit ſuſpenſus : ita quòd etiam à pœnitentiariis Papæ ſine ipſius ſpeciali licentia abſolui non poterit. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM I.

Saepe [a] contingit quòd nōnulli clerici [b] vinculo excōmunicationis [c] † adſtricti,aut apoſtatæ [d],ſeu irregulares [e],vel aliàs ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuā patriam [f] in qua de his habetur notitia [g],fugientes [h], ſe in remotis partibus faciunt ad huiuſmodi ordines [i] promoueri.

Nos igitur volentes animarum ipſorū periculis obuiare : ſtatuimus vt nullus epiſcoporum [k] Italiæ [l] decætero aliquem vltramontanum, clericum [m] ordinare præſumat , niſi à nobis ſpecialem licentiam habeat , vel ab Epiſcopo de cuius diœceſi traxit originem ordinandus, vel in cuius diœceſi beneficiatus exiſtit [n], per eius patentes literas [o] cauſam rationabilem continentes , quare ipſum nolit aut nequeat ordinare.

Eos vero quos contra præmiſſa contigerit ordinari , manere volumus abſque ſpe [p] diſpenſationis ſuper hoc à ſede Apoſtolica obtinendæ ſuſpenſos [q], ac ordinantes pœnitentia condigna puniri.

Omnibus noſtris pœnitentiariis inhibentes diſtrictè, ne abſque licentia noſtra ſpeciali [r] cū taliter ordinatis diſpenſent , vel ſuas eis tradant literas per quas cum ipſis debeat diſpenſari [s].

Gloſ.ſeq. quæritur. negatiuè,& affirmatiuè ſoluit,& contrario reſpondet : ponit opinionem contrariam.

m *Clericum.* quid dices ſi laicū ordinet in clericum ? videtur ꝙ tūc locum nō habeat per iura glo.prox.alle.& ad hoc ſupra in prin.decr.Sed contra j.c.vlt.cū ſuis cōcor. & eadē eſt ratio vtrobique,ergo idem ius erit.Sol. credo per vltima dicta & de laico in clericum ordinato hanc cōſtitutionem intelligi.& facit quod dicā j.c.prox. & literam lege punctando poſt vltramōtanum, & nō poſt clericum. & ſic tunc verū intellectū habebis.& licet prooemium de ſacris loquatur:conſtitutio generaliter loquitur. vel dicuntur hic ſacri ordines largè, vt cōprehendantur minores.ſic ſupra de biga. ca.j.de hoc xxxij.diſ. in ſumma.Alij contra.

Gloſſa ſequens recit.per quæſtionem.

n *Exiſtit.* ſubaudi,vel vbi habet domicilium,licet alibi natus fuerit j.eo.cum nullus j. reſponſo. niſi dicere velis hoc ſpeciale in hoc caſu:quod credo verū [e].Et licet aliàs videami vnum ius ſuppleri per aliud:vt ſupra eod.lib. de elect.is cui. tamen iſtud non credo ſuppleri per illud , aliàs facillimum erit vltramontano infami ſe facere ordinari, quod vetat hæc conſtitutio.

*e Ioan.Mo. & Archid. contra, per rationē ſequentē, ad quam alle. Ioā.Mona. C.de diuer. reſcr.l.j ff. man. l. fin. Ioan. And.*

o *Literas.* hic nota duo ſpecialia.Primò caſum in quo ſcriptura requiritur. & habes de hoc. ſ.de probat ca.tertio.& dixi.j.de cenſi.ca.j.Secundò quòd non ſufficit licentia,niſi exprimatur cauſa. & eſt ſi.j .de ſent.excom. cū medicinalis.

p *Abſque ſpe.* ſi.ſ.de electio.ca.j. in ſi. Epiſcopus ergo ſuper executione ſecum non poterit diſpenſare , vt olim poterat. ix.quæſt. ij.

q *Suſpenſos.* in caſu iſto celebrans,irregularitatem incurrit. & de hoc dicam.j.cap.proxi.Ioan.And.

r *Speciali.* ſic.j.de offi.vica.cap.ij.&.iij.j.de pœnit.& remi. cap.ij.de reg.iur.in generali.Ioan.And.

ſ *Diſpenſari.* quod enim per ſe non poſſunt , nec per alios poterunt: vt xlvj. diſtinct. ſicut. xxxij. quæſt. vlt.iis à quibus. ſicut econuerſo. j. de reg. iur. poteſt. quis & ibi plenè dixi.Ioannes .And.

Eos qui.} Tria facit.Primò punit ordinantē. Secundò ratificat pœnas ordinati:ibi,iis quæ. Tertiò licētiat clericos ordinandos:ibi,clericis.Ioan. And. CASVS. Titius diœceſis Lemouicēſ.tempore ordinum celebrandorum ſe pręſentauit Epiſcopo Pictauien.& petiit ab eo ordinari. Epiſcopus Picta.fuit incautus , & non petiit ab eo clerico Titio an haberet licentiam à ſuo Epiſcopo , quem clericum ſciebat ipſe Epiſcopus eſſe diœceſis Lemouicen. & ordinauit eum. vtrum iſte Titius ordines receperit ? Certum eſt quòd ſic: ſed tamen eſt ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinum. Sed vtrum Epiſcopus Picta.ordinans puniatur ? Reſpondet quòd ſic:quia per vnum annum continuum eſt ſuſpenſus ab ordinum celebratione.Or ſanctiſsime pater, quæritur quid interim facient clerici diœceſis Picta.qui durante illo anno volunt ordinari? Reſpondet quòd ipſi ſine licentia proprij Epiſcopi poterunt ordinari à proximis Epiſcopis.{Alienę} id eſt non ſuæ. nam clericus poteſt eſſe alienæ parochiæ & ſuę:quia clericus reſpectu domicilij habet proprium diœceſim:licet ratione originis ſit alienæ diœceſis :ideo gloſ.exponit alienæ, id eſt non ſuæ , nec ratione domicilij , nec ratione originis,nec ratione beneficij.nam clericus quantum

aa

Universidad de Deusto Biblioteca



A ad facultatẽ recipiendi ordines habere poteſt tres Epiſcopos ſcilicet Epiſcopũ domicilij, Epiſcopũ originis, & Epiſcopũ beneficij: vt.j.c.prox.Heli.Regnier. No.primò ꝙ ignorãtia affectata æquiparatur ſcientiæ.concor.ſunt in gloſ.

Nota ſecundo ex illo text.ibi.clericis quoque.quòd quis dicitur habere liberam facultatem exercendi actũ qui poteſt facere ſine licentia alterius. pro quo vide notata.j.de pręben. licet Epiſcopus. Domi.

a *Eos qui.* generaliter loquitur vt cõprehendat quibus cõpetit ordinare ſupra. de priuile.quia circa.placet Domi.Font.

b *Clericos.* de laicis dic vt.j.c.vlt

c *Parochiæ.*id eſt diœceſis.ix.q.ij.Lugdun, quandoque econuerſo.de pecul. cle.ca.ij. Ioan.And.

d *Alienæ.* id eſt non ſuæ, ſiue ſit proxima, ſiue remota.ix.q.ij.c.j.& ca.epiſcopũ.lxxj. diſt.per totum ſupra, eod.quod tranſlationem.

e *Licentia.*quam quis dare poſſit, dicitur j.ca.proxi.

Gloſ.ſequens quærit, arg.pro, & ſoluit.

*Scientia vel ignorantia quãdo præſumatur.*

f *Scienter.* ſed nunquid ſcire præſumetur, vel ignorare? videtur quòd ignorare.ff. de proba.l. verius. ff. de reg.iur. præſumitur. Dic quòd pręſumetur ſciens, niſi probet ignorantiam [a]. Ad hoc ſupra, de elect.innotuit.ibi, nec probare cogimus &c. quia quemlibet ordinandum ſcrutari tenetur: vt.xxiij.diſtin.qui Epiſcopus xxxiiij.diſtinct.quando.videtur autem ad eam probandam ſufficere iuramentum [b]: vt ſupra eod.lib.de elect.vt circa & ca.nulli. Et licet per alios examinet ex ſua negligentia, eorum culpa ibi imputabitur.ad hoc de ſimo.intantum.

*a Idem Do. Fonta.*

*b Eſt verũ, niſi ius vltra præſumptionẽ de ſcientia etiã ſtatuerit: nã tunc per iuramẽtũ non probaretur ignorantia.c. vidua ſupra de reg. Bar. in.l.ſi cui. ff. de accuſat. Philip. Fontan.*

Gloſ.ſeq.alleg. vnam concor.& ſoluit duo dubia.

g *Affectata.* æquipollet ergo ſcientia & affectata ignorantia.de clan.deſpon.cum inhibitio.& dicitur affectata ex quo ſcire potuit, ſed noluit: imò diſſimulauit. C.de inceſt.& inut.nup.l.qui contra. Et dico ꝙ ſi iurauit ſe ignorare: vt dixi in proxi.gloſ.altera pars habebit neceſſe probare ſcientiã, vel affectatã ignorantiam: & probabitur hoc per argumẽta vel coniecturas probabiles ſupra, de renun.c.ij.eod.lib.

h *Figmento.* ſic ſupra eod.lib.de elect.auaritiæ vel quia forte dicit, ſcholaris eſt quem bene ordinare poſſum.vel fingit licentiam datam fuiſſe. vel dicit epiſcopum ordinandi amicum ſuum, ita quòd bene habebit ratam.ix.queſt.ij.Lugdu. vel ſcire diſſimulauit literas dimiſſorias ſurreptitias eſſe: vt ibi no.Hug. vel in fraudem conſtitutionis huius aliquem in ſuum familiarem recepit: vel ei beneficium contulit: hæc & ſimilia ſunt figmenta.

i *Ordinare.* etiam ad primam tonſuram [c] lxxj.diſtinct.primatus de ætate & qualitate cùm contingat.in an. quod die vt j.eod.cap.vlti.

*c Tamen ſi faciat, non habet locũ pœna conſtitutionis. Do.Font.*

Gloſſa ſequens ponit duas opiniones.

k *Per annum.*continuum ſupra de elect.prouida.eo.lib.nota ius nouum: quia olim certa pœna contra tales non fuerat ſtatuta ſecundum quoſdam: ſed ſecundum Guil. hic mitigatur pœna: quia olim per annum à celebratione miſſæ ſuſpenſus erat, & deponi debebat: vt ix.quæſt.ij.nullum.{vij.q.j. Epiſcopus in diœceſi.} Puniuntur ergo in quo peccauerunt.j.q.j.ſi qui epiſcopi ſupra de iis quæ fi. à maio.par.c.quæſiuit: Ioan.And.

l *Ordinum.* omnium ſecundum Guil. & Gar. & per hanc literã, & ſupra eod.vel non eſt compos; vbi punitur in collatione omnium ordinum, qui in diaconatu peccauit: & ſi Papa voluiſſet eum tantum illo quem contulit priuari, expreſſiſſet: vt ſupra eod.literas.& cap.vlt. Nec de iure frui debet maioribus, qui minoribus.ff. de ſer. expor. cui pacto.& de or.ab epi. cap.j. [d]

*d Gloſ.reprobat Do. quia iura indefinitè loquentia reſtringuntur ad caſum culpabilem caſi cõpromiſſa rius ſupra de elec.Fõt.*

Gloſſa ſequens quærit.alleg.pro & contra: & ſoluit.

m *Statuunt.*ꝙ ſcilicet ordinatio rata non habeatur quo ad executionẽ.ix.q.ij.per totũ.lxxj.di.c.j.quædã iura dicũt eos deponẽdos.vij.q.j.Epiſcopus in diœceſi.Sed nũquid ſuſpẽſus eſt ſic ordinatus ab executione, vel an habeat executionẽ niſi interdicatur? & videtur ꝙ neceſſariũ ſit interdictum ſupra.e.tit.ꝙ tranſlationẽ.ibi, interdicẽda eſt &c.Ad idẽ de offi.archi.ſignificaſti. Sed contra: ſicut non tenet ſententia

## Gregorius x. in generali concilio Lugdunẽ.

*Qui ſcienter ordinauerint clericũ alienum, per annum à collatione ordinũ ſunt ſuſpenſi.& poſtquam ſuſpenſio fuerit manifeſta, poterunt ſubditi ſine ipſorum licentia à vicinis Epiſcopis ordinari.Ioannes Andreæ.*

### CAPITVLVM II.

EOs qui [a] clericos [b] parochiæ [c] alienæ [d] abſque ſuperioris ordinandorum licentia [e] ſcienter [f], ſeu affectata [g] ignorantia, vel quocunque alio figmento [h] quæſito præſumpſerint ordinare: [i] per annum [k] à collatione ordinum [l] decernimus eſſe ſuſpenſos:

B

A data à non ſuo iudice, ſic nec ordinatio: vt lxx.diſ.neminem lxxj.di.per totũ.Sol.dicas illũ ſuſpẽſum ipſo iure: ſed nõ illa ſuſpẽſione quę irregularitatẽ inducat: ſed ſuſpendendũ illa: vt in dec.quod tranſlationẽ.ſecundum Hoſtien. & Guil.ADDITIO.Qui etiã no.in Spe.ti.ij.§.iuxta. ver.itẽ eſt irregularis.&cõcor.Io.Mõ. Io.An.& Gar.vnde & in forma diſpẽſationis quę talibus datur ab apoſ.ſe.dicitur, ipſo ab ordinũ executione ſuſpenſo. licet igitur ſuſpenſi ſint à iure, nihilo min' & ab homine ſuſpẽdentur. quod eſt verum, niſi in caſu ſupra ca.proxi.

Iis quę iura ſtatuunt [m] contra taliter ordinatos, in ſuo robore duraturis. Clericis quoque parochiæ taliter [n] ſuſpenſorum poſtquam eorum ſuſpenſio fuerit manifeſta [o]: abſque ipſorum etiam licentia [p] interim [q] recipiendi ordines ab aliis vicinis [r] Epiſcopis, aliàs tamen canonicè [s], liberam concedimus facultatem.

## Bonifacius octauus.

*Epiſcopus originis, domicilij, vel Eccleſiaſtici beneficij commendatitias ad ordines dare poteſt, inferiores prælati nõ, niſi ex priuilegio, nec officiales Epiſcoporum: ſed ii qui habent adminiſtrationem ſpiritalium illas bene concedunt.*

Gloſ.duæ ſequẽtes ſoluunt duo dubia.

n *Taliter* [e].quia ſcilicet ordinauerũt clericos alienæ diœceſis, & per hoc dico ꝙ ſecus erit in aliis caſibus in quibus hoc nõ inuenitur expreſſum ad hoc,s.ti.proxi.ca.j.de cõceſ.prebẽ.qa diuerſitatẽ in an.s.de elec. ſuffraganeis.ADDITIO. Habet autẽ æquitatem hæc pœna, vt ſicut alienos ſine licẽtia ordinauerũt: ſic & ſui ſine eorum licentia ordinentur.Ioan.And.

*e Gloſ. ſequũtur Philip.Do.notãtes ex ea quòd dictio taliter, reſtringit conſtitutionem ad expreſſa in ea. vnde ſi epiſcopus eſſet alia de cauſa ſuſpẽſus: ſecus eſſet.Font.*

o *Manifeſta.*per euidentiã facti ſupra de cohabi.cle.c.vlt.vel quia eſt iuris notorium: vt in eo.ti. veſtra.& ſupra de ver.ſignifi.cùm olim.aliàs in dubio à proprio prælato nõ recedẽt vij.q.iiij.nonne.Ioannes Andreæ.

p *Licentia.*quòd enim à iure conceſſum eſt: vlterius non eſt neceſſe à iudice poſtulari.ff.de condit.inſtit.l.quæ ſub cõditione.§.vlt.C.de theſau.lib.x.l.vna.Ioan.And.

q *Interim.* ſcilicet anno ſuſpenſionis durante.

Gloſſa ſequens ponit opinionem.

C r *Vicinis epiſcopis.*in ſua diœceſi: quia non intrabunt abſque ſua licentia parochiam ſuſpenſi: vt credo ſecundum Guil.

s *Canonicè.* ſcilicet præcedente debita examinatione & ſcrutinio & temporibus debitis ſupra eo.tit.de eo.& modo debito, ſcilicet non furtiuè, vel per ſaltũ, vel per plures ſacros eodem die, vel duobus continuato ieiunio ſupra eo.literas.& cap.dilectus.

*Ordinatio clerici quãdo dicatur canonica.*

CVm nullus. Sunt quatuor partes quæ patent per.§.Et determinat notata per Hoſtien. in ſumma huius.§.a quo.in princ.& per Innocen.de ele.peregri.ſuper rubr. aliàs ſupra cap.j.Ioan.And.CASVS. Dictũ fuit ſupra per diſcurſum huius titu. quòd clericus promouendus ad ſacros ordines, nõ poteſt promoueri ab alio quàm à proprio Epiſcopo, niſi de licẽtia proprij Epiſcopi. dubitatur quis dicatur proprius Epiſcopus quantum ad dandam facultatem recipiendi ordines ab alieno Epiſcopo: & etiam quantum ad facultatem ordinandi. Reſpondet quòd clericus maximè beneficiatus dicitur habere tres epiſcopos: ſcilicet epiſcopum originis, epiſcopum domicilij, & Epiſcopum beneficij. Et omnes iſti poſſunt ordinare, & dare licentiam recipiendi ordines ab extraneo Epiſcopo: & ideo quilibet iſtorum dicitur proprius epiſcopus. Sed quid de aliis prælatis inferioribus, vtrum poſſunt dare licentiam recipiendi ordines ab alio quàm ab Epiſcopo? Reſpõdet quòd nõ: niſi ſibi fuerit ſpecialiter conceſſum à ſede Apoſtolica vt ipſi poſſent facere ordinari clericos vel ſubditos ſuos à quo mallent Epiſcopo, dummodo Chriſtiano. Sed quid de officiali Epiſcopi, vtrum poſſit dare facultatem recipiendi ordines ab alio Epiſcopo? Reſpondet quòd non regulariter, eo ipſo quod eſt officialis: niſi de hoc fieret expreſſa mentio in creatione officialis. Sed quid de vicario generali Epiſcopi? Dicendũ quòd ſi Epiſcopus ſit abſens in remotis partibus, vicarius ſuus generalis poterit dare illam facultatẽ. Sed quid? ponamus quòd in hac diœceſi eſt prioratus dependens à monaſterio Cluniacen.abbas Clunia. contulit prioratum in hac diœceſi exiſtentem alicui de illis partibus: & iſte prioratus eſt manualis: quia reuocabilis ad nutum abbatis: vtrum prior & ſuus conſocius poſſint ſe facere ordinari ab Epiſcopo Pictauienſi? Reſpondet quòd ſic: licet ille prioratus ſit reuocabilis ad nutum abbatis Cluniacen.

D

Nota primò quòd appellatione parochiæ comprehenditur diœceſis. ſimile ſupra cap.proxi. Nota ſecundo quòd quo ad poteſtatem ordinandi poteſt quis habere tres iudices ſuperiores.Domi.

Nullus,



a *Nullus.*generaliter loquitur: vt dixi. ſupra ca.proxi.

b *Clericum.*vel laicum.j.ca.proxi.

c *Parochiæ.*id eſt diœceſis.

d *Ordinare.*ſupra, ca. proxi.cum ſuis concor.

e *Hoc caſu.*ſcilicet in danda tali licentia.hoc dixi: quia multis aliis modis dicitur quis ſubditus alterius & de ei' foro. quod dic vt ſupra. de fo.compe.cap. vlti.& ff.de iudi. hæres abſens.§.j.

f *Epiſcopus.*ergo non inferior: vt.j.§.prox. & eſt ſi. ſupra.e.li.de elect.cùm ex eo.

g *Ordines.*quoſcunque minores vel ſacros.

h *Oriundus.* dicitur enim quis ibi domicilium retinere, vnde oriundus eſt.ff.de ſena.l.penult.

Gloſſa ſeq. ſoluit duo dubia.

i *Eccleſiaſticũ.*ad differentiam alterius beneficij vel prouentus ſecularis [a]: & talia eccleſiaſtica beneficia ſine inſtitutione canonica obtineri non poſſunt: vt.j. de reg.iur.c.q. cũ ſuis cõcor. & intelligo ſiue iſtud ſit beneficiũ propter quod ordinem recepit, ſiue non: cũ generaliter & non diſtinguendo loquatur: vnde nec diſtinguere debeo.ij.q.v. conſuluiſti. ſupra. de tranſlat. inter corporalia.

*a Idem tamen eſſet in talibus. ca. quia nõnulli.de magi. Philip. Do. Fonta.*

k *Domicilium.* poteſt quis habere domiciliũ in plurib' locis.ff. ad munici.l.aſſumptio.§.iuris prudẽtib'.de fo.cõpe.ex parte B.in an.s.de reſcri.dilectus.ij. quod verũ eſt ſi in vtroque ſe æqualiter collocauit: vt ibi.&.j.de ſepul.ca.ij.aliàs ibi dicetur habere domiciliũ vbi maiorẽ partẽ rerum ſuarũ habet. ff.ad municip.eius.ij.§.vlti. C. vbi ſe. vel cla.ſenatores. aliàs ſola domus poſſeſſio quę in ciuitate alia cõparatur, domicilium non facit.ff.ad munici.libertus.§.ſola.

*Domiciliũ an poſſit haberi in pluribus locis.*

l *In eadem.* ſubaudi, vel dominus Papa ſupra. cap.j.&.j.§.proxi. ipſe enim ordinarius eſt ſingulorum.ix.quæſtion.iij. cuncta per mundum. Et Roma communis eſt patria. ff. ad municipia. Roma. & ibi poteſt quilibet conueniri: vt ſupra de fo.compe.c.vlt.

*Roma communis eſt patria.*

m *Prælati.* puta abbates, archipreſbyteri, vel archidiaconi. & habes de his ſupra, de offic.archidia.ſignificaſti. dicit enim canon literas epiſcopi neceſſarias: & non inferioris lxxj.diſt.extraneo.

n *Subditos.* laicos.

o *Epiſcopo.* dum tamen catholico: & habes de hoc priuilegio ſupra.de præſcrip.veniens.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

p *Indultum* [b]. ſubaudi, vel niſi habeant ex conſuetudine præſcripta vt hoc facere poſſint: in hoc caſu bene valet cõſuetudo ſecundum Ioan.qui hoc no.ix.queſt.ij.epiſcopum. & facit quod no.Ber.ſupra. de offic.archid. ſignificaſti.nec enim conſuetudo reuocatur per nouam conſtitutionem ſupra, de conſt.c.j.eo.lib.

*b Gloſ.ſequuntur Do.Font.*

q *Non extendat.*niſi habeat ſpeciale mandatum ad hoc: vt.j.de offi.vica.c.ij.& iij.

r *Epiſcopo.*ſuper hoc vide quod no.Ber.& moderni de offi.archid.ſignificaſti.

Gloſſa ſequens quærit.ponit opi.& ſoluit.

ſ *Remotis*, quẽ locum dicis remotũ? Dicſit quidam de citra & vltra mõtes, per decre.s.de elect.nihil. ſed hoc eſt falſum ꝙ ſolũ talis locus dicatur remotus: quia aliud eſt dicere valde remoti: vt ibi.& aliud remoti: vt hic. ſicut aliud eſt dicere cautio: quia tunc intelligitur nuda cautio: vt. C.de ver.ſign. ſancimus.& aliud ſufficiens cautio: & tunc intelligũtur pignora vel fideiuſſores.ff.man.ſi mando. §.vlt. Sed videtur ꝙ

*Locus quãdo dicatur remotus.*

### CAPITVLVM III.

CVm nullus [a] clericum [b] parochiæ [c] alienæ præter ſuperioris ipſius licentiam debeat ordinare [d]: ſuperior intelligitur in hoc [e] caſu Epiſcopus [f] de cuius diœceſi eſt is qui ad ordines [g] promoueri deſiderat, oriũdus [h], ſeu in cuius diœceſi beneficiũ obtinet eccleſiaſticũ [i], ſeu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium [k] in eadem [l]. Inferiores quoque prælati [m], religioſi vel alij: niſi eis quòd ſuos clericos aut ſubditos [n] poſſint, à quo voluerint epiſcopo [o] facere ordinari, à ſede Apoſtolica ſpecialiter ſit indultum [p], vel officialis epiſcopi (cùm ad hoc ſe ipſius officium non extendat [q]) huiuſmodi nequeunt licẽtiam impertiri. Epiſcopo [r] autem in remotis [s] agente, ipſius in ſpiritalibus vicarius generalis, vel ſede vacante capitulum [t], ſeu is [u] ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere, dare poſſunt licentiam ordinandi.

*Poſſunt epiſcopi ordinare priores prioratuum non exemptorum & ipſorum ſocios quandiu morantur in illis: licet inde non fuerint oriundi.Ioann.And.*

Religioſi [x] verò à ſuis ſuperioribus in non exemptis prioratibus deputati, priores & eorum ſocij [y] poſſunt à locorum diœceſanis quandiu morantur in ipſis prioratibus, ordinari licitè, licet nõ ſint de eorum diœceſibus oriundi [z].

B

## Idem.

*Epiſcopus ſeu alius inferior primã tonſuram infanti non cõfert, niſi religionem intret: nec homini illiterato, nec homini alterius diœceſis abſque ſui prælati licentia, nec etiam coniugato, niſi religionem intret, aut ad ſacros promoueatur legitimè: aliàs contra faciens punitur vt hic. hoc dicit Zenz.*

### CAPITVLVM IIII.

NVllus Epiſcop' vel quiuis alius [a] infanti [b] (niſi forte religionem intraret [c]) ſeu illiterato, ſed nec abſque ſui ſuperioris [d] licentia homini [e] diœceſis alienæ [f] clericalem præſumat conferre tõſuram [g]: nec etiam cõiugato, niſi volenti religionem intrare, aut ad ſacros ordines promoueri: prout eſt ſacris canonibus definitum [h].

C

A remoti dicãtur extra prouinciã.s.de elec.corã.C.de pręſcri.x.vel xx.an.l.vlt.vel vltra duas diætas.s.de reſcript.nõnulli. vel vltra vnam: vt eo.li.e.tit.ſtatutũ. Satis credere hoc arbitrarium, quis locus dicatur remotus. ADDITIO. Concor. Hoſt.de ſent.excom.relatũ.& Archi.j. de teſt.c.ij.ij.reſpon. Hodie talib' vicariis datur ſuper hoc expreſſa poteſtas: ita quòd etiã epiſcopis præſentibus tales licentias concedunt. Ioannes And.

t *Capitulũ.*quod tunc in ſpiritualibus adminiſtrat: vt ſupra titul. proxi.cap. vlt.& pen.

u *Is.* puta viſitator. lxj.diſtinct.quoniam ſupra titu. proxi.cap. vltim.ſupra de elec.as cui.eo.lib.

x *Religioſi* etiã exempti: vt aliqua fuerit dubitatio: & per hoc quod dicit in nõ exẽptis, vel fuerit dubitatio: quia non erant perpetui.& hoc eſt verius.ADDITIO.Facit cle.de ſupplen.negli.præla. ca.j.§.pręmiſſa.per quã reprobatur opinio dicentium ꝙ in beneficiis Eccleſiaſticis nõ perpetuis epiſcopus talis beneficij nõ dat commendatitias.Ioannes Andreæ.

y *Socii.*non enim ibi debent eſſe ſoli: quia vę ſoli &c.Eccleſiaſtici.iiij.vij.q.j.illud.de ſta.mona.monachi.& probatur eo.tit.quod Dei timorem.

z *Oriundi.* quia tunc poſſent ratione originis: vt ſupra.j.reſpon.& ſicut poſſunt ordinare, ita dico ꝙ commendatitias ad ordines dare: vt ibi.

NVllus epiſcopus.duo facit.Primò prohibet.Secundò punit:ibi, Qui vero.Domi.

Dictum fuit in ca.eos ſupra e.ꝙ Epiſcopus extraneus non poteſt ordinare extraneos clericos ſine licẽtia proprij epiſcopi. Sed quid de laico vtrum extraneus Epiſcopus poſſit laico conferre primam tonſuram impune? Reſpondet quòd non: imò eſt ſuſpenſus per vnum annum à collatione primę tonſuræ.{definitum.} vt ſi vir velit promoueri ad ſacerdotium, quòd fiat cum conſenſu vxoris ſuæ, quæ ſit antiqua, & voueat continentiam, nam ſi eſſet iuuenis, oporteret quòd intraret religionem.

*Not. primò quòd inferior epiſcopo poteſt cõferre tonſuram clericalem. de quo ſupra.e.c.j. Not.ſecũdo argu. quòd illiteratura non repellit religioſum à promotione ordinũ. vide gloſ. xvi.q.j. legi.Domi.*

a *Alius.*puta abbas vel preſbyter, qui pſalmiſtatũ conferre poſſunt.lxix.diſt.quoniam.xxiij.diſ.pſalmiſta.ADDITIO. Vide quod dixi.ſupra, cap.j.ſuper gloſ.abbates. Ioan.Andr.

D b *Infanti.*ſcilicet minori.vij.annorum.ſeptenni ergo poteſt conferre tonſuram.xxviij.diſt.de his.& lxxvij.diſt.in ſingulis.& facit ſupra, de elect. ex eo. de præben. ſuper inordinata.& quod ibi not. Ioan.And.

c *Intraret.* ergo minor.vij. annis poteſt religionem intrare: quod verum eſt. {Saltem per oblationem parentum vel tutorum} ſed præciſe non obligatur: vt ſupra, de reg.quia in inſulis.& ca.ad noſtram.& dic vt.j. de reg.is qui.& cap.non ſolum.& cap.ſeq.Ioan.And.

d *Superioris.* vt ſupra, cap.proxi.j.reſpon.Ioan.And.

e *Homini.*laico, quod apparet, quia confert primam tonſuram. Olim volebant quidam dicere quòd clericum alterius epiſcopi quis non poteſt ordinare, ſed laicum ſic: & hoc dicebant per decreta. ſupra eod. eos qui. & hoc falſum erat; vt lxxj.diſt.primatus. vbi etiam de laico expreſſum erat. ADDITIO. Intellige de laico qui nõ tranſtulit domicilium: vt ibi no.Ioannes Andr.

f *Alienæ.* id eſt non ſuæ: quia etiam ſi alienæ eſſent, dummodo & ſuæ, nihilo minus poterit ordinare.

g *Tonſuram.*per quam immunitate gaudet, & clericalis ordo confertur ſupra de æta.& qualit.cum contingat.Io.And.

h *Definitum.*quod dic vt not.s.de conuer.cõiugat.coniugatus.

Universidad de Deusto Biblioteca



tus. ADDITIO. Et hic terminantur quæ ibi no. Ioann. And.
a *Peccauerit*. de iis quæ fi. à ma par. ca. quæſiuit.
Gloſſa ſequens quærit & remittit.
b *Annum*. integrum & continuũ ſupra de elec. prouida. e. li. Quid ſi ſit biſextus? Dic vt no. Io. lv. di. ca. ij. & Ber. ſupra de verb. ſig. quæſiuit.
c *Duntaxat*. id eſt tãtummodo. Et no. pro eo quod dixi ſupra. e. tit. & li. eos qui. quia ſi ibi papa voluiſſet ſolũ illos eſſe priuatos à collatione ordinis quem iniquè cõtulerunt, hoc expreſſiſſet, ſicut & hic fecit. Ad idem ſupra. e. literas. & c. dilect⁹. & ſuprà de deci. ad audientiam. Et intelligo hoc verum quando ſolam clericalem tonſuram contulit. aliàs etiam in vlteriobus quos contulit, punietur per iura ſupradicta. & j. quæſt. j. ſi qui.

Qui vero contra fecerit (vt in eo in quo peccauerit,[a] puniatur) per vnum annum[b] à collatione clericalis tonſuræ duntaxat[c] nouerit ſe ſuſpenſum.[d]

DE AETATE ET QUALITATE & ordine præficiendorum.

Bonifacius octauus.

*Epiſcopus diſpenſat cum maiore. xx. annis in dignitatibus & perſonatibus nõ curatis, ſi aliud nõ obſtet. hoc dicit. Domi.*

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.
d *Suſpenſum*. ipſo iure. ſed nunquid tonſuram licebit tũc ab alio epiſcopo ſubditis ſuis recipere? Dic quòd cũ hoc nõ reperiatur expreſſum, non videtur ſic licere.

DE AETATE ET QUALITATE ET ORDINE PRAEFICIENDORUM.

*Continuatio domini Heliæ.* Dictum fuit ſuprà de qualitate & ætate promouendorũ ad ſacros ordines, nunc eſt videndũ de ætate & qualitate & ordine præficiendorũ, id eſt promouendorũ ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda. ideo competenti ordine annectitur hæc rubrica de ætate & qualitate &c.

P*ermittimus*.} Nõ diuiditur, quia breue. Determinantur per iſtud. c. no. per Ber. ſupra de ele. cum in cunctis. §. inferiora. & e. tit. c. cũ dilectus. & ſuprà eo. tit. indecorũ. & c. præterea per ipſum & modernos. ADDITIO. Et in Spe. tit. ij. §. nunc de epiſcoporum. verſ. liij. Ioan. And.

Pro intellectu huius capituli præſupponẽdum eſt primo quod habetur in. c. cũ in cũctis. §. inferiora. de elec. in ant. videlicet ꝙ in promouẽdis ad beneficia eccleſiaſtica etiã ſimplicia, requiritur quòd talis. xxiiij. annũ. compleuerit, & attigerit. xxv. CASUS. Vacante aliqua dignitate ſimplici, id eſt ſine cura, quia obtinens eã nõ habebat iuriſdictionẽ in foro pœnitẽtiali nec cõtentioſo, epiſcopus illã dignitatẽ affectabat conferre Titio minori. xxiiij. annorũ. quæritur an poſſit epiſcopus diſpẽſare cũ ipſo Titio minori, & ſibi cõferre illã dignitatẽ? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic, dũ tamẽ non habeat ille Titius aliũ defectũ, quia ſi eſſet illegitimus, habilitatio ſpectat ad papam quo ad ſacros ordines & dignitates, licet epiſcopus poſſet diſpenſare in minoribus ordinibus. vel etiam ſi iſte Titius minor. xxiiij. annorũ ſit legitimus filius & in matrimonio natus, ſed pater eius habuerat illam dignitatem. Nota primo ex hoc textu quòd de lege communi minor. xxiiij. annorum non poteſt obtinere dignitatem vel perſonatum, etiam ſi ſit ſimplex, hoc eſt, non habeat iuriſdictionem in foro pœnitentiali vel contentioſo. Nota vlterius quòd epiſcopi poſſunt diſpenſare in ſimplici dignitate vel perſonatu ſuper defectu ætatis. No. finaliter quòd ad hoc vt epiſcopus poſſit diſpẽſare, requiritur quòd ille cõpleuerit annum. xx. & attigerit. xxj. Idem dicimus in promouendis ad abbatiã. c. indẽnitatibus ſupra de elec. e. li.

Gloſſa ſeq. tripliciter opponit, & reſpondet.
e *Permittimus*. videbatur permiſſum etiã in citeriori ætate. ar. à cõtrario illius decre. ſupra. e. indecorũ. & ar. directo illius decre. e. ti. ex ratione. & ar. à pari illius. e. tit. præterea. nã in decre. ex ratione. diſpenſant cũ decẽni. in decre. præterea. diſpenſant in ordine. ergo pari ratione in ætate, vt ibi no. Hoſt. Sed ad primum dic quòd ar. à contrario non procedit vbi reperitur in iure contrarium, licet aliàs ſit fortiſſimum. de iis quæ fi. à præla. cũ apoſtolica. in fi. ſed contrarium reperitur ſupra de elec. cum in cunctis. §. inferiora. ergo nõ procedit argumẽtatio illa. Ad decre. ex ratione. dico illud fuiſſe ex ſpeciali mandato papæ. Ad decre. præterea dico valde maius eſſe pati defectum in ætate, quàm in ordinibus, vt per te vides. & probatur de inſti. c. ij. j. e. li. & de præben. ſi pro clericis. noua ſit igitur hæc permiſſio.
f *Epiſcopi*. inferioribus credo vetitum. & facit. ſ. tit. proxi. ca. iij. j. & ij. reſpon. ſupra. de elec. cum ex eo. e. li.

Gloſſa ſequens inducit tria ſimilia. ſecunda pars recit. per quæſtionem.
g *Compleuerit*. No. nõ ſufficit attingere, ſicut in epiſcopo. ſ. de elec. cũ in cũctis. & in abbatiſſa. ſ. e. li. de elec. indẽnitatibus. j. reſponſo. & in delegato. ſupra de of. dele. cũ viceſimũ. Et qđ dixit hic papa de. xx. an. idẽ, ſi voluiſſet, dicere potuiſſet de citeriori vel vlteriori tẽpore, quia iſta talia ſunt illa de quib⁹ dicit lex, ꝙ nõ omniũ quæ à principibus fiũt, ratio reddi poteſt. ff. de legi. non omniũ. & de hoc ſupra de reſcri. ſiquãdo. tamen ſatis æquè concordãdo ad alia iura de. xvij. ann. conſtituiſſet, ſicut in procuratore ad negotia dicimus. j. de procu. qui generaliter. §. vlt. & ſicut de aduocato. ff. de poſt. l. j. & iij. q. vij. §. tria. ſed vt prædixi, ſic placuit principi, & ſufficit ſic ſcriptũ eſſe. ff. qui & à q. ꝓſpexit. vj. q. iij. ſcriptũ eſt in lege. ſupra de fe. c. ij. in prin.

*Rationem de arbitrariis reddere non cogimur.*

CAPITULUM UNICUM.

PErmittim⁹[e] † vt epiſcopi[f] cũ †iis qui. xx annũ cõpleuerint,[g] ꝙ dignitates vel perſonatus quibus animarũ cura nõ imminet,[h] valeãt obtinere, poſſint (ſi aliud nõ obſtat canonicũ[i]) liberè diſpẽſare[k].

*† No. arg. quòd poteſtas diſpenſandi in ſuperiore nõ eſt neceſſitatis, ſed voluntatis, cũ dicat text. permittim⁹ de quo. l. di. miror.*

*† No. ſecũdo ꝙ dictio cũ, denotat perſonã patientem, & non agentẽ. quod no. quia facit ad no. de ſu di. at ſi clerici. in anti. Do.*

h *Non imminet*. in illis ergo ſecus, ſicut & in parochialibus eccleſiis ſupra eo. li. de elec. licet canon. & hoc forte voluit dicere Io. qui no. de elect. cum dilecti. in anti. quòd in minoribus dignitatibus ſimplex epiſcopus dabit veniam ætatis. vel forte aliter intellexit.
i *Canonicum*. quia non ſunt illegitimi, non corpore vitiati, nec bigami, nec criminoſi. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. primò quærit & remittit. ſecundo quærit & ponit duas opi. contrarias.
k *Diſpenſare*. ſed nũquid promouẽdo diſpenſat? de hoc vide lj. diſ. qui in aliquo. liiij. di. ſi ſeruus. in prima glo. lxxxj. di. ſi quis ſine. xvj. q. j. eccleſia. in an. de conceſ. præben. literas. de ſchiſ. fraternitatis. & per modernos de fi. presby. veniens. & de cleri. coniu. diuerſis. Et ſatis eſt euidens ar. quòd promouendo nõ diſpenſat,[a] quia punitur promouẽs ſupra de elec. nihil eſt. Sed hic determinatũ eſt de patiente defectũ in ætate. Quid de patiente defectũ in ordinibus ſi eligatur ad tales perſonatus vel dignitates ſine cura, nunquid neceſſaria eſt epiſcopi diſpẽſatio, vel an de iure cõmuni ad illa talis eligi poſſit? Tenent Inno. Ber. & Cõpoſt. quòd de iure cõmuni ad illa talis eligi poſſit,[b] arg. à contrario decre. cũ in cunctis. §. inferiora. & dicit idẽ eodẽ ar. per decre. ſ. e. præterea. Ad. c. lx. di. per totũ, reſpondent illa correcta contraria conſuetudine: vel cũ ibi dicatur in archidiaconũ nõ debere quẽ aſſumi niſi ſit diaconus, in præpoſitũ niſi ſit presbyter, patet illa correctio per decre. cũ in cunctis. §. inferiora. quæ de ordine nihil dixit. & per id quod ibi dixit, ſi moniti nõ fuerint &c. & hoc no. Inno. in prædicto §. de re. iu. cũ olim. & Compoſt. e. tit. dudum. j. Ad decre. dudum. ij. dicunt quòd idẽ iudicium eſt quo ad pluralitatem. vel allegatio fuit illa Hoſti. cõtra. in decre. prædicta, præterea. & in decre. cũ in cunctis. pro quo facit quod no. Ber. de iis quæ fiunt à maiori par. ca. ex ore. in glo. quia erat. & hæc opinio expreſſa erat indeciſa ipſius decr. ex ore. & probatur optimè de elect. dudum. j. in an. Ad id quod dicitur de capitulis. lx. di. per totũ in quibus dicitur quòd archidiaconus, diaconus & præpoſitus presbyter debet eſſe, dico ſecundum Hoſti. ibi ſubaudiendum, vel ſubdiaconus, cum in epiſcopum etiam poſſit eligi. de ætat. & quali. à multis.

*a Si nõ præcedat cauſæ cognitio. Phil. Font.*

*b Idem Archi. Font.*

DE FILIIS PRESBYTERORUM.

*Additio.* Sub bulla fuit, & aliis non legitimè natis, & merito, quia nigrum de primis expreſsè non loquitur, & propter plura. j. dicenda in diſpenſationis formam quàm reſcripti. in Spe. eo. tit in fi. Ioan. And.

*Continuatio domini Heliæ.* Dictum fuit ſupra titulis præcedentibus, de promouẽdis ad ordines & beneficia eccleſiaſtica: verùm quia poſſet dubitare aliquis vtrũ filij presbyterorum de lege communi ſine diſpenſatione poſſint promoueri ad ordines vel beneficia eccleſiaſtica, ideo, competenti ordine ponitur de filiis presbyterorum promouendorum ad ordines vel beneficia, quid iuris ſit, videamus.

*Diuiſio.* IS *qui*.} Sunt duo dicta. Secundum ibi, ille vero. Do. Emanauit ad declarationẽ eorũ quæ no. ſupra e. ti. c. penul. & vlti. ADDITIO. Et Guil. in Spe. tit. ij. §. nũc de epiſcoporũ. in vlt. co. qui tenere voluit ꝙ ex cauſa epiſcopi diſpẽſare poterãt in ſacris, fatebatur tamẽ curiã tenere ꝙ hic dicitur. I. An.

Gloſ. intelligit iſtud c. ꝙ diſpẽſatus vt poſſit obtinere (nõ obſtãte defectu) beneficium curatũ virtute diſpenſationis, nõ poſſit ſimul obtinere duo beneficia. ſed tũc iſtud ca. non cõtineret difficultatẽ per. c. de multa, de prẹb. in an. vbi dicitur ꝙ quis nõ poteſt ſimul tenere duo beneficia, etiã ſi eſſet legitimè nat⁹. ideo in hoc reprehẽditur glo. noſtra. Sed dicũt moderni ꝙ iſtud. c. intelligitur ꝙ illegitimus diſpenſatus vt poſſit obtinere quodcunque beneficiũ, nõ poteſt obtinere duo



beneficia, etiã ſi vellet dimittere primũ ſi illud ſemel acceptauit, quia expirauit ſua diſpenſatio in primo beneficio acceptato: vt. c. non poteſt. j. de præben. vbi ſi quis ſit diſpenſatus ad plura beneficia, eſt verificata ſua diſpenſatio in primo beneficio accepto vel duobus primis obtentis, ergo idẽ in caſibus huius cap.

CASUS. Certũ eſt ꝙ in promouẽdo ad beneficiũ, etiã ſimplex, requiritur ꝙ talis ſit procreatus ex legitimo matrimonio cap. cũ in cunctis. de elec. in an. idẽ eſt in promouẽdo ad primam tonſuram, ita quòd illegitimè natus ſine diſpenſatione nõ poteſt promoueri ad ordines etiam ad primã tonſurã, vt dixi. Sed quæritur vtrum ſolus papa poſſit diſpenſare? Reſpon. quòd nõ, imò aliquoties ſuffi cit diſpẽſatio epiſcopi, ſcilicet quãdo talis illegitimus vult promoueri ad minores ordines, vel ſi vult promoueri ad beneficia ſimplicia. Si autẽ vellet promoueri ad ſacros ordines, vel ad beneficia ſuſtinentia adminiſtrationẽ, vt dignitatem, vel perſonatũ vel curata, requiritur diſpenſatio papæ. Sed quid ſi papa diſpenſat cũ illegitimè nato, vt poſſit acceptare quodcunque beneficium, etiam ſi illi immineret cura animarum? Accidit quòd illi illegitimo fuit collatum vnum beneficium: illud acceptauit, poſtea fuit ei collatum aliud pinguius beneficiũ, vtrum poſſit licitè accipere? Dicit Romanus Pontifex quòd non, ſecundum veriorem intellectum, quia diſpenſatio ſua eſt verificata in primo beneficio obtẽto, licet gl. aliter intelligat. Sed Dominicus de ſancto Gemi. & moderni doc. in hoc reprehendunt gl. quia tunc iſtud ca. nõ contineret dubitationem: quia legitimè natus nõ poteſt obtinere duo beneficia curata c. de multa. alleg. ergo multo min⁹ illegitimè natus. & hæc ſunt vera, niſi in diſpenſatione fuiſſet dictum quòd obtento vno beneficio poſſet aliud acceptare, & primum dimittere, vt ſit cotidie. Heli. Regnier. Nota primo quòd vbi ſunt plura impedimenta, per remotionem vnius non ſequitur remotio alterius. licet enim tollatur illegitimitas, non per hoc tolluntur alia canonica impedimenta. Ad hoc ſupra de vſu pallij. ex tuarum. & de priuile. paſtoralis. Nota ſecundo, quòd cum illegitimo vt promoueatur ad ſacros ordines, vel obtineat beneficium curatum, ſolus papa diſpenſat. Domi.

*a Iſta eſt ratio, quia poteſtas diſpẽſandi, cuius effectus nõ in epiſcopũ ſed aliũ deriuatur, debet latè interpretari, ſecundum Phil. hic approbantem gl. Fon.*

Gloſſa ſequens ſoluit dubium.
a *Defectum*. indiſtinctè intelligo prout iacet de quocũq; defectu, ſiue ſit ſpuri⁹, ſiue adulterin⁹ vel naturalis,[a] licet aliàs quo ad ſucceſſiones diſtinguatur, nec ita de facili diſpẽſetur cum vno ſicut cũ reliquo, & ſic intelligatur ſupra de renun. niſi cum pridem. §. perſonæ vero &c. Eſt enim dign⁹ venia, qui alieno vitio laborat. C. de natura. lib. l. legẽ. Io. And. ADDITIO. Idem Archi. alleg. xxviij. q. j. idolatria ſupra de cle. coniu. c. ij. Idem. Ioan. Mo. Ioan. And.

*Venia dignus eſt qui alieno vitio laborat.*

b *Diſpenſatione*. nunquid promouendo diſpenſet? Vide remiſſiones quas dedi. ſupra ca. proxi. Ioannes And.
c *Epiſcopi*. in contrarium videbatur. ſ. e. literas. vbi papa cũ talibus in clericatu diſpenſat. ſed ratio eſt, quia petitum fuit à papa, nam & epiſcopus poterat, vt no. Ber. e. tit. c. vlti.
d *Canonicum*. facit quod dixi. ſupra ca. proxi.
e *Beneficium*. intelligo ſimplex. {etiam ſi ſit canonia eccleſiæ cathedralis ſecundum Archi.} quia in perſonatu vel dignitate etiam ſine cura, vt ſupra ca. proxi. non credo quòd diſpenſare poſſint. cap. ad hæc.[b] eo. titu. & de præben. c. vlti. & de hoc de elec. dudum. ij.

*b Idem Do. Fonta.*

Gloſ. ſeq. ponit tres lecturas & opiniones circa primam.
f *Tale*. quia non paternum immediatè, ſuper quo nõ poteſt epiſcopus etiã cum legitimo diſpenſare ſecundũ Vinc. ſ. eo. ex tua. Goff. in ſumma huius tit. §. circa aliud. Bart. Brixi. lvj. diſt. in ſumma. Ber. & Pe. de Sam. in prædicta decre. ex tua. & Innoc. e. tit. ca. vlti. ſecundum Ioan. qui hoc notat. lvj. diſt. in ſumma, & Tan. in dicta. decret. Sed dixit Vincen. ꝙ ſi tamen eſſet epiſcop⁹, hoc facere nõ auderet. Goff. ſupra de elec. innotuit. Ray. in ſumma huius tit. & Hoſtiẽ. in dicta decretali tenent contrariũ.[c] Ad decre. pe. ſupra eo. tit. reſpondent ꝙ de illegitimo loquitur, de tali forte beneficio loqui voluit hæc litera, vel intelligas de beneficio qđ habeat eccleſiã curatã annexã. ad hoc j. de præben. ſuper eo. Vel de beneficio quod ex priuilegio, cõſuetudine, vel ſtatuto requirat ſacrum ordinem, quia cum in ordine tali diſpenſare non poſſit, ergo nec in beneficio qđ illum ordinem requirit. ſupra de conſt. trãſlatio. j. quæſti. iij. ſi quis obiecerit. & ca. ſi quis præbẽdas.[d] Et eſt ſimi. quod dixi. ſupra de reſcrip. ſi eo tempore.

*Diſpẽſare an poſſit epiſcopus vt filius obtineat beneficium patris.*

*c Qui tamen fatetur quòd curia tenet primum. Io. And.*

DE FILIIS PRESBYTERORUM & aliis illegitimè natis.

Bonifacius octauus.

*Cum illegitimè natis diſpenſant epiſcopi in minoribus ordinib⁹ & beneficio ſine cura, dũmodo ſit tale in quo aliàs diſpenſare poſſint, in aliis diſpenſatio papæ requiritur. Ioann. And.*

CAPITULUM I.

IS qui defectũ[a] patitur nataliũ, ex diſpenſatione[b] epiſcopi[c] licitè poteſt (ſi ei aliud canonicũ[d] nõ obſiſtat) ad ordines promoueri minores, & obtinere beneficium[e] cui cura nõ imminet animarũ, dũmodo ſit tale[f] ſuper quo per ipſum epiſcopũ valeat diſpenſari. Ad ordines quoq; maiores[g] vel beneficia curã animarũ habẽtia, ſuper quib⁹ nequit epiſcopus diſpẽſare, ſine diſpenſatione ſedis apoſtolicæ[h] promoueri non poteſt.

*Si diſpenſatum fuerit cum aliquo quòd nõ obſtante vllo defectu poſſit ad curatũ beneficium promoueri: prætextu illius diſpenſationis non poterit duo beneficia inſimul obtinere. Ioan. And.*

Ille vero cum quo per ſedem[i] diſpenſatur eandem, vt (præmiſſo non obſtante defectu[k]) valeat ad beneficiũ etiã ſi curam animarum habeat, promoueri, nequit prætextu diſpenſationis huiuſmodi (quam exorbitantem à iure oportet veluti odioſam[l] reſtringi) niſi vnicum beneficium obtinere.[m]

Idem.

*Si ille cum quo ſuper defectu originis in curato beneficio fuerit diſpenſatũ, eo tacito ſuper pluralitate diſpenſationẽ obtineat, non valet diſpenſatio. Ioã. And.*

CAPITULUM II.

g *Maiores*. hoc intellige de ſeculari clerico. nã in regulari ſecus eſt, quia de iure talis promouetur ad ſacros. ſ. eo. tit. c. j. lvj. diſt. ca. j. & c. naſci. & hoc tenet Io. lvj. diſt. in ſumma. Ber. ſupra e. c. vlt. Goff. in ſumma huius tit. §. circa filios. nec per hoc intelligitur diſpenſatum in epiſcopatu. argu. de ſent. excom. quia periculoſum. de conceſ. præben. dilectus. in an. vbi de hoc per Inno. & Hoſtien. xij. diſt. nos conſuetudinẽ. & j. ca. proxi. ADDITIO. Idẽ hic Arch. & idem Compoſt. ſupra de elec. cum in cunctis. & Guil. in Spe. tit. ij. §. ſi. ver. quid ſi diſpenſatũ. Et de iis quæſtionibus ad materiã ibi vide in verſi. ſi præcedentibus. & verſi. ſeq. Ioan. Andr.

*d Idẽ Archi. qui alleg. ff. de leg. j. ſed & ſi res. & j. de præbe. ſi cui. Et idẽ Ioan. Mon. qui dicit idem vbi ſtatutum iuratum per ſedem apoſtolicã confirmatum, nõ acquirit illegitimum. Ioan. And.*

Gloſſa ſequens ſoluit dubium & remittit. ſecundo quærit & dupliciter ſoluit.
h *Sedis apoſtolicæ*. nec ſufficit diſpenſatio legati, vt ſupra e. titul. cap. penul. & dic vt ibi. Sed quæro quare epiſcopus diſpenſat in criminalibus ab adulterio citra, & non in defectu? Sol.[e] Facilius deletur irregularitas proueniens ex crimine. purgatur enim per pœnitentiam, non ſic in defectu. xxvij. diſtinctio. deinde. vel maior eſt irregularitas proueniens ex origine quàm ex crimine, quia prima ex natura, ſecunda ex accidenti, ſed naturalia immutari non poſſunt. vj diſtinct. §. vlti.
i *Per ſedem*. eadem ratione dico idem de illo cum quo diſpenſatur per epiſcopum, vt poſſit ad minores ordines & ad beneficium ſine cura licitè promoueri, cum eadem ſit ratio.
k *Defectu*. propter hoc à ſecularibus non repellitur honoribus. ff. de decuri. l. ſpurij. & l. generaliter. §. ſpurios. Ioannes Andreæ.
l *Odioſam*. j. de regu. iur. odia. cum ſuis concor.
m *Obtinere*. Concor. j. de præben. non poteſt. ij. reſp. cum ſuis concor.

*e Secundũ Goſ. ſupra ca. ſi. & in ſum. e. titu. verſic. pe. Ioan. And.*

SI *is cum quo*. Decidit caſum, & rationẽ interſerit ibi, cum non ſit veriſimile. Ioan. And. Aliter autem diuidi nõ poteſt, quia tota litera pendet. Domi.

Diſpenſatio addita diſpenſationi nõ valet, niſi in diſpenſatione ſecunda fiat mentio de prima. CASUS. Titius illegitimè natus à ſede apoſtolica obtinuit diſpenſationẽ vt poſſit promoueri ad ſacros ordines, & ad beneficium eccleſiaſticum etiam curatũ. deinde aſſecuto beneficio curato virtute ſuæ diſpenſationis, videbat beneficium curatum aliud ſibi conferendum. vnde acceſſit ad papam vt poſſet obtinere duo beneficia curata, & in illa diſpenſatione non fecit mentionem quòd cum eſſet illegitimè natus, papa fecerat ei gratiam ad obtinendum beneficium curatum. an valeat iſta ſecunda diſpẽſatio, ita vt poſſet obtinere plura beneficia virtute illius ſecundæ diſpenſationis? Reſpondet Romanus pontifex quòd non, imò eſt ſurreptitia, quia tacuit id quod ſi expreſſiſſet, non obtinuiſſet ſecundam diſpenſationem papæ, vel ſaltem cum maiori difficultate, quia veriſimile eſt quòd papa non voluiſſet eum proſequi tanta beneficiorum multitudine. Not. primo illud ad quod allegatur textus iſte, quòd diſpenſatio addita diſpenſationi non valet, niſi in ſecunda diſpenſatione fiat mentio de prima.

Nota magis ſpecificè quòd ſi ille cum quo fuit diſpenſatum ſuper illegitimitate ad beneficium curatum, velit

Universidad de Deusto Biblioteca



velit obtinere ſecundam diſpenſationē ad pluralitatē beneficiorum obtinendorū in futurum tempus : debet in ſecūda diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorū obtinendorū in poſterum, facere mentionē de prima. Nota vlterius quòd literæ impetratæ ad plura beneficia obtinēda, ſi conſtiterit ipſas eſſe ſurreptitias, non valēt ipſo iure. Sunt autem literæ ſurreptitiæ, quæ ſunt impetratæ tacita veritate. Secus verò eſt in literis iuſtitiæ. Nā valet proceſſus virtute illarum factus: ſi non excipiatur de ſurreptione. Nam tales literæ non ſunt nullę ipſo iure. cap. ſi motu proprio. j. de preben. Sed quæritur quot beneficia poteſt obtinere ille cū quo eſt diſpenſatum ſub hac forma: videlicet, Sixt⁹ ſeru⁹ &c. diſpenſamus vt duo vel plura beneficia poſsit obtinere. Dicēdum eſt, ꝙ cum diſpenſatio ſit odioſa, & exorbitans à iure cōmuni debet reſtringi inquantum fieri poteſt: ideo dicendum eſt quòd diſpenſatio ſub prædicta forma ſolùm extenditur ad tria beneficia. Sed quid ſi Papa diſpenſauit ſub hac forma: Diſpenſamus vt poſsis obtinere duo vel plura beneficia? Dicēdum quòd talis diſpenſatio ſolùm extenditur ad quatuor beneficia, videlicet ad duo ratione dictionis, duo. & alia duo ratione verbi, plurima.

*Diſpenſatio ad duo vel plura, tātum tria comprehendit.*

Gloſſa ſequens ſoluit dubium.

a *Sedem Apoſtolicam.* quia alius non poterat. ſ. ca. proxi. & eadem ratione idem credo in epiſcopo, quòd ſi diſpēſauerit cum tali quòd poſsit ad minores ordines & ſimplex beneficium promoueri, & poſtmodum tacito de defectu impetretur diſpenſatio ſuper pluralitate talium beneficiorū, non valet diſpenſatio propter eandem rationem, quia non eſt veriſimile &c.

Gloſ. ſeq. ponit tres caſus prohibitionis.

*Illegitimus tribus rationibus ab ordinū & beneficiorū promotione repellitur.*

b *Defectu.* iſte defectus trib⁹ de cauſis ordinū & beneficiorum promotionē impedit primo ob ordinis prærogatiuam. xxvj. diſt. c. pen. & vlt. de exceſ. præla. in an. inter dilectos. C. de digni. neque famoſis. lib. xij. Secundo ob deteſtationē paterni criminis quod punitur in filio : vt per id puniatur pater. xxiiij. quæſt. iij. cū ergo. §. ſed qui. ff. de eo quod me. cauſa. l. iſti quidem. §. vlt. Tertio propter incontinentiam paternam quæ timetur in filio, iuxta illud: Sepe ſolet ſimilis filius &c. vj. q. j. c. ſunt plurimi. §. verum. & ideo ſtylus eſt curiæ: ſi paternæ non ſit &c. defectus autē eſt, ſed non culpa. lvj. diſt. naſci. & de pur. caſ. accedens. ADDITIO. Ex his tribus inſurgit quarta, ſcandalum ſcilicet illorum inter quos promouetur. Ioannes And.

*a Quia ſi non poneretur, veniret ſolum minores. gl. in c. literas eo. ti. de Ancha. Fon.*

c *Ad omnes ordines.* cautè ponitur hoc in diſpenſatione [a]. & ſuper hoc vide quod no. Ber. & moderni. ſ. eod. literas.

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.

d *Defectu.* natalium: ſuper quo diſpenſationem habuerunt. Sed nonne ſublatus erat ille defectus per primam diſpenſationem? perinde igitur debet haberi ac ſi illegitimus non fuiſſet. & ſic eſt contra. ff. de ædil. edi. l. quod ita. l. diſtinct. ferrum. in an. de reſcri. eam te. in fi. ff. de nata. reſtit. l. quæris. Litera. j. cum non ſit veriſimile &c. ſoluit. contra. Nec ob. l. quod ita. quia hic de originis naturali defectu loquitur: ibi de morbo accidentali, qui facilius tollitur: vt ſupra dixi cap. proxi. Sed ca. ferrum. loquitur quo ad ſalutem animæ: & de peccatis quæ per pœnitentiam purgantur, {ſa deo, quem nil latet. Sed hic prima diſpenſatio latebat, ſecundum Ioannem Mon.} Et cap. eam te. & l. queris. loquuntur de quadam plena reſtitutione natalium. ADDITIO. Non ob. ſecundum Ioā. Mona. in auth. qui. mo. na. eff. ſui. §. tribus. &. §. adoptionis. coll. vij. quia ibi de temporalium bonorum ſucceſſione: hic de ſpiritualibus quæ ſunt digniora. de maio. & obe. ſolitæ. in an. Ioan. And.

Gloſſa ſequens ponit duas opiniones.

*Diſpenſare an poſsit epiſcopus in duobus curatis.*

e *Sede præfata.* alius enim dare non poſſet. ad hoc facit. j. de præbe. ſuper eo. & cap. non poteſt. & c. cū ſingula. hoc tenet Ber. de elect. du ū. ij. in an. Bar. Brixi. lxx. diſt. ſanctorum. & Innoc. ſ. de præben. de multa. Hoſt. autem dixit quòd in diſpenſatione quę habet fieri propter neceſsitatem vel vtilitatē Eccleſiæ, eandē poteſtatē habent epiſcopi [b] poſt decr. de multa. quam primo habebant per prædictū. c. ſanctorum. ſed illam quæ habet fieri ob prærogatiuam perſonæ, facit ſolus Papa: & ſic intelligit ipſe Pet. de Sam. & Ab. dictam decre. de multa. in fin. ſed primam ſeruat curia: & de hoc in prædictis iuribus. xxj. quæſtio. ij. ſi quis iam tranſlatus.

*b Trāſeunt Do. Philip. & Fonta.*

SIis cum quo fuit per ſedem Apoſtolicā [a] diſpenſatū vt non obſtante defectu [b] natalium quem patitur, ad omnes ordines [c] promoueri valeat, & obtinere beneficiū, etiam ſi curam habeat animarum, diſpenſationem aliam (tacito de prædicto defectu [d]) poſtmodum obtineat à ſede præfata [e], vt duo [f] aut plura beneficia ſimilem curam [g] habentia poſsit recipere ſi ei aliàs canonicè conferantur, & ea ſimul licitè retinere : talis diſpenſatio (cum non ſit veriſimile ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum, eidem in pluralitate beneficiorū huiuſmodi diſpenſare) veluti per ſurreptionem obtenta, nullius penitus eſt momenti [h].

f *Duo.* ex talis diſpenſationis virtute prima duo quæ habuit, ſolum retinere poterit: vt. j. de prębē. non poteſt. ij. reſpon.

g *Curam.* in curato enim & ſimplici bene diſpenſant epiſcopi, ſecundū omnes: vt no. in decret. dudū. ij. de elect. in an.

*Diſpenſat epiſcopus in curato & ſimplici.*

h *Momenti.* Nota literas ſurreptitias ipſo iure non valere. de hoc dic vt not. ſupra de reſcrip. ad audientiam. ij.

## DE BIGAMIS.

Gregorius x. in concilio generali Lugdunenſi.

*Bigamus nudatus eſt omni priuilegio clericali, & adſtrictus ſeculari foro: nec valet conſuetudo in contrarium. & prohibetur ei ſub anathemate ne tonſuram deferat. Ioan. And.*

DE BIGAMIS. Viſum eſt. ſ. tit. proxi. de fil. presby. qualiter nō poſſunt promoueri ad ordines vel beneficia. verùm quia dubitare poſſet aliquis de bigamis, an bigami poſsint promoueri ad ordines vel beneficia: ideo annectitur rubrica de bigamis. Vnde ſciendum eſt quòd filij nati ante ſacerdotium non dicuntur filij ſacerdotis ſi agatur de præiudicio ipſorum: quia ſecus ſi de cōmodo eorum ageretur. aliàs obſtarent multa iur. ff. de ſena. vbi filij nati ante ſenatum dicuntur filij ſenatorum.

### CAPITVLVM VNICVM.

ALtercationis [i] antiquæ dubiū, præſentis declarationis oraculo decidentes, bigamos [k] omni priuilegio [a] clericali declaramus eſſe nudatos, Et coërtioni fori ſecularis addictos [b]: conſuetudine [c] cōtraria non obſtante. Ipſis quoque ſub anathemate [d] prohibemus deferre tonſuram, vel habitum clericalem.

ALtercationis. Tria facit. Primò declarat. Secundò reprobat: ibi, & coërtioni. Tertiò prohibet: ibi, Ipſis quoque. ADDITIO. Quòd Lamech fuerit prim⁹ bigamus, habet Geneſ. iiij. & xxxj. quæſt. j. quomodo virginibus. Ioan. And.

CASVS. Certum eſt quòd promoti ad primam tonſuram gaudent pluribus priuilegijs. nam non tenentur ſubire onera ſordida nec perſonalia. l. placet. C. de ſacroſan. eccle. cap. non minus. de immu. eccle. in ant. Item ſi committant delictum, non puniuntur per iudicem laicum, ſed remittuntur ad iudicem eccleſiaſticum. Ponamus quòd aliquis clericus promotus ad primam tonſuram effectus eſt bigamus verè vel interpretatiuè: quia contraxit cum duabus, vel cum vna corrupta: an talis ſit priuatus omni priuilegio clericali? Reſpond. Roman. pontifex quòd ſic. Sed clerici vxorati retinent adhuc duo priuilegia, ſcilicet vt non poſsint diſtringi per laicum iudicem. Item retinent priuilegium cap. ſi quis ſuadente. xvij quæſt. iiij. Sed vtrum bigamus poſsit portare inſignia clericalia? Reſpond. quòd non. ideo non poteſt deferre tonſuram, nec habitum clericalem. Et ſi deferat, poteſt moneri ſub pœna excommunicationis ne amplius deferat. & ſi non deſiſtat, eſt excommunicandus: immo ſecūdum legem committit crimen falſi. l. eos qui. §. qui ſe pro milite. ff. ad. l. cor. de falſis. No. primò quòd ad Papā ſpectat declarare dubia iuris quæ ſunt inter doctores. ad hoc ſupra de reſcrip. ſuper literis. & qui fil. ſint legi. per venerabilem. Nota ſecundò quòd quis poteſt dici nudus qui priuatur aliqua qualitate incorporali. ad hoc. j. de reſtit. ſpo. frequens. Domi.

Gloſſa ſeq. ponit opi. quas decre. determinat.

i *Altercationis.* Hoc ideo dicit, quia olim ſuper hoc erāt opiniones. Dicebat Hug. ꝙ bigamus gaudebat priuilegio clericali, & canonis: quia tenebatur portare tonſuram ſupra de vi. & hon. cle. clericus ſi tonſura. & erat de foro eccleſię. arg. lxxxj. diſt. dictum. & ad minores ordines aſcendere poterat. xxxiiij. diſt. ſi quis viduam. ij. in fi. à contrario ſenſu. & cap. lector. ead. diſt. [c] Io. & alij contra, per ca lxxxiiij diſt. quiſquis. & ibi hæc altercatio: vbi dicitur, quiſquis clericus viduam aut ſecundam vxorem duxerit: omni eccleſiaſticę dignitatis priuilegio mox denudetur, laicali ſibi tantū cōmunione conceſſa: & per illud denudetur, videbatur non eſſe priuatus, ſed priuandus. præſens ergo conſtitutio declarat hoc. ſi. C. ar. tute. l. veteris. C. de poſthu. hære. inſtit. l. quod certatum. C. de fur. apud antiquos.

*c Vbi de hoc & plenius ſupra ca. ij. Fran. dicit per hoc concilium epiſcopos etiā in minoribus diſpenſare non poſſe. Ioan. And.*

k *Bigamos* verè vel interpretatiuè vt quia duas vxores habuit [d], vel cū vidua vel corrupta contraxit. ſ. eo. de bigamis. xxvj. diſtinct. deinde. & hoc verum eſt de iis qui ſic in minoribus ordinibus contraxerunt: ſecus ſi in ſacris. ſupra eo. nuper à nobis ADDITIO. [redacted]

*d Et procedit hoc etiā ſi ſecunda non fuit vxor propter aliquod impedimentum quod contrahens ignorabat, licet Archi. hic contra. de hoc dixi ſupra e. tit. nuper. ſuper verſi, quantum in ipſis. Io. And.*



a *Omni priuilegio.* quod multiplex eſt. xvij. quęſt. iiij. ſi quis ſuadente. ſupra de fo. compe. cap. ij. & hoc quo ad perſonam. Item quòd non vexentur aliquibus vexationibus in perſona vel rebus. C. de epiſ. & cleri. l. j. & ij. & l. generali. & ſupra de vi. & honeſt. cleri. capi. vlti. & ideo dicitur omni priuilegio. & comprehendit etiam priuilegium fori, & hoc ſequetur.

b *Addictos.* id eſt adſtrictos. C. de epiſ. audien. l. addictos.

c *Conſuetudine.* quæ erat in quibuſdam locis Franciæ: nō ergo valet conſuetudo in hoc caſu, ſicut nec in illis. ſupra de conſue. c. j. & ij. ſ. e. lib. de elect. quia ſæpe. de qua dic vt viij. diſt. fruſtra. de conſue. ca. vlt. in anti.

d *Anathemate.* interminatio eſt, non canon latæ ſententię [a]. quod probatur de iure pa. relatum. de quo dic vt ſupra de ſagit. capitu. vno. de ſimon. ſicut tuis. & per Ioan. lxiij. diſtinct. Salonitanæ. ADDITIO. Poſſet ergo excommunicari: vt hic propter pœnam. xj. quæſtio. iij. nemo epiſcoporum. Item extraordinariè puniri. in authen. de ſanct. epiſco. §. penult. col. ix. Cod. de epiſco. audien. l. mimæ. inſtitut. de iniu. §. j. Ioan. And.

*a Idem Ancha. Font. Excōmunicatio nō fertur ipſo iure per hac verba, ſub anathemate prohibemus.*

## DE OFFICIO Vicarij.

Innocentius quartus.

*Succeſſor officialis excommunicati, excommunicatus non eſt, niſi in crimine dānato communicet : illa autem quæ exercet illo excommunicato manente, non valent ſi iuriſdictione ſolum ab eo recepta hoc facit. Ioan. And.*

DE OFFICIO VICARII. Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentiū de promotione clericorum ad beneficia eccleſiaſtica: verùm quia ſic promoti quandoque habent ſub ſe vicarios; ideo ad nos informandum annectitur rubrica de officio vicarij.

### CAPITVLVM I.

ROmana Eccleſia, & infrà. Cùm Remēſis archiepiſcopus in officialem alicuius ſuffraganei ſui excommunicationis [e] ſententiam ex aliqua rationabili cauſa [f] ꝓfert: illos qui vices ipſius [g] gerunt, propter hoc [h] excommunicationis vinculo nō adſtringit: Cùm non communicent ob id [i] officiali eidem in crimine [k], qui [l] Eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione, pro eo quòd ſuum exercent officiū, non arctantur. Ea tamen quæ ipſi [m] gerendo huiuſmodi vices [n] agunt, eo taliter [o] excōmunicato manente (ſi iuriſdictionem tantùm [p] recipiunt [q] ab eodem) non poſſunt obtinere vigorem [r].

### Bonifacius octauus.

*Ex generali cōmiſsione non poteſt officialis inquirere, corrigere, deponere, &*

ROmana. } Sententia excommunicationis in aliquem promulgata ex propria culpa, non eſt ad eius vicarium extendenda. hoc dicit ſecundū Zenze. Et tria facit ſecundum Ioan. Mon. Primò ſtatuit. Secundò rationem ponit. Tertiò tacitæ quæſtioni reſpondet. Secunda ibi, Cùm non. Tertia ibi, Ea tamen. Ioan. And. CASVS. Cum archiepiſcopus Burdegalenſis officialem Pictauen. excommunicat aliqua rationabili cauſa: officialis Pictau. non poteſt exercere iuriſdictionem epiſcopi Pictau. Ponamus quòd officialis ipſe excommunicatus aliquem ſibi ſubſtituit: vtrum ipſe ſubſtitutus ſit excommunicatus exercēdo iuriſdictionem epiſcopi Pictauen.? Reſpondet quòd non, niſi ſit participans cum officiali in crimine damnato. c. ſi concubinę. de ſent. excō. in anti. vbi dicitur ꝙ participās in crimine, ꝓpter quod aliquis fuit excōmunicatus: incurrit maiorē excommunicationem. Sed quid, Ponamus quòd ſubſtitutus exercet iuriſdictionē ipſius officialis: an valeāt geſta per ipſum officialē? Reſpon. Ro. pont. cū diſtictione: quia aut iſte ſubſtitutus ſuſcepit iuriſdictionē ab officiali excōmunicato: & tunc nō valent geſta per iſtum ſubſtitutū: quia ſi officialis non valuit per ſe exercere iuriſdictionē, nec etiā potuit aliis cōmittere. aut ſubſtitut⁹ ab alio ſuſcepit iuriſdictionē, & nō ab officiali excōmunicato: tunc valebūt geſta per ipſum. Alij intelligūt ꝙ officialis excōmunicatus de facto ſubſtituit aliū officialē, quod facere nō poteſt. l. prętor. ff. de iuriſ. om. iu. & talis ſubſtitus de facto ab officiali excōmunicato nō eſt excōmunicatus: ſed tamē nō valent geſta per ipſum. No. primò ex hoc c. ꝙ quis ſine cauſa rationabili nō debet excōmunicari, vnde excōmunicatio nō fertur ab homine, niſi pro inobedientia vel cōtumacia: & licet delictū præcedens ſit cauſa mediata, tamē cōtumacia eſt cauſa immediata excōmunicationis. No. inſuper ex hoc tex. iuncta glo. ꝙ officialis epiſcopi poteſt excōmunicari ſub nomine dignitatis, & tamē excōmunicatio nō extēditur ad ſucceſſores, niſi participarent cū excōmunicato in crimine dānato: vt dicto c. ſi concubinę. alle. quia tunc incurrerent maiorē excommunicationē. No. ꝙ epiſcopus excōmunicatus nō poteſt exercere ea quę ſunt iuriſdictionis: & ſic non poteſt conferre beneficia: quia collatio beneficiorū eſt iuriſdictionis. c. tranſmiſſam. de elec. in an. Sed vtrū capitulū vel ſuperior poſsit tūc cōferre beneficia vacātia? Certè non. c. quia diuerſitatem. de conceſ. præbē. in an. quia collatio beneficiorū non deuoluitur ad capitulū vel ſuperiorē niſi data neglīgētia: ſed modo epiſcopus excōmunicatus non poteſt dici negligēs, quia etiā ſi ipſe vellet cōferre, nō poſſet.

*Excommunicatio nō fertur ab homine niſi pro contumacia.*

*Epiſcopo excommunicato capitulum beneficia non confert.*

e *Excommunicationis.* maioris: nā excōmunicat⁹ minori, ea quę ſunt iuriſdictiōis exercet: vt ſ. de cler. excom. mi. ſi celebrat.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.

f *Rationabili cauſa.* aliter non debet ferri excommunicationis ſententia. j. de ſentē. exc. cū medicinalis. & potuit eſſe rationabilis cauſa, cū officialis epiſcopi peccat in iis quæ ſunt iuriſdictionis: quia idem eſt conſiſtorium epiſcopi & ſui officialis: tunc archiepiſcopi eos ſicut epiſcopi punire poſſunt. j. de appel. Romana. j. reſpon. ſi verò officialis epiſcopi aliquid poſsideret vel faceret vt priuatus: tūc archiepiſcopus eū plus punire nō poſſet, niſi ſicut alios ſubditos epiſcoporum in caſibus not. ſupra de offi. ordi. paſtoralis. & hoc probatur infra de fo. compe. Romana. §. ij. & vlt.

g *Ipſius.* officialis vel officialatus. nec putes quòd officialis alium officialem generalem dare poſsit [b]. Ad hoc ſupra eo. clericos. vbi de hoc per Hoſt. & Gar. licet ſpecialem cauſam delegare poſsit, & etiā plures. ff. de iudi. l. cùm prętor. poſito tamen ꝙ generalem officialem dederit, ſicut interdum fit de facto: iſte tamen excōmunicatus non eſt: vt hic dicit. Vel hic non dicitur ꝙ officialis ipſe officialem dederit [c]: ſed epiſcopus alium officialem dedit excōmunicato primo: quæritur an excommunicatus ſit ſecundus? & videbatur ꝙ ſic: cum lata eſſet ſententia in officialē. ad hoc reſpondet. Quęri ſolet quid ſi quis delegauit cauſam, poſtea excōmunicatur: nunquid expirauit delegati poteſtas? de hoc recurre. ſ. de offic. dele. licet. & ꝙ nō expiret, bene facit. j. tit. proxi. ſi is cui [d]. ſi verò epiſcopus eſt excōmunicatus, nec ipſe, nec ipſius officialis (cum eorum idem ſit conſiſtoriū) de cauſis cognoſcēt. quid ergo tunc fiet? adeatur Papa vt prouideat. ſupra e. lib. de ſup. neg. præl. c. j.

*Primò lit. expo. ſecūdo format duas. q. & illas ſol.*

*b Imò de conſuetudine faciunt cū conſenſu epiſcopi ad tempus. Phil. Font.*

*c Imò hoc dicitur hic. Phi. Font.*

*d Poſſet reſponderi ꝙ res non erat īntegra. Phil. Font.*

h *Propter hoc.* ſ. ꝙ gerunt vices officialis ex cōmiſsione epi vel ipſius officialis facta ante excōmunicationē. Vel dic vt ſ.

i *Ob id.* ſcilicet quod gerunt vices eius.

k *In crimine.* quia tunc eadem ſententia ſunt ligati. ſupra de ſent. excom. ſi concubinæ.

l *Qui.* ita conſtrue. qui. ſ. officialis non arctatur diſtrictione cenſuræ eccleſiaſticæ: & pro eo ꝙ ſuū &c. ergo ſi ideo eſſent excommunicati, tunc ſucceſſores eadem ſententia ligarētur. Pone in terminis, Excōmunicauerat archiepiſcopus epiſcopū: monuerat officialē ꝙ de cauſis nō cognoſceret: qui non deſinebat. excōmunicauit eū. ſucceſſor participauit in crimine dānato: vnde ligatus eſt. {Idē ſecundū Inno. in illo qui in officialatu ſibi deſeruit: vel ſtat iuri corā illo. Io. An.} Alia litera eſt in plurali, exercent & arctantur. q. d. eo ꝙ vices gerētes exercent officialis officium, non ligantur ſententia.

m *Ipſi.* ſcilicet vicarij officialium.

n *Vices.* officialis ſaltem nunc excommunicati.

o *Taliter.* aliàs tum, aliàs tamē. & dic taliter, id eſt etiā propter aliam cauſam, non propter officialitatem.

p *Tantum.* ergo ſi ab epo, ſecus: quia officiali excōmunicato ſi epiſcopus alij cōmittat, tenet cōmiſsio, vt ſuperius dixi.

q *Recipiunt* [e]. de facto, quia de iure ille iuriſdictionem demandare non poteſt qui excommunicatus eſt. xxiiij. q. j. audiuimus. de re iudi. ad probandum. in an.

*e Placet do. Font.*

r *Vigorem.* nō enim potuit excōmunicatus quod nō habebat cōmittere. j. q. vij. Daibertū. de iure pā. quod autē. In caſu tamen hæreſis excōmunicatus vtitur iuriſdictione. j. de hære-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ret.præſidentes.& eſt ſpecialis caſus in odium hæreſis.

Glo.ſeq.diuidit,& dicit vnde tracta,& quid approbat.

Licet.} Primò ponit dictum.Secundò excipit:ibi,niſi. Io. And.Et fuit decr.tracta de quadã extrauaganti Alex.iiij. quæ incipiebat, dudum. vbi quidã officialis epiſcopi abbatẽ depoſuerat:qui appellauit ad Archiepiſcopum,& officialis Archiepiſcopi ſentẽtiã confirmauit:appellatum fuit ad Papam:& Papa prædictas ſententias infirmauit [a]. Quod hic dicitur, tenebat Hoſti.de inſtit.ex frequentibus. in anti. ADDITIO. Et Guil. in ſpecu. de inquiſi. ad fi.j. collat. Ioan.Andr. CASVS. Epiſcopus Pictauiẽ. fecit & creauit ſub terminis generalibus Titium ſuũ officialẽ iuriſdictionis. vtrum Titius officialis virtute generalis commiſsionis recipiat poteſtatem ab epiſcopo inquirendi crimina,& puniendi exceſſus: Reſpondet quòd non,niſi in cõmiſsione habeat ſpecialem & liberam facultatem corrigendi crimina,& puniendi exceſſus. ſed pro iſtis criminibus eſſet recurrendum ad epiſcopum:ideo libellans in criminibus qui litigat coram officiali,debet dicere in ſuo libello,coram vobis officiali ſpecialiter conſtituto ad inquirendum exceſſus,puniendum,deponendum &c.nam iſta tribuunt ſibi poteſtatem. Nota primò quòd per commiſsionem officij generaliter factum ab epiſcopo, datur poteſtas cognoſcendi de cauſis. No. ſecundò quòd in generali mandato nõ includitur poteſtas cognoſcẽdi de cauſis criminalibus. Ad hoc cle. non poteſt.de procur.Domi.

† No.quòd gen° nõ includit quãlibet ſpeciem cõprehenſã ſub illo quãdo eſt dare aliquã rationem quare nõ includatur.ad hoc quod not. gl.j.de except.pia.

a Per hãc gl.ſoleo ponere exemplũ in decr. cauſam.ij. de iudi.q͂ ſimilitudo cauſæ reddit iudicem ſuſpectum quandoq;: vt ibi ſcripſi ſuper ver.pœnæ. Io.And.

*punire ſubditorum exceſſus,Ioan.And.*

CAPITVLVM II.

Licet † in officialem [a] epiſcopi [b] per commiſsionem officij generaliter [c] ſibi factam cauſarum cognitio transferatur, poteſtatem tamen inquirendi, corrigendi aut puniendi aliquorum exceſſus,ſeu aliquos à ſuis beneficiis, officiis vel adminiſtrationibus amouendi,transferri nolumus in eundem: Niſi ſibi ſpecialiter hæc committantur [d].

Idem.

Gloſſa ſequens recit.per queſt.& ſolu.cuius ponit opi.contrariam.

a *Officialem*, qui interdum miſſus dominicus appellatur, de reg.ca.ij.de frigi.& malefi.cap.j. Officialis iſte ordinariã habet iuriſdictionem. interponit enim decretum in alienationibus rerum minorum, & emancipationibus: & omnia quæ ad iuriſdictionem pertinent, expedit. C. de offi.eius qui vicem al.in.ob.l.ij.vbi hoc tenet Accur.& j.de iudi.cap.vlt.ſed talia cum cauſæ cognitionem requirant ſecundum leges, nõ delegantur.ff.de offi.proconſul.l.nec quidquam.§.j. ergo ſequitur quòd ex iuriſdictione ordinaria hoc facit,non ex delegata,ſecundum Innocen. & Hoſtien. [b] qui hoc not. ſupra eo.tit.ſua.& Guil.in Spe.de ordi.in prin.Goff.contra in ſumma iſtius tit.primum tene: & adde rationem decre.ſupra eo. lib.de conſue.c.ij.& quod ibi dixi. licet autem negari nõ poſſit eos iuriſdictionem habere ordinariam:tamen non in omnibus recurritur ad eos ſicut ad dantes. hinc eſt quòd de caſibus hic & j.c.j.expreſsis ſine ſpeciali mandato ſe nõ intromittunt,nec etiam de ſpiritualibus:vnde literas commendatitias ad ordines dare non poſſunt: vt.ſ.e.li. de tem.ord.cùm nullus.§.j. [c] Nec officialis archiepiſcopi preſente vel vicino archiepiſcopo in ſuffraganeũ excommunicationis, ſuſpenſionis,vel interdicti fert ſententiam.j.de offi.ord.c.j.in fi.

Officialis epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam.

b Idem do. Fonta.

c Nec etiã ad eos recurritur ſi appelletur à delegato epiſcopi.et alias fallentias ponit hic Philip. Fonta.

b *Epiſcopi*. vel cuiuſcunque alterius:cùm eadem ſit ratio.

c *Generaliter*. non ergo tantum valet genus quo ad ſingula, quantum ſpecies.de hoc xxiij.diſt.quanquam. de offi.ordi.ſi ſacerdos.in an.

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit.

d *Committãtur*. ſed pone,epiſcopus dedit vicariam generalem, & in mandato expreſsit aliquod de iſtis quod requirit ſpeciale mãdatum ſecuta clauſula generali,& omnia alia quę per nos poſſumus,etiam ſi mandatum exigant ſpeciale:quęritur an talis omnia ſpecialia poſsit: Et dicit Hoſtiẽ.ſ.de offi. archid.ſignificaſti.per ipſam decre.& per decr.ſedes.ſ.de reſcript.& per.l.ff.ſi quis cautio. ſed & ſi.§.quæſitum.& per ea quæ no.de commo.ca.vno.quòd omnia poterit [d]:quod ſatis videtur ad inſtar procuratoris: vt.j.de proc. qui ad agẽdum. §.j.ſecus ſi aliquod de ſpecialibus non expreſſum fuiſſet: vt ibi.j.reſponſo.

d Dic,ſimilia, vel minora expreſſis.Ph. Font.

Cvm in generali.} Præmiſſã duplici ratione ponit dictum à quo.ſecundò excipit:ibi,niſi.Ioan. Andr. Declarat no. per Goff.Innoc.& Hoſt.de præb.dilecto.CASVS.Epiſcopus Pict. Titium ſuum officialẽ ſiue vicarium in ſpiritualibus & temporalibus conſtituit, creauit, & ordinauit. Certum eſt q͂ virtute generalis cõmiſsionis ipſe Titius officialis non recipit poteſtatem inquirẽdi & puniẽdi exceſſus, vel deponẽdi: vt dicitur.ſ.c.proxi. Sed nunquid virtute generalis commiſſionis recipit poteſtatem conferendi beneficia ſpectantia ad ſuam collationem: Reſpon.quòd nõ:niſi collatio beneficiorum ei ſpecialiter committatur. No.primò quòd in officialem ex generali cõmiſsione tranſit iuriſdictio in cauſis ciuilib°: ſed virtute generalis cõmiſsionis nõ habet poteſtatẽ inquirendi & corrigendi crimina,niſi ei ſpecialiter mandetur poteſtas inquirendi & corrigendi & puniẽdi exceſſus. No.vlterius quòd collatio beneficiorum vocatur donatio. ſed contra hoc facit:quia donatio nullo cogente imperio ex mera liberalitate cõfertur: ſed collator compellitur confere beneficiũ vacans intra ſex menſes: aliàs priuaretur poteſtate cõferendi: igitur&c.Dicendum quòd collatio beneficiorum vno reſpectu eſt donatio: videlicet in cui conferendo:puta mihi vel tibi vel illi:ſed alio reſpectu,ſcilicet in conferendo ſimpliciter, non dicitur donatio: cum iſta collatio fiat aliquo cogente imperio, ne perdat poteſtatem conferendi elapſis ſex menſibus. Ex quo ſequitur quòd ſi ille in quem fit collatio, ſit ingratus, non poteſt repelli:licet ſecus ſit in meris donationibus ciuilibus. c. penul.j.de dona.l.fi.C.de reuocan.do. Not. quòd procurator omnium bonorum cum libera adminiſtratione & generali poteſtate vt poſsit facere ea quæ conſtituens faceret,non poteſt dare bona ſpectantia ad dominum: quia in tali generali commiſsione eſt intelligẽda iſta clauſula: excepta alienatione bonorum noſtrorum gratuita. Nota principalem effectũ huius ca. quòd vicarius epiſcopi non poteſt conferre beneficia, niſi ad hoc epiſcopus dederit ei ſpecialem poteſtatem. Vtrum epiſcopus poſsit alicui dare facultatem conferẽdi beneficia ad collationem ipſius ſpectantia: Dicẽdum quòd ſic, vt hic dicitur: ſed nõ intelligitur quòd epiſcopus poſsit dare poteſtatem ad conferendum beneficia proximo vacatura, quia fieret fraus concilio generali ne conferantur beneficia proximè vacatura: quod eſt contra vicariatus ſpeciales qui communiter dantur.

*Ex generali commiſsione officialis beneficia conferre non poteſt.Ioan.And.*

CAPITVLVM III.

Cvm in generali conceſſione nequaquam illa veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter [e] in ſpecie conceſſurus [f]: nec regulariter [g] donare valeat is cui bonorum adminiſtratio etiam libera [h] eſt conceſſa: officialis † aut vicarius generalis epiſcopi, beneficia conferre non poſſunt [i]: Niſi beneficiorũ collatio ipſis ſpecialiter ſit commiſſa [k].

† No.argu.pro & contra, quòd idem eſt dicere officialis,quod vicarius de quo hic pa. Dom.

e *Veriſimiliter*. Nota inſpiciendum quòd eſt veriſimile. cõcordat.ſupra tit.ij.ca.vlt.& habet hoc locum etiam vbi eſt generalitas,vt hic: & vbi eſt obſcuritas:vt infra de regu.iur.inſpicimus.

f *Conceſſurus*. ad idem.j.de pœn.& remiſ.ſi epiſcopus.&.j. de reg.iu.in generali.cum ſuis concor. & idem in obligatione.C.quæ res pigno.ob.poſ.l.j.

Gloſ.ſeq.ponit tres caſus contra regulam.

g *Nec regulariter*. ſecunda ratio huius dicti: & ideo dicit regulariter, quia caſualiter ſecus: vt ſi iuſta ratione motus donauerit: vt puta magiſtro: vel ſi donare ei permiſſum ſit: vel ratione perſonæ ipſius cui cõceſſa eſt adminiſtratio: vt ſi ſit filius ſenatoris. ff. de admini. tu.cùm plures. §. cùm tutor. ff. de tute.& ra.diſtra.l.j.§.j.&.ff.de dona.l.filiusfamiliàs [e]. j.reſpon.ij.& iij.de hoc no.ff.de pac.contra iuris.in fi.

Liberã habens adminiſtrationẽ an poſſit donare.

e Vide Bar. in l. filius.allega.in gloſ. in ver.liberã. ca.grandi.de ſup.neglig.prælat.e.lib.Font.

h *Libera*. in conferendis beneficiis eſt liberalitas in cui dãdo:ſed non in dando,ſecundum ea quæ no.ſ. de præbẽ.relatum.& ca.inter cætera.

Gloſſa ſequens opponit de duobus capitulis, quibus reſpondet.

i *Non poſſunt*. in contrariũ videbatur per decre.ſ.de inſti.ex frequentibus.& ſ.de præb. dilecto. ſed illa iura non obſtant: quia in decr.ex frequentibus.nõ dicitur q͂ officiales poſsint conferre:ſed q͂ poſsint confirmare:& hæc ſunt diuerſa:vt patet in ca.ſede vacante.quod bene confirmat ab epiſcopo confirmandos.ſ.de maio.& obe.cùm olim.j.de inſti.c.ij.& tamẽ non cõfert beneficia ad ſolius epiſcopi collationẽ ſpectãtia. ſ.ne ſe.va.illa.& j.eo.tit.c.vnico.Ad idem j.de præb.cùm in illis:De ere.dilecto.non dicit q͂ approbatio ibi facta per generalem procuratorem valuerit.

k *Commiſſa*.No.pro iis quę no.Ioan.Ber.& Hoſt.ſ.de conceſ.pręb.conſtitutus.dixerunt enim q͂ epiſcopus non poteſt ſpecialiter conferre collationem alicuius prębendæ quę nõdum vacat:quia id poſſet fieri in fraudẽ vacaturarũ,quia cum non poſſet mihi promittere primam vacaturam, daret fratri vel amico meo poteſtatem conferendi primam. & hoc eſſe non poteſt,& ſic intelligitur decr.prędicta conſtitutus.in fi.

Epiſcopus an poſſit cõmittere ſpecialiter collationẽ alicuius beneficij vacaturi.

Sed



Sed generaliter committere collationem beneficiorum ad ſe ſpectantium bene poteſt: vt hic,vt xvj.q.j.ſtatuimus.{ſcilicet ei quem facit vicariũ. ſuper quo vide quod no.j.tit.ij.ca. pen.in fin.antepen gloſ.& j.de præb.ſtatutum.in glo.ſi.} Et perpetuò etiam poſſet hoc ius committi alicui dignitati, vel in genere: vt ſ.de inſti.cum veniſſent, vel in ſpecie: vt ſ.de dona. paſtoralis. xvj. q. ij.viſis. ADDITIO. Tene quod ſcripſi de cenſi.cum venerabilis.in ant.ſuper fin.ij. gl.ver.tamen hoc puto.Ioan.And.

DE OFFICIO & poteſta.iudi.dele.

Superiori tit. dictũ fuit de officio vicarij:verùm quia iudex delegatus gerit vices iudicis delegantis,& quodammodo dicitur eius vicari° quantum ad cauſam ſibi cõmiſſam: ideo poſt rubricam præcedentem ponitur hæc rubrica de officio & poteſtate iudicis delegati.

† No. quòd poteſtas data alterum defendẽdi, neceſſario nõ cõcludit conceſsionẽ poteſtatis defendendi cum indagine iudiciali. Dom.

## DE OFFICIO ET poteſtate iudicis delegati.

Innocentius quartus.

*Conſeruator à manifeſtis defendit iniuriis, & iudicialem indaginem non exercet.*

CAPITVLVM I.

Statuimus vt conſeruatores [a] quos plerunque concedimus,à manifeſtis iniuriis & violentiis defendere [b] poſsint quos eis committimus defendendos. Nec ad alia quæ iudicialem † indaginem [c] exigunt, ſuam poſsint extendere poteſtatem.

Alexander quartus.

Statuimus.} Sunt duæ partes. In prima permiſsio. In ſecunda ibi, nec ad alia. prohibitio. Ioan.And. CASVS. Romanus pontifex aliquos religioſos vel alios exemit à poteſtate iudicis ordinarij, & eos recepit in ſua tutela & cuſtodia dando eis conſeruatores. Quæritur de poteſtate illorum conſeruatorũ. Reſpondetur quod poteſtas eorum in hoc conſiſtit, vt illos quibus ſunt deputati, defendant à manifeſtis iniuriis. Sed quid ſi iniuria non ſit manifeſta, ſed requirit plenam cauſæ cognitionem:vtrum conſeruator poſsit ſe impedire? Reſpõdet quòd non: ſed pro hoc eſt recurrendum ad ordinarium. Et iſta vera ſunt niſi in priuilegiis iſtorum religioſorum: vel aliorum quibus dati ſunt conſeruatores, aliud diceretur, videlicet vt poſſent cognoſcere de iniuriis & aliis cauſis,etiam ſi requirerent iudicialem indaginem. & communiter in priuilegiis apponitur illa clauſula. Nota primò quòd officium conſeruatorum eſt defendere illos qui eis committuntur à manifeſtis iniuriis & violentiis. Nota inſuper quòd conſeruatores ſimpliciter deputati non poſſunt ſe impedire de iis quæ ſunt occulta & dubia. Sed quid ſi offenſa manifeſta negetur, vtrum cõſeruator poſsit cognoſcere an ſit manifeſta? Reſpondet gloſ. q͂ ſic. alias quilibet poſſet impedire iuriſdictionem ipſorum conſeruatorum, quia quilibet conuentus ſemper negaret iniuriam manifeſtam. Vnde quando dubitatur de iuriſdictione alicuius iudicis: ad eum iudicem ſpectat cognoſcere an cognitio ad eum ſpectat vel non.l.ſi quis.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.

Gloſ.ſeq.recitetur per ſex quæſtiones.

a *Conſeruatores*. quia materia conſeruatorum in tit. iſto hic & j.c.proxi.& cap.vlt.poſita eſt. nota conſeruatores delegatos eſſe [a]. & vt dicebat Ber.de iſtis conſeruatoribus per iura antiqua parum vel nihil habebamus. Poſſunt tamen dici conſeruatores epiſcopi, qui habent conſeruare & defendere viduas,pupillos, & orphanos, & alias perſonas miſerabiles ab oppreſsionibus & iniuriis. de fo. compe. ex parte B.& ca.ex tenore.in an.lxxxvij.diſtin.c.j.& ij. xxiij. q.v. adminiſtratores.ſupra de cenſi.licet.ſupra e.c.ſignificantibus.Scire debes {ſecundum Innocen.& Hoſtien.} q͂ iſti cõſeruatores interdum dantur vt aliquos defendant contra latrones vel prædones,interdum contra eos qui eorum priuilegia infringũt: interdum latius,vt defendant ab iniuriis & offenſis:& in nullo dictorum caſuum habent iudicialem indaginem: vt hic, & j.e.c.vlt. De manifeſtis ergo ſolummodo habent cognoſcere. Et intellige manifeſta illa, quæ notoria ſunt & ita patentia quòd nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt: vt de ver.ſig.ex parte.in an.de cohabi.cle. & mu.ca.vlt. Sed quid ſi negetur offenſa notoria? negatione videtur fieri res dubia.C. qui.ad li.procla.non li.l.iij.Dic q͂ bene probationes recipiet conſeruator an factum ſit notoriũ: vt ſic videat an ſit ſua iuriſdictio [b]. ff.de iudi.ſi quis ex aliena.ſ. de reſer.ſuper literis. aliàs enim iſtorum officium eſſet inutile:& ſi inueniet factũ notorium,procedet:aliàs deſiſtet: non enim habet poteſtatẽ ſimpliciter defendendi iniuriam: ſed qualificatam,notoriam ſcilicet.habet ergo conſeruator reuocare reum:& ſi cõfiteatur factum,bene quidẽ. ſi neget, ſuper notorio probationes recipiat: ſi autem confiteatur factum, ſed dicit ſe id ſuo iure feciſſe:dicunt quidam q͂ vlterius ſe intromittere non debet. Alij contra, dicentes q͂ probationes recipit ſuper notoria offenſa [c]. Ad hoc ſ.de elec.bonę aliàs facile eſſet cõſeruatorũ officium deludere: vnde ſi videatur conſeruatori probabilis negatio, non procedat:aliàs puniat ſicut notoriũ. Dicebat autẽ olim Bern. q͂ ſicut delegat° ſeculari poterat:ſic & conſeruator.poſtea mutauit dicens, q͂ quia in notoriis nõ admittitur recuſatio vel appellatio: conſeruator autẽ nõ cognoſcit niſi de notoriis: ergo recuſari non poterit ſ.de appel.propoſuit.& c.cum ſit. Dixit etiam talem cõſeruatorem inuocare poſſe auxiliũ brachij ſecularis. ſ.de offi. ordi ca.j.& ca.quoniã.& xxiij.q. v. adminiſtratores. ADDITIO. A tẽpore Inno.hoc tenẽtis:& hoc placet Hoſtien.& Archi.& ex eadem ratione dicebat Innoc.q͂ procedere poterit parte per contumaciam abſente. remittit ad no. de cohabi.cleri.& muli.veſtra.Ioan.And.

Conſeruatores ſunt iudices delegati.

a Idem Io. An.de Anchar. quia eorũ officium expirat quo ad nõ cœpta. Font.

Conſeruatores de quibus cognoſcant.

b Idem de Anch.Fõt.

c Idem de Anch.Fõt.

Conſeruator an poſſit vt ſuſpectus recuſari.

Conſeruator poteſt inuocare auxilium brachij ſecularis.



*In coactionibus & pœnis Pontificali dignitati defertur.*

CAPITVLVM II.

Qvia Pontificali dignitate præditis [d], ob reuerentiam ſacri officij [e] quod exercent, plurimum deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet [f], vt cum à Iudicibus [g], vel Conſeruatoribus à ſede Apoſtolica deputatis, contra eos ad coactiones aliquas ſiue pœnas fuerit procedendum, gradus & modeſtia in huiuſmodi proceſſu ſeruetur, Ita quòd (eis quadam condigna reuerentia ſupportatis)

Glo.ſeq.declarat an iniuria cõmiſſa & committenda &c.

b *Defendere*. hoc intelligi poteſt de commiſſa & cõmittenda,pone enim paratos ad exercitum & violentiã inferendam illis quorum conſeruator eſt: prohibere poterit, excõmunicare,& punire.de ſent.excõ.ſacro. & j.e.tit.Romana.§.caueant.In commiſſa defendet per diſtrictionem eccleſiaſticam, compellendo iniuriatores vt ſatisfaciant læſo:& etiam ſeculare brachium inuocando.vt ſuperius dixi.

Conſeruator poteſt defendere non tantũ ab iniuria commiſſa, ſed etiam à committenda.

c *Indaginem*. id eſt cauſæ cognitionem,ſeu ipſius examinationem:quia dubia ſunt. & ſi de talibus ſe intromittãt, pœnã incurrũt, de qua j.e.c.vlt. §.vt autem.nec valet quod agitur: vt ea.decre. §.vlt.quæ eſt gloſ.iſtius.

Gloſ.ſeq.dicit quid exemplificat.

Qvia pontificali.} Præmiſſa cauſa ponit cõſtitutionem in genere,quam ſecundò ſpecificat:ibi,ita q͂.Tertiò excipit:ibi,niſi.Ioan.And.Exemplificat quod habetur.ſ.eo.ſanè. ij.& ca.paſtoralis.in princ. ADDITIO. Guil.hanc decre.allegabat ſub tit.de priuileg.in Spe.de ſenten.prola. §.vt autẽ. verſic.quandoque.Ioan.And.Iſtud cap.emanauit ad declarationem cap.ſane.& cap.paſtoralis. eo.tit.in ant.vbi dicitur q͂ iudex delegatus poteſt rebelles cõprimere,& coërcere epiſcopos ſi non obediant in eis quæ ſpectant ad ſuam iuriſdictionem: tamen deferre debet dignitati epiſcopali, & mitigare illas pœnas.iſtud.c.ponit quo ordine debet mitigare illas pœnas. CASVS Delegatus Papæ cauſam ſubdelegauit epiſcopo Pictau.epiſcopus non vult acceptare. Certum eſt q͂ delegatus poteſt eum punire:ſed tamen debet mitigare pœnam.Sed quæritur quam mitigationem debet ipſe delegatus ſeruare? Reſpondet q͂ non debet ab initio epiſcopum excõmunicare: ſed debet ei primò interdicere ingreſſum eccleſiæ.poſtea ſi illam pœnam contemnat,debet eum ſuſpendere ab officio ſacerdotali:poſtea procedere ad pœnas grauiores.tamen ſi delegatus primò proceſſerit ad excommunicationem, tenet excommunicatio, licet non bene faciat: quia iſte tex. loquitur de honeſtate. veruntamen poſſet eſſe tanta contumacia,quòd delegatus inciperet ab excommunicatione. Heli. Re. Nota primò argu.quòd illa quæ exercet epiſcopus ratione dignitatis epiſcopalis, dicuntur competere ex officio, & non ex ordine: & ſic non videtur epiſcopatus ordo,de quo per gl. & ibi dixi.ſ.in proœ.huius libri. Nota ſecundò quòd appellatione iudicis non comprehenduntur conſeruatores. quod nota pro iuribus loquentibus de iudicibus.Domi.

d *Præditis*. id eſt pręaliis dotatis. ADDITIO. Archi.exponit.i.ſublimatis & ornatis.Ioan.And.

e *Officij*. concor.j.de ſent.excom.quia periculoſum. & xj. q.iij.abſit.

f *Decet*. inſpicimus quid deceat. ſic ſ. e. lib.de elec.cum nõ deceat.cum ſuis concor. ADDITIO. Et decẽtia propriè reſpicit honeſtatem.ſ.de vo.magnæ.Ioan.And.

g *Iudicibus*.poteſt referri ad hoc quod j.ſequitur deputatis. vel puncta hic,& iudicibus quibuſcunque. Ioan. And. Idem Archid.

a Ingreſſus. & ſi durante tali interdicto in eccleſia ſolēniter celebrat, irregularis efficitur j. de ſent. excom. is cui [a]. ADDITIO. Et ibi dicam quod hic dicit Archid.

Gloſ ſeq. obiicit, & dupliciter ſoluit.

b Sacerdotale. ſine quo Pontificale officium exerceri non poteſt. ſupra de exceſ. prælat. ex literis. {Scias quòd ſuſpenſus a Pontificalibus tantum, in illis celebrando non fit irregularis, ſecundum Guil. in Spe. de lega. §. iuſta. verſic. quid ſi quis epiſcopus.} Sed videtur quòd ab ipſo principio iſti arctius quàm reliqui puniri deberent. v. q. vlt. ca. quia iuxta. §. presbyteri. quæ eſt lex C. de epiſc. & cleric. l. preſbyteri. vbi dicitur ꝙ multo maiori pœna ſunt digni, quibus cū plurimū honoris per noſtrā iuſsionē delatum eſt, occulto reperiuntur in crimine. lex illa loquitur de illo qui deliquit in eo in quo honorabatur, ſcilicet in ſacerdote: qui in teſtimonio dicendo honoratur, vt non torqueatur: & ideo verum tacuit, vel falſum dixit. Vel dic quòd maior pœna eſt in maiore, ſecundum ea quæ no. de cler. vena. c. j.

*a Et ſi moritur, non eſt in cœmeterio ſepeliendus. Arch.*

*Epiſcopi an grauius puniantur quàm inferiores.*

ingreſſus [a] primò ipſis eccleſiæ, vel ſacerdotale [b] interdicatur miniſterium: ac deinde ab officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggrauetur cenſura eccleſiaſtica contra eos: Niſi forte aliter [c] fieri ſuaſerit nimia cōtumaciç proteruitas ſiue culpa.

Bonifacius octauus.

*Delegato procedente cum duobus ſubdelegatis non in totum, ad Papam non ad condelegatos appellari debet. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM III.

SI duo [d] ex tribus à ſede Apoſtolica [e] delegatis, duobus aliis [f] nō in totum [g] ſubdelegauerint vices ſuas, ipſique † ſubdelegati cum delegato [h] tertio in cauſa proceſſerint delegata: ſi appellatur ab ipſis [i], non ad condelegatos [k], ſed ad primum delegantem tantummodo appellari debebit.

Idem in eodem.

*Tres caſus ponit in quibus ſuſpicionis cauſa coram arbitris non tractatur. Primus, cum recuſatur vnus ex delegatis datis cum clauſula, quòd ſi non omnes. Secūdus, cū recuſatur delegatus Epiſcopi. Tertius, cum recuſatur officialis. Ioan. And.*

c Aliter. vt ſcilicet non ſupportetur tanta modeſtia: vt quia iniurias vel contumelioſa verba profert in iudicem. ſupra de pœn. dilectus. Quid ſi iudex non ſeruata forma huius decret. ſtatim excommunicet vel ſuſpendat epiſcopum vel ſuperiorem: tenetne ſententia? Dic quòd ſic: licet reprehendendus ſit iudex quòd hanc modeſtiam non ſeruauit. xj. quæſtione iij. ca. j. ſupra de ſenten. excomm. ſacro. ADDITIO. Vide quod dixi in decre. ſanè. ſuper verbo, interdicat. Ioan. And.

SI duo ex tribus. Non diuiditur. Præmitte quòd ſi delegatus Papæ ſubdelegat non in totum, fecit gradum, ita quòd de eius ſubdelegato ad ipſum ſubdelegantem debeat appellari: vt j. eo. ſi delegatus. & ſupra eo. ſuper quæſtionum. Sed iſtud fallit in caſu huius decret. Dom. Edita eſt hæc decre. ad declarationem eorum quæ not. Ber. Innoc. & Hoſt. ſupra eo. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. ad h. ADDITIO. Hanc decret. prolixè gloſſauit Archi. de gloſſa decret. ſuper quæſtionum. & de expeditis. j. eod. ſi delegatus. quæ poſtea cancellauit. Ioan. And. & Guil. in Spec. de appel. §. nunc tractemus. verſic. quid ſi tres. Ioan. And. Secundum dominum Heliam hoc ca. ſic ſummatur: Si appellatum fuerit ab vno trium delegatorum, non appellatur ad duos delegatos, ſed ad Papam. h. d.

CASVS. Papa commiſit cauſam tribus iudicibus delegatis, videlicet decano, archidiacono, & archipreſbytero. duo fuerunt impediti: vnde ipſi vices ſuas ſubdelegauerunt: qui ſubdelegati proceſſerunt cum tertio delegato, intantum ꝙ deuentum fuit vſque ad ſententiam quam contra te tulerunt. vis ab illa ſententia appellare: vtrum poſsis appellare ad delegatos? Videtur quòd ſic: quia appellare vis à ſubdelegato: ergo eſt appellandum ad delegatos, & in totum vices ſuas nō commiſerunt, ſed aliquid ſibi retinuerunt. Reſpon. Ro. Pon. quòd licet delegati ſubdelegauerint vices ſuas, & non in totum: eo tamen quòd illi ſubdelegati non proceſſerūt ſoli, ſed cum tertio delegato qui eſt par illis delegatis: ideo nō poteſt appellari ad delegatos. Nam non appellatur à pari ad parem: & ideo à ſubdelegatis eſt appellādum ad Papam: ac ſi omnes delegati ſimul de cauſa cognouiſſent. Et ſic ſi delegati in totum ſubdelegaſſent cauſam, non appellaretur ad delegatos. l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. da. vel non da. poſ. ſecūdum literā quæ habet, ad nos iure iudicia remeabunt, quæ eſt communis litera: licet aliqui habeant in litera, ad eos. & tunc ille text. intelligitur quando delegati ſubdelegauerunt in parte, & non in toto. Not. primò ex hoc c. quòd delegatus Papæ poteſt ſubdelegare. l. à iudice. C. de iudi. c. paſtoralis. alle. ſ. e. & quia. ff. de iuriſ. om. iu. Not. vlterius quòd delegatus Papæ ſubdelegando poteſt retinere aliquid de iuriſdictione: ita quòd non deſinit omnino eſſe iudex, ratione cuius eſt appellandū ad ipſum delegatū. & iſte eſt vnus caſus in quo nō poteſt appellari ad Papā omiſſo medio. & illud pcedit ſiue delegatus reſeruauit ſibi ſententiā, ſiue tantū executionē. No. inſuper principalem effectum huius c. quòd ſi alij duo delegati ſubdelegent, qui ſubdelegati procedunt cum vno ex principalibus delegatis, appellandū eſt non ad ſubdelegātes: ſed ad Papam propter miſturā paris reſpectu illorū ſubdelegatorū. Et ex hoc infertur aliud notabile, quòd vbi duo permiſcentur quorū vnum ſit potentius altero, potētius attrahit ad ſe naturam minus potentis, etiam ſi minus potens in numero excedat potentius. Ad hoc. ſ. de conſe. ec. vel al. aqua. Do.

d Duo. idē de vno, & multo forti⁹: quia maior dubitatio eſt quando duo ex tribus ſubdelegāt, quā quando vnus tātum. videbatur enim inſpici debere maiorē numerum. quia ergo duo erāt ſubdelegati, & tertius delegatus: quia maior pars huius iuriſdictionis ſubdelegata erat, nō videbatur appellandum ad primum delegantem: ſed ſecus eſt, vt hic vides. cùm enim in hoc caſu diuerſis reſpectibus emergant aduerſa: eligere debemus quod minus in ſe habet captionis. ff. de reg. iur. quoties. captioſum enim eſſet ſi de pari ad parem appellaretur. ad primum ergo appellari delegantē debebit. ADDITIO. Dicit Ioan. Mo. quòd cum hoc caſu ſimus extra. §. porrò. c. cùm plures. j. e. qui eſt exceptio à regula illa. ij. q. vj. ad Romanā. tenenda eſt regula hoc caſu expreſſe non vitiata. Ioan. And.

*† No. quòd plures diuerſam iuriſdictionē habentes, in vna cauſa iudicās: & tunc ad appellationem interponendam inſpicitur dignior iuriſdictio. l. præcipim⁹. ad ſi. C. de app. vbi autem diſcordant in ſententia ſtatur numero c. fin. ſ. de re iu. l. ſi. C. de edi. largi. h. ... Anch. Fon.*

e Apoſtolica. ideo dictū, quia delegatus ab alio, nō delegat. ſ. e. paſtoralis. & c. vlt. C. de iudi. à iudice.

f Duobus aliis. idem ſi ſubdelegarent illi collegæ: ſed de hoc videbatur dictum. ſ. e. ſuper eo. §. ſi verò. ſecundum vnā lecturam quę ibi amplectenda eſt: quia ſi ibi quæreretur de eo qui totum ſubdelegauerat, non erat quæſtio, quia per præcedentia deciſa erat.

g Non in totum. bene dicit, quia ſi in totū ſubdelegaſſent, nō eſſet quęſtio: quia tunc ſemper appellatur ad primū delegantem. ſ. e. ſuper quæſtionum. §. porrò.

h Cum delegato. No. quia ſi in reſcripto eſſet clauſula, quòd ſi non omnes. & duo committerent: tertius ſe excuſaret, nec committeret: in hoc caſu ab illis duobus ſubdelegatis ad delegatos ſubdelegātes appellaretur, & non ad primum delegantem, ceſſat enim ratio, & hoc videtur voluiſſe hæc litera.

*Appellari debet à ſubdelegato in totū ad primum delegantē, non ad delegatum.*

i Ab ipſis. delegato & ſubdelegatis.

k Condelegatos. quia appellatio eſt de minori ad maiorem prouocatio &c. hic autem partim appellaretur de pari ad parem: quod eſſe non poteſt. & adde quod dixi. ſ. e. lib. de conſue. cap. ij.

SI contra [h]. Sunt tria dicta quæ patent. Secundum ibi, cū autem Tertium ibi, idē eſt. Domi. Et reprobat prima pars quod no. Inno. ſ. e. cùm ſuper. & approbat quod ibi no. Hoſt. & Abbas. Et probabatur olim per deciſam ipſius decr. & ipſe Hoſt. ſ. e. ſuper quæſtionum §. ſi verò. & j. de appel. legitimā. & Guil in Spec. de recu. §. vlti. verſi. quid ſi vnus. Iſtud cap. emanauit ad limitationem iurium dicentium quod cum iudex recuſatur vt ſuſpectus, ſunt eligendi arbitri: fallit in tribus caſibus hic enumeratis. CASVS. In cauſa quam eram tecum habiturus, impetraui à ſede Apoſtolica duos delegatos: videlicet decanum & archidiaconum Eccleſiæ Pictau. cum clauſula, quod ſi ambo intereſſe non poteritis, alter veſtrum negotium exequatur. accidit quòd coram iſtis delegatis feci te citari, & obtuli libellum, cui petij per te reſponderi. Tu comparens propoſuiſti quòd habebas vnum iudicem tibi ſuſpectum: quia erat conſanguineus meus. vel cum conſultus fuerat cauſam & opinionem ſuam: dixerat, illa cauſa eſt probabilis. quæritur coram quo iudice debeas illam cauſam ſuſpicionis probare: & vtrum ſint eligendi arbitri? Reſpondet quòd non, ſed illam cauſam ſuſpicionis debebis probare coram ſuo coniudice. Et hoc verum quando illi duo delegati ſunt dati cum clauſula, quòd ſi ambo. Si autem eſſent ſimpliciter dati, tunc aſſumendi eſſent arbitri ſecundum iura antiqua: quia ſi non poteſt condelegatus cognoſcere in principali, nec in acceſſorio. Sed quid ſi quis vellet recuſare officialem epiſcopi vel delegatum epiſcopi: vtrū ſint eligendi arbitri? Certè non: ſed eſt cauſa ſuſpicionis probāda corā epiſcopo qui officialē delegauit. No. primò quòd cum cauſa eſt delegata duobus ſimpliciter, neuter eorū ſine altero poteſt procedere, etiā in cauſis emergētibus ſiue incidētib⁹: ſicut nec poſſunt procedere in principali: vnde recuſatio eſt cauſa

*h Circa ſ. iſtius c. ibi, corā epiſcopo. fallit ſi cauſa ſuſpicionis contra delegatum propoſita habeat locum in epiſcopo. Doct. Phil. Font.*



cauſa emergens, & tamen alter ſine altero nō poteſt cognoſcere quando ſunt dati ſimpliciter. Si autem dati fuerint cū clauſula, quòd ſi non omnes, tunc tota iuriſdictio apud aliū remanet: non ſolum quo ad principale, ſed & quo ad emergentia & incidentia. Not. vlterius ex hoc ca. caſus in quibus non recurritur ad arbitros pro cauſa ſuſpicionis probanda, videlicet cū recuſatur alter delegatorū, vel officialis epiſcopi, vel eius delegatus: & ſic officialis nō eſt delegatus epiſcopi: ſed habet iuriſdictionem ordinariam. Nota finaliter quòd cauſa recuſationis debet exprimi corā iudice qui recuſatur: probatio autem corā ipſo fieri non debet. ad hoc ſupra de appel. cum ſpeciali Domi.

CAPIT. IIII.

SI cōtra vnum ex duobus [a] iudicibus cum illa clauſula, quòd ſi ambo intereſſe nō poſſunt [b], alter eorum in cauſa [c] procedat: à ſede Apoſtolica [d] delegatis, ſuſpicionis cauſa legitima [e] pponatur: cauſa ipſa ſuſpicionis coram nō recuſato coniudice (ad quem ex vi prædictę clauſulæ debet ipſius cauſę cognitio pertinere) probari [f], & ab eo expediri debebit. Vbi verò nō eſt dicta clauſula [g] in reſcripto: debet ſup hoc ad arbitros recurſus haberi. Cùm autē [h] ipſe delegatus epiſcopi [i] recuſatur: recuſationis cauſa corā epiſcopo eſt probanda. Item [k] eſt ſi officialis recuſetur eiuſdem: licet ad ipſum ab eodē officiali nequeat appellari [l].

Idem in eodem.

a Ex duobus. idem ſi ex pluribus, cum eadem ſit ratio.

b Non poſſunt. eſt ergo neceſſe ꝙ de eius impotentia pateat [a] antequam collega procedat [b]. ſ. e. in ant. prudentiam. ſecus tamen ſcribitur. j. eo. cum plures. j. reſponſo.

*a Aut de eius voluntate. Font.*

*b Si à cōdelegato ſuo impediatur: poterit eum excōmunicare. Phi. Font.*

Gloſſa ſeq. obiicit, & ſoluit.

c In cauſa. principali: vnde non videbatur quòd de impedimento cognoſcere deberet, quod ſibi commiſſum non videbatur: ſed cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ſupra in an. de reſcr. ſuper literis. ſic & hic cognoſcit an collega ſuſpectus ſit: vt ſic videat, an ſit iudex ſine illo ex culpæ vigore.

d A ſede Apoſtolica. idē videretur in delegatis ab alio. Nec ob. j. §. proxi. quia ibi loquitur ſecundum hanc rationē, vbi vnus ſolus eſt delegatus, vel plures ſine clauſula. Ioannes Andreas. ADDITIO. Quod hic dicitur in delegatis a Papa: idem eſt in delegatis ab alio. Nam & ordinarius & delegatus principis apponere poſſunt hanc clauſulam: ſecundū Goff. in ſumma huius titu. verſicu. item quid ſi ordinarius. Nam & in compromiſſo apponitur. ſupra eod. vno delegatorum. ſecundum Archi. punctum tamen gloſ. non attingit. Ioan. Ioan.

e Cauſa legitima. recuſatur iudex propter vnicam cauſam, ſcilicet propter ſuſpicionem. j. c. prox. ſed illa ex multis cauſis inſurgit. pone exemplum. ſ. e. cauſam quæ. & ca. cùm R. & cap. inſinuante. de iudi. cauſam quę. vt lit. non conteſt. accedens. j. & ij. de appel. ad hæc ſi in vna. & ca. poſtremò. cùm ſi. Ioan. And. ADDITIO. De quibus vide in Spe. tit. j. §. ſupereſt. dicit hic Archid. quòd iuſta cauſa eſſet recuſandi, ſi procuraſſet ſibi cauſam cōmitti: vel ſi prius per actorem cōſultus, reſpōdiſſet eum ius habere, per l. Prætor. ff. de iuriſd. om. iudi. allega. quod no. Inno. ſ. de offic. ordi. irrefragabili. vt ibi ſcripſi ſuper glo. vel per decanum. & dicā poſt Hoſt. j. de appel. legitima. Ioan. And.

*Suſpicio ſola iudicem recuſari facit.*

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit, & ponit opin. Innoc. ſecundò quęrit, arg. pro. & ſoluit contrarium. tertiò obiicit, & ſoluit.

f Probari. bene dicit coram quo habeat probari: & per quē habeat expediri: ſed non dicit coram quo habeat proponi. Coram quo ergo proponetur? an coram ambobus: an corā altero tantum? Satis videtur per iſtam decr. quòd coram omnibus ſit proponenda: & coram collega probanda. olim dicebat Inn. ſ. e. cū ſuper. ꝙ licet bonū eſſet ꝙ coram omnib⁹ proponeretur: ſufficiebat tamen ſi proponeretur tantū corā recuſando: cū arbitri deberēt cognoſcere: quod hodie poſſet locum habere in delegatis datis ſine clauſula: vt j. ſequitur. {Vel cū clauſula, ꝙ ſi nō oēs, tu cū altero. & is ad quē ſermo dirigitur recuſatur. Et idē in clauſula de qua ſ. e. coram. Arch. quod placet.} Sed nunquid medio tēpore pendente probatione coram collega poterit ipſe collega in principali procedere? & videtur ꝙ ſic: quia medio tēpore ille cognoſcere nō poteſt: ergo ex vigore clauſulæ collega cognoſcere poterit. Sed dic cōtra [c]: quia primò cōſtare debet de impotētia anteꝗ ſolus procedere poſsit. ſ. e. prudentiā. ſed pendēte cauſa ſuſpicionis ille vult intereſſe: nec adhuc apparet eum nō poſſe: igitur collega in principali nō procedet. Sed Ioan. Card. ſentit cōtra. & dicit ꝙ medio tempore eſt locus dictæ electioni, ꝙ ſi nō omnes &c. ſed dic ꝙ expectari debet finis cauſæ. ad hoc optimè. ff. de excu. tuto. l. diximus. circa prin. Sed nōne honor eſt iudicē eſſe: vt ſ. de app. vt debitus. & C. quādo prouo. nō eſt ne. l. omnē honorē. & maior honor videtur ſolus iudex eſſe ꝗ cū alio. ad hoc j. de cōceſ. præb. ca. vlt. videtur ergo collega ſuſpectus in pronūciando facilius

*Recuſatio alicuius delegatorum an debeat proponi coram omnibus, an coram recuſato tantū.*

*c Sequūtur Phili. Do. Font.*

*Iudicem eſſe eſt honor, & etiam onus.*



illū ſuſpectū, vt ſolus iudex remaneat. Sed dic ꝙ licet iudici debeatur honor, tamē id eſt onus: vt ſ. c. paſtoralis. ibi, exonerare &c. & ff. de mu. & ho. l. vlt. § iudicādi. vnde nō eſt ibi tāta ſuſpicio [d]: quia nō pręſumitur quis appetere oneroſa. & ideo taciturnitas in his nō habetur pro cōſenſu. ff. de proc. filiusfamilias. §. inuitus. & dixi de hoc j. deg. iur. is qui tacet. Præterea ſi male pnunciat in hoc caſu, nō deeſt appellationis refugium. j. e. ab arbitris. ADDITIO. Etſi non appellaret grauatus, tranſiret interlocutoria in rē iudicatam: vt ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. in decr. prudentiā. poſt princ. ſuper verſi. cōſtare. Ioan. And.

*d No. gloſ. quòd in dubio iudex non præſumitur pronūciaturus ſe iudicem, dū vere iudex nō eſt. Do. Font.*

g Clauſula. ex quo enim ſimpliciter dati ſunt vnus ſine altero procedere nō poteſt. ſ. e. cauſam matrimonij. & ca. vno delegatorū. impedito ergo vno, ita ꝙ nō poſsit committere: alij procedere nequeunt. Ioan. And.

h Cum autem. hoc not. Ber. ſupra eod. ſuper quæſtionū. §. quem verò. in vlt. gloſ. & Hoſt. ibidem.

Gloſ. ſeq. dat ſimile. quærit de ratione, & reſpondet.

i Epiſcopi. idem in ſubdelegato delegati Papæ, qui delegauit non in totū: vt in prędicto. § quē verò. {Vide quod poſt Inn. dixi in præalle. decre. ſuper quæſt. ad ſi. ſuper ver. adiutores. ibi tenet ꝙ etiā ſi totū delegauit, antequā ſubdelegatus citet, proponetur & probabitur recuſationis cauſa corā delegato [e]. bene fa. j. c. ij. De materia vide quod ſcripſi. ſ. de appellationibus, cū ſpeciali. in gl. propriū. & in Speculatore de recu. §. finali in fi.} Si autē ipſe epiſcopus recuſaretur, eligerentur arbitri. ſ. de app. cū ſpeciali. Sed quare tunc nō aditur ſuperior, ſicut & hic? Ratio, quia iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt. Item nō ita de facili poteſt haberi ſuperior ordinarius licet interdū poſsit [f]: ſed ad ea quæ frequētius &c. ff. de legi. nam ad ea. ſicut nec ſic de facili poteſt adiri Papa: & ideo ſi recuſatur delegatus ipſius, itur ad arbitros. omni ergo caſu Papa laboribus & expenſis partium voluit prouidere [g]. Ioan. And.

*e Idē dicit Do. Font.*

*f Idem de Anch. Fet.*

k Idem. ſcilicet quòd coram epiſcopo probabitur cauſa recuſationis. & hoc no. Hoſt. j. de appel. legitima.

Gloſ. ſeq. not obiicit & ſoluit.

l Appellari [h]. nec valet conſuetudo in contrarium: vt ſupra eo. lib. de conſue. capi. ij. Et ſic not. quòd licet quo ad quædam ſit idem conſiſtorium epiſcopi & ſui officialis, non tamen quo ad omnia. ad idem ſupra titu. proxi. capitu. ij. & iij. Sed nōnne appellatio & recuſatio ſunt paria: vt ſupra de appella. ſuper eodem ij. reſponſo? Dic quòd iſtud intelligitur quo ad modum: vt ibi notat. ſicut non admittitur fruſtratoria appellatio, ita nec fruſtratoria recuſatio. vnde recuſo & ſi non grauer, tamen non appello niſi grauer. appello à iudice in quem conſenſi, quem tamē non recuſo. in multis alijs eſt diſsimile: & quo ad caſum noſtrum eſt ratio: quia licet de natura appellationis ſit vt eatur ad maiorem: vt dixi ſupra ca. proxi. non ſic in recuſatione: vt patet ſupra j. reſpō. & in hoc itur ad arbitros: vt ſupra eo. ſuſpicionis. & de app. cùm ſpeciali.

*g Per iſtā rationem dicit de Anchar. ſi epiſcopus eſt procul abſens, eūdem eſſe ad arbitros. facit c. vltra. ii. q. iii. Font.*

IVdex. Sunt tria dicta. Secundum ibi, Poſt recuſationē. Tertium ibi, Extunc. Domi. Declarat notata per Bernar. ſupra de appellat. ſecundò requiris. in gloſſ. penulti. & per modernos ibidem. & de appella. cùm ſpeciali. Et per Gof. in ſumma de appel. §. dubitari. & eodē titu. poſtremò. Et Guil. in Spec. de recu. §. vlti. verſic. ſed quid ſi is iudex. Partes patent. Ioannes Andreas. CASVS. Cùm eſſem habiturus tecū litem, à ſede Apoſtolica impetraui delegatum, coram quo feci te conueniri: iſte delegatus erāt tibi certa ratione ſuſpectus. antequam cauſa ſuſpicionis fuiſſet per te propoſita coram eo: ipſe iudex cauſam ſubdelegauit. an poſsit? Certē ſic. Sed quid ſi cauſa fuit propoſita, & fuerunt electi arbitri: ſed antequam arbitri cognoſcerent de cauſa ſuſpicionis, ipſe cauſam principalem commiſit cuidam iudici, & ipſum ſubdelegauit: vtrum poſsit? Reſpondet quòd ſic, ſi ſubdelegauit in totum te reo conſentiente. Sed ponamus quòd iudex recuſatus noluit ſubdelegare: ſed expectauit ſnīetiā arbitrorū, qui pronunciauerūt cauſam ſuſpicionis eſſe ſufficiēter probatam: vtrū poterit ſubdelegare poſt pronuntiationē arbitrorū cōſentiente recuſatore? Reſpon. ꝙ nō: quia deſinit eſſe iudex per pronūtiationē arbitrorū: & ideo non poteſt ſubdelegare, etiā de cōſenſu partiū: quia priuatorum cōſenſus non dat iuriſdictionē ei qui nulli præeſt iudicio. l. priuato-

*h Ad hanc gl. dicit de Anch. rationē: quia appellatio concernit iuriſdictionem, & in epiſcopo & vicario eadem eſt: ſed recuſatio perſonæ recuſatæ. licet enim vicarius ſit ſuſpectus: nō ideo principalis: nec econtra. Bal. in l. i. C. ſi quacunq; prædit. poteſ. Font.*

Universidad de Deusto Biblioteca



priuatorum conſenſus. C.de iuriſdi. om.iudi. Nota primò ex hoc textu practicam quā debet obſeruare iudex delegatus quando cognoſcit ſuſpectū: quia quanquā nollet facere iniuſtitiam, cautela eſt quòd antequam de cauſa ſe intromittat, quòd cauſam ipſam in totum ſubdeleget: nam ſi ſemel ſe intromiſit de cauſa, non poterit amplius ſubdelegare: niſi de cōſenſu recuſatoris. Not. inſuper quòd cauſa ſuſpicionis ſemel propoſita, non poteſt delegat⁹ cauſam ſubdelegare niſi de conſenſu recuſatoris. No. vlterius quòd ſi arbitri pronuncient cauſam ſuſpicionis eſſe ſufficienter probatā, tūc iudex recuſatus deſinit omnino eſſe iudex: ideo de cauſa nō poteſt amplius ſe intromittere etiam ſubdelegando. No. præterea quòd plus impedit exercitium actus ſentētiæ probatio, quā ſola probatio rei ſuper qua ferenda eſt ſentētia. Nota finaliter quòd etiam de conſenſu partium non poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis quæ nō habetur in perſonā iudicis. vide ſupra e. tit. ſignificantibus. Domi.

*Delegatus ſuſpectus antequam ſe intromittat, delegare poteſt.*

*Diſtinguit tria tempora ad ſciendū an iudex ſuſpectus cōmittere poſſit: quia aut non eſt propoſita recuſatio, & tunc in totum per eum facta commiſſio tenet. Aut eſt propoſita, ſed nondum pronūtiatum ſuper ea: & tunc volente recuſatore cōmittere poteſt: aliàs non. aut iam pronuntiatum eſt illum eſſe ſuſpectū: & tunc etiam volente recuſatore cōmittere nequit. Io. And.*

CAPITVLVM V.

IVdex ab Apoſtolica [a] ſede datus quanuis legitimè [b] recuſari valeat vt ſuſpectus, poteſt licitè vices ſuas committere antequam recuſatio contra ipſum proponatur [c]. Et ſi in totum commiſerit: recuſari vlterius, aut facta per eum commiſſio impugnare nequibit [d]. quod poſſet [e] ſi ſibi de iuriſdictione aliquid [f] reſeruaſſet. Poſt recuſationem quoque propoſitam committere (niſi de recuſatoris [g] procedat aſſenſu) non poteſt: ſed eo volente hoc poteſt, etiam ſi iam recuſatio eadem

a *Ab Apoſtolica ſede.* ideo dictū, quia delegatus ab alio non delegat: vt dixi ſupra eo. tit. & lib. ſi duo.

b *Legitimè.* aliquas concordantias dedi ſupra ca. proxi.

Gloſ. ſeq. obiicit quatuor modis, & tribus alleg. pro. & dicit hæc per diſtinctionem concordari.

c *Proponatur.* in cōtrariū videbatur, quia inefficax eſt apud ipſum iuriſdictio ex quo elidi poteſt: quia nihil refert an aliquid ipſo iure inefficax ſit, an per exceptionem. ff. de re. iur. nihil intereſt. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. ſi in diē. ſi ergo inefficax eſt iuriſdictio in delegante, ergo & in delegato qui vicibus eius fungitur. ff. de iuriſ. om. iu. l. ſolet prętor. & ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. j. §. qui mandatā. Itē pars iuriſdictiōis eſt delegare. ff. de iuriſ. om. iu. l. iij. in fi. cū ergo alias partes iuriſdictionis aggredi non poſſit: ergo nec iſtam. inſpicimus enim an delegans cognoſcere valuerit: vt ſic demum delegatio valeat. C. qui pro ſua iuriſdi. l. vna. hinc eſt quòd ſi proconſul committat cauſam antequam ingrediatur prouinciam: quia tunc cognoſcere non poteſt, nec delegatus ab ipſo niſi tunc demum cum ingreſſus fuerit. ff. de offi. proconſul. obſeruare. §. vlt. Idem delegatus præuenire non potuit diligentiam recuſantis. ad hoc ſupra de app. ſæpe. & ca. oblatæ. Item exceptio quæ obſtat venditori, & emptori. ff. de contrahen. emp. l. dolia. §. j. facit cle. religioſus. de procu. Pro iſta parte facit, quia cauſa ſuſpicionis perſonam afficit: vnde contra ſubdelegatum non competit [a]. ff. de diuer. & temp. præſcri. l. an vitium. & perſonales exceptiones perſonas non egrediuntur. ff. de excep. exceptiones. vnde mutatione perſonæ vitiū aboletur. j. q. j. cito. ſupra in au. de fil. presby. ex tranſmiſſa. ff. vti poſ. ſi duo. §. nō videor. Item videmus quòd ordinarius etiam recuſatus delegat. ſupra de foro compe. ſiquis contra. & de app. cùm ſpeciali. Itē licet iudex ſit ſuſpectus, dum tamen non recuſetur, tenet eius proceſſus [b]. vnde tria tempora diſtinguens hæc decr. altercationem determinat.

*Iuriſdictio inefficax in delegāte, an ſit inefficax in delegato.*

*a Im. de Anc. Fōt.*
*b Not. à contrario quòd ſi recuſetur, nō tenet. Bar. in l. quia poterat. ff. ad treb. Phil. Do. hic. fallit tamen ſi procedatur de cōſenſu. tex. hic. aut ſi recuſatio notoriè eſt iniuſta. Phi li. hic. Fōt.*

d *Nequibit.* intellige cùm inceperit ſubdelegatus vti iuriſdictione. j. c. proxi. ADDITIO. Idem Ioan. Mon. Et reſpicit gloſ. verbum recuſari, non verbum impugnari: vt ſit ſenſus quòd ſi re integra ſubdelegatum reuocaret, quod poteſt vt ibi, adhuc recuſari poſſet. Idem & ſi ſubdelegatus non recipit ſubdelegationem. Ioan. And.

e *Quòd poſſet.* ſ. recuſari, & facta cōmiſſio impugnari. Io. An.

f *Aliquid.* quodcunque ſit illud. ad idem infra capitu. ij. ex quo enim ſibi aliquid reſeruauit, ſaltem in reſeruato iudex remanet [c]. Item de ſuſpicione ſubdelegati habet cognoſcere. Item reuocat ad ſe iuriſdictionem. ſupra eo. ſuper quæſtionum. ff. de iudi. l. iudicium. vnde adhuc recuſari poteſt, & commiſſio impugnari.

*c Et ſic non cere poſſet: quod conſiderandum eſt. de Ant. l. Labeo. ff. de ſtatulib. Font.*

g *Recuſatoris.* non eſt ergo neceſſarius conſenſus aduerſarij: habet enim delegatus hoc à lege, vt delegare poſſit: impeditur autem in hoc ex facto recuſantis [d]: volente ergo illo hoc poterit, etſi aduerſarius contradicat. ſupra eo. tit. c. vlt.

*d Tex. Bar. in l. i. C. ſi qua prædi. pote. de Ancha. Font.*

ſit probata: dummodo pronunciatum non fuerit ſuper ea [h]. Extunc [i] enim (cùm omnino iudex eſſe deſierit [k]) nulla etiam cum illius aſſenſu [l] poteſt fieri cōmiſſio per eundem.

Idem.

*Delegatus ſubdelegans etiam in totum, re integra cauſam reaſſumere poterit. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM VI.

B

QVanuis alicui vices tuas in cauſa tibi à ſede Apoſtolica [m] delegata in totum [n] commiſiſſe noſcaris: ſi tamen antequam ille iuriſdictione vſus fuerit [o], commiſſio huiuſmodi per te reuocetur ab ipſo: vel eum rebus eximi contingat humanis: cauſam ipſam reſumere poteris: Cùm iuriſdictio (ex quo ipſa vſus non extitit) non cenſeatur in eum efficaciter [p] tranſiuiſſe.

h *Super ea.* ergo iſta non ſunt paria per omnia, aliquid eſſe probatum: & ſecundum probata eſſe iudicatū. ADDITIO. Ad idem. ff. de iis qui not. infa. l. athletas. §. calūniator. & §. ſe. & l. non alia. j. reſpon. Ioan. And. ſupra de ver. ſign. c. cū olim.

i *Extunc.* i. ex quo pronūtiatum fuerit illum eſſe ſuſpectū.

k *Deſierit.* ſupra c. in literis. & c. ſignificantibus. & c. venerabili. ff. de re iudi. l. iudex.

l *Aſſenſu.* cùm enim ibi deſinat iuriſdictio, nō eſt ꝙ prorogetur [e]. de quo dic vt ſ. eo. P. & G.

*e Et dicit idem ſi iudex ſe pronunciauit incōpetentem. in c. ſignificantibus. ſ. eod. Anch. Fōt.*

QVanuis.} Ponit dictum cuius rationem reddit: ibi, cum iuriſdictio. Ioan. And. Declarat no. ſupra eod. ſuper quæſtionū. §. ſi verò. in gloſ. patet. & ſupra eo. venerabili. in gloſ. penul. & vlt. & ibi etiam not. per modernos: & Guil. in Spe. tit. j. §. reſtat. vltra medium. & Hoſt. plenè in ſumma eo. tit. §. delegari. ver. ſed nūquid poteſt reuocare. ADDITIO. Et Dama. in quæſt. xx. huius tit.

C

Delegatus Papę qui in totum ſubdelegauit, poteſt re integra cauſam illam reuocare: & alteri ſubdelegare. Idē ſi ſubdelegatus moritur. hoc dicit. Pręſupponendū pro intellectu cap. quòd delegatus Papæ ſubdelegans in totū, videtur à ſe abdicare iuriſdictionem cū limitatione huius ca. ſi ſubdelegatus inceperit vti iuriſdictione: ita ꝙ res non eſt integra.

CASVS. Ego iudex delegatus inter te & Titium, vices meas Caio in totum commiſi, nihil retinēdo de iuriſdictione: iſta ſubdelegatio fuit pręſentata Caio ſubdelegato: tamē non vſus eſt adhuc iuriſdictione: an potero ego reuocare illam ſubdelegationem? Reſpondet quòd ſic ex quo res eſt omnino integra, & non incepit vti iuriſdictione. Sed quid ſi ſubdelegatus re integra eſt mortuus, nunquid potero cauſam reaſſumere, vel alteri ſubdelegare? Reſpondet quòd ſic: quia non eſt abdicata à me iuriſdictio cum effectu, ex quo ſubdelegatus non incepit vti iuriſdictione ſibi ſubdelegata: & res eſt adhuc integra. Nota primò ex hoc textu argumentum à contrario ſenſu, quòd delegatus qui ſubdelegauit in totum, poteſt commiſſionem reuocare: & reuocando extinguitur iuriſdictio ſubdelegati. l. iudiciū ſoluitur. ff. de iudi. No. vlterius effectū principalem huius ca. quòd ſi ſubdelegatus cœpit vti iuriſdictione, etiam per citationem decretam: licet reus nō ſit citatus: ita ꝙ res deſiit eſſe integra, delegatus non poteſt reuocare commiſſionem: & in eo non habet locum. l. allega. iudicium ſoluitur. ff. de iudiciis. Et ſic ſolus actus per quē inducitur vſus iuriſdictionis, perpetuat iuriſdictionem. de quo hic aliquid per Domi.

D

*Citatio ſola ppetuat iuriſdictionem.*

m *A ſede Apoſtolica.* quia delegatus alius non poteſt.

n *In totum.* quòd ſi reſeruaſſet, iudex remanebit: vnde nō erat ſic dubitandum in eo caſu. videbatur enim in totū committēdo ita eſſe officio ſuo functus, ꝙ reſumere nō poſſet. ad hoc ſupra ca. proxi. in fin. cum ſuis concordan. & hoc dixit Tan. & Ber. olim ſecutus eſt eū, ſed poſtea mutauit: vt patet per ſupradictas gloſ.

*f Dic tu per citationē. Phil. Font.*

o *Vſus fuerit.* qualitercunq; [f]. ad idem. ſ. eo. c. licet vndique.

p *Efficaciter.* vides enim in caſu conuerſo, pone ꝙ moritur ſubdelegās re integra: certū eſt ꝙ ſubdelegatus nō ꝓcedet. ſ. e. licet. ergo patet ꝙ adhuc efficaciter iuriſdictionem nō habet: retinet etiam delegatus poteſtatē compellēdi, niſi maſtioſè ſeipſum &c. ſ. eo. paſtoralis. Aliud ergo eſt in procuratore

*Morte delegati re integra, expirat iuriſdictio ſubdelegati.*





ratore qui habet mandatum ad ſubſtituendum: quia dando ſubſtitutum qui mandatum ſuſcepit: amplius re integra nequit cauſam reaſſumere. aliud in delegato, vt hic vides: & eſt expreſſum. j. de procur. is qui. & quæ ſit ratio diuerſitatis, ibi dicam. ADDITIO. Et addam quod hic dicit Io. Mo. Ioan. And.

SI delegatus.} Sunt tria dicta. Primò ponit primū dictum cum ſua determinatione: ibi, Dum tamen. Secundò ſecūdum: ibi, Idem. cum cauſæ redditione: ibi, Nam talis. Tertium ibi, Ad eū quoque. vbi tria coniungit: quę in fi. fortificat: ibi, Etiam ſi. Approbat primum dictum no. per Inn. & Hoſti. ſupra eodem. licet vndiq;. in prin. Ioan. And. CASVS. In cauſa quę moueri ſperabatur inter te & me, impetraui iudicem delegatum forte decanum Pictauen. qui decanus conſiderās quòd nō poterat cōmode cauſam noſtram examinare, alteri vices ſuas cōmiſit ſub hac forma, Tibi in tali cauſa vices noſtras committimus quoties nos abeſſe contigerit, vel donec duxerimus reuocandas. iſte ſubdelegat⁹ incepit vti iuriſdictione, & cauſam examinare: poſtea delegatus eſt mortuus. vtrum ſubdelegatus poterit cauſam finire & terminare? Reſpondet quòd ſic: ſi ante mortē delegantis res deſierat eſſe integra: hoc eſt, quia ſubdelegatus inceperat procedere in cauſa. Sed quæritur ad quem eſt appellandum: vtrum ad ſubdelegantem vel ad papam? Reſpondet cum diſtinctione: quia vel ſubdelegatus ſubdelegauit in totum: tunc non eſt ad ipſum recurrendū: ſed eſt appellandum ad primum delegātem. aut iſte delegatus ſubdelegans ſibi aliquid reſeruauit de iuriſdictione: puta ſententiā vel executionē ipſius cauſæ: & tunc appellatur ad ipſum ſubdelegantē, & non ad papam. No. primò quòd delegatus papæ poteſt vices ſuas committere, etiam ſub cōditione: nam iſta verba, quoties me abeſſe contigerit. habēt vim conditionis, id eſt ſi me abeſſe cōtigerit aliquibus aſſignationibus. No. quòd delegatus mortuus dicitur abeſſe. Et ſic patet quòd verbum abeſſe, verificatur in abſentia temporali: & in abſentia perpetua & naturali: quod nota pro ſtatutis quæ faciunt mentionem de abſentia. No. vlterius ꝙ morte mandatis expirat mandatum. §. ſoluitur. inſtit. mand. l. mandati. C. mand. etiam ſi mandans alio reſpectu erat mandatarius. Nota quòd cùm appellatur à ſubdelegato principis, appellatur ad ſubdelegantem: niſi ille delegatus ſubdelegaſſet in totum: nam tunc eſſet appellandum ad principē primum delegantem. l. vnica. Co. qui pro ſua iur. ſecundum lect. quæ habet ad nos. No. inſuper vnum in quo non poteſt appellari ad papam omiſſo medio: videlicet cum appellatur à ſubdelegato delegati papæ, qui non ſubdelegauit in totum vices ſuas.

Idem.

*Si delegatus ſubdelegauit quoties abeſſet, vel donec reuocaret: & mortuus ſit, re non integra ſubdelegatus procedit. Et ſemper de ſubdelegato ad delegatum qui ſibi aliquid iuriſdictionis reſeruauit, appellari debet: etiam poſt ſententiā. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPIT. VII.

SI delegatus [a] quoties eum abeſſe [b] contigerit, tibi cōmiſerit vices ſuas: poteris eo rebus humanis exempto (cum & tunc cenſeatur abeſſe) commiſſum tibi negotium (dum tamen illo viuēte iuriſdictione vti [c] cœperis) libere definire. Idem [d] poteris quando tibi vices etiam ſub ea forma cōmiſit, donec eas duceret reuocandas [e]. Nam talis commiſſio per quam cenſetur etiam

B

ſententiæ prolatio (niſi antea fuerit reuocata) committi [f], nequaquam morte [g] committentis expirat: ex quo res integra non exiſtit. Ad eum quoque qui vices ſuas committit, donec reuocet: vel qui executionem ſententiæ † tantum [h], aut quidquid aliud de iuriſdictione ſibi reſeruat: nō ad delegantē primum appellari debebit, Etiam ſi poſt ſententiā fuerit appellandum.

a *Delegatus.* apoſtolicæ ſedis: vt ſ. c. proxi.

b *Abeſſe.* idem dicebant prædicti doctores per. l. ff. de ver. ſigni. l. mulieris. §. fin. vbi dicitur, abeſt ea res quæ in rebus humanis non eſt: ſed non conuertitur. ADDITIO. Per hūc modū ergo ſi in rebus humanis eſt, non abeſt. res enim quæ in rebus humanis eſt, poteſt abeſſe. Sed res quę in rebus humanis non eſt: non poteſt non abeſſe. ponderatur enim diuerſus mod⁹ abeſſendi: vt no. ff. de procur. l. præſens. de quo hic etiam per Archi. Ioan. An. Eſt ergo de ſignificatione vocabuli, a qua recedendū non eſt: niſi vbi res aliter ſalua eſſe non poteſt. ff. de lega. iij. non aliter. imo tunc vere & finaliter abeſt, ſcilicet non reuerſurus.

*Mors & abſentia æquiparātur.*

*Mortuus æquiparatur abſenti non reuerſuro.*

c *Vti.* qualitercunque: etiam citra litis conteſta. ſ. eo. relatum. & ca. licet.

d *Idem.* ſcilicet quòd cōmiſſum tibi negotium libere poteris definire.

e *Reuocandas.* reuocare iuriſdictionis eſt. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur. retinendo ergo reuocandi poteſtatē, aliquid de iuriſdictione retinuit.

Gloſ. ſeq. ponit contrariam opin. Inn. & rationem qua mouebatur: & ei reſpondet.

A

f *Committi.* reprobatur lectura Inn. & Abb. qui not. ſ. eo. ſi pro debilitate. ꝙ per talem commiſſionē non transferebatur ſentētiæ prolatio: quia per illam clauſulam, donec duxero &c. videbatur ſententiā retinuiſſe: vt illa clauſula aliquid operaretur: quod eſſe debet. de le. j. ſi quando quis vxori. ad idem j. de priuil. ſi papa. j. reſpon. in fin. Contrariū tenebat ibi Hoſti. cuius opino hic approbatur: nec obſtat quod dicitur quòd clauſula debet aliquid operari. ſatis enim operatur, quia reuocare poterit delegans, ꝙ ſimpliciter vel totū cōmittendo non potuiſſet [a]. Item quia ex vigore clauſulę illius ad eū appellabitur: vt dicitur in fi. c.

*† No. quòd executio eſt iuriſdictiōis: ideo non facienda die feriata. de fer. Domi. Fōt.*

*a Adde tu quòd ſi delegatus aliquid faciat: adhuc non videtur reuocare: dūmodo prius hoc proteſtetur neq; proteſtatio illa eſt facto cōtraria. Io. An. in regula, in generali. Phi. Fōt.*

Glo. ſeq. quærit, ar. ꝓ & cōtra: & ſoluit.

g *Morte.* quid ſi delegatus vſque ad ſuę voluntatis beneplacitum ſubdelegauerat: Videretur prima facie per decr. ſupra de reſcri. ſi gratioſè. ꝙ illo mortuo expiret iuriſdictio. Contrarium videtur per hanc decr. ad hoc ſupra de bap. maiores. C. de vſufru. l. ambiguitatem. Nec obſtat illa decret. quæ in odioſis & reſtringendis loquitur: hic autē fauorabile puto. melius eſt enim hunc iudicem procedere, quàm nouo & incognito cauſam delegare [b]. ff. de vaca. mune. l. prætor. §. vlt. arg. xix. q. iij. monaſteriis. & ſ. de renū. c. j. & licet hoc videatur æquum: primum videtur verius. ad idem. ff. loca. l. iiij.

*b Not. Do. quòd faciēda eſt benigna interpretatio ad conſeruandā delegationē. Do. Phi. ꝓbant gl. ſi tamen clauſula ſonaret actū poſitiuum nouæ volūtatis: per mortem nō expiraret. Font.*

C

Gloſ. ſeq. oſtendit duas opiniones reprobatas.

h *Tantum.* hic reprobatur opin. Tan. qui dicebat delegatū ſibi reſeruare non poſſe tantum executionē ſentētiæ, & reprobatur opi. Ber. & Inn. qui dixerunt ꝙ licet executionem reſeruare poſſit: ſi tamen appelletur à ſentētia: non appellabitur ad eum, ſed ad primū delegantē. Super hoc vide quod no. ſ. eo. ſuper quæſtionū. §. porro. in gloſ. ij. {Et in Spec. de app. §. nunc tractemus. ver. ſed quid ſi delegatus. & ver. ſe.} Approbatur autem opin. Hoſt. qui hoc quod hic dicitur, ibi no. & ſ. eo. quærenti.

Idem.

*Plurium delegatorum inſolidum quilibet cognoſcit. Et vno cognoſcente, alij (niſi ex cauſa) ſe non intromittunt. Et perpetuatio vnius, perpetuat quo ad omnes. hoc dicit. Zenz.*

CAPITVLVM VIII.

CVm plures ſub illa forma

CVm plures.} Sunt tria dicta. Secundū ibi, Porrò. Tertiū, ibi, Iuriſdictione. Do. Declarat & approbat no. per Hoſ. ſ. eo. prudētiam. j. reſpon. Ioā. An. Cū cauſa eſt pluribus delegata cum clauſula: quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrū. quilibet delegatus recipit iuriſdictionē inſolidū: tamē ſi vnus cauſam occupauit, alij nō poſſunt eū impedire, niſi occupās differret procedere malitioſè. Preſupponēdū eſt pro intellectu huius cap. quòd cū cauſa eſt delegata ſimpliciter pluribus iudicibus: licet iuriſdictio ſit indiuiſibilis, quia eſt apud quēlibet iudiciū inſolidū: tamē exercitiū iuriſdictiōis eſt apud omnes ſimul. l. duo ex tribus. ff. de re iud. c. paſtoralis. e. ti. in an. Veruntamē papa cōſueuit apponere iſtā clauſulam: ꝙ ſi oēs intereſſe nequiueritis, alter negotiū exequatur. Aliquoties etiā ponitur iſta clauſula: quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrū negotiū exequatur. CASVS. Cū prætēderē te debitorē meū: impetraui duos vel tres delegatos ſub iſta forma: Conqueſt⁹ eſt nobis talis, quòd Titius ſuper tali re ei iniuriatur: quocirca mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrū quod iuſtū fuerit decernatis. vnde pręſentaui literas meas vni delegatorū vt mihi decerneret vnā citationē. vtrū iſte poſſit procedere aliis irrequiſitis? Reſpōdet quòd ſic: quia forma ſuę iuriſdictionis hoc habet. Sed quid: ponamus quòd vnus iſtorū incepit procedere in cauſa: vtrū alij poſtea poterunt implere? Reſpondet quòd non: niſi iſte qui cauſam occupauit, nō vellet, vel nō poſſet cauſā finire: quia forte mortuus eſt, vel eſt occupat⁹: vel ſi malitioſè differret procedere volēs fauere vni parti: tunc poteſt dimitti, & alij poterunt adiri, & de cauſa ſe intromittere. Sed quid ſi vn⁹ ſolus incepit vti iuriſdictione: deinde mortu⁹ eſt papa: & moritur iſte delegatus. volo adire aliū? Pro parte tua dicitur ꝙ nō poſſum: quia eſt res integra quantū ad iſtū: modo re integra mortuo mandante expirat mandatū? Reſpondet

D

papa ꝙ iuriſdictione perpetuata per vnũ delegatorũ, perpetuata eſt etiam quo ad alios: licet nõ inceperint vti iuriſdictione. No. primò ꝙ clauſulæ plurium delegatorũ quandoque dantur diſiunctiue: ita vt ex propria voluntate quilibet ipſorũ poſſit ſine alio procedere. No. ſecundò ꝙ dictio plures, includit vltra duo, quãdo exſequẽtibus illam dictionẽ apparet loquentẽ illud voluiſſe. limita regulã, pluralis. j. de re.iu. Domi.

ma[a] vt omnes aut duo, vel vnus eorum mandatũ apoſtolicũ exequantur, aut alia conſimili[b] iudices vel executores à ſede apoſtolica[c] deputari contingit: ipſorũ quilibet iniunctum poteſt libere[d] adimplere mandatum. Porro vno eorum[e] negotiũ inchoante[f] cõmiſſum, alij nequibunt[g] ſe vlterius intromittere de eodẽ[h]: niſi vel infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum[i] contingeret impediri: aut ſi nollet, vel malitioſe in eo procedere recuſaret[k]. Iuriſdictione verò perpetuata mandatore viuente per vnum (eo caſu quo poteſt[l]) ex iudicibus delegatis: perpetuata intelligitur quo ad omnes.

Gl. ſeq. diſtinguit inter formas: ponit, & probat opi. cõtrariam, & reſpondet.

*a Vide no. l. cũ quidã. C. de verb. ſig. & dic quòd diſiũctiua inter pſonas grauatas accipitur propriè, l. ſi ex toto. de le. i. ſicut hic. nã iudicatura grauamen eſt. gl. inter ver. probari c. ſi cõtra vnũ. ſ. e. tit. ſed inter honoratas capitur coniũctim. dict. l. cum quidã. niſi cõſtaret aliud de mente diſponentiũ expreſſè. l. Titio aut Seio. de le. I. aut tacitè. l. cũ pater. de leg. 2. Font. Alternatiua eſt duplex.*

a *Forma.* iſta forma eſt bene aduertẽda: aliud enim eſt cum ſcribitur cũ clauſula, ꝙ ſi non omnes. vel ꝙ ſi ambo, quia tunc iuriſdictio datur conditionaliter: tunc igitur vnus vel duo iuriſdictione vti poterũt: cũ conſtiterit de conditione & de impedimento tertij vel collegæ: aliter non valet quod agitur. ſ. e. prudentiam. in prin. hic verò iuriſdictio datur alternatiue[a]. vnde quilibet eſt iudex inſolidum vigore alternationis. j. de re. iu. in alternatiuis. cũ ſuis concor. Dicebant tamen quidam in caſu noſtro contrarium. & tali ratione cũ dicitur in literis, vt omnes vel duo, vel alter &c. videtur papa intellexiſſe: quòd ſi omnes volunt & poſſunt procedere, omnes procedant: & ſi omnes, duo: & ſi non duo, vnus. ad hoc. ff. de admi. tut. l. quidã decedens. §. Papinianus. & gradus diſiunctæ interdum conſiderãtur ſecundum ordinẽ ſcripturę. ff. ad trebel. l. hæredes. §. ſi. ibi tamen ex certis coniecturis apparebit intentionẽ ſcribentis fuiſſe talem. ad idem. ff. de lega. ij. cum pater. §. penul. & j. de præb. mandato. ſ. e. li. de elect. c. penul. Et ſi dicatur ꝙ ſecundum hoc nõ erit differẽtia inter hãc clauſulã, & clauſulam, quòd ſi non omnes. Reſpondebant, imò erit: quia per hanc clauſulã ſufficit requirere: ſed per clauſulam, quòd ſi nõ omnes. neceſſe eſt de impotentia conſtare: vt in decr. prudẽtiã. & pro eis facit, quia papa libẽtius committit cauſas tribus, quàm duobus: duobus, quàm vni: vt ibi. ſed contrarium eſt verum: vt hic patet. vnde non ſunt iſtę alternatiuæ ordinis, ſed præſtationis: & eſt regulare, nec poteſt negari, quin ſi alter ſolus procedat, mandatum papę ſit adimpletum. ff. de ſolutioni. qui res. §. area. in fine: & in prędicta regula in alternatiuis. cum ſuis concordantiis.

b *Conſimili.* vt ſi dicatur ꝙ quilibet eorum inſolidũ & per ſe iudicare & exequi poſſit. ADDITIO. Vel ſi dicatur quòd alter alterum non expectet vel non requirat. Io. An.

c *Apoſtolica.* idẽ ſi ab alio: eſt enim quo ad hoc eadem ratio.

*Libere dicitur facere, qui aliquẽ nõ tenetur requirere.*

d *Libere.* id eſt etiã non requiſito collega. ſimili modo exponimus illud libere, quod habetur ſ. de præbẽ. de multa. vt patet j. de præben. licet epiſcopus.

e *Vno eorum.* idẽ credo de duobus vel de omnibus qui ſimul inchoauerunt quo ad quid: ſcilicet quòd ſi omnes inceperunt, omnes finiãt, niſi ex cauſa: vt ſequitur. vide c. ſi duo. j. de procu. Font.

*Delegatus & procurator diuerſimode cauſam occupant.*

f *Inchoante.* qualitercunq; etiam ſi lis nondũ ſit conteſtata corã eo. ſ. e. gratũ. & c. licet. & ſ. e. in ant. quanuis. & j. eo. ſi à ſubdelegato. aliud in procuratore qui dicitur occupaſſe per litis conteſt. vt ſit melior eius conditio. j. de procura. ſi duo.

*b Imo licet alter habet iuriſdictionem in habitu: ſi tamen procedat: nõ valet actus ipſo iure. l. 1. ff. de offi. conſul. per prorogationem tamen poſſent præuenti vnà procedere. Anch. Fõt.*

g *Nequibunt.* ecce aliam differentiam inter clauſulam quòd ſi non omnes. & clauſulã, vos vel alter. quia primo caſu quãdo vno impedito procedit alter: ceſſante impedimẽto ſimul procedunt. ille enim impeditus poſtea veniẽs & cũ alio volens procedere, admittetur. ADDITIO. Vt no. ſ. eo. quoniã abbas. in glo. ij. & c. coram. in gl. penul. Ioan. And.

h *De eodem.* ſic in pluribus procuratoribus datis inſolidũ. ff. de procur. l. pluribus. ff. man. l. creditor. §. duob⁹. ſupra de procur. non iniuſtè. j. e. li. e. tit. ſi duo. aliàs ſequi poſſet perplexitas[b], ſi quilibet per ſe procedere vellet: quia eodẽ fortè tempore ad diuerſa loca citarent. ſupra de reſcri. ca. vlt. ibi vnus excõmunicaret, alter abſolueret. ſupra in an. de reſcri. c. cum contingat. & ſic ſe impedirent: ſicut duo vſufructuarij. ff. de vſuf. l. quoties. & neceſſe eſſet ad ſuperiorem habere recurſum. ſupra e. c. ij. & ſic contra iura ſuperfluis fatigarentur laboribus & expẽſis. tutior ergo & melior fuit hæc interpretatio: vt res valeret, & non periret. ſupra de ver. ſig. abbate. ad idem. ff. de admini. tu. l. decreto. ad fi.

i *Illum.* ſcilicet inchoantem.

Gl. ſe. ponit vnã differẽtiã ad procur. & duas cõueniẽtias.

k *Recuſaret.* tunc ergo poterũt alius vel alij procedere. nõ ſic in procuratoribus datis inſolidũ: quia vno occupante, & poſtea impedito, alij non poſſunt procedere: niſi dictũ fuiſſet in conſtitutione ꝙ non fieret melior conditio occupantis. j. de procu. ſi duo. Et quod dixi delegato impedito collegam hoc caſu procedere poſſe: verũ intelligo, niſi ille qui inchoauit, ſubdelegatum daret[e]. Arg. prædi. decre. ſi duo. puto etiã quòd cùm collega propter impedimẽtũ inchoantis procedit: ipſe inchoans ceſſante impedimento ſuo cauſam ſuam reſumere nõ poterit: niſi & ille impediretur, vel procedere nollet: ad inſtar eius quod de proc. dixim⁹ in prędicta decr. ſi duo.

*e Tunc ille procederet collegã niſi collega eũ præuenirct. Phil. Do. Fõt.*

## Idem.

*Executor ſuper gratia facta datus à papa: mortuo papa etiam re integra gratiã exequitur. Io. And.*

## CAPITVLVM IX.

Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionẽ, quam ſolutionẽ multipliciter probat. ponit opin. contrariam quam reprobat.

l *Quo poteſt.* vt quia ſcriptũ erat cum clauſula, ꝙ ſi nõ omnes. & collega etiã actu perpetrationis impeditus non poterat intereſſe: vel ſcriptũ erat cũ clauſula, vos vel alter. & patet per hanc literam ꝙ ſi iudex proceſſerat cum non poſſet, per illum actũ non ſit perpetuata iuriſdictio. Vnde per hãc literam, & per decre. prudentiam. terminaui quæſtionem de delegato dato in diem vel ſub conditione: qui forte volentibus partibus ante diem vel cõditionem fuerat vſus iuriſdictione: deinde mortuus fuerat delegans: an per illum actũ perpetuata eſſet iuriſdictio. Nõnne iuriſdictio vni ſub conditione mãdatur per clauſulam, quòd ſi ambo. & ſi antequã conditio ſubueniat, procedit: nihil reputatur egiſſe. ſ. e. prudentiam. in princ.[d] Ergo ſi ille actus habetur pro nullo, nõ eſt perpetuata iuriſdictio: & ſic perpetuationẽ inducere nõ poterit. vnde ſatis eſt ibi caſus. Item ex conditionali demandatione nondũ eſt attributa iuriſdictio, ſed ſpes iuriſdictionis: ſicut ex conditionali obligatione ſola ſpes eſt debitum iri. inſtitu. de verb. oblig. §. ex conditionali. ergo quod ante conditionẽ fecit: vt priuatus fecit, nõ vt iudex. Item ſi prorogatur iuriſdictio poſt tẽpus, requiritur quòd actor, reus, & iudex conſentiant. ff. de iudi. l. ij. & facit quod not. ſupra eo. Pet. & Guil. in princ. vlt. gloſſæ. & quod recitatur. ſupra eo. de cauſis. ita arguendo de poſteriore ad prius in præuẽtione requiretur conſenſus iudicis: ſed iſte iudex non erat conditione vel die non veniẽte: vt dixi: ſicut ſtatuliber quæ agit medio tempore, facit vt ſeruus, non vt liber. ff. de ſtatu liber. l. ſtatuliberum. Itẽ video quòd terminus hominis non præuenitur ſupra de appel. oblatæ. & forma mandati exacta diligentia ſeruanda eſt: ita quòd ei renunciare non poteſt. j. de præbendis. cui de non. Item pendente dilatione, iudicis officium quieſcit. ſupra de appellationibus. ſignificantibus. C. de dilationibus. ſiue pars. ad quæſtionem bene facit. ff. de verborum obligationibus. cum filius. ff. de conditioni. & demonſtrationi. l. multum. ff. de condictione indebiti. l. ſub conditione. Item bene facit. j. de ſpon. capitulo vno. nam vides ibi quòd ſponſalia nulla inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam: & tamen ſponſalia conditionalia non: quia ante cõditionẽ conſenſum non habent, à ſimili dicã adhuc minus eſſe de iuriſdictione ſub conditione delata ante conditionẽ quàm in aliàs nulla: verum eſt tamen quod Hoſti. not. ſupra eo. licet. quòd ad perpetuationẽ iuriſdictionis non requiritur quòd ille actus de iure teneat: quod non eſt verum pręcipue in caſu noſtro: cum non poſſit perpetuari quod nondum eſt, ſicut nec renaſci quod nondum eſt natum. de cõſecratione diſtinct. quarta, qui in maternis. nec relabi qui nõdum eſt lapſus. j. de hæret. accuſatus.

*d Fa. quod no. in ſpe. de cita. §. j. verſ. ſed pone papa. vbi dicit Guil. pronũciatum per papam quod ille cui mandatur quod Titiũ moneat vt intra decem dies dimittat beneficiũ, aliàs citet illum ad curiã. ſi ſimul moneat & citet, non valet citatio. & facit quod not. in cle. attendẽtes. in gl. pe. de ſtatu regu. & vide quod dixi ſ. e. li. de ele. cõmiſſa. l. reſponſo. Et faciunt hæc ad formam illam moneatis & ſi neceſſe fuerit, per cenſuram &c. Ioan. And.*

*e Circa ſtud. c. dicit de Anch. ſi iudex alicui cõmittat executionem ſententiæ executor illam exequetur etiam iudicatura ſublata. Bar. in l. fundi vẽditor. ff. de acqui. poſ. per iſtum text.*

S[I] *ſuper.* ⁋ Ponit dictum quod primò probat per regulam, ſecundò per euitationem abſurditatis. ſecunda ibi, ne gratiam. Et declarat hæc conſtitutio quæ notant Goff. & Hoſtien. de reſcriptis conſtitutus. in principio. & Hoſti ſupra eod. quoniam. & cap. licet. Ioan. And. CASVS. Papa contulit mihi canonicatum in eccleſia Pictauẽ. quia creauit me canonicum eccleſiæ Pictauẽſis: & mandauit canonicis vt de facto me inſtallarẽt, & ponerent me in poſſeſſionẽ canonicatus, præbẽdamq; mihi aſſignarẽt ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam: & dedit mihi executorẽ ad compellẽdum canonicos. antequã meus executor exequeretur mandatũ, papa mortuus eſt. poſtea in contumacia canonicorum implorauì officiũ mei executoris, vt exequeretur mandatũ. pro parte canonicorũ fuit mihi oppoſitũ ꝙ poteſtas ipſius executoris



executoris expirauerat per mortem papæ. ego dico contrarium: quia mea gratia non expirauerat: & executio eſt acceſſoria ad gratiam. Conſultus papa reſpondet quòd executor poterit facere executionẽ, licet papa mandans ſit mortuus: & hoc propter rationem textus: quia executio eſt acceſſoria ad gratiam iamq; factam: ideo ſecus ſi gratia nõ eſſet iamque facta, ſed facienda: tunc enim executor mortuo papa nõ poſſet vti ſua executione ſi res ſit integra, & nõ inceperit vti ſua iuriſdictione. c. ſi cui. j. de prębend. Nota primò quòd papa poteſt alicui cõferre canonicatũ ſine præbenda: & ſic canonia poteſt eſſe ſine prębẽda: tamẽ non debet eſſe diu: & tamen prębenda poteſt eſſe ſine canonia: vt in notabilib⁹ eccleſiis parui habent vnã prębendam: non tamen per hoc ſunt canonici.

*Not. Dom. quòd iſte text. habet locum in literis ad lites quibus mera executio mãdatur. Bar. in d. l. fundi. §. item ſi amicus. ff. de acqui. poſ. Font.*

S[I] ſuper gratia cuiquam ab apoſtolica ſede facta[a] executores fuerint deputati: æquum eſſe cenſemus, vt ſicut ipſa gratia, licet nõdum ſit in eius executione proceſſum, morte nõ perimitur cõcedentis, ſic nec etiã re integra perimatur executoribus data poteſtas: quã[b] veluti gratię prædictæ acceſſoriã, naturam ſequi congruit principalis[c]: ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilẽ[d], vel ipſius effectum in tempus longius[e] cum illius diſpendio cui facta extitit, differri contingat.

& laicus poteſt eſſe præbendatus in eccleſia, non tamen per hoc eſt canonicus. de hoc in ca. cum M. de conſti. in antiquis. Nota quòd ſi papa poſtquam mihi contulerit canonicatum, mandat canonicis vt me inducerent in poſſeſſionem actualẽ, & præbendam ſi qua vacaret, mihi conferrent, alioquin proximo vacaturã: datis ad hoc certis executoribus: & accidit ꝙ papa moritur antequã executor in negotio proceſſerit: nõ propter hoc expirauit poteſtas executoris propter rationẽ textus. No. inſuper id ad quod allegatur præſens capit. quòd ſi quis fuerit creatus canonicus per papam: mortuo papa non expirat creatio canonicatus: & ſic per mortem papæ non expirant gratiæ per eum ad beneficia conceſſæ. Tamen papa in craſtinum ſuæ confirmationis cõſueuit reuocare omnes gratias per ſuum prædeceſſorem conceſſas: ne detur materia captandi mortẽ: ſed tamen quia ſtatim tot vel plures gratias confert papa ſucceſſor: videtur quòd illa non ſit ſufficiens ratio reuocandi gratias: ideo dicit Panormi. quòd vera ratio eſt, vt Romanus pontifex extorqueat pecunias de nouo. Not. deinde quod poteſtas executoris non dicitur principalis quo ad gratiam: ſed potius acceſſoria. No. finaliter quòd aliud eſt rem reddi inutilem: aliud eius effectum elongari: & ſic patet quod dilatans executionem rei, non ſemper dicitur facere rem inutilem. Do.

*Papa quare ſtatim poſt cõfirmationem ſuam reuocat gratias ſui prædeceſſoris.*

Gloſ. ſeq. ſoluit contrarium, & remittit.

a *Facta.* iſtud eſt quod ſoluit contra. de decr. infra de præben. ſi cui. vt ibi dixi in vlt. glo. ADDITIO. Item Ioan. Mo. & Archi. qui alleg. facilius impediri faciendum quàm tolli iam factum. xv. q. j. §. vlti. ſupra de iureiuran. quemadmodũ. Ioan. And.

b *Quam.* ſcilicet poteſtatem datã executoribus ſuper ipſa gratia ſibi facta.

Gloſ. ſeq. alleg. concor. obiicit, & ſoluit.

c *Principalis.* ad idem j. de regu. iur. acceſſorium. cum ſuis concordan. huius contrariũ videtur: quia iura inducta. ſ. eo. indiſtinctè dicebant poteſtatem delegati perire re integra morte mandatoris. ſ. e. relatum. gratũ. licet. cum ſi. ſed executor habet delegatam: quod patet: quia tractatus ipſorum ponitur ſub iſto tit. vt dixi. ſ. eo. li. de reſcr. tibi qui. ergo eorũ poteſtas expirare videbatur[a]. Et non obſtat ſi dicatur iſtud reſcriptum eſſe executorium gratiæ: quia ſi reſcripta quæ cauſæ cognitionem committunt, pereunt re integra morte committentis: multo fortius videbatur in executoriis gratiarum: cũ facilius via extraordinaria quàm via iuris cõmunis tolli debeat. ⁅in authen. de reb. eccl. nõ alie. §. quia verò veriſimile. col. ij. Ioan. Mon. Ad idem. C. ad velleia. antiquæ ij. reſpon. ff. de mili. teſta. l. eius militis. §. j.⁆ Et ſi dicatur ꝙ gratia poſſet eſſe inutilis, recurretur ad ordinarium: ſicut in caſu. j. de præb. ſi clericus. §. verum. ſed cõtrarium eſt verũ: & ratio ſequitur.

*Executores gratiæ dicũtur delegati.*

*a Not. modum argumentandi à rubrica. Font.*

d *Inutilem.* puta quia gratiam habebat contra ordinariũ: & nouos executores non impetrat.

e *Longius.* quia neceſſe habet adire papam pro conſequẽda iuſtitia vel pro nouis executoribus impetrandis.

S[I] *ſuper.* ⁋ Ponit dictum cuius cauſam interſerit ibi, ne abſolutionem. Ioan. And.

Præſupponẽdum primò ꝙ cum appellatur à ſubdelegato papæ, eſt appellandum ad ſubdelegantem, quando non ſubdelegauit in totum. fallit in caſu huius capituli. CASVS. Papa cauſam moueri ſperatam inter te & mẽ, delegauit alicui, puta decano Pictau. qui ſubdelegauit aliquẽ reſeruando ſibi ſententiam. ſubdelegatus incepit cognoſcere de cauſa: tractu temporis ſubdelegans fuit excõmunicat⁹ ex aliqua cauſa rationabili: vel eſt mortuus. poſtea ſubdelegat⁹ tulit ſententiam contra te: tu vis appellare. quæritur ad quem eſt appellandum? Reſpondet quòd in hoc caſu quando ſubdelegãs eſt mortuus: eſt appellandum ad papam primum delegantem omiſſo medio. No. quòd delegat⁹ papę poteſt ſubdelegare in totũ nihil ſibi reſeruando de iuriſdictione: vel non in totũ: ſed reſeruando ſibi ſententiam vel executionem. In primo caſu non poteſt reuocare ſubdelegationem, niſi re exiſtente integra. Item eſt appellandum tunc ad papam: & non ad ipſum ſubdelegantem. In ſecundo verò caſu poteſt commiſſionẽ ſuam reuocare etiam re non exiſtente integra. Item appellatur ad ipſum ſubdelegantem, & non ad papam: niſi in caſu huius capituli quando delegatus eſt excommunicatus vel mortuus. Nota vlterius ius commune mutari propter prę-iudiciũ quod veriſimiliter litigantibus imminet. j. de re iudic. abbate. ad fin. ſecundum Ioan. Mon.

## Idem.

*Duos caſus ponit quibus de ſubdelegato nõ in totum, appellatur ad primum delegantem: ſcilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus eſt. Alios caſus ponit j. eod. ſi à ſubdelegato. Ioan. And.*

## CAPITVLVM X.

S[I] is cui cauſa (licet proprio nomine non expreſſo[f]) à ſede fuerat apoſtolica delegata, ſubdelegauerit non in totum[g] vices ſuas alicui: à ſubdelegato huiuſmodi, ſi delegatum ipſum excommunicari[h], aut de medio[i] tolli contingat, impedimento tali durante[k] ad ſedem ipſam (ne abſolutionem vel ſucceſſorẽ

Nota finaliter quòd litigantes grauari non debent ex alieno facto. ad hoc xxiij. quæſtione, ſi quis à catholica. & capitulo forte. & capitulo nimium. in fin. ſecundum Archi. Domi.

f *Non expreſſo.* aliàs non erat dubitatio. ſi enim nomẽ fuiſſet expreſſum: ſucceſſor non ſuccederet in delegatione. ſ. e. quoniam abbas. ADDITIO. Quæ cum iſta per. §. iungi debuiſſet. Io. And.

g *Non in totum.* hoc dicit, quia aliàs nõ eſſet dubitatio quo ad ſecũdum membrum. Si enim delegatus ſubdelegaſſet in totum: indiſtinctè appellaretur ad primum delegantẽ. ſupra eo. ſuper quæſtionum. Sed quando aliquid reſeruat, appellari debet ad ipſum delegatum ſubdelgantem: vt ibi, & ſupra eo. lib. ſi delegatus. ADDITIO. Et quod ibi dixi poſt Hoſt. ſuper primam gloſſ. hic ponit Archi. ſcilicet quòd quando ſcribitur dignitati, ſucceſſor cognoſcit, etiã ſi prædeceſſori qui erat tempore datæ, reſcriptum præſentatum non fuerit. Ioan. And.

h *Excommunicari.* maiori excommunicatione: minori enim excommunicatus bene exercet ea quæ ſunt iuriſdictionis. ſupra de ele. excom. mi. ſi celebrat.

i *De medio.* id eſt de hoc mũdo: quod quare dicatur mediũ, vide. xxiij. q. iiij. hæc autem vita.

Gloſ. ſeq. primò arguit à contrario. ſecundò quæſtionem ſoluit: & ponit opinionem contrariam: tertiò arguit ad aliã quæſtionem.

k *Durante.* Nota quia ſublato impedimento, id eſt illo abſoluto, vel confirmato ſucceſſore: ad primum delegantem appellari non debet. Et ſi dubitaretur an ipſe ſubdelegatus eſſet abſolutus: credo ꝙ teneret appellatio alternatiua propter probabile dubium[b]. Ad hoc ſupra eod. lib. de poſtula. ca. vno. ſicut etiam propter dubitationem probabilem format actor libellum alternatiuum. ff. quorum lega. l. prima. §. qui autem. aliàs non credo, maximè ſecundum canones, ꝙ liceat alternatiue appellari: ne liceat vagari &c. ſ. eodẽ li. de electio. vt quis duas. ad idem bene facit eodem tit. capitulo ſecundo, vbi non tenent vota alternatiua. ſecundũ canones dixi: quia ſecundũ leges non appellatur ad Imperatorẽ omiſſo medio. & ſi appellaretur: Imperator remittit ad eũ ad quẽ debuerat appellari. ff. de appellationibus. l. Imperatores. vnde ſi appelletur ad Imperatorẽ vel ad præſidẽ: tenere poſſet appellatio ad preſidẽ prædicta ratione: ſed ſecundũ nos appellari poteſt ad papam omiſſo medio. ſ. de appellat. dilecti. vltimo. & ad legatum, ſupra de officio legati capitulo primo: vnde ſi appellans de epiſcopo dicat, appello ad archiepiſcopum vel ad papam: non puto appellationem tenere[c]: niſi

*b Idem ſi dubitatur an ſubdelegauerit totũ vel partem, & ſtat per iudicẽ vel aduerſariũ quod certificare non poteſt. Ioan. And.*

*Appellatio an poſſit interponi omiſſo medio.*

*c Idẽ Phil. & Ange. Are. in l. c. §. ſi quis. ff. de appel. Font.*

Universidad de Deusto Biblioteca

niſi alterum eligat intra id tēpus intra quod poterat appellari. Argumento ſ. de poſtulat.ca.j.§.fin.ne cum diſcrimine appellati liceat ſic vagari.ff.de iniur.l.prętor. licet Guil. foueat contrarium in Specu.de appel.§.nunc tractemus.verſi. ſed pone aliquis.& verſic. quid ſi dicat. Bene autē facit hæc decr. & illa j. eo.ſi à ſubdelegato.ad quæſtionem no. ſ.de fo. compe. ſiquis cōtra clericum. in gl.ij.ſcilicet ad quem appelletur de delegato epiſcopi recuſati. Et dicebāt Vin.& Tan. quòd appellari poteſt ad archiepiſcopum non ob. decre. dilecti.cum hic iam per recuſationē ſublatum ſit mediū.pro quibus in argumentis faciunt iſta iura.

† Vide Anchar.in 2. no.de cuius mēte videtur quòd ceſſāte iſta ratione appelletur ad proximū. pondero p eo ver.durante,ſignificans longum tempus. Font.

a *Prorogari*. circa quod debēt iudices prouidere.ſ.de dolo & contumacia.finē. j.de offi.ordi. vt litigantes.

expectando † illius, præiudicari litigātibus, vel cauſa plus debito prorogari[a] valeat) volumus appellari.

Idem.

*Ab arbitris iuris appellatur ad papam. Ioan.And.*

CAPITVLVM XI.

AB arbitris qui ſecūdum formā iuris[b] vt de propoſita contra iudicem[c] ſuſpicionis cauſa cognoſcant, vel qui cū de reuocatione ambigitur literarum, iudicibus nequeuntibus in vnā ſententiam concordare,[d] ad concertationē huiuſmodi ſopiendā à partibus eliguntur, eſt (ſi grauauerint[e]) ad ſedem apoſtolicā appellandum.[f]

Idem.

*Executor datus à papa vt prouideat perſonæ, ſubdelegat. ſi dicitur vt prouideat*

AB arbitris.} [a] Nō diuiditur, quia tota litera vno conſtructu clauditur. Do. approbat quod not. Ber.ſ.eo.ſuſpicionis. circa prin.in glo.& Gul.in ſpecu. de appel.§.nunc tractemus.ver.ſed ad quē. CASVS. Cauſam quæ inter te & me mouebatur, vel moueri ſperabatur, papa ad meam inſtantiā delegauit archidiacono Pict. tu voluiſti recuſare iudicē, quia inimicus tuus capitalis. Fuerūt electi arbitri ad cognoſcendū de iſta cauſa ſuſpicionis, & tulerunt ſuam ſententiam interlocutoriā vel definitiuā (quia iſtud cap. habet locū etiam ſi arbitri aſsignauerunt terminū nimis arctum) ab iſta ſententia interlocutoria vel definitiua appellauiſti. Quæritur ad quē debes appellare, vtrum ad iudicem recuſatum quē poſsis appellare. Reſpon. q non, nam cum ſit ſuſpectus in cauſa principali, eſſet ſimiliter ſuſpectus in cauſa appellationis. Sed eſt appellandum ad papā. Sed quid ſanctiſsime pater, habemus in ca.paſtoralis. de reſcri.in ant. quòd quando ſunt plures & diuerſi iudices impetrati, ſi dubitetur vtrum prima commiſsio reuocetur, vel quid, dicitur ibi quòd ſi iudices nolint deferre, debent inter ſe cōuenire. qui ſi non poſsint conuenire, debent eligere arbitros ad ſopiendum illam quæſtionem, an prima commiſsio fuerit reuocata vel non. Sed quæritur, iſti arbitri tulerunt ſuā ſentētiam, ad quē erit appellandum? vtrum appelletur ad ipſos iudices? Reſpon. quòd non, ſed eſt appellandum ad papā. No. primò quòd cauſa ſuſpicionis eſt proponenda coram iudice qui recuſatur. ad hoc ſ.eo.ſuſpicionis. & ſ.e.tit. & lib.ſi cōtra vnum.& c.iudex. Nota ſecundò ar. quòd iſti arbitri non poſſunt cognoſcere de cauſa principali. probat text. quòd dicit de cauſa ſuſpicionis, de quo in dicto capi. ſuſpicionis. Domi.

a Nota hic quòd iſta arbitri iudicāt de omnibus emergentibus. Anch. et Do. Fōt.

b *Iuris.* [b] vbi ſunt iura, videbis j. & iſta eſt ratio quare debet appellari ad papam, quia cum iſti arbitri ſecundum iuris formam ſint electi, ad ipſum ius à quo poteſtatē habent, oportet appellari, & ſic ad papā qui eſt lex animata in terris. ADDITIO. In authentico de conſulibus.ad finem.& col. iiij. Ioan.And.

b Iſta gloſ. facit quòd debeat appellare ad ſtatuentes quādo per ſtatuta debeat in arbitros compromitti.

c *Iudicem.* delegatum papę.ſ.eo.ſuſpicionis.quod intellige vt ſ.eo.li.ſi contra vnum. & idē ſi recuſetur ordinarius.ſ.de appel.cum ſpeciali.

d *Concordare.* nec ſibi inuicem deferentibus.ſ.in an.de reſcri.paſtoralis.in prin.

e *Grauauerint.* ſiue in ſententia, puta quia iniquè pronunciant illum ſuſpectum, quia ſuſpectus probatus non eſt, vel econuerſo. vel ante ſententiam, puta nimis breuem dilationem dando. ſupra de dilat.c.j. quod eſt ipſorum officium.ſ. eo.ſuſpicionis.

Gloſ.ſeq.obiicit & ſoluit, caſum addit, ſolutionem per ſimile fortificat.

f *Appellandum.* contra. C.de recept. arbit.l.j.ij.q.vj.à iudicibus.in quibus dicitur quòd nō appellatur ab arbitris. Sol. ſunt quidam arbitri qui compromiſſarij vocantur, & voluntate adeuntur, & ab iſtis non appellatur. [e] Et ſic loquuntur contraria. Sunt alij qui de neceſsitate iuris habent aſſumi, de quibus loquitur hæc decret. & à talibus bene appellatur vt hic, & ſic etiam poſſet intelligi lex illa. C.de iudi.l.vlt. Et hac ratione puto hanc decret. locum habere in arbitris electis ad audiendam cauſam quam mouet epiſcopus contra ſuum ſubditum, cum etiam illo caſu de neceſsitate eligātur arbitri. xj. q.j. ſi clericus.& de hoc ſ.de offi.ordi. irrefragabili.in gloſſ.penult. ſic etiam magis fauet lex ei qui neceſſariam ſatiſdationē præſtare debet, quā ei qui voluntariam, quia primum ſi ibi ſatiſdare nō poteſt, alio loco ſatiſdare permittit, ſecūdum no.ff.qui ſatiſd.cog. l. ſi fideiuſſor. ad idem. C.de rebus credi.generaliter. in ſi. j.reſpon.

Appellari an poſsit à ſentētia arbitrorum.

e Supplicari tamen poteſt.ſ.de arbit.nō ſine.& vet. 2.q.6.c.à iudicibus. §.quòd de arbit.in ſi.pe.gl.Arc.

*eccleſiæ non expreſſa perſona, non ſubdelegat, niſi habeat ſpeciale mandatum. & cauſam reddit. Ioan. And.*

CAPITVLVM XII.

IS cui ab apoſtolica ſede[g] committitur certæ perſonę prouiſio[h] de beneficio in certa eccleſia, diœceſi vel prouincia[i] facienda, poteſt alij committere licitè vices ſuas. Sed ſi (non expreſſa certa perſona) committatur eidem, vt alicui perſonæ idoneæ de certa eccleſia vel beneficio debeat prouidere, (quia circa eligendam perſonam eius induſtria † tūc videtur electa) prouiſionē ſibi commiſſam alteri demandare non poteſt:[k] Niſi forma cōmiſsionis habeat, vt per ſe vel per alium[l] id valeat expedire.

Idem.

IS cui.} Sunt duæ partes. ſecūda ibi, Sed ſi. quę facit tria. Primo ponit dictū. Secundo rationem interſerit ibi. Quia circa. Tertio ibi, Niſi. excipit. Ioan. An. Sumpta fuit de extrauaganti que incipiebat, quæſiuit à nobis. Et declarat iſta decre. & facit ad decretalem vlt.ſ.eo.titu.§.is autē. ADDITIO. Et approbat quod ibi dixit Pe.de Sam. & reprobat quod ibi dixit Inn.in gl.ſi. qui diſtinxit an dicatur, prouideas, vel exequaris. & tūc non committit. An prouideri facias vel compellas: & tunc committit. CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictauēſi vt prouideret perſonæ idoneæ de tali præbenda quæ vacabat, quia forte vacauit in curia, & papa non habebat notitiam perſonarum huius patriæ. vtrum talis executor ſic deputatus à papa, poſsit vices ſuas committere alij? Reſpon. quòd non, niſi papa daret ſibi ſpecialem poteſtatē vt prouideret per ſe vel per alium.c.vl.e.tit.in an. Sed quid ſi papa mādauit vt de illa præbenda prouideret certæ perſonæ, puta Titio, vtrum poſsit ſubdelegare? Reſpondet quòd ſic. nā tunc non eſt electa induſtria perſonæ, ideo poteſt alij cōmittere. ſecus eſt in primo caſu, cū eſt electa induſtria perſonę circa perſonam eligendam. tunc enim non poteſt alij committere, niſi ad hoc habeat ſpecialem poteſtatem à Romano pōtifice, vt dicto c.præallegato. No. primò quòd cum papa mandat alicui vt ipſe prouideat de tali beneficio certæ perſonæ, puta Titio, non videtur electa induſtria perſonæ executoris. ſecus ſi cōmittitur prouiſio incertæ perſonæ. No. inſuper q in eligēda perſona idonea magnū periculū verſatur: & ideo talis executor cui mandatur vt eligat perſonam idoneā, non poteſt ſubdelegare, quia induſtria eius electa eſt. Nota hic gloſſam notabilem, quæ limitat iura decentia quòd delegatus alius à principe nō poteſt ſubdelegare. verū eſt, niſi detur ſibi poteſtas ſpecialis ſubdelegandi. nā delegans dando poteſtatē ſubdelegandi, videtur ipſemet delegans ſubdelegare, ſicut etiā dominus dando procuratori ſuo facultatem ſubſtituēdi, ſi procurator ſubſtituit, videtur ipſemet dominus ſubſtituere. Heli.Reg.

† Dic quòd illa ceſetur electa in magnis & cōcernētib. publicā vtilitatem, & quando vltra factum aliquid amplius requiritur, puta examinatio. Bar. in l.inter arbitros ff.de ſol. Io. An. in reg. qui per alium. vide Anch. Font.

Delegatus ab inferiore à principe habens ſpecialemā datum ſubdelegandi, ſubdelegare poteſt.

g *Ab apoſtolica ſede.* ſpeciale enim eſt delegati à principe, quòd ſubdelegare poteſt. C.de iudi.à iudice.ſ.e.ca.paſtoralis.& c.vlt.

h *Prouiſio.* etiam ſi cōmittatur ei quòd inquirat de illius vita & conuerſatione, vt in cle.eo.tit.iudices. ADDITIO. Et hoc eſt quod dixit Io.Mona. ita ſeruari in forma pauperum. Ioan.Andr.

i *Prouincia.* ergo non requirimus q beneficium ſit certū. ſufficit quòd ſit certa perſona, licet incertum beneficiū, vt ſubdelegare poſsit. in hoc caſu non habet locum decretalis vlt.ſ.eo.tit.

k *Non poteſt.* & ſic intelligatur ſ.eo. capitu. vltimo.§.vlt. is enim cuius induſtria eligitur, non ſubdelegat. & ibi plenè de hoc.

Gloſ.ſeq.allegat vnam concordantiam, & per illam & iſtā quæſtionem ſoluit, ad quam ſolutionem adducit. x.decre.& duas.ll.

e *Iuſto impedimento.* iſtud excuſat ne tempus currat. ſuprà de elect. ne pro defectu. in ant. & c. quàm ſit. ꝓ. ſi. & c. commiſſa. §. j. de elect. eo. lib.

f *Nullam.* vel minus ſufficientē. arg. de pœn. diſt. j. ſcindite. de trāſla. inter corporalia. verſi. ſed neque. cū cōcor. ff. quod cuiuſque vniuer. l. j. & ideo bene ſequitur, cæterum.

g *Tempus.* ab ordinario moderatum.

Gloſ. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.

h *Exhiberi.* ſed contra nemo compellitur dicere titulum poſſeſsionis ſuæ. Cod. de pe. hære. l. cogi. ij. q. v. §. j. Ad hoc dicas[a] quòd in iis quæ poſſunt de iure communi poſſideri, verum eſt illud, ſed in aliis ſecus, vt hic. de præbend. ca. de multa. transfertur ergo propter hoc onus probandi in eum, vt hic. ſi. de deci. dudum. de procu. ex inſinuatione. in ant. vbi de hoc. & ca. diſtinct. contra morem. & dixi de hoc. infra de reg. iur. c. j.

*a Secundū Gar. et Frā. idē Io. Mo. & Arch.*

i *Eo ipſo.* quòd non oſtenderit in termino. literæ enim quæ non apparent, non ſunt. ff. de contrahen. empt. l. in lege. & l. Rutilia Polla de conſe. diſtinct. j. ſolennitates.

*Diſpenſatio non exhibita in termino per ordinarium præfixo, poteſt exhiberi poſt terminum, & impedit collationem alteri fieri.*

k *Liberè.* id eſt non obſtante contradictione tenentis illud. Credo tamen quòd ſi præueniret ipſe clericus epiſcopū, vel eum ad quem pertinet collatio, diſpenſationem oſtēdendo, quod epiſcopus poſtea cōferre non poſſet, quia video hoc in iure acquirendo, multo fortius eſſe debet in iure acquiſito, per decre. j. de præbend. ſi tibi abſenti.

l *Euidenter.* id eſt manifeſtè. ſupra eod. lib. de elec. ſi forte. & j. de verb. ſigni. conſtitutionem. ſi autem eſſet dubium, fiet quod dicitur in ver. ſi verò.

m *Moleſtetur.* ne locum habeat pœna temeritatis vel calumniæ. ff. de iudi. cum quem. de calum. c. j. & ij. de elect. eo. lib. vt circa. §. alioquin.

Sextus.

A n *Cura.* hoc ad eius ſpectat officiū. x. q. j. regenda. ſupra eo. ti. in anti. irrefragabili. ſupra de elect. dudū. ij prope prin. & concor. ſ. eo. lib. de elect. cum ex eo. ADDITIO. §. porrò. Ioā. Mona. alle. ſ. de appel. peruenit. ij. Et dicit in addi. quòd licet ordinarius in principali poteſtatē non habeat propter diſpēſationem, in iis tamen quæ hic dicūtur de cura & obſequio eccleſiæ, poteſtatem habet, quia diſpenſatio ſemper datur vel dari intelligitur ſecundū iſtas duas modificationes. & ſic ſoluitur contrarium de reg. acceſſorium. j. de regu. iur. Ioan. And.

o *Dubitetur.* probabiliter. de reſcri. cum contingat. prope. ſi. de appel. conſuluit. j. de ſen. excom. ſacro.

p *Aeſtimare.* ſ. de iudi. cū veniſſent. eius enim eſt interpretari &c. xj. q. j. ca. clericū. iij. §. ex his de ſen. excom. inter alia. C. de legi. l. vlti.

q *Sui beneficij.* Nota ſolum papam diſpenſare in pluribus curatis, pro iis quæ no. ſ. de prębē. de multa.

r *Velit.* ſumpta fuerunt hæc verba ex. l. ff. de regu. iur. Neratius. in fine.

s *In cōferendis.* dixit de pluralitate beneficiorum quæ obtinebant, hic dicit de iis quæ obtinere volunt.

t *Oſtendatur.* quaſi propter iuris tranſgreſsionem ſit inhabilis ad beneficium obtinendum. ſuprà de præben. cum iamdudum. ADDITIO. Et ſupra de elect. dudum. ij. Et de hoc in Spe. de legato. §. nūc videndum. ver. ſed nunquid habens. & an epiſcopus cum tali diſpenſet, ibi in verſi. ſeq. Ioann. Andr.

u *Ea quæ.* No. ꝙ in plurali dicit ea quę. tenetur ergo omnia habita renūciare, ſi vult de nouo aliud obtinere, nec vnū poteſt in aliud permutare. & licet potuerit duo vel tria quę diſpēſatiue habebat retinere, modò nō poteſt de nouo habere niſi vnum, niſi aliud dicatur in diſpēſatione. & eſt ratio, quia odioſę ſunt tales diſpēſationes, vt dixi. & probatur expreſſè hoc hodie. j. de præben. nō poteſt. j. reſpōſo. Io. And.

*Diſpēſatus ad duo non poteſt vnū vel ambo cum alio vel alijs permutare.*

x *Aliter.* id eſt diſpenſatione non obtenta, vel obtenta ſi primò non renunciat habitis, cùm non extendatur diſpenſatio ad tot beneficia.

y *Talibus.* id eſt habentibus plura beneficia cum cura, vel dignitates, vel perſonatus, vel alterum cum altero.

D z *Nullius.* eſtne reuocata decre. de multa, vbi dicitur ꝙ primum ſimile vacat ipſo iure, ſed tenet ſecundi collatio, hic dicitur ꝙ non tenet poſterioris collatio? Quia promptum eſt iura iuribus concordare, & expediens. ſ. eod. lib. de ele. cùm expediat. dic ſecundum Gar. ꝙ decret. de multa. loquitur in eo qui vnum tātum beneficium obtinebat, quod erat de iure communi. hic loquitur de illo qui ante obtinebat plura, quod erat contra ius cōmune: & qui non eſt habilis ad aliud obtinendum, niſi diſpenſationem habeat, cùm ſit tranſgreſſor canonum, vt prædixi. adde in clemen. de præben. ſi plures. & quod ibi not. in gloſ. ſi intelligas.

*Quærit & ſoluit.*

*Diuiſio.*

QVia plerique. Primò inhibet. Secundò decernit ibi, Decernētes. Tertiò pſumptores puniri pręcipit ibi, Pręſumptores. Io. An. Hęc decr. olim erat extrauagās, & incipiebat, ad audientiā noſtrā. ADDITIO. De qua faciebat mentionē Guil. in Spe. de inquiſitionibus. §. nunc tractemus. ſub ver. quid ſi ante. Illa tamē loquebatur ſolū in religioſis, hęc verò latius. Io. An. CASVS. Epiſcopus Picta. ſciēs ꝙ papa mittebat legatū in hāc prouinciā pro reformatione morū, vocauit ſubditos ſuos qui ei iurauerunt nō reuelare ſua crimina: vel ſe ad hoc adſtrinxerūt ſub certis pœnis: vel epiſcopus illos excōmunicauit caſu quo aliqua crimina reuelarent. vtrū



valeant

Universidad de Deusto Biblioteca



Valeant iſta? Reſpondet q non, immo excommunicatio eſt nulla ipſo iure. & ſi ſubditi ſoluere promiſerint aliquas pœnas, pœnæ non poſſunt ab eis exigi. vel ſi iurauerunt non dicere aliquid, & poſtea dicant, non propter hoc ſunt periuri. No. primo quòd iura debent adaptari ad id quod ſæpius fit. vide.§.de deſpon. impu. literas.

No. ſecundo ar. q appellatione eccleſiæ non comprehẽditur monaſteriũ, de quo aliquid in glo. Do.

Gloſſæ omnes ſequentes ſunt textuales.

a *Pleriq;.* vt potes videre.§.de accu. olim.

b *Audacia.* ad hoc.j. de verb. ſig. conſtitutionem.ij. reſpon. & eſt audacia, quia tacere veritatem, peccatũ mortale eſt. xj. q.iij. quiſquis. de cri. fal. ca.j.

c *Interdicunt.* hoc ipſo ſe reddebant ſuſpectos.§.de teſti. cõſtitutis.ij. & ſe oſtendit iniquã cauſam fouere, vt ibi & §.de teſti. cogẽ. peruenit. & C. de poſtulã. prouidendum. & ij.q.vij. §. verũ. verſi. ſi quis autẽ.

d *Superioribus.* pone gradus in archipreſbytero circa epiſcopum, epiſcopo circa archiepiſcopum, & ſic de ſingulis.

e *Inquiſitoribus.* qui non poſſunt alijs cõmittere vices ſuas.§. de of. deleg. ca. vlti.§. eod. lib.

f *Corrigendum.* crimina. Ioan. And.

g *Reformandum.* mores. Ioan. Andr.

*† No. quòd iuramentũ nec pœna validat obligationem contra iura. Barto. in. l. Seius & Augerius. ff. ad l. fal. præſertim vbi per huiuſmodi impediretur ſuperior & correctio. c. venientes. de iureiurã. l. in cõcedendo. & l. ſequ. ibi Barto. ff. de aqua pluui. arc. de Ancha. vide quæ dicam j. in reg. nõ eſt obligatoriũ. & reg. in malis. Fonta.*

### Bonifacius octauus.

*Præcipit papa ne prælati ſubditis interdicant ne ſtatum eccleſiarum & perſonarum ſuperioribus inquirentibus manifeſtent, nec eos ad id celandum iuramentis, promiſsionibus, obligationibus, aut alijs pœnis adſtringant. decernit autem quod contra factum fuerit, irritum & inane, et ſententias, iuramenta, promiſsiones, vel pœnas non ligare, & præſumptores præcipit pœna condigna à ſuperioribus eiſdem puniri. Ioan. And.*

CAPIT. IIII.

QVia pleriq; [a] prælati nõ ſine multa temeritatis audacia [b] ſuis ſubditis aliquando interdicunt [c] ne ipſorũ ſuperioribus, [d] aut apoſtolicæ ſedis legatis, vel inquiſitoribus [e] ad inquirẽdũ, corrigendũ [f] & reformãdum [g] in eorum eccleſiis [h], monaſteriis ſiue locis à ſede deputatis eadẽ, vel alijs quibuſcũq; perſonis [i] per quas ad notitiam prędictorũ valeat peruenire, ſtatũ [k] eccleſiarum, monaſteriorũ, ſeu locorũ ſuorũ, perſonarũ & rerum ipſorum inſinuẽt vel exponant, in ipſos ſi ſecus egerint, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias proferentes, eoſque ad hoc celandum iuramentis, † promiſsionibus & obligationibus aliiſque pœnis nihilo minus adſtringẽtes. Nos huic malitiæ [l] (ne tali prætextu in eccleſiis, monaſteriis, & locis eiſdem inquiſitio, correctio ſeu reformatio, cum facienda fuerint, valeant impediri) occurrere cupientes, prædicta [m] & eorum quodlibet attentari decætero diſtrictius inhibemus. [n] Decernentes auctoritate apoſtolica, quidquid contra præſentem inhibitionem attentatum extiterit, nullius penitus exiſtere firmitatis: nec quenquam ſententiis, [o] iuramentis, promiſſionibus, obligationibus, vel pœnis huiuſmodi obligari quomodolibet vel adſtringi. [p] Præſumptores [q] autem eoſdem, ne ipſorum temeritas quoquo modo tranſeat impunita, [r] à ſuperioribus, vel legatis, ſeu inquiſitoribus memoratis animaduerſione condigna [s] præcipimus [t] caſtigari.

*Eccleſiæ appellatione venit monaſterium.*

h *Eccleſiis.* quarũ appellatione monaſteria cõprehendũtur liiij. diſt. c. abbati. §. hac autem auctoritate. ADDITIO. Vide quod no. & dixi ſupra eo. lib. de ſuppl. negli. præla. grandi. in glo. not. Ioan. And.

i *Perſonis.* puta familiaribus ipſorum ſuperiorum legatorum vel inquiſitorum.

k *Statum.* ad quod tales tenentur habita diſtinctione ſecundum duplicem formam iuramenti, de qua vel quibus habes. ſupra de accu. cum dilecti.

l *Malitiæ.* ſi.§. eo. lib. de offic. deleg. ſtatuimus.ij. Ioan. An.

m *Prædicta.* interdictum, pœnales ſententias, iuramenta & promiſſiones, vel obligationes alias.

n *Inhibemus.* ſi. eſt quod dicit lex quòd domina accuſata de adulterio nõ poteſt manumittere ſeruos, & hoc ideo, vt per ipſos veritas inquiri poſsit. ff. ad l. qui. ma. l. non ſi. l. proſpexit.

o *Sententiis.* dico hunc caſum ſpecialem in quo non tenet ſententia excommunicationis ipſo iure, & addendũ ad alios qui recitari ſolent. ſupra de ſent. excommu. per tuas. & dicam infra eo. lib. & eo. tit. præſenti.

p *Adſtringi.* ſi non tenuit principale, nec acceſſorium. infra de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concordan. & merito hoc ligare non debet, ad hoc vt poſsit veritas reuelari. & concor. ad hoc. ſupra de teſti. cogen. cap. vlti. ADDITIO. infra de reg iur. non eſt obligatorium. ſupra de ſimo. nemo. Ioan. Mona. Expedit enim peccata nocentium eſſe nota. ff. de iniur. cum qui.§.j.

q *Præſumptores.* ipſos prælatos.

r *Impunita.* quod eſſe non debet.§. eo. tit. & lib. ſi canonici. in fi. ADDITIO. ff. de fideiuſ. l. ſi a reo. ad fin. C. de pœn. l. ſi operis. Ioan. And.

s *Condigna.* intelligamus arbitraria, ex quo certa non exprimitur.§. in anti. de offi. dele. de cauſis. ff. de iur. deli. l.j. & di. xi.§. eo. ſi canonici. in fi.

*Iudicis præceptũ obligat.*

t *Præcipimus.* & ſi ipſe prælatus nõ facit hoc, peccat, quia qđ præcipitur, imperatur, qđ imperatur, neceſſe eſt fieri. xiiij. q. j. quod præcipitur. de ver. ſig. in his. & ſunt culpę &c. xxviij. diſt. quia ſunt. ADDITIO. Et obligat pceptũ canonis, ſicut & iudicis. Remittit Arch. de ap. cũ ſpeciali: ver. ſciat q. Io. An.

VT *litigantes.*} Archiepiſcopus cauſas etiã appellationũ iure metropolitico ad eũ pertinentium in propria diœceſi vel vnde ad eum deuoluũtur, cognoſcere vel cõmittere debet, niſi aliud habeat cõſuetudo. hoc dicit. Tria facit. Primo ponit conſtitutionis cauſam. Secũdo conſtitutionem ibi, Statuim⁹. Tertio exceptionem ibi, Niſi. Emanauit hæc decr. ad declarationem illius ver.§. eo. tit. & li. cap.j. ver. nec pro eo &c. vbi dicebatur in genere ſuffraganeorum ſuorum, & de quibus, non dicebatur. & eorum quæ ibi no. Hoſt. & Ioan. An. ADDITIO. Quod hic dicitur, fuerat olim hic diſputatum, & ſic terminatũ per dominum Altegradũ de Lendenaria, demũ epiſcopum Vicentinũ, vltra iura quæ primo alleg. gl. inducebat. ix. q. iij. nullus. & ca. conqueſtus. ſupra eod. tit. in ant. duo ſimul. per quæ patet metropolitanum nõ plus poſſe in diœce. ſuffraganeorũ, quàm alium epiſcopum, niſi inquantum inuenitur conceſſum, ſed epiſcopus nõ poſſet. vj. q. iij. ſcriptum. xiij. q.j. c.j. xvj. q.v. ca.j. ergo nec metropolitanus. Inducebat etiam decre. Romana. j. de fo. cõpe. Ioan. And. CASVS. Tu & ego litigabamus coram epiſcopo Picta. qui contra te tulit ſentẽtiam definitiuam, à qua appellauiſti ad archiepiſcopum Burdegalenſem. archiepiſcopus vult cauſam iſtam appellationis examinare in diœceſi Xanctonen. an poſsit? Reſpondet q non, ſed debet cognoſcere per ſe vel per aliũ in ſua diœceſi particulari, vel in diœceſi illius iudicis à quo fuit appellatum. & iſtud verum, niſi aliud haberet conſuetudo. nam cõſuetudine poteſt induci vt alibi poſſet cognoſcere vel committere cauſas appellationis. Not. primò quòd propriè dicitur ſuum, quod eſt ſuum ratione iuriſdictionis tantũ quã habet in loco. gl. ſupra in ant. de poſtula. prela. c.j. Not. ſecundo caſus in quibus archiepiſcopus poteſt locare ſedẽ, & de cauſa cognoſcere in diœce. ſuffraganeorum ſuorum. Do.

Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.

Idem.

*Iuriſdictio archiepiſcopo attributa in vna diœceſi, ſibi in alijs non prodeſt. hoc dicit Zen.*

CAPITVLVM V.

VT litigantes releuentur à laboribus & expẽſis, [u]

u *Expenſis.* ad hoc intendere debet iudex, vt.§. de dolo, finẽ. cum ſuis concor. Sed pone, de conſenſu partium archiepiſcopus audit vel committit cauſam extra loca de quibus dicitur infra. quæro an quod agitur, valeat. Et videtur quòd ſic, quia cùm hoc ius ſit in fauorem litigantium introductum, illi renunciare poſſunt. de reg. ad apoſtolicam. cum ſi. ad hoc ſupra eo. lib. de reſcrip. ſtatutum.§. in nullo. & hoc ſatis verum puto, [a] dummodo ipſe vel delegatus eius habeat licentiam epiſcopi illius diœce. vt ibi pro tribunali ſedere poſsint. Iſta enim fuit prohibitionis ratio, quia archiepiſcopus non poteſt ingredi ſuffraganei ſui diœceſim vt ibi aliquid agat vel iudicet, niſi in caſibus conceſsis. ſupra eod. tit. & lib. c.j. Si autem cauſa Bononiæ deferatur, æquum nõ eſt quòd propter illam poſsit Mutinæ ſedere. ſi autem Mutinẽ. epiſcopus conſentit, & ipſæ partes, ſatis credo, quòd poſsit, alias non, vt. ix. q. ij. ca. ij. & iij. ff. de offic. præſi. l. iij. ff. de iuriſdi. om. iu. l. vlt. & facit in antiq. de offic. leg. nouit. & quæ ibi not. ADDITIO. Facit cle. quanuis. de foro compe. in princ. & §. volumus. Ioan. And.

*a Idem Archi. ſine determinatione quæ in gl. ponitur. alleg. iij. q. vj. pulſat. Ioan. And.*

Gloſſa ſequẽs recit. per quæſtionem an edat ius nouũ vel declaret: & per id infertur ad tempus præſcriptionis.

Statuimus.



a *Statuimus.* videtur quòd non ſit conſtitutio: aliàs dixiſſet, innouamus [a]. §. de treu. & pa. cap. ij. vbi innouatur quod ſtatutum erat. xxiiij. q. iij. ſi quis romipetas. & cap. paternarum. videbatur enim quòd ſicut legatus in qualibet parte prouinciæ poteſt ſedere, ſic & archiepiſcopus poſſet: ſed propter rationẽ quã dixi ſupra prox. glo. ſatis videbatur eſſe conſtitutio ipſa, vel eius ratio antiqua [b]: quæ idẽ eſt qđ ius. j. diſt. cõſuetudo. ſecundum quod reſtaret q legitimè deberet ipſa conſuetudo eſſe præſcripta, ſcilicet ſpatio. xl. an. vt ſuprà in antiq. de conſue. ca. vlt. de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. nec ſufficeret pſcript. x. an: ſecundũ quod eſt in iis quæ ſunt pręter ius, ſecũdum id quod not. xij. diſt. conſuetudo. & dixi ſuprà eo. lib. de conſue. ca. vlt.

*a No. ſignũ cõſtitutionũ & declarationum Do. Font.*

*b No. Dom. q ſicut conſuetudo cõtra ius expreſſum debet induci xl. annis: ita cõſuetudo cõtra rationem in iure expreſſam. Font.*

Statuimus [a] ne archiepiſcopus cauſas quæ per appellationem, vel aliàs iure metropolitico [b] deferuntur ad ipſum, alibi quàm in ſua propria ciuitate vel diœceſi [c], aut in eis in quibus appellatũ extitit [d], vel cauſæ ipſę conſiſtere dinoſcuntur [e], audiat, vel etiam audiẽdas committat [f]: Niſi ſibi aliud de conſuetudine [g] competat in hac parte [h].

Idem.

*Si epiſcopus cùm poteſt ſuam diœceſim viſitat per alium, habet illi in neceſſarijs prouidere: viſitati autem in victualibus prouidebunt ipſi vicario viſitanti, & non epiſcopo. hoc dicit Ioannes Andreas.*

b *Iure metropolitico.* ſuper quo vide quod not. Ioan. ix. q. iij. in ſumma. & Ber. ſupra eod. tit. paſtoralis. & aduerte: quia interdum cognoſcit archiepiſcopus vt legatus Papæ. vt ſupra eod. irrefragabili.§. ceterùm. & in eo caſu forte poſſet dici quòd eo modo & his perſonis poſſet delegare, quo & quibus delegati Papę. quod dic vt not. ſuprà eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. & ideo non dixit ſimpliciter, deuoluuntur, ſed dixit, iure metropolitico. ADDITIO. Vide quod dixi de hæret. ad abolendam. ſuper gloſ. ſi. & quod dicam infra tit. proxi. cap. vno. ſuper gloſ. antepenult. Ioand. And.

*Delegatio iuris, et delegatio Papæ æquiparantur quo ad ſubdelegationem.*

c *Vel diœceſi.* ſatis per hanc literam terminatum erat quod dixi. j. eod. cum epiſcopus.

d *Appellatum extitit.* hoc cum cauſa per appel. defertur.

e *Dinoſcuntur.* cùm deferuntur cauſæ iure metropolitico aliàs quam per appellationem.

f *Committat.* Nota, quod non poteſt per ſe: nec per alium. ſupra eo. tit. & lib. cap. j. ſic econuerſo, quod poteſt per ſe, & per alium: vt ibi, &. j. de reg. iur. poteſt. vbi de hoc.

Gloſſa ſeq. quærit, arguit, & ſoluit.

g *De conſuetudine.* ſic infra eo. ca. j. ver. niſi aliud. Sicut ergo hic conſuetudo poteſt inducere vt alibi poſsit cõmittere & audire: ſic & conſenſus diœceſani loci, & partium conſenſus: vt ſupra dixi. ſicut æquiparantur pactum & conſuetudo in dote lucranda, vel donatione propter nuptias: vt §. de do. poſt diuor. reſti. ca. vlt. Quid dices: clericus agit contra epiſcopum, ad metropolitanum debet quæſtio deferri. xj. q. j. ſi quis cum clerico. non vult, vel non poteſt committere in ſua ciuitate: nunquid poterit audire vel committere extra ciuitatem ipſius epiſcopi, ſecundum id quod dicitur ſupra eod. lib. de reſcrip. ſtatutum.§. cùm verò? & ſatis id videtur per prædictum. § quod verum puto, ſi de conſenſu procedat epiſcopi illius in cuius diœceſi cauſa auditur: vt dixi ſupra in gloſ. prima.

*Archiepiſcop⁹ poteſt delegare cauſam inter epiſcopũ & clericum extra diœceſim ipſius epiſcopi.*

h *In hac parte.* ſ. in audiẽdo vel cõmittendo extra loca prædicta. & ſic no. quod cõſuetudo dat iuriſdictionem. ix. q. iij. conqueſtus. de fo. compe. cùm contingat. §. eod. lib. de conſuetudine. cap. iij. C. de eman. libe. l.j. & fin. & §. e. tit. cap. j.

*Cõſuetudo dat iuriſdictionem.*

SI *epiſcopus.* [c]} Primò prouidet. Secundò prohibet: ibi, Sidẽ. Prima ſubdiuiditur: quia primò prouidet circa expẽſas vicariorũ extra victualia. Secundò ibi, ij tamen. circa expenſas victualium, & cauſam reddit. Do. Emanauit autẽ hæc decr. ad declarationem eorum quæ no. Hoſt. §. e. in ant. inter cætera. ſuper verb. ſubminiſtrent. & Guil. & Gar. j. de cenſi. exigit. ſuper ver. impenſo. qui omnes tenebant quod hic dicitur, Ioan. And. CASVS. Epiſcopus Picta. vult ſuam diœceſim viſitare per alium in caſu permiſſo, puta quia eſt detẽtus infirmitate: vel quia illud habet ex priuilegio. Quęritur, quis tenebitur vicario miniſtrare neceſſaria? Reſpondet q vicario viſitanti tenebuntur viſitati procurare in victualibus: ſed ſi indiget equis, vel conducat famulos: hoc fiet expenſis epiſcopi. Veruntamen hodie epiſcopi habent ex priuilegio vt poſsint viſitare per alios: & percipient integram procurationem quæ eſt hodie taxata ad certam ſummam: vt in extrauag. Benedi. quæ incipit, vas electionis. de cenſi. No. primò quòd delictum eſt recipere temporalia pro adminiſtratione ſpiritualium: quod eſt verũ in caſu à iure nõ permiſſo. No. ſecũdò q epiſcopus nõ viſitãdo perſonaliter, non debet habere procuratorem reſpectu perſonæ ſuæ. Domi.

*c Intellige iſtud cap. de viſitatione annua: quia cotidianæ fiũt per Archidiac. & viſitãte loco epiſcopi delinquẽte, epiſcopus tenetur. l.j. §. familiæ. ibi Bart. ff. de publi. liberatur tamen talem exhibendo. de Anch. Font.*

Sextus.

i *Permittitur.* ſcilicet cùm id perſonaliter exequi non poteſt. §. de offi. ord. inter cætera. & x. q.j. epiſcopũ. Et ſemel in anno. x. q.j. decernimus, & duobus cap. ſequen. & §. de offi. archi. mãdamus. niſi ex cauſa: & tunc etiã pluries id poterit: vt. §. de cenſi. cum venerabilis. & xviij. q. ij. viſitandi. & cap. non ſemel. cũ ſi. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. obijcit, & ſoluit.

k *Per alium.* Sed viſitãs prædicare debet. x. q.j. placuit. & j. de cenſi. ca.j. ſed officiũ prædicandi nõ delegatur: vt. §. in ant. de offi. dele. ca. vlt. ergo viſitatio delegari vel demãdari nõ poteſt. ſed dic ſecũdum Inno. Goff. & modernos. qui hoc not. in decre. inter cætera. ſupra eo. in ant. aut hoc pertinet iure ordinario: & tunc bene demãdatur: vt ibi, & hic. aut iure delegato: & tunc non demãdatur: vt in cõtrario: niſi haberet ad id ſpeciale mãdatũ: vt §. e. li. de of. dele. is cui. & c. vlti. §. vices.

*1. Cor. 9. b*

*Prædicãdi officium nõ delegari poſſit.*

CAPIT. VI.

SI epiſcopus ſuam diœceſim (vbi ei à iure permittitur [i]) faciat per alium [k] viſitari, licet ipſe [l] illi [m] habeat in alijs neceſſarijs prouidere [n]: Ii tamen qui viſitantur, miniſtrare tenentur expenſas victualium [o] viſitanti [p]: cùm ſecundum Apoſtolum [q] non ſit magnum, ſi ab eo metantur temporalia, per quem ſpiritualia ſeminantur. Idem tamen epiſcopus cùm perſonaliter non viſitat: nil prorſus ab ijs qui per illum quem deputat, fuerint viſitati, exigere poterit aut debebit [r].

l *Ipſe.* ſcilicet epiſcopus.

m *Illi.* vicario.

Gloſſa ſeq. ponit opinionem.

n *Prouidere* [d]. & ſic intelligi debet decret. illa, inter cætera. vbi dicitur, epiſcopi ipſis vicarijs cùm indiguerint, neceſſaria congruè ſubminiſtrent, ſcilicet vt parent ſibi equos, veſtes, familiam, & alia oportuna. {Sicut pararent ſibiipſis ſi perſonaliter viſitarent} pręter victualia: & ſic intelligebat Hoſtien: Inno. intelligebat etiam de victualibus: & tunc ſcilicet cum victualia ſine ſcandalo per vicarios à ſubditis haberi non poterant. prima vera: vt hic vides, nec per hoc ſecundam reprobo.

*d Iſta expenſa ſunt taxatæ in extrauagãti Benedicti, quæ incipit, vas electionis, ti. de cenſi. Font.*

o *Victualium.* in victualibus enim tantũ debet recipi procuratio: quod dic vt. j. de cenſi. cap. j. ij. & iij.

p *Viſitanti.* illi vicario. Ioan. And.

q *Apoſtolum.* Paulum. j. ad Cor. ix. & habes hoc idem. ſuprà de præſeri. cùm ex officij. & j. de cenſi. c. iij. ad fi.

Gloſ. ſeq. obijcit, & ſoluit.

r *Debebit.* de hoc quærebatur in glo. de quib⁹ in prin. c. dixi. Et videbatur q ex quo iure cõcedẽte per aliũ ſoluere poterat debitũ ad quod ſubditis tenebatur: ſuũ debitũ recipere poſſet. arg. §. de elec. ſignificaſti. Sed prout dicebat decr. cũ venerabilis. §. de cenſi. tunc demũ epiſcopus procurationẽ habebit, cũ acceſſerit &c. ſi ergo nõ accedat, ſed mittat: non habebit, ipſe, ſed miſſus: vt hic vides [e]. Non enim ferendus eſt qui lucrũ amplectitur &c. C. de cadu. tol. l. vna. §. pro ſecundo. & ad quẽ ſpectat onus &c. xij. q. ij. charitatem. & cap. quicunque ſuffragio. & cap. eccleſiaſticis. Ioan. And.

*e Nec debet eo quòd plus expendiſſet, ſi perſonaliter viſitaſſet, illud exceſſiũ exigere: argu. ff. mãda. l. ſi quis alicui. §. impedia. ſecũdum Ioan. Mo. Ioan. And.*

CVm *epiſcopus.*} Ponit dictũ, cuius rationẽ pręmittit. Secunda ibi, Dubiũ. Ioan. And. CASVS. Epiſcopus Picta. vel eius officialis vult ſedere pro tribunali, & cauſas examinare in alio loco q in ſua ciuitate, vtrũ poſsit? Reſpondet q cũ epiſcopus habeat ordinariã iuriſdictionẽ in tota ſua diœceſi: poteſt ſedere in quolibet loco ſuę diœceſis p tribunali: exceptis locis exẽptis cõtra volũtatẽ exẽptorũ. Sed vtrũ epiſcopus habeat capturã malefactorũ in qualibet parte ſuę diœceſis? Reſpõdet q ſic. nã ex quo habet iuriſdictionẽ in tota ſua diœceſi: videtur illi cõceſſa illa ſine quibus &c. Sed iſtud nõ eſt receptũ in hoc regno: nã extra ſepta domorũ epiſcopaliũ nõ poteſt eps facere captionẽ: imò cẽſetur capere extra territoriũ: quia eps nõ dicitur habere territoriũ propriũ. Arguitur cõtra textũ de Lancillę. C. de furt. vbi dicitur q de caſu nõ dubitabili nõ eſt faciẽda lex. Sol. Iſte text⁹ poſt iſtã conſtitutionẽ eſt de caſu indubitabili: ſed ante iſtã cõſtitutionẽ erat dubiũ, an eps poſſet exercere ſuã iuriſdictionẽ in quolibet loco ſuę diœceſis: & vtrũ poſſet capere malefactores in quolibet loco. No. primò q eps ſol⁹ habet iuriſdictionẽ ordinariã generalẽ in tota ſua diœceſi. vnde territoriũ eſt ſoli⁹ epi & nõ archidiaconi, vel alteri⁹ inferioris plati. Et pdeſt iſtud: nã ſiquis extrane⁹ cõmiſit delictũ in archi-

*Epiſcopi in regno Frãciæ extra ſepta ſua nõ poſſunt delinquentes capere.*

I iiij dia-

Universidad de Deusto Biblioteca



diaconatu: archidiaconus nõ habet punitionem: quia territorium eſt ſolius epiſcopi, & non archidiaconi. Secus eſt ſi talis delinquens eſſet ſubditus archidiacono: quia tunc poſſet illum punire. Idem eſt dicendum in abbate, nam iſti tales non habent proprium territoriũ: vt dixi. Nota ſecundò ꝙ epiſcopus poteſt ſedere pro tribunali in quacunque parte ſuæ diœceſis: & etiã mutato loco ſuorum maiorũ: ſed tunc deberet illud notificare parti citatæ. No. tertio ꝙ epiſcopus habet captionem delinquētium: & illam captionem poteſt facere in qualibet parte ſuæ diœceſis. Sed hoc (vt dixi) non ſeruatur in hoc regno. Et officiarij regis fũdant ſe in hoc quòd priceps ſecularis eſt dominus territorij: & territoriũ eſt ſuũ: & cum non liceat capere malefactores in alieno territorio ſine licentia principalis, ideo epiſcopi male appellãtur domini talis loci: ſed debent vocari epiſcopi talis loci. No. vnum ſingulare ſecundũ Do. ꝙ locus exēptus dicitur de diœceſi. Et ſic patet quòd diſpoſitiones & mandata quæ fiunt in diœceſibus, includunt loca exempta: dum tamē fiant per habentē iuriſdictionem in exēptos. vide not. ſ. de reſcrip. abbatem. & gl. ſuper verbo, primo anno. in cle. frequēs. de exceſ. præla.

† Non tamen perpetuò, neq; ad longũ tempus. ca. placuit vt ſint ni. vij. q. j. Do. Font.

Glosſa ſeq. dat duo ſimilia.

a *Epiſcopus.* idem eſt in legato circa ſuam legationē. ſuprà in ant. de offi. leg. nouit. idē in archiepiſcopo circa ſuã propriam diœceſim. ſuprà eo. vt litigantes. ſed non quo ad prouinciam: vt ibi, & ſupra e. c. j. & ix. q. ij. c. j. ij. & iij.

b *In tota.* ita ꝙ nullus alius in tota ſua diœce. ſub eo iuriſdictionē habeat, in parte autē bene. quod dic vt no. xxv. diſt. perlectis. & facit ꝙ no. Hoſt. de offi. archipresby. ca. vlt.

*Epiſcopus quo ad iuriſdictionē epiſcopalem habet intentionem fundatã de iure communi.*

c *Habere.* ita ꝙ intentio ſua fundata eſt de iure communi: ita quòd qui ſe dicit exemptum, habet hoc oſtēdere. c. diſt. contra morem. quod dic vt. j. de priui. cum perſonæ.

d *Loco.* honeſto tamen, maximè cum tractat cauſas ſpirituales. ſupra de appellat. qua fronte.

e *Non exempto.* ad cognoſcēdum locum exēptum. vide infra de priuile. ſi Papa. & bene dicit, non exempto. quia in loco exempto cathedrã collocare nõ poteſt vt iudicia exerceat: vt expreſſe probatur. xviij. q. ij. Luminoſo. ADDITIO. Dic celebratione diuinorum, & benedictione populi: dic vt in cle. archiepiſcopo. de priuileg. Ioan. And.

f *Per alium.* quod enim poteſt per ſe, & per alium. j. de reg. iur. poteſt. & dic vt ibi.

g *Sedere.* quod requiritur in cognitione & deciſione cauſarum. iij. q. iij. §. ſpatium. j. de re iud. c. vlt. Ioan. And.

h *Spectantes.* vt ſuprà de verb. ſignifi. ſuper quibuſdam. in fine. de foro compe. cap. cùm ſit. ibi de hoc.

i *Exegerint.* aliàs non debet eos detinere, ſi de parendo iuri dederint fideiuſſoriã cautionē. j. de ſent. excõ. ſi cleric. in fi.

k *Capere.* id eſt capi facere: quia manus inijcere in aliquem non debet epiſcopus. lxxxvj. diſt. nõ liceat. C. de epiſ. & cle. authen. ſed neque. & de ipſius mandato capientes excõmunicati non ſunt. ſuprà de ſent. excom. vt famę. & infra eo. lib. & eodem tit. ſi clericos. Ioan.

*Carcer eſt inſtitutus ad cuſtodiam, aliquando ad pœnam.*

l *Carceri.* qui licet inſtitutus fuerit ad reorũ cuſtodiã, interdũ eſt pœna. j. de pœ. quãuis. & ſ. de ver. ſig. nouimus. in fi.

m *Officiũ.* ordines celebrare, virgines & eccleſias cõſecrare, & his ſimilia. ADDITIO. Arch. alle. lxviij. diſt. quanuis.

## Idem.

*In qualibet loco diœceſis non exempto, per ſe & per alium poteſt epiſcopus prò tribunali ſedere: & liberè exequi quæ ad ipſius ſpectant officium. Ioan. And.*

### CAPITVLVM VII.

CVm epiſcopus [a] in ſua tota [b] diœceſi iuriſdictionē ordinariam noſcatur habere [c]: Dubium non exiſtit, quin in quolibet loco [d] ipſius diœceſis non exempto [e], per ſe vel per alium [f] poſsit pro tribunali ſedere [g] †: cauſas ad eccleſiaſticum forum ſpectãtes [h] audire: perſonas eccleſiaſticas, cum earum exceſſus exegerint [i], capere [k], ac carceri [l] deputare: necnon & cætera quæ ad ipſius ſpectant officium [m], liberè [n] exercere.

## Idem.

*Canonici qui à diuinis ceſſare poſſunt: cum ceſſare voluerint, vocabunt abſentes, ſicut ſi immineret electio facienda, cũ quibus de ceſſatione deliberabunt: & ſi deliberant ceſſare, requirent prius eum contra quem ceſſant, vt irrogatam offenſam emendet. quod ſi fecerit, non ceſſabunt: alioquin ceſſare poterunt, ita quòd à ceſſatione intra menſem vtraque pars, & ceſſans, & contra quam ceſſatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per ſe, vel per procuratores ſufficienter inſtructos: niſi interim interuenerit cõcordia inter ipſos. Et continuatis diætis quàm citò poterunt ſe corã Papa præſentent, vt vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente, Papa definiat negotium: & culpabiles puniat, & ſi pars ceſſans prædicta non ſeruet: ceſſatio non ſeruetur. Ioannes Andr.*

A quàmplura ad officium ordinarij ſpectantia colligit breuiter Guil. in ſpe. eod. tit. §. officium. Ioann. And.

n *Liberè.* ac ſi eſſet in propria Eccleſia, vel palatio iuridico. ADDITIO. Archidia. exponit id eſt abſque alicuius contradictione. Ioannes Andreæ.

### CAPIT. VIII.

QVanuis ſuper ceſſationibus à diuinis, quæ à capitulis, conuentibus, ſiue collegijs ſecularium vel regularium Eccleſiarum B multoties ſine cauſa rationabili attentantur, manifeſta ſatis à felicis recordationis Innocentio tertio [o], & Gregorio decimo [p], prædeceſſoribus noſtris manauerint inſtituta: quia tamen poſt illa eſt plerunque compertum ceſſationes eaſdem irrationabiliter [q] eſſe factas:

Nos ad tam pernicioſum euitandum abuſum, eadē ſtatuta cũ infraſcripta moderatione in ſuo volentes robore perdurare, de fratrũ noſtrorum conſilio diſtrictius inhibemus, ne à ſeculari vel regulari [r] capitulo, collegio ſeu C conuentu [s] eccleſiæ cuiuſcunque, ceſſationes [t] ipſæ niſi vocatis omnibus (prout ſunt pro electionis negotio euocãdi [u]) &

QVanuis. } Sunt tres partes. Prima ponit in genere ius antiquum, & pro conſtitutione cauſæ ponit trãſgreſsionē ipſius. Secunda dat formã ceſſationibus ante factũ: ibi, Nos. Tertia ceſſationes aliter factas iubet nõ ſeruari: ibi, parte inſuper. Domi.

CASVS. Dictum fuit in ca. ſi canonici. ſ. e. tit. quã ſolennitatē debent obſeruare clerici in ceſſatione à diuinis indicenda propter iniuriam ſibi vel eccleſię illatã. Sed ponamus quòd aliqui canonici ſunt abſentes, & ſunt in loco propinquo in quo eſſent vocandi in electione facienda. nunquid etiã ſunt vocãdi in faciēda ceſſatione à diuinis? Reſpon. ꝙ ſic. Et iſte eſt vnus caſus in quo canonici abſentes ſunt vocandi pro negotijs capitularibus: licet regulariter ſoli præſentes ſunt vocandi. Alius caſus eſt in negotio electionis. Alij caſus ponuntur in cap. præſentium. j. de teſti. Sed quid ſi abſentes legitimè fuerint vocati, comparuerunt & deliberauerunt quòd offenſa erat ſufficiens ad inducendũ ceſſationem à diuinis. Quæritur quid debent canonici facere ante ceſſationem? Reſpon. ꝙ cauſam ceſſationis debēt in ſcriptis mittere illi iniurianti, & illum requirere vt ſatisfaciat pro iniuria commiſſa. Si autem non velit ſatisfacere, poterunt ceſſare à diuinis. Sed tunc ipſi ceſſantes & delinquētes debent mittere ad apoſtolicam ſedē. Nota caſum, in quo recipiuntur teſtes lite non conteſtata, & in abſentia partis. Not. primò arg. differentiam eſſe inter capitulum, conuentum, & collegium. de quo vide ſuprà de reſcrip. c. capitulum ſanctæ crucis. Nota ſecundò ꝙ paria ſunt non habere rem, vel per eum ſtare quo minus illã habeat. ſ. eo. lib. de elec. commiſſa in prin. No. tertiò ꝙ Papa referēs ſe ad collegium cardinalium, appellat eos fratres, & nõ filios. de quo ſupra e. lib. de offi. le. c. j. §. quod in fratribus. vbi gloſ. Dom.

D o *Innocentio tertio.* ſupra eod. irrefragabili. §. cæterum.

p *Gregorio decimo.* ſupra eod. tit. & lib. ſi canonici.

q *Irrationabiliter.* id eſt ſine rationabili & manifeſta cauſa, & illorum iurium forma non ſeruata.

r *Regulari.* reprobata eſt igitur opinio domini Guil. Durã. q no. ſ. e. ſi canonici. ꝙ decr. illa nõ habebat locũ in regularibꝰ, ſed ſolũ in ſecularibus: quia dicebat canonici, vt ibi dixi.

s *Conuentu.* intelligas quòd ſibi vendicet ius ceſſandi ex conſuetudine vel alio iure: vt ſupra eod. ſi canonici. in prin.

t *Ceſſationes ipſæ.* aliquatenus attententur: quod eſt infra.

Gloſ. ſeq. ponit opi. quam partim reprobat. dubium ſoluit, arguit & remittit.

u *Euocandi.* ſcilicet de prouincia. ſupra de elect. coram, vbi de hoc. & vij. quæſt. j. factus eſt Cornelius. In his autem vocationibus de qua remoto loco fiant, ſtatur conſuetudini: vt in ant. de elec. ca. cum inter vniuerſas. & ca. bonæ. ij. ſed an vocentur vel non, non ſtatur conſuetudini ſecundum quoſdam. quod nõ eſt verum per decr. infra de prębē. cum in eccleſijs, vnde credo quòd ſi in iſta eccleſia eſſet conſuetudo abſentes non vocari ad electionem, nec ad hanc ceſſationem vocari debebunt per hanc literam, quæ dicit, prout ſunt



ſunt &c. Et no. ex hac litera ꝙ in alijs tractatibus eccleſiarum quàm electionibus non debent vocari abſentes [a]: aliàs quare dixiſſet prout ſunt ꝓ electionis &c. & facit ad ea quæ no. x. q. ij. hoc ius porrectum. &. j. de teſti. præſentium.

*Abſentes non in omnibus caſibus ſunt vocandi.*

a *Deliberatione.* Not. caſum in quo procedere debet tractatus: ſic & in alienatione perpetua rerũ immobilium eccleſię infra de re. eccle. non ali. dudum.

*a Idē Do. notant ex gl. ꝙ vbi cõſuetudo diſponit in altero duorum caſuũ æquiparatorum, extēditur ad reliquũ: & pro iſto dicto eſt textus hic ibi prout ſunt. Font.*

b *Steterit.* ſi. ſupra e. lib. de elect. commiſſa. §. annis. & infra de præben. licet.

c *Extunc.* id eſt poſt ceſſationem.

d *Menſis.* quot dies cõputentur in mēſe: dic vt dixi. ſupra eo. lib. de elec. quam ſit.

Gloſ. ſeq. ponit cõueniētiam & differētiam ad c. cupientes.

e *Iter arripiant.* datur ergo dilatio ad iter arripiendũ: & poſtea tempus arbitrariũ ad ſe pręſentandũ. ſic ſupra c. lib. de elec. cupientes. Sed vnũ nota, quia in decretali cupientes, ſiue arripuerit iter intra mēſem, ſiue non, debet poſtea ire: & poſt tēpus arbitrarium expectatur per xx. dies. Sed hic ex quo non arripuit iter intra mēſem, habent locũ pœnæ debitę [b] nec poſt arbitrarium tempus expectatur.

*b Et nihilo minus ire tenetur, ſecundũ Arc. allega. ſuprà de dol. & cõtu. cũ dilect. & quod no. Hoſtië. j. de ſen. excom. cũ medicinalis. quãtum ergo ad deuolutionem partium nõ nocet ſi non fuerint tempora obſeruata. Ioan. And.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium & remittit.

f *Continuatis.* nõ credo ꝙ propter hoc cõpellatur omni die ꝓficiſci, & nunquam quieſcere. [c] Quis enim impius iudex arbitretur ꝙ per xl. diętas deberet venire nõ quieſcēdo: & hoc ꝓbatur dũ dicitꝰ q̃ citò poterunt. Et illud dicimur poſſe quod poſſumus de iure & cõmodè. xxij. q. ij. faciat. ff. de ver. ſig. nepos ꝓculo. & de hoc dixi ſ. de elec. cupiētes. in prima particula. ſup ver. cõmodè.

*c Dicitur enim aliquid continuum etiã ſi ſit interuallũ ibi de cõſ. diſt. v. ſint tibi. alle. Arch. quòd de aqua cotidiana dicit lex in l. j. §. ij. & iij. ff. de aqua coti. & not. de cau. poſſeſ. cum eccleſia. in gl. ex hoc. Ioã. And.*

deliberatione [a] habita diligēti, ac epiſcopo aliòue quocũque clerico ſiue laico (cuiuſcunque dignitatis, præeminētiæ, conditionis aut ſtatus exiſtat) propter cuius iniuriam vel offenſam eadem videtur ceſſatio facienda, poſt prædictas vocationem & deliberationem de ceſſando habitam requiſito, quòd irrogatam iniuriam vel offenſam emendet: aliquatenus attententur. Neque tunc etiam ſi emendam inde habuerint, vel per eos ſteterit [b] quo minus habeant competentem. Si autem præmiſsis ſeruatis, capitulum, collegium, vel conuentus alicuius eccleſiæ ad ceſſationem eandem duxerint procedendum: extunc [c] intra vnius mēſis [d] ſpatium pars vtraque, videlicet ij qui ceſſant, & illi etiam propter quorum factum à diuinis ceſſatur (niſi ſuperueniente concordia inter eos ceſſatio illa ceſſet) iter arripiant [e] per ſe vel per procuratores idoneos, C cum munimentis & actis ad negotium ipſum ſpectantibus, ad ſedem Apoſtolicam veniendi: & cõtinuatis [f] diætis quàm citò commodè poterunt, ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent: vt partibus [g] præſentibus, aut vna præſente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud ſedem eandem: pars quæ culpabilis inuenta fuerit in præmiſsis, præter alias pœnas à dictis canonibus inſtitutas, ſi Romano pontifici videbitur expedire, pœna docente [h] cognoſcat quantum exceſſerit, quæ ceſſationi factę rationabiliter cauſſam dedit: vel quæ ſine rationabili & manifeſta [i] cauſa ceſſauit. Parte inſuper à diuinis ceſſante, ſupraſcripta tam in ceſſando [k] quàm in veniendo ſiue mittendo [l] ad ſedem Apoſtolicam non ſeruante, non ſeruetur B ceſſatio: ſed ea non obſtante (vt priùs) in ipſa eccleſia celebretur.

g *Partibus.* quarum aſſertione panduntur merita cauſarum. ſuprà de in integ. reſtitu. tum ex litteris.

h *Pœnæ docēte.* xxxviij. di. q ea. de offi. leg. niſi ſpecialis. in an.

i *Et manifeſta.* ſupra eod. irrefragabili.

k *In ceſſando.* ſcilicet vt vocentur abſentes, deliberent & requirant priuſquam fiat ceſſatio.

Gloſ. ſequens colligit. x. quæ præcedunt ceſſationem, & tria quæ ſequuntur.

l *Mittendo.* ſ. iter arripiendo intra menſem, & diætas prout cõgruè poterant cõtinuando. Nota igitur in ſumma ad hoc quòd fiat ceſſatio, neceſſe eſt hæc interuenire. Primò ꝙ qui ceſſant, hoc habeant de conſuetudine vel alio iure vt ceſſare poſſint. Secundò quòd vocentur abſentes ad tractãdum de ceſſatione. Tertiò quòd tractent. Quartò ꝙ de ceſſando deliberent. Quintò ꝙ ſit manifeſta offenſa propter quã ceſſant. Sextò quòd ſi rationabilis. Septimò quòd ante ceſſationē inſtrumento publico vel patentibus literis authentico ſigillo munitis, cauſam ceſſationis exprimant. Octauò illud inſtrumentũ vel litteras tradant ei contra quē ceſſant. Nonò quòd requirant illum qui emendet competenter iniuriam vel offenſam propter quam ceſſare volunt: quod ſi non fecerit [d], tunc locum habet ceſſatio. poſt ceſſationem

*d Ecce decimũ. Ioan. And.*

A pars vtraque debet arripere iter ad ſedem apoſtolicam intra menſem per ſe vel per procuratores ſufficienter inſtructos, ex tunc continuatis diebus habet tēpus arbitrarium quo cõmodè poſsit ire. Omnibus his non ſeruatis, nõ ſeruetur ceſſatio: & habeant locum pœnę ſ. eod. tit. & lib. ſi canonici. & pręter illas arbitraria ſummi pontificis: vt hic.

## Idem.

*Primò ponit conſtitutionem de bonis dignitatum vel eccleſiarum vacantium, non occupandis per eos ad quos collatio vel cuſtodia pertinet: niſi de ſpeciali iure id eis competat: & contra facientibus pœnam imponit. Secundò oſtendit de quibus bonis intelligatur: cum de ſpeciali iure id alicui competit. Tertiò decreta. quia ſæpè. ſuprà eod. lib. de elect. dicit non eſſe correctam. Ioannes Andreæ.*

### CAPIT. IX.

PRæſenti prohibemus edicto, ne epiſcopi vel eorum ſuperiores [m], aut abbates, ſeu quiuis alij regulares C vel ſeculares prælati, aut eccleſiaſticæ [n] quæcunque perſonæ, vacantibus [o] dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, vel eccleſijs quibuſcunque [p] ſibi ſubiectis, ſeu ad collationem [q], ordinationem, præſentationē, vel cuſtodiam [r] pertinentibus: eorundem bona (morientibus eorum rectoribus vel miniſtris) in ipſis inuenta, ſiue vacationis ipſorum tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorũdem expendi, vel futuris debēt ſucceſſoribꝰ fideliter reſeruari [s]: occupare,

PRæſenti. } Partes patent. Prima ſic diuiditur in prohibitionē, & exceptionē & pœnã. Secunda ibi, Niſi. Tertia ibi, alioquin. Ioa. And. CASVS. Aliquis obtinet beneficium in eccleſia. plura bona ex fructibus prouenientia ſui beneficij, reſeruauit: & ipſe dimiſit ea bona. Certum eſt quòd iure communi ſui conſanguinei non ſuccedunt ab inteſtato, nec etiam poteſt ipſe teſtari de huiuſmodi bonis. Sed vtrum fiſcus vel epiſcopus erit eius hæres? Reſpondet ꝙ non: ſed in iſto caſu fiſcus erit ſua Eccleſia. ideo illa bona debēt cuſtodiri & reſeruari futuro ſucceſſori in illa eccleſia. Idē eſt in canonicis eccleſiarũ cathedraliũ & collegiatarũ. & iſtud verũ niſi aliud habeat conſuetudo. Nota primò ꝙ appellatione rectorum cõprehenduntur etiã habētes dignitatem vel perſonatum ſiue prioratum. Not. ſecundò quòd cõſuetudo poteſt diſponere quòd fructus obuenientes tēpore vacationis beneficij, applicentur alteri vſui quàm eccleſiæ. de quo in extrauagãti. Ioa. xxij. ſuſcepti. Domi.

*c Principiũ iſtius c. procedit etiã ſi iſti ſucceſſores poſſent reuocari ad clauſtrum: quia nihilo minus debēt habere fructus perceptos tēpore vacationis quos cũ epiſcopi nec abbates eis detinere poſſunt, multo minus alij habētes ius in eccleſia. Phil. Font.*

m *Superiores.* archiepiſcopi vel patriarchæ. ADDITIO. Dicit hîc Archi. quòd inter archiepiſcopũ & metropolitanũ eſt D differentia. alle. xxj. diſtin. c. j. poſt prin. & in auth. de priuileg. archiepiſcopi. col. ix. in prin. ibi, non ſolum metropolitanus, ſed etiam archiepiſcopus. Si autem habetur illa rubrica poſt titu. de ſan. epiſc. quæ non legitur, nec gloſſatur. Ioan. Andreæ.

n *Eccleſiaſticæ.* in ſecularibus non poſſet habere locum pœna inferius poſita. Ioan. And.

o *Vacantibus.* vacare etiam dicuntur ſi ſint manualia nõ de menſa, ſed habentia bona diſcreta: & in his locum habet hęc conſtitutio: vt in cle. de ſupplen. negl. præla. quia regulares. quæ determinat quod hic Archi. prolixè no.

*Vacare dicuntur beneficia, licet ſint manualia.*

p *Quibuſcunque.* in hoc differt à decre. quia ſæpe ſuprà eod. lib. de elect. vt patet. j. in fine.

q *Collationem.* inter hęc & ſequentia magna eſt differētia. j. de præben. cum in illis.

r *Cuſtodiam.* ſuprà e. lib. de elect. generali. & lxiij. diſtin. ſi in plebibus. de inſti. cum veniſſent. de appel. bonæ. in an.

Gloſ. ſeq. primò dicit per quem ſeruentur, & remittit. ſecũdò notat ad quæſtionē in qua diſtinguit cum Hoſti. & Gar. inter clericum adminiſtratorem & ſimpliciter beneficiatũ.

ſ *Reſeruari.* per œconomũ ſi eſt in eccleſia: vel eũ qui cuſtodiã habet. quod dic vt dixi. ſ. de elect. quia ſæpe. ⸿Dic quòd etiam

etiam monaſterio vacāti dare poteſt epiſcopus: vt dicit hic Arch. per decre. cū vos ſupra e. & per ea quę no. Inn. & Hoſ. de ſta. mo. ea quę. §. ſi verò. verſ. ꝙ ſi abbas. & vide quod ibi dixi ſuper verb. prouideatur.} Et not. ꝙ dicit reſeruari. per hoc enim videtur ꝙ de illis non poſſint decedentes teſtari. de hoc no. Gar. de rebus eccl. nō alie. hoc conſultiſſimo. & diſtinguebat (prout diſtinxerat Hoſt. ſupra de pecu. cle. ſi quis ſane.) inter clericū habentem adminiſtrationē, & non habentem. nam clericus habēs adminiſtrationē, quamdiu viuit & ſanus eſt, dare poteſt, moderate tamen. ſ. de don. cęterū. comparatur enim vſufructuario: quia eius ius morte finitur: ſicut vſufructuarij: vt in præ. decre. ſi quis ſane. & ſupra de dona. cōſultationibus. ſ. de pig. c. vlt. inſti. de vſu fru. §. finitur. poteſt ergo dum viuit, voluntatem ſuam facere, dummodo moderate donet. Cùm incipit infirmari [a], comparatur vſuario, & ita nihil habet niſi vſū tantum: eleemoſynā tamen facere poteſt. ſ. de teſta. ad hoc. teſtari non: eo. tit. cum in officijs. cū ſi. Si verò ſit clericus non habens adminiſtrationē, ſed perſonaliter & ſimpliciter beneficiatus, & in vita & in morte cōparatur vſufructuario quantum ad faciēdum fructus ſuos, & de ipſis poteſt teſtari: eccleſia tamen ſuccedit ei in iſtis ſi decedat ab inteſtato. ſupra de teſta. relatum. probatur ſatis iſta diſtinctio. ſupra de teſta. requiſiſti. §. illud. & conſuetudo generalis quaſi vbique eam approbat. Et quod dictum eſt de clerico ſimpliciter beneficiato quòd facit fructus ſuos, intelligendum eſt de perceptis & reconditis. alij verò per iura allegata ad eccleſiam pertinebunt.

*a Quibuſdā legiſtis videtur quòd hoc ſit incidere in legē fuſiam Caniniā: quæ permittebat dare libertates in vita, non in morte: hodie ſublatā. inſti. de lege Fu. Ca. Sed illud in domino, hoc in prælato, vel adminiſtratore qui dominus non eſt, ſed procurator. de do. ca. 1. vt ad oppoſitū de inſtātiā per id quod no. ſ. de ſepul. in. 1 gl. & quod ibi dixi. Ioan. And.*

aut in vſus ſuos conuertere quoquo modo præſumant: Niſi de ſpeciali priuilegio [a], vel cōſuetudine iam præſcripta legitime [b], ſeu alia cauſa [c] rationabili hoc eiſdem competere dinoſcatur. Alioquin epiſcopi & eorum ſuperiores ab ingreſſu eccleſiæ [d]: cæteri [e] verò ab officio & beneficio [f] tandiu eo ipſo nouerint ſe ſuſpenſos, quouſque [g] reſtitutionem [h] fecerint de prædictis. Porro [i] vbi
B
ex priuilegio vel conſuetudine, ſeu alia de cauſa rationabili, ſibi aliquis prædictorum aſſerit bona competere ſupradicta [k]: hoc de illis bonis ſolum debet intelligi, quæ ſolutis debitis [l] ſi qua ſint, & iis quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus, & miniſtris ac incumbentibus oneribus [m] vſque ad nouos reditus ſupportandis congrue reſeruatis, ex ipſis reperta fuerint ſupereſſe. [n] Sane conſtitutioni quā ſuperius ſpecialiter edidimus [o] contra capitula, collegia, conuentus, ſeu ſingulares [p] perſonas, bona cathedralium vel regulariū aut collegiatarum eccleſiarum vacantium [q] occupantes, per conſtitutionem præſentem (quam in dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, & eccleſijs alijs locū habere cenſemus) nolumus in aliquo derogari. [r]

DE MAIORITATE
& obedientia.

Bonifacius octauus.

*Capitulum, vel is ad quē adminiſtratio pertinet vacante ſede, eos abſoluet quos abſoluere poſſet epiſcopus ſi viueret: niſi à ſede apoſtolica id fuerit interdictum. Io. And.*

CAP. VNIC.

EPiſcopali ſede vacā-

a Priuilegio. ſupra eod. lib. de reſcri. ſi propter. infra de præbend. ſi tibi conceſſo. & ſupra de verb. ſignifi. cap. penult.

b Legitime. xl. ann. ſpatio. ſupra de conſuet. cap. vlti. ADDITIO. Archid. remittit ad cap. nullus. ij. j. q. j. & x. q. iij. quia cognouimus. viij. q. ij. ſeruiturum. & infra de præſcrip. ca. j. & pro ſumma circa præſcriptionē remittit. xvj. q. iij. in ſumma. Ioan. And.

c Alia cauſa. puta onere impoſito in fundatione. xviij. q. ij. Eleutherius. & c. ſeruitiū. ſupra de iure patro. præterea. vel ſtatuto: vt in præd. decre. quia ſæpè. ADDITIO. Quod dixi poſt Hoſt, vt eccl. bene. c. vnico. ſuper verſi. iuſta cauſa. quod hic ponit Archid. Ioan. And.

d Eccleſiæ. ad idem. ſupra eod. lib. de offi. deleg. c. ij. & ſi ſic ſuſpenſus celebraret in eccleſia, irregularis eſſet: vt infra de ſenten. excommu. is cui. ſecus ſi extra eccleſiam, vt ibi dicam.

e Cæteri. inferiores epiſcopis.

f Ab officio & beneficio. dic quibuſcūque: vt ſuprà de elect. quia ſæpe. non ſic in caſu. ſupra eo. lib. de elect. cupientes. §. cæterum: & cap. ſi compromiſſarius. in fi. & eſt ratio, quia hic ab officio ſuſpenſus eſt, ibi non: vt dixi in prædicta decre. quia ſæpe.

*Suſpenſus non ſemper indiget abſolutione.*

g Quouſque. facta ergo reſtitutione, nō erit neceſſaria aliqua abſolutio: vt no. Io. lxxxj. diſt. ſi qui. & xvj. q. vij. ſi quis deinceps. & Ber. de matrimo. cōtract. con. interdic. eccle. de muliere. ADDITIO. Vide quod not. in clement. j. de decimis, in gloſ. ſic ſuſpenſi. Ioan. And.

*Cautio non ſufficit vbi ius requirit reſtitutionem.*

h Reſtitutionem. & ſic non ſufficit cautio. Idem Archid. iam enim hic fuiſſet expreſſum. ſic infra de vſuris. cap. ij. ad hoc. ſupra de deci. ad audientiam. ſi. ſupra de verb. ſigni. ex parte. infra de ſenten. excommu. venerabilibus. §. ſane. & facit. ſupra de re iudica. cum aliquibus. ff. de pigno. ac. l. nō eſt Ioan. And.

i Porro. ſumptum fuit hoc de eo quod not. Hoſt. ſuprà de verb. ſignifica. c. penult.

k Supradicta. ſcilicet dimiſſa tempore mortis, & obueniē-
A
tia tempore vacationis.

l Debitis. ad quæ remanet eccleſia obligata, & ſucceſſor ſicut hæres filius ad paterna: vt ſuprà de ſolu. cap. j. ſic etiam dicit lex ꝙ ſi mulier dedit bona ſua in dotem, dediſſe videtur quod ſupereſt deducto ære alieno. ff. de iure dot. l. mulier. & bene debent prius ipſius eccleſiæ debita ſolui: quia agris eius ſitientibus alios irrigare nō debet. C. de ſerui. præſes. ADDITIO. Et facit ad ea quæ ſcripſi poſt Hoſtien. ſupra de arbitr. dilecti. in princip. & de ver. ſignifi. cùm inter. ſuper. iij. gloſ. Ioann. Andreæ.

*Charitas bene ordinata incipit à ſe.*

m Oneribus. fabricę, hoſpitalitatis, receptionis legatorum, & nūtiorum ſedis apoſtolicæ, & reliquis ſimilibus. xxj. quæſt. j. cap. j. & ſ. de prębēd. de monachis. de pręſcriptio. accedentes. de cenſib. cum inſtantia.

n Supereſſe. hodie dic vt in conſtitutione Io. xxij. quæ incipit, ſuſcepti regiminis.

o Edidimus. ſ. e. lib. de elect. quia ſæpe.

p Singulares perſonas. ipſarū eccleſiarū: de quibus loquitur decr. quia ſæpe.

q Vacantium. principali prælato: vt ibi dixi.
C
Gloſ ſeq. quærit & ſoluit.

r Derogari. ſed in quo poterat derogari? Sol. In eo quòd hic reſeruantur cōſuetudines, ſtatuta, & priuilegia: ibi verò reprobantur: & ex hoc forte crediſſet aliquis derogatum fuiſſe. ADDITIO. Et ideo tam varie, quia ibi læditur caput per membra: hic econuerſo: & capitis læſio grauior eſt. ſupra de accuſat. qualiter. ibi, ne cōcuſſis & c. ij. quæſt. vij. ſicut ij. Ioan. Mona. Vel abſurdum eſt quòd filius in parentē, vel ſubditus in prælatum vel ipſius res habeat poteſtatē. de ma. & obedien. cum inferior. plus vrget ratio ibi not. in. j. gloſ. Ioann. Andreæ.

*Læſio capitis grauior eſt quàm membrorū.*

DE MAIORITATE ET
obedientia.

Superius dictū fuit de varijs & diuerſis prælatis, ſiue magiſtratibus, verum quia inter ipſos iudices ſiue magiſtratus quidam ſunt maiores, quidam minores: qui minores debent maioribus obedientiam: ideo poſt rubricas præcedentes ponit rubricam de maioritate & obedientia.

*Cōtinuatio domini Hel.*

D
EPiſcopali ſede.} Ponit dictum, à quo excipit: ibi, Niſi. Ioan. And. Edita fuit ad declarationē eorum quæ not. ſupra eodem, ijs quæ. [b] Et reprobat quod tenebat Goffredus ſupra ne ſe. va. illa. Ioan. And. ADDITIO. Et de hoc Guil. nil approbans in Spe. ne ſe. va. in fine. Ioan. Andr.

*b Et licet illa decret. non in epiſcopo ſed in cardinali loquatur: dicit Ioan. Mo. papam ſibi reſpondiſſe quòd Cardinales, in ſuis eccleſiis habent ius epiſcopale. Et vide quod dixi poſt Inno. de capel. mo. dilect. in gl. vbi ſit hoc ius. Ioan. And.*

Præſupponendum eſt primò pro intellectu huius cap. illud quod habetur in cap. ſi epiſcopus. xj. quæſtione iij. videlicet quòd mortuo epiſcopo ſucceſſor eius poteſt abſoluere excommunicatos à prædeceſſore ſuo mortuo: & ſic cùm illud. c. nō loquatur de alijs, videtur eis interdixiſſe ne poſſint abſoluere. & iſta fuit ratio dubitandi ad iſtud cap. Secundò præſupponēdum eſt illud quod habetur in cap. cum olim. eodem titulo in anti. videlicet quòd vacante ſede epiſcopali, capitulum ſuccedit in iuriſdictione, ita quòd poteſt per ſe examinare cauſas. CASVS. Epiſcopus Pictauenſis vel eius officialis Titium excommunicauit propter ſuam contumaciam: vel Titius incurrit ſententiam excommunicationis propter leuem iniectionem manuum in clericum, antequam Titius eſſet abſolutus, epiſcopus Pictauen. eſt mortuus. forte prouiſio eccleſiæ differtur, & Titius excommunicatus petit abſolutionem: vtrum capitulū quod ſuccedit loco epiſcopi, poterit eum abſoluere? videtur quòd non: per dictū cap. ſi epiſcopo. vndecima quæſtione tertia. Hoc



Hoc tamen non obſtante Rom. pon. hic decidit cōtrarium, dicens quòd ſicut epiſcopus ſi viueret, poſſet Titium abſoluere: ſic etiam capitulum quod eſt loco epiſcopi, poterit iſtū Titium excommunicatum abſoluere per ſe vel alium. Idem eſt dicendum de alio cui deputatur eccleſia ſede vacante: puta ſi eccleſiæ vacanti papa deputauit aliquem. Nec obſtat illud cap. ſi epiſcopus. quia illud c. non negat quin deputatus à papa vel capitulum quod ſuccedit, poſſit abſoluere. Vel dicendum ſecundum glo. ꝙ capitulum vel ille deputatus à papa dicitur ſucceſſor. & ſic cōtinetur ſub illo. c. ſi epiſcopus. No. primò ex hoc textu ꝙ vacante eccleſia cathedrali capitulū ſuccedit epiſcopo in adminiſtratione iuriſdictionis epiſcopalis. Nota ſecundò magis ſpecifice ꝙ capitulum ſede vacante poteſt abſoluere illos excommunicatos quos epiſcopus cuius capitulum vices gerit, poſſet abſoluere: & ſic capitulum ſede vacante tantam habet poteſtatem reſpectu abſolutionis, quantam habet epiſcopus viuēs. & capitulum in hoc ſuccedit ipſi epiſcopo. Abſoluere enim ab excommunicatione dependet à iuriſdictionali poteſtate, & non ordinis, vt dicit hic Do. No. tertiò quòd epiſcopus regulariter poteſt abſoluere de omni excommunicatione, niſi in caſibus papę reſeruatis. c. nuper. ſupra de ſenten. excommuni. No. finaliter quòd capitulum eſt capax iuriſdictionis. ſuprà in anti. de offic. ordi. ca. irrefragabili. de fo. compe. c. cum cōtingat. Habes etiam ex hoc text. ibi, Seu is ad quem. quòd iuriſdictio epiſcopalis poteſt etiam ad alium deuolui quàm ad capitulum ſede vacante ſecundum Dom.

*Capitulū ſede vacāte abſoluit excommunicatos.*

*a Gl. declarant Phil. Do. procedere in defectū iſtorū hic nominatorū: ſed excōmunicatos ab archidiacono ſuo poteſt indiſtincte abſoluere. ix. q. iij. nullus primas. Vō.*

*Abſoluere poteſt epiſcopus à qualibet excōmunicatione iuris, ſi nō ſit reſeruata papæ.*

te [a] poteſt capitulum, ſeu is ad quem [b] epiſcopalis iuriſdictio [c] tunc temporis [d] noſcitur pertinere, iis quibus poſſet epiſcopus ſi viueret, ab excommunicationis ſententia, ſiue iuris [e] ſiue hominis [f] fuerit, abſolutionis beneficium impertiri [g]: Niſi ei [h] fuerit à ſede [i] apoſtolica ſpecialiter interdicta poteſtas.

DE PACTIS.

Bonifacius octauus.

*Monachi habentes liberam à ſede apoſtolica ſepulturam, ſi paciſcuntur de non recipiendis aliquibus vel certis parochianis eccleſiæ alicuius, ſeruare compelluntur pactum: nec illos ſepelire poterunt licet apud eos elegerint ſepeliri, cum per pactū priuilegio renunciauerint. Ioan. And.*

CAPITVLVM I.

PActum cū rectore parochialis eccleſiæ factum à vobis ne aliquos vel certos [k] ipſius eccleſiæ parochianos recipiatis ad eccleſiaſticam ſepulturā, omnino ſeruare debetis: Quanquam ſepultura libera [l] ſit monaſterio veſtro ab apoſtolica ſede indulta: & illi apud vos elegerint [m] ſepeliri:

a Vacante. idem ſi epiſcopus à paganis vel ſchiſmaticis captus eſſet: vt ſupra eod. lib. de ſup. negli. præla. ſi epiſcopus.

b Is ad quē. puta viſitator datus à papa. ſupra. eo. lib. de elec. is cui. vel ab archiepiſcopo in caſu. ſupra eo. lib. de ſup. neglig. præla. c. vlt. vel electus ad hoc per capitulum.

c Iuriſdictio. Circa temporalia & ſpiritalia: vel ſaltem circa ſpiritalia: vt ſuprà de tempo. ordi. cum nullus. c. lib. ADDITIO. Vnde in multis eccleſiis Gallicanis reges ex regalia vēdicant ſibi iuriſdictionem temporaliū. ſupra eo. lib. de elec. generali. & certis dignitatibus competit ex ſpeciali iure adminiſtratio ſpiritalium. facit quod dixi. ſupra eod. lib. de offic. leg. ca. penult. ſuper gloſ. aduerte. Ioan. And.

d Tunc temporis. vacante ſede.

*b Dicit Io. Mon. quòd in caſu illius decret. et quolibet alio in quo epiſcopus habet generalem delegatam iuriſdictionē, in illa ſuccedit capitulum. alle. j. de præben. ca. 1. in fi. vide q̄ dixi in præ dic. decr. ad abolendā. ſuper vlti. glo.*

e Iuris. à qualibet iuris excommunicatione abſoluit epiſcopus ſi abſolutio non ſit ſummo pontifici reſeruata. ſuprà de ſententent. excō. nuper. & dixi ſupra eo. lib. de elect. ſciant cuncti. ADDITIO. An abſoluat illos qui leuiter percuſſerunt clericos, not. hic Archid. quòd ſic: & ponit id quod dixi de ſent. excom. peruenit. Ioan. And.

f Hominis [a]. puta ipſius epiſcopi mortui, vel ſui vicarij, vel delegati: quod dic vt ſuprà in ant. de offic. dele. prudentiam. vel inferioris prælati. Vel dic vt ſuprà de offic. ordi. cum ab eccleſiarum.

Gloſ. ſeq. ponit quorum hęc opin. erat. & contrariam Gof. & reſpondet ad capitulum per quod mouebatur.

g Impertiri. hoc tenebant Hug. Vin. Ber. & Hoſtiē. Sed Gof. contra. per. c. xj. q. iij. ſi epiſcopus ante dānati. vbi dicebatur quòd mortuo epiſcopo debebat ſucceſſor excommunicatum à prædeceſſore abſoluere. vnde dicebat quòd capitulū id non poterat. Sed falſum eſt: vt hic vides. ad hoc ſuprà de hæret. ad abolendam [b]. ſupra eo. cum olim. ſupra eod. lib. de ſup. neg. præla. ca. pen. & vlt. j. de inſtit. ca. ij. cum ſi. Ad illud ca. ſi epiſcopus. dic quòd ibi dicitur, quòd ſucceſſor poterit illum abſoluere: ſed non ibi dicitur quòd epiſcopus hoc ſolum facere debeat: & poteſt etiam dici capitulum vel viſitator vel ſucceſſor: cum in iuriſdictione ſuccedat, vt per iura ſuperius allegata probatur.

*c Idē Archi. qui etiā alle. C. de ſacroſanct. eccl. l. omni nomatione. Ioan. And.*

h Ei. ſcilicet capitulo, vel iuriſdictionem epiſcopalem habenti.

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem.

i Sede apoſtolica. non credo inferiorem hoc poſſe [c]. Et facit quod dixi. ſupra de ſupplen. neglig. præla. c. vlt. & in aut. de defen. ciui. §. interim. col. iij. & dixi ſuprà tit. proxi. ca. j.

A
DE PACTIS.

Dictum fuit ſuprà de iudicibus & magiſtratibus, nunc verò eſt videndum de iudiciis. Verum quia partes litigātes in iudiciis, timore iudiciorum conueniunt & paciſcuntur inter ſe: ideo Rom. pont. volens nos informare de iſtis conuētionibus, pręmiſit rubricā de pactis. No. tamen differentiā eſſe inter pacta & trāſactiones: quę his verſibus colligi poteſt. Incerta de re tranſactio dicitur eſſe. Sed ſunt certæ pacta fauore rei. vide. l. j. ff. de tranſact.

PActū.} Primò ponit dictū. Secundò ſoluit obſtaculū: ibi, Quāquam. Tertiò rationem ſubdit ibi, Cum per. Ioann. An. Emanauit ad declarationem eorum quæ no. Inno. & Hoſti. infra de ſepul. ca. j. Ioan. And. Quidam intelligūt quòd iſtud pactum de quo in litera, fuit conceſſum poſt priuilegium. alij intelligunt quòd fuit factum ante priuilegium. CASVS ſecundum primum intellectum ſic figuratur, Aliqui religioſi qui habebant ſuum conuentum intra limites meæ parochiæ, à ſede apoſtolica impetrauerunt priuilegium ſepeliendi quoſcunque eligentes ſepulturam apud ipſos: quia de iure communi non poſſent illos recipere ad ſepulturam. Poſtea tractu temporis orta lite inter religioſos & me rectorem ſuper iure ſepulturæ: quia dicebam ego priuilegium eorum non valere: finaliter cōuenimus inter nos: & deuenimus ad iſtud pactum, ꝙ decætero ipſi non reciperent homines talis domus ad ſepulturam: alios verò ipſi poſſent recipere. nunc in dubium reuocatur an valeat tale pactum? Reſpondet quòd
C
ſic. nam per pactum fuit derogatum priuilegio: ideo ſecundum tenorem pacti tenetur recedere à priuilegio ſuo. Secūdum alium intellectum caſus ſic figuratur, retēto eodem themate. Religioſi & ego fecimus tale pactum ꝙ ipſi non reciperent homines talis domus ad ſepulturam. poſt impetrauerunt reſcriptum & priuilegium vt ipſi quoſcunq; poſſent recipere ad ſepulturam: & in impetratione ſua nullam fecerunt mentionem de pacto inter nos inito & facto. vtrū per illud priuilegiū derogetur pacto noſtro? Reſpondet ꝙ non. ideo priuilegiū ipſorum non ſeruabitur quo ad homines contentos in noſtro pacto. & ſi contra fecerint, & aliquē recipiant ad ſepulturam: tenebuntur reſtituere corpora vnà cū emolumentis inde perceptis. No. primò ꝙ ſolæ eccleſiæ parochiales habent ius ſepulturæ reſpectu aliorum eligentium ſepulturas: nā ius ſepulturæ eſt de iure parochiali: vt tenet Do. ſuper rubr. de parochi. in anti. Et ſic eſt limitatio ad cap. j. de ſepul. in ant. vbi dicitur ꝙ liberū eſt cuiq; eligere ſepulturā vbi voluerit. nā illud eſt intelligendū: dum tamen ille locus habeat ius ſepulturæ de iure cōmuni, vel per priuilegiū apoſtolicū. No. vlterius principalē effectū huius ca. ſecundum vnum intellectum, videlicet ꝙ ſi religioſi ex priuilegio habeāt liberam ſepulturā: poſſunt priuilegio ſuo
D
renunciare in toto vel in parte. Not. inſuper ſecundū alium intellectum ꝙ ſi inter religioſos & rectorem alicuius parochiæ, intra cuius limites ſunt ipſi religioſi, fuerit factum pactum ſuper iuribus parochialibus: & religioſi poſtea impetrāt priuilegiū generale: per illā generalitatē nō derogatur pacto ſpeciali. pro hoc facit. c. ex multiplici. de deci. in anti.

*Sepulturæ ius regulariter pertinet ad ſolas eccleſias parochiales.*

Pactum. Quid ſit pactum, habes. ſ. de verb. ſig. pactum.

k Certos. puta maſculos vel tales de tali domo. ADDITIO. Archi. alle. de conſe. diſt. j. certū. dicit. Io. Mo. ꝙ per primum pactum abrogatur priuilegium. per hoc ſecundū illi derogatur. ff. de verb. ſig. derogatur. Ioan. And.

Gloſ. ſequens reci. per obie. & ſolutionem.

l Libera. hoc inducebat dubitationem: ex quo enim habebant liberam, videbatur quòd omnes ſepeliri poſſent non obſtante pacto: ſed non eſt verum [d]. Sicut & ille qui liberam habet, non donat: vt ſupra eo. lib. de offic. vica. c. vlt. & de elec. is cui. cum ſimilibus. & C. de inoff. teſta. ſi quādo. in prin. & eſt ratio huius ca. quia per pactum priuilegio renunciauerunt, vt ſequitur.

*d Vnde nō poſſet per illud priuilegiū ſepelire illos quibus eſt interdicta ſepultura: de quibus not. de ſepultu. ex parte. ſecūdum Arch. alle. l. ſi quādo, & de priuileg. vt priuilegia. Ioan. And.*

m Elegerint. quod poterant etiam ſi minus religioſus eſſet locus electus quàm dimiſſus: vt j. de ſepul. ca. ij. in fin. ſed ex virtutę

Universidad de Deusto Biblioteca



virtute pacti huiuſmodi electio prædicta caret effectu. Et nota quòd licet tale pactum inter eccleſias initū valeat [a], nō tamen valet pactum quod parochianus promittit, vel obligat, vel iurat ſe ſepulturam electurum, vel electam non dimiſſurum infra de ſepul.c.j.ad hoc.ſupra eod. plerique.

*a Etiā ſine auctoritate ſuperioris. & ſi monachi lædantur, non reſtituuntur. Philip. Do. Font.*

Gloſ.ſeq.concludit per locū à diuiſione. a Derogetur. ſi pactū ſecutum eſt priuilegiū, non eſt dubium quòd non obuiat priuilegium quo ad illa quibus derogatū eſt per pactū. [b] & eſt caſus. ſ. de præſcri. cū olim. Si autē priuilegiū ſecutū fuerit cōpoſitionē, nō valuit contra compoſitionē, ex quo in illo facta non fuit inde mētio: vt ſuprà de deci. ex multiplici. omni ergo caſu ſeruādum eſt pactum.

*b Quod facile fieri poteſt hoc caſu:cū per id redeat res ad ſuam naturam. 35. diſt. ab exordio. Ioā. And.*

*† Do. à cōtrario not. ar. quòd iuramentum non eſt ſeruandum ſi peccetur venialiter.*

*Adde Lo. Ro. ſingul. ſuo.501.& l.ſi. in prin. ibi alleg. ff. ad muni. Font.*

Q Vānis.} Primò ponit dictum. Secundò rationē reddit ibi, Cum nō. Do. declarat no.in ſpecu. eod titu. in.j.col. vbi etiā datur forma per quam etiam ſine iuramento valere poſſet tale pactum. quod conſiliū Cy. attribuit Pet.de bel.per.in.l.pactū dotali.C.de col. vide etiam diſtinctionē quā ibi in ſpe.ſcripſi ſuper ver. & no.in fi.Io.And. Primò pro intellectu capituli habemus præſupponere illud quod dicitur in l.pactum. C. de col.videlicet quòd filia quæ nuptui tradebatur, dixit patri ſuo q pro omni ſua portione ſucceſsionis paternæ erat contenta ſola dote:& renunciauit omnibus aliis bonis. non valet tale pactum:quia eſt pactum de futura ſucceſsione: ideo iſta filia mortuo patre ſuo poterit venire ad ſucceſsionem cum fratribus, dum tamen ipſa conferat dotem. CASVS. Titius pater filiæ ſuæ dedit dotem ſufficientem: & fauore liberorum induxit ſuam filiam ad renuntiandum omni paternæ ſucceſsioni: ſed quòd eſſet contenta ſua dote. quid fecit iſta filia? nam ipſa bonis omnibus ſui patris renunciauit: & vlterius iurauit non venire contra iſtud pactum. poſtea pater eſt mortuus inteſtatus: filia vult admitti ad ſucceſsionē patris cum aliis liberis: an debeat admitti? Reſpondet Romanus pontifex quòd ex quo ipſa iurauit nunquam venire contra iſtud pactum, & iuramentum ſuum non eſt contra bonos mores, nec illicitum, quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: ipſa tenetur illud iuramētum ſeruare: & ideo ipſa debet eſſe contenta ſua dote: nec debet admitti ad ſucceſsionem cum aliis fratribus, etiam ſi ipſa vellet afferre ſuā dotem. Nota primò quòd quis non poteſt renunciare futuræ ſucceſsioni. Nota vlterius quòd filia non poteſt cū patre paciſci vt ſit contenta ſola dote ſibi data, vt renunciet alijs bonis patris. Nota inſuper quòd iuramentum præſtitum ſuper tali pacto non eſt illicitum: ideo eſt ſeruandum. Et ſciendum ſecundum Archi. quòd ponderari debet verbum omnino, hic poſitum: nam excludit diſpenſationem: ita quòd filia non poteſt habere relaxationem iuramenti ab epiſcopo.

b *Quanuis.* tolle, lex ciuilis improbet, quod eſt infra Ioann. And.

c *Contenta.* ipſa filia.

d *Improbet.* quia eſt de futura ſucceſsione, quæ ſiue ſit de ſuccedendo ſiue de non ſuccedendo: non valet ſecundum leges. Cod.de inoffic.teſt.ſiquando §.j. Cod. de pact. l. pactum quod dotali. & l. vlti. C.de col. l. pactum dotali.cū ſi.

e *Lex ciuilis.* prædicta. Cod.de col.l.pactum dotali. Sed mirum quare ſecundum leges non valet tale pactum: cùm ſecundum eas bene valet pactum ne pater filio ſuccedat.ff.ſi à parente.l.l. §. ſi parens? Solu. non ita debetur patri hæreditas filij, ſicut patris filio.ff.de inoffic.teſta. nam & ſi. vel verius non vi pacti ibi repellitur, ſed propter delictum: quia pretium emancipationis recepit: vt.C.de ope. lib. l.ſi quam. vel aliter vt not. in prædicta.l.pactum. ADDITIO. Et in præalleg. §.ſi parens. &.C. de inoffic. teſta. ſiquando. §. illud. Ioan. And.

*Pactum de ſuccedendo ſiue de non ſuccedēdo, non valet.*

f *Non vi.* an iuramentū per metū extortum obliget? dic vt no. Io. xxij.q.iiij.inter cætera.& xv. quæſt.vj. auctoritatem. & Ber.ſupra de iureiur.ſi verò.& ſuprà, quod me.cauſa. abbas. Iſta litera & ſupra de iureiu.cum contingat. & infra eo. lib.eo.tit.licet.faciunt pro illa opi.quòd non obliget. ADDITIO. Tene quod habes de iureiur.verum. Ioan.Mo.dicit hic quòd tenet: ſed agitur ad relaxationem. Ioann.Andr.

Cùm per dictū pactū indulto huiuſmodi derogetur. [a]

Idem.

*Pactum factum patri à filia dum tradebatur nuptui, quòd dote contenta nullū habebit ad bona paterna regreſſum, ſi iurauerit id ipſa filia, omnino ſeruare tenebitur. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

QVanuis [b] pactum patri factū à filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta [c] nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet [d] lex ciuilis [e]: ſi tamen iuramento non vi [f] nec dolo præſtito firmatum fuerit ab eadem, omnino ſeruari debebit [g]: Cū non vergat † in æternæ ſalutis diſpendium [h], nec redundet in alterius detrimentum [i].

Idem.

*Pacta inita per fratres prædicatores vel minores vel alios mēdicantes cum rectoribus parochialium eccleſiarum ſuper parochialibus iuribus, ſi facta ſunt per priores vel guardianos de conuentuum ipſorum locorum cōſenſu, (licet auctoritas ſedis apoſtolicæ non interuenerit, vel licentia prioris vel miniſtri generalis, aut magiſtri, vel prouincialis miniſtri, vel capituli prouincialis) ſeruanda ſunt: dummodo aliàs ſint licita & honeſta. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPIT. III.

QVia ex eo quòd fratres prædicatores [k], & minores, & alij mēdicātes [l], compoſitiones & pacta cum prælatis, capitulis, rectoribus, & perſonis eccleſiarum, ciuitatum, caſtrorum, villarū & locorum in quibus domus ſeu habitationes [m] eorum exiſtunt, ſuper iuribus parochialibus [n], vel alijs [o] quibuſcūq;

g *Seruari debebit.* approbata eſt ergo opinio Pla.not.in prædi. l.pactum.qui hoc dicebat. ſed Accur. ibi contra.per.l.C.de legibus & conſtit. non dubium. &.C.de nuptiis. authenti. quòd eis. ſignata ſuper. l. imperialis. ſed de turpi iuramento loquitur. Qua autē ratione ſecundū leges tenet contractus pubetis ſi iurauit, qui aliàs non tenet.C.ſi aduerſus venditionem.authenti.ſacramēta.eadem ratione tenere debet pactum iſtud iuratum.& idē in caſu. ſupra de iureiurādo, cum contingat.& vide quod ibi not. & infra eod.lib.eod.tit. licet. quæ concordat ad iſtam decret. non tamen multū faciūt. Et compelli debebūt per cēſuram eccleſiaſticam iudices ſeculares ad hoc ius canonicum obſeruandum; per prædictam decretalem, licet ad idem de ſententia excommunicationis, decernimus.

h *Diſpendium.* tunc enim obſeruandum non eſſet. vigeſimaſecunda quæſtione quarta per totum. & ſupra de iureiurand.ſi vero. etiam ſecundum leges: vt in præalleg. authen. Cod.de nup. authentic.quod eis. ff. de leg.j.ſi quis inquilinus.in ſi.

i *Detrimentum.* ſcilicet principale. ſecundario enim ibi poſſet detrimentum reperiri filiis vel viro, vel venientibus ab inteſtato vel ſimilibus perſonis.

*c Hoc non eſt verum ſi mater filiorum moriatur viuente auo: quia ſi tunc veniret iure ſuo dimater nō habuiſſet dotē. Phil. Vlteri' nota ex hac glo. q actus non dicitur in alterius detrimentū vergere, niſi principaliter fiat, itē ſecundum Do. Phi. nota iuramentum ad robur contractus obligare hæredem ſicut defunctū. Font.*

Q Via ex eo.} Secundum Ioann. Mona. Primò ponit factum. Secundò illud decidit ibi. Nos. Ioann. Andreæ. CASVS. Orta lite inter me rectorem eccleſiæ parochialis, & quoſdam mendicantes ſuper iure ſepulturæ, vel alio iure parochiali, accidit quòd conuenimus inter nos cum guardiano vel priore cum conſenſu fratrum illius conuentus: & fecimus pactum inter nos: tamen non interuenit conſenſus & auctoritas generalis ordinis vel prouincialis. vtrum religioſi iſti mendicantes poſſint reſilire à pacto, eo quòd non interuenit conſenſus ſui generalis: vel ex eo quòd iſta pactio non fuit approbata in capitulo generali? Reſpondet Romanus pontifex quòd non: ſed ex quo interuenit conſenſus guardiani vel prioris & fratrum illius conuentus, debet ſeruari tale pactum quantum ad illum conuentum. Nota primò quòd prædicatores præponuntur minoribus, de quo hic in gloſſ. Nota ſecundò quòd religioſi debent abſtinere ab ijs per quæ daretur alijs malum exemplum, aut detraherentur. Domi.

k *Prædicatores.* hi præponuntur: quia antiquior ipſorum inſtitutio, ad idem. ſuprà de exceſs. prælat. nimis. ſupra de priuileg. in his. ſupra eod. lib. de elect. quorundam. & ibi dixi.

l *Mendicantes.* vt ſunt eremitani ſancti Auguſtini, vel quiuis alij. ADDITIO. Vt carmelitæ. j. de relig.do.ca.vnico.§. ceterum Ioan.And.

m *Habitationes.* quas mutare, vel alias de nouo acquirere nō poſſunt, vel antiquas dimittere, vel aliquo titulo in alios transferre ſine ſpeciali licentia ſed.apoſt. vt infra de exceſſ. prælat.capit.vnico. ADDITIO. Contra facientes excommunicati ſunt per cle. de pœn.cupientes. j. reſponſo. Ioannes And.

*Parochialia iura quæ dicantur.*

n *Parochialibus.* vt exhibitione ſacramentorum, decimis, primitiis, oblationibus, iure funerādi, & his ſimilibus. ADDITIO. De quibus plene per Hoſtienſem in ſumma de parochiis. §. in quibus conſiſtat. & per Roffredum in lib. iuris canonici eodem titulo, & dixi ſuper rubrica, de parochiis. Ioann. And.

o *Alijs.* Extra iura parochialia: prout multa potes exempla per te videre.

*Anteceſſo-*



a *Anteceſſoribus inita.* ad quæ tenetur ſucceſſor ſicut ipſe prædeceſſor. ad hoc de ſolut.c.j.

b *Licita.* aliàs non valent. & facit. ſuprà de pactis.c.vlt.

c *Honeſta.* ſcilicet & poſsibilia: quia nullus ad impoſsibilia obligari poſſet. ſuprà eo.c.vlt.&.j.de reg.iur.nemo poteſt.

Gloſ.ſeq. reci. per q. ſecundo illud decidit ibi, ſed hodie.

d *Fratres minores.* de eis dixit: quia de ipſorum exemptione conſtabat. vel quia dicebantur priuilegiati, quòd nulla ipſorum pactio vel obligatio teneret facta ſine licentia domini papæ. ADDITIO. Vel quia bona quæ tenent minores, ſunt eccleſiæ Romanæ. j. de verbo.ſig. exiit.& cle.eod.titu. exiui. §. proinde. Sed hodie dominus Io. pa. renunciauit illi dominio per conſtitutionem ſuam quæ incipit, ad conditorem. Io.

DE PROCVRATORIBVS.

*Continuatio domini Heliæ.*

Quia partes quæ non poſſunt venire ad concordiam ſuper litibus & cauſis in iudicio agitandis, ſolēt accipere procuratores ad cauſas ſuas defendendas: idcirco poſt rubricam de pactis ponitur rubrica de procuratoribus.

articulis ab eis vel eorū anteceſſoribus [a] inita ſiue facta ſeruare recuſant: & ea eo prætextu infringere moliūtur, quia magiſtri aut miniſtri vel prioris generalium ſeu prouincialium eorundem non affuit aſſenſus in ipſis, nec approbata per ipſorū generalia vel prouincialia capitula extiterunt: multa in diuerſis mundi partibus inſurgunt ſcandala, & ipſorum fratrū (quos decet puritatem omnimodam in ſuis obſeruare actibus: & ab his abſtinere propenſius, per quæ poſsit aliis exempli pernicies generari) famæ detrahitur plurimum & honori: Nos his occurrere paternæ ſolicitudinis ſtudio intendentes, præſenti decreto ſancimus, compoſitiones & pacta huiuſmodi cū prelatis, capitulis, & rectoribus, & perſonis prædictis ab ipſorum fratrum conuentualibus, prioribus, ſeu guardianis facta vel approbata de ſuorum conuentuum conſilio & aſſenſu (dum tamen aliàs ſint licita [b] & honeſta [c]) debere ab ipſis fratribus in locis in quibus fuerint facta, perpetuo † inuiolabiliter obſeruari, non obſtante quòd magiſtri vel miniſtri aut prioris generalium ſeu prouincialium prædictorum non interuenerit in eiſdem aſſenſus, nec ab ipſorum generalibus vel prouincialibus capitulis extiterint approbata: ſeu quòd ſedes apoſtolica in iis quæ per prædictos fratres minores [d] facta fuerint, auctoritatem ſuam non præſtiterit vel aſſenſum.

*†No. quòd text. habet locū in pactis factis cum laico. arg. à ratione text. maxime ſi talia pacta non diſponant de alienatione iurium, ſed modificent præcedētes cōtractus. Phil. Font.*

DE PROCVRATORIBVS.

Bonifacius octauus.

*Laicus poteſt eſſe procurator ad agendū & defendendū in cauſis ſpiritualibus.*

CAPITVLVM I.

NOn indiſcrete [e] iudex cēſetur egiſſe, pcuratorē laicū [f] ad agendū vel defendendum in cauſis ſpiritua-

NOn indiſcrete iudex.} Sunt tres partes, ſicut ſunt tria principalia dicta. Secunda ibi, Licet. Tertia ibi, Procurator. Do. CASVS. Aliquis meus parochianus ceſſauit in ſolutione decimarum, dicens q forte mihi non cōpetebat ius percipiēdi decimā de fructibus ſuis: propter quod feci illū citari coram iudice delegato, vel alio iudice competente. ad iſtā cauſam meam agendam conſtitui meum procuratorem quendā mere laicum etiam vxoratum. facta conſtitutione iſte laicus procurator pro me cōparuit in termino aſsignato. pro parte rei fuit exceptum quòd iſte laicus non poterat eſſe procurator in iſta cauſa ſpiritali. nam laici nō poſſunt tractare ſpiritalia. in c.ij.de iudi. in anti.& quòd debebam clericum cōſtituere ad iſtam cauſam ſpiritalem tractandā: ideo petebat defectum ſibi dari, ac ſi procuratorem non miſiſſem. Dubitatū fuit vtrum iſte laicus cenſeatur inhabilis ad comparēdum pro me in cauſa ſpiritali? Reſpondet Rom.pont. quòd iudex poteſt & debet iſtum laicum admittere tanquam procuratorem etiam in cauſis ſpiritalibus tam pro actore quàm pro reo. & iudex hoc faciens non facit indiſcrete. Nec ob.c.ij. alle. quia bene verum eſt q laici tanquam actionem habentes & nomine ſuo non debent tractare res ſpiritales: vt d.c.ij. ſed bene poſſunt ſpiritalia tractare nomine aliorum.

Sed quid ſanctiſsime pater: vtrum procurator conſtitutus ad lites poſsit alium procuratorem loco ſui ſubſtituere ſeu ſubrogare: vt conſtitui te procuratorem in aliqua cauſa, in qua non potes intereſſe propter occupationem aliquā, vtrū poſsis ſubſtituere alium procuratorem? Reſpondet regulariter quòd non, niſi poſt litem conteſtatā: ſed non ante: quia fuiſti factus dominus litis per litis cōteſtationē: vel niſi ego dominus dedero tibi ſpecialem poteſtatē ſubſtituēdi, & tūc ego dominus videor ſubſtituere. Sed vtrum ad hoc vt poſsit dari poteſtas ſubſtituendi, requiratur poteſtas ſubſtituendi certam perſonam, videlicet talem Titium: vel ſufficiat quòd dicam, do tibi poteſtatem ſubſtituendi, non expreſſa certa perſona? Reſpondet quòd talis poteſtas valet, & poteris virtute illius ſubſtituere: quamuis non dederim tibi mandatum de certa perſona ſubſtituenda. Sed vtrum ſit idem in procuratore conſtituto ad negotia extraiudicialia: puta tibi mandaui vt talem domum meam repararet, vel talem rem meam vēderes: vtrum poteris alium loco tui ſubſtituere ad illud negotium explicandum? Reſpon. Rom.pont. quòd ſic.

{Non prohibetur.} nam laicus nō reperitur prohibitus ad exercendum negotium rei ſpiritalis. {Antea.} hoc eſt, ante litē conteſtatam. {In rem} id eſt niſi fuerit conſtitutus procurator in rem ſuam: vel niſi data fuerit à domino poteſtas vt poſsit ſubſtituere. Not.primò ex iſto.c.quòd iudex dicitur diſcrete agere, cùm ipſe agit ſiue pcedit ſecundum diſpoſitionē iuris. Indiſcrete autem agere dicitur, cū procedit contra diſpoſitionē iuris. Nota principalē effectū in prin. huius ca. q laic' etiā vxoratus & procurator clerici poteſt cauſas ſpiritales tractare: quia tunc illas tractat nomine alieno, ſcilicet clericorum, & non nomine ſuo: & in cōſiſtoriis epiſcopalibus ſunt plures procuratores etiā vxorati ſed tamē laicus non poſſet eſſe iudex in cauſis ſpiritalibus etiam vt delegatus: vt dicto cap ij. de iudi.in ant. Not. vlterius q edictū de procuratoribus eſt prohibitoriū: ex quo infertur q quilibet poteſt eſſe procurator, niſi expreſſe reperiatur prohibitus. Et eſt ſciēdū q prima facie videtur quòd edictum de procuratoribus nō eſſet prohibitoriū, ſed permiſſoriū, nā quod regulariter permittitur, dicitur permiſſoriū. ſed hoc nō eſt verū: imò dicitur edictū permiſſoriū quādo materia p ſe eſt prohibita: ſed in certis caſib' eſt permiſſa. & dicitur materia ꝓhibitoria, quādo materia eſt de ſe permiſſa, ſed in aliquibus caſibus eſt prohibita. nam edictum prohibitorium vel permiſſorium recipit denominationem à ſpecialitate, & non à generalitate. & ſic ex hoc colligitur quòd ius commune eſt pro comparente quòd præſumitur idoneus: ideo allegans procuratorem inhabilem, debet illud probare. No. vlterius quòd procurator datus ad litem exercēdam, non poteſt aliū procuratorem ſubſtituere ante lit. conteſt. ſed poſt bene ad litem finiendam. & ratio eſt: quia procurator non poteſt cōſtitui niſi à domino. modo procurator conſtitutus ad agendum, ante lit. conte. non eſt dominus litis: ſed poſt lit. conteſt. fuit factus dominus litis, non cauſæ: & ſic poteſt procuratorem ſubſtituere. fallit ſi ipſe habuit à domino poteſtatē ſubſtituendi: vel ſi ſit procurator in rem ſuam, & non ſimplex. Et dicitur procurator in rem ſuam, quando emolumētum ſententiæ debet ſibi applicari. & dicitur in rem ſuam, id eſt ad ſuam vtilitatē: puta Titius pater ceſsit filio ſuo ſcholari actiones ſibi competentes contra ſuos debitores: & eū conſtituit procuratorem in rem ſuam ad exercendū actiones directas. Nā actio directa mihi ſemel acquiſita eſt adeò meis oſsibus affixa, vt inde non poſsit auelli. Et ſi velim cedere actiones, directæ ſemper remanent apud me cedētem: ſed vtiles tranſeunt in ceſsionarium, id eſt in illum cui facta eſt ceſsio actionum: & iſte ceſsionarius intentabit exercitiū directarum actionum nomine meo, & vtiles nomine ſuo, quia vtiles fuerunt ſibi quæſitæ per ceſsionem: & quia iſte ceſsionarius eſt procurator ad ſuam vtilitatem, poterit procuratorem ſubſtituere etiam lite non conteſtata. No. inſuper q licet procurator debeat cōſtitui certus, ita quòd aliàs non valet talis conſtitutio, tamen poteſtas data procuratori de ſubſtituēdo valet, licet ſit incertus is quē vult ſubſtituere. Nota etiam quòd iudex non dicitur facere indiſcrete quando facit actum iudicialiter qui nō reperitur à iure prohibitus. No. ibi, vel defendendum. ar. q mandatū dicitur legitimum ſi datur procurator ad agēdum tantū, probat dictio vel, hic poſita. de quo infra eod. qui ad agendū. Domi.

*Notabilia domini Heliæ.*

*Edictū de procuratoribus eſt prohibitorium.*

*Procurator in rem ſuam, quis dicatur.*

e *Non indiſcrete.* ſi ſ.eo.non iniuſte.&.j.de iura.cal.c.vlti.

f *Laicum.* intelligo qui nullum habeat ordinem, nec ſit aliàs eccleſiaſtica perſona. xij.q.j.c.duo.

*Gloſ.ſeq.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Gloſ.ſequens ſignat contrarium,& ſoluit aliud contrariũ, cui reſpondet,alle. Hoſt.

a *Spiritualibus*.cõtra.ſ.de iud.ca.ij.Sol. ibi loquitur de laicis qui tractāt cauſas ſpiritales ſuo nomine , quaſi ius in eis habentes.& ſic non eſt contra.No.tamen Ber.ſ.de excep.apoſtolicæ. q quis non poteſt agere p ſe vel pro alio, p eo q poſſidere non poteſt a. ſed in actibus ſpiritalib9 tūc id poſſet habere locum. In iudicialibus autem ſuper ſpiritalibus locū nõ habet:vt hic vides.& ſuper hoc vide quod no.Hoſtiē.in ſumma huius titu.§.qui dari. ver.vlt. & Guil. ī ſpe. e.tit. §.j.ver.itē quod eſt laicus. & qd no. ſ. de ſyndi. cap. vnico. ADDITIO. Hu. & Lau.v.q.iij.c.fi.Arch.

b *Reputari*.ff.de procu.l.mutus. §.j. & ibi de hoc . & inſti. per quas perſo.no.acqui. §.vlt.& fi. in teſte. ff. de teſti. l.j.& in contrahēdo matrimonio xxx. q. iiij. qui ſpiritalem.ſuprà de ſpon. cũ apud.cum ergo non reperiamus hunc expreſſe prohibitum,erit ergo admittendus: & ideo dixit expreſſe, quia tacitè videbatur prohibitū ſecundum eum modum quem ſupra dixi ſecundū Ber.

*† Adde gl. in ver. procuratore.in cle.j.de re mun.tenentem q laicus cõſtituitur procurator ad renũciandum beneficio.et habens gratiam acceptandi poteſt acceptare beneficium per laicum. ita practic. ſecundũ de Anch. arg. c.accedens. ſ. de præb. & in iſtis iuribus non cadentibus in laicũ, eſt nudus miniſter.et ſi ne omni ceſſione tranſeunt in cõſtituentem. arg.not.per Bar. in l. poſſeſſio quoq;.ff. de acquir.poſ. Font.*

libus a † admittēdos:Cùm regulariter qui non prohibetur expreſsè ad exercendum procurationis officium , idoneus debeat reputari b.

*Procurator poſt litem conteſtatam poteſt dare alium procuratorem : ante non, niſi datus fuerit in rem ſuam: vel à domino habuerit mandatum de ſubſtituendo etiam non certam perſonam.*

Licet autem à procuratore poſt litem conteſtatam ab eo c poſsit ( cùm dominus ſit litis d effectus ) dari alius procurator e: antea f tamen non poteſt g niſi in rem ſuam h ſit datus : vel à domino ſubſtituendi i alium(etiam certa non expreſſa perſona k)

Gl.ſeq.ſignat cõtrariũ, & ſoluit duas opi.recit.& remittit.

c *Ab eo*. ſcilicet procuratore. ſi ergo dominus conſtitutus litem dat procuratorem poſtmodum ad litem , iſte ſic datus non ſubſtituit.vt hic probatur.arg.contra.C.eo.tit.nihil arbitramur intereſſe.ſed ibi loquitur de facultate dandi , non de facultate ſubſtituendi: vt ibi no. Et no.quia approbatam puto opinionem Ioan. quam ibi notat Accur. ſcilicet quód procurator datus poſt litem, non ſubſtituit. Et Guil.in ſpe. huius tit. §.j.ver.quid ſi procurator interceſſerit. Accur.dicebat quod forte idem vtrobique dici poterat per l.Cod.de conſor.eiuſ.li.l.ij.

d *Litis*. & exponunt legiſtæ,id eſt inſtantiæ : vt.C. de iudi. properandum . ſecundum nos non perit inſtantia : vnde intelligimus propriè b.ſupra de iudi. c.pen. Et ſic videtur ſententia in eum formanda,non in dominum,de quo dic vt ſupra in aut.de elect.querelam.

Gloſ.ſeq.recit.per q. & ſolu.ſecundò recitat opin.Azonis, quam reprobat:& ipſius rationi reſpondet.

e *Procurator*.vt.C.e.l.nulla.& l.pen.& l.neque.in fi.&.ff.e.in cauſ.&.ff.de ap.l.ab executore. §.fi.&.ff.de doli excep.ſi procurator agit.§.j.Et hoc verum intelligendum vbi fuerit ſimpliciter conſtitutus , vel non expreſsè prohibitus:ſecus ſi conſtitutus fuerit vſque ad litem conteſtatam, & expreſſe prohibitus ne vltra procederet,ſecus c. De quo dic vt no.Inno. & Hoſtien.ſupra eod.petitio. perficiat ergo dominus per ſe vel per alium litem cœptam. Et ad inſtar huius dicit dominus Azo, q delegatus ab alio quàm à principe poſt litem conteſtatam,delegare poteſt : quod ſecundū nos videtur nõ verū: vt ſupra de app. cū cauſam. & de hoc ſupra de re iud.cū Bertholdus.nec eſt facienda cōparatio:quia etiā poſt litē conteſtatā ordinarius reuocat delegatum ſuū. ff. de iud. l.iudiciū. ſed procurator non,niſi cauſa cognita:vt.j.eo.c.proxi.& rationem quære.ff.eo.tit.poſt litem. ADDITIO. In gloſſa.ij. quæ dicit q hic damnum pecuniarum.ibi non. Item hic ex mutatione perſonæ grauatur aduerſarius.Ioan.And.

f *Antea*. id eſt ante litem conteſtatam.

g *Nõ poteſt*. ſcilicet dari alius procurator.ff.eo.l.quod quis.

h *In re ſuā*. vt ſi titulo donationis ceſſæ ſunt actiones mihi, & datus ſum procurator ad eas intentandas. iſte eſt caſus. C. de dona.l.illam ſubtile. ADDITIO. Quomodo ex parte rei detur in re ſuā,no.ff.eo.l.Plautius.in gl. ſed qualiter.Io.An.

Gloſ.ſeq.arguit ad quæſtionem.

i *Subſtituendi* tunc enim ſubſtitutus videtur vel datus ab ipſo domino.ad hoc.ff.quod cuiuſque vni.l.item eorum.§.decuriones.Et per hoc & alia quædam iura ſoluit quæſtionem de delegato ab alio quàm à principe, qui habet ſpeciale mādatum ſubdelegandi, ſcilicet quod ſubdelegare poſsit . ad idem.ſupra eod.lib.de offi.delegat.is cui.vbi de hoc. & cap. vlt.§.vices.

Glo.ſeq.obiicit,& obiectionē opinione cõfirmat:& ſoluit.

k *Certa nõ expreſſa perſona*.in cõtrariū videbatur:quia pro-

*a Per quã glo. dicebat ibi Petr. de Samp. quòd laicus nõ poterat eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus, niſi in matrimonialibus. Io.An.*

*b Diſplicet Phi. & placet ei expoſitio legiſtarũ.Font.*

*c Idē ſi datur ad litē cõteſtandā tantū, ſi verò ſimpliciter datur ad litē conteſtatam: procedit in cauſa lite per ſe conteſtata ſecundũ Inn. & Guil. in Spe. eo. tit. §. ij. ver. quid ſi dedi. quē verſi. ad literam ponit hic Archid. & idem Ia. de Ra. in l. ſi procurator Cod.eo. & pro ratione*

A curator debet eſſe certus.ff.eo.tit.l.ij.ſicut & arbiter.ff.de arbi.itē ſi vnus. §.ſi in duos.& ſuprà de arb.innotuit.{Ibi propter plures electores timetur diſcordia , qui timor ceſſat in vno ſecundum Ioan.Mona.& Archid.& ad hoc ſuprà de elec.c.pen.eo.lib.per quam decretalem. §. ſi autem. dicit Ioā. Mona.q ſi eſsēt duo nõ inſolidum & diſcordantes : ſibi imputet cõſtituens. Io. And.}Sicut & tutor. ff. de teſta. tu. tutor incert9. & l.duo ſunt Titij.j. & hoc p prędicta iura tenebat Vber. de Bobio : vt no.Guil.in ſpe.in tit. j.§ iā nūc. verſi.quid ſi in delegatione. Et Accur. videtur idem tenere.ff.eo l.j. in gl. j.ſed illa glo.& l.ij.e. titu.poſſent intelligi de procuratore incerto ſecundū modū illius. l.duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. quia plures ſunt Titij : & fecit Titiū procuratorem : & non apparet de quo ſenſerit. ADDITIO. Datur ſimile de electo qui debet eſſe certus. ſupra eo.lib. de elect. cap.ij. & tamen procurator datur ad eligendum incertū. eo. tit.cap.penult.Ioan.And.

*ſumit inter eſſe partis aduerſæ propter q reuocari nõ põt: vt ſcripſi in decre. petitio.*

ſibi fuerit conceſſa poteſtas.

*Procurator ad negotia, poteſt dare alium procuratorem liberè,& etiam quãdocunque. hoc dicit.*

Procurator verò datus ad negotia l, poteſt liberè quandocunque alium deputare m.

Idem.

*Procurator ante litem conteſtatam etiam ſine cauſa reuocari poteſt, poſt litē conteſtatam non ſine rationabili cauſa: dominus tamen bene poteſt adeſſe cauſæ cum ipſo procuratore , maximè ſi de colluſione timeat.*

B

CAPITVLVM II.

QVanuis procurator poſſit ante litem conteſtatam n etiā ſine cauſa libere à domino reuocari o,

l *Ad negotia*. & ad vnū etiam negotium dari poteſt.ff.eo.l.j. de neg.ge.l.iij.§.negotiū.ad idē.ff.vi bo.rap.l.ij. §.quod ait.

m *Deputare*.ff. manda.ſi procuratorem.& ſic no.vnā differentiam inter procuratorem ad negotia, & ad iudicia. aliam videbis.j.eo.qui generaliter.in ſi.tertiam. ſupra in antiq. de reſcrip.ex parte decani.ff.manda. ſi mandaſſem , & quod hic dicitur,dic verum,niſi in caſu. j.eod.cap.vlti.

*Procurator ad iudicia differt à procuratore ad negotia.*

C QVanuis.}Prima pars tractat de reuocando.Secunda de adeſſendo:ibi,verum. Item prima diſtinguit duo mēbra.Secundū ibi,Poſtea.in quo octo caſus excipit, ſubdens clauſulam generalem.Ioan.And. CASVS. In quadam cauſa quam coram iudice competente eram tecum habiturus,cõſtitui creaui & ordinaui Titium procuratorem meum , qui Titius recepit mādatum & acceptauit: & antequam proceſſiſſet in cauſa vſque ad litis conteſtationem , ipſum reuocaui,& ſibi notificaui reuocationem.quæritur an Titius deſinat eſſe meus procurator,& poſsim eum reuocare?Reſpondet q ſi nondum fuit litem conteſtatus(quæ ſit per reſponſionem factam libello ) & ſi ad illum ſtatum cauſæ non fuit proceſſum:potero illum reuocare,ſed ſi fuit litem conteſtatus,non potero eum reuocare : niſi ſubſit iuſta cauſa , quia forte poſt conteſtationem litis fuerunt ortæ inimicitiæ inter me & ipſum procuratorem: & timeo vt aliqua per malitiam in cauſa omittat:vel ſi morbo fuit impeditus vt nõ poſſit vacare negotio nec cauſę:& in effectu cū ſubeſt iuſta cauſa,poteſt procurator reuocari etiam lite conteſtata. Sed ponamus q non ſubeſt iuſta cauſa reuocādi procuratorē:ſed tamē ego cõſtituens habeo ſuſpicionē de colluſione : puta q procurator meus habeat pactionē cū aduerſario , & omittat proponere proponenda,vel aliqua falſo cõfiteatur in prę-

D iudiciū mei domini? Reſpõ. q licet ego domin9 nõ poſſum ipſum pcuratorē reuocare: tamē potero adeſſe cauſæ cū meo pcuratore,vt videā ppoſita allegata & pducta:ne fiat colluſio inter ipſum pcuratorē & reū. No.ex hoc tex.q licet ſit ab initio liberū cõſtituere pcuratorē.l.fi. C.de pcu.ex quo tamē dominus ſemel pcuratorē cõſtituit,& res nõ eſt integra:nõ poteſt procuratorē reuocare niſi ſubſit iuſta cauſa. No.vlterius q dominus poteſt ante litis cõteſtationē pcuratorē reuocare indiſtinctè.No.inſuper q ingreſſus religionis tollit obligationē perſonalē pręcedentē quę eſt incõpaſſibilis cū religione:vt no.de oblig.ad ratiocinia.c.j.Domi.

n *Ante litem conteſtatam*. vt inſti. manda.§.pen. ff.manda.ſi verò non remunerandi. §.ſi mandauero. C.mãda. ſi pater.ff. de procu.ante litem.ſuprà in ant.de elect.in cauſis.ſupra eo. ex inſinuatione . & eſt iſte caſus quo pœnitere licet , quod dic vt dixi:infra de reg.iur.quod ſemel.quæ eſt contra.

Gloſ ſeq.quærit.ponit duas opi. contra. & tertiam Hoſtiē. quæ diſtinguit.

o *Reuocari*.ſed nūquid ī hoc caſu reuocatio puenire debeat ad iudicē,vel aduerſariū?dic vt ſ.e.mādato.Et videtur q nõ, ar.à cõtrario illius decr.& hoc ibi tenēt Tanc.& Gof.Ber.& Inno.ibi tenēt cõtra:& ſubaudiūt maximè. & eorū rationes ibi

*Reuocatio procuratoris nõ intimata iudici vel parti, an valeat.*



ibi vide.& Guil.in ſpe.eo.tit.§.j.verſi.itē q mandatū Hoſt. A no.e.tit.auditis.q reuocatio tenet indiſtinctè quo ad prejudicium reuocantis. Si quęratur de præiudicio aduerſarij, ſi ſit ante litem conteſtatam,& iudex vel aduerſarius certificatus fuit , vel certificari poteſt de mandato : non obeſt reuocatio, niſi ad alterum peruenerit . debet enim ignorantia probabilis eſſe excuſata. de cle.excõ.mi. apoſtolicæ. ff.iudi. ſol. ſi ante. multo minus valet poſt litem conteſtatam , niſi ad alterū prędictorū perueniat quibus ſemel de mādato extitit facta fides.ſ.eo.mandato. ff. eo. ſi procuratorem. Sed ſi celet procurator, obligatur domino.ff.de dol.& elegāter.§. pen. Et ſi non eſt ſoluendo , tenetur aduerſarius ſi particeps ſit delicti. ff. mād. ſi procuratorē. §.j.Sin aliter, ſibi imputet qui talem elegit. ff. de mino.cum mādato.in fi. vnde ſi reuocatio ad iudicē vel aduerſariū perueniat,id ſuper quo concluſum eſt , nõ impedit:aliàs ſic,vt in prædicta decr.auditis. Si autē de mãdato non fuit facta fides , & ſine ſatiſdatione fuit admiſſus, tenet reuocatio.& ſic intelligatur.ſ.eo.in noſtra.& ca.ex inſinuatione.&.ff.eo.in cauſæ.& cõtrarius ſenſus.ſ.eo. mādato.& ſibi imputet qui eā non exegit.Si autem ſatiſdationem exegit:in procuratorē celantē reuocationem redundabit,& aduerſarius erit ſine damno.vnde ſi erat procurator actoris: commiſſa eſt ſatiſdatio de rato.ff.rem ra.ha. l. ij. ſi procurator rei,ſatiſdat iudicatum ſolui: & de dolo cõmittetur. ff.iudi.ſol.l.iudicatum ſolui.ij.& ff.eo.l.Plautius.

*† No.quòd religionis ingreſſus tollit obligationem perſonalē. no.in.c.j.ſ. de ob. ad ra. ordi. Do.Font.*

*Procurator actoris ſatiſdat de rato: & procurator rei, de iudicato ſoluendo.*

poſtea a tamen ipſo nolente b nequibit c niſi cum d cum domino inimicum e fieri, vel ſuſpectum f, aut aduerſario affinitate g coniungi , vel eius h hæredem fieri , ſeu ingredi i religionem †,aut in longum k peregrinari , vel ægritudine aut vinculis l detineri contingat,ſeu alia rationabilis m cauſa ſubſit , propter quam ſit meritò reuocandus. Verùm quanquam ( niſi vt præmittitur ) reuocari non poſsit n, dominus tamen ſuæ cauſæ vnà cum eodem procuratore ( maximè ſi de colluſione o timeat)minimè prohibetur adeſſe p.

B

a *Poſtea*. id eſt poſt litem conteſtatam: & intelligas ab ipſo procuratore:vt dixi ſupra, c. proxi.

b *Ipſo nolente*. ſecus ſi volente. & ſic poſſet intelligi. ſupra eo.mandato.vt ibi not. Quantumcunque tamen procurator contradicat,non procedetur cū eo poſt reuocationem,quouſque de cauſa reuocationis cognitum fuerit.non enim debet ſe ingerere procurator:ſed debet ei ſufficere quòd ſine ſuſpicionis nota remoueatur.ff.eo.l.quæ omnia.

c *Nequibit*.contra.infra eod.ſi quem.Sol.ibi.

p *Niſi eū*. hos caſus q ſequūtur habes. ff.e.tit.l.fili9.§.fi.& l. ſeq.vſq; ad l.ſed etiā ex his.& l.poſt litē.vſq; ad.l.quę oīa.§.j.

Gloſ. ſeq. recit. per quæſtion. & ſolu. cui ſolutioni ſignat contrarium,& reſpondet.

e *Inimicū*.& quę inimicitię hic veniant,arbitrabitur iudex. facit qd dixim9 de iudice & de teſte.ij.q.v.c.ij.in an.de ſimo. per tuas.& de acc.cū oporteat.Non tamē dico q requirātur capitales.& hoc ſonat litera quæ dicit , vel ſuſpectū licet videatur cõtra.ff.e.l.filius,ad fi. & l.ſi poſt datū. Sed in pcuratore pro quo a promiſit dominus iudicatum ſolui , loquitur qui compellitur proſequi : niſi capitales inimicitiæ interueniant , vel aliæ iuſtæ cauſæ de quibus ibi dicitur . & ideo l.eod.tit.vel exilio. quæ loquitur de caſu noſtro, non poſuit capitales in textu. Ioann.And.

Gloſ.ſeq.obiicit,& tripliciter ſoluit.

f *Suſpectum*. & eſt ſuſpicio allegāda & probanda ſicut cõtra iudicem.ſ.de app.cū ſpeciali . ſed hoc ipſo q operas ingerit in inuitū,ſuſpectus eſt.ff.eo tit.l.quę omnia.& ſic etiā ex falſa cauſa dominus poterit ipſum reuocare : quia cõtradicēdo ſuſpectus erit:& ſic habebit locum hęc litera.ſed poteſt dici vt not.Accur.ff.eod.tit.l.quę omnia.q aut procurator ſolus reſiſtit:& tunc procedat,& vera ſit obiectio.aut aduerſarius vel procurator & aduerſarius: & tūc ſecus.& ſic poſſunt intelligi.ll.prælleg. & decre.iſta.ſed litera iſta ſolum dicit,ipſo nolente. vnde & poſtea dicit idem Accur. dic eum ſuſpectum qualitercūque,ſed non ita quòd remoueatur b.vel ſuſpectus eſt interim donec cauſa remotionis tractatur , aliàs enim ad quid remotionis cauſa tractaretur, non video: licet dominus Mar. ibi primum conſueuerit approbare.

g *Affinitate*. quia tūc domino timetur periculum.C.de excu.tut.humanitatis.

h *Eius*.ſ.aduerſarij:& tūc ipſe pcurator aduerſari9 eſt,& poterit dicere cõtrariū eius quod primò petebat. Ad hoc.iij.q. vij.infamis.§.tria.ver.ſi cõtra patrē.ad idē.ff. de poſtu.l.vlt.

i *Ingredi*. etiā nõ profitēdo:ſed ſolū probationis cauſa c. ad hoc. j.de ſent.excõ.religioſo.ij.reſpõ.& j.de reg.c.j.in prin.

*Procurator reuocatus pendente reuocatione nõ procedit ī principali.*

*a Sciente et non cõtradicēte.ff e. tit. ſi defunctus. j. reſpõ.& vide quod no.ff. e.filius.§.fi. & l.ſed ha §.prætor. & quod no.e.tit.c.j. in gl.præciſe. Io.And.*

*Suſpectus qui operas ingerit in inuitum.*

*b Idem Do. Font.*

*c Placet Do.Font.*

k *In longum*. arbitrio iudicis credo terminandum habita conſideratione cauſæ & viarum.

l *Vinculis*.prędonū,vel hoſtiū poteſtate.ff.e.ti.itē ſi ſuſpect9.

m *Alia rationabilis*. vt puta ętas nimis decrepita,vel nimis iuuenis:& tūc reuocaretur de facto:vt.ff.e.tit. l. poſt litē.in fi. Vel quia latitat.ff.e.l. vel exilio. Vel iudicio publico vel priuato detinetur: vt ff. e.tit. l. vel iudicio.& idem in ſimilibus d. ADDITIO. In quibus eſt par vel maior æquitas ſicut in cauſis expreſsis.arg.eius qd not.C. de fur. ſecūdum Cor. l.ſi quis ſeruo.in gl.fi.Io.Mo. &.l. eos qui.Io. And.

n *Non poſsit*.inuitus: vt.ſ. vidiſti.

o *De colluſione*. ſed nõne ex quo de colluſione timet,habet eū ſuſpectū: quare ergo nõ reuocat:vt ſ.e.ca? Sol.timet hoc,ſed probare non poteſt . ad hoc ij.q. vij. plerique. vel aliter hic nõ vult dilatare pceſſum cauſę qui eſſet in cognitione ſuſpiciõis:vt ſ.dixi,& pbatur.ff.e l.poſt litē.Io.An.

*d Aut quia ſuperuenit notitia excommunicationis. Ar. ehi.xi.q.iij. ſi inimicus. Do.Font.*

Idem.

*Procurator habens mandatum ſubſtituendi , ſubſtitutum à ſe poſt mandatum ſuſceptum,etiam ſi eo non ſit vſus , reuocare non poteſt,niſi & poteſtatem habuit reuocandi. Si autem erat procurator ad plures cauſas , & in altera ſubſtituit : in alijs remanet procurator. Ioan.And.*

CAPIT. III.

B IS qui à procuratore ſuper hoc à domino poteſtatem q habente procurator extitit ſubſtitutus †: non poteſt poſt mandatum ſuſceptum r etiam ſi eo vſus non fuerit s.

*† Ille non admittetur niſi probet procuratorium acceptatū ab ipſo conſtituente. Rota deciſio. cxlv. Phil. Font.*

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit.

p *Adeſſe*.ſed quid ſibi proderit adeſſe?proderit: quia poterit teſtes & probationes inducere quas ille omitteret:vel ſaltem ille producere tenebitur nominatos à domino . beneficium enim iuris q adeſſe poſsit, interpretandum eſt latè:& vt ali quid conferat.de verb.ſig.abbate.& de hoc per Acc.ff. inoff.teſt.ſi ſuſpecta.in prin.

*Adeſſe litē prodeſt intereſſenti in multis.*

IS qui.}Sunt duo dicta principalia. Secundum ibi, Verum. Iterum primò ponit dictum,inferens contrariū argu. ibi, Licet.Secundò ponit exceptionem à dicto:ibi,niſi.Ioā.An.

Præſupponitur primò illud quod fuit dictum.ſ.eo. lib.de offi.deleg.ca.quanuis.videlicet q ſi ſubdelegatus in totum

C cœpit vti ſubdelegatione : non poteſt delegatus de cauſa ſe intromittere, nec reuocare ſubdelegationem. CASVS. In quadam cauſa quam eram tecum habiturus,Titium conſtitui procuratorem meum,cum poteſtate ſubſtituēdi: qui Titius videns quòd non poterat intereſſe negotio meæ cauſę, quendam Caium ſubſtituit , qui Caius acceptauit ſubſtitutionem:ea tamen ſubſtitutione non eſt vſus: quia non comparuit in cauſa. vtrum iſte Titius meus procurator qui ſubſtituit,poſsit ſubſtitutionem reuocare, & extinguere poteſtatem ſubſtituti,& cauſam reaſſumere? Reſpondet Romanus pontifex quòd non:quia quàm citò incepit ſubſtituere, vſus eſt officio ſuo:& ideo deſinit eſſe procurator . & hoc verum , niſi ad hoc eſſet ſibi data ſpecialis facultas per dominum conſtituentem in iſto procuratorio vt poſſet alium cõſtituere,& cauſam de nouo aſſumere.Sed ponamus quòd conſtitui Titium procuratorem meum ad plures cauſas , cū poteſtate ſubſtituendi. Titius quātum ad vnam cauſam ſubſtituit.vtrum quantum ad alias cauſas remaneat procurator, non obſtante ſubſtitutione quā fecit ad vnam cauſam? Reſpondet quòd ſic.Ratio dubitandi in hoc ca. fuit: quia aliud erat in delegato , videlicet quòd re exiſtente integra poteſt ſubdelegatus in totum reuocari : vt dictum fuit in præſup-

D poſitione ;tamen aliud eſt in procuratore,vt hic . & rationē diuerſitatis aſsignat glo.poſita in verbo,aliud. No.primò hic tex.notabilem,quòd per ſuſceptionem mandati non dicitur quis vti mandato. quod not. quia facit ad dubium , q ſuſceptio mandati facta per delegatum , non inducat vſum iuriſdictionis : & ſic non perpetuat iuriſdictionem. Nota ſecundò quòd id quod quis non poteſt à ſe ex diſpoſitione iuris communis,poteſt virtute ſpecialis mandati.facit ad notata.ſupra eod.tit.c.j. Domi.

q *Poteſtatem*.quia aliàs non poterat,niſi in caſibus.ſ.eo.c.j.

r *Suſceptum*.& licet dixerit ſe nolle ſuſcipere: tamen domino in eadem voluntate manente adhuc ſuſcipere poterit : vt j.e.licet. Et ſecundum id oportet intelligi finiri mandatum procuratoris per ipſius renunciationem, re integra : re non integra,non niſi ex cauſa : vt idem dicatur in renunciatione quod in reuocatione.ſ.c.j. Ioann. And.


b Idem de Anch. Do. et Phil. ponẽs hic ſex limitationes ad dictum gl. Font.

c In caſu abſentiæ malitioſæ vel voluntariæ.

d *Poteſtatem.* ſi compromittentes dixiſſent ꝙ ſi nõ omnes &c. hoc poſſent duo. & hæc decre. ſupplet c ac ſi ipſi dixiſſent. & eſt ſi. Cod. de rei vxo. ac. l. vna. circa princ. Ioannes Andreæ.

e *Liberè.* vnde ſi nolit intereſſe examinationi, non tenentur ipſum in ſententia vocare per hanc literam. arg. ad hoc infra de dolo & contu. eum qui. ſed dic eum ad omnia citandum. argu. eius quod ibi dicam.

f *Diuina.* ad hoc. C. de iudi. properandum. §. cum autẽ eremodicium ſupra de do. & contu. veritatis. cum ſi. infra de eo qui mit. in poſ. cap. vno.

g *Pro præſente.* per hoc dico quòd non eſt idem in duobus arbitris quod hic dicitur in tribus: quia ſi ex duobus vnus ſe abſentat malitioſè, alter non poteſt procedere: quia in tribus duo ſunt maior pars ſupra cap. proxi. præterea ille abſens habetur pro præſente & contradicente, vt hic vides: ergo neutrius valet ſententia ſupra de re iud. cap. vlt. nam tunc valet ſententia præſentium in hoc caſu, quando valeret eo contradicente: aliàs non d, & per hoc dico etiam quòd ſi in compromiſſo hoc actum eſt quòd nõ valeat ipſorum trium arbitrorum ſententia, niſi omnes concordent, quòd non habebit locum decre. iſta eadem ratione e {. infra de teſta. cap. ij. in fin.} vnde tunc locum habet hæc decre. cum ſimpliciter ſunt aſſumpti: vt ſupra dixi.

d Idẽ Phil. Do. Font.

e Idem Do. Phil. fallit tamen in iã electis: itẽ in arbitris iuris qui cõtra ius non pronunciant. Font.

Gloſ. ſeq. diſtinguit. demum quærit & ſoluit.

h *Circa iudices.* proteſtatio quædam, vel tacitæ quæſtionis reſponſio. Circa eos ergo dic ꝙ aut ſunt ordinarij, aut delegati. Si ordinarij, aut quilibet per ſe & inſolidum iuriſdictionem habet: & tunc poteſt alter alterum præuenire ſupra de fo. compe. cap. pen. & not. ſupra de appell. vt debitus aut non inſolidum & per ſe, ſicut in capitulo vel ſyndico, vel his qui audiunt cauſam presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi. in his caſibus omnes citare debet: & ſi duæ partes ſunt præſentes, ſufficit. {Vide. ff. de re iudi. Pomponius. ff. ad municip. l. magiſtratus. & quod ibi nota. & quod no. in ſpe. de ſen. prola. §. ſequitur. verſ. quid ſi ſunt. &. §. iuxta. poſt princ.} ff. quod cuiuſque vniuerſ. planè. de decre. ab or. fac. l. iij. niſi in prædictis caſibus vbi certus requiritur numerus. xv. quæſt. vij. ſi autem. & cap. felix ſupra de re iud. non poteſt. Aut ſunt delegati: & tũc ſubdiſtingue, aut ſunt dati ſimpliciter: & tũc vnus ſine alio non procedit ſupra de offi. deleg. cauſam matrimonij. aut cum clauſula: & tunc iterum ſubdiſtingue: quia aut cum clauſula iſta, vos vel alter veſtrum. aut cum illa, quòd ſi non omnes. In primo caſu tene quod habes ſupra eod. lib. de offic. dele. cum plures. In ſecundo quod habes ſupra de offic. deleg. prudentiam. Sed quæres quare ius diuerſum inter arbitros ſimpliciter datos, & delegatos ſimpliciter datos: vt per ſuperiora patuit? Dic f ꝙ ius quod minus dictum eſt à partibus, ſupplet lex. ſic aliàs. ff. e. tit. item ſi

f Idẽ Ioan. Mo. & eſt

A vnus. §. principaliter. Iudices autẽ maiori maturitate creantur: vt. ſ. eo. lib. de reſcri. ſtatutum. & ideo ius in eis ſupplere non vult. Itẽ in iudicibus rigor attenditur: quia clementiores lege eſſe non debent, in auctẽn. de iudic. §. oportet. collat. vj. Arbitri autẽ prout viſum eis eſt pronunciant: & plerunque eliguntur amici, & poſſunt viles eſſe: & ideo ius magis circa illos prouidere & conſiderare voluit: vt ſupra in princ. decre.

ſimile quod no. de offic. delega. cum viceſimum. in ſi. vlt. gl.

## LIBER SECVNDVS. DE IVDICIIS.

Innocentius quartus in generali concilio Lugdunenſi.

*Iudex delegatus nõ habens ad hoc ſpeciale mandatum à Papa, non poteſt compellere partem vt perſonaliter coram eo compareat, niſi ex rationabili cauſa. Ioan. And.*

DE IVDICIIS.

Dictum fuit. ſ. de magiſtratibus, & iudicibus, & de arbitris: nunc videndum eſt de iudiciis quæ exercentur per illos magiſtratus. ADDITIO. Quindecim ſignificationes iudiciorũ notat hic Ioãnes Mona. quas vide j. de regu. iur. in iudiciis. Ioan. And.

### CAPIT. I.

B IVris eſſe ambiguum i non videtur k, iudi-

IVris eſſe.} Primò ponit dictum. Secundò caſus excipit: ibi, Niſi cauſa. Pro intellectu huius capit. habemus præſupponere duo. vnum pro ratione dubitandi, & alterum pro ratione decidendi. Et primò pro ratione dubitãdi, ꝙ Papa poteſt compellere partes ad comparendum coram ſe perſonaliter, licet cauſa ſit ciuilis & pecuniaria. Item quòd delegatus Papæ gerit vices Papæ, & regulariter in cauſa ſibi delegata poteſt illud quod Papa poſſet facere. Aliud pro ratione dubitandi: videlicet quòd à iuris beneficio partes habẽt vt in cauſis pecuniariis poſſint cõparere per ſe vel per procuratorem. l. in pecuniariis. C. de proc. Itẽ quòd beneficium iuris nemini eſt auferendum ſine cauſa. CASVS. Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma. quia habebam ordinarium loci certa ratione mihi ſuſpectũ, à ſede Apoſtolica impetraui delegatum: cui præſentaui literas delegatorias. delegatus iſte mandauit reo vt compareret C perſonaliter coram ipſo, & tamen cauſa erat pecuniaria ſiue ciuilis: & in citatione non exprimitur cauſa quare debeat comparere in propria perſona: vtrum Titius teneatur comparere perſonaliter? Reſpondet Romanus pontifex quòd non, & dicit quòd delegatus ſuus non poteſt cogere partes ad comparendum perſonaliter coram ſe in cauſis ciuilibus: quia non poteſt partibus auferre beneficium iuris, licet Papa hoc poſſet: niſi eſſet talis cauſa quæ requireret præſentiam perſonæ, & eſſet cauſa expreſſa in citatione: vt in l. j. ff. de fer. vbi dicitur quòd ſi tempore feriarum, vindemiarum, vel meſſium quis citetur, in citatione debet contineri cauſa quæ illo tempore poſſit & debeat expediri. Sic in propoſito quando reus eſt citatus vt veniat perſonaliter, debet in citatione exprimi cauſa quare debeat venire perſonaliter: puta quòd veniat perſonaliter iuraturus de calumnia, vel reſpõſurus poſitionibus partis aduerſæ, vel ad exercendum alium actum qui requirit præſentiam perſonæ: & tunc reus citatus tenetur perſonaliter comparere: & ſi mittat procuratorem, nihilo minus reputabitur contumax, ac ſi nullum procuratorem miſiſſet. Sed quæritur, cum iſtud non eſſet ambiguũ, quare fuit factum iſtud cap. vt in cap. cum in iure. de offic. D dele. & l. ancillæ. C. de furt? Dicendum quòd poſtquam emanauit præſens cap. iſtud non erat ambiguum, ſed ante bene erat ambiguum. nam cum Papa poſſit hoc facere, ſcilicet compellere partes in cauſa pecuniaria vt compareant perſonaliter coram ſe, videbatur quòd etiam ſuus delegatus hoc poſſet facere: vt dictum fuit in ratione dubitandi. Nota primò quòd per verbum videtur, reſpondetur de iure. quod not. pro doctore vel conſultore qui dicit, mihi videtur. & vide text. de appellat. præterea requiſiſti. Nota ſecũdò quòd in cauſa criminali iudex poteſt compellere partes, vt perſonaliter coram ſe compareant. Domini.

i *Ambiguum.* ambiguum eſt vbi opiniones ſunt, & iura varia videntur. ſuprà de ſenten. excommu. inter alia. ADDITIO. 50. diſti. quia ſanctitas tua. ſ. de reſtitu. ſpoliat. literas. de æta. & qualit. quęris. & capit. à multis ſuprà eod. lib. de electio. ſi religioſus. & infrà de præben. quia ſæpe. Deriuatur autem ambiguum ab ambigo, quod componitur ab an quod eſt circum, & ago: interpoſito. b. quaſi circum agor & voluor, ſecundum Ioannem Andr. & de triplici ambiguitate not. xxxiij. diſtinc. cap. fin. in gloſ. in ambiguis. Ioannes Andreæ.

Ambiguum quid ſit, & vnde dicatur.

k *Non videtur.* nec eſt. ff. de arbi. l. nõ diſtinguem9. §. queſitũ.

Gloſ. ſeq.



cem delegatum a qui à ſede Apoſtolica mãdatum ad hoc non receperit ſpeciale b, iubere non poſſe alterutrum partium coram ſe perſonaliter in iudicio c comparere: Niſi cauſa fuerit criminalis d, vel niſi pro veritate dicenda e, vel pro iuramento calumnię f faciendo, vel aliàs iuris neceſſitas partes corã eo exegerit g perſonaliter præſentari.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem quid de ordinario. ſecundò ſignat contrarium & ſoluit. tertiò textũ determinat.

a *Iudicem delegatum.* à contrario ſenſu videtur ſecus de ordinario. vigeſimaquinta diſtinct. qualis. in gloſ. penult. de iis quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica. Sed idem in ordinario ſecundum Ber. non enim poteſt cõpellere partes corã ſe venire perſonaliter, niſi in ſequentibus caſibus. C. de procuratoribus. l. vltima. & ideo de ipſo dictum non fuit: quia de ipſo non dubitabatur per prædictam legẽ. ſed de legato Papæ dubitabatur, qui videbatur poſſe idem quod Papa quo ad illam cauſam a. Liberum enim eſt cuilibet per ſe vel per procuratorem reſpondere. C. de iis qui ad eccleſiam confugiunt. l. præſenti. §. cum autem. ff. de procuratoribus. l. prima. infrà de iuramento calumniæ. capitulo vlt. ſuprà de procuratoribus, querelam. beneficium autem iuris nemini auferendum eſt. vigeſimaoctaua diſtinct. de his. infrà de reg. iur. indultum. cum ſuis concordantiis. argumentum contra, quòd perſonaliter citatus, perſonaliter venire tenetur ſuprà de dolo & contumacia, cum dilecti. Dic quòd illud obtinet in Papa: vt ibi nota. & ſic etiam ſuprà de maioritate & obedientia. humilis. de dilationibus. capitulo vlti. Et habent hæc locum in cauſis priuatorum. In cauſis vero eccleſiæ, collegij, vel vniuerſitatis b de neceſsitate interuenit ſyndicus, ſuprà de iuramento calumniæ. in pertractandis. & capitu. ſequenti ſecundum Ber. ADDITIO. Licet hæc gloſ. dixerit in principio ſecundum Ber. ordinarium non poſſe compellere partes coram ſe venire, non tamen vetat quin extra iudicium poſſit ipſe ordinarius ex cauſa cogere ſubditos coram ſe perſonaliter comparere: vt ſi eget ipſorum conſilio vel perſonali auxilio. ſecundum Hoſtien. alle. vigeſima ſecunda quæſtio. quinta, de forma. de offic. delegati. capitulo vlt. Vel vult quòd promoueantur ad ordines. de æta. & qualit. cap. j. Et ſecundum eum de conſuetudine hoc in diuerſis caſibus experimur. Conſtat etiam eis in dubio ſemper obediendum. xxiij. quæſt. j. quid culpatur. in glo. fi. Addit Ioan. Mona. quòd vocat abbates, presbyteros, & clericos perſonaliter ad ſynodum. xviij. diſtin. cap. vlt. Item clerum & populum congregat ad ſermonem ſupra eod. lib. de elec. vbi periculum. §. quia vero. & ad curiã mittit clericum. xvj. quæſtio. j. vos autem. in auctent. de ſan. epi. §. reuerendiſsimi. col. ix. Ioan. And.

a Hoc verũ quo ad illa ſine quibus cauſa non poteſt expediri. ſ. de offic. deleg. c. j. & cap. præterea. ſecundum Innoc. & Archid. ſed ſine hoc expediri poteſt per procuratorem. ergo &c. ſicut ergo non poſſem illi præcipere quòd iret ad ſanctum Iacobum: ſic nec quòd ad ipſum perſonaliter veniat ſecundum Ioan. And.

b Etiam ſi ipſius cauſa eſſet criminalis vel de crimine, & vide quid no. & dixi de ſimo. di. lectus. ii. Ioan. And.

b *Speciale.* quia tunc ſicut Papa id poteſt, & ipſe ſimiliter. ſ. de procur. ca. pen. cum ſuis concor.

c *In iudicio.* de extra iudicium non dubitabatur. & eſt ſi. ſupra eod. lib. de reſti. in integ. capi. ij.

Gloſ. ſeq. textum exponit. ſecundò quærit. arg. pro & contra. ponit opi. Ber.

d *Criminalis.* intelligas criminaliter intentata. Si enim de crimine agitur ciuiliter: bene interuenit procurator ſupra de procu. tuæ. de accu. ſuper his. vnde tunc perſonaliter venire compelli non poterit. Si autem criminaliter intentatur: procurator non interuenit, niſi in caſibus no. ij. quæſtione vj. ſiquando. in gloſ. fi. & ſupra de accu. veniens. Sed quærebat hic Ber. ſi admittatur procurator in cauſa criminali, an valeant quæ facta ſunt cum eo? Et videtur quòd ſic, ſi non opponitur exceptio. C. de procur. ita demum. ff. de procu. filiusfamilias. §. veterani. & ea quæ fiunt cum falſo procuratore, valent per conſenſum. ff. de iudi. licet. ff. rem ra. habe. l. iij. §. falſus. Sed contra videtur: quia contra legem actum eſt ff. de iudi. pu. l. penult. §. ad crimen. & v. quæſt. iij. ca. in criminalibus. Dicebat Ber. quòd valet quod cum eo actum eſt, per prima iura: ex quo non fuit obiectum c, iudex tamen talem procuratorem ex officio ſuo poteſt & debet repellere ſupra de excep. exceptionem. cum ſuis concord. & ſupra de accu. cum P. Nec ob. ſi iudex debet repellere: ergo non valuit iudicium. vide inſtantiam in excommunicato per prędictam decre. exceptionem infra de except. pia. & cum hoc concor. Guil. in ſpe. de procura. §. i. verſi. ſed pone quòd in caſu tali. ADDITIO. Et Ioan. Mona. hic. & Archid. eod. lib. ſupra de procu. qui generaliter. & facit quod no. C. de adult. quamuis indubitati. Sed vt ibi no. Cy. Franc. Accur. reſiſtebat illi gloſ. quæ innuit hanc exceptionem dilatoriam. hac ratione verbis ſententiæ referenda ſunt ad perſonam domini. C. de iniur. l. ſi. & abſens damnari non poteſt. ff. de pœn. abſentem.

Procurator in cauſa criminali an debeat admitti, & an valeat proceſſus agitatus cũ illo.

c Idẽ tenet Do. alle. ca. quia fruſtra. de vſu. iuncto ſine cũ princ. & cle. cõſtitutionẽ. in ſi. de ele. tamẽ de Ancha. allegans Bar. in d. §. ad crimen. tenet contrarium.

A In procuratorem autem ſententia ferri non poteſt: quia nocens non eſt. Cod. de ſent. & interlo. l. j. ergo ſemper opponi poterit. C. de procu. licet. ſecundum eum. per quod dici poteſt quòd quo ad fienda repellitur, valebunt tamen prius cũ eo geſta per iura præallegata. Ioan. And.

## Bonifacius octauus.

*Mulieres perſonaliter ad iudiciũ (quacunque cauſa in iure non expreſſa) inuitæ trahendæ non ſunt: ſed ſi neceſſarium ſit ipſarum teſtimonium in cauſa, iudex expenſis producentis interdum ibit, interdum mittet. & iudex fraudulenter vadens, excommunicatus eſt. Mulieres religioſæ etiam volentes extra monaſterium ſuum ex aliqua cauſa perſonaliter ad iudicium trahi non poſſunt. quod contra prædicta ſit, eſt irritum. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

e *Dicenda.* ſcilicet ad præſtandũ iuramentum de veritate d: quod ſolũ olim præſtabatur in ſpiritualibus: hodie ſecus. j. de iur. calum. ca. j. in fi. & differt in eo à iuramẽto calumniæ: quia per illud reſpondetur de eo quod credit & æſtimat. C. de iureiu. propter calũ. dan. l. ij. §. ſin autẽ. & per iſtud iuramẽtum de veritate reſpõdetur vt litera ſonat. ſ. de elect. dudum. ij.

d Et ad reſpondendũ per illud ad poſitiones vel interrogata: et per id poſſet dici idẽ de propoſitione facti per decr. paſtoralis. eo. tit. quod dic vt ibi. Ioannes And.

B Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.

f *Iuramento calumniæ.* quod principales perſonæ præſtare debent. C. de iureiu. propter calum. dan. auctẽn. principales ſupra de iura. calum. in pertractandis. quod verum eſt, niſi procurator habeat ad hoc ſpeciale mandatum infra de iura. calum. cap. vlti. in quo caſu dicam quòd delegatus principalem ad iurandum compellere non poterit, cum ibi tunc non ſit iuris neceſsitas de qua ſequitur: niſi forte principalis iuſtior ſit quàm procurator: & natura cauſæ hoc requirat: vel ſcit melius veritatem: vt. C. de procur. l. vlt. Et facit ad hoc. ſ. de proc. ſi quem. in ſi. eo. lib. Ioan. And.

g *Exegerit.* quaſi coëgerit. Et tractat hic Ioan. Mon. quomodo exigere ponitur pro complere, pro petere, pro cogere, pro diuidere, pro expellere: ponens verſum, Exigo, perficio, peto, diuido, cogo, repello.

Exigo multipliciter accipitur.

MVlieres.} Primò ponitur prohibitio mulieribus in genere. Secundò ibi, Sed cum. prouiſio bimembris circa ipſarum teſtimonia, cum certa prohibitione & pœna. Tertiò prohibitio circa religioſas ibi, Cæterùm, Quartò C decernit in fin. Iſta decre. Bonifacij extrauagans erat: quia edita ante compilationem huius ſexti libri. Ioannes Andr.

Iſtud capitulum non eſt ſeruandum in his partibus. Nam factum fuit in partibus Italiæ in qua obſeruatur ſecundum quòd dicit præſens capitulum. nam periculoſa eſt ſexus commiſtio, & mulieres huius patriæ non obſeruant grauitatem quam obſeruant mulieres Italicæ. vnde habemus præſupponere quòd regulariter iudex qui de aliqua cauſa cognoſcit, non tenetur ire ad teſtes pro illis examinandis: ſed poteſt compellere eos vt veniant ad ſuam præſentiam: fallit in aliquibus caſibus: vt hic in mulieribus.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice. fuit taliter proceſſum quòd lis fuit conteſtata. volo probare intentionem meam per teſtes: & dico quòd teſtimonium aliquarum mulierum eſt mihi neceſſarium: & peto quòd ipſæ mulieres citentur vt compareant coram iudice perſonaliter perhibituræ teſtimonium veritati: vtrum iudex poterit compellere mulieres vt coram ſe perſonaliter compareant: & ſe exhibeant in publico pro ferendo teſtimonio in aliqua cauſa? Reſpondet quòd non. nam non poſſunt exire domum ſuam vt ſe immiſceant cœtibus virorum. Quid ergo fiet? celabitur veritas? Reſpondet quòd iudex D ibit ad ipſarum domum, & ab eis recipiet iuramentum: & in domibus ipſarum illas examinabit vocata parte & citata. Sed ponamus quòd iudex eſt grauis perſona: quia eſt conſtitutus in dignitate: & non eſt decens vt iudex accedat ad domos illarum mulierum baſſæ conditionis? Reſpondet quòd tunc iudex vices ſuas committet alicui commiſſario ad illas mulieres examinandas. Et iſta ſunt vera: niſi mulieres iſtæ vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio. nam iſtud capitulum intelligitur quòd non poſſint compelli vt veniant ad iudicium. fallit in religioſis & monialibus: quæ etiam ſi vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio: non ſunt admittendæ. {Non fingatur.} vnde ſi eſt talis cauſa in qua debent produci teſtes & examinari: debet mittere commiſſarios, & non debet ire perſonaliter fingendo quòd eius præſentia requiratur. & ſi in fraudem faciat, incidit in excommunicationem: puta quia iudex appetit amplexus mulieris: & fingit quòd teſtimonium mulieris eſt neceſſarium in cauſa: & facit cum parte vt pars nominet aliquam mulierem inter ſuos teſtes: vt poſſit habere acceſſum ad illam mulierem. {Religioſæ}. vnde religioſæ hic accipiũtur ſpecialiter pro illis quæ fecerũt profeſsionẽ

non

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



non ſicut in l. prima. C. de ſum. trinit. & fide catho. ibi, in tali volumus religione verſari. & ſuprà de cõſtit. eccleſia. vbi dicitur ꝙ laici etiam religioſi non habent poteſtatem diſponendi in rebus eccleſiaſticis. Nota primò quòd vagatio eſt prohibita mulieribus: & ſimiliter permiſtio earum in congregatione virorum.

No. ſecundò quòd mulieres nõ poſſunt trahi ad iudiciũ inuitæ perſonaliter: & ſic videtur ſec⁹ à cõtrario de aliis. de quo ſupra proxi. cap. Do.

Gloſſæ omnes ſequentes recitẽtur in textu. Ioan. And.

† Tamen meretrix pro debito ciuili poſſit perſonaliter capi gl. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex Fõta.

MVlieres (quas vagari non conuenit, nec virorum cœtibus immiſceri [a]) auctoritate literarum [b] ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum [c] ipſius, aut alia [d] quacunque ad iudicium perſonaliter euocari vel trahi inuitas [e] † cauſa ferendi teſtimonium, aut alia qualibet (quæ in iure non exprimitur [f]) prohibemus [g]. Sed cum neceſſarium [h] fuerit teſtimonium earundem: iudex in expenſis partis producentis [i] eaſdem, tabellionem, aut aliam perſonam idoneam [k] ad eos tranſmittat: vel ſi forte talis caſus occurrerit, quo iure prohibente [l] receptio teſtium alteri committi non poſſit: iudex tunc propter hoc perſonaliter ad illas accedat [m]: † aut (ſi talis B ſit perſonæ [n] iudicantis cõditio, ꝙ id per ipſum nõ deceat fieri, vel non poſſit [o]) mittat [p] ad eas: prouiſo ꝙ caſus huiuſmodi (videlicet vt iudex vadat perſonaliter) non fingatur [q]: nec fraus interueniat in hac parte. Alioquin fictor huiuſmodi vel fraudator ipſo facto ſententiã excõmunicationis incurrat [r]. Cæterùm fœminæ religioſæ, præſertim quæ debet ſub clauſura morari [s], † extra ſuum monaſterium vel clauſuram non vocentur ad iudicium, vel trahantur ex quauis cauſa [t] perſonaliter: etiam ſi ad hoc voluntas accederet earundem [u]. Decernimus quoque, vt ipſo iure ſit irritum & inane ſi quid contra præmiſſa contigerit attentari.

† Iuri ſuo quis renũciare non poteſt.

† Cauſa religionis hoc licet. l. j. ff. de in ius vocã. l. ſeruos ad cuſtodiã ff. de alt. & ciba. legat. aliàs non valeret obligatio ad perpetuo manendum in loco, not. Bar. in d. l. ſeruos. de Anch. Fon.

a Immiſceri. pericu loſa eſt enim ſexuum commiſtio. xviij. q. ij. definimus. ADDITIO. Archi. alle. C. de procur. l. maritus. &. Cod. de arbi. l. vlt. Ioan. Andr.

b Literarum. generalium intelligas: puta quibus cauſa committitur. ſi enim ſpecialiter expreſſum eſſet in literis quòd mulier trahi poſſet: ſecus. ad hoc ſupra cap. proxi.

c Legatorum. vel delegatorũ multo magis. ad hoc ſupra de reſcrip. ſtatutum.

† Notat de Anch. quòd cuique priuilegia ſua ſeruanda ſunt: et potius lædendam cauſæ naturam quàm priuilegia partium. D. F.

d Alia. puta ordinaria vel delegata ab eo.

e Inuitas. volentes ergo poſſunt: & in hoc differunt religioſæ: vt infra ſequitur. Ioannes Andreæ. ADDITIO. Idem Ioannes Mona. & Archid.

f Non exprimitur. ſupra cap. proxi.

g Prohibemus. Nota meliorem conditionem mulierum quàm marium, ad idem ſuprà de ſentent. excommuni. mulieres. & cap. ea noſcitur. ſuprà de pig. ex literis. Interdum eſt deterior. quod dic vt nota. ſuprà de pœn. & remiſ. noua quedam: ad hoc. ff. de reg. iur. l. ij. Interdum par vtriuſque cauſa. & de his no. in Spec. de procurat. §. primo.

Mulierum conditio quandoque eſt melior quàm virorum.

h Neceſſarium. quia non ſunt alij qui veritatem ſciant, vel non ita bene ſciunt. xiiij. q. iij. quanquam.

i Producentis. iiij. quæſtione ij. ſi teſtes. §. liberi. verſic. venturis. ſupra eodem lib. de reſcrip. ſtatutum. in ſi. in glo. à producente. & Cod. de teſti. quoniam. ſicut ergo producens tenetur expenſas miniſtrare teſti producto: ita & tabellioni vel iudici qui ad eas vadit: vt hic vides.

k Idoneam. presbyterum, vel alium virum honeſtum coram quo iurent: & ibi etiam erit tabellio: & citabitur pars aduerſa vt vadat viſura eas iurare: vt ſupra de teſtim. cap. ij. ADDITIO. Dicit Archid. quòd faceret illum presbyterum vel virum honeſtum iurare quòd ſuum officium fideliter adimpleret: vt ſic maior & plena fides illi adhiberetur. alleg. de præſump. illud. de præſcrip. ad audientiam. j. quæſtione vij. ſancimus. Aliquando tamen talis perſona nuncius appellatur ſupra de teſti. cogi. cap. j. aliquando executor vel auditor ſupra de offic. deleg. ſuper quæſtionum.

ADDITIO. Vnde dicebat Ioannes Monach. quòd melius diceret perſonas. alleg. ſupra de proba. quoniam contra. Ioan. Andr.

l Iure prohibente. vt in criminali criminaliter intentata: vt in auctent. de teſti. §. & quoniam. & §. hæc omnia. & Cod. de fi. inſtru. authent. apud eloquentiſſimum. ADDITIO. Quod dicit hic glo. in criminali criminaliter intentata: intellige vt not. de verb. ſign. forus. ad fi. & xv. quæſtione iij. ex eo. Ioan. And.

m Accedat. expenſis producentis: vt no. ſuprà. non enim in hoc caſu credo locum habere decret. ſuprà eodem lib. de reſcript. ſtatutum. §. inſuper.

n Perſonæ. puta epiſcopus vel ſuperior propter reuerentiam ipſius pontificalis officij ad mulierculam eos ire non decet. ad hoc ſuprà de offic. ordi. cap. primo eod. lib. ADDITIO. Vel aliàs religioſus & magnæ famæ. Archid.

o Non poſſit. puta ratione infirmitatis, vel forte loci in quo moratur mulier, vel alia ſimili.

p Mittat. tabellionem vel perſonam idoneam: vt dictum eſt ſupra. Ioan. Andr.

q Non fingatur. vt iudex poſſet dominam viſitare, faciebat A eam nominari in teſtem.

r Incurrat. non reſeruat abſolutionem: ergo aliis concedit. de ſentent. excommu. nuper.

ſ Morari. vt infrà de ſta. regu. capi. vno.

t Cauſa. vnde nec ſeruare tenẽtur decr. Nicolai. quo ad perſonalem compatitionem: vt ſupra c. li. de elec. indemnitatibus. §. ſed cum eas.

u Earundem. Not. ꝙ nõ poteſt quis renunciare iuri ſuo. ad idẽ. ſ. de foro cõpetenti. ſi diligenti. & quod ibi not. & de ſen. excom. contingit. multos tales caſus quære per Acc. C. de pact. ſi quis in cõſcrib. & ff. de pactis. l. pactũ inter hæredes. & per Goffr. de regu. ad apoſtolicã. Sæpe enim procurarẽt moniales ſe ad iudiciũ euocari vt clauſtrũ exirẽt. ad idem. ſupra de ſent. excommu. relatum.

SI annum.} Prima pars tractat de minore. Secũda de filiofamilias: ibi, In huiuſmodi. Prima iterũ ſubdiuiditur, quia primò tractat de minore xxv. qui eſt maior xiiij. Secundò ibi, Si vero. de minore. xiiij. qui eſt minor vel maior ſeptenni. Ioan. And. Emanauit hæc decr. ad declarationem eorum quæ not. Ber. ſ. de reſtitutione ſpoliatorũ. ex parte. de æta. & qualit. ex ratione. & Goſ. Inno. & Hoſtiẽ. eo. tit. c. indecorum. & ſ. de procurat. accedens. ADDITIO. Et Ioan. xv. q. iij. in certis. & Accur. ff. de mino. l. ait pretor. in prin. & principium corrigit quod not. Guil. in ſpe de ſta. mo. ver. xxxj. Ioan. And. C Pro intellectu capituli præſupponendum eſt illud quod habetur. Cod. qui le. perſo. ſtandi in iudi. habeant vel non. in l. j. & ij. videlicet quòd minor. xxv. an. non habet perſonam idoneam in qua poſſit fundari & ſubſiſtere iudiciũ. ſed ſi habet curatorem generalẽ, debet ingredi iudiciũ cum auctoritate ſui curatoris. ſi non habet curatorem generalem, debet ei dari curator auctoritate iudicis.

CASVS. Quidam Titius contraxit matrimonium cum Berta: contracto matrimonio per verba de præſenti, Berta non vult ſibi adhærere tanquam marito. certum eſt quòd poteſt agere contra ipſam, & petere iudicem vt iudex compellat illam Bertam ad ſibi adhærendum tanquam marito. Sed ponamus quòd Titius erat minor. xxv. an. vtrum poſſit eſſe in iudicio in iſta cauſa ſpirituali ſine auctoritate curatoris? Reſpondet Roman. pont. cum diſtinctione: aut iſte minor habet xiiij. annum completum, ita quòd eſt pubes: & in iſto caſu põt eſſe in iudicio ſine auctoritate tutoris, & agere per ſe ſine auctoritate curatoris: & poteſt conſtituere ſuum procuratorem abſque curatore. Si autem nondum compleuit annum xiiij. non poteſt agere ſine auctoritate curatoris: & ſi velit conſtituere procuratorem, debet conſtituere D cum auctoritate iudicis coram quo ventilatur cauſa, ſiue ſit iudex ordinarius ſiue delegatus. Idem dicendum eſt in cauſis dependentibus à cauſis ſpiritualibus: verbi gratia, Titius minor. xxv. annis contraxit matrimonium cum Berta. Pater Bertæ promiſit ei centum in dotem. certum eſt quòd iſte Titius minor xxv. ann. dummodo ſit pubes, poteſt ſine auctoritate curatoris petere iſtam Bertam in vxorem. Sed vtrum poſſit petere dotem ſibi promiſſam ſine auctoritate curatoris, licet ſit minor? Reſpondet quòd ſic. Sed ponamus quòd aliquis qui vult tractare cauſam ſpiritalem, eſt filiusfamilias qui non poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate patris: vt in glo. magna inſtit. de pa. pote. Ponamus quòd filiusfamilias contraxit cum Berta. pater Bertæ non vult dotem ſoluere. vtrum poſſit iſte filiusfamilias tractare cauſam ſine auctoritate patris? Vel filiusfamilias beneficiatus vult agere in cauſis beneficij: vtrum poſſit ſine auctoritate patris? Reſpondet Roma. pont. quòd ſic. nam in cauſis iſtis ſpiritalibus non requiritur auctoritas patris. Et ſic filiusfamilias in cauſis ſpiritalib⁹ poteſt agere ſine auctoritate patris. {Infante.} qui non habet poteſtatem agendi nec conſtituendi procuratorem: quia nõ intelligit illa ætas quid videat. l. prima. C. de falſa mone. Nota primò ex iſto capitulo quòd



quòd minor vigintiquinque an. regulariter nõ poteſt eſſe in iudicio per ſe, nec conſtituere procuratorẽ abſque auctoritate curatoris ſui: vt l. j. & ij. alle. Not. ꝙ quaſcunq; cauſas ſpiritales vel deſcendentes à ſpiritalibus minor. xxv. an. ſine auctoritate curatoris poteſt tractare: & cenſetur quãtum ad illas cauſas maior.

Minor per ſe poteſt cauſas ſpiritales aut ab illis dependẽtes tractare.

Not. quòd idem eſt iudicium de cauſis ſpiritalibus & deſcẽdentibus ab eiſdem: ſicut dicimus ꝙ de cauſis ſpiritualibus, & de cauſis annexis ſpiritualibus idẽ eſt iudicium in ca. quanto. de iudi. in anti. vt ius patronatus non eſt merum ius ſpiritale: ſed eſt annexum iuri ſpirituali, puta inſtitutioni: vt hic dicitur. Nota quòd impubes non põt cauſas ſpirituales tractare per ſe, nec in eis conſtituere procuratorẽ abſque auctoritate ſui curatoris. In matrimonio non poteſt bene poni exemplum: quia impubes non poteſt contrahere matrimonium: ſed malitia aliquando ſupplet ætatem. nam quãtum ad facultatem contrahendi matrimonium non attenditur ætas, ſed poteſtas coëundi: quia ſi ſint potentes ad coëundum, ante xiiij. annum poſſunt contrahere: & potentia eſt vigor naturalis. vel poteſt poni exemplum in beneficiis dummodo ſint præbendæ: vel ex diſpenſatione Apoſtolica, quia in pupillari ætate poſſet obtinere beneficium ex diſpenſatione Apoſtolica: ſed tunc debet habere curatorem ad illas lites: vel ſi velit conſtituere procuratorem, hoc debet eſſe auctoritate iudicis. Not. quòd iudex delegatus poteſt dare curatorem minori. xxv. an. ad lites ventilandas coram ipſo, ſed non ad cauſas quæ non ventilantur coram ſe. ſed ordinarius poteſt dare curatorem ad omnes cauſas tam coram ſe monendas, quàm alibi. Not. vnum caſum in quo filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate patris: quod eſt contra. l. non ſolum. C. de bo. quæ lib. puta in cauſis ſpiritalibus poteſt filiusfamilias eſſe in iudicio ſine auctoritate patris. nam iſta cenſentur peculium caſtrenſe vel quaſi. No. vlterius illud ad quod allegatur iſte text. quòd clericus etiam ſacerdos & beneficiatus non liberatur à patria poteſtate. nam nos non legimus quòd clericatus ſit modus tollendi patriam poteſtatem: legimus tamen de dignitate epiſcopali. in auctent. ſed epiſcopalis dignitas. Cod. de epiſ. & cle.

Impubes cauſas ſpiritales ſine ſui curatoris auctoritate tractare non poteſt.

† No. vbicunq; minor legitimè poteſt intereſſe iudiciis, ibi poteſt conſtituere procuratorem. c. ex parte. de reſtit. ſpo. ſi tamẽ lædatur, reſtituetur. gloſ. in d. c. ex parte. et in l. j. C. ſi de momen. poſ. Font.

Sacerdotiũ non liberat à patria poteſtate.

Idem.

*Maior xiiij. annis per ſe & per procuratorem poteſt agere & defendere cauſam ſpiritualem: minor xiiij. per ſe non agit, ſed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarij eccleſiaſtici iudicis, & etiam delegati dati ad cauſas illas. Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. hoc dicit. Ioannes And.*

CAPITVLVM III.

SI annum quartum decimum [a] tuæ peregiſti ætatis: in beneficialibus & aliis cauſis ſpiritalibus [b], necnon & dependentibus [c] ab eiſdem, ac ſi maior [d] vigintiquinque annis exiſteres: ad agendum & defendendum, per te, vel per procuratorem † (quem ad hoc conſtituendum decreueris) admitti debebis [e]. Si verò intra quartumdecimum annum exiſtas: per te agere B aut defendere non poteris [f] ſiue per ipſis: ſed vel per tuum epiſcopum, vel per officialem eiuſdem [g] tibi curator dabitur ad lites [h] huiuſmodi [i] exercendas: aut tu ipſe (ſi maior infante [k] fueris) cum auctoritate alterius [l] eorundem, procuratorem ad eas poteris deputare. Delegatus etiam Apoſtolicæ ſedis, & ſubdelegatus ab eo [m], tibi (ſi non habeas) curatorem [n] dare valeant, vel auctoritatem conſtituendi procuratorem [o] præſtare ad illas cauſas vel lites duntaxat quæ coram ipſis fuerint ventilandæ [p]. In huiuſmodi [q] quoque litibus ſiue cauſis, quanquam in poteſtate patris exiſtas †, nec aliàs abſque ipſius aſſenſu in iudicio regulariter [r] eſſe poſsis:

a Quartumdecimum. in mare hoc intellige, in muliere. xij. & ſic intellige prædictam decret. de reſtitu. ſpoliat. ex parte. & probatur ſuprà eod. lib. de elect. indennitatibus. j. reſpon. ſupra de deſpon. impub. continebatur. Ioannes Andreæ.

b Spiritalibus. puta matrimonio & ſimilibus.

c Dependentibus. vt dote quæ dependet à matrimonio: de dona. inter virum & vxo. & de dote poſt diuor. reſti. c. iij.

d Ac ſi maior. ſine curatore ſicut maior.

Gloſſa ſeq. ponit quatuor opi.

e Debebis. in matrimonio hoc erat expreſſum in prædicta decre. ex parte. {Per quam patet in quæſtione. Io. de deo, de qua dicam infra de ſenten. excom. cap. licet. in vlt. gl. etiam ſuo tempore non ponderandam ætatem. xxv. annorum in defendente cauſam matrimonialem.} Sed quia quidam dicebant id ſpeciale in carnali matrimonio: ideo emanauit hæc lata conſtitutio. Sed quòd idem eſſet in ſpirituali, probatur per decre. de elec. dudum. j. & de reg. poſtulaſti. ad hoc facit, quia huius voluminis compilatores [a] de tutelis & curis non poſuerunt tanquam de materia nobis non multum neceſſaria. Et aduerte: quia quod hic dicitur, quidam tenebant indiſtinctè. Innocen. dicebat quòd debebat dari curator ſecundum quòd in verſ. ſe. de minore. xiiij. dicitur. Hoſtien. autem ſuo capite & quadam ſimilitudine diſtinguebat inter maiores. xvij. an. vt tunc haberet locum. j. opin. quia talis prodire poteſt in publicum iij. quæſtione vij. cap. j. §. tria. ad hoc ſupra eo. li. de procur. qui generaliter. in fi. vel xviij. ſecundum ea quæ no. de offi. deleg. cum viceſimum. & A minores. xvij. vt tunc habeat locum opi. Inn. & hanc viã mediam dicebat tenendam. argu. de offi. deleg. quærẽti. hęc no. de æta. & qualit. indecorum. & in ſumma eiuſdem tit. §. ætas. ſed reprobatur hæc opi. vt hic vides. Ioan. And.

a Quot vide ſupra in proœmio. §. nos ad apicem. Ioan. And.

f Non poteris. hoc tenet Ber. de æta. & qualitate, ex ratione. in gloſ. vltima.

Gloſ. ſeq. recit. per obiectionem.

g Eiuſdem. [b] Non enim ſufficit, imò nec requiritur patris auctoritas. nõ enim de patrimonialibus tractamus in quibus id locum habet. C. de bo. quæ li. cum oportet. & l. cum non ſolum. & infra in fin. cap. nec Imperatoris vel alterius iudicis ſecularis: cũ ſpiritalis & eccleſiaſtica ſit cauſa. xcvj. diſt. bene quidẽ. ſ. de iudi. at ſi. & de arbi. contingit. ar. ff. ad treb. ille à quo. §. fin. & l. ſeq.

b Gloſ. ſeq. Do. de Ancha. et Phi. notãs quòd tutor teſtamentarius datiuus nõ poſſet litigare pro beneficijs ſui pupilli: quod not. bene: quia Pet. dicit quòd nõ eſt alibi. Font.

h Ad lites. ad hoc. Cod. de in litem dan. tuto. vel cura. per totum. Cod. de cura. fu. l. ſi. in prin.

i Huiuſmodi. ſcilicet ſpiritales. quaſi de temporalibus nõ dependentibus ſe intromittere non debeat. argu. infra proxi. reſpond. niſi forte ratione perſonæ: puta ſi clericus eſſet.

† Notat de Anch. quòd ſimplex clericatus non liberat à patria poteſtate. vide Hoſtien. c. indecorum. de æta. & qualit. liberat tamen quo ad perſonam, vt perenti non poſſit: et ad bona aduẽtitia et acquiſita poſt clericatum: adeo vt dixerit Bar. cõſilio. lxv. quòd filius ſacerdos notarius poſſet in teſtimonio patri adſcribere. Font.

Gloſſa ſequens quærit obiiciendo, & ſoluit.

k Maior infante. id eſt ſeptennio. ſ. de deſpon. impu. literas. & ca. acceſſit. minor enim ætas ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. j. in fi. Sed dices, quam cauſam ſpiritalem poteſt tractare minor infante: matrimonium enim vel ſponſalia contrahere non poteſt: vt in prædictis iuribus. Saluo eo quod habetur de ſpon. iuuenis. beneficium eccleſiaſticum habere non poteſt: vt not. ſ. de præb. ſuper inordinata. qualis ergo erit hæc cauſa? Forte diſpenſatione Papæ adeptus eſt beneficium de quo agit vel defendit: vel forte repetit: vel ab eo repetuntur vſuræ. Vel dicitur natus de illegitimo matrimonio. de ordine cognitio. tuam. vel his ſimilia.

l Alterius. epiſcopi ſcilicet vel officialis. ADDITIO. Vel curatoris ſic deputati, ſecundum Archidiaconum.

m Ab eo. de delegato ordinarij non dicit: quaſi ordinarius hoc delegare non poſſit. ad hoc. ff. de offic. proconſu. l. nec quidquam. §. vbi decreto. & ſuper hoc vide quod not. ſuprà de reſtitutione in integrum. capit. penult. & quod dixi ſuprà eod. lib. de offic. vicarij. licet. ADDITIO. Nec etiam dicit legati ſecundum Archidiaconum. non enim emanat à ſede, quod emanat à delegato. allegat de fi. presbyte. dilectus. Graue videtur hoc dicere, quòd delegatus legati non poſſit quod poteſt ſubdelegatus delegati. procederet autem eius dictum, ſi intellexiſſet quòd delegatus legati id nõ ſubdeleget. Ioan. And.

n Curatorem. forte generaliter vel ſpecialiter ab ordinario datum.

D o Procuratorem. cum eſt maior ſeptennio: vt. ſupra. verſic. proximo.

p Ventilandæ. delegata enim eis cauſa, & omnia delegata videntur, ſine quibus cauſa &c. de offi. deleg. præterea. ADDITIO. & cap. prudẽtia. §. ſexta. Ad cauſam vero pertinet, quòd perſona legitima ſit in cauſa. C. qui da. tu. & curato. l. in vniuerſis. Ergo poſſunt per quod peruenitur ad illud. ff. de procuratorib. l. ad legatum. Ioan. And.

q Huiuſmodi. ſcilicet ſpiritalibus & dependentibus.

Gloſſa ſeq. declarat tex. & ponit. vij. caſus exceptos.

r Regulariter. & hoc habet locum etiam in maiore. C. de bonis quæ liberis. cũ oportet. & l. cum nõ ſolum. Et eſt hoc verũ ſuo nomine: ſecus ſi ſit alterius procurator. ſuprà eod. lib. de procuratо. qui generaliter. ſecũdo reſpõſo. & ff. de minoribus. cum mandato. Ideo autẽ dixit regulariter, quia caſualiter contra: ſicut in caſtrenſi peculio: in quo etiã contra patrem agit. ff. de iudiciis. lis nulla. Item cum impetrat veniam ætatis: dũmodo ſit maior viginti annis. C. de iis qui veniam ætatis impetrauerũt. l. ſecunda. Et in momentanea poſſeſſione. C. qui legitimã perſonam. l. vltima. Item cũ agit de thoro violato. ff. de adulteriis. l. ſi maritus. ſecunda. §. lex Iulia. & l. inter

Filiusfamilias in quibus caſibus poſſit eſſe in iudicio ſine cõſenſu patris.

inter liberas. §. penultimo. Et in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libero homine exhibendo. l. tertia. §. ſi mulier. Item ſecundum canones videtur ꝙ indiſtinctè conqueratur filius de patre. ſupra de ſponſalibus, non eſt. ſecunda quæſtione ſeptima. quæritur. vbi de hoc. & vigeſima tertia quæſtione quarta, ſi eccleſia. Itē in caſu. ff. de iudiciis. ſi longius. In his & ſimilib.[a] minor et in poteſtate cōſtitutus agit. Additio. Materiam gloſſę vide plenè in Speculatore de actore. §. primo, verſiculo, item ꝙ eſt filius. & duabus chartis ſequētibus. & ſpecialiter de clericis in verſiculo, ſed cū clericorum dicto & per hoc decido quā plures queſtiones huius materiæ ibi poſitas. & in. l. vltima. C. de bonis quæ liberis. Ioan. And.

a *Non habeat.* habet enim locum illa regula in patrimonialibus: vt ſupra dixi.

eius (cum de iis ſe intromittere non habeat [a]) nequaquam requiri debebit aſſenſus.

## DE FORO COMPETENTI.

### Innocentius quartus.

*Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo, vel per viam querelæ, de cauſa ſubditorum ſuffraganei etiam ipſis conſentientibus, non cognoſcit. hoc dicit vſque ad. §. neque.*

### CAPIT. I.

Romana [b] eccleſia, & infra. Nec appellationis articulo prætermiſſo, [c] nec

### DE FORO COMPETENTI.

*Continuatio domini Heliæ.* Dictum fuit titulo proxi. de iudiciis. verùm quia multoties accidit quòd vocati ad iudicium excipiunt de incompetentia fori, & poſſet aliquis dubitare quod dicatur forum competens, & quid incompetentia, ideo annectitur rubrica iſta de foro competenti.

b Romana. }. Hæc ſolennis decr. habet vndecim dicta circa forum competens vel incompetens, ſecundum Hoſtien. Boa. & Io. Mo. Primo enim ponit duo dicta. Secundo ibi, Neque. tria. Tertio ibi, Nec etiam. duo. Quarto ibi, contrahentes. vnum. Quinto ibi, Nec clericos. ponit alia tria. Pro intellectu huius ca. habemus aliqua præſupponere, & primo illud quod dicitur in ca. paſtoralis. de offic. ordi. in an. quòd regulariter archiepiſcopus non eſt competens iudex inter ſubditos ſuorum ſuffraganeorum in prima inſtantia. Item præſupponendum eſt quòd quando appellatur ab epiſcopo ad archiepiſcopum, ſi appellatio fuerit legitima, cauſa deuoluitur ad archiepiſcopum, & archiepiſcopus poteſt retinere cognitionem cauſæ principalis, ſi dictum fuerit bene appellatum, & male iudicatum. capit. vt debitus. de appellat. in antiq. Casvs. Tu & ego litigabamus coram epiſcopo Pictauen. qui contra te tulit aliquam interlocutoriam, à qua appellauiſti ad metropolitanum, videlicet ad archiepiſcopum Burdegalen. fui citatus ad procedendum in cauſa appellationis. in termino mihi aſſignato comparui. tu & ego conuenimus mutuo conſenſu quòd archiepiſcopus non cognoſceret de articulo appellationi, ſed tantùm de principali cauſa. an archiepiſcopus poſſit cognoſcere de cauſa principali omittendo articulum appellationis? Reſpondet Romanus pontifex quòd non, quia partes poſſent adhibere fraudem vt priuarent primum iudicem ſua iuriſdictione. Sed ponamus quòd in aliqua cauſa quæ vertebatur inter te & me, & coram epiſcopo Pictauen. fuit ad archiepiſcopum Burdegalen. appellatum. archiepiſcopus eſt contentus cauſam appellationis committere. non eſt dubium quòd poteſt, dummodo faciat in diœceſi illius epiſcopi à quo eſt appellatum. Sed quid, delegatus nō vult acceptare delegationem, an poſſit compelli? Reſpondet quòd non. *Caſus. §. Neque.* Sed ponamus quòd archiepiſcopus cognoſcit inter partes in prima inſtantia. altera partium vult producere aliquos teſtes qui ſunt de iſto epiſcopatu Pictauen. vtrum poterit illos facere conueniri coram ſe? Reſpondit quòd non. Qualiter ergo prouidebitur parti? Reſpondet quòd archiepiſcopus poterit vices ſuas committere alicui commiſſario in diœceſi Picta. & poterit archiepiſcopus epiſcopum Picta. requirere vt compellat commiſſarium ad ſuſcipiendum delegationem, & teſtes ad ferendum teſtimonium veritatis coram ipſo commiſſario. *Caſus. §. Nec etiam.* Sed quid, habuimus in principio huius capituli quòd archiepiſcopus non habet iuriſdictionē in ſubditos ſuorū ſuffraganeorum. ſed nunquid ad minus habebit in officialem & alios officiarios ſuorum ſuffraganeorum, puta archipresbyteros, decanos, & alios? Reſpondet Romanus pontifex, quòd non, niſi ſit contraria conſuetudo. Et ponamus quòd tu & ego qui ſumus de iſta diœceſi, litigabamus in curia archiepiſcopi Burdegalenſis. accepimus in cauſa noſtra

A peroranda procuratores & aduocatos, & conuenimus cum aduocatis & procuratoribus de certo ſalario pro conductione cauſæ in ciuitate Burdegalen. iſte aduocatus meus conuenit me pro ſuo ſalario. vtrum tenear comparere? Reſpondet quòd non. nam pro ſalariis non poſſum in dicta curia archiepiſcopi in prima inſtantia conueniri. l. hæres abſens. ff. de iudiciis. vbi dicitur quòd ſiquis tāquam viator contrahat in aliquo loco, licet ratione cōtractus ſortiatur forum, tamen non poteſt conueniri in illo loco, quia eſſet abſurdū quòd quilibet viator poſſet conueniri in omnibus locis in quibus contraxit, vt dicta. l. hæres abſens. alle. modò iſti erant ibi tanquam viatores. Nota primo quòd iudex qui non poteſt adiri niſi per viam appellationis, non poteſt de cauſa principali cognoſcere, niſi prius diſcutiat de viribus appellationis, etiam ſi partes conſentiant. & ſic patet quòd iudex qui habet iuriſdictionem limitatam ad certum caſum, primo debet cognoſcere an ſit in caſu quo iuriſdictionem habeat. ad hoc. ꝟ. de elec. prouida. Nota ſecundo ex. §. neque. quòd quis non poteſt compellere vt recipiatur eius delegatio, niſi illum quem vult compellere vt recipiatur eius delegatio, habeat ratione illius iuriſdictionis ſubiectum. Nota tertio ex. §. nec etiam. quòd quis non poteſt conueniri in loco contractus, quando fuit factus per aliquem viatorem. de quo in gloſ.

*Iudex appellationis de principali non cognoſcit ante appellationis diſcuſſionem.*

aliàs etiam (cum minime appellatum extiterit [d]) Remenſis [e] archiepiſcopus vel eius officialis de cauſis clericorū [f] tanquam iudices [g] (licet in ipſos iidem clerici de facto [h] conſentiant) abſque diœceſanorum ſuorum voluntate cognoſcant.

B *Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganei non poteſt cōpellere cauſas delegatas ab eo ſuſcipere, ſuas ſententias & præcepta exequi, vel teſtimonia in cauſis ad eos deuolutis ferre, niſi conſuetudo aliud diſponat. hoc dicit. Domi.*

Neque ſuffraganeorū Remēſis eccleſiæ ſubditos ipſorū delegationē ſuſcipere, [i] vel

Gloſſa ſequens determinans textum ponit contrarium.

c *Prætermiſſo.* licet per appellationem ad archiepiſcopum cauſa deuoluatur, & de ea cognoſcere poſſit, tamen de principali quæſtione cognoſcere non poteſt, niſi prius de appellatione cognoſcat (etiam partibus conſentientibus) ſine voluntate ſuffraganei, quia in hoc caſu perinde eſſet, ac ſi ſine voluntate ſuffraganei per ſimplicem querelam cognoſceret: quod non poteſt facere. ſupra eodem lib. de offi. ordin. capit. primo. & ſic fraus fieret illi conſtitutioni. Et hoc intellige cum appellatur ante ſententiam. nam quando appellatur à ſententia, iudex appellationis ſtatim de principali cognoſcat. [a] de hoc ſupra de appellat. vt debitus. in gl. penulti. & per hoc probatur opin. Hoſtien. qui not. infra eodem lib. de appel. cordi. quòd illa decret. locum habet ſpecialiter in papa, in archiepiſcopo enim locum non habet, vt hic vides. ſic etiam ſoluitur contrarium illius decret. ad iſtam. Satis tamen videtur {ſecundum Hoſtien. Pe. de Samp. & Archid.} quòd in quolibet inferiori à papa locum etiam habeat decre. illa, qui per ſimplicem querelam poſſit adiri. [b] & ſic poſſet intelligi opin. Innocen. vt ibi dicam.

d *Extiterit.* & ſic aditur per ſimplicem querelam.

e *Remenſis.* vel alius quilibet. de offic. ordi. capitulo. j. ſupra eodem libro.

f *Clericorum.* in laicis ſecus, quia priuatorum conſenſus &c. D C. de iuriſdictione omnium iudicium. l. priuatorum. Additio. Idem Ioan. Mo. & Archid. quod eſt verum quo ad temporalia, ſecus in ſpiritalibus ſecundum Hoſtiē. alleg. ſupra de pœni. & remiſſion. & remittit ad id quod not. de deſpon. impub. capi. ij. & de hoc dixi de offic. delega. P. & G. ſuper gloſſ. fin. Ioan. And.

g *Iudices.* bene dicit, quia tanquam arbitri hoc poſſent etiam ſine epiſcoporum conſenſu, ſicut quilibet alij, cum hoc prohibitum non ſit. [c] ad hoc de arbit. cum tempore. & capit. dilecti. Additio. Et de hoc ſupra eodem in antiquis, ſi diligenti. in fine. j. gloſſ. Ioan. And.

h *De facto.* quia de iure non poſſunt in iudicem non ſuum, etiam eccleſiaſticam perſonam, etſi aliàs præſit iuriſdictioni, ſine proprij epiſcopi conſentire licentia. ſupra eodem in antiquis. ſignificaſti. vbi de hoc. Additio. Et quod ibi ſcripſi poſt Hoſtien. ſuper primam gloſſ. hic not. Hoſtien. & Ioan. Mon. de nouem ſcilicet quæ requiruntur in iuriſdictionis prorogatione quam facit Clericus. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens quærit. ſoluit. dat ſimile. in fin. ſoluit obiectionem.

i *Suſcipere.* bene poteſt archiepiſcop⁹ cauſam vel executionem

*a Placet Domi. b Vt eſt legatus. ca. I. de offi. leg. tamen Do. tenet quòd illa decr. nō habet locū. c. peruenit. 11. q. 2. idē tenet Phili. Font. c Idem de Anchar. ex qua gl. not. Do. Phil. ꝙ appellatione iudicem nō veniunt arbitri. & intellige gl. quādo cōpromittitur de patrimonialibus, quia de eccleſiaſticis nō poſſent ſine licentia epiſcopi. gl. ſi. c. peruenit. ꝟ. de arbi. Io. And. Phil. Dom. Fonta.*



nem ſententiæ delegare ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, A ſed ad illa ſuſcipienda illos inuitos compellere non poteſt, nec poteſt compellere illos vt ferant teſtimonium in cauſis ad ipſum per appellationem deuolutis, niſi in his caſibus aliud inducat conſuetudo. Quid ergo fiet? mandabit ſuffraganeo vt ſubditum compellat ad teſtimonium ferendum in cauſa illa, [a] ſicut in aliis caſibus. & de hoc. ꝟ. de of. ordina. paſtoralis. Idē eſt in quolibet iudice, vt ſi de alia ciuitate petantur teſtes, iudex cauſæ ad iudicem loci mittat vt teſtes recipiat, & ad iudicem atteſtationes remittat. C. de fide inſtrumentorum. l. iudices. Et no. quòd non eandem iuriſdictionem habet iudex in acceſſorio quam in principali, ſed illud quia in ſubditos ſuffraganeorum iuriſdictionem non habet, vt in prin. decre. paſtoralis. Additio. Et ſic non obſtat ſupra de officio delega. prudentiam. §. penulti. & vlt. quæ loquitur in delegato papæ. Ioan. And.

*a Quid ſi intra terminum ad hoc aſſignatum id non fecerit? Archiepiſcopus id faciet ſecūdū Hoſt. alle. quod no. ꝟ. c. de ſupplen. neg. præla. Romana. hoc non placet Archi. dicēti quòd licet tūc ſuffraganeum cogere poſſit, ſubditū ipſius non. Ioan. And. Cōſuetudo dat iuriſdictionem.*

ſententias & præcepta [a] exequi, aut in cauſis per appellationem deuolutis ad eos, teſtimonium (niſi aliud in his tribus de cōſuetudine [b] obtineant) perhibere compellant.

*Archiepiſcopus cōtra officiales vel prælatos ſuffraganeorum (conſuetudine aliud non diſponente) & contra ſubditos ipſorum, pro ſalariis aduocatorum & procuratorū cauſarum fori archiepiſcopi, iudex competens non eſt. hoc dicit.*

Nec etiam ſuffraganeorum B ipſorum officiales, [c] aut archidiaconos, archipresbyteros, & alios inferiores prælatos ſuffraganeis eiſdem ſubiectos (dummodo aliud eis contraria conſuetudo non tribuat) nec ſubditos ſuffraganeorum ipſorum, ſuper ſalariis [d] aduocatorum & procuratorum [e] in cauſis [f] quæ in Remenſi ventilantur curia, cogant querelantibus in ſua præſentia reſpondere. [g]

a *Præcepta.* vt quia aliquem citari mandat, vel his ſimilia.

b *De conſuetudine.* conſuetudo ergo in his iuriſdictionem tribuit. ad idem ſupra eodem lib. de offi. ordina. capitulo primo. de foro competen. cum contingat. in antiquis. ſupra eodem lib. de conſuetu. capitu. iij. cum ſimilibus.

c *Officiales.* licet enim in epiſcopum iuriſdictionem habeat, non tamen in officialem, vt infra in fin. capit. dicitur.

d *Salariis.* taxata erant olim iſta ſalaria per decre. de poſtu. properandum. quam hodie non habemus. Et de iſtis ſalariis habes. Cod. de ſuffra. l. vna. Cod. manda. ſalarium. & qua actione petantur. Cod. manda. l. j. in vltima gloſſa. ff. eodem. l. ſalarium. Additio. Et de his vide ſatis in Spec. de ſala. §. ij. & iij.

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.

e *Procuratorum.* contrà, procuratoris officium debet eſſe gratuitum: [b] & ſi aliquid recipiat, contra bonos mores facit, & redemptor litis eſſe cenſetur. C. de procura. litē. C. mand. ſi contra licitum. ff. manda. ſi vero non remunerandi. §. vltimo. Sed leges illæ loquuntur quando paciſcitur vt habeat certam partem eius de quo eſt quæſtio: quod illicitum eſt. {De hoc tertia quæſtione ſeptima capitulo infames.} . tria. verbo arcentur. plenius. ff. de pactis. l. ſumptus. Ioannes Andreæ.} Hic de ſalario loquitur quod datur pro remuneratione laboris, quod licitum eſt, vt hic, & ff. manda. l. ſalarium. Additio. Datur. ſ. ſine pacto. aliàs non eſt mandatum, ſed locatio. ff. manda. l. prima in fine. Ioan. And.

*b Aduocatus tamē licitè vendit patrociniū. 11. q. 3. non licet. Ioan. Andr.*

Gloſ. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.

f *In cauſis.* licet enim iuriſdictionem habeant in cauſis, non tamen in perſonas ratione ſalariorum ipſorum, cum alia ſit cauſa. Ar. contra. C. de iudiciis, properandum. §. illo proculdubio. vbi dicitur ꝙ propter ſalarium aduocatorum omnino debet cauſæ fieri dilatio, ſed illud in ordinario loquitur. Additio. Dicit Hoſtienſis & Archidiaconus poſt eum, ꝙ illa lex concordat, quia non intromittit ſe archiepiſcopus de cauſis ſalariorum, & ſic propter illas lis non protelabitur: mandabit autem ordinario vt illas expediat. Ioannes Andreæ.

Gloſſa ſeq. ſignat contrarium, quod tripliciter ſoluit. In fine ponit duas opin. reprobatas. D

g *Reſpondere.* Nota ergo quòd ratione contractus nō ſortitur quis forum. Contra ſupra eod. capi. vlti. cum ſuis concordantiis. Sol. hic de contractu loquitur inito in ciuitate ſuffraganei, puta cum Bono. qui appellauerat, ſecum duxit aduocatum Rauennam: & ſic contractus Rauennæ initus non fuerat. Vel dic quòd locum habet quando ibi non inuenitur. Vel dic verius, quòd de contractu loquitur quem quis celebrat vt viator, vt tunc ibi conueniri non poſſit. durum enim eſſet vt quocunque loco nauiget, vel delatus ſit, reſpondere teneatur [c]. ff. de iudi. l. hæres abſens. §. nam vbi ſic venit. & hæc vera, niſi ſe ibi promiſerint ſoluturos. tunc enim ſuſcipere compellerentur [d] iudicium, cum ibi, & vbi domicilium habent, valeant conueniri. ff. de iudiciis. l. hæres abſens. §. item ſciendum ſupra eod. dilecti. ibi enim contraxiſſe videtur, vbi ſe ſoluere obligauit [e]. ff. de actio. & obliga. l. contraxiſſe. & contractum non vtique eo loco intelligitur, quo negotium geſtum eſt, ſed quo pecunia eſt ſoluenda. ff. de rebus au. iud. poſ. l. iij. Et hic reprobari videntur duæ opiniones doctorum legum, quorum quidam dixerunt quòd ratione contractus viator reſpondere cōpellitur, ſi conueniatur priuſquā inde diſcedat. Alij directè dixerunt contra, ſcilicet ꝙ conueniri non poſſet priuſquam inde diſcedat, ſed poterit ſi illuc poſtea reuertatur. Hæ opiniones hic tolluntur, cum dicatur indiſtinctè quòd reſpondere non cogitur. Nec obſtat ff. de iudic. l. ij. §. omnes. & §. plane. vbi ꝓbari videntur iſtæ opiniones, quia in Roma ſpeciale eſt quod ibi dicitur, quæ communis eſt omnium patria. ff. ad municip. Roma. & ſupra eod. capi. vlt.

*c Intellige hoc etiam ſi poſt deceſſum reuertatur. Do. & Phil. ponens hic octo limitatiōes ad gl. Font. d Intellige hoc per modū ſequentis. §. Ioan. Andr. e Idē Do. etiā ſi tacitè ſe obligauit mittēdo literas. tamen ſi locus ſolutionis ponatur ex interuallo, vtrobique cōuenietur. gl. Do. in. l. exigere. ff. de iud. Phil. Font.*

*Roma eſt communis omnium patria.*

*Contrahentes.* Sciendum eſt quando dicatur quis forum ſortiri ratione contractus. nā ratione ſolius contractus quis non ſortitur forum, ſed requiritur quòd interueniat aliud, videlicet quòd tempore contractus habeat domicilium in loco in quo contrahit: & tunc demum ſortitur forum duplici ratione, ſcilicet ratione contractus, & ratione domicilij, donec mutauerit domicilium, ſcilicet mutato domicilio, quod poteſt: tunc ſortitur forum ratione ſolius contractus, & non ratione domicilij. vel etiam ſortitur forum ratione contractus, licet contrahens non habeat domicilium in loco contractus: puta ſi in vno loco exercet negotiationem, & reſidet in alio loco, vt ſi eſſet aliquis vxoratus qui reſideret cum vxore ſua Turonis, & haberet ſuos factores in hac ciuitate, cum quibus reſideret pro certa parte anni. tunc in hac ciuitate ratione ſolius contractus ſortitur forum. Secus in viatore, vt dixi, quia ratione ſolius contractus non ſortitur forum, ſed requiritur quòd habeat domicilium in loco. Et quibus præmiſſis concluditur quòd ratione ſolius contractus quis non ſortitur forum, ſed vltra requiritur quòd ipſe habeat domicilium in loco contractus, vel faciat reſidentiam operando mercantias: vnde quandiu ipſe habet domicilium, poteſt conueniri in illo loco, vel quandiu facit reſidentiam: ſed mutato domicilio C non poteſt amplius conueniri, quia remanet tantummodo ſolus contractus. l. iuris ordinem. Cod. de iuriſ. om. iudic. & foro compet. Hoc præſuppoſito caſus in hoc. §. ſic valet figurari. Ponamus, cum haberem domicilium in diœceſi Burdegalen. contraxi in ipſa diœceſi, & remanſi tibi obligatus ex aliquo contractu. antequam me conuenires, mutaui domicilium, & me tranſtuli ad iſtam villam. hoc facto, tu qui es de diœceſi Burdegalen. vis me conuenire coram archiepiſcopo Burdegalen. vtrum poſſit archiepiſcopus me citare? Reſpondet Rom. Pont. aut poſſum inueniri & apprehendi intra limites ſuæ diœceſis, & tunc auctoritate ſua poterit me citare, & iſta citatio ſua me arctabit. aut non poſſum inueniri intra diœceſim, ſed vult me citare in alia diœceſi, & tunc ipſe poterit me citare, ex quo ſum de ſua iuriſdictione ratione contractus: tamen ſua citatio non habebit effectum arctatiuum meæ perſonę, nec poterit me tanquam contumacem excommunicare, ſed tamen poterit me reputare contumacem quantum ad effectum miſſionis ex primo decreto: quia ſi non cōparuero, dabit defectum contra me: & ſi habeā bona in ſua diœceſi particulari, faciet miſſionem in illa bona. ſi autem non habeam bona, D declarabit miſſionem eſſe faciendam, & mandabit epiſcopo Picta. in cuius epiſcopatu ſunt mea bona, vt mittat meam partem aduerſam quæ obtinuit defectum contra me, in poſſeſſionem bonorum meorum. Or ſanctiſſime pater, nūquid archiepiſcopus Burdegalen. poterit ſuos tabelliones mittere ad diœceſim ſuorū ſuffraganeorum pro recipiendis contractibus, & forte pro recipienda ſubmiſſione partium iuriſdictionis ipſius archiepiſcopi? Reſpon. quòd non: & ſi de facto mittat ſuos tabelliones pro recipiendis contractibus in diœceſim ſuorum ſuffraganeorum, geſta per tabelliones nō valent. Sed ponamus ꝙ archiepiſcopus Burdegalen. fecit citari officialem Pictauen. Reſpondet ꝙ nō poteſt, quia in ipſum nullam habet iuriſdictionem. Nota primo ex iſto §. contrahentes. deciſam eſſe quæſtionem quam formauit glo. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. quia ſi delinquēs in aliquo loco fugiat in aliū, iudex delicti poterit eum ſequi, & petere vt iudex in cuius territoriū acceſſit, eū capiat & mittat ad ipſum iudicē in cuius territorio deliquit. Sed in contractibus eſt aliud: quia poteſt cogere ad litigandum coram ſe ſi inueniat ad locum cōtractus, aliàs nō. & ſic in cōtractibus nō fit remiſſio, ſed ſecus in delictis, in quibus fit

*Præſuppoſitio pro intellectu. §. contrahentes.*

*Caſus. §. Cōtrahentes.*

*Caſus. §. Nec clericos.*

*Remiſſio fit in delictis, ſed non in contractibus.*

fit remiſsio ad locum delicti. No. quòd iudex extra ſuũ territorium nõ poteſt citare realiter. Pro quo ſciẽdum eſt ꝙ citatio realis, eſt captio perſonæ, quæ nõ debet fieri extra territoriũ iudicis: ſed debet requiri iudex loci in quo inuenitur: vt iudex illum capiat, & tradat apparitoribus vinctũ. Et iſta ratione moti, dicunt domini temporales huius regni ꝙ cum territorium ſit ſolius principis ſecularis: & non Epiſcopi vel aliorum prælatorum Eccleſiaſticorum: quòd dominus ſecularis eſt dominus territorij in quo habet iuriſdictionem: & quia duo non poſſunt eſſe domini eiuſdem territorij ſoli & in ſolidum: ipſe dominus tẽporalis debet nudè & purè appellari dominus illius loci. Et ſic epiſcopi non debet appellari nudè & purè domini talis loci: ſed debet addi, dominus epiſcopus talis loci: & iſta ratione moti domini temporales dicunt quòd epiſcopi non poſſunt facere captionem extra domos epiſcopales: quia non poſſunt capere extra ſuum territorium. Sed contra hoc eſt cap. cum epiſcopus. ſupra de offic. ordi. ſed ipſi dicunt quòd viri eccleſiaſtici fecerunt illud capitulum ad ſuam vtilitatem. Dic quòd talia quæ ſpecialiter ſtatuuntur ad diminutionem eccleſiæ, non tenent de iure canonico. Not. quòd ſicut iudex non poteſt facere citationem realem extra territorium: ſic etiam non poteſt facere citationem ad hoc vt poſsit iudex contractus excommunicari: quia excommunicatio eſt pœna afflictiua perſonæ. Not. quòd iudex poteſt facere citationem verbalem extra ſuum territorium quo ad effectum conſtituendi reum in contumacia quantum ad faciendum miſsionem realem ex primo decreto. Et non intelligatis de præcepto de citando: quod appellatur interlocutoria ſententia iudicis. nam extra territorium non poſſet iudex facere illud præceptum: ſed intelligitur de actu citationis. ideo ſi Epiſcopus Pictauen. mandet vt citetur talis: & in citatione dicatur, datum Turonis. citatio non vàlet. Not. quòd requiſitio quæ fit vt talis citetur, appellatur iuris ſubſidium: & vulgariter appellatur rogamus. & ſi iudex vellet excommunicationem ferre in aliquem qui non eſt ſuæ iuriſdictionis, debet facere iſtam requiſitionem: ſed quantum ad faciendum miſsionem ex primo decreto, dicunt doctores quòd illud iuris ſubſidium non eſt neceſſarium.

*Epiſcopi regni Franciæ an habeãt territorium: & citationem realem facere poſſint.*

*† No. idem quid not. hic in 4. notabili: & probatur per cap. ex tuæ. de cle. non reſi. nã non eſt neceſſe territorium de quo te cito, eſſe meum: patet in arbitro citãte qui nullum habet territorium, l. ſed interpellatus. §. j. ff. de arbi. nec ob. iſte ca. clemen. paſtoralis. quia ibi vnum dominium aliud nõ recognoſcit. Font.*

*Archiepiſcopus non compellit inuitos contrahentes aliarum diœceſum in ſua propria coram ſe reſpõdere: niſi ibi inueniantur. Sed ſi citati nolunt comparere, vel malitioſè ſe occultant, ne citentur: in bonis ipſorum ſuæ diœceſis poteſt miſsionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam, hoc dicit.*

A Contrahentes [a] vero aliarum [b] diœceſum, ſuper contractibus initis in Remenſi diœceſi ab eiſdem, (niſi inueniantur ibidem) trahere coram ſe non debent inuitos [c]: B licet in poſſeſsionem bonorum quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam ſui faciunt, ſi eorum [d] auctoritate citati † comparere contemnant, poſſint miſsionem facere contra eos: vel ſi forte malitioſè ſeipſos occultent, ne citatio perueniat ad eoſdem, decernere faciendam in poſſeſsionem bonorum quæ in alia eorum diœceſi obtinere noſcuntur [e]: ſed tunc loci diœceſanus ad denunciationem ipſorum [f] faciet [g] huiuſmodi miſsionem.

*Non poteſt archiepiſcopus ſuos clericos mittere in diœceſim ſuffraganei, vt coram eis fiant contractus, vel iam facti approbentur. Nec ſi facti vel approbati fuerint coram illis, poſſunt ſuffraganeorum ſubditos coram ſe compellere litigare ſuper illis: nec excommunicare ſuffraganeorum officiales vel ſubditos ſi nolunt litigare coram ipſo. h. d. ad fi. ſecundum Domi.*

Nec clericos ſuos mittant ad ſuffraganeorum ipſorum diœceſes pro ineundis [h] vel recognoſcendis [i] cõtractibus coram ipſis. Nec eorundem ſuffraganeorum ſubditos cõpellant coram ſe occaſione huiuſmodi [k] iuri ſtare. Neque poteſt archiepiſcopus ipſe in ſuorum ſuffraganeorum officiales [l] & ſubditos pro eo quòd vocati ab ipſo nolunt querelantibus in ſua præſentia reſpondere, eccleſiaſticam exercere cenſuram.

Bonifacius octauus.

*Iudex ſecularis qui vult clericum compellere ad debita etiam liquida ſoluenda, per eccleſiaſticum iudicem deſiſtere compellatur. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

SEculares iudices † qui (licet ipſis nulla [m] competat iuriſdictio in hac parte) perſonas eccleſiaſticas [n] ad ſoluen- C dum debita ſuper quibus coram eis [o] contra ipſas earum [p] exhibentur literæ, vel probationes aliæ inducuntur dãnabili [q] præſumptione compel-

a *Contrahentes.* dicit hic Bart. Brix. gloſ. poſitam. ſ. eo. c. vlt. ſuper verb. contractus. intelligendã ſecundum quod dicitur in iſto. §. & intellige iſtum. §. in contractu quẽ quis celebrat tanquam domicilium habens: vt cum ibi pergulam habeat, vel armarium: aliàs contradiceret. ſupra proxi. §.

b *Aliarum.* de prouincia, vel extra prouinciam.

c *Inuitos.* dicebant enim quidam quòd remitti debebant, ſicut in criminibus: cùm in hoc parificentur [a], in authen. vt omnes obediant iudi. col. v. in ij. col. In delictis autem id ſeruatur, in authent. vt nulli iudi. §. ſi quis vero. &. §. ſequent. col. ix. { Et in clem. paſtoralis. de re iudi. poſt medium. verſi. quòd ſi punitio. vbi de hoc in gloſſ. ſed nunquid } Alij dicebant quòd ſi aberat latitandi animo: iudex vbi reperiebatur, tenebatur remittere: aliàs debent poſsideri bona. { De hoc. ff. de iudi. hæres abſens. §. j. } Expeditum eſt: vt hic vides.

*a Quo ad forũ ſortiendũ: non quo ad tractionẽ in iudicium ſecundum Ioan. Moſhec: & probatur hoc ff. de in ius voc. l. 2. Io. §. And.*

d *Eorum.* archiepiſcopi vel officialis.

A e *Noſcuntur.* ipſi contrahentes. Dicebant quidam quòd nullo caſu iudex hoc decernere poterat: quorum hic reprobantur opi. [b] & de hoc per Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. ij. verſic. item ratione contractus.

f *Ipſorum.* archiepiſcopi, & officialis.

g *Faciet.* ad idem. ſupra eod. poſtulaſti.

h *Pro ineundis.* id eſt faciendis, vel incipiendis.

i *Recognoſcendis.* tangit conſuetudinem Franciæ, vbi fiunt tales recognitiones. & concor. ad hoc. ſupra de iure patro. relatum.

k *Huiuſmodi.* quia ſcilicet inierunt vel recognouerunt contractum coram illis. ADDITIO. Nam ſi extra diœceſim etiã coram ipſis archiepiſcopis fierent contractus, non ſortiuntur contrahentes ipſorum forum: & quocunque fiant in ſua diœceſi, ſortiuntur forum ipſorum. Innocen. Ioan. And.

l *Officiales.* licet enim idem ſit cõſiſtorium Epiſcopi & officialis ſui: vt infra de appel. Romana. in prin. non tamẽ iuriſdictio, habet in officialem Epiſcopi: vt. ſ. eod. §. ij. & iij. ADDITIO. Quod intelligas quãdo peccat extra officialatum: vt ſupra eo: lib. de offic. vica. cap. j. in iij. gloſ. Ioannes Andreæ.

SEculares. } Diuidi non poteſt: quia clauditur vno contextu. Domi. Fuit tracta de fine decre. extrauagantis quæ incipiebat, quia non cõtingit. ADDITIO. Ioan. Mona. alleg. extrauag. quàm ſit graue. quam non vidi. ſed veritas eſt quòd ille ver. quia vero. erat pars decre. quia nonnulli. infra de immu. eccle. & vt ibi dixi in princ. iſta fuit vij. & vltima prouiſio quam ibi fecerat Alexand. quartus. Ioannes Andr. CASVS. Titius prætendebat me clericum ſuum debitorem in aliqua pecuniæ ſumma: & habebat ſchedulam ſigno meo manuali ſignatam: fecit me conueniri coram iudice ſeculari recogniturum vel negaturum ſignum meum manuale appoſitum in tali ſchedula, & contenta in eadem. comparui, confeſſus ſum ſignum meum manuale, & contenta in ſchedula. iudex fecit mihi præceptum de ſoluendo intra certum tempus: & mandauit cuidam executo- D ri vt ad hoc me compelleret: an valeat tale præceptum? Reſpondet quòd nõ: quia iudex ſecularis non poteſt ad hoc me compellere: ſed iſtud pertinet ad forum eccleſiaſticum: & ſi ſuper hoc ſit conſuetudo, illa potius eſt corruptela, quàm mereatur dici conſuetudo. nam ſtatuta laicorum non adſtringunt perſonas vel res eccleſiaſticas. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. in antiq.

Not. argu. quòd debitum probatum per literas committentis, vel inſtrumentum publicum, ſtatim meretur executionem. Domi.

m *Nulla.* obſequendi enim eſt eis neceſsitas, non auctoritas imperandi. xcvj. diſtin. cap. j. §. cumque lecta. de con. eccle. & de reb. eccle. non alie. cum laicis. cum ſi.

n *Eccleſiaſticas.* etiam ſi ordinem clericalem non habeant: vt religioſi & conuerſi. [c] xij. quæſtione. j. duo ſunt. ADDITIO. De clericis coniugatis ſecus: dummodo non fiat diſtrictio in perſona infra de cleri. coniu. cap. vno. Ioannes Andr.

o *Eũ.* ſecularibus iudicibus.

p *Earum.* perſonarum Eccleſiaſticarum.

q *Damnabili.* quia hoc eſt contra eccleſiaſticam libertatem infra de immu. eccle. cap. vlt. & pen.

*b Et ratio eſt ſecũdum de Ancha. quia licet propter cõtractum efficiatur de ſuo foro, nõ tamen eius ſubditum gl. in cle. j. j. e. & ideo non cogit eum corã ſe litigare: tamẽ mittit in poſſeſsionẽ rerum alibi ſitarum, vt vigor fori ſui cõſeruetur. no. in ſi ca. paſtoralis. de priui. faciunt notata Bar. in l. relegati. §. interdicere. ff. de interdic. & relega. Font.*

*† Cõſuetudo in regno Franciæ eſt directè cõtra iſtud c. Aufre. in additi. capel. Toloſanæ, q. 126. Font.*

*c Adde clericos primæ tonſuræ cõiugatos nõ bigamos incedentes habitu clericali. de Anch. Phil. Font.*





a *Compellunt.* de facto. {Forte captis pignoribus vel ſaiſitis A ipſorum bonis. Si diſtringerent perſonaliter, locus eſſet pœnæ, cap. ſi quis ſuadente. xvij. quæſtio. iiij.} Et eſt hoc contra Bonon. qui habent ſtatutum, quòd omnis contractus factus cum rectore eccleſiæ valeat, & quòd poteſtas teneatur illum executioni mandare. ADDITIO. Bononienſes ſtatutum illud habebant tempore huius gloſſæ: ſed poſt traditum ſcilicet per ciues regimen ciuitatis domino Hoſt. ſublatum fuit illud ſtatutum.

b *Compeſcendos.* cõcord. infra de iureiuran. cap. licet. de except. cap. ij. de ſentẽtia excommu. decernimus.

CVm C. laicus [a]. } Iſtud capitulum poteſt diuidi in tres partes, licet Ioã. An. non diuidat. In prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio ibi, Ipſum. In tertia inſtruit iudicem: ibi, Vt ipſum. Do. Tracta fuit hæc decr. de extrauaganti Clementis quæ incipiebat: ſua nobis nobilis vir Henricus. eod. tit. Ioan. And. Præſupponendum quod habetur in cap. ſi clericus laicum. eod. titu. in anti. videlicet quòd laicus non poteſt conueniri regulariter coram iudice eccleſiaſtico: niſi hoc habeat conſuetudo: nam valet conſuetudo vt laicus conueniatur coram iudice eccleſiaſtico: quia ſemel iuriſdictio tẽporalis in perſona Chriſti fuit apud eccleſiam: licet exercitium temporalis iuriſdictionem fuerit cõmiſſum laicis: & res de facili reuertitur ad ſuam primam naturam. CASVS. Ego fideiuſsi pro aliquo qui promiſit mihi quòd me indemnem redderet, tactis ſacroſanctis Euangeliis. tu creditor (eo quòd renunciaui authenticæ) feciſti me conueniri: ego conuentus requiſiui illum pro quo fideiuſſeram, vt me liberaret. noluit facere: & fui condemnatus tibi ſoluere. certum eſt quòd habeo contra debitorem actionem mandati, & condictionem certi ex ſtipulatu. volo eum conuenire vt me ſeruet indemnem: vnde feci eum conueniri coram iudice eccleſiaſtico. ipſe citatus in termino comparuit. & excipiendo propoſuit quòd erat male conuentus: & petebat remitti ad ſuum iudicem vnà cum expenſis. Dicebam ego quòd in iſto cõtractu interuenerat iuramentum: & ratione iuramenti ipſe laicus effectus fuit de iuriſdictione eccleſiaſtica: & ſic bene fuit conuentus: & non eſt remittendus ad iudicem laicum: nunquid bene dico: Reſpon. Rom. pont. quòd ſic. No. quòd principalis perſona debet ſeruare indemnem fideiuſſorem ſuum: vt hic, & de fideiuſ. cap. ij. & iij.

c *Soluiſti.* an fideiuſſor qui ſoluit vſuras, illas à debitore repetat? Dic vt no. ſ. de fideiuſ. c. iij. {Plenius in queſtione quã diſputaui, vide ſuper regula, damnum. j. de re. iu. Ioan. And.} Et ante ſolutionem agit fideiuſſor contra debitorem: vt ipſum à fideiuſsione abſoluat in caſibus. ſ. de fideiuſ. c. vlt. & c. D conſtitutus.

d *Obligaueras.* olim erat in optione creditoris quem vellet conuenire, debitorem vel fideiuſſorem: hodie non. quod dic vt ſ. de fideiuſ. cap. ij. in j. gloſ.

e *Indemnem.* & ſic ſentiebat damnũ vnde præmiũ merebatur: quod eſſe non debet. ſ. de fideiuſ. c. ij. vbi de hoc.

f *Iuramenti.* xxij. q. j. c. vlt. ſ. de iudi. nouit. ver. poſtremo. de elect. venerabilẽ. & idẽ in aliis criminibus eccleſiaſticis, quæ no. ſ. eod. titu. cum ſit. ADDITIO. Facit quod not. de purga. cano. c. nos inter. Ioan. And.

g *Præmiſſa.* quæ ſemper cenſuram habet præcedere. xij. q. ij. indignè. in gloſſ. ij. xxiij. q. iij. de illicita. de ſentent. excom. ſacro.

h *Tenetur.* ex tribus tenebatur: ex iure cõmuni, ex pacto, & vinculo iuramẽti: ex vltimo coram eccleſia cõuenitur: vt hic vides. ADDITIO. Adiectio igitur iuramẽti mutat forũ: ſicut & quandoque validat contractum. ſupra eo. lib. de pac. quamuis. j. de iureiu. licet. quandoque nil operatur. j. de re. iu. non eſt. ſecundum Ioan. Mon. & Archi. qui ambo ſic ad literã loquuntur. & facit quod poſt Hoſt. ſcripſi de or. cog. tuã. ſuper vlt. gloſ. Ioan. And.

*† Dicit de Ancha. ꝙ iſti laici facto huiuſmodi pbationibus ſine ſententia compellebant clericos per ſua ſtatuta. vnde not. quòd ſicut ſententia non arctat non ſubditum: ita etiam ſtatuta. c. ſi. ſupra de conſtit. e. li. Font.*

*a j. iſto c. ibi, pertinere. no. doc. quòd iuramentũ accumulat forum foro. vide Anto. de bauria in viij. effectu iuramẽti in ſuo tract. de iuramento. Font.*

*Iuramentũ mutat forum, & validat cõtractum.*

lunt [a] †: à temeritate huiuſmodi per locorũ ordinarios cenſura Eccleſiaſtica decernimus compeſcendos [b].

Idem.

*Ratione iuramenti laicus vt illud ſeruet, coram iudice eccleſiaſtico conuenitur.*

CAPITVLVM. III.

CVm C. laicus (pro quo ſoluiſti [c] certam pecuniæ quantitatem, in qua pro eo te fideiuſſorio nomine obligaueras [d]) te ſeruare re- B cuſet indemnem [e], contra iuramentum à ſe præſtitum temerè veniendo: Ipſum coram eccleſiaſtico iudice (ad cuius forum ratione iuramenti [f], cauſæ huiuſmodi cognitio noſcitur pertinere) de iure poteris conuenire: Vt ipſum monitione præmiſſa [g], per cẽſuram eccleſiaſticam †, quòd te ſuper prædictis (vt tenetur [h]) ſeruet indemnem, præuia ratione compellat.



DE LITIS CONTESTATIONE.

Dictum fuit ſupra tit. proxi. de fo. compe. Et quia poſt diſceptationẽ & ſententiã interlocutoriã, an iudex ſit cõpetẽs: compellitur reus libello actoris reſpõdere, & litẽ conteſtari: ideo poſt rubricã de fo. compe. ponitur iſta rubr. de litis cõteſtatione.

*Continuatio domini Heliæ.*

DE LITIS CONteſtatione.

Innocentius quartus in concil. Lugdun.

*Peremptoria litis conteſtationem non impedit, niſi ſit de re ſemel finita. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM I.

EXceptionis peremptoriç [i], ſeu defenſionis [k] cuiuſlibet principalis cognitionẽ negotij cõtingẽtis, ante litẽ conteſtatã obiectus [l], Niſi de re iudicata [m] trãſacta [n], ſeu

EXceptionis. } Ponit regulã in cuius vẽtre exceptionem inſerit: ibi, Niſi. quã regulã exaggerat ibi, Licet. ſecundũ Ioan. Mon. Et incipe conſtructũ ibi, Obiectus. Ioann. Andr. Exceptio peremptoria regulariter nõ poteſt opponi ad impediendũ litis cõteſtationẽ: ſed demũ opponitur ad merita cauſæ. fallit in exceptione tranſactionis, rei iudicatæ, litis finitæ. h. d. CASVS. Titium meum debitorem feci cõueniri coram ſuo iudice cõpetente, qui in termino aſsignato comparuit. comparitione facta obtuli ei libellũ, cui petij reſponderi: ipſe accepit terminum ad reſpondendum libello. die adueniente ipſe excipiendo propoſuit quòd non tenebatur libello meo reſpondere, eo quòd fecerã ſibi pactũ de non petendo: vel mihi ſoluerat, vel oppoſuit aliquã aliam exceptionem peremptoriam in vim dilatoriæ, qua exceptione peremptoria probata ipſe veniret abſoluendus. Dico ꝙ ipſe reſpondeat libello, hoc eſt confiteatur contenta in libello vel neget: & ſi confiteatur, proponat exceptionem quã voluerit. quæritur an bene dicam: ita quòd ſit compellendus di- C rectè reſpondere libello meo confitendo vel negando? Reſpon. Roma. pont. quòd ſic: nam iſtæ exceptiones peremptoriæ opponuntur ſolum ad merita cauſæ & non ad impediendum litis cõteſtationem. Sed quid ſanctiſsime pater, an iſtud ſit verum indiſtinctè? Reſpon. quòd non: ſed fallit in exceptionibus tranſactionis, rei iudicatæ, & litis finitæ. Nam iſtæ tres exceptiones opponuntur ad impediendũ litis conteſtationem: vt illis poſitis non requiritur litis conteſtatio, id eſt nec reſponſio affirmatiua, nec negatiua ad libellum oblatũ, vel ad actionẽ intentatã, eo quòd tales tres exceptiones merita cauſæ non reſpiciunt: ſed & actionem elidunt, & agentẽ à limine iudicij repellunt: quod per præſentẽ textum innuitur: & per textum ca. proxi. & ſeq. Not. quòd exceptio peremptoria regulariter non poteſt opponi ante lit. conteſt. fallit in caſibus hic expreſsis. Domi.

i *Peremptoriæ.* de peremptoriis & dilatoriis dic vt not. ſupra de except. cap. exceptionem. in prima gloſſa. Et eſt peremptoria quæ intentionem agentis perimit: vt pactum de perpetuò non petendo, & exceptio doli mali, & iuramentum de non agendo vel accuſando. ff. de excep. l. j. & iij. de accu. veniens.

D Gloſſa ſequens ponit differentiam inter exceptionem & defenſionem.

k *Defenſionis.* differentiam facit inter ẽxceptionẽ & defenſionẽ. pactũ enim de nõ petẽdo ſiue iuramentũ, ipſo iure tollit naturalẽ obligationẽ ſicut numeratio: ſed non ciuilẽ ipſo iure, ſed ope exceptionis illã elidit. ff. de ſol. Stichũ. §. naturalis. inſtit. de excep. §. præterea. Defenſiones ꝓpriè dicũtur quę ipſo iure actiones tollũt: vt ſolutio, acceptilatio: quia ſolutione eius quod debetur & acceptilatione omnis obligatio tollitur. inſti. qui. mo. tol. ob. in prin. & §. itẽ per acceptilationẽ. Itẽ renuntiatio dici poteſt defenſio. de renun. ſuper hoc. vij. q. j. ꝗ periculoſum. de elec. cũ inter. huiuſmodi enim defenſiones nõ propriè dicũtur exceptiones [b], cũ nõ excludãt actionem: quia nulla eſt ibi actio. ff. de except. l. ij. licet largè exceptiones dicũtur. quia excludunt agentẽ, ſecundum Ber. ADDITIO. De hoc plenius in Spe. de excep. §. j. Ioan. And.

l *Obiectus.* i. obiectio. ADDITIO. Inn. exponit. i. exceptio peremptoria. Sed nõ placet ponderato conſtructu. Ioan. An.

m *De re iudicata.* C. de re iudi. l. vlt. ADDITIO. Dicebat Io. Mon. iudicata efficaciter, tranſacta firmiter, finita irretractabiliter. Ioan. And.

n *Tranſacta.* C. de tranſac. cauſas. ADDITIO. Et. ff. de

*† Non ergo poteſt capere perſonas aut res earum: Do. de Ancha. Philip. Font.*

*Not. arg. quòd appellatione defenſionis non cõprehẽditur exceptio peremptoria. Et ſic videtur quòd aliud ſit defenſio, aliud exceptio peremptoria. de quo videatur in gl. 5.*

*Exceptio perẽptoria quæ eſt.*

*b Idem Do. Phil. notãt gl. pro ſtatutu. vide Bar. in l. j. §. j. ff. ꝙ vi aut clã. dicit tamẽ Phil. licet glo. ſit in ſe vera, text. nõ congruit: quia text. vult bene ſolutione acceptilationem opponi: quia ſunt iam finitæ. Font.*

Universidad de Deusto Biblioteca



condic. indebi. eleganter.§.ſi quis poſt.vbi gloſ. alleg. hanc decreta. Ioan. And.

Gloſ.ſeq. exponit hæc tria,& rationem reddit.ſecũdo format & ſoluit duas quæſtiones.

a *Finita.* ſufficiebat hoc dicere quod omnia comprehẽdit: vt dixi in princ. Et quod dicit iudicata, dic cum Bern. ab eo cui iudicãdi ius fuit. ff. de re iudi. l. iiij. §. condemnatus. ff. de pœn. l. rei. §. fi. ff. de bo. poſ. contra tab. non putauit. §. non quæuis, vnde ſi non fuit iudex, nõ tenuit eius ſententia. de iudi. at ſi clerici. cum concord. Item ſi erat excommunicatus vel

*Materiam huius gloſ. plene require in ſpecu. de excep. §.dicto.in vlt.charta per totum: quorum aliqua hic ꝓſequitur Arch. Io. And.*

finita [a] excipiat litigator [b], litis conteſtationem non impediat [c], nec retardet: Licet dicat [d] obiector quòd reſcriptum non fuiſſet obtentum [e], ſi quæ ſunt impetranti oppoſita, fuiſſent expoſita [f] delegantі.

Bonifacius octauus.

*Per exceptionem peremptoriam non fit litis conteſtatio. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

SI oblato ab actore libello [g] ex parte rei exceptio peremptoria [h] ꝓponatur [i], nequaquam per hoc litis cõteſtatio intelligitur eſſe facta [k]: Imò ea non obſtante (niſi ſit de illis exceptionibus quę litis cõ-

ſchiſmaticus non habens gratiam ſedis Apoſtolicæ. de offi. ordi. quòd ſedem. de elect. quia diligentia. de hære. excommunicamus. §.credentes. de ſenten. excommun. nouerit. De excommunicato tamen dic vt dixi de re iudica. ad probandum. de quo hic Archid. Item requiritur quòd iudicatum ſit ſeruato iuris ordine: aliàs ſecus. ij. q. vj. ei qui. §.definitiua. Vbi ergo lata eſt ſententia à ſuo iudice non impedito, & iudiciario ordine obſeruato, procedit quod hic dicitur: etiam ſi contra ius litigatoris lata fuerit, ex quo non appellauit. ſupra de re iudi. cum inter.} Tranſacta, bona fide: vt tranſactio teneat [a]. ff. de pac. tres fratres. Finita, per conſenſum vel longo ſilentio. {Non intelligas de præſcriptione [b]: licet Hoſt. hic contra, & male: vt patet. C. de præſcrip. lon. temp. l. emptor. & vide in Specu. prædicta charta. verſ. ſed certè. vbi dicit Guil. quòd curia Romana hoc non recipit quòd præſcriptio ante lit. conteſt. poſsit opponi. Quidam dicunt ſilentium homologationis arbitrij ex quo paratur actio & exceptio. C. de arbit. cum antea. de hoc ſupra de arbit. per tuas. Alij dicunt ſilentium illius qui appellauerat à ſententia, quam appellationem deſeruit ſilendo vel non proſequendo: ſed iſtud cadit in primam exceptionem ſcilicet de re iudicata.} Et ſumpta fuerunt hæc verba, ſcilicet iudicata, tranſacta, ſeu finita. ff. ad ſenatuſconſul. Tertul. l. j. §. vlt. ff. de verb. ſignific. tranſacta. & l. ſe. & quod dixi finita conſenſu: poteſt intelligi per iuramentum delatum à parte parti: quia tale iuramentum maiorem habet auctoritatem quàm res iudicata. ff. de iureiur. l. ij. ſupra de iureiu. & ſi Chriſtus. ibi, omnis controuerſiæ &c. & poſt tale iuramentum nihil eſt quærendum. ff. eod. non erit. §. diuus. ver. dato. ad hoc de accu. veniens. Merito ergo iſta conteſtationem impediunt. obligatio enim ſemel extincta &c. ff. de ſol. qui res. §. areã. de conſec. diſt. iiij. quæris. §. per hanc. in gloſſ. contrahatur. C. de remiſ. pig. cum ex cauſa. nec intendit Papa lites ſopitas per ſua ſuſcitare reſcripta. ſupra de reſcrip. nonnulli. & reſcriptum impetratũ tacito de re iudicata à qua non eſt appellatum, non tenet. C. ſen. reſcin. non poſ. l. impetrata. & per tranſactionem à lite receditur. C. de tranſa. fratris tui. & l. cauſas. de tranſac. cap. j. Itẽ ſi per iuſiurandum vt dictum eſt, finitum ſit negotium: reſtaurari nõ debet. ideo iſta litis conteſt. impediunt. Sed pone, dicitur quòd ſententia non tenuit: puta quia iudex non fuit qui eam tulit, vel quòd tranſactio dolo facta fuit, vel non fuit iure finitum negotium: nunquid audiendus eſt? Et dic quòd ſic ſecũdum Ber. vt patet per prædictas leges. ff. ad Tertul. l. j. in fi. ff. de verb. ſign. tranſacta. quia præiudicialia ſunt iſta, & prius tractãda. de ordin. cogn. tuam. Sed pone, oppoſita eſt res iudicialis vel tranſactio, vel quòd finita eſt res, & de hoc bene cõſtat: quomodo pronuntiabit iudex? Super principali non poteſt pronuntiare: quia ſuper eo nõ eſt actum: nec ſuper eo lis conteſtata. ſupra vt lit. non conte. per totum. & de qua re &c. ff. de iudi. de qua re. de cau. poſ. cum eccleſia. & cap. ſeq. Dic ſecundum Ber. quòd non pronuntiabit ſuper principali, ſed ſuper exceptione rei iudicatę hoc modo: quia data fuit petitio, petit talis rem talem à Titio quam dicit ad ſe pertinere &c. cui fuit excipiendo reſponſum: quòd cum alia vice ſuper ipſa petitione iudicatũ fuerit contra ipſum, non eſt vlterius audiẽdus contra ſententiam à qua non fuit appellatũ. Iudex [c] conteſtata lite ſuper illa exceptione [d] ita procedet: quia conſtitit ſ. per eo quod talis petit quòd ei obſtat res iudicata, à qua non fuit appellatum, definitiuè pronuntio ipſum ſuper illa petitione non eſſe vlterius audiendum, ſibi perpetuum ſilentium imponendo. Ad hoc de accu. veniens. in fi. {facit quod no. xj. q. j. Chriſtianis. & ſupra de renun. ſuper hoc. in vlt. glo. Si enim hoc fieri poteſt vbi actor probauit intentionem: & reus peremptoriam: fortius vbi ſolus reus probauit. {Vel poterit delegatus dicere: pronuntio literas non valere. In his tribus caſibus ſecundum Ber. tutius videtur proponere has

*a Nam ſi nõ teneret: vt in caſibus notatis in l. poſt rẽ. C. de trãſ. non impediet. Phil. Font.*

*b Per text. & ibi Gar. in l. ſi. ff. ꝓ ſuo. et l. omnes. C. de præſcript. 30 anno. Si tamen dicta exceptio præſcriptionis non poſſet incontinẽti probari, ꝓcedit dictũ Guil. hic de Arch. Phi. Font.*

*c De hoc in ſpec. de except. vlt. charta & ibi videas opin. & oſ. quæ videtur melior: ſaluo quod ibi dixi: ſcilicet vt iudex pronũtiet ſic: te ad agendũ non admitto, & non admittendum fore pronuncio. Ioan. And.*

*d Vide qd no. de offi.*

A tales exceptiones lite cõteſtata: quia tunc à principali debito abſoluetur.

b *Litigator.* reus ſcilicet.

c *Non expediat.* ergo per talem exceptionẽ non fit litis conteſtatio. alias non requireretur an impediret vel non. infra. c. proxi.

d *Dicat.* exceptionẽ peremptoriam opponendo: vt nõ ſequatur abſurditas de dilatoria quæ venit ante litem conteſtatam.

e *Obtentum.* No. ꝙ peremptoria inter dilatorias proponenda non eſt: quia alius eſt ipſarum effectus, altera differt, altera perimit*. In peremptoria enim habet præcedere actio cui opponatur ipſa exceptio. ff. de excep. l. ij. Bern. Scias autem quòd omnis exceptio peremptoria quæ perimit literas & gratiam, opponitur & ante litis conteſtationem & poſt: ſi literas tantùm, ante litis conteſtationem. C. de except. l. vlt. de hoc vide per Innocen. & Hoſtien. ſupra de reſcr. conſtitutus.

*dele. prudẽtiam. §. ſecta. in glo. ij. Io. And.*

*e Dic ſi peremptoria & dilatoria ſimul ſint proponendæ, nõ attendatur ordo ſcripturæ: ſed intelligitur prĩ ꝓpoſita quæ propoſita erat. Bar. in l. quidã conſulebat. ff. de re iudi. Phi. Font.*

Gloſ. ſeq. obiicit, & ſoluit.

f *Expoſita.* videbatur contrariũ, quia eadẽ ratio &c. ſupra de reſcr. ſuper literis. in fi. ſed non eſt verũ: quia ſecundùm id iam omnis peremptoria exceptio veniret in vim dilatoriæ: & ſic de replicatione dixiſſet, nihilo minus literas habuiſſet: vt ibidẽ recitari ſolet. ADDITIO. Item cum actor non teneatur in libello de exceptione rei facere mẽtionẽ: vt no. Inno. de libel. obla. c. vlt. multo minus in reſcripto quod præcedit libellum ſecundum Arch. & Io. Mon.

SI oblato.} Primò ponit deciſionem. Secundò circa illam declarationem annectit: ibi, Imò, exceptionẽ interferens: ibi, Niſi. Dom. Emanauit decretalis hæc ad declarationẽ eorum quæ no. Gof. de ele. dudum. ij. de do. & contu. prout. & quæ ibi Hoſt. & Abb. de appel. cum cauſam. & de excep. cum venerabilis. & ſ. c. proxi. & Guil. in ſpe. de lit. conteſt. §. nunc dicamus. ver. ſed nunquid per exceptionem. ADDITIO. Et de excep. §. viſo. ver. ſed nunquid. & reprobat quod tenere videbatur Accur. C. eo. tit. l. vna. in vlt. gloſ. Ioan. And. CASVS. Quidam A mutuauit B certam ſummam pecuniarũ: pro qua ſoluenda A mutuans ipſum B in iudicium traxit: & libellum ſuper eadem ſumma obtulit, in quo ipſum B ad ſolutionem compelli petiuit. Ipſe autem B contra libellum & petitionem in illo contentam, exceptionem pacti de nõ petendo obiecit. Bonifacius Ro. Pont. conſultus quid iuris, ſcilicet an per huiuſmodi petitionem & exceptionem lis cõteſtata cenſeatur? Reſpon. quòd non: & quòd tali exceptione nõ obſtante ꝓcedendum ſit ad litis conteſtationẽ, niſi obiiciatur de tranſactione, de lite finita, & re iudicata: quæ litis ingreſſum impediunt. & licet quidam caſum huius cap. aliter forment: tamen prædicta caſus forma & poſitio plus eſt amica textui, verba ipſius vt iacent intelligendo. No. primò arg. quòd copia libelli debet dari ſumptibus actoris, cum arctetur ad offerendum: vt hic vult text. & iij. q. iij. ca. induciæ. §. offeratur. de quo per gloſ. in cle. quamuis. de appel. ver. oblatos. & gloſ. in cle. cauſam. de elect. No. ſecundò quòd dictio niſi, ſequens negatiuum, ſtat incluſiuè. de quo per gloſ. in regula, peccati. j. de reg. iur. Dom.

g *Libello.* qui eſt de ſubſtãtia iudiciarij ordinis. iij. q. ij. c. induciæ. §. offeratur. & de libel. obla. c. j. quod dic vt ibi. ADDITIO. Et in cle. ſæpe. de ver. ſig. in gl. datur per hoc. Io. And.

*Libellus eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij.*

h *Exceptio peremptoria.* de dilatoria nõ ſic dubitatur: quia per eam non reſpondetur ſic petitioni: & quia de ſua natura conteſtationem præcedit: vt dixi. ſ. c. proxi.

i *Proponatur.* ſimpliciter & ſolũ in modũ exceptiõis: vt j. di.

Gloſ. ſeq. ponit opi. contrariam: quam corroborat quinque iuribus in fi. reſpondet. in medio fortificat textum.

k *Facta.* dicebant quidã contra. & videbatur opinio eorum probari per decr. de do. & contu. prout. de app. cũ cauſam. vtrobique videtur cõteſtata lis per exceptionem præſcriptionis. de except. cũ venerabilis per exceptionẽ permutationis. de teſt. Raynutius. per exceptionẽ annalis præſcriptionis, vſuſcapionis &c. Itẽ inſtituta actione & oppoſita peremptoria exceptione videtur eſſe iudiciũ. ff. de inter. ac. ſi filius. §. exceptionibus. Sed contrarium eſt verũ. & hoc tenebant omnes ſupradicti doctores, quod optimè ꝓbat lex dicens, ꝙ qui vult exceptionẽ doli mali opponere quæ cõpetit ex tranſactione ante litẽ conteſtatã facta, eo cõcidit in tranſactionẽ, ante litem conteſtatam id facere debet. ff. de condi. inde. eleganter. §. penult. Item per litis conteſtationem ordinatur iudicium: per peremptoriam exceptionem deſtruitur: ſed eadẽ

res



res duos effectus contrarios non poteſt parere. xxvj. diſtin. A deinde. in gloſ. penult. ſupra de bapt. maiores. ff. de ſolut. qui hominem. probatur idem expreſsè. ſupra c. prox. ſi enim per peremptoriam exceptionem non debet impediri vel retardari litis conteſtatio, ergo per eam non fit: alias non proceſſiſſet quęſtio. Ad contraria reſpondetur hoc modo: aut reus directè reſpondet libello: puta cũ petuntur ab eo decem ex cauſa mutui: dicit ſe non teneri, & petita fieri nõ debere: cum pactum de non petẽdo perpetuò ſibi factum fuerit: & tunc facta eſt litis conteſtatio [a], & ſic intelliguntur contraria. {Et ſic intelligatur quod not. Accur. in authẽ. de exhi. & introdu. §. ſancim*. ver ſic. ſuſcepto. in gloſſ. ſcilicet. collat. v. Format enim ibi quæſtionem in eo qui excipit negatione pręmiſſa: licet in ſolutione videatur generalius loqui. Aut ſimpliciter excipit de pacto de non petendo præſcriptione vel alia peremptoria: & tunc non intelligatur facta [b]: vt hic. Idem ſi excipiendo proponeret ſe non teneri reſpondere libello, ex eo quod factum fuerat ſibi pactum de non petendo &c. ad hoc de decimis. dudum. Et in iſto caſu ſolemus vocare exceptionẽ, intentionis excluſionẽ: & quando proponitur poſt lĩtis cõteſtationem, vocatur actionis excluſio. ff. de except. l. ij. in princ. Et hic adde quod dixi. j. de reg. iur. exceptionem.

*a Idẽ Phil. quia ſic loquendo nõ ſtat in finibus exceptionis, ſed vltra procedit.*

*b Idẽ Phil. quia litis conteſtatio fit per reſponſionem ſequentem narrationem: ſed excipiens non reſpõdet. l. elegãter. §. ſi quis poſt. ff. de cõdi. inde. Pont.*

*c Etiam de cõſenſu partium ſecundum Arch. qui hic tractat id de quo dixi ſ. de offi. de leg. de cauſis. ſuper ſi. 2. gl. Ioan. And.*

teſtationem impediunt [a]) fieri oportebit [b] eandem.

DE IVRAMENTO calumniæ.

Bonifacius octauus.

*Non eſt de ſubſtantia quòd ſtatim poſt litem conteſtatam iuretur de calumnia. Ioan. And.*

CAPITVLVM I.

SI de calumnia [c] ſeu de veritate [d] dicenda, in primo litis exordio non iure- B tur (vt debet) poterit poſtmodum in qualibet parte litis iurari: cum huiuſmodi iuramenta pręſtari ab initio, de ſubſtantia ordinis iudiciarij non exiſtat [e] †.

*Non annulatur proceſſus, licet tacitè omittatur calumniæ iuramentum. h. d.*

Propter [f] omiſſum quoq; tacitè [g] in tota cauſa [h] calumnię iuramẽtum, iudicialis proceſſus aliàs factus legitimè [i], non eſt nullus, nec etiam annullandus [k].

a *Impediunt.* ſ. cap. proxi.

b *Oportebit.* de neceſsitate iuris: quia aliàs proceſſus habitus [c] poſt talem exceptionem non valet: cũ lis conteſtata nõ eſſet. ſupra vt lit. non conteſtata. per totum. ſicut nec per poſitiones & reſponſiones fit litis conteſtatio. ſupra de elect. dudum. ij. ſupra de litis conteſta. c. vno. Ioan. And.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Iſta rubrica hoc ordine continuatur: quia actione in iudicio edita, & cõteſtatione litis facta, ex ordine ſuccedit iuramentum calumniæ: igitur poſt rubricas præcedentes ſecundum Gof. & alios ſcribentes, meritò ſubiicitur hæc rubri. de iuramen. calum.

SI de calumnia.} Diuiditur, quia cõtinet tria dicta, quæ patent in rubro. Secunda pars ibi, Propter. Tertia ibi, Quamuis. Dominicus. Emanauit iſta decretalis ad declarationem eorum quæ no. Ber. de iureiur. ex literis. in vlt. glo. Innoc. & Hoſtien. ſupra eo. literas. Ab. ſ. eo. cap. j. Guil. in ſpe. eo. tit. §. in prin. & ver. quartum. & §. ij. ver. quid ſi non. & §. reſtat. & Hoſtiẽ. in ſum. e. tit. §. quando. ver. vnum tamen. CASVS. Propter diuerſitatem & contrarietatem iurium & opinionum inde reſultantium dubium vertitur beatiſsime pater, quando iurandũ ſit de calumnia. quidam enim dicunt, quòd etiam poſt receptionem teſtium poſsit & debeat præſtari: verum imò quod in quacunque parte litis vſque ad concluſionem excluſiuè. Alij contra: videlicet quòd ſtatim poſt litis conteſtat. & quiuis horum ſuam intentionem iuribus ſeu rationibus fundare & comprobare nititur: prout hæc ex gloſ. j. huius cap. eliciuntur & habentur. Hinc Rom. pont. conſultus quãdo præſtandum ſit tale iuramentum, ſi quis dicat quòd ipſum præſtari debeat ſtatim lite conteſtata: an bene dicat? Reſpõ. Ro. ponti. quòd non. & dicit ꝙ licet iſtud iuramentum fuerit omiſſum: tamen poteſt exigi à partibus in quacunque parte litis. Idem eſt dicẽdum de iuramento veritatis: quod exigitur in cauſis ſpiritalibus. & dicitur de veritate: quia olim dicebat iudex, Iuras reſpondere veritatẽ dum eris interrogatus? Idẽ in reo: ſed non iurabatur in cauſis ſpiritalibus de calumnia: ſed ſolum de veritate dicenda. Hodie autem iſtud eſt correctum: quia hodie iuratur de calumnia etiam in cauſis ſpiritalibus. Sed ponamus quòd iſtud iuramentum calumniæ non fuit petitum in quacunque parte litis, ſed fuit omiſſum: an valeat proceſſus? Reſpon. Roma. pont. quòd ſi iſtud iuramentũ de calumnia tacitè omittatur: non propter hoc erit proceſſus nullus, ſecus ſi partes iſtud iuramentum de calumnia remitterent: quia tunc proceſſus eſſet nullus. Ex quo ſequitur, ꝙ cum iſtud iuramentũ poſsit omitti: quòd nõ eſt de ſubſtãtia ordinis iudiciarij. Sed quid ſanctiſsime pater, vtrum in cauſis ſpiritalibus ſit iurãdum de calumnia? Dicit quòd olim de iure decretalium in cauſis ſpiritalibus non erat iurandum de calumnia. Nam iura præſumebãt quòd in cauſis ſpiritalibus

A non committeretur ita citò calumnia ſicut in cauſis profanis: quia ſpiritalia exiguntur à perſona. Sed dicit Roma. pont. quòd experientia docente compertum fuit plures litigantes commiſiſſe calumniam in cauſis ſpiritalibus: ideo ordinat ꝙ in ipſis cauſis ſpiritalibus ſit iurandum de calumnia ſicut in cauſis profanis. Et ſic in cauſis ſpiritalibus pręſtatur duplex iuramentum, ſcilicet iuramẽtum de veritate dicenda: & iuramẽtum de calumnia.

Nota primò quòd exordium litis appellatur litis cõteſtatio. Idem dicit gloſ. in l. j. C. de iudi. vbi dicitur iudicium cœptũ per litis conteſtationem. Quãdoque etiam dicitur iudicium cœptum per citationem ſimplicem. l. iudiciũ ſoluitur. ff. de iudi. l. ſi quis. ff. de iudi. cap. propoſuiſti. de fo. compe. in ant. Not. ſecundò quod nõ eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij, quòd iuretur de calumnia.

*† A contrario, ſi eſſet de ſubſtantia, ſuppletio poſtea facta non validaret inutiliter retro geſta: ſicut in teſtamento ſuppletis ſeptimi teſtis nõ confirmat acta coram ſex teſtibus l. hæredes. palam. ff. teſt. arg. contra c. 1. de cle. per ſal. ꝓmo. de Ant. Font.*

Not. tertiò quòd ſi in exordio litis non iuretur de calumnia: poteſt peti, & debet exigi illud iuramentum in quacunque parte litis. & iſtud verum quod debet exigi non præciſè, ſed cauſatiuè: videlicet niſi quis velit perdere ſuam cauſam. Nam hæc eſt pœna nolẽtis iurare de calumnia, vt ipſe amittat ſuam cauſam. in cap. ſi. eo. titu. in anti. Not. vlterius quòd hodie eſt iurandum de calumnia in cauſis ſpiritalibus, ſicut in cauſis profanis. Not. finaliter differentiam inter iuramẽtum de calumnia, & iuramentum de veritate. ad hoc infra eo. c. j. iij. reſpon. & j. de teſti. pręſentium. Quæ autem ſit differentia, vide in Specul. de iura. calum. §. cum autem. ver. vnde ad huiuſmodi. Dom.

c *Calumnia.* euitanda. ſic xiij. diſt. nerui. ibi, vnuſquiſque habeat ſuam propter fornicationem, ſcilicet euitandam.

d *Veritate.* quod ſolum olim in ſpiritalibus præſtabatur: vt in fine videbis.

Gloſ. ſeq. obiicit: textum fortificat: & obiectioni reſpondet.

C e *Non exiſtat.* Videbatur contra. Primò ex ordine rubricæ. ſupra eo. Secundò ex ordine illius literæ. ſ. de elec. dudum. ij. ver. lite verò &c. & erat expreſſum. C. e. l. ij. in prin. ſ. e. ca. j. & cap. cum cauſam. ad hoc facit lex quæ dicit quod procurator ante litẽ conteſtatã præſtare debet cautionem de rato: & tũc ſi præſtita non fuerit, poſtea non præſtabitur. ff. de procu. l. Pomponius. §. ratihabitionis. Sed contrarium eſt verum: vt hic vides. & ſic prædictorum doctorũ comprobatur opinio. Et de iuramento de veritate videbatur caſus de iureiu. ex literis [d]. Ad hoc ſ. de fid. inſtru. cum Ioannes. verſ. verum. & j. de teſti. præſentium. ad hoc. ff. de dam. infec. qui bona. §. ven. nec enim ſemper ordinem ſcripturæ ſeruamus. ff. de ſolut. l. nec ordo. & ſ. de reſcr. cauſam quæ. {Et vide quod dixi. e. tit. cum dilecta. ſuper v. glo.} Et cum in totum tacitè omittatur: vt j. proxi. reſponſo: multo fortius ad tempus. Ad contraria reſponde verum eſſe id fieri debere, vt dicit hæc litera: ſed ſi non fiat, non propterea vitiatur: quia alijs iuribus ſuſtinetur: vt dixi, & facit quod no. ſupra de ſpon. du. tua in vlt. gl. {Et j. de reg. iur. quæ contra ius.} Prędicta. l. Pomponius. §. ratihabitionis. in alio caſu loquitur, & eſt illud quia per conteſtationem litis factus eſt procurator dominus litis. ſ. de procu. c. j. e. lib.

*d Sed quidã reſpondebant ad illam quòd ibi exordinariè petebatur illius iuramenti præſtatio. Ioan. And.*

f *Propter.* declarat quod notatur. ſ. de teſti. tuis. in vlt. gl. C. de iureiu. propter calum. dan. l. ij. §. ſed quia. in gl. remitti.

g *Tacitè.* expreſsè verò remitti non poteſt [e]. C. de iureiur. propter calumn. dan. l. ij. §. ſed quia. vide de fo. compe. ſi diligenti. in gloſ. penult. Nec valet conſuetudo de ipſo non pręſtando. de iura. calum. cæterum.

*e Et ſi petatur poſtea omitti non debet, Phi. Font.*

h *In tota cauſa.* nedũ in principio cauſæ: vt ſ. proxi. reſpon.

i *Legitimè.* puta libello dato, lite cõteſt. & iudice ſententiante in ſcriptis, ſedendo, & per ſe recitando. quod dic vt ſ. de libel. ob. c. j. & de ſenten. & re iudi. c. vlt. & non die feriato. ſ. de fer. c. vlt. Ioan. And.

Gl. ſeq. docet quid approbat, & quid reprobat. ſ. iſte.

k *Annullandus.* approbata eſt ergo opi. Ia. Bal. Io. Cre. Pilei, & ſequacium qui hoc dixerant: quia tunc demum exactũ præſtari debebat. ff. de no. oper. nun. de pupillo. §. qui opus. ff. de iureiu. iuſiurandum. iiij. §. qui iuſiurandum. ad hoc. ff. de proc. filiuſfamilias. §. veterani. C. eo. tit. ita demum. & ad hoc ſ. de proba. quoniam contra. vbi de iuramento nil dixit. Et reprobata eſt opi. Azo. & Mar. quibus cõſentit Hoſt. ſ. e. cæterum & in

*Circa iſtũ §. no. quòd iuramentũ de calũnia differt à iuramento de veritate. l.*

ij.§ quod obſeruari. C.eo.nam iuramentũ de calumnia eſt de credulitate.vnde ſi aliud ſit, nõ eſt periurus quẽadmodum dicitur de iuramento partis reſpondentis articulo p credit vel non credit. neque reſpondens cõfitetur, ſed ſolum releuat aduerſarium ab onere probandi. de Anch.Fõt.

& in prædi.decre.tuis. dicentium quòd etiam ſi tacitè omitteretur, non valeat iudiciũ id eſt ſententia.ij.quæſt.vj.ex qui. §.definitiua.C.de ſenten.& inter.om.iu.prolatam.quã intellige cum fuit exactum: & pro eis faciebat prædi.decre.ceterum.& prædictus.§.ſed quia.vbi videtur quòd ex diſsimulatione etiam non poſſit omitti:ſed expone ibi ſimulatione, ſcilicet cum ſimulant ſe nõ calumnioſè agere:vt ibi dicit Accurſius.

Gloſ.ſeq.ponit rationes antiqui iuris: quas impugnat.

*Præcipit quòd in ſpiritalibus ſimul de calumnia & de veritate iuretur. Ioannes Andreas.*

Quamuis in cauſis ſpiritalibus (in quibus debet de veritate dicenda iurari) canones non indicant alicui calumniæ iuramentũ [a]: nos tamen (quia frequenter calumniari videmus in ipſis [b]) vtile [c] reputamus, quòd ſimul (ſicut plerique obſeruant [d]) tam de veritate dicenda, quàm de calumnia) vt via præcludatur B calumniis) iurari debeat in eiſdem [e].

Idem.

*In cauſa appellationis iurari debet de calumnia, & veritate dicenda.*

CAPITVLVM II.

IN appellationis cauſa, quãquam in principali iuratum fuerit [f], præſtari iubemus calumniæ iuramentum [g]. Et idem in iuramento de veritate dicenda [h] volumus obſeruari.

*Procurator deputatus poſt iuramentũ calumniæ, iurabit de calumnia.h.d.*

Procuratores [i] quoque (qui poſt [k] iuramentum calumniæ deputantur [l]) teneri volumus (vt calũnia vitetur ab ipſis [m]) ad ſubeundum huiuſmodi iuramentum [n]: etiã ſi à ſuis dominis quid ponere, aut reſpõdere, ſeu agere debeant, ſint inſtructi [o].

*Index quoties ſibi videtur, exigit iuramentum malitiæ: etiam ſi de calumnia vel veritate iuratum ſit. Ioan. And.*

In omnibus [p] autem cauſis, nedum ante, ſed etiam poſtquam lis fuerit cõteſtata, ſiue de veritate ſiue de calũnia ſit iuratum in ipſis: poteſt iudex à partibus exigere iuramentũ malitiæ [a], quoties viderit expedire.

a Iuramentum. ſupra eodem titu.cap.ij. Et erat ratio: quia in ſpiritalibus præſumebatur quòd ſemper eſſet Deus in memoria:& ſic non calumniarentur litigantes: & hoc probat litera ſequens. Reddebat Innocen.in prędicto cap.tres rationes. Prima,quia rigor in ſpiritalibus non ſeruatur.de do.& contum. ca.j. Secunda,quia licet iuramentum non ſit peccatum: tamen ex frequẽti iuratione ſæpe ſequitur peccatum. ſupra de iureiur. & ſi Chriſtus. maximè cum de credulitate ſit hoc ſacramentum. Tertia, quia hoc iuramentum eſt à malo non credentis. de elect. ſignificaſti.ſed parum valent hæ rationes, cum & in ciuilibus locum habeant: vt per te vides.

b In ipſis. & ſic æquum fuit ex quo ceſſabat cauſa, ceſſaret & conſtitutio.§.de appel.cum ceſſante.cum ſi.

*Ponit duas lecturas.*

c Vtile. id eſt neceſſarium.ff.quando app.ſit.l.j.& ij,q.vj.biduũ.Vel dic propriè;vt ſi iudex videat tales perſonas de quibus non ſit aliqua calumniæ ſuſpicio: exiget ſolum veritatis ſacramentum.Primum tutius & verius reputo.

d Obſeruant. obſeruabat hoc dominus Guil. vt no.in Spec. eo.tit.§.j.ver quartum.no. hoc Ber.æquum eſſe.ſupra e.c.ij. & in prædi. decr.ex literis.de iureiur.ADDITIO.Et Innoc. j.de teſti.præſentium.circa ſi. dicit quòd quidam iuramento de veritatẽ adiicit iuramẽtũ de credulitate: quod multum commendat ibi Hoſt.vt ibi dicam in.§.prętere.a. ſuper iij.gl. Ioan.And.

Gloſ.ſeq.quærit & remittit.

e In eiſdem. ſpiritalibus cauſis. Nunquid in criminalibus iuretur de calumnia? Dic vt no.C.e.l.j.& §.e.c.j.

*Diuiſio.*

IN appellationis. } Continet tria dicta:ſecundum ibi,Procuratores.tertium ibi,in omnibus. Domi. Per primum dictũ determinantur quæ no.per Accur.C.e.l.ij,in prin.& per Inn. & Hoſt. Pet.& Abb.§.e.c.j.ſuper ver.quęcunque cauſa.Guil. in Spec.eo.tit.§.ij.ver.quid de cauſa.Bar.Brix.in q.veneriali, quæ incipit:quæritur vtrum in cauſa.Et per prædicta videre potes quòd hic reprobatur opi.Pla.& Azo.qui dicebãt quòd ex quo iuratum erat in principali,non iurabitur in cauſa appellationis. in auth. de iis qui ingre. ad appel. §.ſi.col.viij.& pro eis faciunt omnia iura per quæ probatur quòd eadem ſit cauſa appellationis cum prima.xvj.diſti. habeo.ij.q.vj. cap.ſi autem. §.ſi quis in quacunque. C. vt in vna & eadem cauſa.l. j.ff.de iudi.ꝓponebatur. Io.Cre.Hoſt.Gof.& ſupradicti doctores contrà: quorum hæc approbatur opinio.pro eis.vj.q. iiij. Oſius.in gl.j.& ij.q.vj.ſi quis epiſcopus.in gl.j. C.de iudi.properandum.in auth.vt lit.iu.in princ. Ibi tamen Accur. tenet primam.ff.de dam. infec.qui bona. §.pen. Ioann Andr. CASVS. Dictum fuit ſupra e.c proxi.quòd iuramentum de calumnia debet ab vtraque parte præſtari in exordio litis, id eſt ſtatim poſt litem conteſtatã.Sed ponamus quòd in prima inſtantia iuratum fuit per partes de calumnia: vtrũ in cauſa appellationis ſit de calumnia iterũ iurãdũ? Videtur quòd nõ: quia eadẽ eſt cauſa appellationis cum prima inſtantia: ſed in prima inſtantia iuratũ fuit de calũnia: igitur non eſt amplius de calumnia iurandũ in cauſa appellationis:aliàs in eadẽ inſtantia ſiue cauſa bis iuraretur de calũnia. hoc tamen nõ obſtante reſpõdet Rom.pont. quòd in cauſa appellationis iurandũ eſt de calumnia, licet in primã inſtantia fuerit iuratũ. Sed ponamus quòd partes principales litigantes iurauerint de calũnia: poſtea conſtituerunt ꝓcuratores ſuos: vtrũ iſti procuratores

A ſuperuenientes debeant iurare de calumnia? Reſpon.quòd ſic:licet interueniãt poſt iuramentũ prętitũ à principalibus partibus. aliàs ipſi procuratores in cauſa poſſent de facili committere calũniam. Sed ſanctiſsime pater, vellem informari à ſanctitate veſtra, verũ iudex poſsit pluries exigere iuramẽtũ de malitia, licet fuerit præſtitum iuramẽtũ de calũnia? Videtur quòd nõ quia iuramẽtum de malitia continetur ſub iuramento de calumnia. Hoc tamen nõ obſtã te reſpon. Ro. pont. dicens quòd licet generaliter in iuramento calumnię cõtineatur iuramẽtũ de malitia: tamẽ quia ſolet plus timeri illud quod in ſpecie exigitur, quàm illud quod ſolũ in genere exigitur: poterit iudex quoties ſibi videbitur exigere à partibus iuramẽtũ de malitia, licet in cauſa ipſa iuratũ fuit de calumnia. No.primò ar.quòd aliud eſt cauſa principalis, aliud eſt cauſa appellationis.de quo per glo.j. de teſti.c.ſi. Not.ſecundò iſta duo iuramenta quo ad præſtationẽ æquiparari: vnum iuramentũ calumnię & veritatis: vt vbi vnum præſtatur, ibi etiam aliud ſit pręſtandum.ad hoc ſupra c.proxi.§.ſi.Do.

f Iuratum fuerit. propter hoc erat dubitatio:quia nõ videbatur tũc debere iurari: & quia bis iurandũ non eſt:& quia tũc ſuperfluum videbatur iuramentũ. quod faciendũ non eſt. de iureiur.& ſi Chriſtus.de prob.cap.ij. ADDITIO.Et hic no. Arch.quod ibi dixi.Ioan.And.

C g Iuramentum. ſed de calumnia iurari debet ſtatim poſt litis conteſtationẽ:vt ſupra c. proxi. No. ergo ar.quòd facienda eſt litis cõteſtatio in cauſa appellationis [a]. de hoc not. ſupra de teſt,c. Raynaldus.verſi.dilectus.Ioan.And.

*a Idẽ Phil. Ioan.And. & Barb.in c.Raynaldus.de teſt. Font.*

h De veritate dicenda. ſi talis eſt cauſa in qua iuretur de veritate:vt in ſi.cap.dicitur.

i Procuratores. emanauit iſte ver.ad declarationẽ gloſſarum predictarum Innoc. Hoſt.& Guil. in Spec.e.tit.§.ſequitur in ſi.& eius hic approbatur opinio: & reprobatur opinio Hoſt. qui tenebat contrarium. ADDITIO. Vide Accur.in authẽ. principales.C.e,tit.in j.gloſ.Ioan.And.

k Poſt. hæc erat dubitatio:quia nõ videbatur bis iurãdum. C.e.tit.auth.hoc ſacramentum.

l Deputãtur.ab ipſis principalibus,vel à procuratoribus qui poſt litem conteſtatam ſubſtituere poterunt. ſupra eo.lib. de procur.c.j.

Gloſ.ſeq.recit.per quæſtionem & ſolutionem.

m Ab ipſis. Not.quòd licet ꝓcurator iuret in animam domini. xvij.q.iiij.meruẽtes.in gl.pen.& e.diſt. optatũ.in glo.ij.lxiij. diſt.tibi domino.vbi de hoc.& §.e.lib.de elect.procurator.ſacramẽtũ tamẽ calũniæ & in animã domini, & in ꝓpriã ꝓbet: vt hic vides,aliàs aũt quare iuraret, ex quo dominus iurauerat? & in hoc caſu nõ eſt neceſſariũ ſpeciale mãdatũ. de ſyndico vero dic vt §.c.in pertractandis. ADDITIO.De hoc in Spe.e.ti.§.ij.ver.ſed nũquid hæres.& ibi in ver.ſeq. nunquid ſi iudex mutetur.& per Accur.in l.ij.C.e.ti.in prin.Ioã.And.

*Iuramentũ calumniæ in cuius animam per procuratorem præſtatur.*

Gloſ.ſeq.ſoluit.quæſtionem:& ponit opi.contrariam.

n Iuramentum. Not.ad quęſtionẽ qua quęritur,an hęres vel ſucceſſor teneatur iurare,ex quo defunctus iurauerat? Et dic quòd ſic [b]: per hanc literam,& per authen.C.eod.tit.principales.& per l.ff.de dam.infec. qui bona.§. penul.potuit enim defunctus habere bonam fidem, & hæres vel ſucceſſor malam.ff.de accu.ſi cui. Co. de re.cre.generaliter.j.reſpon.licet quidam contra [c]: quia hæres & ſucceſſor eadem perſona cum defuncto cenſentur [c].in authen.iuſiurandũ quod à moriẽte præſtatur.§.ij.

*b Idẽ Phil. & ratio: quia iuramentũ non tranſit de perſona in perſonam: ideo nouari debet. Font.*

o Inſtructi. in hoc caſu recitabant prædicti doctores nõ debere procuratorem iurare: quia qui facit per aliũ &c. de reg. iur.qui facit per alium.

*c Hæc ratio nõ procedit:quia in veritate ſunt duæ perſonæ:et habẽt duas animas. Phil.Font.*

p In omnibus. declaratur per hoc quod no.§.de reſti.ſpo.literas.in gloſ.antepenul.& de proba.c.ij.& probatur quod not. de teſti.præſentium.in glo.iuramẽtum.in ſi. ADDITIO.Et quod no.Guil.in ſpe.e.tit.§.j.verſi.ſecundum.Ioan.And.

Malitiæ.



a Malitiæ. licet ergo ex quo iuratum eſt de calumnia, amplius in eadem cauſa de calumnia iurandum non ſit ab eodem:vt.C.eod.authen.hoc ſacramentum. & ſupra proxi.reſpon.de malitia tamen bene iuratur: puta cum ſuſpicatur iudex quòd malitioſè proponatur exceptio [a], petatur dilatio. Ad hoc de excep.paſtoralis.de teſti.vltra tertiam.C.de fide inſtru.l.vlt.xxx.q.v.iudicantem.

*a Alia exempla vide in ſpe.eod. tit.præall. ver.ſecundum Ioan. And.*

NVllam. } Quia breue eſt, non diuiditur. Do. Emanauit ad declarationem eorum quæ leguntur & no. C.e.tit. l.ij §.ſi autẽ abfuerit. §.&.ff.de procur.non ſolum. in princ. & in fin.ver.pone.vbi etiã no. de procu.dato in rem ſuam. & per Ber. ſupra eo.c.ij. & c.cæterum. & per Innoc. & Hoſti.ſupra e.cum cauſam. & per Guil. in ſpe. eo.tit.§.reſtat. verſi.quid ergo.Ioan.And. Præſupponendum eſt pro intellectu cap.quod habetur in c.j. eod.tit.in anti.videlicet quòd partes principales debent perſonaliter præſtare iuramentũ de calumnia:niſi eſſent egregiæ perſonæ.l.ad perſonas.ff. de iureiur. CASVS. Prætendebam te debitorem meum. feci te conueniri coram iudice competenti.ad cauſam meam tractandam conſtitui meum procuratorem ſpecialiter ad iurandum de calumnia in tali cauſa:nam requiritur quòd cauſa exprimatur: nec ſufficit dicere: conſtituo meum procuratorem in omnibus & ſingulis cauſis ad iurandum de calumnia: licet contrarium ſeruetur in pleriſque curiis: lite conteſtata procurator meus voluit iurare de calumnia pro me domino ſuo. Tu aduerſarius meus proponis quòd ipſe procurator non eſt admittẽdus ad iurandum de calumnia pro me: ſed quòd teneor illud præſtare perſonaliter:vt in ca.j.e.tit.in ant.an bene dicas? Reſpondet quòd non:imò iudex poteſt & debet procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum admittere ad iurandum de calumnia: & in hoc non facit iudex iniuriam partibus.

*Not.primò nõ caſum in quo requiritur ſpeciale mãdatum. alios caſus gl.enumerat in cap. qui ad agẽdum.de ꝓcura.§.eo.lib. No.ſecundò quòd aduerſarius dicitur qui habet litẽ cõtra aliũ. quod not. pro ſtatutis facientibus mentionem de aduerſario.Dom.*

*Procurator habens ſpeciale mandatũ, iurat de calumnia.Ioan.And.*

CAPITVLVM III.

NVllam tibi iudex iniuriam [b] feciſſe cenſetur, qui procuratorem tui aduerſarij [c] conſtitutum ad cauſam habentem ſuper hoc ſpeciale mandatũ, admiſit ad præſtandum in ea calumnię iuramentum [d].

b Iniuriam. quam ſi inferret, iudex non eſſet.ſupra de verb. ſign.forus.in ſi.ADDITIO.Quod exponas vt ibi not.ſupra Ioan.And.

c Aduerſarij. & ſic erat ꝓcurator ſingularis perſonę.de ſyndico enim vniuerſitatis vel collegij non dubitamus quin iuret.§.eod.in pertractandis.& ca.ſeq.

d Iuramentum. dicunt quidam quòd olim procuratores indifferenter iurabant.ff.de dam.infec.qui bona.§.pen.ſed fuit poſtea ſtatutum quòd ſolum principales perſonæ iurent. C. eo.tit.l.ij.§.ſi autem.& ſupra eo.tit. ca.j.quod verum eſt niſi procuratores habeant ſpeciale mandatum [b]: vt hic, &. ff. de iureiur. l. iuſiurandum & ad pecunias. Alij dicebant quòd procurator priuati etiam cum ſpeciali mandato ad iurandum non admittitur per prima iura: ſed quia nõ expedit iura corrigi:vt ſupra eodem de elect. cum expediat. dic. l. qui bona. non eſſe correctam: ſed loqui in caſu decretalis iſtius: ſcilicet cum habeat procurator ſpeciale mandatum. Alij dicebãt quòd cum procurator per litis conteſtationẽ factus ſit dominus litis,poterat de calumnia iurare.quod verũ non eſt [c], D niſi habeat ad hoc ſpeciale:vt hic vides.

*b Non requiritur tamen quòd cauſa ſit ſpecificata. vnde procurator ad lites præſentes & futuras habens in ꝓcuratorio quòd poſſit iurare de calũnia: certè poterit in quacũque cauſa,licet dominus illã cauſam ſpecialiter ei non cõmiſerit. & ſic practicatur.Philip. Font.*

*c Supple inquãtum contingit dominium.*

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

Dictum fuit.§.per diſcurſum titulorum præcedentium de armis actorum contra reos: verùm quia ipſi rei conuenti aliquoties excipiunt de ſpoliatione facta ab actore: quandoque à tertio: ideo ad nos informandum de huiuſmodi ſpoliationibus quid iuris ſit, annectit rubricam de reſtitutione ſpoliatorum.

FRequẽs &c. } Hæc eſt notabilis decretalis. Et duę ſunt partes. In prima prooemium & conſtitutionis cauſa. In ſecunda conſtitutio:ibi,Statuimus: quæ tria facit. Primò prouidet quãdo obſtat exceptio ſpoliationis in ciuilibus & criminalibus: & ponit tempus probandi, & pœnam non probantis. Secundò ſoluit ſcholaſticam dubitationem:ibi, Solet. Tertiò certo caſu prohibet exceptionem:ibi, Ad hoc. Ioan. And. Hanc decretalem quidã intitulabãt olim ſub tit.de excep. alij ſub tit. de reſti.ſpo.& bene:vt hic vides. Io.And. Pro intellectu huius cap.habemus præſupponere, quòd ſi quis intulerit mihi violentiam ſpoliãdo me re quã poſsidebã: ipſe ſpoliator nõ poteſt aliqua actione contra me agere, niſi primitus redinte-



A gret me in ſtatu in quo erã tempore illatæ violentiæ. de hoc in l.ij. C.vnde vi.de ordi. cog. in antiq. maximè in capi.fin. CASVS. Titius vi & violentia te expulit à poſſeſsione vineæ vel prati: poſtea feci te conueniri coram tuo iudice cõpetenti ſuper mutuo vel alia re. tibi obtuli libellum meum, cui petij per te reſpõderi: tu in die qua eras reſponſurus libello, excipis quòd fueras ſpoliatus à poſſeſsione vineæ tuæ vel prati per quendã Titium, & quòd non tenebaris reſpondere libello meo, niſi primò eſſes redintegratus. vtrũ illo medio poſsis me repellere ab agendo? Certè non: niſi ego te ſpoliaſſem. Sed ponamus quòd ago cõtra te criminaliter.tu excipis quòd talis te ſpoliauit omnibus bonis tuis, ſine quibus non potes defendere & proſequi cauſam criminalem: an ſis audiendus, & vtrum iſta ſpoliatio à tertio facta differat proceſſum quouſque ſis reſtitutus? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione: quia vel Titius ſpoliauit te aliqua re, aut omnibus bonis tuis. Primo modo, videlicet quando Titius ſpoliauit te aliqua re: tunc illa ſpoliatio non differt proceſſum meum in cauſa criminali. Si autem ſpoliauit te omnibus bonis, vel maiori parte bonorum: tunc differtur proceſſus vſque ad reſtitutionem. Sed nunquid à iure eſt limitatum tempus ad probandum iſtam ſpoliationem? Reſpondet quòd ſic: videlicet tempus xv.dierum, & ſi intra illos xv. dies nõ probes ſpoliationem, illis xv. diebus elapſis iudex compellet te ad procedendum mecum. Sed ponamus quòd intra xv.dies tu reus probaſti ſpoliationem: quæritur vſque ad quod tempus erit differendum ſiue prorogandum iſtud iudicium ſuper crimine: quia tu reus poſſes differre reſtitutionem ſpo- C liationis vt impunitus remaneres de crimine? Reſpondet Romanus pontifex quòd iudex poterit tibi præfigere terminum, & debebit, intra quem tu ages contra Titium ſpoliatorem: quo termino elapſo iudex compellet te procedere mecum in cauſa criminali: & hoc ſiue à ſpoliatione fueris redintegratus, ſiue non: & hoc ne reus de crimine remaneat impunitus. Sed ponamus quòd ego actor te ſpoliaui à poſſeſsione tuæ vineæ, non facta reſtitutione poſſeſsionis tuæ vineæ, volui agere contra te pro iuribus eccleſiæ meæ: quia dicebam quòd eccleſiæ meæ debebas legatum, vel aliquod aliud deuerium, vtrum poſsis me repellere ab agendo, & excipere de ſpoliatione per me facta, vt differatur proceſſus donec fueris reſtitutus? Certè non obſtat mihi iſta exceptio ſpoliationis. Idem eſt dicendum econtra, vt puta ſi nomine eccleſiæ meæ te ſpoliaui: poſtea ago nomine meo priuato: non obſtat mihi exceptio ſpoliationis. Not. primò ex iſto tex.quòd ſpoliatio ab actore facta, ipſum repellit ab agẽdo, per quancunque actionem agat contra me: licet aliqui dicant quòd ſolum illum repellit ab agendo contra me ſuper illa re qua te ſpoliaui: nec teneris mecum procedere donec ſis reſtitutus. Not. inſuper quòd violentia alterius non de- D bet aliis nocere: ideo violentia tertij ſuper ſpoliatione nõ repellit me ab agendo. No. vlterius quòd exceptio ſpoliationis à tertio facta poteſt opponi agenti criminaliter quando reus eſt ſpoliatus omnibus bonis, vel maiori parte bonorũ. Nam reus pro illa ſpoliatione eſt turbatus, & nõ poteſt meditari in defenſione ſua: ideo iura voluerũt vt ꝓceſſus ſuper cauſa criminali differatur vſq; ad redintegrationẽ. Not.quòd ſpoliatio à tertio facta debet probari intra xv.dies: tamẽ non computatur dies propoſitę exceptionis. Idẽ dicitur in exceptione excõmunicationis quæ debet ꝓbari intra octo dies. j.de excep.c.pia.ibi enim ſimiliter nõ cõputatur dies ꝓpoſitę exceptionis: ſecus eſt in x.dieb' datis ad appellãdũ. nã illi x.dies currunt appellãti de momẽto in momẽtũ, ſecũdũ cõmunẽ opinionẽ doctorũ. No.quòd exceptio dilatoria debet primò diſcuti & terminari, quàm ſuper negotio principali ꝓcedatur.ad hoc de iudi.prohibita. No.arg.quòd condemnatio expẽſarum eſt pœna.de quo per gl.in ca.j.de elec.§.e.lib.Domi.

*Notabilis.*

DE RESTITVTIONE ſpoliatorum,

Innocentius quartus in cõcilio Lugdunenſi.

*In ciuilibus non admittitur ſpoliationis exceptio facta ab alio quàm ab actore. In criminalib' admittitur facta à tertio: dũmodo ſit de tota ſubſtãtia, vel maiori parte. Exceptio probari debet intra quindecim dies: aliàs ſit condemnatio expenſarũ. Ioan.And.*

CAPITVLVM I.

B FRequens & aſsidua nos querela circunſtrepit [e], quòd ſpoliatiõis exceptio nõ-

Frequens. ęquum fuit ergo ſuper hoc ius prouiſoriũ emanaſſe.ff.de legi.l.nam ad ea.

e Circunſtrepit. i. pulſat, vel lædit. { Moleſtat, vel ex clamoſa poſtulatione currentiũ venit ad hoc, vel circũcirca ſtrepitũ facit ſecundum Ioan.Mona. } Et ſumpta ſunt hæc verba ex

Universidad de Deusto Biblioteca



canone liiij.diſt.frequens.

a *Calumnioſè.* ſic.ſ.de dolo & contu.finem. ADDITIO. Ibi tamen peremptoria malitioſè proponitur: hic dilatoria. Ioã. Mona & Archid.

b *Exceptioni.* ſpoliationis, de qua ſuprà dictum eſt.

c *Intermittitur.* id eſt differtur.

Gloſ.ſeq. recit. per obiec. & ſolu. cui ſolutioni obiicit, & reſpondet.

d *Perimitur.* de facto intelligas, non de iure: quia multi propter tot impedimenta & timore expenſarum litem dimittunt. Et ſic exponunt ſecundum Ber. quia exceptio ſpoliationis dilatoria eſt, non peremptoria. ſupra de ord. cogn. capitulo ſecundo & vltimo. Non ob. l. Co. vnde vi, ſi quis in tantam. quia licet priuatio dominij inſurgat condictione ex illa lege: non tamen ex interdicto vel exceptione: vt not. ſupra de cauſa poſ. paſtoralis. in gloſ. ſed nunquid. ADDITIO. Propter hoc ꝙ exceptio ſpoliationis eſt dilatoria: dicitur ꝙ ſi ante lit. conteſt. propoſita non fuerit, poſtea proponi non poterit: quod quidam intelligunt etiam ſi nouiter euenerit, vel ad notitiam deuenerit. Super hoc vide quod poſt Innoc. ſcripſi de ordi.cog.cap. ij. in gloſ. id eſt ante. & gloſ. hanc exceptionem. ver. eſt autẽ dilatoria. Ioan. And.

*† Not. hic quòd ſunt multi caſus in quibus ſpoliato denegatur reſtitutio: vt vides per not. ſ. e. ex tranſmiſſa. in illis ergo caſibus in quibus non nõ agit, etiã nõ excipit. & illi cui interdictũ vnde vi, vel vi bonorũ raptorũ negatur: non competit etiã exceptio de qua in tex. de Anch. Fõt.*

nunquam in iudiciis calumnioſè [a] propoſita, cauſas eccleſiaſticas impedit & perturbat, dum enim exceptioni [b] inſiſtitur, appellationes interponi cõtingit: & ſic intermittitur [c] & plerunque perimitur [d] cauſæ cognitio principalis. & propterea nos qui voluntarios labores [e] appetimus, vt quietem aliis præparemus: finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare: Statuimus [f] vt in ciuilibus negotiis, ſpoliationis obiectu (quæ ab alio quàm ab actore [g] facta proponitur) iudex in principali procedere non poſtponat. Sed in ciuilibus ab actore, in criminalibus autem ſe ſpoliatum reus aſſerat à quocunque [h]: intra quindecim dierum [i] ſpatium poſt diem in quo proponitur [k], † quod aſſerit [l] comprobabit: alioquin [m] in expenſis quas interim actor ob hoc fecerit (iudiciali taxatione [n] præhabita) condemnetur: aliàs (ſi iudici

A

æquum viſum fuerit) puniendus [o]. Illum autem ſpoliatum intelligi volumus in hoc caſu (cum criminaliter accuſatur) qui tota ſua ſubſtantia [p], vel maiori parte ipſius ſe per violentiam deſtitutum affirmat. & ſecundum hoc loqui canones ſano credendum eſt intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus. habet enim ſpoliatus priuilegiũ, vt non poſsit exui iam nudatus.

B

*Excipiens de ſpoliatione facta à tertio intra certum tempus à iudice ſtatuendum debet reſtitutionem petere: aliàs accuſabitur exceptione non obſtante. Ioan. Andrea.*

Solet autem inter ſcholaſticos dubitari: ſi ſpoliatus à tertio [q], de ſpoliatione contra ſuum accuſatorem excipiat: an ei tempus [r] à iudice debeat indulgeri, intra quod reſtitutionem imploret: ne forte ſic [s] velit exiſtere, vt omnem accuſationem eludat [t]: quod [u] ſatis æquitati & iuri conſonum æſtimamus [x].

C

e *Labores.* hæc verba fuerunt ſumpta de corpore authen. vt diuinæ iuſsi. ſubſcri. ha. gl. quæſtoris. in prin. collat. ix. & pro republica Imperator noctes ducit inſomnes. in auth. vt iudi. ſine quoque ſuffr. in prin. collat. ij. & Papa idem de ſe dicit. ſ. in proœ. huius libri. Ioan. And.

f *Statuimus.* hic ſit interpretatio canonum antiquorũ de hac materia loquentium.

g *Ab actore.* hoc erat iniquum quòd reus exciperet contra actorem de ſpoliatione facta à tertio: cum in hoc non deliquerit actor: & ideo factum alterius ſibi nõ debebat obeſſe. C. de inoffi. teſta. ſi quis ſuo. verſus finem. & infra de reg. iur. non debet. & peccata ſuos teneant auctores. C. de pœnis. ſancimus. ſupra de iis quæ fi. à maio. par. cap. c. quęſiuit. & recitat hic Bern. ſe non meminiſſe vidiſſe aliquem excipientem ſic in ciuilibus.

h *A quocunque.* ecce differentiam inter criminalẽ cauſam & ciuilem, vt in ciuili nõ opponatur ſpoliatio facta ab alio quã ab actore: in criminali ſic, cum moderatione quę ſequitur. & rationes. j. ſequentur.

D

i *Quindecim dierum.* arctatur tempus probãdi: quia malitioſè ſæpius proponebatur talis exceptio: vt ſupra dixit. ſic in exceptione excommunicationis octo dies ſunt dati infra de except. pia. ADDITIO. Hic adde quod ibi not. in gloſ. licet enim. in prin. tamen hic Ioan. Mona. & Archid. tenent quod ibi reprobaui. Dicunt enim terminum prorogari poſſe. Ioã. And.

Gloſ. ſeq. dat tria ſimilia, & vnum diſsimile. ſi. recitetur per quæſtionem.

k *Proponitur.* quia dies illa non computabitur in. xv. [a] ſic dies in quo proponitur excommunicationis exceptio. j. de exceptio. pia. ſic dies in quo cautũ promittitur, & in quo ſiſtere in iudicio oportet, nõ computatur in vicena milia paſſuum. ff. ſi quis cau. l. j. ſic & dies præſentationis literarũ cum committitur cauſa intra certum tempus decidenda. ſ. de app. ſuper eo. ij. vbi de hoc. Secus in decem diebus qui dantur ad appellandum, in quibus tẽpus ſententię prolationis cõputatur ij. q. vj. biduũ. vbi de hoc. ſ. de re. iu. quod ad conſultationem. {Archi. alleg. ſ. eo. tit. audita. ver. mandamus. ſ. de cleri.

*a Placet doc. idem ſi xv. dies ſimpliciter aſſignarentur: quia intelligitur de proximis. l. eũ qui calendas. ff. de*

non reſi. qualiter. xviij. q. ij. pridem. ver. admonemus. ij. q. vj. propter. lxxxviij. diſt. perlatum. iiij. q. v. c. j. xxxj. diſt. [b] tenere. lxxxij. diſt. propoſuiſti.} Et vltimo iſtorum. xv. dierũ probari poterit exceptio. ſic. ff. ad le. iu. de adul. l. pater. §. ſexaginta. & l. is cuius. §. ex ſenatuſconſulto. Et poteſt peti bonorum poſſeſsio intra centeſimum diem, & centeſimus in eo numero computatur. ff. de ſucceſ. edi. l. j. §. ſi intra. ver. quod dicim⁹. ſimile eſt. ff. de verb. obligat. qui ante calendas. Ioan. And.

*verbo. obliga. j. de præben. non poteſt. in dubio tamen dies termini cõputatur. Bar. in. l. 3. ff. ſi quis cau. in gloſ. ca. anteriorum, 2. q. 6. Phil. Font.*

*b Sed quid ſi ille vltimus eſt feriatus? certè tunc in 14. debebas. quãdo enim vltim⁹ dies termini præfixi eſt feriatus, debes illum præuenire. l. 2. in fi. de tẽpo. app. de An. cha. Phi. vide p doct. in c. cum dilecti. de do. & contu. Font.*

l *Quod aſſerit.* ſcilicet ſe ſpoliatum in ciuilibus ab actore, in criminalibus à quocunque.

m *Alioquin.* id eſt ſi intra illud tempus nõ probauerit.

n *Taxatione.* de qua dic vt ſ. ꝙ me. cau. c. vlt. in gl. quę incipit, vltra quam. Ber.

o *Puniendus.* pœna arbitraria: ex quo nõ ſtatuitur hic certa pœna. de offi. deleg. de cauſis. §. j. ff. de iur. deli. l. j. ADDITIO. Idem Hoſti. & Ioan. Mona. & Archi.

Glo. ſeq. reddit cauſam: & dat ſimile.

p *Subſtantia.* interpretatur & exponit hic Papa canones illos. iij. q. j. oportet. & ij. q. ij. nullus. vbi ſunt hæc verba. Ridiculũ enim videbatur ꝙ criminaliter accuſatus accuſatorem ſuũ per exceptionem ſpoliationis rei modicæ & vilis ab accuſatione repelleret. Et eſt ſimile quod dicit lex, ꝙ tutor à tutela excuſari non poteſt ratione controuerſiæ quæ eſt inter ipſum & pupillum ſuũ: niſi forte de omnibus bonis aut plurima parte bonorum ſit cõtrouerſia. ff. de excu. tuto. l. propter litẽ. inſtit. eo. tit. §. item propter litem. licet illud iure auth. immutatum videatur, in auth. vt ij qui ob. ſe ha. perhi. res mi. §. ij. iij. & iiij. collat. vj. ADDITIO. Vnde ſumpta eſt authẽ. minoris. C. quã da. tuto. poſ. tamen vt dicit Hoſti. ratio legis abrogatæ durat, & allegari poteſt. de hoc de iudi. nouit. ver. nec ſic illud. in j. gloſ. Dicit autem Ioan. Mon. ꝙ æqua fuit hæc interpretatio: cum accidentia ſubiecta non denominent, niſi aſsint in toto vel in maiori parte. alleg. ff. de le. iij. l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. & remittit. j. de ver. ſign. ſicut. Ioan. Andr.

q *A tertio.* id eſt ab alio quã ab accuſatore. iij. q. j. epiſcopi. & quæſt. iij. cum eccleſia.

r *Tempus.* arbitrarium: ex quo certum non ſtatuitur: vt dixi ſuprà.

ſ *Sic.* ſcilicet ſpoliatus.

t *Eludat.* malitiis autem indulgendum non eſt. ſ. qui matri. accu. poſ. ſignificante. cum ſuis concor.

u *Quod.* ſcilicet quòd iudex terminum ſtatuat.

x *Aeſtimamus.* & alij æſtimare debent. ſ. de re iudi. in cauſis. Et ſic compellitur aliquis agere. Ad idem. C. de inge. ma. l. diffamari. ſed non pręciſè, ſed hoc vt excipere poſſit: vt hic vides. Ioan. And. ADDITIO. Xvij caſus in quibus cõpellitur quis agere, not. hic Hoſtiẽ. quorum aliquos not. Accur. C. vt nemo inui. l. vnica. Et ponit primo quatuor in perſonis quib⁹ periculũ imminet ſi non agit: vt tutoribus & curatoribus. C. arbi. tu. l. nomina. & de admi. tu. l. debitoribus. Secũdò negotiorũ geſtores, ſi ſint cognati domini abſentis: & facile ſit eis ſatiſdare. ff. de neg. ge. ſi. autem. Tertiò, procuratores. C. mãd. procuratorẽ. & l. à procuratore. Quartò, adminiſtratores ciuitatũ. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. vlt. §. iiij. & §. pen. Quintò, hæres qui habet neceſſe vindicare mortẽ defuncti accuſando interfectores ipſius. C. ad ſil. l. j. Sextò, quicunque litẽ conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit inſtante reo. in auth. de liti. §. omnem. coll. viij. Septimò, vẽditor qui excepit habitationem domus venditę quã alij locauerat. Vnde ſi inquilinus domum dederit: cogitur agere contra ipſum, & emptori reddere quę fuerit cõſecut⁹. ff. de act. emp. Iulianus. aliàs incipit,

*Agere quis compellitur in multis caſibus.*





inter eum. § pe. Octauò, magiſter nauis qui inſolidum reddit vectoribus non detracto damno proportionabiliter. ff. ad le. rho. de iac. l. ij. Nonò, cogitur colonus in dominum agere, in caſu quem habes. ff. loca. cum in plures. §. meſſem. Decimò in caſu. ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. ſi quis in ſuo. verſic. idem nerua ſcribit. Vndecimò, in caſu. ff. de leg. j. ſi ſit legatum. §. ſi. Duodecimò, ſupra de officio ordi. ſignificauit. Tredecimo, in matre quæ neceſſe habet petere filio tutorem. C. qui pe. tu. l. matris. & l. cum à matribus. Quartodecimo, in appellatione. de ap. obſlatę. Quintodecimò, in impediẽte matrimoniũ, ſupra de clã. deſpon. cum inhibitio. Sedecimo, in nũciante nouum opus. de no. oper. nuncia. c. fin. Decimoſeptimo, cum actor malitioſè tardat reum conuenire. pone in ſcholari de quo no. in præalle. l. vnica. C. vt nemo inui. quem conuenire intendit actor, cum paratus fuerit ad receſſum, vt ſic ſe redimat. ſ. de reſcrip. nonnulli. hoc ergo præcaueri debet. de fer. non ordi. c. j. Ad inſtantiã ergo ſcholaris bonus iudex aſsignabit terminũ ciui intra quem agat: & poſt quem ciuem illum non audiet, argu. hic, & l. diffamari. quam alleg. gloſ. ſupra de proba. licet. j. de appe. legitima. Co. de re. pig. ſi eo. ff. de op. leg. mancipiorum. ff. de cura bo. dan. l. j. ff. de bo. aucto. iu. poſsi. ſi ſeruus. ff. de car. edi. l. iij. §. cauſæ. Ioan. And.

A

Quòd ſi intra tempus indultum reſtitutionem non petierit, & cauſam cum potuerit [a] non ducat ad finem: non obſtante ſpoliationis exceptione deinceps poterit accuſari.

*Agenti ſuper rebus eccleſiaſticis nõ obſtat exceptio ſpoliationis priuatarum rerum, vel econuerſo. Ioan. And.*

Ad hoc ſancimus vt rerum priuatarum ſpoliatio, agenti ſuper eccleſiaſticis, vel econtrario, nullatenus opponatur [b].

B

## Bonifacius octauus.

*Eccleſia quæ petit reſtitutionẽ decimarum (quas ſe dicit intra parochiam alterius poſſediſſe) nõ auditur, niſi probet poſſeſsionem legitimam. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

AD decimas quas canonici [c] † ſancti Nicolai ſe aſſerunt [d] intra parochiam eccleſiæ. B. clerici poſſediſſe aliquandiu, & eis per eundem clericum [e] ſpoliatos fuiſſe: nequaquam debent reſtitui, niſi euidenter docuerint quòd earum poſſeſsionem legitimè aſſecuti fuiſſent: Quia eas occupaſſe [f] iniuſtè veriſimiliter præſumuntur [g], cum proueniant ex prædiis intra alienam parochiam conſtitutis. Sitque manifeſtum (niſi aliud oſtendatur [h]) eas de iure communi ad eandẽ eccleſiã [i] pertinere.

*† No. quòd illo verbo canonici, venit capitulum in actu in quo requiritur capitulum vel maior pars. Dom. Philip. an tunc deſcribi debent nomina ſingulorũ, vide glo. q. c. ſi. ſ. de procura. Font.*

a *Potuerit.* aliàs non debet ſibi imputari. ſ. eo. li. de elec. cõmiſſa. ſ. de appel. ex inſinuatione. cum ſimilibus.

Glo. ſeq. obiectionem dupliciter ſoluit: & duplicem rationem ſubdit.

b *Opponatur.* intelligit B. hoc quando inter eccleſiaſticas perſonas cauſa vertitur, ne ſit contra. ſupra de or. cog. cum dilectus. Vel dic quòd ibi de temporalibus contẽdebatur, quæ proprie priuata dicũtur: quia poſſunt à priuato poſsideri. res autem eccleſiaſticæ vocantur hic quę non cadunt in laicum: vt decimæ & alia ſpiritalia. ff. de leg. iij. l. hoc legatum. & eſt ratio huius dicti: qui agens nomine eccleſiaſtico, nõ agit ſuo iure: ſed nomine eccleſiæ. vnde ſicut procurator agens nomine alieno, de iure ſuo non excipit: ſic nec hic. Ad hoc. ff. de do. except. ſi procurator. Item res eccleſiaſticæ ſunt publici iuris: ſed de publico ad priuatum non ſit compenſatio. C. de compen. l. j. & iij. ADDITIO. Hoſtien. remittit ad ſummam eodem titulo. §. quando facienda. verſi. quid ſi vir. vbi tenet Hoſtien. & idem Specu. de peti. & poſ. §. j. verſic. quid ſi ago. quòd agenti de matrimonio petitorio vel poſſeſſorio, non opponit coniunx ſpoliationem rerum. Ioan. And.

*Temporalia bona dicuntur priuatiua.*

AD *decimas.* } Primò caſum ſoluit, rationem ſubdens: ibi, Quia eas. Et duos alios modos ſummandi generalius dicam ſuper iiij. gloſſ. Et dicitur decret. hæc ſumpta fuiſſe de extrauagan. cle. iiij. quæ incipiebat, Cum inter canonicos. ſed illam non vidi. Ioan. And. CASVS. Canonici ſancti Nicolai percipiebant decimas de prædiis: quæ prædia erant intra meam eccleſiam parochialem: & conſtat quòd ipſi excedebant fines parochiæ ſuæ: & ſic poſſederunt decimas per magna tempora. hoc facto ego rector illius eccleſiæ parochialis anticipaui canonicos, & percepi fructus illorum prędiorum. Canonici voluerũt contra me intentare interdictum vnde vi pro recuperanda poſſeſsione. quæritur quid debeant probare iſti canonici pro obtinendo in poſſeſſorio? Reſpondet Romanus pontifex quòd cum ius commune ſit contra canonicos: nam ius commune dictat quòd decimæ prædiales ſoluantur illi parochiæ intra cuius limites ſunt ſita prædia. Item cum ius commune ſit pro me rectore: quia conſtat illa prædia eſſe in parochia mea: certè antequã canonici poſsint obtinere in poſſeſſorio, vltra ſuam poſſeſsionem debent probare titulum medio cuius habuerunt poſſeſsionem: videlicet quòd dicant quòd decimæ illæ pertinent ad ipſos ex donatione epiſcopi cum conſenſu capituli: vel ex donatione laici qui habebat illas decimas infeudatas de auctoritate epiſcopi. Nota primò quòd licet vna eccleſia vel perſona eccleſiaſtica ſit capax iuris decimarum: tamen non poteſt decimas percipere, niſi mediante titulo: nec etiam poſsidere, quod plus eſt, niſi cum titul. & titulus legitimus poterit eſſe donatio epiſcopi de conſenſu ſui capituli: vel legitima præſcriptio per quadraginta annos, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico. De iure ciuili habemus text. in authẽ. quas actiones. Co. de ſacroſancta eccleſia. De iure canonico in ca. de quarta. de præſcript. in antiquis. Et ideo dicit gloſ. quòd laicus quantocũque tempore perceperit decimas in aliqua eccleſia parochiali. ſi rector illius eccleſiæ ſpoliauerit laicum: laicus contra rectorem non poteſt intentare interdictum vnde vi: niſi alleget titulum, id eſt infeudationem ante concilium Lateranenſe. non autem auditur ſi alleget præſcriptionem: quia non poteſt pręſcribere, cum non poſsit poſsidere. No. vlterius quòd poſsidens aliquid contra iuris diſpoſitionẽ, præſumitur malæ fidei poſſeſſor. No. finaliter expreſſum tex. quòd decimę prædiales de iure communi ſpectant ad eccleſiam ſimplicẽ parochialem: licet non ſit baptiſmalis. de quo ſupra de deci. cum contingat. Domi.



c *Canonici.* nomine ipſius eccleſiæ agentes: quod poſſunt: vt ſupra de proba. ex literis. de conceſ. præbend. ex parte. vbi de hoc, cum ſimil.

d *Aſſerunt.* ex hoc inſultat præſumptio contra eos quæ eis veriſimiliter obſtat. ſecus ſi hoc non conſtaret, quòd illę decimæ eſſent in alterius parochia: & facit ad ea quę dicã. j. eo. lib. de præſcrip. c. j.

C

e *Eundem clericum.* Nota literam: quia hoc ius facit pro reo, & contra actorem. Si autem ſpoliati eſſent à tertio: ius commune licet faceret contra actorem, non tamen pro reo: vnde tunc decret. locum habere non puto. & facit quod dixi. j. de præſcri. cap. j. ADDITIO. Vnde dicebat hic Ioannes Mona. hic patere quòd agens reſtitutorio iudicio contra eum qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo. Vel dicatur quòd ſpoliatus petens reſtitui contra illum qui iure cõmuni probato iuuatur, ſuccumbit: ſi aliud non oſtendat. Ioan. Andreæ.

*Soluit dubium.*

f *Occupaſſe.* in mala parte: alibi in bona. vij. q. j. factus. & ſ. eo. lib. de procur. ſi duo.

Gloſſa ſequens arg. ad opin. Ioan. contra Brix. & fortificat textum.

g *Præſumuntur.* Nota ſecundum opinionem Ioan. qui nota. xiiij. quæſtione j. capi. primo. in gloſſa poſsideri. quòd laicus reſtitutionem decimarum petere non poterat, per decret. ſupra de præſcript. cauſam. Bart. Brix. not. contrarium, cum laici decimas interdum poſsideant de facto. Ad decretalem illã, cauſam. reſpõdebat quòd decre. ipſa dicit detinere: non dicit poſsidere. Satis puto hanc decretalem facere pro Ioan. vt niſi laicus probet ſe legitime aſſecutum: cum ſit contra eum præſumptio, non auditur. qui enim reſtitutionẽ petit, habet duo probare: ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe. ſ. eo. ca. olim. j. & iij. Et aliud eſt poſsidere: & aliud in poſſeſsione eſſe. ff. de acquir. poſ. ſi quis autem. & eſt ſi. ſupra eo. ex tranſmiſſa. & quod ibi not. Hic ergo eſt præſumptio contra actorem: & ius cõmune pro reo. poſſeſsio ergo & ſpoliatio probatæ nõ aduocant vt ſiat reſtitutio, petitorio ꝓbato pro reo. ad hoc de cau. poſ. cum eccleſia. & c. cũ dilectus. ff. de rei ven. officium. & idem videtur vbicunque factum eſt pro reo notorium. de diuor. ſignificaſti. & hoc tenet Io. Mo. Proprietas igitur pro reo ꝓbata, ipſum in poſſeſsione defẽdat. ad hoc ff. de ſuperfi. l. j. §. quod ait. ff. depo. l. bona fides. in fi. ADDITIO. Dicit enĩ Archi. hic ꝙ propter fatuã allegationẽ actorũ, quaſi ſuper notorio papa ſic debuit iudicare. ad hoc. ff. de dolo. l. dolo. ff. vt in poſ. l. ſi is à quo. ff. de act. emp. & vẽ. l. emptorẽ. in prin. ff. de prob. circa. in fi. Facit quod dixi poſt Inn. & Compoſt. de conſue. cũ inter. de priui. ex tenore. Io. And.

D

*Spoliatus contra quẽ notoriè cõſtat de non iure, non debet reſtitui.*

*Poſſidere & in poſſeſsione eſſe ſunt diuerſa.*

h *Aliud oſtendatur.* vt compoſitio, titulus præſcriptionis, priuilegiũ, vel aliud ſimile. de dona. apoſtolicæ. j. de iis quæ ſiũt à pręla. cum apoſtolica. cum ſi.

i *Eccleſiam.* ſcilicet B. clerici. Io. And.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



DE DOLO ET CONTVMACIA.

Dictum fuit ſupra titulo proximo de fatigatis vi ſeu potentia aduerſariorum: nunc verò eſt videndum de fatigatis aduerſariorum dolo & contumacia: ideo annectit rubricam de dolo & contumacia.

Ctor.) Duplex eſt prouiſio contra actoris cōtumaciam. ſecunda prouiſio ibi, Ad citationem. ADDITIO. Et vt dicit Ioan. Mo. prima repetit ius antiquum. alleg. de ꝓcur.auditis. Co. quomodo & quando iud. authen. qui ſemel. C. de fru. & lit. ex. non ignoret. Secunda adijcit ius nouum, quod vt dixit Innocen. alio iure non cauebatur. Sed Hoſtien. dicit quòd ſatis eſt quòd cauebatur alio caſu quo minus hoc videretur fieri debere, ſcilicet in authent. libellum. quæ habetur iij. quæſtione iij. cap. induciæ. §. libellum. & C. de lit. conteſta. authen. libellum. & exponit eam hic totaliter, quod propoſito congruit: ſcilicet quòd ſit mens eius ex quo actor fuit contumax, nec ad libellum porrigendum, nec ad porrectum proſequendum, nec ad aduerſarium citandum admittitur: niſi caueatur reo vel iudici: vt ibi de conteſtanda lite intra duos menſes. ſupplet etiā quòd in terminis comparebit, vt hic: vel omne damnum reſtituet. Multum violenta eſt hæc expoſitio. Inducit etiam ipſe authen. generaliter. C. de epiſc. & cle. ex quibus dicit ſumptam hanc decret. quaſi per modum innouationis illorum iurium quæ non ſeruabantur: vt etiam not. in præallega. authen. libellum. iij. quæſtione iij. cap. induciæ. §. libellum. in fi. j. gloſ. Quidquid dicat Hoſtien. verum dixit Innocen. hoc alio iure non caueri. vnde dicit hic Archidiac. illas authen. loqui etiam nulla contumacia præcedente. Ioannes Andreæ.

CASVS. Titius prætendebat me ſuum debitorem in decem. fecit me conueniri coram iudice meo competenti: ego reus in termino mihi aſsignato comparui: ipſe verò actor non comparet. quæritur quæ pœna veniat actor non comparens pro ſua contumacia puniendus? Reſpondet Romanus pontifex, quòd ipſe actor primò eſt mihi condemnandus in legitimis expenſis quas propter hoc ego feci. Item eſt puniendus alia pœna: quoniam ſi velit denuo me conuenire per aliam citationem nouam, quia prima eſt perempta (l. & poſt peremptorium. ff. de iudi. in fin. legis, vbi edictum circunducitur, id eſt citatio extinguitur) & eſt expirata: neceſſaria eſt alia citatio. Et ideo ſi actor velit impetrare nouam citationem: debet mihi cauere ſub certa pœna, quòd in ſingulis terminis comparebit. & ſi actor nolit præſtare illam cautioné: iudex debet ei denegare citationem. & hoc verum, ſi requiſitus fuerit iudex vt ei denegaret citationem, niſi præſtet illam cautionem de comparendo in ſingulis aſsignationibus. Nam iudex non debet interponere officium ſuum ad priuatam vtilitatem: niſi requiratur a partibus. l. iiij. ff. de damn. infec. cap. j. de iudi. in antiq. ibi, quem cum petiſſet aduerſarius introduci. Nota primò ex iſto capit. quòd cum reus ad inſtantiam actoris citatur vt coram iudice compareat ad certum terminum: actori ſimiliter videtur ille terminus aſsignari, licet iudex non dicat actori quòd ſibi talem terminum aſsignat, in tantum quòd actor non comparens eſt tanquam contumax puniendus. Nota vlterius quòd actor non comparens eſt cōdemnandus in expenſis quas reus propter hoc fecit. Quæritur de quibus expenſis intelligatur iſtud? Quidam dicunt, vt Dominicus de ſancto Geminiano, quòd verbum propter hoc factis, poſitum in hoc tex. refertur ad verbum, veniendo. ita quòd reus poſſit petere expenſas ab actore quas ipſe reus fecit veniendo, ſtando, & redeundo. ſed ſi fecerit alias expenſas: puta pro conſiliis aduocatorum illas non poterit petere per modum præiudicij: ſed tamen illas poterit petere in fine cauſæ ſi obtineat. Contra tamen hanc opin. videtur text. in l. eum quem temere. ff. de iudi. vbi dicitur quòd faciens aliquem temere vocari ad iudicium, debet ſoluere viatica & ſumptus litis. Itē facit l. ſancim*. C. de iudi. vbi dicitur ꝙ contumax debet ſoluere omnes expenſas & damna quæ fecit ipſe reus vel actor comparens. No. inſuper quòd actor contumax in primo termino non debet à iudice obtinere aliam citationem pro faciendo citari reū, niſi præſtita prius cautione ſufficienti ꝙ fideliter comparebit in omnibus & ſingulis aſsignationibus. Et oneratur tali cautione propter præcedentem contumaciā ſuam: quia præſumptio eſt contra eū, quòd ipſe actor non cōparebit, ſicut non cōparuit

*Expenſa præſtanda reo per actorem nō comparentem quæ & quales ſint*

A in primo termino. Sed pro intellectu huius ca. & totius materiæ, quæritur primò, vtrum text. iſte procedat vt quis condemnetur in expenſis pro ſimplici citatione. iſtam quæſtionem formauit gl. in c. quærelam. de procur. in ant. & dicit ibi glo. quòd debet fieri condénatio expenſarum poſt citationē peremptoriam: ideo pro ſimplici citatione non eſt quis condemnandus in expēſis. Nam dicit illa gl. condemnatio expēſarum eſt pro contumacia: modo quis nō dicitur cōtumax pro ſimplici & prima citatione. Doctores dicunt contrariū, quòd etiam pro ſimplici citatione quantum ad condemnationē expenſarum eſt quis cēſendus contumax etiā virtute vnius citationis: ſed non quantum ad ſententiam definitiuam, vel miſsionem in poſſeſsionem. Quæritur ſecundò, quid ſi reus ſimiliter non comparuit: vtrum actor non ſit admittendus ad nouam citationem contra reum, niſi mediante cautione de qua hic? Reſpon. gl. quòd tunc non habet locum diſpoſitio huius ca. imò contumacia contra contumaciam compenſatur. & iſtud facit cōtra gl. l. pen. de eo per quem fac. erit. ff. l. j. vel ij. ff. ſi quis in iudi. quæ tenet quòd licet neuter compareat: tamen iudex debet condemnare partes in multa pro intereſſe publico. & hanc opinionem tenent domini temporales. Pro quo ſciendum ꝙ contumax non comparens coram iudice, offendit iudicem & rempublicam, pro quo venit condemnandus in emenda: quæ emenda eſt arbitraria. l. vnica. §. fin. ff. ſi quis iudi. nō obtem. Item contumax offendit ſuam partem aduerſam: & ratione illius debet contumax erga ſuam partem aduerſam cōdemnari in expenſis & intereſſe. l. ſancimus. C. de iudi. Sed tunc ad quæſtionem quando neuter comparet: certum eſt quòd contumacia compenſatur quantū ad partem. Sed quid quantum ad rempublicam: vtrum debeat compenſari? Gloſ. alleg. dicit quòd non. Sed dicunt doctores, quòd cum impoſitio multæ ſit regulanda ſecundum intereſſe & damnum C partis aduerſæ, vt de hoc eſt text. notabilis in. l. ij. ff. ſi quis in ius vo. & modo quando neutra pars comparet, ſit compenſatio: & poſtquam partis non intereſt, nec reipublicæ, debetur multa.

*Expenſarū condemnatio poſt quam citationem fieri debet.*

*† Intellige de expenſis quas fecit comparens ex ſua cōparitione. Cy. Ba. in l. ſancimus. Cod. de iudic. de lucro quod cōparens amiſit, dic vt notatur in c. finem litib*. de do. & cōtum. Phil. Font.*

*Contumax multos offendit.*

DE DOLO ET CONtumacia.

Innocentius quartus.

*Actor contumax condemnatur in expenſis: nec citatur vlterius ad ſui petitionem reus, niſi caueat de veniendo & cōparendo.*

CAPITVLVM PRIMVM.

Ctor qui ad terminum [a] venire ad quem citari aduerſarium fecerat, nō curauit [b]: veniēti [c] reo in expenſis † propter hoc [d] factis legitimè, [e] condemnetur: Ad citationem aliam minime admittendus [f], niſi ſufficienter [g] cauerit, quòd in termino [h] fi-

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.

a *Ad terminum.* cum indiſtincte loquatur de quolibet termino, ſiue peremptorio ſiue nō [a] intelligēdum videtur: ſicut & in reo dici ſolet quòd pro qualibet cōtumacia etiā ante peremptorium condemnatur in expenſis: licet ſolū poſt peremptorium poſsit excommunicari, vel miſsionem pati. De hoc lxxiiij. diſt. honoratus. in gl. tot ſcriptis. iiij. q. v. in ſumma. & ſ. de procu. querelam. maior autē eſt contumacia actoris non venientis quàm rei. iiij. q. iiij. c. j.

b *Non curauit.* cum potuiſſet. vnde nota negligentiam vel contemptum. ff. de re iudi. contumacia. ad idem, ſ. titu. proxi. c. j. §. ſolet.

Gloſ. ſeq. vnum dubium ſoluit, de alio remittit.

c *Venienti.* ergo non venienti non condemnabitur: ſed cōpenſetur contumacia cōtumaciæ. ff. de dolo, ſi duo. ff. de cōpen. ſi ambo. Si autem actor non venit: & iudex fuit abſens vel præſens, ſed procedere non poterat: an fieri debeat condemnatio: dic vt no. in reo. ſ. e. tit. c. vlt.

D d *Propter hoc.* ſcilicet ratione cōtumaciæ. de procu. auditis. infra de excep. pia. ſ. e. cum dilecti. & c. finem. Et qualiter cōtra contumaces procedi debeat, dic vt no. ſupra e. prout. & c. cauſam.

e *Legitimè.* quod dic vt no. ij. q. j. in primis. ſ. e. tit. finem.

f *Admittendus.* & ſic punietur in quo peccauit. ſ. de tē. ordi. literas. in ſi.

Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.

g *Sufficienter.* vt ſic pignora vel fideiuſſores dentur. ff. man. ſi mandato. §. vlt. ſi autem hanc dare non poſſet, det iuratoriam. ſ. de do. poſt diuor. reſti. per veſtras. vbi de hoc. ad idē. C. de epiſ. & cler. l. generaliter. Dicit autem Inn. quòd ſufficit verbo cauere: quod poteſt verū eſſe: ſeruata prædicta diſtinctione. Bern.

h *Termino.* primo ſcilicet. ad hoc. ff. de ver. ob. eū qui calendis. & j. de preb. non poteſt. §. j. cum ſuis concor. Vel dic termino quocunque, quo ad eius petitionē citabitur reus, hæc eſt enim indefinitiua legis, quæ equipollet vniuerſali: vt dixi ſ. e. lib. de elec. vt circa. ſic & cautio preſtatur de perſeuerātia litis vſque ad fin. C. de epi. & cle. authen. generaliter. ADDITIO. Dicit Hoſtien. quòd ideo loquitur ſingulariter, vt det intel-

*a Et ſiue in principio cauſæ ſiue in progreſſu. Fancif. Hoſt. alle. 19. di. c. 1. de priui. quia circa. ad idem. ff. de pu. de pretio. Io. Andr.*

*Cautio ſufficiens dicitur quādo dantur pignora vel fideiuſſores*



intelligere quòd ꝑ defectu cuiuſlibet termini locus eſt pœnæ. Ioan. And.

a *Fideliter.* præſumitur autē malitioſè abeſſe, niſi contrariū probetur, ſcilicet quòd impeditus fuerit: de re iudi. cū Bertholdus. de procu. querelam. vbi de hoc.

deliter [a] debeat comparere.

Bonifacius octauus.

*Iudex appellantem & recedentem citare vlterius non tenetur, ſi vult in cauſa procedere: niſi forſitā appellationi renūciet. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

EVm qui à tua interlocutoria, vel grauamine [b] quod per te [c] ſibi proponit illatum, à tua præſentia receſsit appellans [d]: (Cum proteſtari [e] videatur hoc ipſo [f] ſe B nolle coram te de cætero litigare) citare ad alia quæ poſtea in iudicio faciēda incumbunt [g] vel etiam ad ſententiam [h] audiendā [i], (Niſi ſponte appellationi ſuæ renunciet [k]) non teneris [l]. Nec ideo minus quòd in eius abſentia proceſſeris [m], tuus ꝓceſſus validus [n] reputari debebit.

EVm qui a.) Soluit caſum dubiū, & rationem interſerit, ratio ibi, Cum proteſtari. Et vnum caſum excipit: ibi, Niſi. Ioā. Andr. Et determinat not. per Inn. de accu. ad petitionē. ꝑ Guil. in Spe. de cita. §. viſo de temporū. ver. quid ſi quis receſſerit. Preſupponēdū eſt quod habetur in gl. videlicet quòd iudex non poteſt articulum in cauſa expedire, niſi pars fuerit citata: aliàs ſi expediret illū articulum, proceſſus eſſet nullus ipſo iure. CASVS. Tu & ego litigabamus corā iudice cōpetenti ordinario vel delegato: non refert. qui iudex tulit contra te aliquam ſententiam interlocutoriam: quia cum lis eſſet inter nos conteſtata, & vellem producere meos teſtes contra te: tu oppoſuiſti exceptionem quæ teſtes repellebat ab examinatione & receptione. vnde non obſtāte tua exceptione, iudex interlocutus eſt meos teſtes recipiendos & examinandos: à qua interlocutoria appellaſti: & petiiſti apoſtolos tibi dari: qui iudex dedit tibi apoſtolos refutarios. iudex vult procedere in cauſa, & examinare meos teſtes. vtrum poſsit te non vocato & non citato? Reſpondet quòd ſic: nam cum recedendo ab ipſo per appellationem videaris proteſtari quòd non intendis coram eo comparere: fruſtra te citaret. & ideo te non vocato & non citato poterit iudex in cauſa procedere, & omnes alios articulos expedire: imò poterit ferre ſententiam definitiuam te non vocato ad audiendam ſententiā. Sed ponamus quòd interpoſita appellatione renunciaſti ſponte appellationi. iudex proceſsit ad alios articulos contra te non vocatum, nec citatum forte ad ſententiā definitiuam. vtrum valeant tales ꝓceſſus? Reſpon. quòd non: quia ex quo renunciaſti appellationi tuæ, videris confiteri quòd coram iudice comparebis.

Nota primò quòd recedens à iudice appellando, videtur nolle coram illo iudice litigare. Nota ſecundò quòd quando ſit citatio ad ſententiam, debet in ea exprimi quòd ad ſententiam audiendam citatur. vide text. & gl. in cle. ſepe. de ver. ſign. Dom.

*a In iſto c. ibi, videatur. notat Phil. quòd iudex non tenetur amplius citare quem præſumit nolle comparere corā ſe, & proceſſus ſine citatione valet, cle. 1. e. tit. Font.*

Gloſ. ſeq. recitetur per queſtionem: quia de definitiua.

b *Grauamine.* hoc dicit ex eo, quia ſi appellaretur à definitiua: iam functus eſt iudex officio ſuo. de offi. dele. in literis. ff. de re iudi. iudex. Sed & idem in illo videtur quo ad executionem quę poſt ſententiam imminet facienda eadem ratione. ADDITIO. Hoc intellige in caſibus in quibus appellatio non impedit executionem. quod dic vt. j. de ap. Romana. §. ſi autem.

c *Per te.* loquitur iudici. ſ. de iureiur. c. vlt.

d *Appellans.* & fruſtratoriè: quia ſi bene appellaret ex cauſa & forma: tunc ille à quo appellauerit, iudex non eſſet: & ſic appellans contumax non eſſet. De reuocatione atteſtationū poſt appellationem habebis. j. de appel. non ſolum.

e *Proteſtari.* No. quòd ius fingit proteſtationē. ADDITIO. De proteſtatione iuris & hominis remittit. Io. Mo. j. de reg. iur. in generali. Ioan. And.

f *Hoc ipſo.* appellando, & recedendo.

g *Incumbunt.* conſiderato eo ſtatu in quo tunc erat cauſa.

h *Ad ſententiam.* puta quia lis erat cōteſtata, & liquet de cauſa: vel talis eſt cauſa in qua ſentētiari poteſt lit. non conteſta. quod dic vt ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. & ſ. e. prout.

i *Audiendam.* ſi non eſſet cōtumax, expreſſe citari debet ad ſententiam audiendā: aliàs non valeret ſententia parte abſente. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. l. j. §. item cū ex edicto. & de hoc no. ſ. de offi. dele. conſuluit.

k *Renunciet.* expreſſe, quod poteſt. j. q. vj. c. ei qui. §. ſi quis libellos. C. de ap. ſi quis. & tacite etiam litigando corā iudice à quo appellauit, appellationi renunciat. ſ. de offic. dele. gratum. de teſti. cum veniſſet. ſi tamen intereſt aduerſarij, ad ipſius intereſſe tenetur. quod dic vt no. ſupra de ap. interpoſita. §. ille denique.

A Gloſ. ſeq. obiicit de tribus decretalibus ad quas reſpondet. demum quęrit, & ſoluit: & huic decretali reſpondet.

l *Non teneris.* videbatur contrariū per decr. ſ. de offi. deleg. cum olim. j. vbi iudices citauerunt appellantem quē putabāt fruſtratoriè appellaſſe. ad idē ſ. vt lit. nō conte. accedēs. j. vbi etiam iudices citauerunt quem putabant fruſtratoriè appellaſſe. ad idē. ſ. eo. prout. vbi papa mandat citari eum qui fruſtratoriè appellarat. Sed dic quòd de neceſsitate citari non debet: vt hic. Ad decr. cū olim. & decre. accedēs. dic quòd ibi factum narratur, non ius ponitur [b]. Ad decreta. prout. dico quòd pro iſta parte facit, cū ibi papa mandat citari ad malitiam conuincendam: ergo id de neceſſitate non erat, quòd ſcilicet citaretur. & de hoc conſueuit recitari de accuſ. accedens. & c. ad petitionem. Sed quid dicemus de contumace: nunquid qui in vno actu iudicij fuit cōtumax, ad alios actus citabitur? Dic quòd ſic: vt. ſ. de teſti. cū olim. in fin. vbi citatur contumax ad ſententiam audiendam: quia licet in vno actu contumax ſit, non propterea proteſtari videtur quòd in aliis contumax eſſe velit: ſed hoc malum contumaciæ ſub colore boni ſcilicet remedij appellationis defendit: quod ſimpliciter contumax non facit. ADDITIO. No. quòd quando ad certum actum vel articulum facta eſt citatio, indiſtincte verum eſt quod dicit gl. Sed ſi citatus eſſet ad totam cauſam, placet Innoc. (de procu. auditis. vbi ſcripſi ſuper verſi. concluſum. & in decre. conſuluit. de offic. dele. ad ſi. ſuper verb. incumbit.) quod ſine alia citatione ad vlteriora & ad ſententiam procedi poſsit. quod intellexit Hoſt. quāC do in citatione cōminatus fuit ſe etiā definiturū. ibi videas. Ioan. And.

m *Proceſſeris.* aliàs de iure.

n *Validus.* quid de iudicibus datis cum clauſula, quòd ſi nō omnes: Omnes ſimul non pronunciauerunt, ſed duo vnum: tertius verò aliud. illi duo volūt procedere ad executionem ſuæ ſententiæ: quæritur an poſsint tertio non vocato? Et videtur tertium ipſum non debere vocari, arg. huius decr. & ſ. hoc lib. de arb. c. j. & ff. de re iu. duo ex tribus. cum ergo ipſorum valeat ſententia: ergo & executio. Sed dic ſecundum Io. Mo. quòd vocandus eſt [c]. nam licet ſententia duorū teneat: tamen alius articulus qui emergit, eſt omnibus communis: ita quòd ad illum duo tertio non vocato procedere nō poſſunt. ſ. de offi. deleg. cauſam. & c. prudentiam. §. adiicimus. aliàs ſequeretur ꝙ ſi in aliqua termini aſsignatione vnus ab aliis diſcordaret: illi duo, illo non requiſito, poſtea procedere poſſent: quod eſt abſurdum.

*b No. glo. & vide gl. in verbo, collationē. j. de verū permu. c. 1. Do. Font.*

*Cōtumax in vno actu iudicij, an ſit citādus ad alios actus.*

*c Verum ſi in executione ſententia ſit cognitio cauſæ: ſi autem ſit nuda executio. gl. falſa. Philip. Font.*

DE EO QVI MITTItur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ.

Innocentius quartus.

B *Quando agitur de beneficio eccleſiaſtico ob contumaciam rei non ſit miſsio in poſſeſsionem: ſed ad ſententiam lite non conteſtata proceditur.*

CAPITVLVM VNICVM.

EVm qui ſuper dignitate, perſona-

DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIOnem cauſa rei ſeruandæ.

Dictum fuit. ſ. tit. proxi. de dolo & contu. verū quia ꝓpter contumaciam rei actor regulariter mittitur in poſſeſsioné: ideo poſt rubricam de dolo & contumacia, annectit rubricā D de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ.

EVm qui ſuper [d].) Primò ponit dictū. ſecūdò ipſius rationē. tertiò cōtumacis punitionē. ſecūda ibi, Ne per hoc. tertia ibi, Sed liceat. Ponit hęc decr. duos caſus [e] ſpeciales contra duas regulas. Regulariter enim quādo agitur reali, ob cōtumaciam rei ſit miſsio in poſſeſsionē cauſa rei ſeruādę. fallit in hoc caſu. Itē regulariter non proceditur ad teſtiū receptionem, vel definitiuā ſententiam lite nō cōteſta. Fallit in hoc caſu: & eſt ad declarationē eorū quę no. ſ. de do. & contuma. contingit.

ADDITIO. Et approbat hæc decretalis quæ notauit Vincent. ſupra vt lite non conteſta. tuæ. Item decretalis iſta vt dixit Boa. non ſuperfluit propter decretal. quoniam. §. porro. vt lit. non conteſtat. quia ille. §. ſpecialiter tractat de elec. iſta decre. generaliter de cauſa beneficij. Item illa nō expreſsè ꝓhibebat fieri miſsionem: quod facit iſta. Ioan. And. CASVS. ſecundū intellectū gl. qui approbatur per doct. Ego exiſtens in præſentia domini papæ, ipſi papæ expoſui ꝙ Titius erat intruſus in beneficio ſine titulo: & ſic vacabat: & tāto tépore quòd collatio ipſius beneficij erat deuoluta ad papam. petebā vt papa illud beneficiū tanquā vacās mihi cōferret, vnde papa

*d Amplia iſtud ca. ad fructus beneficiorū, nec fiet eorum ſequeſtratio niſi in cle. 1. de ſeque. poſ. Phil. Font.*

*e Propter timorem colluſionis, & propter rationem quam ponit textus.*

papa mandauit iudicibus, vt ſi conſtaret quòd talis Titius fuit intruſus in tali beneficio, quòd illud beneficium mihi conferrent. Titius citatus coram iudicibus, licet fuerit citatus peremptorie, non comparuit. vtrum iudices poſsint me mittere in poſſeſsionem illius beneficij? Reſpõdet quòd nõ: quia cum non habeat titulum, nec inſtitutionem, ſi mitteret in poſſeſsionem ipſius beneficij, haberem ingreſſum vitioſum. Sed iudices non obſtante contumacia Titij intruſi, poterunt cognoſcere de defectu ſui iuris, & examinare teſtes, & procedere vſque ad definitiuam ſententiam, & mihi conferre illud beneficium, ſi eis conſtet quòd Titius intruſus non habeat ius in beneficio. Alij intelligunt quòd iſtud capitulum loquitur in beneficio iam obtento, ſed à poſſeſsione ipſius aliquis fuit ſpoliatus. & ſecundum iſtum intellectum caſus ſic figuratur. Cùm eſſem in poſſeſsione alicuius beneficij, Titius me ſpoliauit: ago contra eum interdicto vnde vi. Titius citatus eſt contumax. non comparet. peto me mitti in poſſeſsionem beneficij ex primo decreto. certè non ſum audiendus, ſed non obſtante abſentia Titij citati (lite non conteſtata) potero informare iudicem, & docere de iure meo, & iudex proferet ſententiam definitiuam. lite non conteſtata, non obſtante abſentia ipſius Titij citati? & ſi docuero de meo iure, & iudici conſtiterit, mittar in poſſeſsionem, vel alias iudex procedet ſecundum quod ſibi videbitur. Nota quòd gloſ. pro ſua opinione ponderat verbum, obtinendis, & verbum, ingreſſus. quæ faciunt contra opinionem illorum qui dicunt quod iſtud capitulum habet locum in beneficiis iam obtentis. Nota vlterius quòd cum agitur de beneficio eccleſiaſtico obtinendo, quia de iſto non eſt difficultas, data contumacia poſſeſſoris, non fit miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto, ſed debet executor datus cognoſcere de iure abſentis, & facere ius iſti præſenti, & accuſanti contumaciam abſentis. alias ſi iſte accuſans mitteretur in poſſeſsionem, in primo decreto haberet vitioſum ingreſſum. nam adhuc iſte non habebit titulum ſine inſtitutione. ideo iudex debet cognoſcere de iure abſentis, & proferre ſententiam definitiuam lite non conteſt. & iſte eſt vnus caſus in quo poteſt ferri ſententia definitiua lite non conteſtata, contra illam regulam poſitam in capitulo, quoniam frequenter. vt lite non conteſtata in antiquis. Nota [a] vlterius ex primo intellectu huius capit. quòd regulariter iudex non poteſt articulum expedire contra abſentem non citatum legitimè. & ſi aliquem proceſſum expediat, ille proceſſus erit nullus. l. j. ff. quæ ſententiæ ſine ap. reſcin. Nota quòd vbi conſtat de intentione abſentis quòd eſt deliberatus non venire, non eſt citandus, nam citatio fit ad iſtum finem, videlicet ad explorandum animum citati, an velit venire, vel non venire.

*a Iſtud notabile cum tribus ſeq. debuit ſcribi in c. proxi. ſ. eo.*

Nota vlterius quòd iudex dicitur eſſe certus de intentione abſentis quòd non vult venire ſi appellet, & à iudicio recedat, quia videtur proteſtari quòd non intendit amplius coram illo iudice à quo appellat, comparere, ſed coram ſuperiore. Nota vlterius magis ſpecificè, quòd ſi quis appellet ab interlocutoria, iudex à quo poteſt procedere non citato eo qui appellauit. Nota argu. quòd perſonatus non eſt dignitas. de quo plenè Archid. ſ. de conſue. ca. j. e. lib. Not. inſuper quòd iudex debet ſupplere pro abſente quãdo procedi poteſt in cauſa contra eum. ſimilis tex. ſupra de arbi. ca. ij. eo. lib. Domi.

a *Beneficio.* quocunque. {maximo, medio & minimo ſecundum Hoſt.} Ad hoc de præben. maioribus. de verb. ſign. ca. penult.

b *Eccleſiaſtico.* ſecus ergo ſi ſuper temporali præbenda, vel temporali beneficio agatur, quia cum talia poſsint ſine inſtitutione canonica poſsideri, non habebit locum decre.

Gloſ. ſeq. quærit. arg. & ſoluit. & ſolutionem impugnat.

c *Obtinendis.* quid dicemus de obtentis? pone, confirmatus eſt qui agit, & in poſſeſsionem inductus: & tãdem ſpoliatus eſt, vt ſupra de cauſa poſ. cum olim. & c. cum ſuper. vel petit quòd cõfirmatio de eo facta, vel collatio ſibi facta ſortiatur effectum. de conceſ. præben. poſt electionem. de ap. cõſtitutis. ij. vel petit poſſeſsionem condictione ex canone, redintegrãdam, vt. ſ. de reſti. ſpo. ſæpe. Nunquid in his caſibus ob contumaciam fiet miſsio? videtur  ſic, per hãc literam, quæ dicit ſolum de obtinendis. Sed dic  non fiet hæc miſsio, tũ quia decre. huius ratio adhuc locum habet, tum quia ago de

A obtinendo quod non habeo, ſcilicet detentionẽ, ſaltem quæ apud alium eſt. ff. de rei ven. officium. Item miſsio in poſſeſsionem eſt quoddam auxilium extraordinariũ, quod habet locum ſolum vbi deficit ordinarium. ff. de mino. in cauſæ. ij. in prin. ſed hic procedi poteſt ordinario iuris ordine lite nõ conteſta. vt ſequitur, & apertius hodie probatur per cle. de iudi. diſpendioſam. ergo non habet locũ miſsio. Et licet doctores [b] ſic teneãt, tamẽ ob. litera hic poſita quæ dicit ingreſſus, non dicit regreſſus. quaſi per id detur intelligi, & per verbũ obtinendis. quòd in recuperãdis non habet locum decr.

Gloſſa ſequẽs quærit, & ſoluit.

**[Text]** ... tu, vel beneficio [a] eccleſiaſtico [b] obtinendis, [c] cum aliquo litigat poſſeſſore, [d] ob partis aduerſæ contumaciam cauſa rei ſeruandæ in ipſorum poſſeſsionem ſtatuimus non mittendum, ne per hoc [e] ad ea ingreſſus patere valeat vitioſus. [f] Sed liceat in hoc caſu (contumacis abſentiam diuina replente præſentia [g]) etiã lite non conteſtata, † diligenter [h] examinato negotio, ipſum fine debito [i] terminare.

## VT LITE PENDENTE nihil innouetur.

### Bonifacius octauus.

*Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renũciet, vel à proſecutione cauſæ excludatur, ſi lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.*

*† No. quòd vbi contra contumacem nõ mittitur in poſſeſsionem, & mora eſt periculoſa, proceditur ad definitiuã. dixi de mora periculoſa ppter ca. tuæ. vt lite nõ conteſta. Do. Font.*

*b Recitat hic Inn. & tamẽ Hoſt. & Guil. in ſpe. de contumacia. §. ſequitur. ver. illud autem. & ibi refert in hoc concordaſſe Cle. quarti & omnes auditores. Idem Ioã. Mo. et Cõpoſt. ſupra de reſcrip. capitulum. in fi. vlt. gl. vbi dicit ſic iudicatiſa tetur tamẽ probabile quod ſequitur in gl. et illud etiam quod ſequitur, tenuit hic Franciſ. Ver.*

B d *Poſſeſſore.* quid ſi nullus poſsidet, ſed duo, pone, coëlecti petunt? Dic idem propter eandem rationem. ſupra de reſcri. inter cæteras.

e *Ne per hoc.* ratio ſuperioris dicti.

Gloſ. ſeq. recit. per quæſtionem.

f *Vitioſus.* non enim poſſunt ex poſſeſsione haberi, ſed ſolũ ex canonica inſtitutione. i j. q. j. legum. de inſti. ex frequẽtib'. ſ. de reg. iur. c. j. ff. de decur. Herennius. Si verò nõ agerem de eccleſia tanquam de beneficio, ſed tanquã de proprietate, tunc bene haberet locũ miſsio, vt probatur ſupra vt lite non conte. c. ij. de eo qui mit. c. j. ſupra de ver. ſig. dilecto.

g *Præſentia.* C. de iudi. properandum. §. cum autẽ. ſupra e. li. de arbi. c. ij. in fi.

h *Diligenter.* hoc ſemper eſt faciendum. xxx. queſt. vlt. iudicantem.

Gloſ. ſeq. reci. per quæſtionem.

i *Fine debito.* vt ſi liqueat vel liquere poſsit de cauſa, procedatur ad ſententiam, ſecundum ea quæ not. ſ. de do. & contu. prout. & eſt neceſſe quod conſtet de iure actoris ad hoc vt ſibi adiudicetur: nec ſufficit  cõſtet poſſidentem ius non habere, vt ſupra de reſcri. olim. C. de rei ven. l. vlt.

C VT LIT. PENDEN. NIHIL INNOVE.

Superiori titulo fuit dictũ de quadam innouatione quæ fit circa poſſeſsionẽ propter contumaciam rei: verùm quia poſſet dubitare aliquis, an lite pendẽte aliqua poſsint innouari, vel vtrũ omnia debeant remanere in eodẽ ſtatu, ideo ad nos informandum de iſtis, ponitur præſens rubr. vt lit. pend. nihil innouetur. Ex qua rubrica colligitur quòd lite pendẽte regulariter nihil debet innouari. nam rub. quę habet orationem integram, ſolet facere ius, vt notant doct. ſuper rubr. vt lite non conteſt. in anti.

Diſpendiis. [c] } Tria facit primò ponit cõſtitutionis cauſam. ſecundò cõſtitutionem prohibitoriam ibi, Statuimus. tertiò decretum ibi, Aliàs. Emanauit ad declarationem eorũ quæ no. Inno. & Hoſt. ſ. de arbi. ex parte. & de elec. dudũ. ij. & de reſti. in inte. c. ij. & Compoſt. de conſti. cũ M. ad fi. ADDITIO. Et Guil. in ſpec. de ap. §. pe. verſi. verum. Io. An. CASVS. Vacante aliqua eccleſia collegiata vel regulari per mortem prælati, canonici vel religioſi, conuenerunt in vnũ tractaturi de electione prælati, & diuiſerunt vota ſua in duos: nã vna pars canonicorũ vel religioſorum vnũ elegit, alia pars aliũ.

D quilibet electorum dicebat electionem ſuã præualere. nam licet vnus eſſet electus à maiori parte, alius à minori, tamen iſte qui fuerat electus à minori parte, dicebat quòd plures ex alia parte erant excõmunicati: & ſic inter iſtos duos electos erat cõtrouerſia de præualiditate electionis. pẽdente proceſſu vnus iſtorum electorum mortuus eſt. vtrum pars canonicorum vel religioſorum quæ mortuum elegerat, poſsit aliũ ſurrogare in locũ iſtius mortui, & facere nouam electionẽ? Reſpon. Ro. pon.  iſti canonici vel religioſi nõ debent procedere ad nouam electionem, niſi prius conſtiterit an elect' ſuperſtes habeat ius in electione, vel non habeat. ſed tamen ipſi canonici vel religioſi qui mortuum elegerunt, poterunt aſsiſtere proceſſui, & conſtito quòd iſte ſuperſtes non habet ius in electione, ipſi canonici vel religioſi poterunt licitè procedere ad nouam electionem. No. j. ex iſto caſu  propter diuerſas electiones in diſcordias celebratas, eccleſię ſępenumero patiũtur dãna & incõmoda, quia non fit cõfirmatio alicuius, & pẽdẽte proceſſu nullus poſſet adminiſtrare. modo lõgeua vacatio ſolet afferre dãnũ eccleſię. c. quoniã. vt lit. nõ conte. in an. Not.  princeps debet obuiare indẽnitatib' ſuorum ſubditorũ, & maximè eccleſiarũ. No. vlterius principalẽ effectũ huius. c. videlicet  ſi duo ſint electi in diſcordia,

*Diuiſio.*

*c Amplia iſtud ca. ad poſtulationes, præſentationes. Philip. & not.  ſuperſtes in iſto caſu non poterit ab alia parte eligi. Do. Font.*

*Electionũ diuerſitas eccleſias damnis afficit.*



dia, & ſe opponant nè alia fiat electio, ſi pendente controuerſia alter moritur, illi qui elegerunt talem defunctum, non poſſunt alium eligere donec lis fuerit finita cum ſuperſtite. & ſi conſtet quòd ſuperſtes nõ habeat ius, ipſi poſſunt procedere ad aliam electionem. Quæritur quę differentia eſt inter præſens capitu. & capitu. ſequens? Reſpondet gloſſa quòd in iſto capitu. nullus iſtorum litigantium adhuc obtinebat beneficium ſeu dignitatem de qua litigabatur. in capitu. verò ſequenti alter litigantium habebat poſſeſsionem beneficij, poſtea alius mouit ſibi quæſtionẽ ſuper poſſeſſorio, & pendente lite mortuus eſt.

### CAPITVLVM I.

Diſpendiis [a] (quæ propter electiones diuerſas eccleſiæ patiuntur interdũ) occurrere cupientes, Statuimus, [b] vt ſi (aliquibus apud ſedem apoſtolicam, vel alibi [c] litigantibus [d] ſuper electionibus de ſe in diſcordia celebratis) aliquem ipſorum mori, [e] vel ſuo iuri renunciare, [f] aut à proſecutione ipſius contigerit quoquo modo excludi: [g] ad electionem aliam (lite ſuper electione ſuperſtitis electi [h] pendente) nullatenus procedatur. Aliàs attentata contra hoc electio, ipſo

B iure viribus non ſubſiſtat. [i]

### Idem.

*Si beneficiatus (contra quem ſuper beneficio litigatur) cedit, vel decedit, ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, nõ valet electio. Si verò aliqui (quorum intereſt) ad defenſionem litis velint admitti, in eo ſtatu in quo erat cauſa, admittentur. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

SI contra quos ſuper dignitatibus, perſonatibus, vel aliis eccleſiaſticis beneficiis quæ poſsident [k] † litigatur, [l] lite pendente cedant, vel fortè decedant, ne propter nouos aduerſarios (qui malitioſè [m] interdum petitoribus ſurrogantur) litigia in eccleſiarum diſpendiũ prorogari contingat: ſtatuim' vt dignitates,

a *Diſpendijs.* dicitur diſpendium longum & inutile. Compendium breue & vtile. de hoc de reſcrip. ca. diſpendia. ſ. hoc lib.

Gloſ. ſeq. dicit hoc ius nouum. obiicit & ſoluit.

b *Statuimus.* conſtitutio iſta noua eſt ſaltem inquantum dicit electionem nullam, maximè non interueniente aliqua inhibitione, vt. ſ. de arb. ex parte. Sed dices, nónne ſecunda electio facta, prima non caſſata, caſſatur ſupra de elec. conſiderauimus? Item nónne ſecunda electio facta prima non caſſata, valet interdum, ſecundum ea quæ not. ſupra de elec. auditis. ſcilicet quando prima nulla erat & eligentes erant priuati poteſtate eligendi? Sol. illa iura, & quę in illis not. locum habent quando ſecunda electio fit prima non caſſata, & nondum in litigium deducta: & ſic intelligantur not. in d. c. auditis. Iſtud cap. & ſequens loquuntur quãdo in litigium erat res deducta, & tunc ſecunda electio ipſo iure ſit nulla.

*Electio ſecũda facta nõ caſſata prima in litigium deducta, eſt nulla.*

c *Alibi.* videbatur Hoſti. differentiam facere. ſ. de elect. dudum. ij. in gl. nunquid in hoc caſu. inter cauſas quę pendebãt in curia & extra curiam. arg. decr. de maio. & obe. per tuas. de app. ſi duobus. ſed quo ad caſum noſtrum nulla ſit differẽtia, vt hic vides. Ioan. And. Idem Archi.

Gloſ. ſeq. reſpondet quomodo: duas ſolutiones ponit: primam approbat. in fi. remittit.

d *Litigantibus.* litigioſa eſt res de cuius dominio quæſtio vertitur inter petitorem & poſſeſſorem conuentione iudiciaria, vel precibus principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis. Cod. de litigio. authen. litigioſa. Dicunt tamen rem litigioſam non eſſe niſi per lit. conteſt. facit pro eis ſupra de offic. deleg. relatum in authen. de litigioſis. §. omnem. col. iij. & optime ſupra de ver. ſign. ex parte ij. Litis conteſtatio dicitur litis exordium. ſ. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. intentionis. Sed dic contra [a] per ſupradictam authen. litigioſa. & probatur ſupra de offi. deleg. gratum. vt lit. penden. cap. j. & ex iis quæ ibi not. Hoſt. ſ. de teſti. cauſam quæ. ij. C. quando libel. l. j. & ij. Quid autem quo ad hunc titu. inducat litis pendentia, habes in cle. eo. titu. c. vno. Ioan. And.

*Litigioſa res quando dicatur.*

*a Idem Do. Phil. vide gloſ. 11. q. 1. c. ſi. Font.*

e *Mori.* ſ. de arbi. ex parte.

f *Renunciare.* ſ. de reſti. in integ. c. ij.

g *Excludi.* vt ſ. eod. lib. de elec. ſi forte. & c. quamuis. & c. cupientes. §. quòd ſi per xx. & §. ſeq.

h *Electi.* & in caſu iſto quærimus de iure ipſius defuncti, vt ſciatur de iure ſuperſtitis coëlecti. Ad hoc ſecunda quæſtione prima in primis. licet enim appareat defuncto amplius non deberi, non propter hoc ſequitur ſuperſtiti viuenti denon deberi. ſupra de reſcript. olim. ADDITIO. Dicit Archidiaconus quòd etiam propter eligentes ferenda eſt ſententia, vt ſciatur an penes ipſos, vel quos ex ipſis remaneat electio, an verò ſit ad ſuperiorem deuoluta. ſupra de electio. cum Vintonien. in antiquis. & ſupra eodem libro & titulo, quanquam. Sic & mortuo homine fertur ſententia propter bona. Cod. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. ſecunda. Ioannes Andreæ.

Gloſ. ſeq. format duas queſtiones quas ſoluit.

i *Non ſubſiſtat.* quid ſi poſtea appareat illum ſuperſtitem ius non habere, nunquid conualeſcit dignitas vel beneficiũ in iſto? Dic quòd non, quia quod ab initio &c. xvj. q. iij. c. placuit. §. poteſt. ſupra de elect. auditis. infra de regu. iur. non fir

A mator. Sed nunquid de nouo poterit eligi? Credo quòd ſic per decret. ſupra de elect. ſuper eo. ADDITIO. Hoc intelligitur vbi non eſt vitium perſonæ, vt quia electus non acceptauit ſciens caſum, & ſe liti non immiſcuit. licet enim nõ ſit in cauſa caſſationis primæ electionis, quæ à principio fuerat nulla, hic tamen culpa incidens in facto iuſte faciet caſſari ſecũdam. ſupra de excep. ca. j. in fi. de conceſ. præbẽ. ca. j. & infra de præben. ſi beneficia. Ioan. And.

SI hi contra quos. } Primò ponit ſtatutum prohibitoriũ interſerens cauſam. Secundò decretum ibi, Quòd ſi. Tertiò prouiſionẽ illius cuius intereſt, ibi, Sane. Emanauit hæc decr. propter eadem quæ. ſupra proxi. Io. And. CASVS. Titius poſſidebat beneficium quod dicebam ad me pertinere & ſpectare mediante iuſto titulo, & canonica inſtitutione, & dicebã Titiũ eſſe intruſum in illo beneficio, vnde feci eum citari & conueniri ſuper petitorio vel poſſeſſorio, non refert ſecundum Domi. de ſancto Geminiano. forte intentaui interdictum vti poſsidetis, vel vnde vi, & ſic poſſeſſorium, vel intentaui petitorium. lite pendente ipſe Titius poſſeſſor mortuus eſt, vel renunciauit iuri ſuo in manibus ſuperioris. Quæritur vtrum ille ad quem ſpectat collatio illius beneficij, poſsit illud conferre, vel ad illud præſentare idoneam perſonam ſi ſit patronus, nondum finita lite, quia collator vult cõferre alteri illud ius quod defunctus habebat, an poſsit? Reſpondetur quòd non, lite pendente: & ſi fiat, non valet collatio nec præſentatio,

C nec electio ſi beneficium ſit electiuum. ſecus ſi petitor eſſet mortuus, quia alius poſſet ſurrogari loco mortui. Ratio eſt, quia ſuperſtitis petitoris intereſt vt non fiat ſurrogatio in locum alterius. nã ſi faciat docere de iure ſuo, ipſe facilius obtinebit poſſeſsionem beneficij, quam ſi alius eſſet ſurrogatus loco illius qui poſsidebat. Sed iſta ratio ceſſat in petitore mortuo. nam poſſeſſor propter hoc non amittet poſſeſsionem, & ipſius poſſeſſoris non intereſt, quia paria ſunt quod ſurrogatus litiget cum ipſo, vel ipſe ordinarius: iuxta ca. ordinarij. ſupra de offic. ordi. iſtomet libro. Sed quid, ponamus quòd mortuo poſſeſſore ordinarius vult ſuſcipere defenſionem loco defuncti, nunquid ordinarius, vel alij quorum intereſt, poſſunt adeſſe cauſæ, & ipſius cauſæ ſuſcipere defenſionem? Reſpondet quòd ſic, dum tamen ſuſcipiant defenſionem in eodem ſtatu in quo defunctus eam dimiſit. Nota primò ex iſto textu ibi, dignitatibus & perſonatibus, quòd perſonatus non eſt dignitas, alias fruſtra diuerſis nominibus appellarentur. l. ſi idem. C. de codicil. tamen iura vtuntur iſtis nominibus promiſcuè, vt in ca. cum acceſsiſſent. de conſtit. in ant. vbi primiceriatus vocatur dignitas, perſonatus & officium. Qualiter autem differant, tractat Panor. in ca. de multa. de præb. in ant. No. principalem effectum huius. c. quòd lite

D pendente inter aliquos ſuper beneficio, ſi moritur conuentus, non poteſt ordinarius alium ſurrogare loco illius defuncti, niſi mortuo prius ſuperſtite. Sed hodie impetratur à principe vt poſsit fieri ſurrogatio non obſtante iſto capit. & hoc quando poſſeſſor moritur. ſecus ſi petitor, vt dictum eſt in poſitione caſus. Nota quòd ordinarius licet non poſsit alicui ſurrogare loco defuncti poſſeſſoris, poteſt tamen adeſſe cauſę, & tũc ſummariè debet probare quòd ſua intereſt. quo probato admittetur ad defenſionem cauſæ, & tunc debet aſſumere cauſam in eodem ſtatu in quo defunctus eã reliquit, non autem poteſt petere vt cauſa de nouo inchoetur.

Gloſſa proximè ſequens diuerſitatem præcedentis caſus declarat.

k *Poſsident.* iſta ergo eſt diuerſitas inter iſtũ caſum & præcedentem, quia in pręcedenti nondum erãt beneficia adepti, ſed de electione litigabant: hic beneficia iam erant adepti.

l *Litigatur.* expone vt dixi. ſ. ca. proxi.

m *Malitioſè.* hoc fiebat iſto modo, litigabatur contra me ſuper beneficio meo. cum ego nõ poſſem cõtra aduerſariũ me defendere, renunciabam vt beneficiũ conferretur alicui potenti, qui litigantem iniuria & iure vexaret.

*† Notæ Phi. de Ancha.  in beneficialib' eſt vera poſſeſsio, & illa eſt cauſa quare in talib' ſũt poſſeſſoria ſicut in profanis. & limitant iſtum tex. Anch. & Domi. non procedere in petitore decedente. neq; obſtat cle. 1. §. ſi vero. 1. & quia illa intelligitur quãdo nulla lis pẽdet mortuo petitore. Itẽ limitantur iſti tex. quando lis eſt inter puiſum à papa, & eũ ad quem ſpectat prouidere. Phi. hic. Font.*

*Lite pendẽte ſuper beneficio, ſi moritur alter litigantium, nõ eſt alius ſurrogandus.*

Huiuſmodi.

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Huiuſmodi.* poſſeſſa ſcilicet per illum cedentem vel decedentem contra quem litigabatur.

Gloſ. ſeq. primò exponit per locum à diuiſione. ſecundò quæſtionem ſoluit.

b *Finita.* ſi apparuerit illos ius habere, nulla fiat electio: aliàs fiat electio vel præſentatio poſt ſententiam a per eos ad quos pertinet. Et intelligo decret. iſtam cum illi qui contra illos cedentes vel decedentes litigabant, ex eo litigabãt, quia dicebant illas dignitates vel beneficia ad ſe ſpectare, aliàs nulla fieri haberet dilatio. Pone enim quòd clericus contra clericum agit petens ipſum ab eccleſia remoueri, quia criminoſus vel concubinarius, moritur clericus accuſatus lite pendente, cedit, vel decedit. nunquid per hoc impedientur illi ad quos electio vel præſentatio pertinet, eligere vel præſentare? Dic quòd non, quia ſtatim illo cedente vel decente finita eſt lis, & ſic non habet locum hæc decretalis, quæ dicit expectandum finem litis cum ſuperſtite. & crimina extinguũtur morte. vigeſimatertia diſt. quorundam. cum ſuis concord. b Si autem petit illum ab eccleſia remoueri, & illam ſibi aſſignari quam dicit ad ſe ſpectare, tunc locum habet decre. ad hoc. ſ. de reſcript. olim.

perſonatus, vel beneficia huiuſmodi a (donec contra ſuperſtites lis finita b fuerit) aliis nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quiſpiam, vel etiã præſentetur. c Quòd ſi ſecus actum fuerit, eoipſo irritum habeatur. Sanè † ſi ad defenſionem ipſius litis, aliqui quorum intererit, d petierint ſe admitti, eos in illo

*a Quæ trãſiuit in rem iudicatam. tunc enim eſt finita lis. l. 1. ff. de re iudi. Ph. Font.*

*† Iſte ver. eſt notabilis: et ratio huius ver. eſt, quia iſti veniũt ex perſona ſui auctoris. ſecus in ignorante & lite exiſtente extra curiã. Pet. Dom. Font.*

*b Quid autem ſi clericus depoſitus appellet, vide notata in ca. non ſolum. in ſi. vlt. gl. j. de appel. Font.*

c *Præſentetur.* Nota differentiam eſſe inter collationem, electionem, & præſentationem, quia hæc tria hic ponuntur pro diuerſis. habes hoc expreſſum. j. de præben. cum in illis. §. cum autem.

d *Intererit.* puta qui eligunt cedentem, vel præſentauerunt, vel contulerunt, vel forte quia expectabant primam vacaturam, & ſic iſtud beneficium velut modo ceſsione vel morte vacans, ſibi dicit deberi, vel ſimiles perſonæ.

Gloſſa ſequens dicit quid declarat, & exprimit fraudem antiquam.

e *In illo ſtatu.* optima fuit prouiſio, & declarat quæ not. Innoc. & Hoſtiẽ. de iudi. quia V. ducebant enim cauſam illi beneficiati vſque ad finem: tempore ſententiæ cedebant, ſurrogabantur aduerſarij, quos oportebat de nouo citari, & iudicium incipi, e qui iterum producebant cauſam vſque ad concluſionem, & poſtea cedebant. Iterum veniebãt alij, & idem faciebant, & ſic non erat litium finis. & idem fiebat olim de nouitiis electis vel præſentatis, ſed de illis hodie ſublata eſt dubitatio per hęc verba. Et contra hoc non dabat Hoſt. aliud remedium, niſi quòd interpellata ſedis apo. ſuper his prouideret, & veritatem inquireret. ſed hic optimum datũ eſt remedium, vt in eo ſtatu admittantur &c. & ſic erit finis litiũ. & concor. ad hoc. ſ. eo. lib. de elect. vbi periculum. §. ſanè. & j. de except. pia. ADDITIO. Et optimè facit. ff. de noxa. ſi quis à multis. §. ſi. cum. l. ſeq. in prin.

*e Nõ enim ex iure primi ſed ex noua collatione ſecũdus ſibi ius vendicat. Vnde licet in beneficijs ſit ſucceſſio, non tamen hæreditaria. 8. queſt. 1. Moyſes. & c. ſeq. Et ſic non ob. ff. de iudi. tã ex contractibus. cum ſimi. ſecundum Ioan. Mon. Ioan. And.*

DE CONFESSIS.

Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum pręcedentium de actis reſpicientibus ordinationem litis. Nunc verò eſt dicendum de actis quæ reſpiciunt merita & defenſiones cauſę, vt ſunt confeſsiones, probationes. quare recto ordine annectitur rubrica de cõfeſsis. ADDITIO. Dicit Ioan. Mo. ideo melius intitulatam rubricam de confeſsis, quàm de poſitionibus, quia poſitiones non curamus in ſe, ſed propter finem, propter reſponſionem ſcilicet ex qua habetur confeſsio. hũc enim finem reſpicit moralis philoſophus, & hæc ſcientia ſupponitur æthicæ, id eſt morali ſcientiæ, vt ſatis dixi in procœ. decr. ſuper. j. gloſ. Ioan. Andr.

S*Tatuimus.* Hæc decr. non diuiditur propter breuitatem. Determinat autem notata per Hoſtien. in ſum. de probat. §. quis debet probare. verſicu. nunquid ergo. & in Specu. de poſi. §. ſeptimò videndum. verſi. viij. Quę dat intelligere quod dubiũ nõ procedebat in negatiua iuris, qualitatis, vel facti prægnantis, vel facti determinati, quæ veniunt in probatione, & per conſequens in poſitione. Remiſsiones ponit gloſ. non poſſunt. Ioannes Andreas. Decretalis iſta ſecundum dominum Heliam ſic ſummatur. Licet poſitio negatiua non poſsit probari niſi per confeſsionem aduerſarij, eſt tamen ipſa poſitio admittẽda de æquitate, licet nõ eſſet admittẽda de iuris rigore: quia de iuris rigore illud poteſt poni, quod poteſt probari. Pro intellectu huius capituli præſupponendum eſt quæ dicantur poſitiones, vnde eſt ſciendum quòd cum actor libellum cui petiit per reum reſponderi, & reus reſpondit eidem libello facto in proſa, poſtea lite ſuper eodem libello conteſtata, actor deducit ſuum factum quod continetur in libello per articulos, & illi articuli vocantur poſitiones, eo quia ſic incipiunt, ponit in iure & iudicio &c. ſicut dictum eſt de articulis probatiuis à libello agentis extractis qui appellantur intendit, quia ſic incipiunt, intendit talis actor coram vobis. Et fuerunt inuentæ poſitiones, vt ponens releuetur ab onere probandi per confeſſionem aduerſarij. & iſtis poſitionibus tenetur pars aduerſa perſonaliter reſpondere per verbum credit vel non credit, mediante ſuo iuramento. capitulo ſecundo. infra eodem. Item præſupponendum quòd iudex nõ debet indiſtinctè admittere omnes poſitiones, ſed debet videre an ſint aliquæ captioſæ & impertinentes, & ſuper illis ferre interlocutoriam ſententiam quòd tales poſitiones ſunt admittendæ, & tales ſunt impertinentes & reiiciendæ.

*Summariũ & caſus domini Hebæ,*

ſtatu e in quo ipſam inuenerint, decernimus admittẽdos.

DE CONFESSIS.

Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

*Super facto negatiuo per partem improbabili, ſi iudici videbitur, eſt admittenda poſitio. Dominicus.*

CAPIT. I.

STatuimus f vt poſi-

CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice competenti. lite inter nos conteſtata, feci meas poſitiones, inter quas erat aliqua poſitio negatiua, ita quòd illa poſitio continebat merum & purum factum quod non poteram probare. vtrũ iudex debeat admittere talem poſitionem negatiuam? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic. & licet de rigore iuris talis poſitio non ſit admittenda, tamen de æquitate poterit iudex illam admittere: immo ſecundum Hoſtien. iudex debet illam admittere: & ſi non admittat, ab eo poterit appellari, quia licet talis ſit mere negatiua, & ſic non poſſit probari, tamen pars aduerſa forte confitebitur iſtud factum negatiuum. Nota primò quòd litigantes in cauſa poſſunt facere poſitiones & ante litem conteſtatam, & poſt, licet aliqui dicant quòd debent fieri poſt litem conteſtatam, & non ante, quia bene verum eſt quòd in principali negotio debent fieri poſt litem conteſtatam. vt in capitulo proximo. infra eodem. ſed in emergentibus & exceptionibus quæ opponuntur ante litis conteſtationem, poſſunt fieri poſitiones lite non conteſtata. Nota vlterius principalem effectum huius ca. videlicet quòd licet mere factũ negatiuũ non poſsit probari per teſtes, tamẽ illud factum negatiuum poteſt poni, adeo quòd talis poſitio eſt admiſsibilis, & eidẽ poſitioni tenebitur pars aduerſa reſpondere. aliàs ſi nolit reſpondere, talis poſitio habebitur pro confeſſata, vt in ca. ſeq.

*Poſitiones poſſunt fieri ante litis conteſtationem & poſt.*

*Negatiuũ factum licet ſit improbabile, eſt tamen ponibile.*

Nota vlterius gloſ. quæ ponit decem per modum ſummæ in materia poſitionis.

Gloſſa ſequens per modum ſummæ recitetur ſic, Circa materiam poſitionum quærit de decem. Primò, quid ſit poſitio. Secundò, vnde ortum habuit. Tertiò, ad quid fiat. Quartò, in quo differat ab interrogatione. Quintò, quis reſpondeat poſitioni. Sextò, quando fiat. Septimò, qualiter fiat. Octauò, ſuper quo. Nonò, de cautela ponentis. Decimò, de poſitionis effectu.

f *Statuimus.* circa poſitionum materiam quæ non habentibus practicam noua & ignota videtur, ſcire debes primò ꝙ poſitio ſecundum Goff. eſt dictum loco interrogationis poſitum, vt quod olim interrogatiuè fiebat, fiat hodie poſitiuè. pone in terminis. dicebat olim actor, quærite domine iudex an ſit hæres, & ex qua parte? hodie dicitur, pono te eſſe talem hæredem. Item pono te hæredem ex aſſe. Sed hodie etiam fiunt interrogationes & ante litem conteſtatam: quod dic vt not. de iuramento calumniæ capitulo penulti. & etiam poſt litem conteſtatam. ff. de interrogat. act. vbicunque. etiam ſi ſit concluſum in cauſa, vt ſupra de fide inſtrum. cum Ioannes. Vnde poteſt deſcribi quòd poſitio eſt breuis verborum formula mentem proponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta. Vincenti. dixit quòd poſitio eſt aſſertio alicuius dicti vel facti vt ad ipſum reſpondeamus. Ioann. Monac. dicit quòd eſt narratio facti nondum probati ad experientis intentum directè vel indirectè ſpectantis, quod intenditur probari per reſponſionem aduerſantis. Cy. in l. ij. Cod. de iureiuran. prop. calum. dan. ponit diffinitionem Ioann. de Aret. qui dixit quòd poſitio eſt alicuius ſubſtantialis vel adminicularis articuli cauſæ in iure facta expreſsio ſeu aſſertio. Ia. vero de Ray. definit quòd eſt credulitas aſſerta habens annexam interrogationem, vel iudicis ſuppletionem, conferens ad probationem, vel vt ipſum, vel vt adminiculans. Archi. dicit hic ꝙ poſitio eſt aſſertio alicuius facti quo per reſponſionem ad ipſam pertinentem obligatur reus, & actor probandi onere releuatur. Cum poſitio etiam fiat per reum, incautè expreſſit de

*Poſitionis deſcriptiones.*



ſit de reo & actore in deſcriptione. Habuit autem hoc verbum ortum, non ſolùm ex vſu hominum diu in cauſis inolito, ſed ex antiqua lege. ff. de le. iiij. Oſãdi*. §. ex diuerſo. ibi, pone (inquit) in credito &c. ad idem ſupra de lit. conteſt. ca. vno. de elec. dudum. ij. & infra de teſti. cap. pręſentium. Fiunt autem poſitiones, vt per cõfeſsionem aduerſarij releuetur ponens ab onere probandi, vt hic, &. ff. de iureiu. eum qui. j. reſpon. nam & ad hoc fiunt interrogationes. ff. de inter. act. l. ij. iij. & iiij. Differunt autem poſitiones & interrogationes, quia poſitiones aſſertiuè fiunt, illæ interrogatiuè. poſitiones à parte, illæ à iudice. Et dicunt quidam quòd poſitiones tantum fiunt poſt lit. conteſt. interrogationes ante tantùm. quorum vtrunque falſum eſt. de interrogationibus ſupra dixi. de poſitionibus infra dicam. Ad poſitiones autem reſpondere debet pars, non autem aduocatus. immo ſolent cauti iudices tunc reſpondentes aduocatos expellere. a Scire tamen debes quòd aduocatus qui docet clientulum falſum reſpondere, tenetur aduerſario illius damna reſarcire quæ ob hoc pertulit, puta ex onere probandi, vel amiſsione cauſæ. l. diſt. ſæpe. ſupra de iniur. capitulo vltimo. ff. ad leg. Aqui. qui occidit. §. vlti. vnde ſolent aduocati dicere clientulis, ſi hoc confitearis, cauſam perdes. nec hoc dicunt, ſi negaueris, animam perdes. de ſimo. Matthæus, in ſi. Scire debes quòd poſitiones fiunt in cauſa, & ad eas reſpondetur per iuramentum calumniæ vel veritatis in cauſa præſtitum. vnde videtur quòd ſolùm poſt litem conteſtatam fieri habeant, cum poſt litem conteſtatam iuretur. ſupra eodem libro de iuramento calum. capitulo primo. Sed dic quòd quandocunque faciendæ ſunt probationes, fieri poſſunt poſitiones, ſiue ante litem conteſtatam ſiue poſt. Nec obſtat quòd de iuramento dictũ eſt. ſupra quia iudex ponentem ante lit. conteſt. faciet iurare ſe credere & æſtimare verum eſſe quod ponit, & aduerſarium quòd verum reſpondebit. poſſunt enim ante lit. conteſtat. exceptiones opponi ſuper quibus facienda eſt probatio, ad cuius releuationem fiant poſitiones. pone enim, excipitur quòd actor excommunicatus eſt, quia percuſsit clericum, & ſic ab agendo repellendus. ponet ipſe reus, & hoc modo. Pono quòd percuſsiſti talem. Item quòd in tali parte corporis. Item quòd cum gladio. Item quòd in tali loco. Item quòd tali die. Item quòd talibus pręſentibus. Item quòd turbatus ex tali cauſa percuſsiſti illum. Item quòd animo iniuriandi. Item quòd ille tunc erat clericus. Item quòd erat in poſſeſsione clericatus. Item quòd ſciebas illum clericum eſſe. Item quòd vidiſti eum tonſuram & habitum clericalem deferentem. his per actorem confeſſatis probata eſt excommunicatio. aliàs reus hoc probet mutando verba, & dicendo, intendit probare &c. Poſt lit. conteſt. pone quòd peto ab eccleſia aliquem, quam contra iura retinet, remoueri. dicam, pono ego talis iuramento meo quòd talis habet & poſſidet eccleſiam ſancti Petri. Item quòd habet & poſsidet eccleſiam ſancti Marci. Item quòd quælibet earum habet curam animarum. Item quòd eas poſt concilium acquiſiuit. hoc confeſſato ſuccumbit reus, niſi diſpenſationem vel iuſtam cauſam oſtendat. & idem in ſimilibus. Scias autem quòd poſitiones fieri debent ſuper contentis in libello, & ad ea pertinentibus, vel pertinere valentibus, ex parte actoris ad intentionem fundandam, ex parte rei ad extenuandam, iiij. q. iiij. c. primo. Fieri autem debent de facto rei, quia ad factũ alterius non cogitur reſpõdere. ff. pro ſuo. l. ſi. Et ſunt in ſcriptis offerendę iudici, vt videat an ſint impertinentes, impoſſibiles, captioſæ, negatiuæ, ſaluo eo quod hic dicitur, & ſic eas repellat. & de hoc dicam j. ca. proxi. quas ſi admittendas viderit, in actis curiæ ſuæ ſcribi faciet. de proba. quoniam. ſ. eo. lib. de reſcri. cũ in multis. ff. de re iudi. l. acta. ad illas poſtmodum faciat aduerſarium reſpondere, vel de veritate, vel credulitate, b habita diſtinctione, an de veritate vel calumnia tantùm ſit iuratum. j. tit. proxi. c. ij. & reſponſiones ſcribi faciet, ſic: fatetur, vel negat: credit, vel non credit. Cum autem ex iuramento de calumnia vel de veritate reſpondet, an poſsit dicere dubito, no. ſ. de iura. calum. cum cauſam. in prima glo. Caueat autem ponens à poſitionibus ſuæ intentioni contrariis, vt ſi agat petitione hæreditatis, vel quorũ bonorum, nõ dicat ſe poſt mortem poſſediſſe defuncti. Si agat publiciana, non ponat ſe emiſſe à vero domino. Si agat vti poſſidetis, nõ dicat aduerſarium poſsidere. & idem in ſimilibus. Eſt autem poſitionis effectus, vt is qui ponit, quod ponit confiteri dicatur, c vt infra de iureiuran. capitulo vltimo. ibi dicam de hoc, & an poſitio vel reſponſio ad eam reuocari poſsit.

a *Negatiuas.* quæ eſt ratio quare poſitio de negatiua quæ aliter probari non poteſt, fieri non poterat? d Breuis eſt ſolutio negatiuæ quædam probari non poſſunt, ſuper quo dic vt

*Poſitiones vnde habuerũt ortum.*

*Poſitiones quare fuerunt introductæ.*

*Poſitio & interrogatio qualiter differunt.*

*a Verum quando cõſtat quod ſit admittendus, ſecus ſi hoc nõ conſtaret. Font.*

*Poſitiones quãdo poſſunt fieri.*

*Poſitionũ exempla.*

*b Et hoc ſolum no. hic Inno. ſcilicet ꝙ ſufficit quãdoque reſpondere de credulitate, remittit. j. ti. 1. c. 2. Ioã. And.*

*c Sic vt aduerſarius non debeat probare ꝙ pars ponit, non tamen poterit ex illa poſitione tanquã ex cõfeſsione condemnari. Dom. hic obſtat. c. ſi. hic alleg. ſed illa poſitio fuit per partem acceptata, quæ ſi non fuiſſet acceptata, poterat reuocari. c. mulieri. de iureiur. vide Do. in ca. abbate ſane. j. eo. de re iu. li. 2. col. Font.*

*d Dicit bo. hoc indu-*

tiones negatiuas a quæ ꝓbari non poſſunt b niſi per confeſſionem aduerſarij, c iudices d

not. Io. vj. quæſtione vlti. accuſator. Bern. ſupra de elect. bonæ j. §. contra verò. Accur. ff. de proba. l. ij. ſed poſitio in locum probationis venit. illud ergo in poſitione debet admitti quod admitteretur in probatione. & de hoc not. Gof. ſupra de elect. dudum. ij. Item poſitio negatiua probari debet, ſed negatiua non probatur: vt ſupra ergo &c. Item negatiua poſitio nõ ponit, ſed remouet. Et hoc ſiue ſit negatiua explicita, puta quòd non cognoui Bertam. de frigi. ca. j. vel non fui citatus. de elect. bonæ. ſiue implicita, vt pono quòd in electione tantùm quatuor canonici præſentes fuerunt. de cauſa poſ. cum eccleſia. poſitiones ergo has negatiuas iuris rigor repellit, ſed æquitas eas admittit ſi iudici videbitur, vt hic.

*ctũ ꝓpter timorem periurij. vidẽs enim reſpõdens quòd probari nõ poterat facilè deierat. Ioan. And.*

admittere poſsint, e ſi æquitate ſuadẽte viderint expedire.

Bonifacius octauus.

ADDITIO. Dicit Io. Mon. negatiua dicit carentiam, & ſic non exiſtentiam. & non entis non ſunt ſpecies nec differentiæ, ſecũdum philoſophum. Cum ergo probatio habeat fieri per principia, ſicut cauſatũ habet oſtendi per cauſam & principatum, vt ſpecies per genus & differentiam, & quia hoc habet affirmatiua, & non negatiua, ideo affirmatiua probari poteſt per rerum naturam. j. per principia quæ ſunt inducentia naturam rei. propter hoc dixerat Pe. de bella. quòd ius ciuile talem probationem non nouit, vt ponit Cy. vt. C. de nõ num. pecu. l. iij. in ſi. Ioan. And.

b *Non poſſunt.* pone, nego literas ad lites de mandato domini impetratas. e Vel nego pecuniam numeratam quam promiſeram inſtrumento ſolenni, & ſpe futuræ numerationis. Vel ſi pono quòd non fuiſti inſtitutus de auctoritate dioeceſani. de cleric. peregrin. cap. fin. de inſtit. cap. iij. ſecundum Hoſti. hæc & ſimilia non poſſunt probari, niſi per confeſſionem aduerſarij. ADDITIO. Et ideo cum non ſit niſi vna ſpecies probationis, magis ſuccurrẽdum eſt ponenti. argum. infra de teſti. cap. vlt. & ſupra de teſti. cogend. dilectorum. de proba. cap. ij. & cap. ad noſtram. ff. de teſtit. l. curent. C. de recre. generaliter. j. reſpon. C. de hæret. l. pen. ſecundum Hoſti. Ioan. Andr.

*e Hanc ponit per iuramentum de credulitate, ſequẽtem bene poteſt ponere per iuramentum veritatis. Ioan. And.*

c *Aduerſarij.* dicebant quidam docto. antiqui negatiuã poſitionem admittẽdam indiſtinctè. Et quod dicitur quòd negatiua probari nõ poteſt, verum eſt per teſtes. per cõfeſsionẽ autem aduerſarij bene. & probatur hoc ſ. de tempo. ordi. dilectus. de æta. & quali. c. vlt. Ioan. And.

d *Iudices.* ordinarij, delegati, vel arbitri. ſ. de proba. quoniã. ff. de arbit. l. j. ADDITIO. Et C. de arbi. l. penulti. §. vlti. Hoſtien.

e *Poſſint.* non quidquid iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſsitati ſubiicitur. ff. de iudic. l. non quidquid. ad hoc. ff. de offic. præſi. l. ſæpe. & l. ſeq. Per quæ videtur quòd optioni iudicis relinquatur. peccat tamen iudex reiiciens, ex quo poſitio facit ad cauſam, & æquitas ſuadet, cum æquitas ſcripta rigori iuris præferatur. Codi. de iudic. placuit. de fur. & ſer. cor. l. ſiquis ſeruo. & æquitatem ſemper habere debet præ oculis, vt quarta quæſtione quarta. capitulo primo & infra de re. permu. capitu. vno. ff. de eo quod cer. lo. l. quòd ſi Epheſi. in fin. nec ſit arctanda probandi copia. decimaquarta quæſtione ſecunda. quanquam. Cod. de proba. l. vlti. ſecundum Hoſtien. tenetur. f Et ſi non admittat, poterit appellari. Ioan. And.

SI *poſt.* Sunt duo dicta. Secundum ibi, Verum. Dom. Tracta fuit hæc decretal. de extrauagan. Alexand. quæ incipiebat, retuliſti. g alias dilecto filio. ADDITIO. Quod hic dicitur de iuramento veritatis, & de procuratore. Ioannes Andreas. CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario vel delegato. lite conteſtata ſuper meo libello, dedi meas poſitiones, & aſſerui eas medio meo iuramento dicendo, credo illud quod pono, eſſe verum. hoc facto petij vt tu reſponderes meis poſitionibus. vnde iudex tibi præcepit vt tu reſponderes meis poſitionibus per verbum credit, vel non credit, tu autem recuſas reſpondere. quæritur qua pœna venis puniendus? Reſpondetur quòd meæ poſitiones habebuntur pro confeſſatis. Et iudex poterit & debebit te condemnare in petitis. nam de petitis conſtat per tuam confeſsionem interpretatiuam, id eſt inductam ex interpretatione iuris. & iſtud verum, niſi proponas aliquam exceptionem. Sed quid ſi non comparuiſti in die tibi aſsignato ad reſpondendum meis poſitionibus, an poſitiones habeantur pro confeſſatis? Reſpondet quòd non, ſed contra te poterit iudex procedere tanquam contra contumacem. nam ſi non liquet de cauſa, iudex te excommunicabit, vel mittet me in poſſeſsionem. Nota primò ex iſto capitu. quòd facta litis conteſtatione antequam fiant poſitiones, debet præcedere iuramentum de calum. hoc tamen non eſt de ſubſtantia, vt dictum fuit ſupra de iuramẽ. calum. ca. j. Not. quòd ſi iurato de calum. ponens fecit iuſſum fieri aduerſario vt poſitionibus reſponderet, & aduerſarius nolit reſpondere,

*f Idem Io. Mo. & Ar. non tamen dicunt Hoſtien. & alij prædicti id quod ſequitur de appellatione. Ioan. And.*

*b De qua facit mentionẽ Guil. in ſpecu. de poſi. §. nono. ver. verum.*

reſpondere: tunc poſitiones habentur pro confeſſatis: & ſic tacens habetur pro confeſſato, ſi confeſſio vergat in detrimentum & præiudicium ſuum. Et ſi negatio tenderet ad ſuũ præiudicium & incommodum: ſimiliter poſitiones haberentur pro negatis. Not. vlterius quòd quis poteſt reſpondere poſitionibus ſuæ partis aduerſæ per procuratorẽ: dum tamen ille procurator habeat ad hoc ſpeciale mandatum: & quod poſitiones ſint inſertæ in procuratorio: & detur mandatũ procuratori vt fateatur talem poſitionem & talem: alias nõ haberet mandatum ſufficiẽs.

*Si reus iuſſus, poſitionibus reſpondere recuſat: vel ſi contumaciter recedit: habebuntur pro confeſſatis. ſecus ſi prius quã ſic iuſſus eſſet, contumax fuerat: nam tũc procedetur contra eum tanquam contra contumacem. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

SI poſt præſtitum veritatis aut [a] calumniæ iuramentum [b], reus [c] vel procurator [d] ipſius, poſitionibus ab aduerſario ſibi factis, interrogatus iuſſusq; [e] à iudice † reſpõdere abſq; rationabili cauſa [f] recuſet, aut nolit, ſeu cõtumaciter ſe abſentet: haberi debet ſuper iis de quibus in eiſdẽ [g] poſitionibus interrogat⁹ extitit, pro confeſſo [h]. Verùm ſi an-

Not. φ paria ſunt, non venire ad iudicium, vel venire, ſed cõtumaciter recedere. concord. c. j. de iudi. in anti. Not. quòd maior eſt contumacia illius qui comparuit, & non vult facere illud quod ſibi facere incumbit, quàm illius qui non comparuit. hoc habet præſens capi. nam maior pœna imponitur ei qui comparuit & contumaciter receſſit, quàm ei qui non cõparuit. No. etiam quòd taciturnitas habetur pro confeſſione. Ad hoc de poſtu. præla. c. j. & de ordi. cogni. c. cum dilectus. No. finaliter quòd recedẽs à iudicio ſine iudicis licentia, punitur tanquã contumax ad hoc de iudic. cap. j. xj. q. iij. certum. & de elec. ſi poſtquam. ſ. eo. lib. Dom.

a *Aut.* quo ad ſpiritales cauſas exponim⁹ pro &. in eis enim in vtroque iuratur. vt ſ. de iura. calum. c. j. §. vlt. & ſic eſt ſi. C. de verb. ſign. cum quidam.

b *Iuramentum.* Not. pro opin. illa quæ habet φ ſolum poſt lit. conteſt. fiant poſitiones. Sed dic vt dixi ſ. c. proxi. & reſpicis quod communiter fieri ſolet.

Gloſ. ſeq. quærit opi. ponit, & ſoluit contrarium.

c *Reus.* quid de actore vel eius procuratore? Dicunt quidã quòd cadit ab inſtituta actione. ſupra de iura. calum. c. vlt. & C. de iura. calum. l. ij. §. quòd ſi actor. Ad poſitiones enim reſpondetur ex vi iuramenti: & ideo pœna iurare nolentis hic locum habeat, quod non credo: ſed dic vt dixi ſupra in prox. gloſ. quòd hic reſpicit quod communiter accidere ſolet, ſiue poteſt, ſcilicet quòd actores probare habent, & ſic poſitiones facere: ſed idem econuerſo, ſcilicet vt habeatur pro confeſſo: cum actoris & rei ſit æqua conditio. j. de reg. iur. non licet. cum ſi.

*Actor qui non reſpondet poſitioni habetur pro cõfeſſo*

d *Procurator ipſius.* No. procuratoris contumaciam poſt lit. conteſt. domino nocere. de hoc ſupra. vt lit. non conte. c. j. in ſi. ADDITIO. Hoc etiam probatur de taciturnitate. & facit. ff. de procu. nõ ſolum. in prin. vbi de hoc. & aliquid dixit Inn. de poſtu. præla. ca. j. & Guil. in ſpe. de poſi. §. nono. poſt prin. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. dicit quæſtionem ſolui.

e *Iuſſusq; à iudice.* per hanc literam bene videtur determinata illa antiqua altercatio qua quæritur ſi iudex citat partẽ, etiam poſt iuramentum præſtitum, vt veniat reſpondere poſitionibus: & citata venire non vult: an poſitiones habeantur pro confeſſatis? Et licet quidam [a] dixerunt quòd ſic, puto φ non. Ecce enim quòd text. dicit, iuſſus à iudice: & ne credat aliquis quòd talis iuſſus factus per nuntium ſufficeret, præmittit, interrogatus. ille igitur licet ſit iuſſus per nuntiũ, non per iudicem (& hoc conceſſo) non tamen eſt interrogatus à iudice, quod requirit hæc conſtitutio: vnde & infra ſubmittitur (verùm ſi antequam reſpondere ſic iuſſus fuerit) ſcilicet ab ipſo iudice interrogatione præmiſſa. Maiorem ergo reputauit contumaciam illius qui interrogatur à iudice, & ab eo iuſſus reſpondere non vult: quàm illius qui citatus per nuntium vel literas, etiam hoc expreſſo venire non vult. ADDITIO. Opinionem gl. tenet Archi. & Dy. videtur concordare in regula, contra eum. j. de reg. iur.

*a Quos vide in Spec. de poſi. §. octauo. ver. item quæritur. & §. nono. verbo, verum. & §. decimo. & ver. poteſt. Ioan. And.*

Gloſ. ſeq. reci. per queſtionem quę ſit rationabilis cauſa: & ponit. xij. exempla.

f *Abſque rationabili cauſa.* puta ſi poſitio ſibi propoſita ſuperflua eſſet vel impertinens [b]; quæ probata non releuaret. C. de prob. ad probationem. xxx. quæſtione vlt. iudicãtem. ibi, ad rei veritatem &c. ſupra de offi. Archid. vt noſtrum. {Facit de pœ. diſt. vij. c. ſi quis. §. item ſi ſcirem. ibi, ſi ſcirem nil tibi prodeſſe, nil tibi darem.} Vel obſcura. iiij. diſti. erit. de ſpon. de muliere. C. de tranſac. vt reſponſum. {Cum ponens habere velit certum reſponſum: debet ergo ponere certum, vt ſic illo iure vtatur ad alios quod ipſe exigit. ff. quod quiſque iur. l. j. ſupra de conſtitu. cum omnes.} Vel generalis. ff. de lega. ij. Titia. primo reſpon. {Vel dependens à negata: & vt dicit Ioan. Mona. ſupra capitulo proximo. interdum. ſecunda dependet à prima negata, quæ non penderet ab illa affirmata:

*b Et de hoc conſtat. In dubio tutius eſt admitti: ſaluo iure impertinentium. et ita ſeruatur. Ioan. And.*

A vt pono, appellaui. ſecundò quòd in ſcriptis. tertiò quòd intra decem dies. Negata. j. negatur. ij. & iij. & ſic depẽdet. Sed ſi confeſſetur prima, erit neceſſe reſponderi ſecundæ & tertiæ.} Item ſi ſit de facto alieno: vt ſ. c. prox. Item ſi ſit captioſa: puta quæ detegat periurium reſpondentis, non eſt admittenda: puta pater conuẽtus iurauit nil eſſe in peculio: tuus eſt igitur exceptione iuriſiurãdi à parte delati: niſi pro rebus poſtea quæſitis. poſtea in poſitione dicũtur aliquæ res fuiſſe in peculio tẽpore quo iurauit: per hanc detegitur periuriũ ei⁹: vnde reſpondere nõ cogitur. ff. de iureiu. l. duobus. §. ſi. {& l. qui iuraſſe. §. ij.} Nulli enim iniiciendus eſt laqueus. xxvij. q. j. de viduis. Item ſi ſit multiplex: vt pono

*† No. Hoſti. ſ. c. proxi. & Arc. hic quòd ſi is contra quẽ fit poſitio, ad inſtantiã aduerſarij iudice non præcipiente reſpondeat: tenet reſponſio. ff. de interroga. ac. l. ſi ſine. ſ. de dolo, put. vbi de hoc. Ioan. And.*

B quòd poſſides talem eccleſiam ad tale monaſteriũ pertinentem. vel pono quòd Titius filius P. debet mihi x. vel his ſimilia. poſſet enim alterum eſſe verũ, alterum falſum: & ideo petitur explicari: vel ipſe idem explicet dicendo vtrunque falſum: vel hoc verum, hoc falſum. Vel poterit ſimpliciter poſitionem negare: etiam ſi alterum verum ſit. ff. de re. du. ſi is qui ducenta. §. vtrum. iij. q. ix. pura. ix. diſtin. ſi ad ſcripturas. Vnde videtur quòd ad multiplicem poſitionem reſpondere bene teneatur, cum habeat ſupradicta remedia. Ad hoc optimè. infra titu. proxi. præſentium. §. preterea. {Et vide quod ibi dicam ſuper glo ij. poſt Innocen. & Hoſtien.} Conſueuerunt autẽ aduocati dicere: pono hæc: & ſi non credis coniunctim, pono diſiunctim: ad quam tamen reſpondere non compellitur [c]: vt quibuſdam videtur per iura ſupradicta: nõ enim ponit vt debet. Item ſi poſitio ſit iuris, vt pono quòd impubes poteſt condere teſtamentum: vel his ſimilia: & ad hoc non compellitur reſpondere [d], cum enim ius quis probare non cogatur, ſed factum: ergo nec ponere, cum ſuccedat in locum probationis, ſupra eodem ca. proxi. ergo tanquã ad ſuperflua non cogitur reſpõdere. Item ſi ſit impoſſibilis, vel contra naturam: vt ſi ponit virginem peperiſſe; vel patrẽ iuniorem filio. xxvij. q. ij. c. decreta. §. cum ergo. ad hoc ſupra

*c Verũ eſt ſi ſimpliciter dicatur, peto poſitionib⁹ reſponderi: ſi poſitio ſit cum qualitate indebita. vnde ſi debitum cõditionale petatur pure, tota poſitio negari poteſt. ar. c. 1. ſ. de plus pet. Dom. Fõt.*

C de confeſ. c. vlt. & quod ibi no. ff. de inter. ac. l. confeſſionib⁹. & l. ſeq. Item ſuper crimine eius contra quem fiunt, non admittuntur poſitiones [e]. de pœ. diſtin. j. ca. quis aliquando. §. item illud Ioannis. ver. non tibi dico. {Et no. l. diſt. ex pœnitentibus. & ſcripſi. ſ. e. c. ij. & de elect. dudũ. ij. §. tandem. in gl. ſuper proceſſu.} Hæ ergo & ſimiles ſint rationabiles cauſæ propter quas reſpondere non teneatur. {quas vide in Spe. de poſi. §. vij.} Item ſi procuratori fiunt poſitiones ſuper aliquo emergẽti, de quo probabiliter non imputetur domino: ſi nõ inſtruxit procuratorem, bene habebit procurator inducias ad conſulendum dominum. ſecus in principali ſuper quo à principio inſtrui debuit. ſ. de iura. cal. in pertractandis. vbi de hoc per Inno. & Hoſti.

*d Bene dicit niſi poſitio fieret de iure ſpeciali: vt ſtatuto, cõſuetudine: aut de iure dubitabili, vt puta de vna extrauagante. Dom. Fõt.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium.

g *Eiſdem.* ſcilicet quibus reſpondere non vult. & per hanc literam dico, quòd ſi quibuſdam reſpõdeat: & poſtea aliis reſpondere noluit: illi quibus iam reſponderat, non habebuntur pro confeſſatis, ſi eas negauerit. pœna enim vlterius non debet extendi &c. de iis quæ fiunt à maio. parte cap. c. quęſiuit. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. quærit: arg. opinio. ponit, & ſoluit. finis ponit di-

D ctum quod additio corrigit.

h *Pro confeſſo.* nunquid ipſo iure, aut per ſententiam? Videtur quòd per ſententiam. & hoc tenet Ioan. Mona. ſecundum ea quæ not. ſupra de iura. calum. ca. vlt. dicebat Tan. quòd tacens non habebatur pro confeſſo, nec pro negante: per reg. ff. de regu. iur. qui tacet. infra eodem titulo. is qui tacet. ibi dixi. Quid ergo fiet? ſecundum eum compellitur reſpondere per excommunicationem, in poſſeſſionem miſſionem, captionem pignorum, multam: & his ſimilia. ſupra vt lite nõ conteſta. tuæ. & c. quoniam. ff. de ven. inſpi. l. j. §. cogendi igitur. ff. ſi quis ius dic. l. vna. & facit ſecundum Hoſti. de elect. bonæ. verſiculo contra legati. {Sed hodie pro confeſſo haberi debet, ſcilicet ipſo iure.} vt hic vides. Ad hoc. ff. de inter. acti. de ætate. §. qui tacuit. & idem iuris de obſcure reſpondente, niſi declaret: vt eadem l. §. nihil. Et quod dicit quòd habetur pro confeſſo: intellige ſi confeſſio eſt damnoſa: aliàs ſi eſſet ſibi vtilis, haberetur pro negante [f]: vt. ff. de inter. ac. l. non alienum. & l. de ætate. §. j. vſque ad vj. In interrogationibus prodeat hoc. in poſitionibus non credo, in quibus ſatis ſit ponenti quòd habeat intentum ſuum. Ioan. Andr. ADDITIO. Diuerſitatis ratio: quia iudex ſuper dubio interrogat, nec iurat. pars verò

*e Fallit ſi crimen ſit notorium de accu. qualiter et quãdo. aut ſi de crimine ſit infamia. Feli. in ca. cum cauſam. de teſti. Do. Font.*

*f Idem Hoſti. et Arc. & Guil. in Spe. de poſi. §. nono. verſi. item illud. Ioan. And.*

ponit



ponit ſuper certo, & iurat. Ioan. And.

a *Ratio dictauerit.* quod dic vt not. ſupra de do. & contum. prout.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

*Continuatio domini Helæ.*

Dictum fuit ſupra tit. proxi. de confeſſis. verum quia ſæpe contingit quod pars aduerſa non confitetur poſitiões actoris, ſed illas negat, & ſic actor arctatur ad probãdum ſua facta, quę poteſt probare regulariter per teſtes: ideo poſt rubricã de confeſſis, cõuenienti ordine ponitur rubrica de teſtibus. Notiter dicitur, quòd facta probãtur regulariter per teſtes: quia aliquoties ſcriptura eſt de ſubſtãtia actus: nõ tamen eſt de ſubſtantia probationis ipſius actus. l. j. C. de fide inſtrum.

tequam reſpondere ſic iuſſus fuerit, eum contumaciter abſentari contingat, tunc pro cõfeſſo non debet haberi: ſed eſt aliàs contra eum tanquam contra contumacem (prout ratio dictauerit [a]) procedendum.

DE TESTIBVS ET atteſtationibus.

Gregorius ix. in concilio generali Lugd.

*Socius in crimine ſimoniæ admittitur in teſtem, ſi ſit ſocius criminis tantum, & agatur ciuiliter: aliàs non. Ioan. And.*

CAPITVLVM I.

MEdiatores [b] † per quos [c] ſcelus ſimoniæ plerunque [d] committitur, ad teſtimonium [e] contra ſceleris eiuſdem auctores [f] (in deteſtationem criminis [g]) admittuntur, ſi non agatur criminaliter [h], ſed ciuiliter [i], & emolumentum exinde

*Accuſatus de ſimonia qualiter opponet teſtibus ſimoniam.*

*† Argu. φ mediator non admittitur regulariter ad teſtificandum ſuper negotio de quo fuit operator. fallit iſto caſu de quo aliquid hic in gloſſ.*

MEdiatores.} Ponit dictum cui ſubdit duplicem determinationem. Iſta decret. & ſequens fuerunt Gregorij: & deberent eſſe in antiqua compilatione vlti. in titu. {Et hanc decretal. ibi poſuit & gloſſauit Hoſtien.} Per hanc decret. moderationem recipiunt gloſſ. illæ Ioannes Andr. & Ber. quarta quæſtione tertia. capitu. ſi teſtes. §. liberi. in prima gloſſ. quã quidam non habent. & de teſtib. veniens. j. in gloſ. penul. qui indiſtinctè dicebant, quòd in hoc crimine ſocius criminis tantum admittebatur in teſtem: criminis verò & muneris non. diſtinctio enim illa locum habet, cum agitur ciuiliter: ſi enim criminaliter: ſocius etiam tantum criminis repellitur: vt hic vides. ad hoc ſupra eodem teſtimonium. ADDITIO. Corrigit etiam quod notat Gof. in ſumm. de ſimo. in fin. vbi ſimpliciter dicit hos mediatores à teſtimonio repellendos. Ioannes Andreas. Præſupponendum pro intellectu huius capituli, quando dicatur quis agere ciuiliter pro crimine ſimoniæ. Dicendum quòd in crimine ſimoniæ dicitur quis agere ciuiliter: etiam ſi agat & tẽdat vt ſimoniacus priuetur beneficiis ſuis, ſed ſi agat & tendat vt priuetur ordinibus ſuis: dicitur agere criminaliter. Secundò præſupponendum eſt quòd aliquoties quis eſt ſocius criminis & muneris ſimul: aliquando quis eſt ſocius criminis tantùm, & non muneris: vt volebam obtinere ab epiſcopo Pictauenſi aliquid ſpiritale: ego ſciens quòd ipſe diligebat temporalia, habui aliquem de ſuis familiaribus, & conueni cum tertio vt promitteret aliquem equum epiſcopo vt poſſem habere ſpiritale: iſte mediator nihil accepit, ſed gratis fecit. talis dicitur ſocius criminis tantum, & non muneris. aliquando autem conuenio cum mediatore, & aliquid ſibi do pro pœna: tunc talis dicitur ſocius criminis & muneris ſimul. CASVS. Accuſabam Titium de ſimonia: oblato libello, & ſuper eodem lite negatiue cõteſtata: reſponſoque per reum meis poſitionibus, petij me admitti ad probandum intentionem meam, & produxi aliquos teſtes. accuſatus proponit quòd mei teſtes non ſunt admittendi ad teſtificandum contra ſe: quia fuerunt ſocij & participes criminis. an illa ſocietas criminis repellit eos à teſtificando? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione: aut ago contra ſimoniacum ciuiliter vt ipſe priuetur beneficiis ſuis: & non deponatur ab executione ordinum: & tunc diſtinguitur: aut accuſatus opponit contra meos teſtes quòd ipſi fuerunt ſocij criminis [a] & muneris ſimul: & tunc dicit Romanus pontifex, quod iſti teſtes repelluntur à teſtificando: licet ſuper crimine ſimoniæ agatur ciuiliter. alij ſunt ſocij criminis tantum, & non muneris: quia præſtiterunt operam gratis: & tunc admittuntur: & eſt ſpeciale in crimine ſimoniæ, vt ſocius criminis admittatur ad teſtificandum: & iſtud eſt ob deteſtationem criminis. aut agitur contra ſimoniacum criminaliter ad depoſitionem ordinum: & propriè ab executione ordinum: quia quantumcunque quis deponatur actualiter: non priuatur ordinibus ſibi ſemel collatis: immo ſi celebraret, conficeret verum corpus Chriſti: vt tenet gloſſa in capitu. degradatio. infra de pœnis. ideo propriè agitur contra ſimoniacum criminaliter ab executione ordinum: & tunc non admittuntur ſocij criminis ad teſtificandum, in cauſa criminali intentata criminaliter. Nota primò ex iſto textu quòd ſocius criminis regulariter non admittitur contra ſocium criminis: quia par delictum teſtem repellit. Nota vnum ſpeciale in crimine ſimoniæ: idem in aliis criminibus exceptis: ſicut in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis: videlicet

*Caſus literalis domini Helæ.*

*a Quando ſocius criminis admittitur cõtra ſocium, vide Hipp. in l. 1. §. ſi. ff. de quæſt. Font.*

A quòd ſocius criminis admittitur contra ſocium in crimine intentato ciuiliter: dum tamen ſit ſocius criminis tantùm. ſecus ſi eſſet ſocius criminis & muneris ſimul. ſecus in crimine criminaliter intentato: quia tunc non admitteretur ſocius criminis tantum: & multò minus ſocius criminis & muneris ſimul. Quæritur qualiter accuſatus poteſt opponere contra teſtes productos quòd ſunt ſocij criminis: niſi ipſe accuſatus confiteatur crimen: & tunc ſi confiteatur, non erunt neceſſarij teſtes ad ipſum conuincendum: ſed ſua confeſſio erit ſufficiens ad ipſum condemnandum. capitu. ſecundo de confeſſis, in antiquis. Dicit gloſſa quòd poterit

B accuſatus opponere contra teſtes, quòd ſunt ſocij criminis tribus modis. Primò modo accuſatus proponet crimen generaliter: dicẽdo quòd talis teſtis eſt ſimoniacus. & ſic gloſſa videtur facere contrarium: videlicet quòd ſi accuſatus ſimpliciter diceret quòd talis teſtis eſt ſocius criminis, ſua confeſſio eſſet ſufficiens ad ipſum condemnandum. Alio modo dicit gloſſa videlicet quòd accuſatus hoc poterit contra teſtes opponere, quòd teſtes fuerunt ſocij criminis, nec per hoc videtur confiteri crimen: quia excipiens nihil videtur confiteri de intentione aduerſarij: & in hoc remanet gloſſa. Item quia videtur confiteri contrarium actum: tamen ſi hoc modo reſponderet, mendacium committeret.

Nota finaliter quòd de crimine poteſt agi criminaliter & ciuiliter: & quando dicatur agi de crimine ſimoniæ criminaliter vel ciuiliter, vide opt. text. in cap. per tuas. j. de ſimo. in ſi. Domi.

b *Mediatores.* qui proxenetæ dicuntur. {Canon vocat illos interemptores. xcj. diſtincti. cap. penult.} & ſalarium quod eis datur, dicitur proxeneticum. ff. de proxene. l. j. & ij. & ſi in ſpiritalibus ſalarium recipit, vel aliquam promiſſionem

*Proxinetæ qui dicũtur*

C commodi temporalis: ſimoniacus eſt. de ſimon. cum eſſent. & tunc non admittitur etiam ſi ciuiliter agatur: vt hic in fin. & ſupra eodem, veniens. j. & infamis eſt. prima quæſtione prima. ſi quis epiſcopus. & j. quæſtio. iij. ſi quis præbendas. & beneficiis priuandus. ſupra de elect. per inquiſitionem. & deponendus. de confeſ. capit. ij. de ſim. non ſatis. ibi, vel conſenſerit.

c *Per quos.* id eſt, quorum miniſterio.

d *Plerunque.* ergo non ſemper: quia interdum ſine mediatore inter ſe componunt ſimoniaci. de ſimo. de hoc. & ca. veniens. cum ſi.

e *Ad teſtimonium.* Nota ad præſumptionem faciendam bene admittentur: ſed non ad probationem. quarta quæſtione tertia. capitulo, ſi teſtes. §. liberi. quod dic vt not. xv. quęſtione tertia. nemini. de confeſſ. capitu. primo de teſti. veniens. j. Et not. quòd dicit teſtimonium, quia circa accuſationem nihil hic ſtatuitur, ſed ſtatur iuri antiquo. ſecunda quæſtione j. in primis. in fin. xv. quæſt. iij. ſane. de ſimon. tanta. & cap. licet Heli. & cap. per tuas. & ei quod not. ij. quæſtione vij. in ſumma.

*Teſtis qui non admittitur ad probationem, admittatur ſaltem ad præſumptionem faciendam.*

f *Auctores.* cum interdum etiam per alios conuinci non poſſint. ad hoc ſupra de teſti. cogendis capit. vltimo, vbi ad

D detegendam coniurationem inducuntur ſocij & iurati. Ioan. And.

g *Criminis.* aliàs tanti criminis. & concordat. j. quæſtione vltima. cap. vlti. ſupra de ſimonia cap. tanta. & cap. licet Heli ibi, cum ad inſtar criminis &c. Et per hanc literam credo hãc decretalem intelligendam etiam de mediatore qui non eſt emendatus de crimine, aliàs quid eſſet ſpeciale in hoc? vt ſ. eodem, teſtimonium. vel poteſt dici de emẽdato debere intelligi: & bene eſt ſpeciale quòd mediator admittatur: vt infra dicam.

h *Criminaliter.* ſ. eod. teſtimonium.

i *Ciuiliter.* Nota quòd regulare eſt quòd in ciuilibus mediator de conſenſu partium admittatur ad teſtimonium, aliàs non: in authen. de teſti. §. quoniam vero. col. vij. Et no. Ber. de teſti. cogen. dilectorum circa prin. gloſ. {Et hoc intellige vt ibi dixi.} Hic tamen admittitur etiam parte contradicente. quod intellige ſecundum diſtinctionem decret. de ſimo. per tuas. & c. licet Heli ſecundum Hoſti.

*Mediator an poſſit eſſe teſtis*

Gloſſ. ſeq. quærit & ſoluit. obiicit & tripliciter ſoluit, & ſecundam approbat. Ioan. And.

Aſſecuti.

non fuerint aſſecuti.[a]

Idem.

*Ponit modum remiſsionis curiæ, & dat modum iurandi ſuper poſitionibus, & dicit per quem iurari debeat, dat modū reſpondendi, & modum teſtes probatorios reprobandi, & reprobatorios iterū reprobandi.h.d.Io.And.*

CAPITVLVM II.

PRæſentiū auctoritate mandamus, quatenus in cauſa quæ inter abbatem & conuētum[b] ſancti Nicolai Andegauēſis ex vna parte,[c] & priorem & conuentum de Paldigeñ. Lycoñ. diœceſis ex altera,[d] ſuper eo quòd iidē abbas & conuentus ſe ab ipſis priore & conuentu de Paldigeñ. poſſeſsione[e] ſubiectionis eiuſdē prioratus aſſerunt ſpoliatos, & ſuper irritanda quadā compoſitione[f] olim inita inter partes, & rebus aliis[g] vertitur, ab eiſdem abbate & priore[h] nomine ſuo, & in animas conuentuum[i] eorundem, vel ma-

*Crimina excepta ſunt tria.*

a *Aſſecuti.* vides quid iuris in hoc excepto crimine.ſ.ſimoniæ. Sed quid de aliis exceptis? De crimine læſæ maieſtatis dic vt vj.q.j.c.ſiquis.ver.ſane ſiquis.de cōfeſ.c.j. De crimine hæreſis dic vt j.de hæret.in fidei fauorē. Sed aduerte.mirabile enim eſt quod dicit hæc decre.quòd ſocius criminis repellatur in criminali, criminis & muneris in ciuili. ſi enim qui petit ipſum à teſtimonio repelli, dicat, ſocius mihi in crimine fuiſti, non egem' vlterius teſte, quia in hac confeſsione puniendus eſt. de cōfeſ. c.ij. nec permittit canon vel lex ꝙ dicat hoc nō feci, quia mēdacium vel aliud peccatū non permittūt. xxiij. q. iiij. qui peccat. ff. de tribu.illud. §.pe. Sed dic[a] ꝙ poteſt in genere dicere, non potes teſtis eſſe, quia commiſiſti hoc crimen: quod me offero probaturum. & ſic repelletur, quia par delictum repellit teſtem. ſupra eodem, perſonas. cum diſtinctione decret. de ſimo. licet Heli. & cap. per tuas. vel dic præciſè quòd exceptionem obiiciens non fatetur. infra de reg. iu. exceptionem. & ibi dicam. Vel pone quòd apponatur criminis ſimoniꝗ exceptio contra teſtem. & ille qui produxit, dicit eum qui probat, fuiſſe ſocium, & ſic contra ſe nil fatetur. ſed ſecundū tene, quia & hic videtur fateri teſtem ſuum ſimoniacum. ADDITIO. Quod not. lxxix. di. cap. ij. in gloſ. pen. Co. de lib. cau. ſi filium. in vlt. gloſ. per Hoſtien. in ſumma de ſimo. §. qui ad accuſationem. in fi. Et Spec. de accu. §. j. verſic. caue tamen. & in §. ibi præced. qui incipit, item repellitur qui fuit. inuenies caſus exceptos quibus auditur ſocius contra ſociū. Ioan. And.

*Socius criminis qualiter & qua forma debeat repelli à teſtimonio ferendo.*

*In hoc textu vides exprimi iudicem, actorem, reum, cauſā: quæ ſi non exprimantur, ſurreptitiū eſt reſcriptum. ſupra de reſcrip. ſuper literis. imò ſtatus cauſæ in reſcripto lite pendente impetrato exprimend' eſt. no. c. inter monaſteria. de re iudi. niſi dicatur in reſcripto ꝙ papa habet ſtatum pro expreſſo. & vt. de. ceſſio. 214. incip. item ſi in cauſa. Phil. Font.*

Præſentium.} Sunt tres partes. Prima tractat de poſitionibus, iuramento, & reſponſionibus ipſarum. Secunda ibi, teſtes de teſtibus reprobatoriis probatoriorum. Tertia ibi, ſi verò de reprobatoriis reprobatoriorum. Hæc decr. eſt practica, & per aduocatos optimè ſcitur. ADDITIO. Vnde dicit Io. Mo. melius ſcitur per practicam ꝙ per doctrinā. Ioan. And. CASVS. No. lite inter abbatē & cōuentū ſancti Nicolai Andegaueñ. parte ex vna, & priorē & conuentū Lyconen. in poſſeſſorio. nam dicebant abbas & conuentus ſancti Nicolai ꝙ ille prioratus Lyconen. ſuberat monaſterio ſancti Nicolai, quodque monaſterium ſancti Nicolai fuerat in poſſeſſorio ſubiectionis per tempus ſufficiens ad inducendum præſcriptionem, & quòd à paucis diebus citra ipſe prior denegauerat debitam obedientiam, & ſic intentabant interdictum vtile pro recuperando poſſeſſorio. Iſta cauſa fuit euocata ad papam. quod fieri poteſt, vt in ca. vt noſtrum. de ap. in an. & fuit proceſſum in cauſa intantum quòd fuit facta litis conteſtatio. fuerunt factæ productiones teſtium, quia poſitiones nō fuerunt immediatè factæ poſt lit. conteſtatam. nam illud nō eſt neceſſarium, vt in cap. j. ſupra de iura. calum. poſtea abbas voluit facere ſuas poſitiones vt in illis prior Lycon. reſponderet perſonaliter. vnde papa commiſit auditionem poſitionum archiepiſcopo Rothomagen. cui mandauit papa vt ipſe exigeret iuramentum de calumnia & veritate, quia vtrunque eſt præſtandum in cauſis ſpiritualibus, vt d. c. j. de iura. calū. & faceret ipſum priorē reſpondere poſitionibus ſigillatim. Et ſi prior vellet producere teſtes reprobatorios contra teſtes abbatis productos in principali, eos reciperet & examinaret. Et ſi abbas vellet producere aliquos teſtes ad ſuſtinendum alios primos teſtes ſuper principali productos, illos ſimiliter reciperet & examinaret ſecundum ſuos articulos, & interrogatoria partiū. {Poſſeſsione} id eſt, quaſi poſſeſsione, quia vera poſſeſsio ſolum cadit in iis rebus quæ poſſunt videri oculo corporali & palpari. modo ſubiectio non poteſt palpari: ideo non poteſt dici vera poſſeſsio, ſed quaſi poſſeſſio. {Quam ſuper poſitionibus.} Nam partes ante commiſſionem dederant papæ ſuas poſitiones, articulos & interrogatoria, & omnia iſta inſeruit papa in ſua bulla. {Contradictione.} Vnde ſciendum quòd licet pars contra quam dātur poſitiones, poſsit illas impugnare & dicere captioſas, tamen quia papa admiſerat poſitiones, ideo mandat archiepiſcopo vt non admittat partes ad impugnandū poſitiones. {Syndico.} Sed ad quid interrogatur ſyndicus? Dicendū ꝙ reſpōſio ſyndici corroborabit reſponſionē prelati & cōuentus. ſed ſi non ſit conformis, ſed contradicat, tunc ſtandum erit reſponſioni prælati & conuentus, & nō reſponſioni ipſius ſyndici. {Articulus} Articulus hic dicitur pars intentionis ipſius

*a Secundū Hoſti. Et fuerat hoc prius dictū Tan. in ſecunda compilatione de ſimon. quamuis, & de hæret. ad abolendam. Io. And.*

A partis ſcilicet actoris vel rei. {Interrogatoria.} Vnde partes communiter dant interrogatoria generalia, de quibus in gl. aliquando etiam dant interrogatoria ſpecialia. & iſta interrogatoria ſunt ad reperiendum teſtes in variatione & falſitate. {Specificatione.} Nam ille qui vult reprobare teſtes contra ſe productos, debet ſpecificare crimina, & contra quos teſtes opponit illa crimina, & per quos teſtes intendit illa probare, quia debet hoc modo dicere, dico talem teſtem adulterum, & intendo probare per illos teſtes. Nota primò ex iſto textu, quòd licet in rebus incorporalibus quæ non poſſunt tangi nec videri, vt inſtitu. de rebus corpor. & incorpo. non ſit vera poſſeſsio, pro ipſis tamen incorporalibus poteſt intentari remedium poſſeſſorium, non tamen directum, ſed vtile: quod remedium poſſeſſorium vtile oritur ex mente legis, licet non ex verbis, ſed tamen eſt idem effectus. Nota quòd ſi ſubditus recuſet obedire ſuperiori, per illam recuſationem dicitur ſpoliare ſuperiorem illa ſubiectione. Nota quòd prælatus agit pro ſe & conuentu ſuo, quia fortè hæc erat cauſa ardua, quam nō poterat deducere ſine conſenſu rationabili conuentus, in capitulo primo de procur. in antiq. ſecundo. ſi eſſet cauſa leuis, vt in capitulo, edoceri. de reſcript. in antiq. modo quando prælatus agit pro eccleſia, dicitur cauſa grauis, & tunc prælatus iurat in animam ſuam & conuentus. Nota quòd licet reus compellitur reſpondere poſitionibus actoris mediante ipſius rei iuramento, ita ſimiliter actor compellitur iurare ſuas poſitiones veritatem continere per verbum, credit, videlicet quod credit ſuas poſitiones continere veritatem. & iſta ſunt intelligenda niſi eſſet cauſa ſpiritualis. tunc enim deberet iurare poſitiones de veritate, & non ſolum quod credit ſuas poſitiones veritatem C continere. Nota quòd licet regulariter ſint faciendæ poſitiones poſt litem conteſtatam, ſi tamen non fuerint factæ, ſed actor produxit ſuos teſtes, teſtibus productis & examinatis poteſt actor petere vt reus reſpondeat ſuis poſitionibus. nam fortè probabit per poſitiones, quod non potuit probare per teſtes. Nota quòd cum quis vult producere teſtes, debet exprimere nomina teſtium, & ſecundum communem opinionem doctorum debet exprimere articulos & teſtes per quos intendit probare. Nota quòd reprobans teſtes debet dicere in ſpecie crimina, & contra quos teſtes opponit illa crimina, & per quos teſtes intendit illa probare. Nota quòd poſſum teſtes reprobatorios reprobare, ſed meos teſtes non poteris amplius reprobare, aliàs eſſet proceſſus in infinitum. Nota finaliter quòd in eodem libello poſſunt accumulari & peti diuerſæ res & iura. vide de elect. quærelam. gloſſ. in verſicul. perſonalibus. in capitu. fin. de reſcript. & Innoc. in c. conſtitutus. de reſtitu. in integ. Domi.

*Notabilia.*

*Prælatus cauſas arduas non agit ſine conuentu, ſed bene cauſas leues.*

b *Conuentum.* dic vt. ſ. de reſcrip. edoceri.

c *Ex vna parte.* & actores.

d *Ex altera.* & reos, vt patet per ſequentia.

e *Poſſeſsione.* id eſt quaſi poſſeſsione,[b] quia de incorporaD libus agebatur. ff. de vſuc. ſequitur. §. ſi viam. & de hoc ſupra de foro cōpe. conqueſtus. {Vnde canon. xvj. q. j. reuertimini. §. ſiquis doctus. dicit quòd ſcientia poſsidetur.} Et no. ſecundum Inno. quòd hic agebatur poſſeſſorio, & tamen iuratur de veritate, quod eſt contra id quod opponit Ber. ſ. de iura. calum. c. ij. in gloſ. j. in fin. & ſ. de reſti. ſpo. literas. ſed non prohibet hic iurari, ſcilicet de calumnia. Et hodie iurandum non eſt, per id quod habes. ſ. eo. lib. & tit. c. j. ſcilicet de iuramēto calumniæ. Ioan. And.

*b Gl. ſequū tur Do. de Anch. notantes ꝙ libellus nō vitiatur in quo dicitur poſſeſsio, quando dicendum eſſet quaſi poſſeſsio. Font.*

f *Compoſitione.* ſi amicabilis fuerat, valere poterat. Secus ſi fuiſſet tranſactio, ſupra de tranſact. ſuper eo. de hoc de præb. niſi eſſent. ſecundum Hoſti.

g *Rebus aliis.* commiſsio facta cum hac clauſula non extenditur ad maiora. quod dic vt. ſ. de reſcri. ſedes.

h *Abbate & priore.* vtraq; enim pars petiit poſitionibus ſuis per eos qui principales erant & melius veritatē nouerāt, reſponderi, & ideo ſuper his ſcripſit papa Rothmagen. archiepiſcopo, vt ſequitur. ad hoc. ſ. de iura. calum. in pertractādis. ff. de procur. ſi actor.

Gloſ. ſeq. reci. per obiec. & not. duo.

i *Conuentuum.* id eſt ſingulorū de conuentu, vel maioris partis,



ioris & ſanioris partis ipſorum,[a] recepto iuramento de veritate dicenda, iniungas dictis abbati & priori, vt tam ponendo[b] quàm reſpondendo dicāt veritatem quam ſuper poſitionibus tibi ſub bulla noſtra tranſmiſsis[c] ipſi ſciunt, & per illos[d] intelligunt in quorum animas iurauerunt. Præterea[e] ſigillatim[f] ſuper quolibet articulo in qualibet poſitione contento facias à partibus ſufficienter[g] adinuicem reſpondeB ri, nulla prorſus ab eis ſuper ipſis poſitionibus contradictione[h] recepta. Sine iuramento autē à ſyndico vtriuſq; partis quid ſciat[i] de huiuſmodi poſitionibus, vel credat, inquiras.[k] Teſtes etiam quos ſuper articulis[l] ſub eadē bulla tranſmiſsis pars dictorum prioris & conuentus duxerit producendos,[m] ad reprobandos teſtes partis alterius[n] in B cauſa principali productos[o] (quorum nomina[p] in eiſdem articulis continentur) vſque

tis, quia conuentus ſicut vniuerſitas non habet animam[a]. Nota ius nouum, infra de ſent. excommu. Romana. §. vlt. Nota ius nouum, vt prælatus iſtret in animam ſuam & fratrum vel maioris partis. olim ſolus prælatus præſtabat hoc iuramentum. de hoc ſupra de elect. dudum. ij. Et no. ex hac litera quòd confeſsio ſolius prelati[b] non nocet eccleſiæ, quia nec etiam confeſsio minoris partis, cùm hic dicat, vel maioris &c. & facit de ijs quæ fi. à maio. par. cap. c. j.

*a Vnde & hic dicit animas in plurab. Io. And.*

*b Scilicet nō habētis mandatum à capitulo. tunc enim præiudicaret: vt notatur. xvij. diſtinctio. de Conſtātinopolitana. niſi probaretur error. ſ. de cō feſ. c. ſi. Io. And.*

Gloſ. ſeq. reci. per quæſtionem, ponit opi. Inno. & contrariam Hoſtien. primā approbat.

a *Ipſorum.* ibidē reſidentium ſecūdum Inno. Ad hoc. x. q. ij. ca. ea enim. §. hoc ius porrectum. Hoſtien. contra, dicens abſentes vocandos ſi poſſint commodè vocari. de elect. quia propter. facit pro eo. infra de præbend. cùm in eccleſijs. ſed opinio. Innocent. credo veram. Idem Archidiaco. per decret. ſupra eodem lib. de offic. ord. quāuis. ibi, prout ſunt in electionis negotio &c. Si in omnibus tractatibus vocandi eſſent abſentes, non video quare expreſsiſſet de negotio electionis plus quàm de alijs tractatibus. Speciale ergo videtur in electionibus & receptionibus, & in caſu ipſius decret. quamuis. quòd debeant abſentes vocari,[c] aliàs non. x. quæſtio. ij. cap. ea enim. §. hoc ius porrectum. Ad hoc quod not. de maiori. & obed. capit. fin. in. iij. gloſſ. & vide quod dixi de no. ope. nuncia. cap. ij. in gloſſ. ſic ſupra verſicu. præſidentes. Ioannes Andreæ. ADDITIO. Innocent. (de quo in princ. huius gloſſ) dicit quòd non ſufficit quòd in aliqua poſitione conſentiat maior pars iurantium, niſi eſſet maior pars conuentus ibidem reſidentis. Et eſt hoc ea ratione, quia maioris partis conſenſio non poteſt præiudicare toti conuentui. Ioannes Andreæ.

*Canonici abſentes an debeāt vocari in omnibus actibus capitularibus.*

*c Ratio, quia illæ cauſæ ſunt arduæ. glo. in cap. 1. de ijs quæ fi. à ma. parte ca. glo. in c. omnes. de cōſt. Font.*

b *Ponendo.* quia etiam ponens contraria periurus eſt. j. titu. proxi. c. vlti.

c *Tranſmiſsis.* quibus nil opponi poterit, cùm ſint examinatæ & approbatæ per papam. xxxv. quæſtio. ix. apoſtolicæ. Cod. de teſta. omnium. & hoc eſt quod infra ſequitur, nulla prorſus &c. ADDITIO. Sic & bulla papæ omnium ſuſpicionem excludit, vt dicit Innoc. de fide inſtru. ex parte. Archidiaco.

Gloſ. ſequens ſoluit duas quæſtiones.

d *Illos.* quia tractabant illas cum conuentu. ſi autem ſcientia prelati eſt contraria reſponſioni conuentus, dicat ex parte conuentus ſic dico, ſed ſic ego credo vel dico. ad hoc. ff. de admini. & peri. tut. quoties. §. ſicut. ſecundum Hoſtien. Si autem eſſet in iudicio tanquam prælatus, habes ſupra de poſtula. bonæ. ij. de præſcript. cap. vlti. liiij. diſtinct. generalis. Sed in caſu præmiſſo cui reſponſioni ſtabitur? Dic quòd reſponſioni conuentus, cùm prælatus hoc reſpondeat vt pars conuentus, & maiori parti ſit ſtandum, vt ſuprà dixi. ADDITIO. Secus ſi ſuper ijs ageretur quæ diuiſa eſſent ad ſolum abbatem ſpectantia. ſuprà de reſcript. edoceri. ſed hic patet quòd iſta erant communia ſecundum Innocent. & Hoſtien.

e *Præterea.* aliàs poſtea, aliàs præterea, quaſi dicat: Diximus quòd reſpōdendum eſt poſitionibus, volumus inſtruere iudicem quomodo habeat facere reſponderi, & ideo dixi, præterea.

f *Sigillatim.* quia poſitio habens plura membra, in vno falſa, in alio vera poſſet eſſe, & ſic copulatiua poſſet hic negari, vt dixi ſuprà titu. proxim. cap. vlti. ff. de re. dub. ſi is qui ducenta. §. vtrum. Et ponens debet ponere certum, & reſpondens reſpondere certum. ff. de confeſ. certum. Et omnis diſiunctiua eſt incerta. ff. de verb. obli. l. vbi. §. qui illud. ff. de iniur. prætor edixit. §. quod autem. ADDITIO. Innocent. hic per literam, ſuper quolibet, notat non ſufficere poſitionem negari niſi ad ſingula reſpondeatur in poſitione contenta. Idem Pe. & Abb. & dicit Hoſtien. hoc æquū contra cauillosām ſubtilitatem aduocatorum ſumptam ex dicto. §. vtrum. Dicit etiam quòd forſan cauſam dedit ipſe huic edicto in cauſa quam habuit cum hoſpitalarijs. Ioann. Andreæ.

*Poſitio copulatiua in vno vera, & in alio falſa, an poſſit tota negari.*

g *Sufficienter.* ſcilicet ſigillatim & clarè reſponderi. & ſi reſpondere nollēt, haberentur pro confeſſatis, ſuprà tit. prox.

Sextus.

A cap. vlti. ADDITIO. Et dilucidè, & non ſolùm de ſcientia, ſed etiam de credulitate ſecundum Hoſtienſem dicentem quòd quidquid dicatur, iurans de veritate, reſpondere debet de credulitate. Inducit iura. quod non credo. Ioannes Andreæ.

h *Contradictione.* rationē dixi ſuper verbo, tranſmiſsis.

Gloſſa ſequens titubat. quærit & ſoluit.

i *Quid ſciat.*[d] quòd ſi titubat, habebit diem ad deliberandum. ff. de petit. hæredi. ſi debitor. & ſi præſumptio eſt de malitia, poteſt iudex exigere iuramentū ab eo, quòd malitioſè hoc non petit. ſupra eodem lib. de iurā. calum. cap. ij. in fine. ſi autem animum ſuum ad aliam partem applicare neſcit, tunc poterit dicere neſcio, vel negatiuè reſpondere: vt ſi quæratur, ſi talis viuat, dicat non credo, non ſequitur propterea quòd credat ipſum mortuum, ſecundum Innocentium & Hoſtienſ. tunc enim titubat, non credens hoc vel illud.

*d Gl. ſequū tur Do. Phi. et vide glo. in verbo titubaſſet. c. in noſtra. de procu. et nota ꝙ negatiua præpoſita verbo credo, nō inducit ſcientiā in oppoſito. Font.*

Gloſſa ſequens quærit. & ſoluit ſecundum Bernar.

k *Inquiras.* quid ſi ſyndicus confiteatur contrarium eius quod prelatus confeſſus fuerat, licet alij aliter dixerunt? Dic ſecundum Bernar. potius ſtandum confeſsioni prælati & capituli quàm confeſsioni ſyndici qui non iurauit. ſi verò cōcordet cum prelato, eius confeſsio adiuuat {hoc placet Archidiacono.}

l *Articulis.* articulus vocatur pars intentionis, continens id quod actor probare intendit. facit ſupra de teſti. veniens. ij. ADDITIO. Vnde ſecundum quoſdam articulus eſt nomen græcum, & ſonat indiuiſionem. inde membra quæ non diuiduntur in alia membra, dicuntur articuC li, vt in articulis digitorum. ſi. infra de hæretic. accuſatus. in princip. Et ſic hic dicitur articulus, quia arctat, id eſt arctè componitur. Item arctat ad credendum, vt articulus fidei. de hoc dixi de hæretic. cùm Chriſtus. arctat ad reſpondendum. de hoc hic. Alijs modis ſumitur articulus, de quibus dāntur verſus: Articulus color eſt, breue membrum, dictio græca. Articulus numerus per denos multiplicatus. Momentum articulus, preſſuraque dicitur eſſe. Ioan. And.

*Articulus quid ſit.*

m *Producendos.* iuratos tamen. aliàs teſtimonium ipſorum non valet, etiam ſi eſſent religioſi. ſ. de teſti. nuper. niſi iuramentum remitteretur à parte, vt eo. tit. tuis.

n *Partis alterius.* ſcilicet ſancti Nicolai.

o *Productos.* coram papa vel iudice ab eo dato. Et ſic not. quòd conteſtata erat lis. aliter non valet teſtium receptio. ſupra vt lit. non conteſta. in rubro & in nigro. Et ſic not. quòd licet ſtatim poſt litem conteſtatam iurandum ſit de calumnia, vel de veritate dicenda, ſecundum quod requirit cauſa, & faciendæ poſitiones ante probationes, ſi tamen hoc omiſſum fuerit, adhuc poſt probationes fieri poterit. ad hoc ſupra eodem lib. de iura. calum. capit. j. hic enim poſt teſtes receptos, & de veritate iuratur, & fiunt poſitiones. ADDID TIO. Vt refert Io. Mo. ſupra tit. ij. capit. j. quidam dicebant contrarium, quaſi aggrediendo probationem teſtium, ſibi pars præcluſerit viam ponendi. Ad decret. j. de iura. calum. reſpondet iurari de calumnia non propter partem tantùm, ſed propter vtilitatem publicam, cuius intereſt lites dirimi. ſed poſitiones fiunt tantùm fauore partium. alleg. de foro compe. ſi diligenti. cum ſimi. Ipſe dicit tenendum cum glo. ne probationis copia ſic anguſtetur. C. de hære. l. penult. in fine. Ioan. And.

p *Nomina.* ne eſſe poſsit variationi locus. ſupra eod. lib. de reſcript. cap. ij. Et continebantur iſto modo, Intendit talis probare talem teſtem[e] adulterum, pro eo quòd talem vxorem talis publicè in ſuam tenuit concubinam, & hoc probare vult per a. b. c. Item intendit probare quod. t. eſt periurus, quia deierauit corruptus in tali cauſa. & hoc vult probare per d. e. f. & ſic de ſingulis: quia vnus teſtis neſcit omnes articulos intentionis, ſed interdum alterum tantùm: & ſi vellet alios quàm nominatos inducere, vel alios tranſponere, non credo quòd poſsit, ſecundum Hoſtien. ar. ff. man. l. diligenter. ſupra de reſcript. cum dilecta. infra de præbend. cui de non.

*e Nō enim ſufficit dicere, excipio contra teſtes quòd ſunt de talibus criminibus &c. ſed ſigillatim & nominatim debet exprimere de quocūque. Vnde dicit lex deſignandū cuius dolo ſit factū. ff. de dolo. l. ſi ex dolo. §. vlt. ad hoc de ele. per inquiſitionē. in princ. j. de ſen. exc. cōſtitutionem. cū cōtor. Io. An.*

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

a *Ad calendas.* & non vltra. ſupra de proba. licet. nec poſſunt iſti delegati terminos prorogare, niſi partes ambę in prorogationem termini cõſentirent. ſ. de offi. dele. de cauſis. ADDITIO. ſecundum Hoſtien. Idem Ioan. Mona. & Archid.

A Gloſſa ſequens quærit, & dupliciter ſoluit.

l *Iuramento.* ſed quare exigitur iuramentum à procuratore abbatis in hac reprobatione, & non in prima reprobatione, quam fecit prior contra principales teſtes abbatis? Solu. potius præſumitur quòd hoc facit abbas ex malitia quàm prior, qui primò reprobauit teſtes ſuper principali productos, quaſi prouocatus velit vlciſci: & ideo propter illam præſumptionem hoc exigitur iuramentum. ſ. de teſti. ſpo. literas, ſecundum Ber. Sed dic quòd hoc eſt in poteſtate iudicis [d] per prædictam decret. & per capit. de iura. calumn. capit. ij. in fine. ſupra eodem lib. vnde & in prima poterit exigere ſi ſibi videbitur, & in ſecunda omittere ſi ſibi videbitur. iſte autẽ neceſſe habet mandatum papæ ſeruare.

*d Idem Io. Mona.*

ad calendas [a] Nouẽbris proximò futuri, examines (ſecundũ partis aduerſæ interrogatoria, [b] quę tibi ſub eadẽ bulla trãſmittimus) diligẽter, primò tamẽ in perſonam cuiuſlibet teſtis à prędictis abbate & conuẽtu producti, facta ſigillatim ſpecificatione [c] criminũ & aliorum obiectorum [d] ſibi in eiſdem articulis contẽtorum. Si verò dicti abbas & conuentus [e] aliquos teſtes B coram te produxerint contra teſtes † ab eiſdem priore & conuentu producendos, [f] iuxta articulos quos ipſi abbas & conuentus tibi ſuper reprobatione teſtium productorũ prioris & conuentus in eadẽ cauſa produxerint, recipere, ac eos vſque ad calendas Februarij proximò [g] futuri diligenter examinare [h] procures, ſimili [i] ſpecificatione criminum, & aliorum quę cõtra teſtes eorundẽ prioris & conuentus, obiecta fuerint, obſeruata, [k] prius tamen præſtito iuramẽto [l] à procuratore dictorum abbatis & conuentus, quòd ad hoc ex malitia non procedant. [m]

Innocentius quartus in generali concilio Lugdunenſi.

*Aduocatus vel procurator principalis cauſæ, in cauſa appellationis teſtificari non poteſt. Iuramentum autem (præſumptione faciente pro appellãte) ſibi deferri non debet, niſi iudici videatur. Domi.*

CAPIT. III.

Gloſſa ſequens dicit quid ſint interrogatoria, & quomodo fiant.

b *Interrogatoria.* interrogatoria ſũt quæ facit pars teſtibꝰ productis cõtra ſe, & dãtur ſuper articulis de quibꝰ pręmiſſum eſt, & formantur ſecundum circumſtantias cauſæ & perſonarum productarum, vt in d.c. licet. §.j. ſ. de ꝓba. & ſupra eod. cauſam. j. & cap. per tuas. vnde datis articulis petit pars terminum ad danda interrogatoria. qui terminus tam ex prædictis iuribus dari debet, ꝗ conſuetudine generali, quæ eſt optima &c. ff. de legi. ſi de interpretatione. de cõſue. cum dilectus. Et fiunt interrogatoria hoc modo, Si dixerit teſtis verum eſſe quod primo intentionis articulo continetur, quæratur ab eo quomodo ſcit, & ſi ibi præſens erat, & ad quid ibi erat, & ſi vidit. Potuit enim pręſens eſſe, & non vidiſſe. Item quo anno & die id fuit factum. Item in quo loco, qua domo, qua parte domus, & an domus illa ſit terranea, vel in ſolario: & qui erant ibi præſentes. Item ſi cognoſcit illum [a] de quo teſtificatur, & cuius eſt ætatis, ſtaturæ, & coloris: & his ſimilia, ſecundum quod faciunt ad factum. Et hæc interrogatoria de conſuetudine & de iure non dantur parti aduerſæ, [b] ne poſſet ſuper his inſtruere teſtes ſuos, ſed iudex per ſe, vel per aſſeſſorem examinat illa: & ſi quæ reperit ſuperflua [c] vel impertinentia, illa reſecat. hic autem non habebit locum reſecatio, cùm ſint approbata per papam, vt de articulis ſuperius dixi. ADDITIO. Si nulla interrogatoria fierent, faciat iudex quæ habentur. ſupra eo. cum cauſam. Et an valeat dictum teſtis non interrogati de cauſa ſcientiæ, vide quod ibi dixi ſuper quarta gloſ. Conſuluit Hoſtien. quòd potius fiant ſuperflua quàm omittatur aliquid neceſſarium vel vtile. hoc dicitur propter decret. per tuas. ſupra eod. quia ſi fuerit factum interrogatorium, & omiſſum negligenter, vel doloſe, non obſtante publicatione repetetur. ſecus ſi non fuerat factum. Alia ratio, quia forſan ex officio iudex plura reſecabit quàm expediret. Et arguit contra iudices qui cõmittũt examinationem teſtium notarijs & ſimplicibus, cùm in propria perſona ipſos audire deberent. Cod. de fid. inſtru. authen. apud eloquentiſsimum. cùm ad minus committere deberent perſonis diſcretis, idoneis, & honeſtis. ſupra eo. ſi qui teſtium. de teſtib. eo. c. j. de conſan. & affi. c. j. Cùm enim in probationibus ſit tota vis cauſę, potius deberent committere alia quàm teſtium examinationem. xlij. di. quieſcamus. §. circa maiora. Sed quia id eſt oneroſum, ideo facilè committitur etiam per eos qui ſportulas exigunt, contra iura. ff. de re. iu. ſecundum naturam. de cle. coniu. diuerſis. infra de præben. cum. ij. Ioan. And.

*† No. quod iudex poteſt præfigere terminum ad reprobandas perſonas teſtiũ ante publicationem atteſtationum, nam atteſtationes publicatæ non erant, quia iudex eas clauſas tenebatur remittere. de Ancha. Font.*

*a Nã ſi nõ cognoſcit, non valet. gl. in. c. cauſam. ſ. de teſti. Phi. Do. Font.*

*b Tene mẽti. idem voluit Inn. in c. per tuas. ſ. eo. Phil. Do. Fonta.*

*c In dubio tamen non reſecantur ſuperflua ſecundum doct. de iudi. cap. per tuas. Font.*

*Teſtium examinatio ſimplicibus committenda non eſt.*

c *Specificatione.* Nota pro ſpecificatione obiectorum. ad idẽ ſ. eo. lib. de elect. vt circa.

d *Et aliorum obiectorum.* forte obijciebantur aliquibus non crimina, ſed alia per quæ impediebantur teſtes eſſe, puta quòd erant vel fuerant aduocati vel procuratores in cauſa. infra cap. proximo. vel quòd erant minores. iiij. quæſt. iij. c. ij. vel his ſimilia. ADDITIO. De quibus plene in Spe. de teſte. §.j. Ioan. And.

e *Conuentus.* originales actores.

f *Producendos.* ad reprobationem teſtium productorum in principali.

g *Proximò.* intelligebatur ſi nõ fuiſſet appoſitũ. ff. de verb. obli. eum qui calendis.

h *Examinare.* ſecundum interrogatoria prioris & conuẽtus Spaldigen, vt ſ. in proxi. caſu dictum eſt.

i *Simili.* de qua dictum eſt. ſ. proxi. verſi.

k *Obſeruata.* hos autem teſtes non licebit vlterius priori & conuentui reprobare, vt ſ. de teſti. licet dilectus.

m *Procedant.* habebant olim quidam hic plus de textu, ſcilicet, cæterum nobis ſub ſigillo tuo.

R *Omana.* } Duo ſunt dicta huius decret. & breuia, & idcirco eam non ſummo. Ioannes Andreæ. CASVS. In cauſa quam eram tecum habiturus, conſtitui Titium meum procuratorem, qui cauſam meam duxit vſque ad finem cauſſæ. & intantum fuit proceſſum, quòd iudex tulit ſententiam definitiuam contra me ad tuum commodum & vtilitatem. ab iſta ſententia lata procurator meus appellauit, & coram iudice appellationis iſtam cauſam in- C troduxit. obtuli libellum meum appellatorium, cui petij per te reſponderi. reſponſione per te facta, petij admitti ad probandum meam intentionem per teſtes. & ad probandum meum intẽtum volo producere Titium qui fuit meus procurator in prima inſtantia, non tamen eſt procurator meus in cauſſa appellationis. an ſim admittendus? videtur quòd ſic, quia alia eſt cauſſa appellationis à prima cauſa principali in prima inſtantia, cùm ſit ibi alius procurator, & alius iudex. Hac tamen ratione dubitandi non obſtante reſpondet Romanus pontifex in contrarium, dicens quòd ille qui fuit procurator in cauſa principali, non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis. Idem dicendum de illo qui fuit aduocatus in prima inſtantia, quòd non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis. Sed quid? Ponamus quòd in cauſa appellationis ego appellans probaui meum intentum per vnum teſtem non ſuſpectum, ſed omni exceptione maiorem, & ſic probaui intentionem meam ſemiplenè: vtrum iudex in ſupplementum ſemiplenæ probationis debeat mihi deferre iuramentum neceſſarium? Reſpondet Romanus pontifex quòd non, immo eſt in eius arbitrio an mihi appellanti deferet iuramentum neceſſarium, vel tibi appellato. Nota primò ex hoc capit. D quòd procurator nedum in prima inſtantia repellitur à teſtimonio, ſed etiam in cauſa appellationis. & ratio eſt, quia non ſolùm cauſſa principalis in qua fuit procurator, cenſetur cauſa ſua, ſed etiam cauſa appellationis, & hoc propter affectionem quam ipſe habet ad cauſam. nam ita faciliter deieraret pro commodo partis ſicut pro ſuo, quia procuratores communiter aſſerunt partibus ſuis quæ illos cõſtituunt, quòd ipſæ partes habent bonam cauſam, & quòd obtinebunt in cauſa. Et eadem ratione aduocatus non poteſt eſſe teſtis. Nota inſuper quòd iudex non arctatur ad deferendum iuramentum neceſſarium habenti pręſumptionem pro ſe, ſed eſt in arbitrio iudicis deferre actori vel reo ſecundum communem opinionem canoniſtarum in ca. vlti. de iureiur. in anti. licet legiſtæ tenuerint contrarium in. l. bonæ fidei. Cod. de iureiuran. maximè Bart. & Sali. videlicet quòd iudex tenetur deferre iuramentum actori habenti vnam bonam præſumptionem pro ſe. Nota quòd iuramentum in defectum plenæ probationis non debet deferri niſi primò adſit præſumptio pro altera parte. ad hoc de iureiuran. in cap. fin. Nota finaliter quid debeat conſiderare iudex in delatione iuramenti fienda magis vni parti quàm alteri, de quo plenè Ioan. Andr. in d. c. fin. Domi.

*Diuiſio.*

Gloſſa



Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem quæ fuerit dubitationis cauſa, quam exprimit & ei reſpondet.

a *Appellationis.* fuit cauſa dubitationis, quia alia videbatur cauſa appellationis à principali propter alium iudicem, & aliũ procuratorem & aduocatum, qui frequenter in ipſa interueniunt, quia non tenetur procurator vel aduocatus principalis cauſæ defendere cauſam appellationis, vt no. ſupra de procu. non iniuſte. & ij. q. vj. c. ſi autem. §. poſt ſecundam. & facit quod dixi ſuprà de iura. calum. c. ij. j. reſponſ. ſed non eſt alia. Vel licet ſit alia quo ad quid, tamen procurator vel aduocatus in principali, in cauſſa appellationis non debent teſtimoniũ ferre, ne memores ſui officij forte contrarium aſſerant veritatis: ſicut & aduocatus nequit eſſe iudex, ne affectionis ſuæ memor &c. C. de aſſeſ. l. nemo. iij. in ſi. Et iudex in cauſa quã iudicauit, non poteſt eſſe teſtis [a]. ij. q. vj. ſtatutum. vbi de hoc: quod intellige ſecũdum determinationem decre. ſ. eod. dilecto. & c. cũ à nobis. in vno ergo & eodem negotio quis duplici officio tam ſuſpecto fungi non debet. de cle. coniug. diuerſis. ff. ad treb. ille à quo. §. tempeſtiuum. ij. q. j. in primis. de verborum ſignificatione forus. cum ſi. in teſtem ergo multo fortius non recipietur talis in principali per iura prædicta. ADDITIO. De hoc in Spe. de teſt. §. illud. verſicul. item quòd fuit in eadem cauſa. Ioann. Andreæ.

*Procurator in cauſa principali non tenetur defendere in cauſſa appellationis.*

*† Intellige pro appellãte. nã cõtra bene poſſet recipi. notatur in. l. ſi. ff. de li be. et poſt. hu. facit glo. c. diſciplina. 41. diſt. de Ancha. Font.*

R Omana eccleſia, & infra. In appellationis [a] cauſa, is qui appellantis procurator vel aduocatus in priori iudicio fuerat, [b] nõ recipiatur in teſtem. [c] † Neque indiſtinctè ipſi appellãti (pręſumptione [d] faciẽte pro eo) deferatur etiã iuramentum, ſed tunc cum inſpectis [e] perſonarum & ipſius cauſæ circumſtantijs, id fuerit faciendum.

B DE IVREIVRANDO.

Nicolaus tertius.

*Prælati, canonici, rectores, et officiales locorum, qui iurant ſtatuta & conſuetudines loci vel eccleſiæ ſeruare, prætextu talis iuramenti nõ obligantur ad illicita, impoſſibilia, vel obuiantia eccleſiaſticæ libertati, nec ad ea debet intentio ſua referri. Ioan. And.*

CAPITVLVM I.

C Ontingit in nonnullis eccleſijs de earum cõſuetudine [f] obſeruari, ꝙ nec ipſarum prælati cùm primò ad eccleſias ipſas accedunt, [g] admittuntur, nec canonici (cùm de recipiendis [h] ibidem nouis canonicis agitur) aliter recipiuntur in ipſis, niſi iurent ſtatuta & conſuetudines ipſarum eccleſiarum, ſcripta [i] & non ſcripta, inuiolabiliter obſeruare. Inter laicos etiam in multis ciuitatibus, [k] caſtris & terris, in ſuis poteſtatibꝰ, [l] rectoribus vel officialibus aſſumendis, cõſuetudinis morbus irrepſit, ꝙ poteſtates, rectores & officiales huiuſmodi, ad poteſtarias, rectorias & officia eadẽ (niſi prius ſeruaturos ſe ſtatuta ipſorum locorũ clauſa [m] iurauerint) nullatenꝰ admittantur. Quia verò in ſtatutis conſuetudinibusque ſupradictis interdum aliqua reperiuntur illicita ſeu impoſſibilia, vel obuiantia eccleſiaſticæ libertati, [n] † ne ſub tali

*a Secus in alia. ff. e. ob carmen. §. 1. Innoc. dicit hic. Frãc. quòd notariꝰ qui ſcripſit acta, bene poterit eſſe teſtis. allegat quòd nõ eſt prohibitum, vt decret. cum lo. de ſi. inſtru. Ioan. And.*

b *Fuerat.* ſi ergo illum procuratorem conſtituit, ſed non recepit mandatum, teſtificari poterit. ſupra eo. dilecto. Idem in aduocato. & de hoc etiam no. ff. eo. l. vlti.

Gloſſa ſequens primò ſoluit duo dubia, quorum ſecundũ incipit primo. ſecundo quærit & ſoluit. Ioan. And.

c *In teſtem.* intelligas pro ipſo appellante. nam pro appellato bene recipietur [b] ſecũdum Bern. & modernos, & Accur. in præalle. l. ſi. ff. eo. Tum quia ratio prohibitionis ceſſat, tum quia non reperitur prohibitum, & edictũ de teſtibus prohibitoriũ eſt ff. eo. tit. l. j. Et in iſto caſu quando procurator vel aduocatus appellantis deponit pro appellato, dico cum Ioã. Mo. quòd deponat etiam pro appellante, quia iurat pro vtraque parte dicere veritatẽ. ad hoc ſupra eo. in. c. de teſtibus. & C. de quæſtionibus. l. pridem. & dixi. j. de regu. iur. quod ob gratiam. {Pro hoc. G. de temp. in integ. reſti. l. petendæ. Archi. inducit quod no. Inno. & Hoſt. ſupra de excep. cũ venerabilis. ſuper verb. Inſtrumentum.} Quid de procuratore ad negotia? Dic ſecundum Hoſti. ꝙ in negotio quod procurauit de conſenſu partium, poteſt admitti ſicut & iſte, & ſicut D mediator in authen. de teſti. §. quoniã verò. colla. vij. in alijs admittetur etiã parte inuita, cùm nec prohibeatur. ff. eo. l. j. ADDITIO. ff. de iure fiſ. l. deferre. §. idem decreuerunt. Io. Mo. nam vt dicit Archi. adminiſtrator bonorum eccleſiæ de cõtractu per ipſum celebrato teſtificari poteſt. alleg. xiiij. q. ij. c. j. verſic. cæterum. & not. Bart. Brixien. in quæſtione veneriali. xlvij. aliquis erat adminiſtrator. Ioan. And.

*b Idẽ ecõuerſo vt procurator vel aduocatus appellati recipiatur pro appellante, & tunc etiam pro appellato deponet. Ioann. And.*

A CVm quidam ſeculares. } Primò ponit factum reprehenſibile ſecularium iudicum, contra quos prouidet ibi, decernimus. Secunda ibi, Similiter. prouidet ad caſum conuerſum. Et prima pars fuit ſumpta ex decret. Alexã. quarti. quia nonnulli. quam alleg. ſpecul. eo. tit. §. ſecundo verſiculo. & not. ſub verſiculo, porrò. & vide no. infrà de immun. eccle. capitul. j. in principio. Ioan. And. CASVS. Titius laicus debebat mihi clerico centum ex contractu mutui. in contractu ipſo interuenerat iuramentũ, ratione cuius iuramenti effectus erat de foro eccleſiaſtico. cap. ſi. de fo. compe. conueni eum coram eccleſiaſtico iudice, qui eum abſoluit ab impetitione mea. poſtea feci eum conueniri coram iudice ſeculari: ipſe oppoſuit mihi exceptionẽ rei iudicatæ: dicendo, tu aliàs conueniſti me coram iudice eccleſiaſtico ſuper iſta re: qui iudex Eccleſiaſticus me abſoluit: ideo non teneor facere proceſſum tecum, ſed peto abſolui, & te condemnari in expenſis. iudex laicus nolebat admittere iſtã exceptionem rei iudicatæ in foro Eccleſiaſtico. an ſit tibi prouiſum de aliquo remedio contra iudicem laicum? Reſpon. quòd ſic. nam epiſcopus poterit monere iſtum iudicẽ laicum vt admittat iſtam exceptionem rei iudicatæ: & ſi noluerit eam admittere, poterit ipſe iudex excõmunicari. Sed quid: econtra ponamus quòd ego conueni te coram iudice laico, fuiſti abſolutus. poſteà volo te conuenire coram eccleſiaſtico iudice. tu opponis exceptionem rei iudicatæ. iudex eccleſiaſticus non vult eam recipere. vtrum iudex ſecularis poſsit iudicem eccleſiaſticum compellere ad admittẽdum illam exceptionem? Reſpondet Romanus pontifex ꝙ non: quia minor non habet iuriſdictionem in ſuperiorem: ſed reus poterit adire iudicem ſuperiorem ipſius iudicis eccleſiaſtici vt eum compellat quatenus admittat illam exceptionem rei iudicatæ. puta ſi iudex eccleſiaſticus qui non vult admittere illam exceptionem rei iudicatę, ſit epiſcopus Pictauen. poterit adiri archiepiſcopus Burdegalen. Nota ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt compellere ſecularem in caſibus in quibus derogaret iuriſdictioni eccleſiaſticæ. Nota inſuper quòd exceptio rei iudicatæ inter eaſdem perſonas poteſt opponi coram quocunque iudice. Et ſic patet quòd ſententia lata ab vno competente iudice, debet ſeruari ab alio cuiuſcunque iuriſdictionis ſit. Do. C

*† No. quòd non ſequitur, iſte eſt publicè excõmunicatus: ergo iudex ſcit. §. notandum. 2. q. j. de Ancha. Font.*

Bonifacius octauus.

*Exceptio rei iudicatæ per eccleſiaſticũ iudicem admitti debet in foro ſeculari, & econuerſo. Ioan. And.*

CAPIT. II.

CVm quidã ſeculares iudices, dum coram eis excipitur de re per Eccleſiaſticũ iudicem iudicata †, in caſu quo ad eum pertinet cognitio [p] de conſuetudine [q] vel de iure [r], recuſent excipiẽtes au-

*† Iungẽdo cum verſi. decernim⁹. no. illud qđ ponitur hic in vltimo notabili: cui addo Fo li. in. c. pen. de excep. in colũ. pen. verſic. dum ſubdit abbas. Font.*

Gloſ. ſeq. ponit regulam, & tres caſus exceptos.
p *Cognitio.* & pronunciatio: quia licet regulariter de qua re iudex cognoſcit, pronunciet. ff. de iudi. de qua re. ſ. de cauſa poſ. cũ ſupe. vbi de hoc. in gloſ. vlt. {Vbi poſui plures alios caſus, quibus fallit hęc regulã, ibi videas.} tamẽ interdũ cognoſcit quod non pronunciat. pone exemplũ. ſ. de reſcript. cũ contingat. In auditore. ſuprà de teſta. Raynutius. Item in caſu. v. q. iiij. duodecim. iij. q. vj. accuſatus. cum ſi. D
q *Conſuetudine.* Not. ꝙ conſuetudo dat iuriſdictionem. ix. q. iij. conqueſtus. in gloſſ. antepen. ſuprà de foro compe. cũ contingat. ſupra eo. lib. de offi. ordi. Romana. & de foro cõpe. Romana. cum ſi.

Gloſſa ſequens ponit. vij. exempla quibus iudex &c. Secundò addit tertium caſum.
r *De iure.* de iure cognoſcit eccleſiaſticus iudex inter laicos vbi habet temporale dominium. de iureiur. venientes. j. ne cle. vel mo. c. vltim. Item in matrimonialibus & ſpiritalibus cauſis. de or. cog. tuam [d]. ſuprà qui fi. ſint legi. cauſam. Et in eccleſiaſticis criminibus: vt not. de foro compe. cùm ſit. ſuprà eod. lib. de foro compe. ca. vlti. Item cauſa delegatur per iudicem ſecularem. ſuprà de rap. in archiepiſcopãtu. Itẽ per reconuentionem. iij. q. viij. ca. j. §. cuius in agẽdo. Item inter laicos qui ſunt de familia eccleſiæ, ſecũdum quoſdã lxxix. diſtinct. iudicatum. in gloſ. j. Vel vbi laicus iudex eſt negligens. ſupra de foro compe. ex tranſmiſſa. & ca. licet ex ſuſcepto. vbi de hoc. Et vide quod ibi no. in ij. glo. & quod ſuper ea dixi. Et quod dicit, de iure, ſupple vel priuilegio conceſſo ab eo

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos in multis caſibus.*
*d Adde cal de. in conſi. 15. ſub tit. de iudic. de materia gl. vide nota.*



*ta in cap. nos inter. de purga. canon. de Anch. Do. Font.*

ab eo qui illud cõcedere poſsit. iſta enim tria ęquiparantur. 100. diſtinct. contra morem. de offi. ordi. duo ſimul. A
a *Iuriſdictionis.* quod Papa pati non debet: vt. j. de immu. eccle. cap. penult.
b *Admitti.* ſcilicet vbi eſt idem corpus, ſiue eadem quantitas idem ius ſiue cauſa petendi, & eadem conditio perſonarũ. & ille qui abſoluitur, poſsideat tempore ſententiæ. aliàs enim exceptio rei iudicatæ non obſtat. ff. de excep. rei iudi. cũ quæritur. & l. ſeq. & l. ſi rem meam. & ſ. e. tit. aduerſario. & poteſt proponi hęc exceptio ante lit. conteſt. & poſt. ſ. eo. lib. de lit. conteſt. c. j. vbi de hoc.
c *Compellantur.* ſic ſuprà eo. lib. tit. proxi. licet. de foro compe. ca. ij. j. de ſen. excom. decernimus.
d *Iudicata.* eo caſu quo de conſuetudine vel de iure ad iudicem ſecularem cognitio pertinebat: vt ſuprà in caſu conuerſo vidiſti.

dire, in derogationem iuriſdictionis [a] Eccleſiaſticę & cõtemptum: Decernimus vt per cenſuram eccleſiaſticam ab iniquitate coërceantur huiuſmodi, & ad admittendum exceptionem eandem (vbi aliàs de iure debet admitti [b]) à locorum ordinarijs compellantur [c]. Similiter eccleſiaſtici iudices (ſi coram ipſis excipiatur de re per ſecularem iudicem iudicata [d]) exceptionem ipſam admittant in iis quæ animarum periculum nõ inducunt [e]: per ſuperiores [f] ſuos, niſi fecerint, animaduerſione debita [g] caſtigandi. B

e *Periculum non inducunt.* in his enim canon tollit legem. ſ. de præſcri. c. vlt. ſupra eo. lib. tit. proxi. licet.

Gloſ. ſeq. recit. per obiect. quare hæc inæqualitas.
f *Per ſuperiores.* non enim compelluntur per ipſos ſeculares qui tulerunt ſententiã: quia minor in maiorem &c. xxj. diſt. inferior. de maio. & obed. cum inferior. cũ ſimilibus. Minor autem eſt iuriſdictio ſecularis quàm eccleſiaſtica. de maio. & obe. ſolitæ. xcvj. diſtinct. ſi Imperator. ADDITIO. Et in cle. paſtoralis. de re iudi. ad fin. Ioan. And.

*Iuriſdictio ſecularis eſt minor eccleſiaſtica.*

g *Debita.* arbitraria, ex quo certa non ſtatuitur. de offi. deleg. de cauſis. ff. de iure deli. l. j. ADDITIO. Fa. de accu. inquiſitionis. j. reſpon. in fi. & tenebitur parti ad intereſſe. ſ. de ſenten. excom. ſacro. j. de immu. ecc. quoniam. Ioan. And. C

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

*Continuatio.*

Dictũ fuit tit. proxi. de exceptionibus in genere per quas eliduntur actiones actorum. verùm quia per præſcriptionẽ & vſucapionem repelluntur agẽtes à ſuis intentionibus ſicut per alias exceptiones, ideo conueniẽti ordine ponit rubricam de præſcriptionibus.

*Diuiſio.*

EPiſcopum. Primò ponit dictum rationem interſerens. Secundò rationem explicat: ibi, Nam licet. Tertiò à dicto & ratione vnum caſum excipit: ibi, Niſi. Præmitte quòd epiſcopus ſuper ſubiectione eccleſiarum ſuæ diœceſis, & ſuper perceptione decimarum fundat intẽtionem ſuam de iure communi: vt in iuribus alle. in gl. Do. Tracta fuit hæc decre. de quadam extrauaganti Greg. quæ incipiebat, venerabilium. de qua facit mentionem Ber. ſupra de præſcrip. ſi diligenti. in vlt. gloſſ. in fi. ad cuius declarationem etiam emanauit, & eorum quæ ibi no. moderni. Ioan. Andr. CASVS. Epiſcopus Pictauen. detinebat aliquam Eccleſiam in diœceſi Xancton. vnde epiſcopus Xancton. egit contra Pictauen. epiſcopum, & petebat vt iudex declararet illam eccleſiam eſſe de ſua diœceſi, & ſibi deberi iure epiſcopali. epiſcopus verò Pictauen. allegauit præſcriptionem, & probauit poſſeſsionem ſuam, & perceptionem iurium epiſcopalium per tempus ſufficiens ad præſcriptionem: ſed non probauit titulum. vtrum bona fides epiſcopi Pictauen. ſufficiat ad repellendũ epiſcopum Xanctonen. à ſua actione? Reſpon. ꝙ nõ: ſed vltra bonam fidem oportet ꝙ alleget titulum & probet. puta ſi dicat epiſcopus Pictauen. ꝙ epiſcopus Xancton. cum conſenſu ſui capituli dedit iſtam Eccleſiam epiſcopo Pictauen. cum epiſcopo Pictauen. reſiſtat ius commune. Sed ponamus quòd eſt materia in qua ius commune non reſiſtit epiſcopo Pictauen. quia epiſcopus Pictauẽ. poſſedit pratum vel vineam ſpectantem ad eccleſiam Xanctonen. vtrum poſsit epiſcopus Pictauen. ſe tueri præſcriptione xl. annorum, licet non alleget titulum? Reſpon. quòd ſic, ex quo ius commune non eſt contra ipſum poſsidentẽ. Sed vtrũ primũ dictũ huius cap. ſit verũ indiſtinctè, videlicet ꝙ quando ius commune reſiſtit poſsidenti, quòd ipſe vltra bonam fidem tenetur allegare & probare titulum ſuæ poſſeſsionis? Reſpondet quòd non. Nam ſi poſſeſſor probet poſſeſsionem centum annorum, non tenetur allegare titulum: quia poſſeſſio tanti temporis habetur pro titulo. Sed qualiter poterit ipſe probare poſſeſsionem tanti tẽporis cùm nullus inueniatur qui viuat tãto tẽpore: vel ſi aliqui reperiantur viuere tãto tempore, non tamen poſſent deponere de tanto tempore: quia antequam aliqui ſciant deponere, oportet quòd habeant aliquam ætatẽ & diſcretionem animi. de hoc dicetur in notabilibus. Nota primò quòd in præſcriptione currente contra eccleſiam nõ requiritur titul⁹: ſed ſufficit bona fides. D A

No. quòd cùm ius commune eſt contra pręſcribentẽ, in pręſcriptione etiam longiſsimi temporis titulus requiritur, nec ſufficit bona fides.

*Titulus in præſcriptione etiã longiſsimi tẽporis requiritur ſi ius cõmune ſit contra præſcribentem.*

No. quòd ſi vn⁹ epiſcopus in diœceſi alterius poſsideat aliquas eccleſias, non poteſt ſe tueri præſcriptione, niſi probet præſcriptionem, & cum hoc probet titulũ qui præbuit ſibi iuſtam cauſam poſſidendi: quia aliàs præſumeretur habere malam fidem: ideo ad tollendum malã fidem tenetur probare & allegare titulum. Nota ꝙ quando ius commune eſt contra pręſcribẽtem, tenetur probare & allegare titulum: & hoc ſiue agat, ſiue excipiat: licet aliqui dicant ꝙ iſtud verum eſt quando qui pręſcripſerat, ceciderat à poſſeſsione, & dicebat res illas eſſe ſuas ex præſcriptione. Nam aliquando præſcriptio longi temporis parit exceptionẽ, ſed nõ actionem: iuxta l. ſi quis. C. de præſcrip. long. temp. in medio legis. Communis tamẽ opinio doctorum eſt, quòd ſiue agat, ſiue excipiat, ſi habeat ius commune contra ſe, debet probare & allegare titulum. Nota vlterius quòd poſſeſsio centum annorum habetur loco tituli. & iſte titulus ſecundum doctores erit titulus pro ſuo, qui præſumitur ex poſſeſsione tanti temporis. Sed quęritur qualiter poſſeſſor poterit probare poſſeſsionem de tãto tempore de quo non extat memoria: quia teſtis debet deponere de eo quod percipitur ſenſu corporeo, & tenetur rationem reddere ſui dicti: in. l. ſolent. C. de teſtibus? Reſpondet gloſ. ꝙ teſtes deponent de tempore ſuo, ꝙ tempore ſuo talis poſsidebat talem rem, & ſcimus ꝙ talis poſsidet, & à ſuis maioribus audiuerũt quòd talis poſsidebat talem rem: & ſic debet fieri probatio: aliàs iſtud capitulum contineret contrarietatem. idem econtra aduerſarius poterit probare. Sed quæritur, quibus teſtibus ſtabitur? Reſpondet, dignioribus. & hoc eſt expeditum in cap. in noſtra. de teſti. in ant. C

*Poſſeſsio cẽtum annorum habetur loco tituli pro ſuo.*

DE PRAESCRIptionibus.

Bonifacius octauus.

*In præſcriptionibus ſufficit bona fides vbi ius commune vel præſumptio non eſt contra præſcribentem, aliàs debet allegari titulus & probari: niſi ſit præſcriptio cuius contrarij non extat memoria. hoc dicit Ioan. And.*

CAPITVLVM I.

EPiſcopum qui eccleſias [h] & decimas [i] quas ab eo repetis [k], pponit [l] (licet in tua ſint [m] conſtitutæ diœceſi) ſe legitimè [n] pręſcripſiſſe, allegare oportet [o] (cum ius commune contra ipſum faciat) huiuſmodi præſcriptionis titulum [p], & probare. B

h *Eccleſias.* quo ad proprietatem & iura epiſcopalia.
i *Decimas.* id eſt quartam decimarum quæ debetur epiſcopo. ſ. eo. de quarta. vel propriè. ſ. de deci. quoniam.
k *Repetis.* alteri epiſcopo loquitur: vt patet per ſequentia.
l *Proponit.* per exceptionem præſcriptionis non fit litis cõteſtatio. quod dic vt dixi. ſupra eo. lib. de lit. conteſta. c. ij.
m *In tua ſint.* & ſic ius commune facit pro actore. xvj. q. vij. omnes baſilicæ. ſ. eo. de quarta. & de deci. dudum.
n *Legitimè.* ſcilicet ſpatio xl. annorum. Minor enim nõ currit contra eccleſiam. xvj. q. iij. c. iubemus. §. quas actiones. ſupra eod. de quarta. ADDITIO. Contra laicum præſcribit eccleſia ſpatio xxx. annorum. Tu dic x. vt dixi. ſupra eo. illud. ſuper iij. gloſ. Ioan. And. D
o *Oportet.* neceſsitatẽ importat. ad idem. iij. q. ix. nõ oportet. licet alibi honeſtatem denotet. xxv. q. j. ca. j. vbi de hoc. Idem Arch.

Gloſ. ſeq. ponit. vj. opi. & ſeptimam dicit approbatam. ſecundò obiicit, & obiectioni reſpondet. ponit opi. quam improbat, & diſtinguit. per id quæſtioni reſpondet.
p *Titulum.* circa allegationem & probationem tituli fuerunt opiniones antiquorum: & tales. Primò dixit Ioan. circa corporalia neceſſe eſſe allegari & probari titulum: ſed non circa incorporalia. Sed contradicit ſibi decre. ſi diligenti. ſupra eo. vt ibi not. ad decret. dudum, de deci. reſpondebat etiam vt ibi not. Alij diſtinxerunt inter corporalia quæ habent cauſam continuam, & quæ non: vt in primis non requiratur titulus: ſed in ſecundis ſic. ſuprà eod. auditis. ff. ſi ſer. ven. ſi quis diuturno. Alij diſtinxerunt: aut quis agit ex præſcriptione, aut excipit. ſi agit: vt xvj. quæſtio. iij. cap. placuit. §. poteſt. & Cod. de præſcript. xxx. annorum, ſi quis emptio-

*Titulus an debeat allegari et probari à præſcribente, ſunt opiniones variæ.*

Universidad de Deusto Biblioteca



emptionis,necesse habet titulum probare.Si excipit:vt §.de proba.ex literis.tunc non habet necesse titulum probare: tū quia nemo cogitur dicere titulum possessionis suę.ij.q.v.an sum.in gl.fin.C.de pe.hæred.l.cogi.tum quia non probante actore absoluitur reus.vj.q.vlt.accusator. vt eccle. c.vnico. C. de proba. actor a. Alij dixerunt quòd quocũq; modo quis præscriptionē obiiciat, siue agēdo siue defendendo,tenetur titulū probare: vt.§. eod.si diligenti. Alij dixerunt, & hæc fuit opinio Gof. in sum. huius titu.quòd non est necesse probare titulum,nisi quis possideat ꝓ hærede vel pro possessore. C.de petit.hære. cogi. vel nisi sit præsumptio contra possessorē.C. de proba. siue possidetis. vel nisi se ad hoc obligauerit: vt §.de proba.licet. & in hoc casu intelligebant.suprà de deci. dudum.Alij dicebant quòd olim sufficiebat bona fides, per decre.supra eod.ad aures. hodie requiritur titulus.supra eo. si diligenti. His omnibus opinionibus resecatis tene quod not.Ber.& moderni. supra eod. si diligenti. quorum hic approbatur opinio.Sed obiicio quòd decre. ista & eius distinctio potius sit de verbo quàm de re:quod esse non debet.supra eod.lib.de elect.commissa.§. porrò.secūdùm hoc enim omni casu necesse erit titulū probari, cùm præscriptio semper sit contra ius: & sic contra præscribentem semper præsumendum. sed obiectio non est vera. non enim est contra ius quòd aliquis in fundo meo seruitutem acquirat, immo potius præter ius.licet enim sit contra ius meum, non tamen contra ius commune:vt probatur de serui. Cod. & ff. imputetur igitur mihi si fui negligens & remissus. supra eodem vigilanti. Item voluerunt quidam dicere quòd non est contra ius quòd vnus episcopus in diœcesi alterius sibi acquirat iura episcopalia: sed quòd archidiaconus vel inferior episcopo sibi acquirat episcopalia, hoc est contra ius: & ideo sine titulo non præscribitur. Ad hoc .c. distinction. contra morem. de excess.prælat.accedentibus.Sed primum quod de episcopo dicitur, falsum est: vt hic vides. Ad hoc iij.q.vj.per totum. ix.q.ij.per totum. Dic iudicio meo b, & sic breuiter. Interdum ius commune vetat ne præscriptio procedat: & hoc facit interdum ratione rei: interdum ratione personæ. Et hos casus habes notatos. decimasexta quæstione tertia. clerici. & per Ber. supra de præscrip. cùm non liceat.de his vel nos. Interdum ius commune facit pro petitore & contra possessorem.vt in exemplis hic positis, & in decret. dudum. de deci. & tunc est necesse allegare & probare titulum:vt hic. Ad idem.xiij.distinction.illud. nemo enim debet vti illis ornamentis, nisi probet à principe hoc sibi fuisse concessum. Cod. de vesti. olob. & aur.l. nemo. Cod. nulli licere in fre.l. vna. lib. vndecimo. ad hoc. primo Machabæorum vndecimo, vbi Antiochus dedit Ionathæ potestatem bibendi in auro,& esse in purpura, & fibulam auream ferre.sic etiam intelligitur.c. distinctio. contra morem.quod verum intelligo tam in excipiente, vt hic, & in prædictis iuribus:quàm in agente. ad hoc supra de restit.spo.ad decimas. eodem lib. idem si est præsumptio contra ipsum præscribentem: vt hic, & decima quæstione tertia. quia cognouimus. Cod. de proba. siue possidetis. pone exemplum. supra eod. si diligenti. ibi enim ex confessione ipsius archiepiscopi Pisani insultabat præsumptio contra ipsum.vbi verò ius commune vel præsumptio non est cõtra ipsum præscribentem,bona fides sufficit: vt hic vides. Pone in terminis, Præscribit ecclesia domum meam vel aliam rem meam, ego repeto rem illam quam se iam ecclesia dicit præscripsisse, si ne intentio mea iure communi fundata? certè non. hic ergo præscribenti sufficit bona fides: quia licet illa præscriptio sit contra ius meum,non tamen contra ius commune. notabiliter enim semper habes hoc verbum, ius commune.secus enim in iure priuato. Pone ergo, Præscripsi contra priuilegiatum. priuilegiatus agit contra me, oppono præscriptionem. habeo ne necesse probare titulum? Certè non, quia ille non iure communi, sed speciali fundat intentionem suam. Idem si contra eum qui contra me præscripserat, præscribo. & idem in similibus c. Concludo ergo quòd vbi petitor fundat intentionem suam de iure communi, tunc præscribens habet probare titulum:

*a Sed hæc decre.contradicit: vt sequitur. Ioan. An.*

*b Idẽ Domi.Font.*

*c Dicebat ergo Ioan. Mon. quòd quandoque duo contendentes sunt capaces vniformiter: vt in possessione fundi. quandoque difformiter, & tunc aut habens ius speciale tuetur contra habentem ius commune: & ecõtra. De omnibus his membris quid iuris, in gl. Ioan. And.*

Nam licet ei qui rem præscribit ecclesiasticam, si sibi non est contrarium ius commune, vel contra eũ præsumptio non habeatur, sufficiat bona fides:vbi tamē est ei ius commune contrarium,vel habetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus qui possessori causam tribuat a præscribendi:Nisi b tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria c nō existat.

A alias non,nisi præsumptio faciat contra ipsum.Et secundum hoc possemus dicere quòd quãdo vna ecclesia petit decimas ab alia ecclesia quas possidet in tertia parochia,quòd ibi sufficiat præscribenti bonam fidem probare:quia licet ius commune faciat contra præscribentem,non tamen facit pro petente d: & sic forte posset intelligi decr. s.e.ad aures.secundũ illos qui dicũt quòd per illam decre.sufficiebat olim bona fides, & facit ad hoc ff.si ser.ven.l. loci.§. vlt.vbi dicitur quòd si domus mea quæ est iuxta te & Seiũ, debet seruitutē Seio altius non tollendi: te inuito altius tollam.nam licet nō habeã ius tollendi propter seruitutem Seij: tu tamen non habes ius prohibendi. Supràdicta sunt vera, nisi sit tanti temporis præscriptio &c. vt sequitur.

## Idem.

*Priuatus ipso iure vel per sententiam bonis quæ tenet à Romana vel alijs ecclesiis, illa minori spatio centum annorum contra Romanam,vel quadraginta contra alias non præscribit.Filij autem hæreticorum qui catholici putabantur, bona paterna contra Romanam & alias ecclesias præscribunt spatio quadraginta annorum.& idem in extraneis.Ioan.And.*

## CAPIT. II.

B SI qui exigētibus culpis vel excessibus ab eisdem cõmissis,bonis quę à Romana †

a *Causam tribuat.* non enim requiritur quòd sit iustus titulus vel talis qui dominium tribuat.ad hoc supra eo.veniens. quia quod meum est ex vna causa &c. de fide instrum. inter dilectos,§.cæterũ. in fi.sed aliqualis titulus dat causam præscribendi:de quo dic vt suprà eodem si diligenti.

b *Nisi.* istud nisi,venit exceptiuè ad id quod dixit de titulo: non ad id quod dixit de fide: quia non prodesset talis præscriptio nisi mala fide:nulla enim antiqua dierū possessio &c. supra eo.vigilanti.& .c.vlti.

Glossa gloss. notat.alleg. quinque concor. quærit & soluit. Iterum incidit quæstio quam soluit.

c *Memoria.* Nota pro iis quæ not. Bernar. Ioan.& Hostien. supra de verb.signi.super quibusdam.concor. ff.de proba. si arbiter.lxv.distin.mos antiquus.ff.de aqua cotidia. & æstiua.l.hoc iure. §.ductus aquæ.iij.q.vj.hęc quippe.ff.de aqua plu. arcen.l.j.§.vltim. Sed quomodo probabitur tanti temporis præscriptio? Dico secundum Hostiens. qui hoc not. de verborum signifi.quid per nouale. quòd dicent testes præsentis (si talem habent conscientiam d) quòd semper viderunt & audierunt ita esse: nec vnquam viderunt vel audierunt contrarium.& quòd communis est, & fuit semper opinio quòd sic fuerit:& quòd nō extat contrarij vel initij memoria.si autem contra hoc aduersarius probare vellet: testes sui (si de ipsorum esset conscientia) deberent dicere quòd viderunt tali tempore contrarium, & audierunt à suis superioribus contrarium eius fuisse. Quid ergo si vtraque pars probat?tunc præferuntur testes magis idonei,& qui dicunt aptiora. suprà de testib. in nostra. vbi de hoc. & si cilli qui dicunt se vidisse contrarium, deberet præferri: cùm aliquid satagant negatiuam.vj.quæst. vlti. accusator cum suis simil. Materiam huius glos. vide plene in spec.de proba.§.j. versi. vlti.quæritur.vsque ad fi.§.Ioan.And. ADDITIO. Ponderare verbum,testes,sæpe in hac glos.repetitum.Nam per instrumenta non videtur posse probari hæc communis opinio,vel negatiua:cùm non sit res de qua instrumentum rogari vel confici possit(licet secus sit in negatiua determinata:vt dixi suprà de electione.bone.j.)Sed ipsius contrarium cùm sit actus affirmatiuus, bene recipit probationem per instrumentum, per quod poterit memoria contrarij actus probari.Ioann.Andr.

C SI qui. Duæ sunt partes,quæ patent. Ioannes Andreæ. Præmittit quòd vbi propter crimē quis ipso iure vel per sententiam erat priuatus suis bonis, si per aliquem illa occupabantur vel apprehendebantur:præscribebantur ab illo contra eum cui applicari debebant secundum leges: aliquando per annum a, aliquando per aliud tempus secundum varietatem casuum:vt patet in legibus hic allegatis in gloss. Domi. CASVS. Titius perpetrauit delictum propter quod bona sua fuerunt cõfiscata per sententiam iudicis, vel sine ministerio hominis ipso iure fuerunt confiscata. Ponamus quòd Titius tenebat res in feudum ab ecclesia Romana, vel alia ecclesia.non refert.Confiscatis bonis propter delictum suum, certum est quòd feuda debent redire ad ecclesiam: tamen ecclesia fuit negligens in petendo feuda. quæritur intra quod tempus repellitur ecclesia à petitione feudorum?Respondet quòd ecclesię Romanę currit solū tempus & præscriptio centum annorum : contra alias ecclesias currit præscriptio.xl. annorum. Sed ponamus ꝙ pater meus tēpore suo fuit hæreticus:sed tamē hæresis sua fuit occulta. D certum

*d Idẽ Do. et in fi.valũt glo. in. c. ad decimas.de restitu. facit text. hic in principio: sed Philip. tenet contra glo. per text. hic in medio & fi.dicentē generaliter quòd titulus requiritur vbicunq; ius commune resistit præscribenti: quia tunc est præsumptio malæ fidei: vt in reg.qui cõtra.j. eod. lib. placet glos & sic habet singularem limitationẽ ad istũ text.Font.*

*† Per ecclesiã Romanam intelligẽ generaliter omnes res quæ ad dispositionem pontificis immediate spectãt.ca. ad audientiã. § eo.Font.*

*c Quæ pro præscribit cadit in circumuicinos.ff. de flu.l.i. ibi,æstimatione circumcolentiũ.Ioann. And.*



certum est quòd est incapax possessionis & dominij omniũ bonorum, licet esset reputatus catholicus. post mortem suã fuit detecta eius hæresis, & bona sua fuerunt confiscata.ego tenui bona post mortem ipsius:quia ecclesia nõ petijt illa bona:vtrum possim me tueri præscriptione.xl.annorum?Certè sic. & hoc verum, siue sit Romana ecclesia,siue alia. Et sic ecclesia Romana vtitur hic iure communi,videlicet quòd cõtra ecclesiam Romanam currit præscriptio.xl.annorũ. No. primò hic text. declarantem quid importent ista verba,ipso iure,quia concludunt priuationē rei absq; alia probatione sententiæ.vide gl. in c.j.de rescrip.eod. lib. No.secundò ꝙ legum humanarum appellatione cõprehenduntur leges ciuiles. vide gloss. infra de priuileg. capitul. ij. Domini.

vel ab alijs tenent a ecclesijs, sint per sententiam, b vel ipso iure c priuati : statuimus vt in apprehendendis † vel occupãdis postea quandocunque bonis eisdem, nullus (licet leges humanæ super hoc alia tempora statuere videantur d)ipsis ecclesijs temporis lapsus obsistat, nisi contra ipsam Romanam ecclesiam centenaria e, vel contra ecclesias alias quadragenaria f præscriptio legitimè g sit completa h. Si post mortem hæreticorum (qui dum viuerent catholici putabantur i) bona ipsorum à catholicis k eorum filijs vel nepotibus aut extraneis quibuscunque l spatio quadraginta annorum fuerint bona fide m possessa: sancimus eos super bonis huiusmodi (etiam si ad Romanam peruenire deberent ecclesiã) in hoc casu n non esse vlterius molestandos: quanquam B illi quorum bona fuerant, nunc o † detegantur hæretici p extitisse.

a *Tenent.* in feudum,vel alio modo:vt dicam infra.

b *Per sententiam.* vt quia propter ingratitudinem reuocata fuit donatio,suprà de dona.cap.vlt.C.de reuoc.don.l.vlt.Ad idem supra de pœn.ad aures.j.de schis.c.vnico.

Glossa sequens allegando.vj.concor.ponit.vj. exempla.

c *Ipso iure.* pone exemplum .suprà de pœnis, in quibusdam a. licet ibi quidam dicant contrarium, scilicet eos per sententiã ibi priuandos. Ad idem supra eodem lib. de elect. vbi periculum.§. ipsos insuper.& cap. fundamenta §. quòd si secus.infra de pœn.felicis. & supra de sentent. excommu. grauem.ad fin.in lib.feudo. de feu. non alie. imperialem. §. præterea. cum si.

d *Videantur.* vt in authenti. de san. epis. §.si quis rapuerit. ad fin. tit. per vnam columnam, col. ix. vnde fuit tractum. xxij. quæstio.j. si quis rapuerit. vbi dicitur quòd bona corrumpentis,rapientis,vel solicitãtis monialem, vẽdicari debent monasterio. sed si postquam crimen notum fuerit, neglexerit ecclesia per annum petere : tunc applicantur fisco. & facit.ff.de diuer.& temp.præscrip.in omnibus.& quod ibi no. Ioann.Mo.& Archi.alleg.auth.vt cùm de app.cog.§.generalem.ver.si verò,col.viij.vbi non extantibus,filijs agnatis vel cognatis catholicis,defertur ecclesiæ, quæ si per annum petere negligat:defertur fisco.Ioan.And. ADDITIO. Bona ad ecclesiam delata aliquãdo peti possunt intra annũ: vt tetigit hæc gloss. Aliqua iura videbantur dicere de quinquennio.C.de appel. l.ij.& de hæreti. Manichæos. & quod ibi no.in.iij.glos.Alia videntur dicere de quadriennio.ff.de diuer.& temp. præscrip.inter quatuor. C. de quadrien.præscrip.l.j.Ioan.And.

e *Centenaria.* xvj.q.iij.nemo.de præscrip.si diligenti. &.c. cum nobis.& ibi nota qualiter probetur talis præscriptio.

f *Quadragenaria.* xvj.q.iij.cap.iubemus.§.quas actiones.suprà de præscrip.de quarta.&.c.ad aures.cum similibus.

g *Legitimè.* supra cap.proxi.

h *Completa.* vt subducantur tempora schismatum, vacationum b,hostilitatum,& similia.supra eod.ca.j.&.c.ex trãsmissa.&.c.cum nobis.

i *Putabantur.* in alijs igitur hæc præscriptio locum non habet.ad hoc.suprà de præsump.nonne.

k *Catholicis.* bene dicit:quia secus si essent hæretici: illi enim nihil possunt possidere. xxiij.q.vij.per totum. viij. dist. quo iure.ergo nec præscribere:quia præscriptio sine possessione non procedit. suprà de proba.ex literis. §.eo.causam. ff.de vsucapi.sine possessione.j.de reg.iu.c.iij.

l *Quibuscunque.* dum tamen catholicis:vt suprà.

m *Bona fide.* credebant patrem vel testatorem fuisse catholicum:& sic iusto titulo in ipsos eorum bona transisse.

n *In hoc casu.* Nota specialem casum in quo quadragenaria præscriptio currit contra Romanam ecclesiam, & fungitur vice aliarum ecclesiarum.{Vide quod nota.xvj.q.iiij.voluimus.in gl.antepen.& quod nota.de ca.mo.dilectus, & quod ibi dixi.per quod decido quod hic no. Arch.} Sic olim omnes ecclesiæ gaudebant priuilegio centum annorum. C.de sacrosanct.eccle.vt inter diuinum.

o *Nunc.* scilicet tempore quo ecclesia vult bona vendicare, si referatur ad verbum detegantur.vel nunc,scilicet tempore mortis suæ:si respiciat verbum extitisse. alias est in litera,tunc.& clarius.

Glos. seq. obiicit & soluit.

p *Hæretici.* sed nonne tales damnantur? & ipsorum memoria etiam post mortem: vt hic,& vigesimaquarta,quæstione secunda,cap.vlti. & suprà de hæreti. si quis episcopus. ergo & bona intelliguntur esse damnata, cùm sint accessoria ad personam. Cod. de bon.ꝓscripto. authẽ. bona in fine. &.l.fin. in fine. Et facit quod no. de cleri. coniug. quod à te. Sol. speciale est e in hoc casu propter bonam fidem ipsorum catholicorum hæredum, qui tanti temporis, scilicet. xl. annorum ꝓscriptione sibi dominium quęsiuerũt: aliàs locum haberẽt contraria: nam & si aliam rem ecclesiasticam præscriptibilem bona fide tanto tempore possedissent, pręscripsissent: ergo & ista bona pręscribent. ADDITIO. Nisi hæc constitutio emanasset,parum iuuaret hæc ratio. In re enim ecclesiæ præscribebatur ecclesiæ quæ neglexit petere. Sed hic ante pronunciationẽ nulla negligentia:vt dixi super versic.sancimus.

*† Notat de Anch. ꝙ post sententiam iuris vel hominis facienda est executio: sed quòd declaratoria executionē præcedat.ca.cũ secundũ.j.eod.de hæret.siue illa concernat res, siue personam. vnde in crimine læsæ maiestatis retinetur titulus in bonis.ar.not. in.l.hu cõsequenter. ff.fami. ercisc.donec separatur declaratoria.l. et qui delatorem.ff. de iure fisc. etiam si crimē sit probatum & notorium, quia probatio non tantum potest sicut sententia: vt not. de Ancha. de offic.deleg. index.§.c. cui adde gl. singularem secundum Domi.in c. fi. de cõfes.§.e.in l.sed et si.§.si cu. ff.de vsuraris.Font.*

*a Idem Io. Mo. et Ar. & hoc ibi tenuit Hosti. qui recitat quod sequitur, s. quosdam tenere contrariũ, nec exprimit qui sint illi. Ioan.And.*

*b Dicit Ar. siue vera vacet siue interpretatiuè.§.e. c.I.§.1.16. q.3. prima actione. cũ duobus.ca. fi.Io. And.*

*e Idem Io. Mo.& Ar.*

*† Si ergo ante præscriptionẽ completam detegantur fallit hic text. Ioan And. Font.*

## DE SENTENTIA ET re iudicata.

Visum fuit supra per discursum titulorum præcedentium de iudicijs & præparatorijs iudiciorum, & de allegationibus & defensionibus partium. Et quia postquam partes allegauerunt & proposuerunt totum id & quidquid proponere & allegare voluerũt, superest solum sententia & apunctamentum iudicis:ideo ad nos informandum ponit rubricam de sententia,& re iudicata.

C CVm æterni. Diuiditur in quatuor partes, secundum Ioann. Mona. Primò ponit prooemium. Secundò dat formam sententiandi, supple, & procedendi: ibi, Caueant. Tertiò contrà facientem suspendit: ibi, Si quis. Quartò non seruantem suspensionem punit multipliciter: ibi, Sciturus, Ioan.And. Pro intellectu huius cap. præsupponendum est quod habetur in. l.vltima. ff. de varijs & extraordina. cognitio. & institu. de obligat. quæ ex quasi delict. nascuntur. videlicet quòd iudex si per imprudentiam malè iudicauerit, tenetur parti quam læsit, secundum quòd bonum & æquum iudici videbitur: & dicitur facere litem suam. CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ summa, puta in centum. conueni te coram iudice competenti : tu per pecuniam, vel preces amicorum tuorum corrupisti iudicem intantum quòd ipse tulit iniquam sententiam contra me,& te ab impetitione mea absoluit:contra tamen suam conscientiam & iustitiam. quæritur an sit aliqua pœna puniendus? Respondet Romanus pontifex quòd sic. nam vltra pœnas legales est mihi cõdemnandus in æstimationem litis : & insuper est suspensus per annum ab officio. & si pendente illo anno se diuinis immiscuerit, incurrit irregularitatem : à qua non poterit nisi per Romanum D pontificem absolui. Nota primò ex principio huius cap. quòd iudex debet iudicare magnum vt paruum, antiquum vt iuuenem, in cap. nouit. de iudic. in anti. ita vt apud eum non sit aliqua acceptio personarum. Nota vlterius principalem effectum huius cap. videlicet quòd iudex malè iudicans contra iustitiam & conscientiam,incurrit varias & diuersas pœnas hic contentas. Nota quòd istæ pœnæ imponuntur iudici malè iudicanti vltra pœnas legitimas, id est à legibus indictas: vt in cap.at si clerici. de iudicijs, in antiquis. Nota quòd iudex malè iudicans primò efficitur infamis infamia iuris, quæ ipsum repellit à testimonio, & à dignitate : ita quòd non poterit esse iudex, nec aduocatus, nec alium accusare. Item non facit querelam vbi aliàs locum haberet. Item locum facit querelæ vbi aliàs non haberet locum querela. Nota quòd iudex male iudicans suspenditur ab officio per vnum annum : & si pendente illo anno se immiscuerit diuinis, incurrit irregularitatem, à qua non potest absolui per alium nisi per papam. Nota sex requisita ad hoc quòd iudex male iudicans incurrat pœnas hic contentas.Primò requiritur quòd ipse iudicet contra iustitiam: secus si iudicaret cõtra conscientiã, dum tamẽ secundum

*Diuisio.*

*Iudicetur magnus vt paruus.*

*Infamia notatur iudex male iudicans.*

*Iudex pœnam.c.I.de re iudi non incurrit nisi sex concurrentibus.*

ſecundum iuſtitiam. Secundò requiritur quòd ipſe iudicet contra conſcientiam. Tertiò quòd ſciat quòd male iudicat. ſi autem credebat bene iudicare, tunc non haberent locum omnes iſtæ pœnæ: tamen iudex teneretur ad æſtimationem litis: vt inſtitutionibus de obligationibus quæ ex quaſi deli. naſcuntur, circa principium. Quartò requiritur quòd iudex hoc fecerit in grauamen alterius partis: ideo ſi iudex iudicet contra cõſcientiam, & contra iuſtitiam, ſed non in læſionem alterius partis: non haberent locum iſtæ pœnæ. Quintò requiritur quòd ipſe fuerit motus ad iudicandum male per ſordes, id eſt per pecuniam, gratiam, vel preces alterius: vel fauore, vel odio. Sextò requiritur quòd ipſe grauet partem in faciendo: ſecus eſt in negligendo. Iſtud quidam notãt in verbo fecerit, quia cùm illa cõſtitutio ſit pœnalis, debent ponderari omnia verba ipſius: ideo dicunt quòd requiritur factum iudicis. ſecus ergo ſi iudex aliquid omittat: tunc enim non teneretur hic contentis, licet iudex bene teneretur ad intereſſe partis. Nota vlterius ex iſto textu iuncta gloſſa, quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata: vtrum autem poſsit iudex iudicare contra conſcientiam priuatã, tractatur in cap. paſtoralis. de officio & poteſtate iudicis delegati, in antiq. Et dicunt aliqui quòd ſi iudex habeat conſcientiam informatam ex actis, debet iudicare ſecundum illam conſcientiam: ſed ſi habeat conſcientiam cõtrariam conſcientiæ informatæ ex actis: nullo modo debet iudicare ſecundum illam conſcientiam. Dominus autem Siculus Barbatia tenet quòd iudex debet ſemper iudicare ſecundum allegata & probata, non autem ſecundum conſcientiam priuatam. & dicit quòd ſi iudex habeat conſcientiam priuatam contrariam conſcientiæ informatæ ex actis: debet deponere illam conſcientiam priuatam, & ſe conformare actis iudicialibus. Nam dixit quòd iudex debet credere, & ſemper gerere in mente quòd diabolus fecit ſibi illam conſcientiam priuatam, & quòd appoſuit ſibi phantaſmata, quæ tamen non ſunt vera, vt ipſe iudicaret. Nota quòd condemnatus iniuſtè per iudicem, non cenſetur condemnatus apud Deum. de hoc de ſententia excommunicatio. à nobis. §. nos igitur. ibi, propter quod. Et cum hoc nota quòd licitum eſt arguere à dictis prophetarum. Nota quòd appellatione cauſæ comprehenditur etiam ſententia. quod nota, quia facit quòd procurator conſtitutus ad cauſam, videtur etiam conſtitutus ad ſententiam. Domi.

*Iudex an debeat ſemper iudicare ſecundũ allegata et probata.*

## DE SENTENTIA ET re iudicata.

Innocentius quartus in cõcilio Lugdunenſi.

*Iudex qui contra iuſtitiam & contra conſcientiam aliquid in iudicio fecerit in grauamen partis per gratiam vel per ſordes: condemnandus eſt parti læſæ in æſtimationem litis, & per annum eſt ſuſpenſus, & perpetuo ſi medio tempore ingerat ſe diuinis, niſi papa cum ipſo diſpenſet. Ioan. And.*

### CAPITVLVM I.

Cum æterni [a] tribunal [b] iudicis illum reum [c] nõ habeat quẽ iniuſtè iudex [d] condemnat [e], teſtãte Propheta [f]: Nec damnabit [g] eum cũ iudicabitur illi [h]: Caueant eccleſiaſtici [i] iudices & prudẽter attẽdãt vt in cauſarũ proceſsibus [k] nil vendicet odiũ [l], vel fauor vſurpet: timor exulet, præmium aut expectatio præmij iuſtitiã nõ euertat [m], ſed ſtateram [n] geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine [o], vt in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis [p] ſententiis & ferendis [q], præ oculis habeat ſolum Deum [r]: illius [s] imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingrediens, ad dominum referebat, vt ſecundum eius imperium iudicaret. Si quis autem iudex eccleſiaſticus, ordinarius [t] aut etiam delegatus famæ ſuæ prodigus [u], & proprij perſecutor honoris, contra conſcientiam & contra [x] iuſtitiam in grauamen [y] partis alterius in iudicio [z] quidquã fecerit per

*Pſal. 36.*

*Exo 32.*

a *Aeterni.* id eſt Dei patris. ſuprà de ſumma trinitate. capitul. j. in princip. ADDITIO. Archidiaconus allegat. xxxij. diſtinctione erubeſcant. in fine xj. quæſtione iij. cuſtodi. ix. quæſtione iij. aliorum. Ioannes Andreæ.

b *Tribunal.* id eſt locus in quo ius redditur, vel vbi pro tribunali ſedet iudex, qui aliàs forus vocatur. ſuprà de verborum ſignific. forus.

*Tribunal quid ſit.*

c *Reum.* à reatu. non enim qui accuſatur, ſtatim reus eſt: ſed qui conuincitur criminoſus. xv. q. vltima, cap. vlt. de verb. ſignifi. forus.

d *Iudex.* humanus id faciens errore vel dolo: & in eo quod male iudicat, non eſt iudex: cùm non ſit in eo iuſtitia. xxiij. quæſtio. ij. cap. j.

e *Condemnat.* fuit hoc ſumptum. xj. quæſtione iij. & ſi ad tempus. & hoc eſt ideo, quia iudicium Dei innititur veritati, quæ nec fallit nec fallitur. iudicium hominis opinioni, quæ fallit & fallitur. de ſentent. excommuni. à nobis. ij.

*Iudiciũ dei non fallit nec fallitur.*

f *Propheta.* Dauid in pſalmo, Noli æmulari.

g *Damnabit.* Deus.

h *Illi.* id eſt contra illum: id eſt cùm fiet iudicium de illo: & ſunt hæc verba xxxiij. q. iij. non in perpetuum. ADDITIO. Et ibi exponitur. Ioan. And.

i *Eccleſiaſtici.* ſeculares non ligat: cùm nec pœna inferius poſita illos ligare poſsit. & facit ſupra eodem lib. de electio. indemnitatib. in fin.

k *Proceſsibus.* quibuſcunque. ſuprà de probat. quoniam cõtra falſam.

l *Odium.* priuatum. ſuprà de teſtib. quoties. {Ad idem. iij. quæſtion. vij. iudicet. xv. quæſtio. vij. capit. j. xxiij. queſtio. iiij. capit. j. & cap. ea vindicta. in princip. facit. xj. quæſtio. iij. ita enim. & quæſtio. iij. capit. j. xj. quæſtion. v. omnes qui. ſecundũ Archid. lxxxvj. diſtinctio. odio. xxiij. quæſtio. iiij. duo iſta. ADDITIO. Ad idẽ. j. quæſt. j. odit. xxiij. quæſtion. j. odi. hæc quatuor iura probãt quod licet odire vitia. Et dicit Archi. de tali odio loquitur pſalmiſta pſalm. 138. ad finem. Perfecto odio oderam illos. Admittitur etiam odium culpæ quo inducta eſt præſcriptio ad negligentiam puniendam. ſupra de præſcrip. vigilanti. Ioan. And.

m *Non euertat.* hæc enim quatuor humanum ſolent peruertere iudicium. xj. q. iij. quatuor. & veritatem in teſte. ſuprà de teſt. quoties. & ca. licet ex quadam. Et illa quatuor his verſibus comprehenduntur.

Quatuor iſta, timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent rectos hominum peruertere ſenſus.

ADDITIO. Dicit Ioannes Monachus quòd quidam addant quintum, ſcilicet ignorantiam. ſuprà de tempo. ordin. vel non eſt compos. Et alij ſextum, ſcilicet negligentiam. infrà de homi. pro humani. lib. vj. Ioannes Andreæ.

*Iudices per multa corrũpuntur.*

n *Stateram.* xxiiij. quæſt. j. non afferamus. qui enim rectè iudicat, ſtateram in manu geſtat. xlv. diſt. omnis qui. & ita magnum iudicabit vt paruum. de iudi. nouit. licet in pœnis deferatur dignitati & perſonæ. ſupra eodem lib. de offic. delegat. cap. ij.

*Iudex rectè iudicãs dicitur ferre ſtaterã.*

o *Libramine.* ſic & contrahentes iuſtas menſuras & pondera debent habere. ſuprà de emp. & ven. cap. ij.

p *Concipiendis.* hoc quo ad ſcripturam & pronunciationem ipſarum.

q *Ferendis.* hoc quo ad prolationem verbalem. ad hoc infra, cap. vltimo.

r *Deum.* à quo ſicut iudicabunt, iudicabuntur. C. de iudi. rem non nouam. & remetientur in qua mẽſura fuerint menſi: vt de pœnit. & remiſs. cum ex eo. ADDITIO. de accuſa. qualiter. j. Ioan. And.

s *Illius.* Moyſi. Exod. xxxij. & habes idem. xj. queſt. iij. ſummopere.

t *Ordinarius.* fallit in epiſcopis [a] qui aliqua ſuſpenſionis canonis pœna non comprehenduntur, niſi de ipſis caueatur. infrà de ſententia excommunicationis. quia periculoſum. & ſuprà eodem lib. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi.

*a Licet grauius peccẽt. de hoc ſ. de ſurem. cum quidã. Ioã. And.*

u *Prodigus.* ſic ſuprà de accuſ. cap. vlt. & ſic crudelis eſt etiã ſi conſcientiæ ſuæ confidat. xij. q. j. nolo.

x *Et contra.* Nota iſta duo ſic copulata. vtrunque enim requiritur vt locum habeat pœna. Non enim ſecundum conſcientiam ſimpliciter iudicare debet: ſed informare debet eam ſecundum allegata & probata. de hoc. iij. quæſtione vij. iudicet. ſuprà de offic. delegat. paſtoralis. §. quia verò.

*b Iſtam gl. ſequuntur Phi. Do. tamen in honorabilib9 appellatione iudicum venirent arbiter. gl. in verbo iudices in. c. 1. in princ. ſ. eo. de confeſſ. Font.*

y *In grauamen.* ecce tertium quod requiritur vt locum habeat pœna.

Gloſ. ſeq. quærit. ponit opi. quam determinat. finis ſoluit aliam quæſtionem.

z *In iudicio.* [b] quid de arbitro? nũquid hęc pœna in ipſo locũ habebit?



habebit? Dic ſecundum Goſ. & Ber. quòd non: quia de ordinario & delegato hic tantum cauetur: & hęc eſt pœna: & ſic non amplianda. de pœni. diſt. j. pœnæ. j. de reg. iur. odia. & c. in pœnis. quod eſt verum ſecundum Hoſti. Io. Mo. & Archi. ſi ſit arbiter compromiſſarius. ſecus ſi in locum ordinarij vel delegati ſuccedat. Ad hoc ſupra eo. lib. de offic. deleg. ab arbitris. Et eadem ratione dixit Hoſti. ꝙ non credit hanc pœnam in auditore vel in mero executore locũ habere: cùm & hi non ſint iudices. ſupra de offic. deleg. ſuper queſtionum. §. j. & §. verũ. ADDITIO. Idem. Ioã. Mo. & Archid.

*† No. quòd ſuſpenſus à iure ſe diuinis ingerẽs efficitur irregularis. vide doct. in. c. ſi. de cler. excõ. mi. & quid ſit irregularitas, et vnde ſumpſerit originẽ, Do. Ioan. An. hic tenetur tamẽ dicere horas: vt not. 33 di. c. pe. in vlt. gloſ. Fonta.*

gratiam vel per ſordes [a]: ab executione officij [b] per annum [c] nouerit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem litis parti quam læſerit, nihilominus condemnandus [d]. Sciturus quòd ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ingeſſerit ſe diuinis [e], irregularitatis [f] † laqueo ſe inuoluet ſecundum canonicas ſanctiones: à qua [g] non niſi per ſummum [h] pontificem poterit liberari, ſaluis alijs conſtitutionibus, quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas ingerunt & infligunt [i]. Dignum eſt enim vt qui in tot [k] præſumit offendere, pœna multiplici [l] caſtigetur.

Idem ſacro præſente concilio, ad memoriam ſempiternam.

*Papa imperatorem deponere poteſt ex cauſis legitimis. h. d. ſecundum Paulum.*

### CAPIT. II.

Ad apoſtolicæ dignitatis, & infrà. Sane cum dura guerrarum commotio nonnullas profeſsionis Chriſtianæ prouincias

a *Vel per ſordes.* hoc eſt quartũ quod requiritur vt locum habeat pœna hæc. Et dicitur fieri per ſordes, ſi prece, pretio, timore, vel odio iudex corruptus ſit: & ideo de his fecit ſuperius mentionem. ADDITIO. Apertius dici poteſt ꝙ ſex ſunt quę requiruntur vt iudex incurrat hanc pœnam. Primò, ꝙ contra conſciẽtiam. Secundò ꝙ contra iuſtitiam. Tertiò, quòd in grauamẽ partis. Quartò, ꝙ in iudicio. Quintò, ꝙ faciat per ignorantiam: ſed in hoc opinio, vt dixi, circa tex. Sextò, ꝙ per gratiã vel ſordes, altero deficiẽte ceſſat pœna. Arg. ff. de verb. oblig. ſi quis ita ſtipulatus. Ioann. Andr.

*Iudex male iudicãs per dolum aut imperitiã, qua pœna puniatur.*

Gloſſa ſeq. quærit, & opin. ponit Hoſtien.

b *Officij.* quid de beneficio: Dicit Hoſtienſ. ꝙ quia pœnæ ſunt reſtringendæ, hoc ad beneficia non extenditur. ſi enim papa hoc voluiſſet, id expreſsiſſet. de deci. ad audientiam. In ſuſpenſione autem hominis poſſet habere locum ſuſpenſus ab officio, & à beneficio. Huius directè no. contrarium Io. xxxij. diſt. præter hoc. & facit quod dixi. ſupra eo. li. de elect. quia ſæpe. & quod no. de app. paſtoralis, in fin. ADDITIO. Plenius in cle. de pœ. cupientes. in glo. nota nouam. in fi. vbi etiam inuenies quod ibi not. Ioan. Mo. & Archi. Ioann. And.

*Suſpenſus ab officio an ſit ſuſpenſus à beneficio.*

c *Annum.* extunc inchoandum. ſupra eod. lib. de elect. cupientes. §. cęterũ. Quid ſi annus fuerit biſſextilis? Dic vt no. lv. diſt. c. ij. ſ. de verb. ſig. quæſiuit. §. j. ADDITIO. Hoſti. & Io. Mo. hic tenent quòd ſi incurrat in anno biſſextili, abſtinebit. ccclxvj. diebus, cùm hic agatur de facto animæ. vnde ſequendum eſt certius. alleg. de ſpon. iuuenis. ſupra de cleri. excommun. illud. Ioannes Andreæ.

d *Condemnandus.* C. de pœ. iu. qui ma. iudi. l. vlti. & infamis eſt: vt ibi. ff. de iudi. ſi filiusfamilias. & iure authenticorum condemnatur in triplum. ſi ciuilis ſit cauſa: ſi criminalis, punitur in confiſcatione propriæ ſubſtantiæ: & in exilium mittitur. in auth. vt lit. in exor. lit. iurent. §. ſi quis autem. poſita. C. de pœn. iud. qui male iu. authen. nouo iure. Si autem per imprudentiam iudex malè iudicauerit, tenetur ex quaſi maleficio inquantum bonum & æquum viſum fuerit iudici. ff. de var. & extraor. cog. l. vlti. inſtit. de obli. quæ ex quaſi delic. in princ. ADDITIO. Vide quòd not. ij. q. vj. hoc etiam. in gloſſ. fin. & an hæc ſecunda pœna locum habeat in arbitro, vide in ſpec. de arbitris. §. j. verſi. ſed & ſi. & verſi. ſequẽti. Ioann. Andreæ.

e *Diuinis.* officijs. nec dicit de beneficijs. ſecundũ Hoſtien.

f *Irregularitatis.* de qua dicetur. j. de ſent. excom. cum medicinalis. Ioan. And.

g *A qua.* irregularitate. aliàs à quo, ſcilicet laqueo.

h *Per ſummum.* eſt enim de caſibus reſeruatis: vt. xj. quæ. iij. ſi quis epiſcopus damnatus, & c. ſeq. de ſen. excom. cum illorum. & de hoc de cle. excom. mi. clerici. ADDITIO. Idem dicit hic Innocen. de corpore vitiatis, & illegitimè natis, & pœnitentibus, & bigamis: & ſic ſeruat eccleſia Ro. ſecundũ eum. & hoc dictum poſuerunt Hoſtienſ. & Abbas. & Hoſti. alleg. de cor. vi. cap. j. de biga. cap. j. ij. & iij. lj. diſtinct. qui in aliquo. de illegitimè natis expeditum eſt. ſupra eo. lib. de fil. presby. c. j. Ioan. And.

i *Infligunt.* nec mireris ſi de vno delicto plures pœnas volumus irrogari: dignum eſt enim & c. & ita continua. & facit quod not. de iudi. at ſi clerici. in gloſſ. penult.

k *In tot.* ſcilicet in deum, iuſtitiam, officij debitum, humanam naturam: quia contra proximum eſt corruptus: & ſic nec deum timet, nec hominem reueretur [a]. Et facit ſupra de crimi. fal. c. j. ADDITIO. Et. j. de app. cordi. in fi. Io. And.

*a Vide q̃d j. dicam. c. proxi. ſuper verbo, duritiam.*

l *Pœna multiplici.* & ſic ſit approbata illorũ dominorũ dicto. legum opi. qui dicebant in pręal. ll. omnes pœnas habere locum. ADDITIO. Alleg. Hoſtien. xiij. diſt. duo mala. xciiij. diſt. ſi quis autem. iiij. diſt. factæ ſunt. de celebrat. miſ. de homine. & de vi. & hone. cleri. vt clericorum. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. diuidit. poſtea reci. per duas quæſtiones. ſ. quare dicat ſuperſcriptio de præſentia concilij, & quare de memoria ſempiterna.

r *Similis.* vt cum peteretur ex cauſa donationis factæ à rege: modo fit fides de donatione facta ab alio, puta monaſterio Populeti: vt hic allegabatur: ergo ſimilis cauſa, ſed ab alia perſona, & aliis loco & tempore, & iis quæ comitantur cauſam.

ſ *Tunc.* ſcilicet tempore litis conteſtatæ. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. reci. per quæſtionem, quam diſtinguendo ſoluit & remittit.

*Obnoxium.*



a *Obnoxium.* talis generalis libellus in perſonalibus actionibus non debet admitti. ſ. de libel. obla. ca. vlti. tamen valet ſi recipiatur: & ſibi imputet reus qui cauſam non fecit exprimi in libello. C. de an. excep. ſi ex multis. In realibus cõmuniter admittitur. ff. de except. rei iudi. ſi mater. §. eadem. & l. & an eadem. §. actiones. & de hoc plene. ſupra de libel. oblat. cap. ij. & ff. de eden. l. j. Ioan. And.

b *Quoniam etſi.* proximum dictũ tribus rationibus probat. Ioan. Andreæ.

c *Tenuit iudicium.* ac ſi iuſte petiiſſet: dũmodo iuris ordo ſeruetur in iudicio, qui ſeruari debet, & ſententia tenet contra eum & pro eo, licet feratur contra ius litigatoris, niſi fuerit appellatũ. ij. quæſt. vj. cap. ei qui. §. definitiua ſupra eod. titu. cum inter vos.

d *Nec etiam.* ſecunda ratio.

e *Conſcientia.* ſi enim generaliter dixerint eum obnoxium, & illum iudex tempore ſententiæ obnoxium reperit: ſi eum abſolueret, contra cõſcientiam iudicaret. & in hoc caſu ex abſolutoria ſententia perpetuo & ex omni cauſa paratur exceptio rei iudicatæ [a] (. ff. de excep. rei iudi. ſi mater. §. eadem.) Sed non ſic cum ex certa cauſa petit: quia tunc tantum ex illa cauſa paratur except. de cauſa poſ. ca. vlti. & dixi [b]. in magna glo. Ioan. And.

f *Non prodeſſet.* tertia ratio.

Gloſ. ſeq. arguit, & ponit triplicem lecturam.

g *Iudicio.* videtur hic quòd ſi iudex condemnet reum: ex ſuperueniẽti cauſa eædem probationes habitæ in primo iudicio, valeãt in alio inſtituto ex eadem cauſa. Contrarium tenetur: quia eſt noua cauſa, & nouum eſt iudicium. vnde cum ſint lite non cõteſtata recepti, quãtum ad hoc non deberent valere, iuxta illam regulam: Teſtes recepti lite nõ conteſtata, non valẽt. Super hoc poſſet forſan dici vt traditur. ſ. de teſtibus, præſentata. C. eo. l. vlt. Bernar. Vel dic quòd generalis illius negatio qui ſe negat obnoxium, intelligitur conteſtata lite ſuper omni obnoxietate etiam poſtea emergenti [b]. Vel dic quòd hæc verba ſunt allegatio partis: nec ponunt ius. Ioan. And.

h *Egit.* reali vel perſonali: vt dixi ſuper ver. obnoxium.

i *Tunc.* id eſt tempore litis conteſtatæ.

k *Ante.* ſcilicet ante petitionem, vel litem ſuper ea conteſtatam.

l *Præfatus igitur.* quinta pars.

m *Aliis.* hinc elici conſueuit inſtructio iudicantis: ſcilicet

*a Præterquam ex cauſa ſuperuenienti de nouo: ſecũdũ doc. hic. quod etiam ſentit Phil. & hoc de æquitate huius decretalis; licet ſecus de iure ciuili: ſecũdũ doct. in l. ſi mater, Font.*

*b Hoc placet Io. Mo. dicit Arch. quòd ſecũdum iuris ſubtilitatẽ iſta nõ valent: quia ſuper eo quod nõ erat, non videtur facta litis conteſtatio. ar. ff. de arb. l. de his. ff. de excep. rei iudi. l. ſi ex teſtamento. Nec ſufficit quòd ſit in potentia vel in habitu. ff. de iudi. nõ quemadmodum. & l. nõ poteſt. & de au. & argento leg. l. ſi ita. ſed hoc eſt de æquitate: vt dicit tex. j. eo. in ſi. Ioan. And.*

no eadem quæ prius expreſſa extitit, vtpote quæ tunc etiam competeret, actoris intẽtio ſit fundata. Secus autem cum egit vel petiit in genere, nullius certæ vel ſpecialis cauſæ faciens mentionem: videlicet quia generaliter forte propoſuit aliquem obnoxium [a] eſſe ſibi, vel ad ſe iure dominij vel quaſi rem aliquam pertinere. tunc enim hoc præcipuè eſt inſpiciendum iudici, an ſufficienter vel minime de iure vel intentione conſtet actoris. vnde ſi de hoc ex cauſa etiam poſtmodum accidenti liqueat: poteſt & debet iudex (etiam ſi appareat minus iuſte à principio fore actum) ſuum exinde animum informare: quoniam etſi [b] petitum fuerit indebitè, non ob hoc tamen minus valuit & tenuit iudicium [c] ſubſecutum: nec illius acta vel geſta propterea minus valida extiterunt: nec etiam [d] iudex ipſe cognita taliter veritate, pronunciare in contrarium poſſet cum libera conſcientia [e] & ſecura. Non prodeſſet [f] etiam multum reo, ſi tunc forte in ipſum ex huiuſmodi ſuperuenienti cauſa, condemnatio non ferretur: cum mox alio inſtituto iudicio [g] foret ex illa meritò condemnandus. Vnde etſi actori ſuam ex ſuperuenienti cauſa intentionem ſufficiat fundauiſſe, cum egit [h] aliqua cauſa ſpecialiter non expreſſa: ſecus tamen eſt ſi certam & ſpecialem in ſua petitione ſubiunxerit, niſi poſtmodum intentionem ſuam ex eadem prorſus (quã prius expreſsit) tunc [i] etiam competenti cauſa fundauerit. Quare cũ memoratus abbas monaſterij de Bonef. ꝓpoſuerit ſæpefatum locum de Roſel. cum ſuis terminis ad ipſum monaſterium ex prædicti regis largitione ſpectare, nec de aliqua facta ipſi monaſterio ſuper hoc ab eodem rege conceſsione docuerit, oſtenderit autem donationem quondam factam illi de his ab abbate & conuentu monaſterij Populeti, quæ nec in ſua petitione fuerat expreſſa, nec etiam ante [k] facta: nullum profecto cõmodum ex ea reportare debeat.

Præfatus igitur [l] cardinalis præmiſsis omnibus & aliis [m] quæ hinc inde fuerunt propoſita, diligenter [n] auditis, ac vtriuſque partis meritis æqua iuſtitiæ lance [o] diſcuſsis, prudenter attendit [p] id quod prędicti abbas & conuentus de Bonef. propoſuerunt, intentionem videlicet actoris ex iis quæ poſt litis conteſt. accidunt, poſſe fundari, eaque debere in iudicium deuenire, tunc locum habere (ſicut cõgruè allegatum eſt ſupra) videlicet quando ex certa & expreſſa cauſa ſpecialiter non eſt actum. Ex iis enim quæ poſt inchoatum iudicium eueniunt, quando cauſa fuit expoſita ſpecialis [q], nec debet nec poteſt iudicis animus ad proferendam ſententiam informari: quia cum certæ cauſæ facta eſt mentio, vtpote donationis, vel venditionis, aut alterius ſpecialis, oportet incepti iudicij tempus attendi, vt liquidò cognoſcatur an tunc interfuerit actoris propter illa quæ ſpecialem comitantur cauſam, & neceſſariò adeſſe debent, veluti locus & tempus [r], & huiuſmodi, quæ ſunt ſolicitè attendenda, & ſine quibus cauſa vacua & inualida cenſeretur [s]. Sed cum eſt in genere abſque alicuius cauſæ declaratione petitum, non ſic oportet accepti iudicij tempus inſpici: quia non requiruntur nec

A quòd debet poſt ſpecialia ſubiicere clauſulam generalem[a] ſub qua omnis cauſa deciſionem iuſtificans valeat comprehendi. Archidiac.

n *Diligenter.* xxx. quæſt. v. cap. vlt.

o *Lance.* ſupra eo. tit. ca. j.

p *Attendit.* repetit quaſdam ex allegationibus.

q *Specialis.* vt in caſu noſtro.

r *Locus & tempus.* & hoc vult dicere, ſi peto rem ex cauſa donationis: licet de tempore & loco non adiecerim: quia cum donationem neceſſariò comitantur tempus & locus [c]: mihi non prodeſt ſi poſt litem cõteſtatam mihi donetur eadem res: cum de certa donatione oportuerit intelligi certis loco & tempore facta. Si autem rem peto iure dominij vel quaſi: hic etiam ſi poſt litem conteſt. ius acquiro, fertur pro me ſententia. ff. de rei ven. ſi autem. j. reſponſo. & §. j. [d] cum enim nullas ſpecialis dominij cauſas expreſſerim, non ſunt ibi concomitantia certorũ loci & temporis: & ideo non eſt vis quo loco vel tempore dominium ante ſententiam peruenerit ad me.

*c Idem Bar. in. l. & an eadem ff. de excep. rei iudi. Fõt.*

*d Hoc non probatur ibi: ſed dicitur quòd poſſeſsio poſt litis cõteſt. ſuperuenit ipſi reo. Phil. Fonte.*

Gloſ. ſeq. declarat textum, ſecundo notat locum in inſtrumento ponendũ. ponit opi. contrariam. tenet primum: quod probat per ſex iura, & tres rationes.

ſ *Cenſeretur.* ſcilicet donatio vel venditio, vel alia cauſa expreſſa merito cẽſetur inualida: quia in dubio regulariter pronunciatur contra actorẽ ſupra de proba. ex literis. §. j. cum enim non ſit probata venditio certis loco & tẽpore facta, & ſic ſit dubiũ an ante litem cõteſta. vel poſt fuerit facta, ſuccumbet: & ſic inualidum eſt probari actori cauſam ſine tempore. Et no. per hanc literam quòd tabellio in inſtrumento debet apponere locum cõtractus. Quidam tamen dicunt locum ſolum de conſuetudine apponi, cũ de iure cautum non ſit. Sed dic contra [e] per hanc literã & per decre. ſ. de proba. quoniã. ibi, loca deſignando &c. ad hoc. ij. q. viij. §. libellorũ. quę eſt. l. iij. in prin. ff. de acc. C. de contrahen. & cõmit. ſtipul. l. optimam. in glo. in eo die. (Ad ſi. vbi de hoc. &. C. de tabula. generali. lib. x. & vide quid dixi de fide inſtrumen. inter. ſuper ver. facilius.) ſ. de teſt. ex tenore. ſ. qui ſil. ſint legi. per tuas. video quid teſtis deponit de loco. ſ. de teſti. cũ cauſam. j. & in iurib' ſuperi' allegatis. ſed par eſt ꝓbatio inſtrumentorũ & teſtiũ. de fide inſtru. cũ Ioan. C. e. tit. in exercendis. ergo & tabellio conſcribere debet locũ. pręterea forte confecit inſtrumentũ

*Locus contractus debet apponi in inſtrumẽto per notarium.*

*e Idẽ Goſ. in quæſtionibus ſuis. j. q. in ſi. idem Guil. de inſtrum. edi. §. poſtremo. aliàs incipit, inſtrumentũ. ver. quid locus. & in ver. ibi ſe. tractatur an tabellio poſsit reſicere, & locum apponere. Ioan. And.*



in

Universidad de Deusto Biblioteca



in loco in quo non potuit. Super hoc vlti. vide quod not. in ſpe.de inſtru.edi.§.reſtat.ver.& no.quòd tabel. & verſi. ſeq. Io.And.Licet.l.libellorum.ff.de accu.ſ.alle. in libello. accuſatoris requirat locum & menſem, ſaltem in libello conuentionali non ſic.vnde dicit hic Inno. quòd actor non habet exprimere in libello diem aut locum contractus, ſicut nec teſtis exprimit diē. de fide inſtru. cum Ioānes. niſi iudex ex cauſis certis id fieri faceret: vt pręal.decret. cum Ioānes. in fi. inſtit.de actio. §. curare. Ioān.And.

a *Comitantia.* ſcilicet locus & tempus.

b *Et licet.* q.d. etſi hæc quæ dicta ſunt, non poſſunt tolerari de ſe: tamen ſic ſeruandum eſt: quia æquū eſt.ff. ad.l.aquil. ita vulneratus. §. vlti. Inn. Ad idem.ff.quibus mo. pig. vel hypo.ſol. ſicut. §. ſi debitori.Archid.

c *Diſceptant.* quod faciendum non eſt.ſ. eo.lib.de renunc.cap. j.in prin.infra de hære.cap. ij. C. de ſum. tri.l.nemo.

d *Non expreſſa.* ſcilicet idē quod eſt quādo actū eſt cauſa expreſſa: vt veniant cōmitātia tempus & locus: & licet forte de iure ſtricto id verum eſſet de æquitate dicamus contrarium.ff.ad.l.aquil.ita vulneratus.§.ſi.verſi. cum neque. & æquitas ſcripta rigori præfertur. C. de iudi. placuit.ar. bonum de ſimo.licet Heli.& ca.per tuas.Ioan.And.

e *Prorogari.* ad hoc.ſ.eo.lib.de offi.deleg.ſi is cui. Io.And.

f *Noſcantur.* pone exemplum.ſ.de rerum permu.ca.vnico.

g *Huiuſmodi.* q.d.ſi ex alia cauſa agāt, rei iudicatę nō obſtabit exceptio.ſ.de iudi.examinata.C.de peti.hære.hęreditas. ff.de except.rei iud.ſi mater.§.j.& l.& an eadē. ADDITIO. Et ſic vno reſpectu vtilius eſt cauſam exprimere per hæc iura: alio reſpectu vtilius eſt nō exprimere per hāc decr.Io.An.

h *Nos igitur.* ſexta pars.

*† Tamē attenditur tēpus concluſionis in cauſa: quia idem iudicatur de iure poſt illud tempus ſuperueniēti, ſicut ſi poſt ſententiam veniſſet, de Ancha. alleg. Bartol. in. l. & an eadem. §. actionis. ff. de exce. rei iudica. Fōt.*

*† Tunc dicunt ſecundum ius ciuile ſuperueniens dominium lite pendente nō prodeſſe actori: ſi ſuperueniret ex cauſa de præterito et retrotrahibili. l. ſi rē. §. ſina. ff. de pigno. acti. l. nō poteſt videri ff. de iudi. ideo aiunt, non ſeruabitur iſtud cap. in imperio. de Anch. Fōt.*

ſunt oportuna, nec attendi poſſunt huiuſmodi comitantia a in hoc caſu †. Et licet b aliquibus curioſis (qui de iis quæ non multum expediunt, ſæpe diſceptant c) aliter forſan appareat, quando actum eſt cauſa aliqua non expreſſa d †: vtilius tamen videtur negotia tali expediri cōpendio, quàm per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio prorogari e: præſertim cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris aſperitatem ex æquitatis manſuetudine tolerari noſcantur f. Vnde idem cardinalis conſiderans quòd ipſi abbas & conuentus de Bonefa. non probauerunt largitionem ſuper his regiam legitimè ſibi factam, ex qua ſpecialiter vos impetere videbantur, ab huiuſmodi g eorundem abbatis & cōuentus impetitione, de mandato noſtro præhabito fratrum noſtrorū cōſilio, vos duxit ſententialiter abſoluendos. Nos igitur h cardinalis eiuſdem ſentētiam ratam habentes, eam auctoritate apoſtolica confirmamus.

Bonifacius octauus.

*Si ex pluribus iudicibus vel arbitris vnus (aliis præſentibus & mandantibus) per verba pluralis numeri ferat ſententiam: tenet ſententia. Electio autem pronuntianda eſt per verba ſingularia. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPIT. IIII.

CVm ab vno arbitrorum vel iudicum i, (aliis præſentibus & mandantibus k) ſcripta l ſentētia recitatur: habetur perinde ac ſi ſimul eſſet ab omnibꝰ recitata. Oportet m tamen vt is qui recitat, non vtatur verbis ſingularis numeri, ſed pluralis: vt dicat, Nos tales iudices vel arbitri ꝓnunciamus ſeu ſtatuimus n in hūc modū. Licet ſecus in electione o ſeruetur, in qua (vt cēſeatur euidentius vnica, & com-

CVm ab vno. Primò ponit dictum. Secundo ipſius determinationem ibi, oportet. Tertio cauſam determinationi diſſimilem ibi, licet. Dubitatio decre. huius fuit ex eo quòd dicit lex quòd ex pluribus arbitris aut omnes debent ſententiam dicere: aut nullus.ff.de arb.l.item ſi vnus.in.§.item ſi plures. ſed ſatis omnes videntur dicere, cum vnus aliis præſentibus & mandantibus per verba pluralis numeri ſententiam dicit. hoc idem tenebat Accur.ff.de arb.l.ſicuti. ADDITIO. Et de hoc in ſpe.de arbi.§. ſi.verſi.pone ergo. vbi inuenies quid hic poſuit Arch.de Azo. & ſocio. Io.An.

CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice, vel habebamus controuerſiam inter nos. cōpromiſimus in tres arbitros, qui cognouerunt de cauſa: & aſsignauerunt nobis terminum ad audiendum ſententiam. termino adueniente vnus de mandato aliorum recitauit ſentētiam. an valeat ſententia, vel an ſit neceſſe ꝙ tres ſimul legant? Videtur ꝙ ſic.l. item ſi vnus.§.item ſi plures.ff.de arbi.vbi dicitur ꝙ omnes tres pronuncient, aut nullus, non obſtante illa ratione dubitandi, reſpondet Roma.pont.in contrarium quòd ſufficit ꝙ vnus pronunciet: nec requiritur ꝙ omnes ſimul legant ſententiam. Et dicit quòd ſententia ipſa videtur lecta ab omnibus, ex quo vnus pronunciat de cōſenſu aliorum: quia alij licet nō pronuncient per ſe, pronunciant tamen per iſtum qui recitauit ſententiā: & ſic intelligitur.l.illa, item ſi vnus.alle. Idem dicendū eſt in pluribus iudicibus, nā ſufficit ꝙ vnus legat ſentētiam: ſed debet dicere per verba pluralis numeri: Nos tales arbitri, vel iudices &c. Licet ſit ſecus in electione: quia ad denotandum ꝙ electio eſt vnica & ſingularis: debet fieri per verba ſingul. numeri. vt ſi procedatur per viā ſcrutinij, debet dicere ille cui ca. committet, Ego talem nomine meo & nomine cap. eligo. Not. quòd ſententia ante ipſius recitationē debet redigi in ſcriptis: aliter ſentētia eſſet nulla regulariter. fallit in caſibus de quibus. ca.ſe. in gl. de hoc eſt tex.in.l.ij.C.de ſent.ex breui.reci. Et primò debet iudex videre an debitus ordo fuerit obſeruatus: quo facto debet videre allegationes partium, & habere conſilium cum peritis. deinde debet redigere ſuam ſententiam in ſcriptis, & emendare. poſtea conuocatis debet eam in ſcriptis legere. No. ꝙ cū plures arbitri vel iudices habent ſententiare in cauſa, debent omnes cōuenire: & eſt in optione ipſorum an velint cōmittere recitationem ſententiæ vni eorum, ſed tamen eſt honeſtius vt recitationem ſententiæ vni eorum committant: ne videantur ſimul loquendo aſſumere officiū mulierum. No. quòd recitatio facienda eſt plurali numero. Et ſic per argumentum à contrario ſenſu iudex vnus poteſt loqui in verbo ſingularis numeri: licet hodie iudices loquātur per verba pluralis numeri, quando loquūtur ratione officij.

*Iudicis inſtructio antequā ſententiam ferat.*

*Mulierum eſt ſimul loqui.*

Not. quòd cū proceditur ad elec. per viam ſcrutinij vel cōpromiſſi, electio eſt proferēda per vnum, ad denotādum quòd electio eſt vnica & communis. Si autem procedatur per viam ſpiritusſancti, illud non eſt neceſſe: vt puta ſi procedatur per viam compromiſſi, quod eſt factum in tres: & illi conueniunt in vnam perſonam. vnus debet eligere in ſingulari numero. Quid ſi fuerit compromiſſum in vnum, puta in epiſcopum Picta. ſuper eligendo abbate ſancti Cypriani: & epiſcopus eligat per verba pluralis numeri, dicendo: nos exiſtentes epiſcopus Picta. eligimus talem: vtrum vitietur electio? Certe nō: nec per hoc deſinit eſſe vnica electio. Not. finaliter quòd licet electio conficiatur ex plurium conſenſu: tamen ea deducta in eſſe, dicitur actus vnicus. Dom.

*Electio an ſit ſemper proferenda per vnum.*

i *Iudicum.* ordinariorum vel delegatorum. fit igitur hæc æquiparatio inter iudices & arbitros. ad idem de offi. deleg. vno delegatorum. licet interdum ſit grandis differentia.ſ. eo.tit.ca.vlt.ſ.eo.lib.de arbitris.c.ij.cum ſimilibus.

Gloſſ.ſeq.dubium ſoluit, & conſulit.

k *Et mandantibus,* ergo ſi alij præſentes eſſent, ſed nō mandarēt, ſecus: & ſufficit ita eſſe ſcriptū.ff. qui & à quibus.l. ꝓſpexit.vj.q.iij.ſcriptum eſt. Et ſic taciturnitas nō habetur hic pro mādato.& facit.j.de regu.iur.is qui tacet.& quod ibi dixi. nec enim in ſentētijs procedit rati habitio ſicut in aliis actibus, de hoc.ix.q.ij.c.j.in gl.ij.ſ.de iis quæ fi.à prælat.cum nos. Caute ergo facit is pro quo lata eſt ſentētia ab vno ſolo recitata, ſi de mandato aliorum poſſit fidem facere ſicut de ſententia.& facit quod no.ſ. de offic. deleg. cum in iure. in gloſſ.ij.

l *Scripta.* quod dic vt infra.cap. proxi.

m *Oportet.* neceſsitatē importat: aliàs enim ſi per verba ſingularis numeri pronunciaret, haberet locū ille. §. itē ſi plures.l.itē ſi vnus.ff de arb. quod verum intelligas, niſi collegæ qui tamen hoc poſſent, cōmiſiſſent illi vices ſuas non ſolum in recitando, ſed etiam in pronunciando. Tūc enim ille verbis ſingularis numeri vteretur. Interdum tamen verbum oportet, honeſtatem deſignat.xxv.q.j.cap.j.vbi de hoc.

*Oportet eſt verbū neceſſitatis, et quandoque honeſtatis.*

n *Statuimus.* hoc verbum, rem perfectam ſignificat: & habet vim ſiue firmitatem diffinitiuæ ſententiæ: vt.ſ.de ver. ſig.in his. & hic. & ſic verbum præcipimus, vim habet ſententiæ ſupra de tranſla.quanto. ſed ſi eſſet tantùm vnus iudex, & diceret ſententiam definitiuam per verba pluralis numeri: non videtur ex hoc vitiari, cum infra excipiatur tantum de electione faciēda ſupra eo.lib.de elect.ſicut. cum aliàs non valeret electio, vt ibi dicitur. Archid.

Gloſſ.ſeq.remittit, quærit, ſoluit, contra ſolu. alle. ſolutionem fortificat, conſilium dat. ſecundò quærit & ſoluit.

o *Electione.* de hoc dic vt.ſ. dixi de elect. ſicut cum.e.lib. Sed quid dices, cōpromiſſum fuit in tres vt deberēt eligere: qui ſecedentes



ſecedentes in partem, poſtea redierunt dicentes ꝙ concordauerunt & cōmiſerunt vni electionem & pronunciationē illius de quo cōcordauerant, qui eligit Titium: alij duo reſiſtunt dicentes ꝙ non de illo, ſed de Seio fuerat concordatū. quæritur an debeat illis duobus credi? Hoſti. qui dicit hanc queſtionem fuiſſe de facto in eccleſia Lugdunē. plene eam tractauit.ſ.de proba. ca. tertio loco. & dixit ibi ſe inter cardinales obtinuiſſe credendū eſſe illis duobus: tum quia magis credendū eſt duobus q̄ vni a: & quia duobus creditur donec contrariū probetur: & vt fraus euitetur: aliàs qui pronunciaret, ſemper poſſet ius ſuum ſubtrahere illi in quem communiter concordaſſent: & quia facultas probationum non eſt anguſtanda, ſuprà vt lite non conteſt. quoniam. & quia impoſsibile eſt alio modo probari. in quo caſu etiam interdum hæretico creditur b. C. de hære. quoniam multi. in fi.& conſpiratoris, ſupra de teſt. cogen. cap. vlt. Item cum de conſcientia alicuius quæritur, creditur vni ſoli, ſcilicet quia aliter probari non poteſt. de homi. ſignificaſti. j. ver. ſi. in gl. antepe. & ad hoc bene facit ipſa decre. tertio. Et ſic dixit intelligendam decre. cum dilectus. de elec. vt illi tres vel duo deponant & de conſenſibus aliorum & de propriis. In contrarium videbatur, ſcilicet quòd credendum eſſet tertio tanquam à duobus ad id officium deputato c. arg. ff. ſi menſ. fal. mo. di. l. j. ſupra de teſti. cog. præterea. nec videtur credendum duobus: cum videantur in ſuis teſtimoniis ſingulares. iij. quæſtio. ix. pura. de elec. cum dilectus. de accu. cum dilecti. Item videtur iſti teſtificari de proprio facto: & ſic non ſunt teſtes idonei. Cod. de teſti. l. omnibus. iiij. quæſt. iij. cap. ſi teſtes. §. item nullus idoneus. Sed negari non poteſt, quin iſti duo poſsint probare ſaltem diſſenſum tertij, ſcilicet quòd ipſe tertius pronuncians non conſenſerat in illum: nec de illo fuerat ordinatum. Conſilium tamen eſt tutum ad has fraudes euitandas, quòd ipſi compromiſſarij habeant tabellionem, & ſcribi faciant publicum inſtrumentum quomodo deliberant & ordinant de tali eligendo, & committunt illi ſocio vt eligat & pronunciet: aut ipſi iidem ſcribant, & ſigilla apponant, vt ſcriptura & ſigillum obuient contrarium aſſerenti. j. quæ. vij. ſaluberrimum. xxvij. q. j. omnes fœminæ. C. de non nu. pecu. authent. contra qui propriam. Quærebat etiam ibi Hoſtien. an ipſi compromiſſarij ex quo deliberaſſent & conſenſiſſent in aliquē, poſſent mutare voluntatem. Et dixit quòd non d: quia vicem capituli tales obtinent: vnde talis conſenſus habet ſaltem vim ſcrutinij publicati, ſuprà de elec. publicato.

*a Placet Phi. ex qua nota quòd plus creditur duobus teſtibus ſuper negatiua, quàm vni ſuper affirmatiua. Font.*

*b No. Phil. quòd quādo res aliter probari non poteſt, creditur idoneo teſti. Bart. in. l. quoties. C. de naufragijs lib. 11. Font.*

*c Vide Felinum in. c. ad audientiam. de reſcript. Cyn. in. l. ſi quis decurio. C. de falſis. l. Theopompꝰ. ff. de dote prælega. de Ancha. Font.*

*d Idē Phil. Do. Font.*

munis) eſt ab vno vice omniū (ſiue per compromiſſum, ſiue per ſcrutinium ꝓcedatur) electionis ꝓnuntiatio per verba ſingularis a numeri facienda.

Idem.

*Ponit tres caſus nullitatis ſententiæ, & à primo vnum caſum excipit. hoc dicit. Ioan. Andreæ.*

CAPITVLVM V.

ET ſi ſententia definitiua b (poſtquam ſcripta fuerit) debeat à iudice, nō ab alio † de ſcripti recitatione proferri c (aliàs nec nomen ſentētię mereatur habere, nec ab ea ſit appellare neceſſe d) epiſcopo tamē (quem propter dignita-

Gloſſ.ſeq.ſucceſsiue de duobus quærit & ſoluit.

a *Singularis.* Not. ad quæſtionem quę fuit de facto. Epiſcopus compromiſſarius ad eligēdum abbatem ratione dignitatis ſic locutus eſt in plurali, Nos talis epiſcopus Bonon. compromiſſarius &c. opponebatur quòd non valebat electio: quia facta per verba pluralis numeri. non credo hoc nocere hic: quia vere eſt vnica & communis, ex quo fit per vnum ſolum: nec habet locum hæc decre. vt per te vides. Quid dices in collationibus? habebit ne in illis locum hæc decre. vt ſi ad plures ſpectat collatio, neceſſe ſit eam fieri ab vno, & per verba ſingularis numeri? Non credo. Dico enim vt dixi ſupra de elec. ſicut cum. quòd vbi non habet locum decre. quia propter. non habebit hæc locum: ſed in collationibus non habebit locum decre. quia propter. ergo nec iſta. Ad idem infra de præben. cum in illis. & quod dixi ſupra de elec. cap. vlti. eod. lib. in vlti. gl. Io. And. ADDITIO. Idem, ſcilicet quòd collatio non ſit facienda ab vno &c. tenet Archi. ſupra eod. lib. de elec. ſicut. cum inducit quòd epiſcopi conſueuerunt ſic de ſe loqui. de conſec. diſtin. ij. reuera. verſi. forte dicis. & ca. in Chriſto patre. circa prin. verſi. de natura. & verſ. hoc autem. xiij. q. ij. quam præpoſterum. verſi. idem nobis. & lxxij. diſti. per totum. & facit quod ſcripſi poſt Hoſtien. de bap. cap. j. ſuper verſ. te. & facit infra de pœn. cap. ij. in fi. Ioan. And.

*Electio facta per epiſcopum cōpromiſſariū per hæc verba, nos talis epiſcopus compromiſſarius &c. an valeat.*

ET ſi ſententia.) Sunt duæ partes. Prima ponit dictum regulare, & caſum exceptum cui dat ſimile. Secunda ponit regulam bimembrem. ſecunda ibi, ſententia. Ioan. And. Poteſt ſic ſummari ſecundum Zen. Sententia in ſcriptis per iudicem & non per alium, & ſedendo, regulariter debet ferri. hoc dicit. Domi.

Iudex debet per ſe ipſum ſententiā recitare: & nō per aliū. aliàs ſentētia eſſet nulla. fallit in epiſcopo qui ſententiā per eum faciendā poteſt per aliū recitare, ad exemplū illuſtrium perſonarū. Itē ſi iudex tradidit ſententiā in ſcriptis ſine recitatione, non valet ſententia. Idem ſi pronunciat deambulando, & non ſedendo. hoc dicit. CASVS. Tu & ego litigabamus corā aliquo iudice non epiſcopo. lite conteſta. concluſo & renunciato in cauſa, iudex aſsignauit nobis terminum ad audiēdum ſententiā. Termino adueniente iudex nō recitauit ſententiam: ſed tradidit notario recitandam. an valeat talis ſententia? vel ſit de ſubſtantia ipſius ſentētiæ quòd iudex eam ore proprio recitet? Reſpōdet quòd niſi eſſet epiſcopus iudex, per ſe tenetur ſententiam recitare: aliàs non teneret ſententia: nec eſſet neceſſe ab ea appellare. Sed ponamus quòd iudex non fecit recitari ſententiam: nec eam perſonaliter recitauit: ſed eam in ſcriptis tradidit partibus: an valeat ſententia? Reſpondet quòd non: quia iudex tenetur eam ore proprio recitare: aliàs ſententia eſt nulla. Sed ponamus quòd iudex legit ſententiam proprio ore: ſed tamen illam legit deambulando, vel ſtando, & non ſedendo pro tribunali in loco maiorum ſuorum: vel in loco mutato ex iuſta cauſa? Reſpondet quòd non valet talis ſententia: nam requiritur quòd iudex eam pronunciet proprio ore ſedendo pro tribunali. Nota primò quòd ſententia definitiua debet in ſcriptis proferri. iſtud tamen non ſeruatur in curia parlamenti, quia cordetenus legunt ſententiam. alij iudices legunt verba diſpoſitiua: ſicut ſunt condemno, vel abſoluo. Nota quòd iudex debet ſententiam definitiuam recitare per ſe, & non per alium: niſi eſſet perſona illuſtris. Gloſſa ponit caſus in quibus non requiritur quòd ſententia recitetur in ſcriptis; puta in cauſis ſummariis, in quibus poteſt omitti libellus in ſcriptis: imò ſententia poteſt recitari cordetenus. Nota vlterius quòd ad validitatem ſententiæ requiritur quòd iudex recitet per ſe, vel per alium, quando eſt perſona illuſtris. Nota quòd iudex recitans ſententiam debet pro tribunali ſedere. Quid ſi non poteſt commode ſedere, quia dolet in ano? Dicit gloſſa quòd debet ſe ponere in tribunali, & ſedere eo modo quo poteſt ſedere. Nota quòd exiſtens in maiori dignitate plus priuilegiatur quàm exiſtens in minori dignitate. vide de præbend. de multa. Nota finaliter definitiuam eſſe nullam prolatam per iudicem ſtantem: & ſic aliud eſt ſtare, aliud ſedere. vide de vita & hone. cleri. cap. j. Dom.

*† Fallit textꝰ ſi hoc habent cōſuetudo, & in inquiſitore hæreſis. c. vt in commiſſis. j. de hæret. item in notorijs. gl. in authen. vt iudi. ſine quo ſuffragio. Philip. Font.*

*Sentētia eſt per iudicem & nō aliū recitanda.*

Gloſ. ſeq. arg. à contrario. illi argumento ſignat contrarium, & ſoluit.

b *Definitiua.* Nota quòd ſecus de interlocutoria. Sed huic contra ſupra de proba. quoniam contra falſam. Solu. interlocutoria bene debet redigi in ſcriptis: vt ibi. ſed non eſt neceſſe ꝙ proferatur vel recitetur de ſcripto. poterit ergo iudex interloqui: & poſtea interlocutoriam illam tabellio rediget in ſcriptis: nec eſt etiam de neceſsitate quòd redigatur in ſcriptis: ſed aliàs non creditur iudici, niſi id pateat per ſcripta actorum: vt ibi.

*Sententia interlocutoria an debeat ferri in ſcriptis.*

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit.

c *Proferri.* quid ſi iudex nouiter excæcatus eſt, vel neſcit legere e: cum tales iudicare poſſint. ff. de iud. cæcus. vbi de hoc. Cod. de iudi. l. certi? Sol. vel deleget cauſæ definitionem alteri: vel faciat per alium legi petitionem, & allegationes partium: & per ſeipſum ab alio inſtructus proferat verba definitionis cauſæ, ſcilicet condemno, vel abſoluo: vt faciunt poteſtates Italiæ. quod tamen Hoſtienſis non approbat in ſumma eodem titulo. §. qualiter. Iudices tamen debent eſſe literati, & habere peritiam canonum ſuprà de conſanguin. & affinit. cap. j. ADDITIO. Quòd ſufficiat iudici dicere condemno, vel abſoluo, vt faciunt poteſtates Italiæ, placet Accur. Cod. de ſenten. ex breui. recit. l. ſi. in prima gloſſa. Sed vt dicit Archidiac. idem faciunt cardinales & auditores curiæ: & communiter hodie omnes iudices. Ioannes Andreæ.

*e De hoc per Compo. de conſuet. ad noſtrā. & in ſpe. de ſen prola. §. ſequitur. in prin. Io. And.*

d *Neceſſe.* ij. quæſtione. j. in primis. in fin. &. Cod. de ſent. ex breui. rec. lege. j. ij. & iij. ff. de arbitr. lege. non diſtinguemus. §. quòd ſi ſupra eodem titulo. cap. j. nec confirmaretur talis ſententia per appellationem. nec obſtat. ff. rem rat. haberi. lege. iij. §. falſus. quod dic vt nota. ſuprà eodem. cap. j. ADDITIO. Appellatio verò licet in hoc caſu non habeat effectum ſuſpendendi vel extinguendi: habet tamen effectum deuoluendi ſecundum Ioannem Monac. & Archidiacon. De hoc, & an ſimul poſſit appellans proſequi iniuſtitiam & nullitatem, per Innocen. & Hoſtienſem ſupra de appellation. dilecto. Ioannes Andreæ.

*Appellatio tres habet effectus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



a *Conuenit.* ꝫ.de offic.deleg.ſane.ij.ſupra eo.lib. e.tit.c.ij.infra de hære.inquiſitores.&.ca.vlti.infra de priuil.c.vlt. infra de ſenten.excomm.quia periculoſum.cum ſimilibus.

Gloſ.ſeq.alleg.duas cōcor. ponit quatuor caſus quibus valeat ſententia ſine ſcripto:& alios duos in quibus eſt opinio. in fi.dat conſilium.

tis prærogatiuam, ampliori conuenit [a] honore fulgere) ſententiam ab eo ferendam licebit ad inſtar illuſtrium [b] † perſonarum per alium recitare. Sententia quam ſcriptam edi [c] à iudice litigatoribus, non recitari, vel quam ab ipſo ſtando [d] non ſedendo [e] proferri contingit: nullius penitus eſt momenti.

*† De Antiba.hic no. quòd epiſcopi ſunt illuſtres. Font.*

b *Illuſtriū.* C. de ſen. ex breui.rec.l.ij.& in auth.de illuſtri.& qui ſuper eos ſunt.§.ſancimus igitur. coll. v. {ibi no.glo.quinque gradus magiſtratuū: & vide ſatis in ſpe.de iuriſd.omni. iur. in.j. &.ij.col.} Habes ergo caſum in quo iudex non recitat per ſe ſententiam. Sunt & caſus in quibus valet ſentētia ſine ſcripto: vt cum breues ſunt cauſę [a].& maxime vilium perſonarum. Et breuis poterit dici duorum aureorum,ff.de dolo ma.l.id eſt, &.l.præcedē. in fi. Inſpiciatur autem qualitas perſonarum: & relinquatur iudicis arbitrio. ff.de iure deli.l.j ſupra de offi.deleg.de cauſis. vel inſpiciatur conſuetudo loci vel fori.xj. diſt. conſuetudinis. Item cum epiſcopus de cauſa ciuili iudicat inter clericos ſuos.xj.q.j. ſi quis cum clerico. & hoc habes. C. de ſen. ex breui.reci.auth.niſi. Item in caſu,ſcilicet cum præſes depoſito officio conuenitur vt reddat adminiſtrationem. in authen.vt iud.ſine quo.ſuffra.§.neceſſitatem. Item cum papa per ſe pronuntiat.valet enim ſententia, licet non tulerit eam in ſcriptis: ipſe enim ſolutus eſt legibus. C.de legi. digna vox. & quia eius præſentia omnem ſupplet ſolennitatem,C.de teſta.l.omnium.Item ſecundum quoſdā valet ſententia lata in cauſa matrimoniali ſine ſcripto: per decre. ſupra de teſti. Albericus.& hoc videntur ibi tenere Ber. Ioan. Goff & Inno.Sed Hoſt.[b] intelligit quòd ibi bene fuerit ſententia lata in ſcriptis,ſed non publicis. & hoc teneas per cle. de verb.ſig.ſæpe.circa finem.de hoc in ſpe.de ſentent.prola. §.iuxta.ver.non valet. Vel dic diſtinguendum,an iudex procedat ex officio,an in figura iudicij,vt primo caſu teneat ſententia ſine ſcriptura, in ſecundo non. vel an procedat in figura iudicij vtraque parte præſente: an altera contumaciter abſente: vt in primo valeat,in ſecundo non: & hoc dixit veriſsimum.alleg.ſupra vt lite non conteſt.c.j. &.ca. quoniam. Item ſecundum Ioan.& Lau.qui hoc not.ij.q.j. in primis. in fin.de conſenſu partium poteſt ſententia ferri ſine ſcripto. Sed Bern.& Hoſt.contra: vt ſupra de offic.dele.de cauſis.fatetur tamen ibi Hoſtiē. quòd partes bene poſſent iudiciario ordini renuntiare: ita quòd nec locus eſſet libello, nec prolationi ſententiæ: & de plano inquireretur veritas, & mandata ſua daret: vel aliter vt ſibi videretur ordinaret [c]. ff. de offic.proconſul.nec quidquam. §.de plano.&.C. de tempor. appel.l.fin. ſed quòd iudicando & pronuntiando omittatur ſcriptura: dicit fieri non poſſe. Et dant doctores conſilium quòd iudex in ipſa ſententia dicat,in his ſcriptis.C.de teſtamentis.authē.hoc inter.§.niſi forte.C.de fide inſtr.contractus. Et dicunt quidam aliter latam ſententiam non valere. C.de ſent.ex breui.reci.l.ij.& vlti.quod non eſt verum. Sufficit enim quòd in ſcriptis feratur: vt hic argu.C. de teſta.l. cum antiquitas.§.fin. ADDITIO. De hoc in ſpe. de ſent. prola. §.iuxta.verſi.nō valet etiam. & an præſumatur in ſcriptis lata: ibi no. Et videas etiam quod not.in ſpe. de appel. §. j.verſi.& notabiliter.Ioan. And.

*a Et tamen in eu de calumnia iuratur. quod dic vt ī ſpe. de iur. calum. §. 2. ver. quid ſi cauſa. Ioā. And.*

*b Et Phil. alternatiue tamen. Ioā. And.*

*c Probatur à Panor. in c.de cauſis. ꝫ.de off.deleg. Ph. de Anch. Fōt.*

c *Edi.* non cures ſi aperta ſit vel clauſa: & habes hoc.C. de ſenten.ex breui.reci.l.j.Argu.contra infra tit.proxi.appellatio.ibi ſoluitur.Ioan. And.

d *Stando.* in caſibus in quibus proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij: dic vt in cle. de verb. ſign.ſæpe.circa fin.glo.Ioan.And.

Gloſ.ſeq.textum fortificat.allegat.v.iura. quærit & ſoluit. & ex eo infert ſolutionem.ad ſimile ponit opin.contrariam. finis reci.per quæſtionem.

e *Sedendo.* Sedere enim debent iudices non ſolum cum definitiue pronuntiant, ſed etiam cum res quæ agitur, plenam cognitionem deſiderat.ff.quis ordo in bonorum poſſeſsione ſeruetur.lege ij.§. dies. in authent. vt ab illuſtri. & qui ſuper eos ſunt.§. ſancimus igitur. collat.v. in authentic. de iudic.§.ſedebunt.col.vj.xxiij.quæſt.j.paratus.ibi, ſedens me iudicare &c.iij quæſtione iij.cap.induciæ. ij.§. à iudice. Quid ſi ſedebat in alta turri vel palatio: & partes erant inferius? Dic quòd valet ſententia. Potuit enim tuitionem ſibi loci prouidere ſi forte timebat.argumentum [d].ſupra de ſpōſa.cum locum.de elect.bonæ.j. ff. de acqui. poſſeſsion. lege

*Sedere debet iudex quando res de qua agitur, plenam cauſæ cognitionem deſiderat.*

*d Aliàs nō poſſet. Phil. Font.*

A quod meo.§.ſi venditorem. {De hoc Cod. de ſenten. ex breui. reci.lege j.& in ſpecu. de ſentent.prola.§.iuxta.verſi. quid ſi pronuntiat,& omnino vide quod ibi dicam. & verſi. ſeq.& per Hoſtienſ.in præallegato. §. qualiter.eod. tit. poſt principium.} & argum.Cod.vbi ſena.vel cla. l. iij. ante medium. ad hoc ſupra eod.lib. de offic. deleg. ſtatuimus. & infra de hære. cap. vlti. Et idem poſſumus dicere de eo qui ſuper equum ſedendo tulit ſententiam, ſcilicet quod ſententia valeat [e]. licet enim non videatur ſedere: videtur tamen quaſi ſedere.ff.de ſerui. ruſti.prædi. l. qui ſella. de homi. dilectus.&. cap. ſignificaſti. Alij contra.C.de ſentē. & B interlocu.prolatam. ij. quæſtione vj. ei qui. §. definitiua. in princip. Talis enim non videtur ſedere: ſed baiulari. Cod.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.l.honorati. Et not. quod dicitur de ſedendo: intelligunt doctores quòd iudex in ſede ſua ſedere debeat,& non ſtare. {Anima enim ſedendo & quieſcendo fit prudentior. & Hieronymus ſuper Danielem. viij. cap.ibi, Antiquus dierum ſedit. ſic dicit: Sedens deſcribitur,vt maturitas ſententiæ comprobetur.} Vnde quid ſi in culo doleret,quòd ſedere non poſſet? Item quid ſi in ipſa ſede nec ſederet, nec ſtaret: ſed iaceret? Satis forte fuit de mente iuris quod ſedere intelligatur: & ſit in ſede ſua de plano iudicando,quocunque modo ibi moretur. {Dedi remiſsiones ſupra,de dila.cap.ij.ad.l. voluit.ff. de interro. acti. & ad ſpe.de dila.ad fi.} Tamen primum tene: quia minime ſunt mutanda quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.ff.de legi.l.minime.Ioan.And.

*Iudex equitans an ſententiam ferre poſſit.*

*e Idem gl. in.l.ij C.de ſent. ex breui. & gl. in ca.poſtulaſti. 3. q. 7. Font.*

f *Momenti.* ita quòd nec eſt appellare neceſſe ſupra proxi. reſponſo.

## DE APPELLATIONIBUS.

### Innoc.iiij. in concilio Lugdunenſi.

*Appellans ad papam in iudicio vel extra, appellare debet in ſcriptis: & cauſam exprimere, & apoſtolos petere. Si vult & petit appellatus: principales perſonæ per ſe vel per procuratores inſtructos ſuper principali, accedere debent ad papam. In appellationibus à ſententia definitiua interpoſitis, nil mutatur. Demū vtrique contrafacienti imponitur pœna. Ioan. And.*

CAPIT. I.

DE APPELLATIONIBVS.

Dictum fuit ſupra tit.proxi.de ſenten.& re iudicata. Verum quia aliquoties partes grauantur in huiuſmodi ſententiis & apunctamentis iudicis: & dubitaret aliquis an poſsit C pars grauata appellare: & quomodo ſit appellandum: ideo annectit rubricam de appellationibus.

*Ordi nobis.* } Iſta eſt ſolennis & quotidiana decret.quæ diuiditur in quatuor partes. Secunda pars ibi,ſancimus. Tertia ibi,iis quæ. Quarta ibi,quòd ſi. Sed Ioan.Monac.diuidebat in ſex, de ſecunda faciendo tres partes: quia ſecundum eum dat prima formam appellandi ante definitiuam. Secunda ibi, in quibus.informat quid facturus ſit iudex à quo eſt appellatum. Tertia ibi,poſt hoc, tractat viam in huiuſmodi procedendi. Demum de quarta facit duas.nam primò punit appellantem. Secundò appellatum. Secundum Ioan.And.poteſt diuidi hęc decre.in quatuor partes. In quarum prima ponitur conſtitutionis cauſa. In ſecunda, conſtitutio. In tertia,ipſius declaratio. In quarta, non ſeruantium pœna. ADDITIO. Sic incipit.l.j.C.de emen.Iuſti.Codi.& idem verbum.C.de iudi.apertiſsimi.circa finem. Ioan.And. CASVS. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma: forte in centum.feci te conueniri coram tuo D iudice competente ordinario vel delegato: coram quo tibi obtuli libellum meum: cui petij per te reſponderi. captaſti terminum ad reſpondendum meo libello. quo termino adueniente,cum deberes reſpōdere libello: tu excipiēdo propoſuiſti ꝙ libellus meus erat obſcurus, generalis, & inadmiſsibilis.ego autem dico contrarium.ſuper quo iudex tulit ſententiam interlocutoriam: & dixit libellum meum eſſe admiſsibilem,& te debere eidem reſpondere. à qua ſententia appellauiſti verbo,an valeat tua appellatio? Reſpondet Romanus pontifex dicens quòd ſi quis appellauit à ſententia interlocutoria: debet appellare in ſcriptis. Et iſtud non ſufficit: ſed vltra debet in appellatione ſua exprimere cauſam rationabilem: talem videlicet quòd ſi eſſet vera, deberet legitima reputari: & quæ ſi eſſet vera, neceſſario inferat appellantem fuiſſe grauatum. Item appellans debet requirere iudicem à quo vt ſibi det apoſtolos. Sed vtrum appellāti tenebitur iudex à quo ſtatim dare apoſtolos: vel vtrum poſsit appellanti aſsignare terminum intra quē dabit ſibi apoſtolos? Reſpondet Romanus pontifex quòd iudex nō compellitur ſtatim & illico dare apoſtolos: ſed poteſt petere terminū ad deliberandum quos apoſtolos ipſe dabit: vtrum reuerētiales vel



vel refutatorios. Sed quid ſi iudex dedit appellanti apoſtolos reuerentiales & dimiſſorios, ob reuerentiam illius iudicis ſuperioris ad quem appellabat: quæritur vtrum iudex à quo poſsit appellanti præfigere terminum ad proſequendum appellationem? Reſpond.quòd ſic.& terminus iſte aſſignabitur per iudicem a quo, conſideratis qualitatibꝰ perſonarum & negotij, & etiam conſiderata diſtantia locorum. Sed ponamus quòd appellatus petiit vt iudex à quo remittat totum negotium ad curiam Romanam: vtrum ſufficiat quòd appellatus mittat procuratorem inſtructum in cauſa & negotio principali, vel in cauſa appellationis ſolùm? Reſpond.quòd appellatus debet mittere ad apoſtolicam ſedem procuratorem ſufficiēter inſtructum in cauſa principali, & non ſolùm in cauſa appellationis, vt finito articulo appellationis poſsit papa procedere in negotio principali.& hæc eadem quæ dicta ſunt de appellatione interiecta ab interlocutoria, ſunt ſimiliter intelligenda ſi quis appellet à grauamine extraiudiciali. Sed quid ſi appellet quis à definitiua ſententia, vtrum appellans teneatur obſeruare iſta? Reſpon.quòd non,ſed tunc ſeruantur iura antiqua, videlicet quòd appellans non tenetur appellare in ſcriptis,nec exprimere cauſam rationabilem in ſua appellatione, quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari, ſed ſufficit appellare verbo,& iudex à quo tenebitur deferre iſti appellationi.c.cum ſit.de appellationibus. in ant. Poſtea Romanus pontifex in fine huius ca.imponit pœnam facientibus contra iſtam conſtitutionem. Not.primò ex principio huius.c.quòd iudex debet laborare inquantum poteſt vt lites abbreuiet.l.quidam exiſtimauerūt.ff.ſi cer.petatur.c. finem. de dolo & contu.in an. Not.vlterius quòd appellans à grauamine extraiudiciali,vel ab interlocutoria,debet appellare in ſcriptis. Et iſte eſt vnus caſus in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia,alios caſus ponit gl. in.cap.j. infra de cenſi. ad quam quotidie fit remiſsio. Regulariter autem ſcriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtæ.l.pactum.Co.de pac.l.contrahitur.ff. de pig.vbi dicitur quòd ſcriptura non fuit inuenta vt ſit de ſubſtantia rei geſtæ, ſed inuenta fuit ne ipſius rei geſtæ pereat memoria. No.quatuor requiſita in appellante ab interlocutoria vel grauamine extraiudiciali. Primò enim debet appellare in ſcriptis. Secundo requiritur quòd ipſe exprimat cauſam ſuæ appellationis. Tertio quòd illa cauſa ſit rationabilis, id eſt talis quæ ſi eſſet vera, neceſſariò inferret iſtum appellantem fuiſſe grauatum. Quartò debet appellans requirere iudicem à quo vt ſibi det apoſtolos. Nota quòd apoſtolos debet & tenetur iudex dare appellanti,non tamen incontinenti,ſed poteſt petere terminum ad deliberandum quos apoſtolos ipſe dabit,an reuerentiales, dimiſſorios, vel refutatorios. Vnde ſciendum quòd plures ſunt apoſtoli. quidam enim ſunt reuerentiales ſiue dimiſſorij,alij ſunt refutatorij,alij ſunt teſtimoniales,de quibꝰ videas late per Panor. in.c.cum ceſſante.eod.tit.in an. Nota quòd iudex à quo appellatur, poteſt terminum iuris ad perſequendum appellationem abbreuiare. nam de iure appellans habet annum ad proſequendum ſuam appellationem, & ex cauſa biennium. in.c.cum ſit Romana.eo.tit.in an.& hoc verum reſpectu appellationis proſequendæ,non autem reſpectu appellationis finiendæ. Nam iudex à quo cum ſit inferior, non poteſt ligare manus ſuperioris. Nota quòd ſi appellatus petat vt iudex à quo remittat totam cauſam principalem ad ſedem apoſtolicam,debet tam appellatus quàm appellans mittere procuratorem ſufficienter inſtructum non ſolùm reſpectu cauſæ appellationis,ſed etiam reſpectu cauſæ principalis.ſecus ſi appellatus non petiit iſtam remiſsionem fieri. tunc enim ſufficienter mitteret procuratorem ad proſequendum cauſam appellationis,vel ad impetrandum iudices delegatos.

*Ad ipſius text. 6.not. vide Ni. de milis in repertorio ſub litera A. dicentē quòd appellans à grauamine cui appellatus dixit ꝙ in termino compareret cū omnibus iuribus & munimentis ad totam cauſam ſpectantibus,ſi non compareret in termino,nō eſt ei terminus iterandus pro iuribus producēdis, immo non expectatis illis procedetur vlterius. Font.*

*Appellans à grauamine extraiudiciali, vel ab interlocutoria, debet in ſcriptis appellare.*

*Appellationis proſequendæ terminus à iure datus per iudicē, à quo breuiari poteſt.*

Nota inſuper quòd archiepiſcopus cognoſcens de cauſa appellationis,non poteſt retinere cauſam principalem. in.c. j.de foro compe.iſto lib.nam archiepiſcopus non poteſt de principali negotio cognoſcere,etiam de conſenſu partium, niſi finito articulo appellationis dicat, bene appellatum & male iudicatum:quia tunc poſſet articulum principalis cauſæ retinere.ſecus in papa,quia poteſt retinere cauſam principalem,etiam ſi dictum ſit, bene iudicatum & male appellatum.immo ſine appellatione poteſt papa inhibere iudicibus vt non ſe intromittant amplius de cauſa, ſed ipſam cauſam vnà cum partibus remittant ad papam. cap. vt noſtrum. eod.tit.in anti.l.iudicium ſoluitur.ff. de iud. vnde iſtæ euocationes quę quotidie fiunt de minori iudice ad maiorem, fiunt virtute illius.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.

*Iudex ad quē, cognitione principalis cauſæ retinere non poteſt.*

a *Minuere.* ſic.ff.ſi cer.pe.quidam exiſtimauerūt.in fi. de reſcrip.nonnulli.de do.& contu.finem.cum ſuis concor.

CORDI nobis eſt lites minuere, [a] & à laboribꝰ releuare ſubiectos. [b] Sancimus igitur vt ſi quis in iudicio [c] vel extra [d] ſuper interlocutoria [e] vel grauamine aliquo ad nos [f] duxerit

A b *Subiectos.* ſupra in prooemio huius lib.& de offic. lega.ca. ij.& de offic.ordi.vt litigantes ſupra eod.lib.

c *In iudicio.* quod habet locum poſtquam quis citatus eſt.ꝫ. de fo.compe.propoſuiſti ſupra de offic.deleg. gratum. &.c. licet.Hoſtien.& dic in iudicio,id eſt ab actu iudiciali,in quo eſt iudicium, id eſt iuris partium diſquiſitio.Archid.

*Additio.*

Gloſſa ſequens recit.per qu.an in appellatione extra iudiciū non à iudice interiecta, locū habeat hæc conſtitutio,& ponit duas opi. & ſecundam dicit tutiorem.

d *Vel extra.* hoc debet intelligi quando extra iudicium appellatur,tamen à iudice,[a] quod patet per id quod de apoſtolis ſequitur,ſecundum Innocen.{Ioan.Mo.& Archi.& facit cle.eo.tit.appellanti.} Ad hoc infra verſi.iis quæ in appellationibus.ibi enim excipitur, ſed aliàs non eſſet vera exceptio ſi non includeretur ſub præcedentibus. ff. de penu le.l. nam quod.§.ſi. Et ſecundum hoc quod infra dicit interlocutoria,id actum iudicialem referas.quod dicit grauamine,ad B actum extraiudicialem referas. tamen per iudices illatum. Sed alij contra dicētes cum appellatur extra iudicium etiam ſi non à iudice,ſeruari debere. [b] arg.infra eod. concertationi. {De diuerſis extraiudicialibus appellationibus ibi dicam poſt Ioan.Mo.ſuper glo.ij.} Ad id quod dicitur de apoſtolis,reſpondetur id locum habere quando in iudicio appellatur. {Tutum eſt etiam cum appellatur extra iudicium, puta in electionibus,apoſtolos petere ſecundum Francif. & ita ſeruatur. vide dicit appellans,apoſtolos peto,ſi ſit qui eos dare poſſet.& no.infra eod.vt ſuper.} Ad id quod dicitur de ver.iis quæ. reſpondetur quòd illa non eſt exceptio, immo determinatio vel proteſtatio quędam,& hoc eſt tutius.& tenet hoc Bernar.ſupra de elec.conſiderauimus.in.j.gloſ.

*a Idem Io. And.de Anch. Fōt.*

*b Et iſtos ſequitur Do. et Phi. Fonta.*

Gloſſa ſequēs notat,ponit duas opi.Gof. & cōtrarias Ber.

e *Interlocutoria.* No.ius nouum,appellantem ab interlocutoria debere in ſcriptis appellare, & æquiparatur appellationi interpoſitæ à definitiua ex interuallo vſque ad decē dies. tunc enim eſt appellandum in ſcriptis.ſed ſi incōtinenti appelletur, ſufficit viua voce appellari. ff.de appellat.l.ij.& ij.q. vj.ad fi.§.litigatoribus. Sed ab interlocutoria incontinenti & ex interuallo appellandum eſt in ſcriptis,vt hic. & dixit C Gof.& Hoſtien.poſt eum quòd aliud etiam ius nouum [c] hic inducitur quod qui appellat, cauſam cur appellat debet exprimere in appellatione,ſed per vetera iura ſufficiebat dicere, appello ab iniqua interlocutoria, [d] ſicut in definitiuis. & induxerunt ad hoc ſupra de elec.cum dilectus.de teſti.ſignificauerunt.ver.mandamus.ſupra eod.dilecto. &.cap. dilecti. &.ca.ex parte.Sed Ber.contra, dicens hoc nouum non eſſe, dicens quòd in illis decr.bene exprimebatur cauſa appellādi,& cum Ber.credo per decre.ſupra eo.vt debitus. Item dixit Gof.quòd olim extra iudicium non compellebatur quis cauſam exprimere.vnde & quo ad hoc iſtud ius nouū dicit. Sed Ber.contra,[e] dicens quòd ſecundū antiqua iura bene tenebatur qui extra iudicium appellabat,cauſam exprimere.& de hoc no.ſupra eod. cum cauſam.in gl.vlt.&.c. ſeq.in vnica gloſ. Iſtud ergo ſolum dicit Bern. hic quo ad ius nouum induci quòd in ſcriptis appelletur in iudicio & extra. Cauſa autem ideo exprimitur, vt videat iudex cui porrigitur appellatio,an iuſta fuerit,vt ſic appellantem admittat vel repellat. vnde ſemper papa in committēdo appellationes à grauamine interpoſitas ſcribit,ſi eſt ita. ADDITIO. Concordantias vide infra eo.non ſolum.ij. reſponſo. in.j.gl. Ioannes Andr.

*c Dec. enim vt debitus. ſolum requirebat cauſam probabilem exponi. Io. An.*

*d Innocen. remittit ad not.de nouū ope. nun.c. pe. Io. And.*

*e Idē tenet gloſ.in. d.c. vt debitus. in verſi. rationabili. Barto. in.l. eius qui.& in.l.ſi.ff. de appel. reci. Phi.Font.*

Gloſ.ſeq.reci.per.q.an in appellationibus ad alium quàm D ad papam,locum habeat hæc conſt. ponit duas opi. contra. quamuis in fi.determinat.

f *Ad nos.* maximè ſecundum quoſdam. {Videlicet Pe. de Samp.& Boa.qui intelligunt quo ad formam appellandi & appellandorum petitionem, non quo ad deuolutionem, vt ſequitur.} Secundum Hoſt.[f] in iis quæ de nouo inducit hęc conſtitutio,locum non habet,niſi in appellationibus interpoſitis ad papam,cum hoc hic exprimatur,& cum ſit pœnalis.& ſic reſtringenda. {Et ſupra de elec.ſtatutum. ſic etiam priuilegia reſtringuntur,ſecundum Hoſtien.de priuileg.ſane.de offic.leg.quòd tranſlationem.} Et quod ſolùm de appellationibus interpoſitis ad papam intelligatur, ſatis probatur per decre.de fo.compe.Romana.j.reſponſo.vbi habes quòd archiepiſcopus de conſenſu partium non poteſt de cauſa cognoſcere appellationis articulo prætermiſſo, ergo neceſſe eſt dicere quòd decre.iſta loquatur in papa. Sed ſecundum primam opi.poſſet dici idem in quolibet alio iudice ordinario,qui per ſimplicem querelam cognoſcere poſſit vt legatus,vt cap.j.de offic.lega. Sed archiepiſcopus per querelam cognoſcere non poteſt, & ideo primò eſt ſibi videndum an appellatio deuoluat.

*f Et Archi. quē vi. 3.q.5. quia ſuſpecti. & hæc vera quo ad deuolutionem negotij principalis. hic ꝓbat quod ſequitur in glo. Ipſe tamen Hoſti. latius intelexit, vt patet in glo. 1. Ioan. And.*

*Appellatur verbo & facto.*

a *Appellandum.* verbo, quia adhuc hodie ſecundum Hoſtie. poterit facto appellare: vt ſupra eod. meminimus. & cap. ſuggeſtum. & cap. ad hæc ſicut. de hoc ſupra de appelli. vt debitus. ADDITIO. Dicit Innocen. quòd facto appellans prudenter facit, ſi coram teſtibus exprimat omnia grauamina pro quibus vadit, vel nuntium mittit. Nam ſi quādo appellat viua voce, ad hoc tenetur, vt ſequitur, quare non quando facto? & hoc idem not. in cap. vt debitus. facit quod not. ſupra. c. dilecti. in gloſſ. quoniam. plus dicit. Archi. quòd dato quòd appellans facto hoc non faciat, non putat quòd incidat in iſtam conſtitutionem. & ponderat quòd Inno. dixit eum prudenter facere, quaſi non neceſſario. Ioan. Andr.

*† Etiam ſecundum ius ciuile. Bar. in l. eius. ff. de appel. vt iudex deliberet, vt nō vagetur pars. & ita tenet tu contra gl. in l. 1. ad fin. ff. eod. de Anchar. & vide An. Are. in d. l. 1. Fonta.*

Gloſſa ſequens ponit dubium. ſecundo ponit quid addat hoc ius nouum. tertio ſignat cōtrarium, quod quadrupliciter ſoluit.

appellandū,[a] cauſam appellationis in ſcriptis [b] aſsignare deproperet, [c] † petat apoſtolos,[d] quos ei præcipimus exhiberi; [e] In quibus appellationis[f] cauſam exprimat, & cur appellatio non ſit admiſſa: vel ſi appellationi forſan ex ſuperioris [g] reuerentia ſit delatum.[h] Poſt hoc appellatori ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum & negotij qualitatē tēpore proſecutionis indulto,[i] ſi voluerit appellatus & petierit,[k] principales perſonæ per ſe [l] vel per ꝓcuratores inſtructos cum mandato ad agendum, & cū rationibus & munimētis [m] ad cauſam ſpectantibus, accedant ad ſedem apoſtolicam ſic parati, vt ſi nobis viſum fuerit expedire, finito [n] appellationis articulo, vel de partium voluntate omiſſo, [o] procedatur in negotio principali quantum de iure poterit & debebit: Iis quæ in appellationibus à definitiuis ſententiis interpoſitis antiquitas [p] ſtatuit,[q] non mutatis. Quòd ſi appellator quæ præmiſſa ſunt,[r] non obſeruet, reputabitur non appellans, & ad prioris iudicis redibit examen in expēſis legitimis condemnandus.[s] Si autem appel-

b *In ſcriptis.* iſtud ſpeciale in appellatione ad papam interpoſita. Alij contra. & facit pro eis ſupra de probat. quoniam contra. ad quod dicit Hoſtien. quòd licet non fuerit in ſcriptis redactum, poterit fides fieri. {per alia documenta, vt ibi patet in fi. & dicit ſic determinandum. quod not. in ſum. eod. tit. §. qualiter. fatetur tamen Hoſtien. quòd contraria opi. eſt expediens: non tamen ſic aſtringit quòd ad non ſcribētem pœnam huius conſtitutionis extendat.} Sed nunquid quælibet ſcriptura ſufficiet? Dicit Innocen. quòd ſic. ſatis enim eſt quòd forma qua appellatum eſt in ſcriptis, probari poſſit. {Expeditius tamen eſt & melius quòd ſcriptura ſit publica, vel authenticum ſigillum ſupra de fide inſtru. cap. ij. & facit ſupra eod. lib. de elec. vt circa.} ADDITIO. Vnde ſecundum Innocen. priuata ſcriptura nec probat appellatū, nec probat appellationis formam, cum tamen ſcriptura ad hoc fuerit inducta, vt obuiet appellanti ſi variare vellet. j. q. vij. ſaluberrimum. xxvij. q. j. omnes fœminæ. & quod not. xx. quæſtione. j. vidua. Dicit Hoſtien. quòd licet conſuetudo habeat quòd priuata ſcriptura ſufficiat, non tamen per id ſatisfactum videtur menti huius conſtitutionis, quæ vult varietatem euitari. quare tutius dicit quod ſequitur in gloſſ. allegata etiam infra de ſententia excommu. cum medicinalis. §. exemplum. vide in Spe. quarta parte eodem titu. §. j. ver. & notabiliter.

*Appellatū an poſſit per ſcripturā priuatā.*

c *Deproperet.* id eſt feſtinet, vel valde properet. præpoſitio de, hic auget. ſi. C. de iudi. properandum. ff. depo. l. j. in princ. & vide quod dixi poſt Hoſt. de conſue. ad noſtram. Io. And.

d *Petat apoſtolos.* inſtanter, & intra. xxx. dies. infra eo. ab eo. & in cle. quamuis. eo. titu. {Dixerat hic Innocen. quòd non petens renuntiat appellationi, niſi per argumēta pateat eum velle proſequi appellationem, vt ſi ad illam proſequendam mittat. hoc reprobatur in prædicta decret. ab eo.} Et non intelligas de apoſtolis Petro & Paulo, ſed de literis dimiſſoriis. ff. de lib. dimiſſo. l. vnica. ff. de verb. ſignifica. l. dimiſſoriæ. ADDITIO. Dicit Hoſtien. & Pet. quòd dicuntur apoſtoli ab apo, quod eſt de, & ſtolon, quod eſt miſsio, quaſi miſsio quam facit vnus iudex ad alium: ſic etiam de apoſtolis dicimus quòd à Deo vel de cœlo miſsi fuerunt. vide in Spe. iiij. parte eod. tit. §. ſequitur. vbi ponit Guil. quinque ſpecies apoſtolorum, conuentionales, teſtimoniales, delatorios, refutatorios, & reuerentiales, & ibi ponit ipſarum formas. Ioan. And.

*Apoſtoli qui ſint, & vnde dicātur.*

*Apoſtolorū quinque ſunt ſpecies.*

*a Id eſt ex quo petiti fuerūt apoſtoli, ſecundum Hoſti. Et no. quia hæc pars vult pōderari tempus petitionis, non denegationis. contrariū not.*

e *Exhiberi.* quòd ſi non exhibeantur, & poſtea [a] iudex in cauſa procedat, niſi appellationi renuntiatum eſſet, inualidus eſt proceſſus. infra eod. vt ſuper. quod eſt verum ſi debitis loco, modo, & tempore requiſitus eos expreſſe denegat, vel intra debitum tempus negligenter vel malitioſè tradere prætermittit, infra eod. ab eo. ij. reſpon. Et nota quòd iudex tradendo apoſtolos videtur appellationi deferre ſupra eod. titu. dilectis. ad finem. quod eſt verum, quando tradidit dimiſſorios vel reuerētiales. ſecus ſi refutatorios, vt ſequitur. Sic nec termini datio habet vim dilationis, vt dicam. infra eodem titulo, cum appellationibus.

f *Appellationis.* admittendæ vel non, & tunc ſequentia veniunt expoſitiuè ad cauſam ob quam appellatum fuit.

Gloſſa ſequens ponit opinionem quam determinat.

g *Superioris.* non dixit papæ. Et ſic not. pro iis quæ ſupra dixi. ADDITIO. Dixit ergo Hoſtien. per hoc ſatis patere quod de apoſtolis dicitur, in omnibus iudicibus locum habere. Ioan. And.

*j. eo. vt ſuper. in gloſ. antepenult. et vide quid ibi dicam. Ioan. And.*

h *Delatum.* ſolet fieri in dubio cum dubitatur [b] de veritate appellationis. aliàs caueat pœnam ſupra tit. proxi. cap. j. ADDITIO. Secundum iura dicit Hoſtienſ. quòd illam pœnam non incurret, dummodo id non fecerit in grauamen alterius partis per gratiam vel per ſordes, vt ibi not. Ioan. Andreæ. ADDITIO. Poteſt dubitari vel de veritate appellationis, vt dictum eſt. vel de iuſtitia, puta propter dubium opinionum ſecundum Abba. qui ponit exempla per no. in decre. vt debitus. eod. titu. Ioannes Andreæ.

*b Ad hoc ſupra eo. cū ſpeciali. §. exceſſu. Io. Andrea.*

i *Indulto.* à iudice à quo eſt appellatum: de quo dic vt ſupra eod. tit. cum ſit Romana.

k *Petierit.* quia non ſufficit quòd hoc gerat in mente, niſi hoc exprimat ore. ff. de verb. oblig. l. quidquid aſtringendæ. in princ. Et nota quòd ſecundum iura vetera aut recipiebatur appellatio à iudice vel à parte, aut non, nec ſtatuebatur terminus. In ſecundo caſu ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum. In primo debet mittere procuratorem ad proſequendam cauſam appellationis. ſed de principali nil dicebatur per antiqua iura. hodie autem ſi hoc petit appellatus, tenetur mittere non ſolùm ad proſequēdam cauſam appellationis, ſed etiam principalem, vt hic vides, ſi huius conſtitutionis pœnas euitare voluerit. & ſic addit ſolùm iſta conſtitutio, [c] & non derogat. Sed contra ſupra eod. qua fronte. vbi hoc videtur eſſe in optione appellantis. Solut. Quidam exponunt ibi, ſi maluerit aduerſarius, ſcilicet appellatus. Alij dicunt illud correctum per iſtud. Alij, quòd decretalis illa dat optionem appellanti, ad quem appellare velit, [d] non an velit principalem cauſam ad iudicem appellationis deferri. Vel dic quòd ibi datur optio an velit coram eo ad quem appellauit, litigare, vel delegatum impetrare, & hoc cum appellatus non contradixit, vt hic.

*Appellans qualiter debeat mittere procuratorē inſtructum.*

*c Dic tex. procedere quando literæ ſunt per appellātē impetratæ, vel mandatis miſſus. aliàs non integra non procedere. Phi. Font.*

l *Per ſe.* non datur optio vt perſonam trahere poſſit, ſed cauſam. vnde iſtud vel, quod ſequitur, non refertur ad poteſtatem appellati, ſed appellantis. ADDITIO. Aliàs ſecundum Pet. & Abba. vilis clericus litigans cum epiſcopo, ipſum epiſcopum litigantem vrgere poſſet ad perſonale iter ad curiam. Idem de milite vel alio litigante cum rege. quod eſſet abſurdum. Ioannes Andreæ.

*d Pluribus iudicib⁹ cōcurrentibus ad quos appellare licet. Do. Fō.*

m *Munimentis.* id eſt priuilegiis, & inſtrumentis, & omnibus iis per quæ poteſt cauſa muniri ſupra de do. & contu. cap. fin. de elec. cupientes ſupra eod. lib. ADDITIO. De teſtibus tamen hic non intelligitur ſupra de fideiuſſo. conſtitutus. verſi. præterea. licet cauſam muniant. Innocen. Archi. Ioan. And.

*Munimenta quid ſint.*

n *Finito.* per approbationem vel caſſationem appellationis: quod eſt officium iudicis appellationis. ſecunda quæſtione ſexta ad finem. Ioan. And.

o *Omiſſo.* quod non poſſet archiepiſcopus. ſupra de fo. compe. Romana. j. reſpon.

p *Antiquitas.* reuerenda. ſupra de tranſlationibus, quanto. §. j.

q *Statuit.* ſcilicet quòd appellans in eis, appellationis cauſam non teneatur exprimere, ſed ſufficiat dicere, appello ab illa iniqua ſententia. & iudex debet appellationi deferre, & poteſt ſtatuere terminum appellanti ad appellationem proſequendam. eod. titu. cum ſit.

r *Quæ præmiſſa ſunt.* id eſt ſi cauſam appellationis non expreſsit in ſcriptis, & apoſtolos non petiit, & inſtructus non venit, vt hic dicitur, vel non miſit. ADDITIO. ſecundum Innocen. cuius eſt gloſ. quam poſuit Bern. in additionibus. & tamen in alia gloſ. tenuit. Innoc. quod prædixi. Ioan. And.

s *Condemnandus.* non dixit condemnatus. vnde dicit Hoſti. quòd



quòd iudex principalis cauſæ habet condemnationem facere. Sed dic quòd etiam iudex appellationis ipſam poteſt facere. infra eo. cum appellationibus. j. reſpon. in ſi.

a *Contempſerit.* quare hoc dicit, cum in voluntate appellati reſideat ire vel non ire? Hoc intelligitur ſecundum Bernardum cum appellatus hoc approbauit, ſcilicet cum volebat coram ſuperiore cauſam proſequi. Si igitur poſtea non ſeruauerit hoc ſtatutum, id eſt, ſi non veniat inſtructus vt debet, contra ipſum tanquam contra contumacem procedetur tam in expēſis quàm in cauſa. Et qualiter procedatur contra contumacem reum vel actorem, lite conteſtata, vel non conteſtata, vel quaſi conteſtata, plenè not. ſupra de do. & contu. prout. ADDITIO. Archidiaconus alleg. quod not. ſupra eod. ſæpe. in gloſ. vt ſi lis. & vide quod ibi dixi, per quod decido ꝙ hic no. Inno. & Ioan. Mo. Ioan. Andreæ.

latus contempſerit [a] hoc ſtatutum, in eum tanquam in contumacem tam in expenſis, quàm in cauſa (quantum à iure permittitur) procedatur. [b] Iuſtum eſt equidem vt in eum iura inſurgant, qui ius [c] & iudicem [d] & partem [e] eludit. [f]

Idem.

*Iudex qui recuſatur, ſtatuit competens tempus arbitris ad finiendam cauſam: quo elapſo ſi finita non fuerit, in principali procedit. Ioan. Andreæ.*

CAPIT. II.

LEgitima [g] ſuſpicionis cauſa contra iudicem [h] aſsignata, † & arbitris à partibus ſecundum formam iuris [i] electis qui de ipſa cognoſcant, [k] ſæpe contingit quòd ipſis in idem conuenire nolentibus, nec tertium aduocantibus, cum quo ambo vel alter eorum procedat ad deciſionem ipſius negotij vt tenentur, iudex proferat [l] excommunicationis ſententiam contra ipſos, † quam ipſi tum propter odium, [m] tum propter fauorem partium diutius vilipendunt: [n] quare cauſa ipſa [o] plus debito prorogata, non proceditur ad cognitionem negotij principalis. Volentes igitur morbo [p] huiuſmodi neceſſariam adhibere medelam, ſtatuimus vt ipſis arbitris per iudicē [q] competens [r] terminus præfigatur, † intra quē in idē conueniat, vel tertiū concorditer aduocent, cū quo ambo vel alter corū eiuſdem ſuſpicionis negotiū terminare ꝓcurent. Alioquin [s] iudex extūc in principali negotio procedere non omittat. [t]

*† Ampliat textum ad exceptionē concernentem iudicis famam, vt ſi dicatur infamis, excōmunicatus. de Anchar. cōtra Innocen. in. cap. quoniā ſuper abbatia. de offic. dele. Font.*

b *Procedatur.* per illum ad quem eſt appellatum. ſupra eod. ſæpe & cap. per tuas. nec eſt mirandum ſi tales taliter puniuntur, iuſtum eſt &c.

c *Ius.* ſupra eod. in principio.

d *Iudicem.* qui appellationem recepit, & terminum aſsignauit.

e *Partem.* quæ venit inſtructa coram papa.

f *Eludit.* quod reprobatur ſupra de ali. iudi. mu. cauſa fa. ca. j. de poſtu. præla. bonæ. ij. §. nec nocebat. ff. de iudi. ſi prætor. ADDITIO. Et. ff. ne quid in loco publi. l. fin. Ioan. Monac. & C. de ſportu. l. vlti. in fi. Ioan. And.

*Diuiſio.*

LEgitima.} Primò ponit factum ſæpe contingens, cui ſecundò prouidet ibi, Volentes. Hoſtien. facit tres partes, dicens quòd in prima ponitur dubitatio. In ſecunda ſolutio. In tertia dicitur quòd iudex procedat. partes iſtæ patent. Sed Ioan. Mona. dicit aptius, quòd primo narratur iuris antiqui prouiſio. Secundo ibi, Volentes. ponitur noui iuris adiectio. Vel dic quòd prima pars ponit morbum, cui ſecunda medetur. Ioannes And. Præmitte quod habes in cap. ſuſpicionis. j. reſpon. ſupra de offic delega. ſcilicet quòd vbi iudex recuſatur, eliguntur arbitri, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcunt. Domi. Emanauit ad ſuppletionem decretalis. ſupra de offic. deleg. ſuſpicionis. ADDITIO. Et in Spe. de rec. §. fi. verſi. ſed quid ſi actoris. Ioannes And. CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice delegato à papa. tu eum vis recuſare vt ſuſpectum, quia dicis quòd ipſe eſt affinis meus. certum eſt quòd debemus eligere arbitros ad cognoſcendum de iſta cauſa ſuſpicionis, coram quibus arbitris teneris probare iſtam cauſam ſuſpicionis. Sed ponamus quòd iudex recuſatus timet quòd arbitri ſint negligentes in finiendo iſtam cauſam. nunquid poterit præfigere arbitris terminum ad finiendam cauſam ſuſpicionis? Reſpondet Ro. ponti. quòd ſic. & ſi arbitri non finierint cauſam recuſationis intra illum terminum, poterit iudex recuſatus reaſſumere iuriſdictionem. Nota primo quòd iudex poteſt aſsignare arbitris terminum intra quem cauſam decidant. quod intellige de arbitris iuris. de compromiſſariis non loquitur iſte text. Nota ſecundo quòd quando ſunt electi tres arbitri, videtur data poteſtas duobus, vt quod maior pars ipſorum fecerit, valeat. Ad hoc ſupra de arbit. c. fin. eod. li. Domi.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

g *Legitima.* de veritate cauſæ non dubitatur quin habeat arbiter cognoſcere. Sed quis cognoſcet an cauſa ſit legitima? Dic quòd idem arbiter, vt not. ſupra eod. cum ſpeciali. in. iij. gloſſ. ADDITIO. Et in cap. ſuſpicionis ſupra de offic. delega. in. j. gloſſ. & in Spe. de recuſa. §. qualiter. in princ.

*a Supple iā datum. ſi enim recuſaretur dandus, coram delegante probaretur recuſatio. ſecundum Frā. Ioan. Andr.*

h *Iudicem.* ordinarium, vel delegatum à papa [a] ſupra eod. cum ſpeciali. de offic. delega. ſuſpicionis. Si autem eſſet delegatus epiſcopi vel eius officialis, vel eſſent plures delegati cum clauſula, quòd ſi non omnes. & vnus ex his recuſetur, tunc non itur ad arbitros. quod dic vt not. ſupra eod. lib. de offic. delega. ſi contra vnum. Et coram ipſo iudice qui recuſatur, dandus eſt libellus recuſatorius. ſupra eod. ſecundo requiris. Cod. de iudi. apertiſsimi. ADDITIO. Libellus recuſatorius dandus eſt coram recuſato iudice, ſit ordinarius vel delegatus, vt in prædicto cap. cum ſpeciali. & cap. ſuſpicionis. Hoſtien.

Gloſſa ſequens ponit quatuor quæ requiruntur in arbitro.

i *Formam iuris.* ſupra eod. cum ſpeciali. & non debēt eſſe laici [b] tales arbitri, quia cū habeant teſtes compellere, & alia facere quæ pertinent ad hunc articulum, talis ſpiritalis iuriſdictio non caderet in eos ſecundum Bernar. ad hoc. xcvj. diſtin. bene quidem. de iudi. decernimus. Item non debent eſſe ſuſpecti, aliàs poſſent ſicut iudices recuſari. Item nec debent eſſe multùm remoti. ſupra eod. ſecundo requiris. & ca. cum ſpeciali. Item debent eſſe in locis competentibus, vbi poſsit haberi copia peritorum. ſupra eod. lib. de reſcriptis, ſtatutum.

*† Not. quòd iuriſdictio extenditur ad perſonas non incluſas reſcripto: quia impediūt illud propter quod reſcriptum cōceſſum eſt. de Anch. Fōt.*

*b Idē Archi. de hoc in Specu. de recuſationibus. §. fina. ver. & nūquid. Ioan. And.*

*† Nō tamen ceſſat remedium antiquū, ſcilicet coactio. ar. l. quoties. ff. de actio. & obliga. item præſens ca. venit ad fortificandum ius antiquum, nō ad corrigēdum. facit. l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publi. de Anch. Font.*

k *Cognoſcant.* & pronuntient. ff. de iudi. de qua re. ſupra de cauſa poſſeſſionis. cum ſuper. & infra patet. Ioan. And.

l *Proferat.* quod poteſt ſupra de offic. deleg. ſuſpicionis.

m *Odium.* caueant tales arbitri iuris à pœna. ſupra titu. proxi. cap. j. licet arbitri compromiſſarij illam timere non habeant, vt ibi dixi. ADDITIO. Dicit Hoſtien. quòd arbitri iuris pœnam. d. ca. j. incurrunt faciendo vel omittendo aliquid per gratiam vel per ſordes. Nam delinquere poteſt omittendo, ſicut peccare faciendo. ſupra de excep. dilectæ. & ca. ſignificauerunt. de reſcriptis, ſignificante. Ioan. Andr.

n *Vilipendunt.* & ex eo magis ligantur. ſupra de ſent. excom. per tuas.

o *Cauſa ipſa.* ſcilicet recuſationis. ADDITIO. Decem & octo iuſtas recuſationis cauſas not. hic Hoſtien. vide plenius in Spec. titu. j. §. ſuper eſt. & per ipſum Hoſtien. in ſumma. de offic. delega. §. quæ ſint iuſtæ cauſæ. Ex illis. xviij. vide ſex not. de offic. delega. cauſam. in. j. gloſſ. & vide quod not. ſupra eod. lib. de offic. delega. ſi contra vnum. in. vj. gloſſ. & quod ſuper ea dixit Ioannes And. qui hic in ſua nouella peculiariter explicat ipſas cauſas incipiendo à ſeptem vſque ad. xviij. incluſiuè.

p *Morbo.* ſupra eod. lib. de excep. pia. ADDITIO. De iuramento calumniæ. cæterum. vbi de hoc in gloſ. ij. & dicit Archid. morbum dictum, quia ex illo mors oritur, ſcilicet animæ. Ioan. And.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium. opi. ponit, & ſoluit.

q *Per iudicem.* ipſum recuſatum ordinarium vel delegatum. contra ſupra de of. deleg. ſuſpicionis. Solu. iſta corrigit illam ſecundum Ber. & ſic ω reuolauit ad α. i. hoc extremum ius ad illud quod olim erat ante decretalem ſuſpicionis. Sed dic quòd decretalis iſta non corrigit illam. Illa enim decretalis loquitur in termino partibus aſsignando ad probandum, id eſt parti quæ ſuſpicionem vult probare: quem non qui recuſatur, ſed arbitri aſsignare debent, vt ibi. Iſta loquitur in termino aſsignato arbitris ad cauſam finiendam: quem non arbiter, ſed iudex recuſatus debet ſtatuere. ADDITIO. Idem Hoſtien. Pet. de Samp. & Abbas.

r *Competens.* quòd ſi minus competentem terminum aſsignaret, locus eſſet appellationi. ſupra de dila. ca. j. Ioan. And. ADDITIO. Secundum Boa. locus eſſet appellationi interponendæ per partes quæ in hoc grauantur, non per arbitros. quod intellige, ſi non grauātur. Si ergo in arbitros fulminaret ſententiam ſi intra terminum non definiſſent, tunc eorum intereſt appellare. Ioan. And.

s *Alioquin.* ſcilicet ſi elapſo termino nondum ſit per ipſos negotium terminatum.

t *Non omittat.* videtur quòd conſtitutio iſta ſit iniqua. ſic probo:

Universidad de Deusto Biblioteca



probo : Pone quòd iudex in veritate ſit ſuſpectus ſuſpicione quæ proponitur contra ipſum : arbitri in fauorem partium vel partis nõ finiunt negotium in termino. iudex procedit in principali : & ſic inutiliter proponitur recuſatio. Quomodo ergo fiet, cùm hic cõpellatur coram iudice ſuſpecto reus litigare? Dicunt quidam {Pet. de Sãp. & Ab.} quòd pars petet à iudice, vt ſecundum acta coram arbitris negotium finiat. ad hoc ſupra de teſti. præſentata. & ſi male pronuntiauerit, appellet. Vel dic quòd ſi arbitri nolunt pronuntiare, vel male pronuntiant : appellandum eſt ad Papam ſupra eod. lib. de offic. deleg. ab arbitris. Ioann. Andr. Idem Archidiac.

### Idem.

*De officiali epiſcopi non ad epiſcopum ſed ad archiepiſcopum appellatur.*

ROmana.} Huius decre. vndecim ſunt partes : ſicut & vndecim eius dicta. Ioannes Andreæ. ADDITIO. Hæc eſt famoſa & notabilis decretalis quæ (omiſſa prolixitate Hoſtien. & diuiſione Ioannes Monac. quæ nimis eſt confuſa) poteſt diuidendo ſummari ſic: Hæc decre. de duobus tractat, ſcilicet de appellatione ad archiepiſcopum interponenda : & de ipſius poteſtate circa eam interiecta. Circa primum decidit tres caſus, quibus dubitabatur an poſſet vel deberet ad archiepiſcopum appellari. & hoc in j. & ij. reſponſ. & in. §. debet. Circa ſecundum facit quinque. Primò decidit quando citare poſſit vel delegare : ibi, Cùm autem. Secundò ibi, Si verò. quando poſſit inhibere : diſtinguens circa hoc tres caſus. Tertiò ibi, In alium. de ipſius poteſtate in aliam perſonam, vel aliam cauſam. Quartò ibi, Sententias, de poteſtate reuocandi cenſuram. Quintò & vltimò de neceſſitate remittendi male appellantem. Domi.

*Caſus ampliſſimus et peculiaris domini Helia, comprehendes particulariter ſingulos. §.*

CASVS. Officialis Pictauen. cognoſcit de aliqua cauſa inter duos ſubditos ſuos. tulit ſententiam definitiuam vel interlocutoriam, non refert. vna partium vult appellare. quæritur ad quem iudicem ſit interponenda appellatio : hoc eſt, vtrum poſſit pars appellans appellare ad epiſcopum Pictauen. dominum ipſius officialis? Reſpon. Roma. ponti. quòd certè non : & licet epiſcopus ſit maior ſuo officiali : tamen quia idem eſt conſiſtorium amborum, non poteſt appellari ab officiali ad epiſcopum : ne appelletur ab vno iudice ad eundem : imò non valet contraria conſuetudo. cap. ij. ſupra de conſue.

*Caſus §. ab archidiaconis.*

Sed quid? ponamus quòd aliquis prælatus inferior puta archidiaconus, vel archipresbyter exiſtens ſub epiſcopo tulit aliquam ſententiam interlocutoriam vel definitiuam : vna pars vult appellare : quæritur ad quem ſit appellandum? Certè appellandum eſt ad epiſcopum : non autem ad archiepiſcopum omiſſo medio. valeret tamen contraria conſuetudo vt quis appellaret à prælato inferioris epiſcopi ad archiepiſcopum : nam cùm conſuetudo det iuriſdictionem non habenti : multo magis poteſt iuriſdictionem prorogare habenti.

*Caſus. §. cum autem.*

Sed ponamus quòd fuit appellatum ab officiali epiſcopi ad archiepiſcopum, vel ab inferiori prælato epiſcopi ad epiſcopum : an iudex appellationis ad ſolam aſſertionem partis appellantis poſſit decernere citationem ad citandum partem appellantem, & iudicem à quo eſt appellatum, priuſquam ſibi conſtet quòd appellatio fuit interpoſita ex cauſa probabili : hoc eſt, vtrum antequam iudex appellationis decernat citationem ſuam, debeat ſibi liquere quòd fuerunt obſeruata omnia illa quæ requiruntur ad deuolutionem cauſæ ad ſuperiorem per appellationem? Reſpon. Roma. pont. quòd ſic : & ideo appellans debet comparere coram iudice appellationis, vt eum informet de omnibus iſtis : aliàs iudex appellationis non deberet decernere ſuam citationem. hoc dicit præſens textus vſque ad. §. ſi verò. in quo ſic figuratur.

*Caſus literalis. §. ſi verò.*

CASVS. Certum eſt quòd iudex appellationis conſueuit inhibere iudici à quo, ne aliquid attentet in præiudicium appellationis. Sed ponamus quòd pars appellata comparet coram iudice appellationis, & proponit quòd appellans non appellauit intra decem dies : vel aliquid omiſit propter quod reputatur non appellans : nunquid debet iudex appellationis antequam decernat citationem, prius de iſtis cognoſcere, & ſuper his interlocutoriam ferre? Reſpondet quòd ſic : à qua interlocutoria poterunt partes appellare.

*Caſus. §. quòd ſi.*

Sed ponamus quòd pars appellata non proponit non fuiſſe appellatum intra decem dies : ſed dicit quòd cauſa inſerta in appellatione non eſt de cauſis inſertis & approbatis à iure. dicit appellans quòd licet cauſa non ſit inſerta in corpore iuris : tamen eſt ſimilis vel maior quàm ſint cauſæ inſertæ in iure. nunquid iudex appellationis prius debet ferre interlocutoriam, an illa cauſa inſerta in appellatione ſit iuſta vel non, antequam faciat inhibitiones iudici à quo? Reſpondet quòd ſic : & non intelligatis quòd iudici ad quem, debeat conſtare de veritate appellationis : ſed intelligitur ſibi conſtare an cauſa inſerta in appellatione ſit rationabilis, vel non.

*Caſus. §. ſi autem.*

Sed ponamus quòd fuit appellatum à ſententia definitiua : vtrum iudex ad quem, poſſit facere inhibitiones iudici à quo, non præmiſſa cognitione? Reſpon. quòd non : niſi fuerit appellatum à ſententia definitiua in caſibus in quibus eſt inhibita appellatio : puta quia aliquis fuerat condemnatus ex ſua cõfeſſione, & appellauit. tunc enim debet inſeri iuſta cauſa in appellatione, & debet fieri fides iudici ad quem, an cauſa inſerta in appellatione ſit rationabilis.

### CAPITVLVM III.

ROmana Eccleſia : et infrà. Cùm ſuffraganeorũ Re-

*Caſus. §. in alium.*

Sed quid? ponamus quòd erat quæſtio ſuper prædio quod poſſidebas. lata eſt ſententia contra te : & ab ea appellauiſti. poſtea quidam tertius intulit tibi violentiam in illa re. vtrum coram iudice appellationis poſſis eum facere conueniri? Certè non : ſed debet conueniri coram ſuo iudice immediato. Et iſtud verum, niſi per iſtam turbationem impediretur iuriſdictio iudicis appellationis. hoc dicit vſque ad. §. cùm verò.

*Caſus. §. cũ verò.*

Sed ponamus quòd pendente appellatione conueni te coram iudice à quo, ſuper alia re. vtrum iudex appellationis poſſit inhibere iudici à quo, ne cognoſcat de iſta cauſa? Certè non : veruntamen poſſes ipſum iudicem à quo recuſare vt ſuſpectum, probato grauamine quod tibi intulit in alia cauſa, à quo appellaſti.

*Caſus. §. debet.*

Sed ponamus quòd epiſcopus Picta. habet iuriſdictionem temporalem in aliquo loco ſuæ diœceſis : tulit aliquam ſententiam per ſe, vel per auditorem ſuum. vtrum debeant appellare ad metropolitanum, puta ad archiepiſcopum Burdegalen. vel ad præſidem prouinciæ puta ſeneſcallum, vel eius locum tenentem? Reſpon. quòd eſt appellandum ad metropolitanum : & ſic ad iudicem eccleſiaſticum : niſi epiſcopus teneret in allodium illam iuriſdictionem non faciendo aliquam penſionem domino temporali. ſecus ſi teneret in feudum : nam tunc appellandum eſſet ad iudicem laicum, in cap. allegato pro contrario in gloſſ.

*Caſus. § ſententias.*

Sed quid? ponamus quòd iudex à quo, excommunicauit appellantem, ipſum reputando contumacem. vtrum iudex appellationis poſſit relaxare vel declarare nullas iſtas ſententias, antequam cognoſcat vtrum bene vel male fuit appellatum? Reſpon. quòd non. & iſtud verum, niſi immineret periculum animæ : quia tunc poſſet illas relaxare : ſed non declarare nullas.

*Caſus. §. finalis.*

Sed ponamus quòd iudex appellationis pronuntiauit bene ſententiatum, & male appellatum : quale debet eſſe officium iudicis ad quem? Reſpon. quòd ipſe iudex appellationis debet remittere partes ad iudicem à quo, vt ipſe cognoſcat de principali cauſa. {Idem conſiſtorium.} per hoc enim excluduntur officiales foranei qui ſunt delegati epiſcopi. licet enim ipſi habeant iuriſdictionem ad vniuerſitatem cauſarum : tamen ab eis appellatur ad epiſcopum, & non ad metropolitanum. {Quòd ſi.} ſed qualiter pars appellata poteſt opponere quòd iudex appellationis cognoſcat an cauſa inſerta in appellatione ſit iuſta vel non? Dicendum quòd aliquæ ſunt cauſæ quæ non ſunt expreſſæ in iure : puta quia ſunt ſimiles vel maiores : & in illis debet iudex appellationis cognoſcere an illæ cauſæ ſint iuſtæ vel non. ſi autem cauſa inſerta in appellatione eſſet vna de cauſis inſertis in iure : tunc non haberet iudex appellationis cognoſcere an illa cauſa eſſet iuſta vel non. Vnde ſciendum quòd iudex appellationis habet ferre duas ſententias : vnam interlocutoriam an appellatio fuerit ad eum deuoluta, vel ne : aliam definitiuam reſpectu articuli appellationis : videlicet an bene fuerit appellatum, vel male : & an bene iudicatum, vel male.

*Appellari non poſſ omiſſo medio regulariter.*

Nota primò ex princ. cap. quòd ab officiali epiſcopi non poteſt appellari ad ipſum epiſcopum : nec valeret contraria conſuetudo : vt cap. ij. ſupra de conſuetu. & iſtud verum, quando appellatur ab officiali generali & principali : quia ſi appellaretur ab officiali foraneo, eſſet appellandum ad epiſcopum.

Nota quòd non poteſt appellari omiſſo medio regulariter : nam ab archipresbytero non poteſt appellari ad metropolitanum omiſſo epiſcopo. Sed quid ſi archipresbyter eſt ſub archidiacono : an poſſit appellari ad epiſcopum omiſſo archidiacono? Communis opinio doctorum eſt quòd ſic. nam concurrit cum quibuſcunque inferioribus prælatis : exceptis abbatibus reſpectu ſuorum religioſorum. cap. quanto. de offic. ordina. in antiq. Nota vlterius quòd valet conſuetudo vt omiſſo medio poſſit appellari. Nota quòd iudex appellationis non debet citare appellatum, niſi conſtet ſibi quòd appellatio fuit interpoſita ex iuſta cauſa & rationabili. & iſtud verum, quando cauſa eſt exprimenda in appellatione : videlicet quando appellatur ab interlocutoria vel definitiua in caſibus in quibus ꝓhibetur appellatiõ à iure. Et ſi iudex appellationis videat quòd cauſa inſerta in appellatione non ſit iuſta : debet denegare audientiam appellanti. Nota vlterius ibi, quòd ſi obiiciatur. quòd non ſolum poteſt appellari propter cauſas inſertas in iure : ſed etiam propter alias cauſas maiores vel æquales : puta nos non habemus in iure quòd iudex poſſet recuſari vt ſuſpect⁹ propter cõpaternitatem : ſi tamen de iure patriæ ſit tanta amicitia inter compatres, ſicut inter conſanguineos : iſta eſt ſufficiens cauſa recuſandi iudicem vt ſuſpectum.



*Appellans à definitiua in caſu ꝓhibito debet cauſam inſerere.*

Nota quòd ſi pars appellata proponat quòd cauſa inſerta in appellatione non eſt rationabilis : iudex appellationis debet interloqui an illa ſit cauſa rationabilis : vel non.

Nota quòd quando appellatur à definitiua in caſibus à iure prohibitis : neceſſe eſt vt appellans in appellatione ſua inſerat cauſam rationabilẽ : vt puta ſi confeſſus in iure appellet, debet inſerere in appellatione ſua quòd confeſſus fuit per errorem vel metum : & debet de errore & metu fidem facere. & in hoc æquiparantur interlocutoria & definitiua. Nota quòd iudex appellationis non recipit iuriſdictionem niſi inter partes : puta inter appellantem & appellatum, & non inter tertium. quod verum eſt, niſi iſte tertius impediret iuriſdictionem iudicis appellationis. cap. j. de offic. & pote. iudicis delegati. in anti.

meñ. Eccleſiæ, ſuorumque officialium (qui generaliter [a] de cauſis ad ipſorum forum pertinentibus, eorum vices ſupplendo cognoſcunt) vnum & idem [b] conſiſtorium ſiue auditorium ſit cenſendum : ab ipſis officialibus nõ ad dictos ſuffraganeos [c] (ne ab eiſdem ad ſeipſos [d] interponi appellatio videatur) ſed de iure [e] ad Remeñ. eſt curiam [f] appellandum.

*De ſubdito Epiſcopi ad ipſum non ad archiepiſcopum appellatur : niſi aliud eſſet de conſuetudine. h. d.*

Ab archidiaconis verò aliiſque inferioribus prælatis [g] ſuffraganeis ſubiectis eiſdem & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet & non ad eandem curiam [h] omiſſis dictis ſuffraganeis appellari : niſi aliud Remeñ. Eccleſiæ de conſuetudine [i] competat in hac parte.

Gloſ. ſequens notat officialem ordinarium, reprobãs opi. Goff. & excuſans opinionem Bernar.

*Officialis epiſcopi eſt ordinarius.*

a *Generaliter.* Nota per hanc literam quòd officialis eſt ordinarius, non delegatus : & ſic eſt reprobata opinio Gof. quæ no. in ſumma de offic. vi. §. item dubitari. quòd officialis epiſcopi delegatus eſt, non ordinarius : & ob hoc dicebat de ipſo ad epiſcopum eſſe appellandum. & hoc idem videbatur tenere Bernard. ſupra ne præla. vi. ſu. cap. ij. in gloſ. ij. vbi dicit quòd epiſcopus non poteſt de iure ordinarium dare : ſed ſolùm princeps vel lex. Vel dici poſſet quòd per hoc non negat officialem eſſe ordinarium : quia dici poſſet quòd habeat à lege. Vnde ipſe Bernard. hic & Innoc. Hoſt. & omnes, Ioan. Mona. & Archid. no. officialem ordinarium eſſe. quod ex hoc dicto neceſſario concluditur hic : & probatur hoc vt dixi : ſupra eod. lib. de offic. vica. licet. ad hoc ſupra de offic. vica. ſua. in authen. de iudi. circa princ. colla. vj. Et. §. illo cuſtodiendo. & C. e. tit. ſiquando. Ioan. And.

b *Idem.* non tamen per omnia : vt ſupra eod. lib. de offic. deleg. ſi contra vnum. §. vlti. Et ſupra eod. lib. de offic. vica. cap. ij. & iij. vnde dicebat Innocen. epiſcopum poſſe prohibere officialem ne iudicet, ſed non econuerſo. ff. de iudi. l. iudicium. & in multis aliis differunt. Dicit Hoſtien. quòd illa diuerſitas habetur ſupra eod. lib. de offic. ordina. Romana. in fin. Ioan. And.

c *Suffraganeos.* etiam ſi conſuetudo eſſet quòd appellare poſſet ad eos : vt ſupra de conſuetud. cap. ij. eod. lib. & vide quod ibi dixi.

*a Iſtã gloſ. cũ text. dic procedere etiã de iure ciuili. Bar. in l. j. §. j. ff. quis & à quo. per l. præcipim⁹. C. eod. Phi. Font.*

d *Ad ſeipſos* [a]. quod eſſe non poteſt. appellatio enim eſt de minori ad maiorem &c. Si autem appellatur de officiali ad epiſcopum, non appellatur de minori ad maiorem : immo de eodem ad eundem : & ſic non poteſt dici appellatio.

e *De iure.* quaſi diceret, de conſuetudine poſſet ſecus induci. ad hoc infra. §. proxi. & hoc tenent moderni : quod eſt falſum : vt ſupra de conſuetudin. cap. ij. vbi de hoc. ADDITIO. Bernard. & Hoſtien. per. §. proximum tenent talem conſuetudinem poſſe induci. & vltra id indicit Hoſtienſem quòd licet ſi per errorem de ſuperiore ad inferiorem appelletur, nulla ſit appellatio : non tamen nocebit error, ſi appelletur ad maiorem quàm debuerit, vel ad parem. ff. eod. tit. l. j. §. penult. valeat ergo conſuetudo quòd ad parem : licet nullo modo valere poſſit quòd ad minorem, cùm ſit irrationabilis & inepta. vigeſimaprima diſtinctione, inferior. de conſuetudi. cap. fin. ſecundum eum. Et licet hæc procedere poſſent in pari (quem conſuetudo quo ad hoc faceret maiorem) non tamen procedunt in eodem : vt ibi. Ioan. And.

*Appellari ad parẽ poteſt, ſi de hoc ſit conſuetudo.*

*Archiepiſcopus cauſam appellationis ab epiſcopo interpoſitæ non debet committere, vel partes citare, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa.*

Cùm autem ad præfatam curiam ab eorundem ſuffraganeorum vel ſuorũ officialium audientia fuerit appellatum, Remeñ. archiepiſcopus (qui pro tempore [k] fuerit) vel officialis ipſius nullatenus in appellationis cauſa interpoſitæ, ante definitiuam [l] ſententiam citent [m] partes : nec etiam aliis illam committant, appellationis eiuſdem cauſa probabili ſeu legitima non expreſſa [n].

*Si negetur per appellationem negotium deuolutum, non inhibebit archiepiſcopus iudicem principalis cauſæ procedere, niſi prius de deuolutione conſtiterit. h. d.*

Si verò vocatis partibus vel nullatenus aut nõ intra decem dies poſt interlocutoriã [o] vel definitiuam ſentẽtiam appellatum fuiſſe, ſeu aliquid aliud

f *Curiam.* niſi appellare vellet ad Papam : ad quem omiſſo medio appellatur. ij. quæſtione vj. Romanam. & cap. ſi quis putauerit. & idem in legato. de offic. leg. cap. j. vbi de hoc. & ij. quæſt. vj. cap. iij. ſecus ſecundum leges. ff. de app. imperatores. ADDITIO. Si ad imperatorem per ſaltum appellatum ſit, remittit ad illum ad quem ex ordine debuerat appellari. Io. And.

*Appellari põt ad Papam etiam omiſſo medio.*

g *Prælatis.* qui iuriſdictionem habent. quod dic vt ſupra de offic. ordina. cùm ab eccleſiarum.

h *Curiam.* Remen. de qua ſupra dixi.

i *Conſuetudine* [b]. quæ dat iuriſdictionem ſupra de fo. compe. cùm contingat ſupra eod. lib. & tit. Romana. de offic. ordi. Romana. & in hoc caſu poſſumus intelligere ſupra de præben. referente. de no. oper. nuntia. ſignificantibus. idem ſi de priuilegio : cùm iſta ſint paria. ix. quæſtio. iij. conqueſtus ſupra de offic. ordi. duo ſimul. Et de iudi. nouit. ver. non enim. vbi de hoc. Ioan. And.

*b Etiam præſcriptione fieri poſſet. item ſi mediat⁹ nõ eſſet catholicus, ca. ſi is cui. de offic. deleg. §. eo. Item ſi non opponatur exceptio. Phil. Font.*

k *Qui pro tempore.* quaſi diceret, iſtud non eſt ius ſpeciale & perſonale quod extinguatur cum perſona : imò perpetuum eſt ſupra de tranſac. de cætero. & in aliis archiepiſcopis etiam ſeruandum eſt. §. eod. lib. de offic. ordi. Romana. ad fi.

l *Definitiuam.* quia in appellationibus à definitiua non eſt neceſſe cauſam exprimere : vt dixi ſupra eod. cordi. & ſic ibi non haberet locum quod ſequitur.

Gloſ. ſeq. recit. per quæſtionem an arctet citatio contra hæc facta. ſoluit : dat generalem doctrinam, & remittit.

m *Citent.* & ſi citauerint, impunè non paretur. ff. de iu. om. iu. l. vlti. {Nam ius dicenti extra territorium, vel ſupra iuriſdictionem ſuam, impunè non paretur.} Et hoc intelligas vbicunque quis citatur ab aliquo : & conſtat quòd citatus non eſt de iuriſdictione citantis [c], non tenetur comparere : niſi cauſa talis in citatorio exprimatur, per quam appareat illum iuriſdictionem habere [d] ſi vera ſit illa cauſa. ff. qui ſatiſda. cog. lege ſi verò. {vbi dicitur quòd ſi dubitatur an fideiuſſor ſit locuples, approbari debet : ſed ſecus ſi euidenter eſt locuples.} facit etiam. ff. de fer. l. j. {vbi non tenetur venire citatus ad diem feriatam etiam fauore hominum.} In dubio melius eſt comparere. xxiij. quæſtione j. in gloſ. ſi. quid culpatur. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. & adde quod not. iij. quæſt. ij. ſi epiſcopus. in gloſ. ij. de acc. veniens. in gl. vlt.

*c Et ſatis eſt quòd ſit de iuriſdictione, licet non ſit de ſuo foro : ſecũdum Innoc. Ioan. And.*

*d Quia de iure cõmuni iuriſdictionem nõ habens debet exprimere vnde habeat. Roman. conſil. cccclxxxiij. per l. ſed ſi hac. §. prætor ff. de in ius vocand. Font.*

n *Expreſſa.* dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet quòd archiepiſcopus niſi videat in appellatione expreſſam probabilem cauſam : nec citabit, nec committet. Vel dic ſecundum Innocen. expreſſa in citatorio, vel commiſſione, quia in commiſſione vel citatione exprimet probabilem cauſam ob quam ſit appellatum [e]. Sed contra ſupra eod. titu. ſi duobus. vbi archiepiſcopus cauſam in citatione non expreſſit : & tamen tenuit citatio. Sed illud per iſtud ſupplendum eſt. {Vel nondum ſtatutum erat quòd appellaretur expreſſa cauſa ſecundum Innocent.} Vel citare non debet vt hic. ſi citauerit expreſſione non facta, tenet : vt ibi, quia multa fieri &c. ſecundum Hoſtienſ. Allegat de iureiurand. quemadmodum. ver. quòd ſi poſt. melius habes de regularibus, ad apoſtolicam. Ioannes Andreæ.

*e Hoc verũ ſecundum iſtud ius ſexti, ſed non ſecundum i⁹ antiquũ, quia ibi ſatis erat di-*

Gloſ. ſeq. arguit, declarat, & remittit.

o *Interlocutoriam.* ergo interlocutoria trãſit in rem iudicatã ; niſi ab ipſa intra decẽ dies fuerit appellatũ. §. de electione. cùm

ne.cùm dilectus.in fi.quod verum eſt quo ad partem, ſed nõ quo ad iudicẽ,quod dic vt.š.eo.tit.cum ceſſante.&.j.e.c.vlt.

Gloſſ.ſeq.ponit tria exempla.

a *Simile.* vt ſi dicatur appellationi renuntiatum tacitè [a] vel expreſſe ſupra de offic.deleg.gratũ. Vel dicatur ex ꝓbabili cauſa nõ appellatum infra ꝓximo reſponſo. Vel dicatur nõ appellatum in ſcriptis: eo caſu quo debuit in ſcriptis appellari. š.eod.ca.j. ante ergo quàm de his conſtiterit, priorum iudicum nõ impediet officium. Ioan.And. ADDITIO. Vide in Spec. de excep. §. dicto.verſi. ſed pone quòd in cauſa. vbi ſoluitur quòd opponitur has exceptiones peremptorias eſſe differendas poſt litem conteſtatam. de quo hic Archidiaconus quaſi ad literam ponens illius verba: & ideo hic decido. Ioã. Andreæ.

b *Totaliter.* id eſt talem fuiſſe appellationem quæ deuoluat negotium: licet forte cauſa ſit falſa, ſecundum Innocen.& Hoſtien.

c *Ne in illa.* ſcilicet quãdo appellatum eſt ante ſententiam.

d *Sententiæ.* ſcilicet quãdo appellatum eſt à definitiua.

e *Non præſumant.* primò enim debet de iuriſdictione conſtare: & cognito an ſit iudex, exercitium iuriſdictionis procedere ſupra de reſcript. ſuper literis. ad fin. Innocen.

*cere, Cõpareatis cauſa appellationis. hoc vult dicere iſta gloſſa. Do.Font.*

*a Exemplũ in definitiua. de re iud. quod ad conſultationem. Ioan. And.*

ſimile [a], ſicque non eſſe per appellationem ad eundem archiepiſcopũ vel eius officialem deuolutum negotium proponatur: iidem (niſi prius ipſis conſtiterit cauſam ipſam ad eos totaliter [b] fuiſſe delatam) prohibere ne in cauſa illa [c], vel ne ad executionem procedatur ſententiæ [d], non præſumant [e].

*Si dicitur ex iniuſta cauſa appellatum, archiepiſcopus inhibere non poteſt: niſi prius recepta appellatione vt probabili, incipiat cognoſcere de cauſa veritate hoc dicit.*

Quòd ſi obiiciatur ex iniuſta cauſa ſeu minus legitima [f] ante ſententiam appellationem interpoſitam extitiſſe, & ex eo non eſſe appellationem huiuſmodi admittendam: nequeunt prædicti archiepiſcopus vel eius officialis prohibere [g] ne procedatur in cauſa, niſi prius appellatione recepta velut emiſſa ex cauſa probabili, cognoſcere incipiant de cauſa huiuſmodi an ſit vera [h].

*Licet dicatur appellatum à definitiua in caſu prohibito à iure: ex quo de hoc archiepiſcopus cognoſcere cœperit, poteſt inhibere ne ſententia executioni mandetur. hoc dicit.*

Si autem poſt ſententiam in caſibus à iure prohibitis [i] (vt-

A tamen ita ſit confeſſus ꝙ ſtandum ſit confeſſioni, non tormentorum formidine territus.& hoc tã in ciuili ꝗ̃ in criminali: niſi vellet allegare ſe ſic errore facti cõfeſſum [e]. In quo caſu poſſet appellare vt ſuum corrigeret errorem.ff.ad Turpil.l.prima.§.vlt.& hæc opinio per literam ſatis ꝓbatur quę diſiunctiuè loquitur. {Ad hoc facit quia quod quiſque ſua voce &c. ſupra de proba.per tuas.C.de non numerata pecunia, generaliter. & ꝓ hoc ſecunda quæſtione ſexta.quicunque. vbi de hoc.} Nec poſſet negari crimen per confeſſione fore notorium. ſupra de coha. cle. veſtra. & in notorio nõ admittitur appellatio: vt in proxi.gloſ.& no. Ioannes et Archidiaconus ſecunda quæſtione ſexta, quicunque. & ſecunda quæſtione prima, in primis. ADDITIO. De hoc in Spe.de appel.§.in quibus. poſt princi.& de cõfeſ. §. fin.verſic.ſed nũquid confeſſus. Ioan.And.

m *In iure.* alias non præiudicaret confeſſio ſuper crimine.ſuprà de confeſsis. cap. vlti.ſaluo eo quod habes de excep. prælat. quam ſit graue.

n *Conſimilibus.* puta ſi appelletur ne teſtamenti aperiatur, vel ne ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur. vide. ij. quæſt. vj.in ſumma. & ca. ei qui.§. ſunt etiã quorum.&.§.ſe.ff. de appel. recipiendis vel non.l.pe.& vlti.ſupra eod.conſtitutis.ij.vel per contumacem in non veniendo:vt.xxiiij.quæſt. iij.de illicita. ADDITIO. Abbas ponebat hic verſus iſtos.

Appellare vetant ſcelus, excellentia, pactum,
Contemptus, minima res, interdictio facta,
Arbitrium, res quæ perit: & ſi longius acta. id eſt protelata. Ioannes And.

Gloſſ.ſeq.obiicit & ſoluit.

*eſt argumentis ſuperat[e], poſt à teſtibus conuictus, ſed nõ confeſſus, appellat.l. ſciant cuncti. C.de ꝓba. Do.Hippo. in l. repeti. ff. de quæſtio. & vide hic Roma. ſingul. deciſ. xix. Font.*

*e Vel cõfeſſionem ſuã declarare, nõ permitte.cap. cum dilecti. de accuſa. de quo ca. Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſti. et iure. Fõt.*

pote à ſententia ſuper manifeſto & notorio [k] crimine, vel de quo [l] quis in iure [m] confeſſus extitit, promulgata) vel conſimilibus [n] appellatum fuiſſe dicatur: poſſunt, ne ſententia executioni mandetur [o] (poſtquam cognoſcere cœperint vtrum ſit recipienda vel non appellatio ab eo interpoſita) inhibere.

B *Archiepiſcopus in tertiam perſonam, poſt inhibitionem ſuam in cauſa per appellationem delata ad ipſum, aliquid innouantem, iuriſdictionem exercere non poteſt, hoc dicit.*

In alium [p] quoque qui circa rem de qua inter appellantem & appellatum cõtrouerſia vertitur, aliquid poſt eorum inhibitionem attentat: non valent occaſione huiuſmodi [q] iuriſdictionem aliquã vendicare.

*Archiepiſcopus appellantem in aliis cauſis à iuriſdictione epiſcopi non poteſt eximere. hoc dicit.*

C Cùm verò is qui ad Remeñ. curiã ſuper aliqua cauſa vocem appellationis emittit, nihilominus in cauſis alijs ordinarij ſui iuriſdictioni ſubiiciatur: Remenſis archiepiſcopus vel officialis ipſi' nequaquam iuriſdictioné ipſam in aliis impediant, vt ab eiuſdem

f *Minus legitima.* cum cauſa non eſt in iure expreſſa [b].ff. de legib. non poſſunt ſupra eod. paſtoralis. in princ. & hoc arbitrabitur primò iudex, an legitima cauſa ſit. & ſi male arbitretur, appellari poterit. ff. qui ſatiſda. cogan. l. arbitrio. & l. ſequen. Si autem cauſam in iure expreſſam negaret eſſe legitimam, non audietur. ff. de proba. ab ea parte. ADDITIO. Vel ſi reprobatam vellet dicere legitimam. Innocen. & Hoſtienſis.

g *Prohibere.* partibus, vel iudici à quo fuit appellatum, vel fortè tertio deputato fortè ad executionem ſententiarum. ADDITIO. Vt adaptetur, intelligendum videtur de interlocutoriis: aliàs melius adaptaretur. §. præce. Ioan. And.

h *Vera.* licet enim quo ad commiſsionem faciendam ſufficiat quòd probabilis ſit cauſa: vt ſupra. §. cùm autem. probari tamẽ habet veritas cauſæ appellationis, niſi ſe offerens probaturum coram iudice à quo appellauit, non fuerit admiſſus: vt ſupra eod. interpoſita. & dic vt ibi.

i *Prohibitis.* multo ergo fortius hoc in non prohibitis locum habebit. Argu. à minori. ſupra de elect. cùm in cunctis.

k *Notorio.* in quo non admittitur appellatio ſupra eod. cùm ſit Romana. & cap. peruenit. & cap. conſuluit. & dic notorio per euidentiam rei: vt differat ab eo notorio iuris per confeſsionem, de quo ſequitur.

Gloſſa ſequens tractat an ſola confeſsio impediat appellare. ponit opinionem Azonis, & contrariam quam approbat.

l *Vel de quo.* Non alternatiuam. nam videtur quòd tria concurrere debeant ad hoc ꝙ in crimine non debeat appellari, ſcilicet quòd ſit confeſſus. teſtibus conuictus: & argumẽtis ſuperatus [c]. ij. quæſt. vj. c. ei qui. §. ſunt etiam quorum. verſic. nullus. C. quorum appel. non re. l. ij. & dixit dominus Azo. ꝙ niſi omnia iſta tria concurrant, reſeruatur condẽnato beneficium appellandi. {Dictum Azo [d]. quidam intelligunt cùm criminaliter agitur, contraria cùm ciuiliter.} Alij dicunt, & fortè bene, quòd confeſſus in iure, non auditur appellans. ſi

*b Nõ enim omnes iuſtæ cauſæ appellationis ſunt in iure expreſſa. Innoce. & ideo ius in hoc diſtinguit. ſuprà eod. paſtoralis. in princ. Ioan. And.*

*c Dat. Ab. exemplum: vt quia inuenitur cũ cultello ſanguinolento in manu vel in vagina. Ioan. And.*

*d Intellige Azo. ſi qui*

D o *Mandetur.* ergo notorius criminoſus & confeſſus in iure, auditur appellans contra iura ſuperius ſignata. Poteſt dici quòd notorius criminoſus appellare poteſt: ſed iudex non tenetur appellationi deferre: vt in contrariis. ad idem ſuprà de appel. paſtoralis. niſi exprimeret cauſam rationabilem, puta ſe timore tormentorum confeſſum, vt ſuperius dixi. vel per errorem. ff. de confeſſ. l. vlti. & penult. aliàs ergo antequam ſuperior de appellatione cognoſcat & inhibeat, poteſt iudex ſententiam exequi: poſtea non infra. eod. non ſolum.

p *Alium.* ab appellante, appellato & iudice. iſte enim alius non tranſtulit ad archiepiſcopum cauſam ſuam: & ideo ſimpliciter poteſt aduerſarium coram ſuo iudice conuenire [f], & non coram archiepiſcopo: cùm nullam habeat poteſtatem in ipſum. de offic. ord. paſtoralis ſupra eod. titu. & lib. Romana. in princ. ad hoc ſupra eod. cùm teneamur. tales ergo citare non poteſt. quod verum eſt, niſi iuriſdictionem ſuam impedirent infra de pœnis. Romana. ſecundum Innoc. & Hoſtien. & de hoc per eos ſupra de offic. deleg. cap. j. Ioannes Andreæ.

q *Huiuſmodi.* cùm caſus iſte non ſit expreſſus in iure ſupra. de offic. ord. paſtoralis.

r *Aliqua cauſa.* in qua tantùm exẽptus eſt appellans à iuriſdictiõe ſui iudicis: archiepiſcop' ergo in aliis cauſis in quibus remanet in iuriſdictione ordinarij, nullã habet poteſtatẽ: vt hic dicit. ad hoc. š. eo. propoſuit. vbi de hoc. licet enim ipſe ſubditus appellãs fortaſsis poſſet illũ recuſare vt ſuſpectum:

*Appellatio in multis caſibus prohibetur.*

*Notorius criminoſus an poſsit appellare.*

*f Præſtabit tamen cautionem poſſeſſori, quòd ſi obtineat, illum defendet contra competitorem. ff. de rei ven. à quo. ff. de peti. hæred. l. pe. ſecundum Ber. Ioan. And.*



A ctum: vt ſupra eod. ad hæc ſi in vna. archiepiſcopus tamen de hoc ſe intromittere non habet: vt hic.

a *Eos.* ſcilicet archiepiſcopos.

b *Temporalem.* quam in criminibus per alios exercẽt: quod dic vt. j. eo. lib. ne cleri. vel mona. c. vlt. Et hoc quod hic dicitur, probabamus olim per decret. š. de deli. pue. cap. ij. vbi de hoc ſupra de maio. & obe. ſolitæ. & ibi etiã de hoc. & vide quod not. Hoſti. in ſum. eo. tit. §. de quo ad quem. & verſic. ſed pone. & verſi. ſeq. & in Spe. eo tit. §. nunc tractemus. in fi. vbi dicitur in regno Franciæ hoc non recipi. Ioannes Andreæ.

c *De conſuetudine.* pręſcripta: aliàs nõ valeret. š. de conſue. c. vlt.

d *Iure alio.* puta in cauſa feudi. š. de fo. cõpe. ex tranſmiſſa. & ca. verum. de maio. & obe. ſolitæ. ADDITIO. Vel ſecundum Boati. reſeruauit ſibi (concedens iuriſdictionem temporalẽ) epiſcopus ius appellationum: quod potuit. facit. š. de iure pa. præterea. ij. xviij. q. ſecunda, Eleutherius. š. de cõdi. appo. verum. ff. de pac. in traditionibus. Ioann. Andreæ.

e *Excommunicationis.* in hoc ſunt iſta paria. ad hoc infra de ſenten. excommu. is cui. in fi.

ordinarij poteſtate totaliter eximant taliter appellantem.

*Ab epiſcopis in cauſis quibus iuriſdictionem temporalem habent, de iure debet ad archiepiſcopum appellari: niſi ſpeciale ius aliud inducat. h.d.*

Debet autem ad eos [a] ab epiſcopis præfatæ prouinciæ ſuper cauſis in quibus temporalem [b] iuriſdictionem exercent, (niſi fortè de conſuetudine [c] aut priuilegio, ſiue iure alio [d] ſpeciali ſit appellandum ad alium) appellari.

*Cenſuram eccleſiaſticam in appellantem prolatam per epiſcopum, archiepiſcopus reuocare non poteſt: niſi partibus vocatis, & de cauſa legitimè cognito. h.d.*

Sententias quoque interdicti vel ſuſpenſionis ſeu excõmunicationis [e] in appellãtem ab eo à quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus niſi vocatis partibus [f] & de appellatione legitimè cognito, reuocent [g], aut denuntient eſſe nullas.

*Ex quo archiepiſcopus pronuntiauerit malè appellatum ante ſententiam: ſtatim debet cauſam ad ſuffraganeum remittere. hoc dicit.*

f *Vocatis partibus.* ſupra eod. cap. §. ſi verò. nam merita cauſarum &c. Cod. ſi per vim vel alio modo. l. vlti. & concord. ad hoc ſuprà de offic. ordi. cùm ab eccleſiarum.

*Reuocent.* vel abſoluant. & intelligo hoc verum, vbi periculum non eſt in mora: quia tunc bene poſſent abſoluere: & ſi non poſſent, nullas nuntiare vel reuocare. ad hoc ſupra e. qua fronte. §. j. de ſenten. excom. ſacro. ibi, abſque periculo &c. Et infra de ſenten. excommu. venerabilibus. §. ſanè. Ioã. Andreæ.

h *Ante ſententiam.* quia aliud ſi à ſententia: quia ibi aggreditur iudex ſtatim cognitionem principalis negotij. quod dic vt no. š. eod. vt debitus. in gloſ. penult. Quis autem habeat exequi ſententiam latam per iudicem appellationis, vide quod no. ſupra de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea.

i *Cognito.* legitimè ſcilicet partibus præſentibus: vel altera per contumaciam abſente. š. eod. interpoſita. Ioan. And.

k *Minus rationabilem.* vt quia peccatum fuit in decre. cordi. vel in decr. vt debitus, vel cauſa nõ eſt reperta vera. Io. Andr.

l *Remittere.* quid de attentatis? videbis infra eod. nõ ſolum. de quo hic Innocen. & breuius Hoſtien.

VT *ſuper.*} Diuide decretalem in duas partes. In quarum prima ponit ius antiquum. In ſecunda pœnã iudicis nõ obſeruantis: ibi, Si verò. Et emanauit ſuppletoriè ad decre. š. eod. cordi. olim incipiebat, vt probatio. Ioan. And.

Pro intellectu huius eſt præſupponendum illud quod dicitur in cap. non ſolum infra eod. tit. videlicet quòd validitas geſtorum poſt appellationem ab interlocutoria pendet ab exitu appellationis: ita quòd geſta per iudicem à quo inter appellationem & prohibitionem non retractantur, niſi in fine appellationis poſtquam fuit dictum bene appellatum, & male iudicatum. CASVS. Prætendebam te debitorem meum. feci te conueniri coram iudice competenti: qui tulit contra me aliquam interlocutoriam, à qua appellaui: & eum requiſiui vt daret mihi apoſtolos, id eſt reſponſionem. iudex nullos voluit dare apoſtolos: ſed contra me tanquam contra contumacem proceſsit. vtrum valeat eius proceſſus poſt appellationem & requiſitionem apoſtolorum, ſuppoſito quòd appellatio ſit fruſtratoria? Reſpondet Roma. pontifex quòd vt facilior habeatur inſtructio apud iudicem appellationis, præcipit vt iudex à quo, det apoſto-

A los, etiam ſi appellatio ſit fruſtratoria: aliàs ſuus proceſſus non valeret. vnde ſi apoſtolos dediſſet, valeret, in cap. non ſolum. j. e. tit. {Requiſitus.} nam à iudice à quo, debent peti apoſtoli, congruo loco & tẽpore. c. ab eo. j. e. tit. Nota primò cauſam propter quam iudex à quo, tenetur dare apoſtolos parti appellanti: videlicet vt facilior inſtructio cauſæ appellationis valeat haberi: etiam ſi appellatio ſit fruſtratoria: & dederit iudex à quo, apoſtolos refutatorios. Nam in apoſtolis refutatoriis inſeritur cauſa quare fuit appellatum, & quare iudex non detulit appellationi.

Nota vlterius quòd iudex à quo, tenetur dare apoſtolos ſi requiratur. Vnde ſciendum quòd requiſitio apoſtolorum eſt neceſſaria quantùm ad pœnam huius capi & c. ab eo. j. eod. verumtamen ſi iudex non fuerit requiſitus, non tenetur dare apoſtolos. Nota inſuper principalẽ effectum iſtius cap. Si iudex à quo, requiſitus dare apoſtolos, illos non det, ſed in cauſa ipſa procedat: proceſſus eius erit nullus: & retractabitur per iudicem appellationis. ſecus ſi dediſſet apoſtolos: quia tunc non retractaretur eius ꝓceſſus: niſi ille quem feciſſet poſt inhibitiones iudicis appellationis.

Cùm autem ad Remeñ. archiepiſcopũ ab audientia ſuffraganei ſui ſuper aliqua cauſa fuerit ante ſententiam [h] appellatũ: idem Archiepiſcopus (poſtquã de appellatione cognito [i] conſtiterit eam minus rationabilẽ [k] extitiſſe) cauſam ad eundem ſuffraganeum remittere [l] non poſtponat.

Idem.

B *Si iudex requiſitus non tradit apoſtolos, & poſtea procedit in cauſa, non valet proceſſus: niſi renuntiatum fuiſſet appellationi. Ioannes.*

CAPITVLVM IIII.

VT ſuper appellatione ac eius cauſa [m] inſtructio facilior [n] valeat in proceſſu haberi: diſtrictè pręcipimus quòd ille [o] à quo appellatur, apoſtolos appellanti (iuxta tenorem conſtitutionis [p] noſtræ ſuper hoc editæ) tribuat requiſitus [q]. Si verò non exhibuerit: extunc [r] ſi fortè in cauſa procedat (niſi appellationi renuntiatum [s] fuerit) † eius inualidus & irritus [t] ſit

C proceſſus.

m *Cauſa.* debet enim in apoſtolis cauſa appellationis exprimi: & cauſa delationis vel repulſionis ſupra eod. cap. j.

n *Facilior.* concord. š. eod. lib. de elect. cupientes. §. ad hæc.

o *Ille.* iudex ſcilicet, quando extra iudicium [a] appellatur, conſueuit appellans dicere: & apoſtolos peto, ſi ſit qui ipſos dare poſsit & debeat.

p *Conſtitutionis.* ſupra eod. tit. cordi.

q *Requiſitus.* cùm debita inſtantia, loco & tempore cõgruo: aliàs pœna ſequens locum non habet, infra eo. tit. ab eo. ſi. reſpon.

r *Extunc.* id eſt ex quo negauit expreſsè, vel intra tempus debitum negligenter vel malitioſè non tradidit infra eo. tit. ab eo. in fi. ADDITIO. Hoſtien. ſupra eod. cordi. dicit quòd ſi ex quo petiti ſunt apoſtoli, iudex in aliquo procedat antequam ſint exhibiti: irritus eſt proceſſus. allegat hanc decre. & ſecundum hoc deberet exponi extunc, ex quo requiſitus fuerit. quod non placet. & iſtud extunc, reperitur in decre. ab eo. Ioan. And.

D ſ *Renuntiatum.* tacitè vel expreſsè ſupra de offic. deleg. gratum. de teſti. cùm veniſſent. Ioannes Andreę. Idem Archid.

Gloſſa ſeq. ſoluit dubium.

t *Irritus.* poſito quòd aliàs valeret de iure: puta quia fruſtratoria eſſet appellatio, cui deferendum non eſt infra cap. proxi. Archidiac. tenet idem. Ioannes And.

CVm *appellationibus.*} Prima pars loquitur de appellatione cui non defertur. Secunda ibi, Si verò. de illa cui defertur. Tertia proteſtatur: ibi, Saluis. Ioann. Andreæ.

Emanauit iſtud cap. ad declarationem cap. vt debitus honor. ſuprà eod. tit. in antiq. & cap. Romana ſupra eod. tit. iſtomet libro in fi. cap. vbi dicitur, quòd ſi iudex appellationis dicat bene iudicatum & male appellatum, debet partes remittere ad iudicem à quo: & appellantem condemnare in expenſis. Iſtud cap. limitat illa iura: videlicet quòd intelliguntur quando iudex à quo, non detulit appellationi: quia ſi detulerit, non tenetur iudex appel. facere remiſsionem niſi velit. CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice, qui tulit contra te aliquam interlocutoriam, à qua appellauiſti inſerta cauſa in tua appell. quam iudex à quo, ſciebat falſam: vel forte illa cauſa expreſſa non erat falſa, ſed tamen non erat rationabilis. Certum eſt quòd iudex

*Hæc decreta vt ſuper olim incipiebat, vt probatio.*

*Et nota cauſſam quare iudex debet dare apoſtolos: quia per illos facili' inſtruitur cauſa appellationis. concor. text. C. de appel. eos. §. ſuper his.*

*† Ante proceſſum iudicis: quia ſi poſt renuntiaret, illa nõ validaret. Ioannes And. de Ancha. Font.*

*a Non à iudice. & vide qđ not. ſuprà eodẽ. cordi. ĩ ſuã gloſ. Ioannes And.*

Universidad de Deusto Biblioteca



iudex à quo,nõ deferet huic appellationi,nec debet timere quòd iudex ad quem, retineat cognitionem cauſæ principalis. Sed ponamus quòd iudex à quo, dedit apoſtolos reuerẽtiales vel dimiſſorios, & ſic admiſit appellationem. poſtea iudex appellationis pronuntiauit malè appellatum, & bene iudicatum. certum eſt quòd debet te appellantem condemnare in expẽſis. Sed vtrum teneatur remittere cauſam pricipalem ad iudicem à quo? Reſpond. quòd non.nam ex quo iudex à quo,detulit appellationi friuolę,videtur abdicaſſe à ſe cognitionem cauſæ principalis: ideo iudex appellationis poterit retinere cauſam principalem.tamen ſi velit, remittet ad iudicem à quo. Quando iudex à quo, præſumit appellationem friuolam, nõ deferat appellationi, ſed det appellanti apoſtolos refutatorios.{Faciẽs expenſarum.} quæ condemnatio expenſarum eadem die fieri debet. in. l. Paulus.alleg.in gloſ.vel etiam poteſt fieri condemnatio expenſarum,ſicut profertur ſententia.nam condemnatio expenſarum fit officio iudicis mercenario, quod inhæret actioni. ideo finita actione non durat.No.primo quòd iudex à quo, non debet deferre appellationi friuolæ quę interponitur ſine cauſa,vel cauſa eſt irrationabilis,aut eſt falſa:immo ſi deferat,peccat mortaliter. Nota quòd cum iudex appellationis pronuntiat bene iudicatum, & male appellatum, debet remittere negotium principale ad iudicem à quo. quòd verum in alio iudice à papa.nam papa poſſet retinere negotium principale, licet pronuntiet bene iudicatum, & male appellatum. Nota vlterius quòd iudex appell. qui pronuntiauit male appellatum,& bene iudicatum,debet appellãtem in expenſis condemnare,ſed condemnatio debet fieri tempore prolationis ſententię,vel ad minus eadem die,quia expenſæ non petuntur niſi officio iudicis mercenario, quod non poteſt implorari niſi durante cauſa. Et ſic patet condemnatio expenſarum eadem die,dicitur fieri durante inſtantia. Nam quæ incontinenti fiunt,ineſſe videntur.l.I.ſecta.ff.cert. peta.ſecus de expenſis quæ petuntur ratione contumaciæ. nam illæ petuntur iure actionis in factum deſcendente ex edicto,ſi quis in ius vocatus non ierit.de quo in.l.ſancimus. C.de iudi.ca.ij.de procur.in anti. Nota quòd ſi iudex à quo, iniuſtè admittat appellationem, poteſt iudex appellationis etiam ab initio antequam cognoſcat de meritis cauſæ appellationis,retinere cauſam principalem, & ſibi imputet iudex à quo,quare detulit appellationi friuolæ. multo magis ſi iudex appellationis cognouerit de articulo app. poterit retinere cognitionem cauſæ principalis. Nota finaliter quòd ad iudicem ad quem, pertinet cognoſcere de legitimitate appellationis. ad hoc ſupra de reſcrip. dilectus.ij.in princ. Domi.

*Appellationis friuolæ non eſt deferendũ.*

*Expenſæ qualiter petuntur.*

*Iudex ad quem, quãdoque cognoſcit de principali ab initio.*

## Clemens quartus.

*Iudex appellationis iniquè appellantem ante ſententiam remittere debet ad iudicem principalem, & in expenſis condemnare,& hoc ſi principalis iudex non detulerat appellationi. ſed ſi detulit, non fiet remiſsio de neceſsitate. In appellationibus interpoſitis à definitiua,antiqua iura ſeruentur.Ioannes And.*

### CAPITVLVM V.

CVm appellationibus friuolis nec iuſtitia deferat, nec ſit à iudice deferendum,[a] ſi iudex inferior [b] appellationem minus legitimam non admittat, [c] eam appellatore nihilo minus proſequente, ſuperior de ipſa cognoſcens, cauſam ad priorem iudicem (iuxta ſanctiones canonicas [d]) ſine difficultate remittat, eadem die [e] condemnationem faciens expenſarum.

Si verò iudex admittat eandem, [f] licet tam appellatio quàm ipſius iudicis delatio à ſuperiore valeant refutari, [g] † quia tamen iudex ipſe quantum in ſe [h] fuit, à ſe iuriſdictionem abdicauit eandem, appellationi deferens [i] minus iuſtæ,totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtatẽ transfuſa,nec eſt illi cauſa de neceſſitate vlterius remittenda: [k]

Saluis iis quæ ſuper appellationibus poſt ſententiam interpoſitis ſunt ſtatuta. [l]

Gloſſa ſequens reddit cauſam,& dat ſimile.

a *Deferendum.* habet enim iudex iuſtitiam imitari.de verb. ſig.forus.in.fi.& meritò non eſt deferendum appellationi friuolæ.non enim fuit inuenta vt eſſet iniquitatis defenſio, ſed innocentiæ præſidium ſupra eod. ad noſtram. &. cap. cum ſpeciali. §. porro. ſic & iuramentum non fuit inuentum vt eſſet vinculum iniquitatis ſupra eo.lib.de iureiur.ca. j.cum ſuis concor.

*Appellatio ad quid eſt inuenta.*

b *Iudex inferior.* à quo appellatum fuit ante ſententiam.

c *Non admittat.* tradere tamen apoſtolos non eſt deferre,vt dixi.ſ.eo.cordi.

d *Canonicas.* ſupra eo.vt debitus.& eo.tit.& li.c.Romana.in fi.hoc verum,niſi iudex deferat,vt.j.eo.c.in fi.

e *Eadem die.* ea enim quæ ſententiam concomitantur,eadem die qua principale expediri debent,ſicut fructus & expenſę. ff.de re iudi.l.Paulus.de hoc.xxxv.quæſtione. ix.cap. loci.§. quia ergo. aliàs incipit,his ita.& dicam infra de reg.iureiu. contra eum.

f *Eandem.* ſcilicet friuolam appellationem.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, & ſolutionem diſtinguentem.

g *Refutari* per hanc literam dico,quòd ſi iudex detulit appellationi fruſtratoriæ,& ſuperior ad quem appellatum fuit, remiſit,eo non ob.quod detulerat, quòd ipſe cognoſcit ex priori iuriſdictione ordinaria,vel delegata quam habebat,& non ex noua demãdatione. Si enim ille refutat delationem, ergo ille remanet iudex qualis erat.[a] Hæc vera,niſi ſuperior hoc expreſsè ageret, ſcilicet quòd delegatum eum ad cauſam daret: quod poſſet, cum ipſius cauſæ ſit iudex,vt ſequitur.

h *In ſe.* Nota pro iis quæ not.ſ. de renun. quod in dubiis.&.ca. vltimo in glo.ij.

i *Deferens.* & ſmale. & talis reatus merito debuit ab ipſo honorem excludere iudicandi.C.vbi ſena. vel cla.l. j. de neceſsitate ergo non fiet ad ipſum remiſsio. ff.ſoluto matrimonio ſi ab hoſtibus. §. j. ff. de pac.l.tres fratres. Facit.j.de hęre.vt commiſsi.in fi.& cap.ij.§. ad hoc.Ioan.Mo.

*† Et ratio, quia culpæ alicuius nõ debet alium plus grauare quàm velit.arg.not. in. l.ſi quis plurium. §. ſi quis.ff. de leg.I. Anch. ſicut periurus nõ præſtat iuramẽtũ honoris, ſed oneris: ne culpa ſua alios grauet. Fonta.*

Gloſſa ſequens literam exponit, & dat ſimile.ſecundò quæſtionem ſoluit, quatuor rationes inducens,ſed primam impugnat.

*a Idem Archid.alleg. no. per Innoc. de reſcri. ab excõmunicato.in glo.2. Inducit etiã literã remittenda, quæ ſequitur.cũ eum poſſit voluntariò remitti, ergo remãſit iuriſdictio apud eũ. ad hoc.§.lib. de offic. deleg. quãuis. de procur.vt ſi qui. ſecũdũ hoc ergo intelligenda litera tranſfuſa, quæ ſequitur.Ioan. Andreæ.*

k *Remittenda.* ad ipſum iudicem qui detulit. voluntariè autem poſſet ipſe iudex ſuperior remittere ſi vellet.& eſt ſi.de renun.cap.vlti. Et not.[b] per hanc literam terminatam quæſtionem qua quæritur,an termini aſsignatio quam facit iudex à quo appellatum eſt,habeat vim delationis. vides enim quòd ſi detulit,non reaſſumit iuriſdictionem, etiam ſi fruſtratoria fuerit appellatio. ſed elapſo termino aſsignato, & appellatore negligente, reaſſumit iudex iuriſdictionem.ſ. eo.ſæpe.Vel ſatis poſſet dici, quòd decret. iſta locum habet cum appellans proſequitur.ſi enim non proſequeretur,tunc non obſtante delatione reaſſumet iudex iuriſdictionem,per iura prædicta,& per hanc literam quæ dicit ſupra,appellatore nihilo minus.& c.ad hoc facit quod no.Bernar.de eo.c. trac.contra inter.eccle.cap.ij.in.iiij.gl.ſed probatur id optimè per decret.ſupra eo.oblatæ.in princ. vbi deferre, & terminum ad proſequendum aſſignare, ponuntur vt diuerſa. {In.d.cap.oblatæ.remiſi ad Spe.eo.titu. §. nunc dicamus. in fi.vbi no.quid iuris,ſi notarius ſcripſit quòd iudex benignè recepit.} Item videtur quòd aliter debeat mittere appellans quando delatum eſt,& aliter quando ſolus terminus eſt prefixus.quod dic vt not. ſupra de renun. veniens. in gloſſ. ſed non videtur.& patet ſupra eo.ſæpe.Item ſi contrarium diceretur, iam [illegible]retur quòd omni appellationi deferretur à iure,cum a[illegible] iure ipſi proſequenti ſtatutus ſit terminus ij.quæſtio.vj.ei qui.ſupra eo.cum ſi.&.cap.ex ratione. ſicut ergo ſus terminum ſimpliciter ſtatuendo, non detulit, & ſic de iudice eadem ratione eſt dicendum.vide Archid ij.queſt. vj.§.appellatore. ADDITIO. Item iudex pro refrenanda malitia appellantis,reſtringit ſibi terminum iuris,quod poteſt ſupra eo.cum ſit. ergo non poteſt dici quòd per id illi faueat,cum à ſua iuriſdictione laxando.ſupra de tranſla.cap. ij.verſi.nec quòd.& fa.quod hic dixi in textu.in gl. dubitatur.ad fi.ij.quæſtionis.Ioan.And.

*b Idem hic Archid. Io. And.*

*Terminus iuris poteſt appellanti reſtringi.*

Gloſſa ſequens reddit rationem diuerſitatis, & in fi.quærit,& remittit.

l *Statuta.* eſt autem ratio quare illud in appellationibus à definitiua interpoſitis, quia iuſtè potuit iudicare iudex,ſcilicet ſecundum allegata & probata, & iuſtè poſſet ipſius cõtrarium iudex appellationis pronuntiare propter nouas probationes.C.de temp.& repara.appell.per hanc. de teſtib. fraternitatis ſupra de fide inſtru. cum Ioannes. & ideo deferendo appellationi à definitiua interiectæ,non potuit increpari iudex. Sed ſecus in appellatione ante definitiuam interpoſita,quia ibi ſit querela tantùm de iniquitate iudicantis.ad hoc ſupra eo.interpoſita.§.vlti. An autem ſi iudex appellationis pronuntiet bene iudicatum,& male appellatum, ipſe idem vel primus iudex habeat exequi ſententiam, not. ſupra de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea. in gloſſ.vlti. ADDITIO. Et vide ſupra eo. Romana.§.ſi. ſuper.j. gloſſa Ioannes Andreæ.

*Appellãs ante definitiuã dicitur deponere querelã de iniquitate iudicis.*

AB eo.} Primò ponit tempus petendorum apoſtolorum. Secundò declarat capitulũ,vt ſuper.ſ.eo. Secũda ibi. Illud



lud autem.Domi.CASVS. Tu & ego litigabamus corã aliquo iudice,qui tulit aliquã ſententiam cõtra te,à qua appellauiſti in ſcriptis,inſerta cauſa rationabili in tua appellatione.certum eſt quòd teneris petere apoſtolos iudicis à quo. ca.j.ſ.e.Sed vtrum teneris petere ſtatim? Reſpondet quòd non, ſed illos debes petere inſtãter & ſæpius intra.xxx.dies,qui.xxx numerantur à tẽpore ſententiæ latæ,quando fuit appellatum intra.x.dies. ſi autem appellatum fuit poſt x.dies,tunc iſti. xxx. dies currunt à tẽpore notitiæ.l. ij. &. iij. C.quomodo & quãdo iudex. & non à tempore ſecutæ ſententiæ, puta ſi fuerit lata ſententia contra abſentem,& appellauit fortè à die ſentẽtiæ poſt.xv.dies. Sed ponamus quòd appellans non petiit apoſtolos.Reſpõ.Roma. ponti. quòd habetur pro non appellante, & videtur renuntiare appellationi,ita quòd iudex à quo, procedet ad vlteriora ac ſi non eſſet appellatũ. Sed quid appellans petiit apoſtolos,ſed iudex noluit dare? Dictum fuit. ſ. quòd non valet proceſſus. Sed vtrum illud ſit verum indiſtinctè, poſito quòd ſemel requiſiti fuerint apoſtoli? Reſpõ: quòd non, ſed debet iudex requiri inſtanter iteratis vicibus congruo loco & tempore:aliàs perinde eſt ac ſi non eſſet requiſitus.

*† Præſumptione iuris. & de iure, dicit Philip. contra quã nõ auditur. gl.in.cap. is qui. de ſpõ. niſi fuiſſet impeditus. arg. ca. fin. ſupra qui ma.accu. poſſunt. Fonta.*

## Bonifacius octauus.

*Si appellans intra. xxx. dies inſtanter non petit apoſtolos, appellationi renuntiat.Si iudex modo debito requiſitus illos non tradit,ſed poſtea procedit, non valet eius proceſſus.Ioan.And.*

### CAPITVLVM VI.

AB eo qui appellat, intra xxx. dies [a] inſtanter [b] apoſtoli peti debent, & eidem intra dictum tempus à iudice exhiberi, aliàs præſumitur † appellationi ſuæ renuntiare appellans ſi eos intra idem tẽpus petere prætermittat, etiã ſi vadat [c] aut mittat ad appellationem huiuſmodi proſequendã. Illud autẽ quod felicis recordationis Innocentius papa. iiij. prædeceſſor noſter ſtatuendũ decreuit, [d] vt ſi is à quo appellatur, apoſtolos appellanti non tribuat requiſitus, extunc ſi fortè in cauſa procedat(niſi appellationi renuntiatum fuerit) eius inualidus ſit proceſſus:tunc demum obtinet,cùm iudex ſuper hoc cum debita inſtantia loco [e] & tempore congruo requiſitus, eos expreſsè [f] denegat, vel intra præmiſſum tempus malitiosè aut negligenter [g] illi tradere prætermittit.

## Idem.

*Innouata per iudicem poſt definitiuam ſententiam à qua appellatum extitit, reuocantur ſtatim per iudicem appellationis, etiã ſi ante appellationem fuerint innouata. Attentata verò poſt appellationem ante definitiuam,non reuocantur niſi primò de veritate conſtiterit, niſi poſt inhibitionem debito modo factam attentata fuiſſent.Ioan.And.*

Nota primo quòd apoſtoli ſunt petẽdi per appellantẽ, nõ per appellatum. Nota ſecundo quòd non eſt neceſſe quòd apoſtoli petantur eodem momento temporis quo appellatio interponitur,ſed poſſunt peti ex interuallo,dum tamẽ intra.xxx. dies.& idẽ no.gl.in cle.ij.e.tit.quę incipit,lex dicit.in fi.Do.

Gloſſa ſequens allegat concordantias, dicit quid de iure veteri,ſoluit dubium,& ſolutionem declarat.

a *Xxx. dies.* ſecunda quæſtione ſexta.c.ei qui.§.iudicibus.& C.de app.iudicibus. olim dabantur ſolùm quinque dies.ſecunda,quæſtione ſexta,ab eo. Et currunt iſti dies à die ſententiæ,vt in prædicto. §. iudicibus. & prædicta.l. iudicibus. quod verum intelligo quando eſt appellatum intra.x.dies. cum enim non teneatur quis appellare niſi à tempore ſententiæ ad hoc infra eo. concertationi. pone quòd poſt.xxx. dies appelletur,tunc impoſsibile fuit tempora à die ſententiæ computari, & tunc puto illos. xxx. dies à die ſententiæ computari.ad hoc.C.de tempo.appel.l.j. ADDITIO. Determinat.infra & determinatio hoc intendit, quòd tempora petendorum apoſtolorum currere incipiunt vnà cum tempore appellationis interponendæ, & ſic à tempore ſententiæ. Et ſimiliter quod not.ff.de execu.tu.l.quinquaginta. Sic etiam not.in cle.eodem titulo.cap.ij.in tertia gloſſ. Ioannes Andreæ.

Gloſſa ſequens allegat duo ſimilia.ſecũdò quęrit, arg.pro. & pro hac parte opinionem recitat, & ſoluit contrarium.

b *Inſtanter.* ſic.100.diſt.priſca.ſupra de renun.quidã. Quid ſi quis dicat,apoſtolos peto,& iterum peto, & cum inſtantia peto.nunquid dicetur inſtanter petiuiſſe? Videtur quòd iterationes illæ habeantur ſolum pro vna petitione, ſicut cum quis dicat,appello appello, vnica eſt appellatio. xxxj. quæſt. ij.Lotharius. §.præterea.[a] Conſuetudo (quæ eſt optima legum interpres,ſupra de conſue.cum dilectus.) interpretatur talem petitionem inſtantem dici,quod tenet Guil.in ſpec.titu.de appel. §.ſequitur.ad fi. dicens quòd hoc nunquam vidit opponi, & quòd ſatis facit qui inſtanter in ipſo actu appellandi illos petit. Tu dic cum Archi. quòd debet illos iterum petere,cum textus dicat eos inſtanter & ſæpius petendos.{ij.quæſtion.vj.ſiquis erga.exponitur ſæpiſsimè,id eſt tertio.}ij.quæ.vj.poſt appellationem.& infra dicit, cum debita inſtantia.& ad hoc infra de ſenten. excom. conſtitutionem.in fin.hodie dic vt in cle.eod. tit. quamuis.j. reſponſo. Iudex tamen etiam non petenti apoſtolos dare debet. C. de appella.quoniam.& melius.l.eos.in fin.ij.quæſt.vj.ab eo.Sed licet tunc non det, non habet locum pœna de qua infra ſecundo reſponſo. Vide quod dixi poſt Hoſtien. ſupra eod. cordi.ſuper ver.præcipimus.Ioannes Andreæ.

*a Et facit quod no.de illo qui vno inſtanti ter dicit, ſolue. ff. de pign. act. ſi conuenerit. in gl.ſi. Ioan. And.*

Gloſſa ſequens obiicit, & dupliciter ſoluit.

c *Vadat.* ſed nõne iter arreptum habetur pro appellatione? ſupra eo.dilecti filij.j? Fortè illud hodie correctũ eſt per decre.vt debitus.de appella.Vel licet habeatur pro appellatione,cum tamen appellatum eſt verbo, non habetur pro apoſtolorum petitione, vt hic. {idem archidiacon⁹.} Et fuit hoc ſtatutum, vt facilior inſtructio per apoſtolos habeatur. ſupra eodem, vt ſuper. ſimile eſt vbi nõ ſufficiat factum, quia requiritur verbum.ſ. de electione, eccleſia veſtra.cũ concordantiis quas ibi dedi ſuper gloſſam ſecundam.Ioan.And.

d *Decreuit.* ſupra eodem titulo & lib. vt ſuper.Ioan.And.

e *Loco.* [b] quia non cum equitat, vel per viam pergit. & quòd dicit tempore, id eſt intra dictos triginta dies. vel non de nocte.vel cũ eſt in prãdio,vel miſſa.

*a Adde ad gloſ.l.1.§. adeundi ff. quando appel ſit. de Anch. Fõt.*

f *Expreſſè.* hic eſt aperta vel manifeſta rebellio. ad idem. j. de ſenten.excom.venerabilibus. §.ſecus.

g *Negligenter* hic dolus & negligentia æquiparantur, & facit ad ea quæ dixi ſupra eod.lib.de elect.ſi compromiſſarius. Ioannes.

NOn ſolum.} Hæc eſt ſolennis decret. & habet materiam vtilem & quotidianam. Sunt duæ partes. prima loquitur de appellatione interiecta à definitiua.ſecunda de interiecta poſt,ibi,Illa.In qualibet harum à ſuo generali dicto vnus caſus excipitur. In prima ibi, exceptis. In ſecunda ibi, niſi. Præmitte quod ſit remedium attentati, & in quo differat ab interdicto vnde vi.cuius differentiam habes per Inno.in.c.ex parte ſupra de reſcript.de maio.& obe.dilecti.per gl.in cle.ij.vt lite pen.Domi. Ortum habuit iſta decret. [c] ex iis quæ no.Innocen.& Hoſtien.ſupra eo.bonæ. &.cap. Romana.in fi.eo.titu.& lib.de offic.dele.paſtoralis.§.præterea. de exceptio.dilecti de elec. dudum. ij. & plenè per Bart. de elect.eod.lib.cupientes. §. pen. in fi. & Guilbel. de appel. §. pen.in fi. Præſupponendum eſt quod habetur in.l.quæ incipit,præſes.Cod.eod.titu. videlicet quòd cum appellatur à definitiua,ſi iudex à quo,aliqua attentauerit,fortè exequendo ſententiam, vel aliquid innouando poſt ſententiam, iudex appellationis ante omnia debet illa caſſare & reducere ad primum ſtatum. Iſtud cap. declarat de quibus attentatis intelligitur. CASVS. Tu & ego litigabamus coram ordinario iudice vel delegato, qui tulit aliquam ſententiam contra me,à qua appellaui,non illico, ſed fortè die decima. iudex à quo,aliqua innouauit poſt ſententiam ante appel. & poſt appellaui,releuaui,& petij vt iudex appellationis reuocaret illa attentata ante appellationem meam. vtrum poſsit & debeat hoc facere iudex appellationis? Reſpondet quòd ſic.nam ad iudicem appel. ſpectat reuocare attentata etiam ante appellationem poſt ſententiam, & non ſolùm poſt appellationem. Sed quid de attentatis poſt appellationem ab interlocutoria,vtrum iudex ad quem,debeat illa reuocare vt attentata,antequam cognoſcat de meritis cauſæ appellationis? Dicit quòd non,ſed cognito de meritis cauſæ appel. & pronuntiato bene appellatum,& quòd male fuit interlocutum,reuocabit attentata.& hoc verum, niſi attẽtata de quorum reuocatione quæritur, fuiſſent attẽtata poſt inhibitiones debito modo factas,quia iudex ad quem, decreuit citationem per quam inhibitum fuit iudici à quo, ne procederet in cauſa.& ſi hoc non obſtãte iudex à quo proceſsit,tunc illa attentata debẽt reuocari antequam cognoſcatur de meritis cauſæ. Nota primo quòd ad officium iudicis ad quem, ſpectat caſſare,reuocare, annullare attẽtata poſt ſententiam definitiuam,etiam poſt appellationem,& hoc priuſquam incipiat cognoſcere de meritis cauſæ appel. an bene vel male iudicatum fuerit. Nota quòd geſta per iudicem à quo,poſt appel.ab interlocutoria,non reuocantur,ſed remanẽt in eodem ſtatu,donec ſit cognitũ de meritis cauſæ appel. videlicet

*Diuiſio.*

*c Et decret. Alex.de cuius fine iſta ſumpta fuit, quæ incipiebat, vt probatio.Ioan. And.*

*Iudex debet ex officio annullare attentata poſt ſententiam definitiuã.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Iudex ad quem, quādo prohibere poteſt iudici à quo.*

cet quòd probatum ſit quòd cauſa inſerta in appella. ſit vera. Nota q iudex appella. non poteſt inhibere iudici à quo, ne in principali procedat, quouſque conſtiterit iudici appel. quòd negotiū ſit ad ipſum deuolutum. & hoc per inſtrumentum appellatorium. & hoc verum, loquendo de interlocutoria. cap. Romana. §. eodem tit. & lib.

a *A definitiua.* diſtinguit igitur hæc decre. inter appel. à definitiua et ab interlocutoria interpoſitā: vt etiam prędicti doctores dicebant: & ratio infra patebit.

Gloſ. ſeq. exemplificat, & rationem reddit. ſecundò quærit, & diſtinguendo ſoluit.

*Appellatio in multis caſibus eſt prohibita.*

b *Caſibus.* vt quia contumax fuit in nō veniendo: vel inſignis latro: vel criminoſus notorius. ad hoc. §. eod. tit. & lib. Romana. §. ſi autem. §. eod. propoſuiſti. xxiiij. q. iij. de illicita. & idem in aliis caſibus quos habes. ij. quæſt. vj. ca. ei qui. §. ſunt etiam quorum. C. quorum appel. non re. l. j. ij. iij. iiij. v. & vj. ff. de appella. reci. vel non. l. penult. & vlt. §. eod. conſtitutis. ij. in his caſibus eſſet iniquum quòd appellatio executionem ſententiæ impediret: cum tali appellationi non ſit deferendum: vt in prædictis iuribus. Sed quid dices: pars appellata dicit caſum talem eſſe in quo appellari non potuit: & ideo talis appellationis obtentu reuocationem fieri non debere per modum attentati. appellans contradicit. pone in terminis. dicit enim fuiſſe verè contumacem in non veniendo. appellans negat. quid erit in dubio? fiet ne reuocatio? Dixit in hac quæſtione Gar. & Ioan. Mona. fore diſtinguendum, verum pars appellata velit incontinenti probare illam contumaciam: dicens, hodie conſtat &c. an dilationes longiores expetat. In primo caſu non fiat reuocatio. In ſecundo ſic. Ad hoc. ff. ad exhi. l. iij. §. ibidem. de reſti. ſpolia. literas ſupra eod. lib. de excep. pia ſupra de teſti. veniens. ij. ff. vt in poſ. lega. ſi is à quo. cum ſi. aliàs ſemper contumax negaret ſe contumacem: & idem in ſimilibus.

*Signat contrarium, & ſoluit.*

c *Ante omnia.* & ſic nō expectabitur euentus litis: vt in proximo caſu. Scias tamen quòd de hoc primo conſtare neceſſe eſt, ſcilicet quòd fuerit definitum & appellatum, & poſt attentatum. vnde vides quòd ſupra ponit pro conſtanti: ſcilicet quòd ſint innouata. Sed contra videtur dicere lex. ff. de appella. cùm ex cauſa. quæ dicit quòd extunc reuocabitur quod factum eſt poſt appellationem, cùm appellans meliorem ſententiam meruerit obtinere: ergo non ante. Solu. Ibi non negatur quin etiam ante reuocari poſſit a: quod conceditur per alias leges. ff. nil innouari appella. pen. in rubro & nigro: & ſic vacat ibi ar. à contrario, ſicut &. Cod. de epiſc. & cle. l. conuenticula.

*a Idem dicunt Io. An. Do. Philip. tenentes q iſta attentatorū reuocatio poteſt ſemper ante concluſionē in cauſa. et vide Felinum de iſta attentatio in c. dilecti. de ma. & obe. Font.*

d *Intra decendium.* ſecus ſi poſt: quia tunc non teneret appellatio: nec ipſius prætextu fieret attentatorum reuocatio. §. eod. tit. & lib. Romana. §. ſi verò. Sunt autem iſti dies vtiles à principio, & in progreſſu continui: & fit ipſorum computatio de momento ad momentum. quod dic vt plenè not. ij. quæſt. vj. anteriorum. in gloſ. j. & ij.

e *Innouari.* hic repete, debent ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari: ac ſi &c.

Gloſ. ſeq. reddit rationem textus.

f *Innouata fuiſſent.* & eſt ratio: quia ſicut poſt appellationem à definitiua nil attentari debet: vt ſupra j. reſponſo. ſic nec pendente iure quod competit condemnato ad appellandum, ſcilicet vſque ad decem dies. Indultum enim à iure beneficium &c. infra de reg. iur. indultum. xxviij. diſtin. de his. in fi. {Vnde ſicut ius alicui non debet auferri: ita nec ſpes ad ius. ff. vſufru. quemadmod. caue. l. ſi vſuſfructus mihi. in princ. ff. de adulte. ſi vxor. §. j.} Tunc enim propriè dicitur iudicatum, quando intra illud appellari non poteſt ſupra de re iudi. quod ad conſultationem. Et an hoc habeat locum in ſententia excommunicationis, vide quod dixi. j. de ſenten. excommu. venerabilibus. §. porrò. & notabatur quod hic dicitur. ff. nil not. appella. pend. l. j. in princi. j. gloſ. ff. de verbo. ſigni. ſi qua pœna. circa medium. ADDITIO. ff. de appel. conſtitutiones. & per Gof. de accu. ad petitionem, Ioannes Andreæ.

*Iudicatum propriè dicitur quando appellari non poteſt.*

CAPIT. VII.

NOn ſolū innouata poſt appellationem à definitiua a ſententia interiectam, debent ſemper (exceptis caſibus b in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellare) ante omnia c per appellationis iudicem penitus reuocari: ſed etiam ea omnia quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem quæ poſtmodum intra decendium d interponitur ab eadem, contingit innouari e, ac ſi poſt appellationem eandem innouata fuiſſent f. Illa verò quæ poſt appellationem interpoſitam ante definitiuam g ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam verā eſſe conſtiterit, reuocari non debent: niſi iudex h appellatiōis (poſtquam ſibi conſtiterit per appellationem emiſſam, ex cauſa probabili fore ad ſe negotium deuolutum i) inhibeat canonicè iudici à quo appellatum extitit, ne procedat: tunc enim quidquid k poſt B inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatum, eſt (licet cauſa l eadem non ſit vera) per eundem appellationis iudicem ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum m.

A g *Ante definitiuam.* ſcilicet ab interlocutoria vel grauamine. huiuſmodi autem dicti eſt ratio: quia in caſu iſto appellatio debet interponi expreſſa cauſa probabili. {Et ex alia cauſa, vel ex nouis vel nouiter probandis proceſſus impugnari nō poteſt: vt in cle. eod. tit. appellanti.} Nec ſufficit cauſam eſſe probabilem, niſi ſit vera. §. eo. interpoſita. in princ. Eſt igitur neceſſe quòd prius conſtet de veritate b. In euētum ergo litis ſcietur an attentata veniant reuocanda nécne. & eſt ſimi. §. de frigi. fraternitatis. Nec eſt hoc ius nouum: imò probatur expreſsè per antiqua iura. nóne enim ſemper Papa in appellationibus ante ſententiam interiectis mādat: ſi eſt ita, reuocato in irritum &c. §. de reſcrip. ſignificante. & duobus cap. ſeq. §. de iudi. exhibita. §. e. ſignificantibus, cum multis ſi. ADDITIO. Alleg. Archid. de dila. cap. j. ſupra eod. ſæpe. ver. quòd ſi. & cap. ex parte. ij. & quod not. liiij. diſtin. quis autem. Ioan. And.

*b Gloſ. ſeq. duc. et procedit etiā ſi iudex à quo ſciret q iudex ad quē, incepiſſet cognoſcere, & ei hoc intimaſſet: quia intimatio ſine expreſſa prohibitione eum non ligat. Font.*

Gloſ. ſeq. addit alium caſum.

h *Niſi iudex.* ponit vnum caſum exceptum à proximo generali dicto. Alium caſum poſſes addere: quando ſcilicet iudex ipſe detulerat appellationi. §. eod. tit. & lib. cum appellationibus. Ioan. And. idem Ioan. Mona.

i *Deuolutum* aliàs inhibere non poſſet. §. eod. tit. & lib. Romana. §. ſi. verò. & §. ſeq.

Gloſ. ſeq. recit. per quæſtionem.

k *Quidquid.* intellige quod per ipſum iudicem attentari non poſſit. hoc dico: quia quædam poſſunt iudices à quibus appellatum eſt: ſicut eſt reformare poſſeſsionem appel- C lanti cùm ſibi turbata fuit. omittere tamen debet articulum ſuper quo appellatum eſt, ſupra eod. tit. cùm teneamur. Vide quod ibi dixi, remittendo etiam ad. xvj. tales caſus quos colligit Gulielm. ibi Spe. ſecunda parte eod. titu. §. penult.} Item ſi appellans nimis prolixum terminum aſsignauit, poteſt moderari ſupra eod. cùm ſit Romana. & cap. conſuluit. in ſi.

l *Cauſa.* propter quam appellatum extitit.

Gloſſa ſequens tractat quid de attentatis à tertio: & quid de attentatis à parte. In primo membro collige bimembrem diſtinctionem. ad primum membrum obiicit, & dupliciter ſoluit. In ſecundo diſtinguit hæc membra: aut attentatum eſt irreuocabile: aut reuocabile. & ſi reuocabile, aut illicitum, aut licitum. & ſi licitum, aut appellatio eſt extraiudicialis, aut iudicialis. in ſi. quærit, & ſoluit.

m *Reducendum.* decre. iſta loquitur in iis quæ ſunt attentata per iudicem: & hoc apparet ex eo quod dicit, inhibeat canonicè iudici &c. Si autem aliquid attentaretur à tertio, id eſt qui non fuit pars vel iudex in cauſa illa: attentata non reuocantur per modum attentati à iudice, ad quem fuit D appellatum: ſed per ſuum proprium iudicem cognito de cauſa ſeruato iuris ordine ſupra eod. tit. & lib. Romana. §. in alium. ff. de rei vend. is à quo. non enim præiudicat aliis res inter alios acta ſupra de re iudi. quamuis, quod eſt verum: niſi ille tertius per attentationem illam iuriſdictionem iudicis impediret, ſupra de offic. delegat. cap. j. Non ob. ſupra eodem. bonæ. vbi videtur attentatum à tertio, reuocari per modum attentati. ibi enim fuit generaliter appellatum ne quis ſuper poſſeſsione &c. & ideo moleſtans non potuit dici tertius, ſed potius pars c appellata. Alij dicunt quòd illud reducitur in priſtinum ſtatum per interdictum vnde vi, non per modum attentati: & ſecundum hoc non ob. Idem & per eadem iura intellige ſi tertius aliquid attentat lite, relatione, vel conſultatione pendente. Hæc tamen omnia de tali tertio intelligas, qui cum parte vel iudice nihil attentat illicitum, nec ab eis cauſam cœpit habere. {Ad hoc. ff. de excep. rei iudi. ſi. à te. §. ſi. in princ. & l. exceptio. Ioan.} aliàs ſecus ſupra de conſti. cum M. in ſi. vt lit. pēden. eccleſia. ij. Si autem aliquid attentetur à parte: aut illud de natura ſua eſt irreuocabile: aut reuocabile. Si irreuocabile, puta pendente appellatione vel lite inter duos ſuper ſponſa: alius eorum cum ea per verba de preſenti contraxit, etiam

*c Vt apparet hic ex dicto. moleſtans poteſt dici pars, quando habet cauſam à iudice: vt ſi bānitus appellet, & ego eum offendi: fundo me ſuper banno iudicis à quo: ideo iudex ad quē me cōpeſcet. Bar. in l. j. ff. nihil noua. Phil. Font.*

*Innouata poſt appellationē an & quando debeant reuocari vel non.*



etiam poſt inhibitionem, non fiet reuocatio: quia ex futuro euentu patebit an valeat matrimonium vel non, ſcilicet cùm perpetuum impedimentum præceſsit, nécne: ſed bene fiet ad tempus ſeparatio, & alia pœnitentia vel pœna imponitur. ſupra de ma. contract. contra inter. eccle. capitulo primo & vltimo. Si verò reuocabile ſit: diſtinguo an ſit licitum vel illicitum. Si illicitum, vt quia appel. pendente pars ſpoliat partem: reuocatur per modū attentati. de appella. bonæ. ff. de ædili. edi. ædiles. §. item ſciendum. {Et. ff. de aqua pluu. arc. l. ſupra iter. §. officium.} Et fit talis reuocatio & reſtitutio ex ſolo iudicis officio: vt lite pendente. capitulo primo. & per totum. Fit inquam de plano, & ſine libello. facit quod not. ff. de interro. act. ſuper rubricam. Tenetur tamen duo probare: quòd innouatum fuerit a & quod lite pendente, vel appellatione, vt lit. pendente per totum. Si verò aliquid attentetur quod aliàs eſſet licitum: vt ſi quis facit quæ de iure communi ſibi competunt, puta appella. pendente collegium eligit: vel his ſimilia: ſi extraiudicialis fuit appellatio a, talia attentata non reuocantur per modum attentati: ſed pendent ex euentu futuro. ſupra de electio. cùm inter. & cōſiderauimus. C. de rei ven. ſi fundum. Si autem in iudicio fuerat interpoſita, hic fuerunt opiniones no. de in integ. reſti. ca. ij. de iure patro. ex literis. Dic tamen ſecundum Gar. quòd ſi lite vel appellatione penden. quis vtitur poſſeſsione eo modo quo ante, nil innouās illicitum vel doloſum in præiudicium partis, non habet locum reuocatio per modum attentati: cum nil innouari videatur. viij. quæſt. quarta. nónne. imò circa ipſum fieret innouatio: quod prohibitum eſt, vt in prædictis iuribus. Si autem dicit aduerſarius aliquid immutatum illicitè, prohibet hoc ſupra eod. bonæ. de iure pat. ex literis. aliàs pendent ex futuro euentu. de reſtitu. in integ. cap. ij. niſi prohibitio iudicis ex cauſa interpoſita aliud inducat. ſupra de præbend. inter cætera. ſupra de deſpon. impub. ad diſſol- C uendum. ff. ne quid in lo. pu. l. vlt. Vnde vnum ſcias, quòd ſi pars appellans aliquid illicitum attentat: eoipſo ſe indignam facit appellationis beneficio: & procedit iudex à quo appellatum eſt, perinde ac ſi non fuiſſet appellatum. ſupra eodem. an ſit. ſecundū caſum Innoc. Sed redeundo ad textum quæro, ſi iudex appellationis ſtatim reuocat attētata, poſtea pronuntiet male appellatum: nunquid illa reuocata reſumunt vigorem ipſo iure? Reſpondeo, non: quia illa reuocatio legitimè facta eſt ad tuitionem appellationis, cùm proceſſus in ipſius appellationis contemptum factus fuerit: & ideo tanquam legitimè facta, firma & ſtabilis perſeueret. C. de adult. Gracchus. Item illa reuocatio fuit quaſi interlocutoria: & ſic cùm ab ea non fuerit appellatum, trāſiuit in rem iudicatam. ſupra de electio. cùm dilectus. de re iudi. quod ad conſultationem. Cùm igitur talis reuocatio non pendeat ex euentu appellationis, ſed ſola dependentia appellationis b ad reuocationem ſufficiat: vt hic, & ſupra de iureiuran. venientes. quidquid de appellatione contingat factum, ipſa pendente fuit legitimè reuocatum. pronuntiata igitur appellatione legitima, de nouo iterum procedetur. de accu. qualiter & quādo. j. ADDITIO. Nam vt dicit Inn. de exceptio. dilectę, nulla abſurditas, ſi quod male factum eſt reuocatur: & illud idē legitimè repetatur. fa. ſupra de elect. dudum. ij. ver. tandem. de re iudi. ad probandum. §. eo. lib. de elect. ſi confirmationē. Ioan. And.

*a De hac ple. ſcripſi de maio. et obe. dilecti in gloſ. ſed quid prodeſt. cū remiſsis quæ ibi ſunt in ſi. gloſ. Ioan. And.*

*b Simile. §. eo. lib. vt lit. pendēte. ca. j. & 2. & quod dixi ſupra de ordi. cogni. cap. ſi. Ioan. And.*

Idem.

*Qui appellat extra iudicium, intra decem dies ex quo ſciuit grauamen, appellare debet: poſtea per remedium iuris communis audietur, ſed non per appellationis remedium. Ioan. And.*

CAPITVLVM VIII.

COncertationi antiquę finem imponere præſenti conſtitutione volentes: Statuimus vt ab electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, & quibuſlibet extraiudicialibus a actibus (in quibus poteſt appellatio interponi) quiſquis ex eis grauatum b ſe reputans, per appellationis beneficium grauamen illatū deſiderauerit reuocari, intra decem dies † poſtquam ſciuerit c, ſi velit, appellet: poſt decendium verò eidem aditus non pateat appellandi.

*Diuiſio.*

COncertationi. } Primò ponit motiuum conſtituentis. Secundò ibi, Statuimus. conſtitutionem quæ diſtinguit an per appellationem vel aliter petatur reuocari grauamen. Et ſecundum membrum ibi, Sed ſi. cui determinationem interſerit ibi, dummodo. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eius quod notat Ioannes ſecunda quæſtione ſexta, biduum. & Hoſtien. de appell. vt debitus. & Innocentius ſupra eodem. bonæ. ADDITIO. Et Guli. in Spec. de appella. §. reſtat. verſicu. ſed quid dices. ij. Ioannes Andreas. CASVS. Peruenit ad notitiam meam quòd epiſcopus Pictauenſis cōtulit alicui beneficium tanquam vacans, quod dicebam meū, & non vacans: & ſic dico quòd collatio eſt facta in præiudicium meum. volo appellare ab illa collatione, an poſsim? Certè ſic: dum tamen appellem intra decem dies numerandos à tempore notitiæ meæ: poſtea non poſſum appellare. Sed per hoc tamen non videor renuntiare iuri meo, quia via iuris

A communis poſsim proſequi ius meum: videlicet interdicto vnde vi, vel alia actione: vel etiam manutentionem ipſius beneficij petere. Vel poteſt poni caſus in electione hoc modo, Canonici eccleſiæ Pictauenſis vno excepto elegerunt quendam ſimoniacum. certum eſt quòd vnus poterit appellare: & pro cauſſa appellationis dicere q ille eſt incapax, dū modo appellet intra decem dies. ſi verò non appellauerit intra decem dies, poterit ſe opponere, ne talis ſimoniacus confirmetur: ſed amplius non audietur per viam appellationis. Nota primò ex principio capituli q altercatio quæ eſt inter aliquos doctores ſuper deciſione alicuius dubij, poteſt B dici concertatio: quia ſimul pugnant iaciēdo iacula & rationes: & de hac concertatione loquitur præſens capitulum. Nam de hoc fuit concertatio inter doctores antiquos, vtrū ab actibus extraiudicialibus debeat appellari intra decem dies. Nota vlterius quòd ab actibus extraiudicialibus poteſt quis appellare: ſed tamen propriè loquendo dicitur prouocare, & non appellare. cap. cùm ſit Romana. eodem titulo. in antiquis. Nota quòd ab actibus extraiudicialibus debet appellari intra decē dies, qui currunt à die notitiæ grauaminis, & nō à die notitię act': vt hic tenet Dom. de S. Geminiano: & ponit exēplū. Ponamus q epiſcopus Picta. cōtulit tibi beneficiū quod erat mihi debitum: & ignorabam quod eſſet mihi debitum, cùm ſciebam collationem eſſe tibi factā. pōſt ſciui quòd illa collatio fuit facta in meum præiudicium. certum eſt quòd poſſum appellare intra decem dies, qui numerantur à die notitiæ grauaminis quo ſciui quòd collatio fuerat facta in meum præiudicium.

*† De Anch. notat hic conuenientiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem: & ponit ſex pulchras differētias. Font.*

*Cōcertatio quandoq; eſt inter doctores.*

*Appellandum eſt intra decem dies ab actibus extraiudicialibus.*

a *Extraiudicialibus.* ſiue fiant à iudice, ſiue à priuato. ſupra eod. ca. j.

Gloſſa ſequens fortificat textum: & ponit opinionem C Hoſtien.

b *Grauatum.* Nota quòd decreta. iſta locum habet in appellatione interpoſita à grauamine iam illato: ſecus ſi ab inferendo, cum ex probabili cauſa timetur, & interponitur appellatio. Vnde aduerte quòd intra decem dies appellendum ſit à grauamine extra iudicium allegabatur talis ratio: ſi appellari poſſit. xj. die, eadem ratione & centeſimo. quod eſſet abſurdum. Præterea ſi quis velit dicere decurionem legitimè non creatum, non auditur, niſi intra legitimum tempus contradicat. ff. de decuri. imperatores. §. fin. & intra id tempus intra quod appellandum eſt. argumento. Cod. eodem. hi qui ad ciuilia. &. l. nominationes. ſecunda quæſtione ſexta. cap. ei qui. § nominationes. quod enim tempus in ſententiis attenditur, attendi debet & in iis quibus non profertur ſententia. ff. quando appellan. ſit. l. j. §. quod in ſententiis. & ij. quæſt. vj. biduum. Dicebat autem Hoſtien. in decr. vt debitus. ad finem de appella. quòd in electionibus ante & poſt, etiam poſt decem dies poterit appellari: ſed hoc modo: quia ſi ex legitima cauſa interponitur appellatio ne fiat electio, valet: & cauſa probata irritabitur electio poſtea ſecuta. ſupra de elec. conſiderauimus. & §. eo. conſtitutis. ij. aliàs non reuocabitur: vt §. dixi c. proxi. poſt electionem & ante confirmatio- D nem appellatur etiam poſt decem dies ne fiat confirmatio. & ſic poſſet intelligi quod no. Innoc. in decr. bonæ. quòd extra iudicium appellatur poſt decem dies c. cùm enim extraiudicialis appellatio non ſit aliud quàm ad cauſam prouocatio. §. eo. cùm ſit. ſicut læſus quandocunque poteſt lędentem ad iudicium vocari facere: ſic eū poteſt prouocare ad cauſam extra iudicium appellando. non enim tranſit grauamen in rem iudicatam ſicut ſentētia: vt §. eo. tit. & lib. Romana. §. ſi verò. In iudicialibus autē actibus vel quaſi, neceſſe eſt intra decē dies appellari d. & ſic intelliguntur leges prius inductæ. loquuntur enim in electionibus, in quibus decretum decurionū quod eſt quaſi iudiciale vel pręſidis, interponitur ad hoc. ff. quando appel. ſit. l. j. Sed decretū canonicorū eligentiū nō eſt iudiciale vel quaſi: imò omnino extraiudiciale. Expeditū ergo ſit per hanc decre. q à grauamine extra iudicium illato neceſſe eſt intra decem dies appellari. & ſic intelligatur. §. de elec. c. j. & c. vt circa. & c. cupientes. aliàs appellatio nō deuolueret. §. eo. Romana. §. ſi verò. Iuris autem alia remedia propter hoc non tolluntur: vt ſequitur.

c *Sciuerit,* eſt enim tempus vtile à principio, licet continuū in progreſſu. & de hoc plenè no. ſecūda quæſtione ſexta, anteriorum.

*c Doct. dicunt verū ſi iudex extra iudicium iubendo vel faciendo me grauet. dicā ei quòd reuocet. ſi noluit: tunc appellabo. J. e. ca. ſi à iudice. Itē ſi præcipiat ſoluere decem, dicam ei quòd hoc reuocet offerendo me iuri ſi noluit: appellabo. Ioan. And. Fōta.*

*d Et etiam intra illos dies debet fieri adhæſio & ratihabitio. gl.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



*in ver. adhærentes. in ca. j. vt eir ca.j.e.lib. Phil. Font.*

teriorum. & ſit de momento ad momentum computatio, vt ibi. Et intelligo, ſciuerit, non ſolum actum illum factum: ſed per illum ſe grauatum. Quid enim ſi ſciui te electum: & poſt decẽ dies ſciui quòd prius mihi de illo beneficio Papa prouiderat? adhuc intra decem dies à die ſcientiæ prouocabo: quia modo ſcio me grauatum. & hoc ſonat hæc litera. ADDITIO. Ad hoc ſupra eodem libro de reſcriptis, gratia. Ioã. And.

a *Debitam.* vt ſi coram ſuperiore excipiatur, vel caſſatio petatur: vel his ſi. ADDITIO. Ioan. Mon. ponit exemplum per decret. licet epiſcopus. infra de præben. quando ſcilicet prouiſum eſt tibi de beneficio quod poſsidebam, poſſum appellare. Item expectare quòd vocet propter poſſeſsionem quam habeo. Sit autẽ ſecundum eum huius iuris ratio: quia habens plures vias, licet ſit ſibi præſcriptum in vna, vt in via appellandi, non propter hoc præſcriptum eſt in alia: vt in via contradicendi. ff. de appel. ſi expreſſum. Ioan. And.

Sed ſi per contradictionem debitam [a] vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamen: ei (dummodo medio tempore his non conſenſerit [b]) lapſus decendij nõ obſiſtat [c].

Idem.

*Valet appellatio in ſcriptis porrecta licet coram iudice non legatur. hoc dicit. Zenz.*

*a Et ſponte ſecundum Archi. alle. 33. q. 5. notificaſti. & quod ibi no. Io. An.*

b *Non conſenſerit.* ſcienter [a] propter ea quæ ſupra dixi. nil enim tam contrarium conſenſui, ſicut error. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, ſi per errorẽ. & intellige ſi aſſenſerit etiã tacitè. de officio deleg. gratum. de iis quæ fiunt à maio. parte cap. ex ore. cum ſuis concordantiis.

c *Non obſiſtat.* optimè concordat ſupra eo. lib. de reſtitu. in integrum. ca. ij. Idem Archid.

APpellatio.} Quia breue eſt, non ſummatur, neque diuiditur. Hoc notat Guli. in Specu. eodem titulo. §. qualiter autem. in princ. Appellans in ſcriptis non tenetur legere appellationem iudici à quo: ſed ſufficit quod appellet: vt in litera continetur. hoc dicit. Et ſecundum aliquos non eſt neceſſe exprimere verbum appello: ſed ſufficit oſtendere chartam iudici à quo. CASVS. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice competenti, qui tulit aliquam interlocutoriam contra me: à qua appellaui in ſcriptis ex cauſa rationabili: & appellationem meam redegi in ſcriptis, quam intra decem dies exhibui & præſentaui iudici à quo: ſed tamen eam non legi: vtrum vitietur mea appellatio? Videtur quod ſic. nam iudex tenetur legere ſententiam ſuam: alias ſententia ſua nõ valet. capit. fin. ſupra eodem libro de re iud. ita videtur quod in appellatione requiratur recitatio: & vt appellans legat ſuam appellationem iudici. Hac tamen ratione dubitandi non obſtante, dicit Roman. pontif. quòd ego appellans non teneor legere appellationem iudici à quo: ſed ſi petat duplum appellat, debeo ei tradere. ſi autem non petat, non teneor illi tradere. Ex quo patet quòd non ſunt neceſſaria iſta verba quæ ponunt communiter notarij in inſtrumentis appellationis, quòd ipſe appellans fecit lecturam. Nota primò quòd licet iudex à quo, teneatur ſententiam definitiuam legere partibus, ita quòd non ſufficit ſi eam tradat partibus: tamen ſecus eſt in appellatione: vt eſt hic text. Nota quòd appellatio eſt interponenda coram iudice à quo: non autem ſufficeret ſi interponeretur coram aduerſario. & hoc verum, ſi poſsit haberi tutus acceſſus ad iudicem. nam ſecus ſi quis commodè non habeat tutum acceſſum: vt in cap. fin. eo. tit. in ant. Nota vlterius quòd appellatio eſt porrigenda iudici, non appellato quantum ad validandum appellationẽ: ſed quantum ad deuoluendum cauſam, an ſit porrigenda appellatio: Dic vt in cle. cauſam. de elect. No. finaliter quòd impugnatio & exceptio quæ non eſt rationabilis, nõ eſt admittenda. Domi.

d *In ſcriptis.* ſic enim eſt appellandum ante ſententiam: & à ſententia ex interuallo. quod dic vt not. ſupra eodem. tit. & libr. ca. j.

Gloſ. ſequens recit. per quæſtionem an coram iudice neceſſe ſit appellare.

*Appellatio an ſit ſemper coram iudice interponẽda.*

e *Iudici.* Not. appellandum coram iudice. de hoc per Ioan. ſecun. ſa quæſtione ſexta. biduum. §. adeundi. in gloſſ. j. & per Ber. ſupra eodem. ſuggeſtum. Indiſtinctè teneas (cùm in iudiciis, vel extra à iudice appellatur) coram iudice appellandum. ſupra eodem. cordi. ſupra eodem. vt debitus ibi, coram eodem iudice & cetera. & hoc ſi poteſt ipſius haberi copia, & in publico, non in hortis vel villa ſuburbana. ſecũda quæſtione ſexta. biduum. §. adeundi. vel niſi iuſtus metus appellantem excuſet. ſupra eodem titulo capitulo vltimo. Si verò ſunt plures iudices: dic vt in cle. eo. tit. ſi à iudicibus. Io. And. ADDITIO. Hanc opi. gloſ. de appellãdo coram iudice &c. Archidi. qui etiam alleg. ff. quando appel. ſit. l. j. §. dies. & §. ſi quis. C. eod. titul. in offerendis. in authen. de appell. §. j. colla.

iiij. Recitat tamen opi. Goff. qui dixit quòd appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi non fiat fraudulenter: vt dixi in decret. ſuggeſtum. ſupra eo. quod videtur placere Innocen. in decre. dilectis. eodem. titu. ad fin. vbi dicit quòd per appellationem etiam factam in abſentia iudicis, appellans eſt exemptus ab ipſius iuriſdictione. tamen ipſi Innocen. placet in decre. ſi iuſtus. quod ſequitur in gloſſa. Dicit etiam Archidiaco. quòd ſi bene videatur decre. ſi duobus. j. reſpon. in fin. ſatis demonſtrat quod appel. non protegit appellãtem à iudice ſuo: donec ad ipſius iudicis notitiam perducatur. & idem ibi Petr. de Samp. Ioan. And.

CAPITVLVM IX.

APpellatio quam in ſcriptis [d] iudici [e] à quo appellare volebas, te porrexiſſe proponis [f]: nõ poteſt ex eo ꝙ coram ipſo lecta [g] nõ fuerit, rationabiliter impugnari.

f *Proponis.* & probas ſupra de conceſ. præben. cùm ſuper quæſtione. vt ergo dixi ſupra eodem capitu. primo. non eſt neceſſe quòd ſcriptura appellationis ſit authentica [b], dummodo poſsit probari: tutum eſt tamen quòd per notarium de hoc fiat ſcriptura publica: quia quod continetur in charta, difficile eſt probare.

Gloſſa ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.

g *Lecta.* videbatur contra, argu. eius quod dicitur ſupra titulo proximo, capitulo vltimo in fine cum ſuis concordan. ſicut enim requiritur quòd ſententia legatur per iudicem: nec ſufficit quòd in ſcriptis edatur, vt ibi: ſic etiam videtur non ſufficere quòd appellatio in ſcriptis edatur, niſi etiam legatur. Sed non tanta ſolennitas requiritur in appellando, quanta in definiendo: alias ſequeretur quod de feriato non poſſet appellari, ſicut nec definitiua proferri: & quòd appellans haberet ſedere & non ſtare: & hæc ſunt falſa. cùm ergo decre. vt debitus. & decre. cordi. hoc ſolum requirant quòd aſſignetur vel exponatur cauſa probabilis, & in ſcriptis, aſſignare autem ſit verbis, nutu, teſtamento, vel codicillis. ff. de verborum ſignificatione. aſſignare. {Et inſtitu. de aſſig. lib. per totum. Ioan. Monac. ff. de aſſig. liber. l. j. §. aſſignare.} ergo & in ſcriptis aſſignando & porrigendo iudici, ſatisfactum eſt iuri. Et facit ad hoc ſupra eodem libro de offi. ordi. ſi canonici [c]. Sicut enim ibi ſufficit cauſam ceſſationis ſcribere, & ſcripturam aſſignare ei contra quem ceſſatur: ſic & hic in appellatione. Sic & olim dabat maritus vxori ſuæ libellum repudij, quod ſufficiebat, licet non legeret: de quo dicitur in proœmio decre. probatur hoc etiam ſecunda quæſtione ſexta. capitu. ei qui. verſi. ſi quis libellos appellatorios ingeſſerit. & l. biduum. §. adeundi. verſicu. ſi quis ipſius ibi, vt ei libellos daret. Et quod hic de appellationibus dicitur, de exceptionibus intelligo, vt ſufficiat illas dari in ſcriptis: licet non legantur. ad hoc ſupra de proba. quoniam contra. Ioan. And.

*b Quia ſit ſolummodo ad intimandum actum præſentem. Si autem ſcriberetur ad probandum actum præteritum: illa ſcriptura deberet eſſe authentica. cle. cauſam. de elec. Anch. Fonta.*

*Aſſignatio fit verbis vel nutu.*

*c Dicit Io. Mon. quòd iſta decret. & illa probant quòd aſſignare & porrigere idem eſt quod præſentare. præſentatio verò non requirit lecturã. hoc poſuit Archid. in decr. cordi.*

SI à iudice.} Gloſſa non ſummat. Diuiditur autem iſtud capitulum in duas particulas. Prima ponit thema, cuius duo dubia ſoluit: vtriuſque reddens rationem: ibi, nec coram. Secunda particula quæ eſt ibi, niſi ad hoc ſolum. ſecundum dubium terminat, & declarat. Ioannes Andreas. Emanauit ad declarationem eorum quæ not. Ber. & moderni ſupra eodem. cum ceſſante. {Et Guli. in Specu. de excep. §. viſo. verſi. ſed ſi iudex. & ſe. Et corrigit quod not. Ber. ſupra eodẽ libro de re iudi. ad apoſtolicæ. ver. eratque parata.} Et dic iudice ordinario vel delegato: & idem ſi eſſet arbiter iuris, à quo poteſt appellari. ſupra eodem libro de offi. deleg. ab arbitris. Pro intellectu iſtius capituli habemus præſupponere quòd licet iudex non poſsit reuocare ſuam ſententiam definitiuam. l. ij. C. de ſenten. ex breui. reci. poteſt tamen reuocare interlocutoriã ſententiam. l. quod iuſsit. ff. de re iudi. ca. cũ ceſſante. eo. tit. in an. Secundò habemus præſupponere quòd appellans per appellationẽ eximitur à iuriſdictione iudicis à quo appellauit, quantum ad illam cauſam. c. Romana. §. eo. tit. CASVS. Tu & ego litigabamus corã officiali Picta. qui tulit aliquam interlocutoriã contra me: à qua appellaui ſolenniter, & in ſcriptis iuxta tenorẽ ca. j. §. eo. tit. Officialis fecit me citari vt coram eo cõparerem, facturus fidem de grauamine. an tenear comparere? Reſpon. quòd non. nã iudex debet eſſe certus an me grauauerit, vel ne. Sed ponamus quòd iudex citauit me ad reuocandum interlocutoriam ſuam: an debeam comparere? Certè ſic. & ſi non cõpareã, & iudex reuocet ſuã interlocutoriã: poterit contra me procedere tanquam contra contumacem: quia reuocato grauamine eſt extincta appellatio mea. {Reuocauerit cum effectu.} & realiter, non verbo. & hoc ſi grauamen ſit realiter illatum. Nota primò quòd iudex à quo poteſt ſuam interlocutoriã reuocare: & ſic eſt vna differentia inter ſententiam definitiuam & interlocutoriã.

Nota



*Iudex à quo poteſt appellantẽ citare, ſi velit grauamen reuocare.*

Nota quòd ſi iudex à quo citauit appellantem ad faciendum fidem de ſuo grauamine, non tenetur appellans comparere: quia iudex debet cognoſcere vtrum appellantem grauauerit. ſecus ſi appellans eſſet citatus ad videndum reuocari grauamen: quia tunc teneretur comparere coram iudice à quo. Et ſi citatio ſit facta ad edocendum de grauamine, & videndũ reuocari grauamen, tenetur comparere: non ad omnes fines: ſed ad videndum fieri reuocationẽ grauaminis. Not. quòd ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus: ſecus eſt de cauſa impulſiua. l. j. §. ſexum. ff. de poſtulando. vbi turpitudo Calphurniæ fuit cauſa impulſiua ꝓhibitionis mulierum à poſtulãdo. Item illud intelligitur, quòd ceſſante cauſa finali ceſſat effectus: quando eſt vnica cauſa finalis: ſecus ſi eſſent plures: quia tunc requiritur ceſſatio omnium cauſarum. inſti. de nup. §. affinitatis. de hoc per doct. in ca. etſi Chriſtus. de iureiur. in an. in fi. c.

Idem.

*Iudex à quo, compellere non poteſt appellantem à grauamine ipſius veritatem probare, licet citare poteſt ad ipſius reuocationem audiendam: qua facta in cauſa procedere poterit, eius cõtumacia nõ obſtante, ac ſi nunquam appellaſſet. hoc dicit. Zenz.*

CAPITVLVM X.

SI à iudice à quo propter grauamẽ [a] quod tibi proponis illatum, appellas: ad docendum te fore grauatum, & ad audiendam reuocationem eiuſdem grauaminis (ſi de ipſo docueris) tibi terminus præfigatur: Nec coram eo (cùm ipſe per ſe [b] id videre habeat) hoc docere, nec etiã

*Sententia definitiua non poteſt reuocari p iudicem.*

a *Grauamen.* ſecus enim ſi à ſententia definitiua: quam iudex reuocare non poteſt. functus eſt enim officio ſuo ſemel iudicando, ſiue bene, ſiue male. ff. de re iudi. iudex. ſupra de offi. deleg. in literis. & ca. venerabilis intellige igitur grauamen, ſiue per interlocutoriam, ſiue præter interlocutoriã inferatur.

b *Per ſe.* debet enim eſſe de facto ſuo certus. ſupra de reſcriptis. ab excommunicato. Cod. reſcind. vendi. quiſquis. veritas enim cauſæ appellationis probanda eſt coram iudice appellationis: vt ſupra eodem titulo & libro Romana. & capitulo. cum appellationibus. ergo non coram iudice à quo appellatur: ſaluo eo quod dicitur ſupra eodem titulo. interpoſita.

Gloſ. ſeq. quærit. arg. pro & contra. ſoluit. & certis allegatis in contrarium reſpondet.

c *Teneris.* quid ſi compareat, & coram iudice ipſo à quo appellauit de grauamine doceat: nunquid ab appellatione videtur receſsiſſe? Videtur primò quòd ſic: per decret. ſupra de offic. delega. gratum. ſupra de teſti. cùm veniſſet. in quibus dicitur quòd ſi appellans poſt appellationem probationes inducit coram illo à quo appellauerat, appellationi renuntiat. Item hæc litera dicit quòd per appellationem ſuſpenſa ſit iuriſdictio iudicis. ſi ergo aliquid facit coram ipſo vt coram iudice, allegat contraria: & ſic non auditur. ad hoc ſupra eodem. ſolicitudinem. cum ſuis concordantiis. contra. ſupra eodem. interpoſita. vbi dicitur quòd appellans poteſt probare, ſi vult, veritatem cauſæ coram iudice à quo appellat. Sed reſponderi poteſt decre. illam locum habere ante appellationem [a]. Satis credo quòd cùm per actum iſtum ſemper intendat ad iudicis iuriſdictionem declinandam [b], ꝙ per hoc appellationi non renuntiat, & hoc ſonat litera quæ dicit hic, non teneris: non duxit, nec potes. & ſic etiam ſoluitur quod dicitur de allegante contraria, cùm iſta non ſint contraria, quæ ad vnum finem tendunt. Et facit quod dixi infra de regu. iur. nullus pluribus. Ad decre. gratum. & ca. cùm veniſſet. reſpondetur quòd illæ probationes fiebant ſuper principali negotio: & ideo bene renuntiabat appellationi: quia cõtrarius ſibi: ſed hic ſecus. facit pro hac parte quòd iſte prouocatus eſt. ad hoc. ff. de condi. fur. & ideo. in princi. ſupra de excep. cùm inter priorem. & accedant quæ not. iij. queſt. iij. c. induciæ. ij. §. offeratur. §. de re iudi. inter monaſterium. & vtilius videtur negotia tali expediri compẽdio, quã per exactam ſubtilitatem longo prorogari diſpendio. §. titu. proxi. abbate ſanè, in fin. præterea legitimè tenetur comparere ad id quod ſequitur: & tamen comparendo non renuntiat appellationi.

*a Hic colligit Dom. quod licet per actum coram iudice à quo, renũtietur appellationi interpoſitæ, non tamen interponendæ. Font.*

*b Hoc eſt verum ſi per viam ſimplicis informationis agat: ſecus ſi agat tãquã coram iudice conſtituto: vt iuribus cõtrariis. Domi. Font.*

*Verba cũ effectu ſunt intelligenda.*

d *Cum effectu.* effectualiter enim intelligenda ſunt verba: vt ſupra de ele. non reſiden. relatum. cum ſuis concord. Hinc eſt enim quòd non ſufficit dicere ſe paratum reuocare, niſi & reuocet. ad hoc ſupra de eo qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeru. c. j. & ad hoc ſupra tit. proxi. ad apoſtolicæ. ver. erantq; parata. Item ſi grauamen fuit verbale, reuocatio ſufficit verbalis: ſi reale, non ſufficit verbalis: niſi re etiam reuocetur. ADDITIO. Idem Archid. qui etiam alleg. Ioan. de Deo in ſuis ca-



uillationibus, rubrica de generalibus exceptionibus. vbi no. quòd non ſufficit quòd iudex dicat, ego reuoco: niſi recedat à grauamine interlocutionis. Ioan. And.

*Reuocatio grauaminis verbalis debet verbo fieri realis re.*

e *Non fuiſſet.* quia ceſſante grauamine ceſſare debet appellatio. §. eo. cum ceſſante. Ioan. And.

tanquam coram iudice (cùm per appellationem ſit ſuſpenſa ipſius iuriſdictio) comparere teneris [c]: Niſi ad hoc ſolum, vt reuocationem ipſam audias, ſi eam duxerit faciendam. alias ſi non comparueris, & ipſe in termino grauamen reuocauerit cum effectu [d]: poterit ex tunc liberè in cauſa procedere, ac ſi appellatio interpoſita nõ fuiſſet [e].

Idem.

*A collatione capituli ad epiſcopum appellatur, ſi vt canonicus interfuit: ſecus ſi vt prælatus. h. d. Domi.*

CAPITVLVM XI.

*Diuiſio.*

A Collatione.} Duo facit: quia circa vnum thema diſtinguit. Primum ibi, nõ ad ipſum. Secundum ibi, alias ſi. Hoc not. Hoſtien. de exceſs. prælat. capitulo primo. ADDITIO. In capitulo poſtulaſtis. de conceſ. præbend. & fortè corrigitur quod ibi notat Innocentius, qui dicit de electione epiſcopi & capituli ad epiſcopum appellãdum: qui licet conſtituunt vnum capitulum in electione: non tamẽ exercẽda iuriſdictione. fortè dixi: quia ſaluatur, ſi intellexit iuxta ſecundum membrum huius diſtinctionis. Ioannes Andreas. Appellans à collatione facta per epiſcopum & capitulum, debet appellare ad archiepiſcopum, ſi epiſcopus interfuit vt prælatus: ſecus ſi vt canonicus. quia tunc appellatur ad epiſcopum. Præſupponendum eſt pro intellectu huius capituli. quòd quis poteſt appellare etiam collatione continuata in præiudicium alterius, capitulo primo eodem titulo. in antiquis. Item habemus ſecundò præmittere quòd quis poteſt appellare poſt collationem factam: dum tamen appellet intra decem dies numerandos à tempore notitiæ ſuæ. capitulo concertationi. ſupra eodem titulo & libro. Item eſt præſupponendum quod habetur in capitulo ſecundo. vt lite pend. ſupra iſtomet libro: vbi dicitur. ſi duo litigent ſuper beneficio, & moritur poſſeſſor, non debet alius ſurrogari in locum defuncti, donec ſit cognitum de iure ſuperſtitis. & ſi fiat collatio, poſſet ſuperſtes appellare ab illa collatione, vel etiam continuata: ſed ordinarius poterit defendere ius defuncti. CASVS. Tu poſsidebas beneficium quod dicebam ad me ſpectare: vel eſſe mihi debitum: vnde feci te conueniri coram iudice competenti. pendente controuerſia iſta tu es mortuus. Epiſcopus Pictauen. & capitulum ad quos communiter ſpectat collatio illius beneficij cùm vacabat, volebant illud conferre. ego hoc videns me oppoſui ne facerent collationem de illo beneficio. non obſtante mea oppoſitione ipſi contulerunt beneficium. volo appellare ab iſta collatione. quæritur ad quem debeam appellare: vtrum ad archiepiſcopum, vel ad ipſum epiſcopum? Reſpondet cum diſtinctione: aut epiſcopus interfuit collationi vt prælatus: aut interfuit vt ſimplex canonicus. ſi interfuit vt prælatus: debeo appellare ad archiepiſcopum, vel ad papam, & non ad epiſcopum: quia tunc appellarem ab eodem ad eundem. ſi verò epiſcopus interfuit vt canonicus, & non vt prælatus: tunc poſſum appellare ad ipſum epiſcopum tanquam ad ſuperiorem capituli.

Nota primò quòd à collatione facta vel facienda in præiudicium alicuius, poteſt appellari: ſed propriè dicitur prouocatio. ca. cum ſit Romana. eod. titu. in ant.

*Epiſcopus eſt in capitulo aliquãdo vt canonicus. aliquando vt epiſcopus.*

Nota quòd epiſcopus poteſt interuenire in capitulo vt canonicus: & tunc habet vocem: & ſua vox auget numerum. Item poteſt eſſe in capitulo vt prælatus: & tunc non habet vocem. licet Hoſtien. dicat quòd ipſe repræſentat mediã partem capituli: & quòd ipſe & vnus canonicus faciunt maiorem partem capituli: de hoc in capitulo, propoſuit. de conceſ. præbend. in antiquis. Communis autem opinio doctorum eſt in contrarium: videlicet quòd ipſe non habet vocem quando eſt in capitulo vt prælatus: ſed ſolùm habet poteſtatem concludendi ſecundum maiorem partem capituli. Nota vlterius illud ad quod emanauit præſens capitulum: videlicet quòd cùm appellatur à collatione facta communiter per epiſcopum & capitulum, poteſt appellari ad ipſum epiſcopum ſi interfuit vt canonicus: quia tunc cenſetur ſimplex canonicus. modo capitulum ſubeſt epiſcopo: & appellandum eſt ab inferiori ad ſuperiorem. Sed quomodo cognoſcemus quòd epiſcopus eſt in capitulo vt prælatus, vel vt ſimplex canonicus? Doctores hanc materiam tractant in capitulo, poſtulaſtis. de conceſsione præbenda. Et dicunt quòd ſi in eccleſia ſit ſtatutum quod ordi-

*Epiſcopus per quid cognoſcitur eſſe in capitulo vt prælatus, vel vt ſimplex canonicus.*

net vt ſit in capitulo vt prælatus, vel vt ſimplex canonicus: ſtandum eſt illi ſtatuto. ſi verò non ſit ſtatutum: tunc cognoſcetur ex coniecturis. nam ſi epiſcopus non tenet primū locum & honorabiliorem: cenſetur eſſe in capitulo vt canonicus. ſi autem præſideat, & teneat honorabiliorem locum: cenſetur eſſe in capitulo vt prælatus.

a *Præiudicium.* aliàs appellare nō licet. ij. q. vj. non ſolent. ſ. de elec. cùm inter R. ff. de appel. l. j.

Gloſſa ſequēs ſoluit dubium. quærit, & ſoluit.

b *Prælatus.* quod præſumitur, niſi aliud appareat. Et ſi quæratur, quomodo conſtabit an ſit ibi vt prælatus: & an ſit ibi vt canonicus? Recitari ſolet. ſupra de cō ceſ. præben. poſtulaſtis. Si eſt in primo loco, & ei primo ſcribitur: tunc apparet eum eſſe vt epiſcopum, vel vt caput.

*† Inducunt Ioan. And. & de Anc. ad quæſtio. an donata ambaſiatoribus acquirantur ſibi, vel illis à quibus mittuntur. vide Bart. in l. viro. ff. ſo. ma. l. ſociū qui. §. fi. ff. pro ſocio. Fōt.*

A Collatione beneficij, quam communiter per epiſcopum & capitulum in tuum præiudicium [a] factam eſſe proponis: Non † ad ipſum epiſcopum (ſi in ea vt prælatus [b] interfuerit) ſed ad ſuperiorem [c] te oportuit appellare. Aliàs ſi vt canonicus [d] interfuiſſet in ea, potuiſti [e] appellare licitè ad eundem.

Idem.

*Per appellationem interpoſitam à definitiua, reuocari poteſt interlocutoria principali negotio præiudicans: aliàs nō. Ioan. And.*

Sed quando ſedet & ſubſcribit poſt archidiaconum, vel alium qui ibidem præſit capitulo: tunc patet ipſum ibi eſſe vt canonicum. ad hoc. xvij. diſtinct. cap. vlt. de maio. & obe. ſtatuimus.

c *Superiorem.* Papam vel proximum. ſupra eodem titu. dilecti. vlti.

d *Vt canonicus.* ſ. de conceſ. præben. poſtulaſtis. j. de præbē. cùm in eccleſia. ne ſede va. ca. j. cum ſi.

Gloſ. ſeq. alleg. duo ſimilia: & ſoluit duo dubia.

e *Potuiſti.* ſi. xvij. diſtinct. multis. vbi de archiepiſcopo appellatur ad ſynodum, cui tamen præeſt archiepiſcopus. ad idem. ff. quādo appel. ſit. l. j. §. ſolent. vbi de ordinario & præſide appellatur ad præſiden. Et quod dicit, potuiſti. intelligo & debuiſti, niſi appellaret ad Papam: cùm gradatim ſit appellandum. ſupra eodem, dilecti. Puto tamen quòd ſi appellans hoc petit, ipſe epiſcopus habeat cauſam delegare [a], cùm ſatis ſit ſuſpectus: ne velit venire contra factum ſuum: licet id fecerit vt alius, ad inſtar eius quod dicit de iudice à quo fuit appellatum: qui efficitur iuriſdictionis eius ad quē fuerat appellatum. de hoc. iij. q. vij. c. infames. §. item ſi contra patrem. ſupra de elect. querelam. in j. gloſ. & C. de appel. eos. in princ.

*Appellari poteſt ab archiepiſcopo ad ſynodum, licet illi præſit archiepiſcopus.*

*a Concor. Innoc. & Hoſtien. de offi. ord. ter. refragabi. li. lo. And.*

LIcet.} Sunt duo dicta. ſecundum ibi, vbi verò. Et determinatur hic altercatio Innoc. & Hoſtien. not. per eos. ſ. de re iudi. quod ad conſultationem. & ſupra quod met. cau. c. vlt. & Guli. in Specu. de excep. §. dicto. ver. ſed nunquid ſi in principali. Ioan. And. & Innoc. opi. approbatur. ADDITIO. Et dic licet, pro quanuis. Ioan. And. CASVS. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario vel delegato. lite inter nos negatiuè conteſtata, tu actor fuiſti admiſſus ad faciendum tuas probationes. de & ſuper tuo libello. probationibus factis ego reus propoſui exceptionem peremptoriam: puta exceptionem de non petendo: vel aliquam exceptionem peremptoriam. iudex noluit admittere iſtam exceptionem peremptoriam: & ſic me grauauit. ego non appellaui ab iſta interlocutoria. hoc facto ipſe iudex poſt renuntiatione & concluſionem tulit ſententiam definitiuam contra me, à qua appellaui. Quæritur nunc, vtrum in cauſa appellationis poſſim repetere illam exceptionem peremptoriam, quæ à iudice à quo fuit mihi repulſa? Videtur quod non: quia tranſiuit in rem iudicatam: & mihi imputetur quare non appellaui. Hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus pontifex quod illas peremptorias exceptiones poſſum repetere in negotio principali: & ipſis probatis obtinebo: quia per appellationem fuit cauſa reducta ad illum ſtatum in quo erat tempore poſt litem conteſtatam: ſed non ante. l. ita demum. Cod. de procu. Sed quid: ponamus quòd in cauſa principali propoſui aliquam exceptionem dilatoriam que fuit repulſa. volo illam repetere in cauſa appellationis: vtrum poſſim? Reſpondet quòd non: quia in cauſa appellationis non poſſunt proponi ea quæ erant proponenda ante litis conteſtationem: vt. d. l. ita demum. ſed ſolum illa quæ erant proponenda poſt litem conteſtatam. Et ſic intelligitur illud dictum, In cauſa appellationis non probata proponam: & non probata probabo. Nota primò ex iſto cap. bonum argumentum quòd ſi actor dicat exceptionem pro parte rei propoſitam eſſe impertinentem: iudex ſuper hoc habet interloqui an illa exceptio per-

*Exceptio ſi allegetur impertinens, debet iu-*

A emptoria ſit admiſſibilis vel inadmiſſibilis. Et ideo eſt cautela aduocatorum peritorū, dum volunt appellare ab interlocutoria, quòd petant interloqui ſuper admiſſibilitate. Sed cauti iudices obuiant iſti cautelę, dicendo, admittimus iſtam exceptionem inquantum de iure eſt admiſſibilis. Hanc cautelam ponit gloſ. in ca. cùm contingat. de offi. deleg. in an. No. quòd ſi iudex non admiſit exceptionē peremptoriā, & pars non appellet ab illa interlocutoria, ſed poſtea appellet à definitiua: in cauſa appellationis poterit illam exceptionē peremptoriam repetere: nec dicitur repulſio tranſiſſe in rem iudicatam: vt eſt hic textus. No. quòd exceptionem dilatoriam repulſam in principali cauſa non poteſt appellans repetere in cauſa appellationis.

*dex interloqui ſuper illa.*

CAPITVLVM XII.

LIcet ab interlocutoria (per quam pacti [f] vel præſcriptionis, aut alia principali negotio præiudicans [g], vel iudicium nullum reddens [h] exceptio eſt repulſa) non fuerit [i] appellatum [k]: ſi tamen à definitiua (quæ poſtmodum etiam vltra decendium [l] promulgatur) appellari [m] contingat: B poteſt † in appellationis cauſa ipſum grauamen per interlocutoriam eandem illatum licitè per appellationis iudicem emendari [n].

f *Pacti.* de perpetuò non petendo: vel ſimilis.

*† Habes hic dictum l. api limitatum quē dixit in ca. 1. ſupra eo. de reſcrip. quòd ſi iudex interloquatur reſcripta non eſſe impetratū poſt excommunicationē, valet iudicium: quia hoc non procedit ſi appelletur à definitiua. Do. Font.*

g *Præiudicans.* quod in peremptoriis regulariter eſt videre. ADDITIO. de quibus vide ſatis. ſupra eod. lib. de lit. cōteſt. exceptionis. Ioan. And.

h *Reddens.* ſicut exceptio falſi. ff. de iudi. licet. ſ. de excep. cū venerabilis. ſupra de procu. in noſtra. vel exceptio contra reſcriptum quod ab excommunicato fuerit impetratum. ſupra eo. lib. de reſcri. ca. j. cum ſimi.

i *Non fuerit.* ſecus ſi à repulſione fuiſſet appellatum ſecundò, & ſuccubuiſſet appellans. quod dic vt in cle. eo. tit. cùm à repulſione.

k *Appellatum.* & ſic videatur tranſiſſe in rem iudicatam. ſ. de elect. cùm dilectus. in fi. de teſti. ſignificauerunt. cum ſi.

Glo. ſeq. quatuor opi. recitat, quarū tertia hic approbatur.

C l *Vltra decendium.* hoc dicit, vt maior ſit dubitatio. Dicebāt enim quidā q̄ ſi nō fluxerat decendiū cū appellauit, à die interlocutoriæ: tunc reuocari poterat interlocutoria: & repeti exceptio per ipſam reprobata, quaſi intelligatur ſup definitiua & interlocutoria appellatū. Et impugnabatur hęc opi. tali modo, Certū eſt q̄ aliter appellatur ab interlocutoria, quā à definitiua: & etiā à definitiua continente plures articulos in vno poteſt appellari: in alio non. de teſta. Raynal. ius. cū ſi. Et ob hoc dicebant ſecūdi, q̄ ex quo appellatū erat à definitiua indiſtinctè: omnes exceptiones admiſſas, & nō admiſſas, ſiue fuerit interlocutū ſiue nō, ſiue decē dies fluxerint, ſiue non, repetere licebit. Et videtur hoc ſatis expreſſum. ff. de app. l. j. §. j. & vlt. & l. ij. & iij. & ff. quādo appe. ſit. l. j. Ex quo enim admittitur ad dicēdū ſuper principali quod eſt maius: igitur & contra interlocutoriā, quod minus eſt. veritas enim ſemper eſt iudicāda. ſ. de iure iu. ex literis. & in cle. ſępe. de verb. ſig. Præterea iudex appellationis ſuccedit in locū principalis. l. cū apud. ff. iudi. ſolui. ſed interlocutoria nō trāſit in rem iudicatā quo ad iudicē principalis cauſæ: ergo nec quo ad iudicē appellationis, quin dare poſſit licentiā exceptionē repetendi. Innocentius verò tenebat opinionē hic approbatā. Hoſt. {Qui hoc proſequitur ſatis in ſum. de ſent. §. qualiter proferri debeat. ſub. §. j. ver. veruntamē ſi appelletur. Ioan. An.} dicebat q̄ ſi ſecūdum leges [b] regulariter ante ſententiā nō appelletur. {C. eo. ſuper eo. ij. C. quorū appel. nō reci. l. ante. Ioan. And.} omnia D grauamina illata in cauſa principali habēt releuari per appellationē interpoſitā à definitiua. Sed ſecundū canones à qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine pōt appellari: & ideo quātumcūque à definitiua appellatur, firma manet interlocutoria, à qua intra decē dies non fuit appellatum. Ioan. And. ADDITIO. Circa ſecundā opi. prius tactā, dicebat Ioan. Mona. ante ſententiā non eſt quis læſus, ſed in ſententiando: cùm totus proceſſus ordinetur ad definitiuā. & ideo cùm læſio conſummetur per definitiuā, appellatio ab illa interpoſita ſuſpēdit non ſolum illam, ſed etiam ordinata ad illam, arg. ff. vt le. no. caue. l. j. §. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. de ſ. & ra. diſtrah. ſi cum. Ioan. And.

*b Per quod quis deciperetur ſi grauamen ante definitiuam illatū per appellationem à definitiua reuocari nō poſſet: quod eſſe nō debet. C. de iis qui ve. æta. l. j. Ioan. Mon.*

m *Appellari.* intra decem dies à die ſententiæ, vel ex quo ſciuit. ſ. eod. concertationi.

n *Emendari.* ſicut concluſio facta in principali, nō parat præiudiciū quo minus noua iura poſſint in appellationis cauſa produci. ſ. de teſti. fraternitatis. & de fide inſtru. inter dilectos. C. de temp. & re. appel. per hanc. ita nec interlocuto-

ria



ria præiudicium parat, quo minus vetera iura repeti poſſint: vt hic. aliàs enim quid prodeſſet ſuper definitiua appellaſſe?

a *Non parat.* ſicut eſt videre in dilatoriis, vel in condemnationibus expenſarū ſuper eo quòd in exceptione ſuccubuit, vel propter aliam cauſam ſimilem.

b *Vel.* repete ſuper eo quod non.

*Quærit: arguit affirmatiuè. ſoluit contrarium.*

c *Appellatum ab ipſa.* quid ſi lata tali interlocutoria iudex ſtatim vult pcedere in cauſa: petit pars contra quam lata eſt interlocutoria, non pcedi intra decē dies, vt deliberet an ab ipſa interlocutoria appellare velit necne. quæritur, an ſit audienda? & videtur q̄ ſic: quia beneficium &c. xxviij. diſtinct. de his. ad fi. infra de regu. iur. indultum. cum ſuis concordan. ad hoc optimè facit. ij. quæſtione vj. anteriorum. vbi dicitur quòd decem dies dantur ad appellandū, vt liceat intra ipſum ſpatium pleniſſimè deliberare an appellandum ei ſit, vel quieſcendum. ſed iſte litigando & procedendo ſuper principali, ſic pleniſſimè deliberare non poteſt. Solu. dico quòd non eſt audienda [a]. & hoc not. Guli. in ſpec. titu. de appel. §. reſtat videre. in fin. & eſt eius ratio: quia quo ad iudicem non tranſit in rem iudicatam ſententia: & ideo cū poſſit eam reuocare, non omittat proceſſum. Et in hoc dicit in priuata ſua examinatione omnes doctores Bononiæ concordaſſe. & vide euidentem rationem: ſi contrarium diceres, nunquam eſſet litium finis. in qualibet enim interlocutoria, termini aſſignatione, vel iudicis actu, diceret pars, quieſcatis per decem dies vt deliberem an velim appellare. quod eſſet abſurdum.

Vbi verò interlocutoria ſuper eo profertur, quod non parat [a] præiudicium negotio principali, vel [b] iudicium nullum reddit: niſi fuerit appellatum ab ipſa [c]: per appellationem à definitiua poſtea interiectam [d] grauamen illatum nequaquam poterit reuocari [e].

## LIBER TERTIVS.
### DE VITA ET HOneſtate clericorum.

Bonifacius octauus.

*Clericus ioculatoriam artem per annum exercens, ſi tertiò monitus non deſiſtat, ipſo iure perdit priuilegium clericale. Ioan. And.*

*a Idem dicunt Dom. Phi. de Ancharr. neq; per actum partis videtur ipſa pars renūtiare appellationi interponendæ, & bonum eſſet quòd proteſtaretur. Fōt.*

d *Interiectam.* intelligo etiam ſi intra decem dies à die ipſius interlocutoriæ à definitiua fuerit appellatum propter rationes quas dixi ſuprà in gloſ. hoc dicit in princ. Ioannes Andreas.

e *Reuocari.* iudex ergo in quē ex appellationis virtute principale negotium tranſit: de iis quæ principale non impediūt, intromittere ſe non debet. ADDITIO. Multum ergo eſt præiudiciale impedire appellationes interponendas ante ſententiam. Ioan. And.

DE VITA ET HONEſtate clericorum.

Superioribus libris dictum fuit de clericis & perſonis clericorum: nunc videndum eſt de eorum vita & honeſtate: ideo annectit rubr. de vita & honeſtate clericorum. Opponitur quòd rubrica de vita & honeſtate non fuerit bene formata: quia ſufficiebat alterum ex iſtis, dicendo, de vita clericorum: vel de hone. cleri. quia quidquid attribuitur vitę, ſpectat ad honeſtatem: & quidquid honeſtati attribuitur, pertinet ad vitam: quia honeſtè viuere, reſpicit etiam vitam. argu. in proœ. compil. Grego. & ſic habet rubrica ſuperfluitatem, contra id quod papa proteſtatur in proœmio huius lib. Sol. dicit Ioan. And. quòd Hoſtien. in ſumma huius tit. diuiſit rubricam, per quod intendit docere duo. Primum, qualiter clerici viuere debeant. Secundum, in quibus conſiſtit eorū honeſtas. Domi.

CLerici.} Duo membra diſtinguit. Secundum membrum proſequitur ibi, Si autem. Ioan. And. Et emanauit ad declarationem & approbationem eorum quæ de quadam æquitate dicebat Hoſtien. ſupra de ſenten. excommun. perpendimus. in ſum. eo. tit. §. quis poſſit. ver. quid. & dicebat bonum eſſe, ſi Papa hoc determinaret, & tempora limitaret. Pro intellectu huius capituli eſt præſupponendum quòd clerici dicuntur habere multa priuilegia, de quibus in gloſ. ſupra de biga. cap. vnico. CASVS. Certum eſt quòd clerici non debent intendere artibus ignominioſis, vt ſunt artes mimorū, ioculatorum, & hiſtrionum. cap. clerici. ſupra eo. in anti. Sed ponamus quòd aliqui clerici exercuerunt illas artes, puta quia fecerunt in publico ſpectaculum ſui corporis, an ſint puniendi aliqua pœna? Reſpondet Rom. pont. quòd ſi clerici exercuerint illas artes per vnum annum: ſunt ipſo iure, id eſt ipſo facto abſque declaratione iudicis, priuati omni priuilegio clericali. Sed ponamus quòd iſti clerici non exercuerūt iſtas artes per vnum annum integrum: ſed per minus tempus, fortè per ſpatium ſex mēſium. an ipſo iure perdant pri-

Sextus.

A uilegia clericalia? Reſpondet quòd non: ſed requiritur quod epiſcopus illos monuerit primò, ſecūdò, & tertiò, & ſic canonice & competenter: & ſi moniti non deſiſtant ab exercitio illarum artium, epiſcopus per ſuā ſententiam debebit & poterit illos delarare priuatos omni priuilegio clericali. No. primò iuncta gloſſ. quòd clericatus dicitur eſſe dignitas. hoc verum, accipiendo dignitatem largè p quadam præeminentia. nam dignitas ppriè dicitur quando quis habet præeminentiā ſupra aliquos, & cum hoc iuriſdictionem. Nota vlterius quòd clerici exercentes artes iſtas de quibus in text. priuantur omni priuilegio clericali: etiam priuilegio canonis, ſi quis ſuadente diabolo. xvij. quæſt. iiij. & in hoc ſunt ponderanda iſta verba, omni priuilegio. Nota inſuper quòd clericatus dicitur dignitas. concor. ſunt in glo. Nota finaliter caſum in quo clericus priuatur priuilegio clericali abſque aliqua monitione. Domi. de ſancto Geminiano.

CAPITVLVM I.

CLerici qui clericalis ordinis dignitati [f] non modicum detrahētes †, ſe ioculatores [g] ſeu goliardos [h] faciunt aut buſones [i]: ſi per annum [k] artem [l] illam ignominioſam [m] exercuerint, ipſo iure †: ſi autem tēpore breuiori [n], & tertiò moniti [o] nō reſipuerint, careant [p] omni [q] priuilegio clericali.

*† Ideo dicunt doct. quòd omnes & ſinguli clerici poſſunt tales accuſare. & extēdunt iſtud ca. ad monachos. ca. duo ſunt genera. xij. q. j. Font.*

*† Iſtud verbum pōderando dicit Phi. cōtrarius aliis, quòd deſiſtentes ab iſtis artib' recuperant priuilegiū. facit text' in auth. de ſanctiſ. epi ſco. §. interdicimus.*

f *Dignitati.* Nota quòd clericatus eſt dignitas. ad idem. iiij. diſt. denique. vbi de hoc. & de cle. non reſiden. cap. iij. Si ergo detrahunt dignitati, meritò priuilegium perdere debent, quod non perſonæ, ſed dignitati cōfertur: vt ſ. de foro compe. ſi diligenti. & de ſenten. excom. contingit. ADDITIO. Idem Archi. qui etiam contra tales alleg. c. ſi apud. xxiij. q. v. Ioan. And.

g *Ioculatores.* quaſi ioci latores in publicum. ſupra eo. titu. cùm decorem. faciunt enim ſpectaculum proprij corporis [b]. Ad hoc. ff. de iis qui no. infa. l. ij. §. ſi. in occulto tamen, vel infirmitatis vel alterius honeſtæ rei cauſa aliquid ioci facere C non reprobatur. & facit quod not. Ioan. de citharistis, & iis qui variis vtuntur inſtrumentis. lxxxvj. diſtinctione. donare. in prima gloſ. ADDITIO. Et Accur. in prælleg. l. ij. §. ſi. ff. de infra.

*b Sui enim corporis ludibrio geſtus & habitus hominum repræſentant cū comœdiis, vel ſine.*

h *Goliardos.* vulgare Gallicorum. ADDITIO. A gula fortè ſic dicti. ſolent enim eſſe guloſi & leccatores. Ioan. And.

*Goliardi vnde dicantur.*

i *Buſones.* vulgare Tuſcorum. ADDITIO. Canon tales vocat hiſtriones. iiij. quæſt. j. cap. j. de conſecr. diſtin. ij. pro dilectione. & vnde ſumpſerit originem illud nomen, ponit Valerius lib. ij. cap. j. circa medium, ver. verùm. & vide quod dixi. ſ. eo. clerici. in prin. aliàs buſo idem eſt quod rana terreſtris. Ioan. And.

k *Annum.* ad hoc. j. de hære. cum contumacia. ſ. de regula. ſtatuimus. in auth. de ſan. epiſ. §. interdicimus. coll. ix. & hoc eſt ius nouum: cùm aliàs niſi monitione trina præmiſſa fuerint incorrigibiles inuenti, nō perdant priuilegiū clericale: vt. ſ. de ſent. excom. in audientia. & ca. contingit. ij.

l *Artem* [c]. Nota actum damnatū appellari artē. ſic vſura ars appellatur. xlvij. diſtin. ſicut. ij. & cura animarum. ſ. de æta. & quali. cùm ſit. in princ. xxxix. diſt. Petrus. & C. de maleſi. artē. ſic etiam officium procuratoris ars nuncupatur. v. q. iij. quia epiſcopus. in fi. & magicam artem exercentes. j. q. j. Petrus. & C. de maleſi. & mathe. l. ij. & iiij. & multis aliis legibus ſequē- D tibus eo. tit. & coqui dicuntur habere artem. de conſec. diſt. v. ne tales. Archid.

*Additio. c Et tales de lucris huiuſmodi artium gabellam ſoluēt. Do. de Ancha. tamen text. in l. quæſitū. de fundo in ſtruc. in fi. eſt contrarius huic additioni. Font.*

m *Ignominioſam.* ff. de iis qui no. infa. l. ij. §. ignominiæ. & §. ſi. cùm ergo talibus ignominioſis artib' clerici intereſſe nō debeant, & mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus. ſ. eo. cleri. j. reſpō. {xxxiiij. diſt. presbyteri. de conſec. diſt. v. nō oportet. j. C. de epiſc. & cle. authen. interdicimus. ſecundū Archi. Ioā. And.} multò minus ea exercere debent. ad hoc. xliiij. diſt. nō liceat. vbi dicitur quòd nō licet clerico tabernā ingredi: multo minus tenere. vilitas ergo vitę tales non patitur priuilegio gaudere. C. de adul. quę adulterium. in fi. ſ. de apoſta. c. j. xlvj. diſtin. clericum ſcurrilem. ne cleri. vel mon. c. ij.

*Tabernam non debet clericus ingredi.*

n *Breuiori.* Not. intra annum dici breue tempus: poſt annū longum, vel vetus. ad hoc. xxxv. q. viij. c. j. vbi de hoc. & ſ. de verb. ſign. quid per nouale.

*Annus dicitur tēpus breue.*

o *Moniti.* hoc de veteri iure: ſed per quem monebūtur? Dic quòd per ſuum prælatū vel iudicem: vt ſupra de ſent. excō. in audiētia. ibi, ſi à plātis ſuis &c. & c. contingit. ij. ibi, ſi à tertio.

p *Careant.* repete ipſo iure.

q *Omni.* hoc dicit, quia multiplex eſt clericorū priuilegiū. quod dic vt dixi. ſ. eo. lib. de biga. altercationis, vbi eſt idem



verbum.

Universidad de Deusto Biblioteca

verbum. ADDITIO. Vnde non tenent immunitatem canonis:licet etiam ſint in ſacris ſecundum Archid.alleg.quòd litera indiſtinctè loquitur, & quòd illi plus peccant.v.quæſt. vj.presbyteri.xl.diſtinct.homo.de iureiur.cum quidam.Sed Ioan.Mona.hic contra:dicens conſtitutos in ſacris non perdere priuilegium: licet plus peccent. nō enim deſinunt eſſe clerici: & clericaliter viuere tenētur propter characterem impreſſum.allega.ſupra qui cleri. vel vo. cap. j.& ij.& ſupra de cleri. coniugat. ſanè.ij. prima placet. Ioann. And.

DE CLERICIS coniugatis.

*Continuatio.* Dictum fuit ſupra titu.proxi.de cleri.& eorum vita.verum quia aliqui ſunt clerici coniugati,dubitaret aliquis vtrum amittant priuilegia clericalia: ideo ad nos informandum Romanus pontifex ponit rubricam de clericis coniugatis.

## DE CLERICIS coniugatis.

### Bonifacius octauus.

*Si clericus coniugatus ferat habitū & tōſuram, clericali priuilegio gaudet: aliàs non.Ioan.And.*

### CAPITVLVM I.

Clerici qui cum vnicis a & virginibus b cōtraxerūt c, ſi tonſuram & veſtes d deferant clericales, priuilegium retineant canonis e ab Innocentio Papa ſecundo prædeceſſore noſtro editi in fauorem totius ordinis clericalis f. Et cùm iuxta Pariſienſe concilium g nullus clericus h diſtringi aut condemnari debeat à iudice ſeculari: præſenti declaramus i edicto, huiuſmodi

*Diuiſio.* Clerici.} Prima pars reſeruat clericis coniugatis duo priuilegia cum certa moderatione. Secundū ibi, Et cum. Secunda reliqua tollit,& etiam prædicta duo, ſi moderatio non ſeruetur: ibi, In cæteris a. Et fuit tracta de fine cuiuſdam extrauagantis quæ incipiebat,ad quorundam. Et emanauit ad declarationem eorum quæ not. xxiij.diſtinctione,clerici.in j.glo. & eodem titulo.capitulo,Ioannes. CASVS. Aliquis Titius clericus contraxit matrimonium cum quadam Berta virgine, quæ non fuerat corrupta: & prius non contraxerat matrimonium cum aliqua. quæritur vtrum amittat priuilegia clericalia? Reſpondet quòd ſic, exceptis duobus: videlicet quia adhuc retinet priuilegium capitu.ſi quis ſuadente.xvij. quæſtione quarta. Nam ſi quis verberaret talē clericum manus violentas iniiciendo, incurreret ſententiam excōmunicationis: à qua non poſſet abſolui niſi à Papa, ſi iniuria eſſet grauis. Item aliud priuiligium retinet, vt non poſsit conueniri coram iudice ſeculari. Sed vtrum iſta ſint vera indiſtinctè, vt quilibet clericus coniugatus gaudeat iſtis duobus priuilegiis, dum tamen contraxerit cum vnica & virgine? Reſpondet quòd non. ſed præmiſſa ſunt intelligenda ſi iſte clericus coniugatus deferat veſtes clericales & tonſuram. nam ſi non deferret,priuaretur iſtis duobus priuilegiis, videlicet cap. ſi quis ſuadente. & pro ſuis exceſsibus puniri poſſet per iudicem ſecularem. Sed quid, habemus in l.ij. C.de epiſco.& cle.& capi.fin. ſupra de vita & honeſtate cler. in antiq. quòd clerici non debent vexari collectis, talliis, nec aliis exactionibus, & multa alia priuilegia habent: vt dicit gloſſa in capitulo vnico ſupra de biga. Vtrum clericus coniugatus gaudeat iſtis priuilegiis? Reſpondet quòd non: etiam poſito caſu quòd deferat habitus clericales: ſed iſtis omnibus eſt nudatus. Et ſic clericus coniugatus ſolùm retinet duo priuilegia:ſcilicet priuilegium cap. ſi quis ſuadente. & priuilegium ne conueniatur coram iudice ſeculari pro delictis. Nota quòd clericus coniugatus amittit omnia priuilegia clericalia, exceptis duobus de quibus in litera. Nota quod clericus in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt contrahere matrimonium: ſecus ſi eſſet in ſacris ordinibus poſitus. De hoc habemus rubricam ſpecialem, qui cleri. vel vo. matri. contrahere poſſunt, in antiq. Nota quòd clericus coniugatus debet deferre habitum clericalem qui conſiſtit in duobus:ſcilicet in habitu & tonſura.& ſi non deferat, omnia priuilegia clericalia perdit: etiam iſta duo poſita in textu. nam tunc reputatur laicus, & vt laicus poteſt puniri. Nota ibi, veſtes, quòd coniugatus clericus non ſolum debet deferre habitum clericalem in veſte ſuperiori:ſed etiam in inferiori & aliis. & iſtud verum: niſi illa veſtis ſit latens, & non appareat: & in hoc ponderatur verbum veſtes. aliàs ſi ſit indecentia in veſte inferiori, cenſetur laicus: & tanquam laicus poteſt puniri. ideo Toloſæ quidam clericus coniugatus eo quod habebat caligas bipertitas, reputatus fuit laicus; & pro crimine tanquam laicus fuit condemnatus: nam fuit laqueo ſuſpenſus. Nota quòd clericus coniugatus in aliis omnibus priuilegiis reputatur laicus: ideo vt laicus vocatur ad tallias, tributa, exactiones, & alia munera à quibus eximuntur clerici. Sed vtrum etiam talis clericus coniugatus poſsit eſſe vicarius epiſcopi? Reſpon. quòd non. nam iuriſdictio eccleſiaſtica non cadit in laicum. cap. ij. de iudi, in antiq. & iſte clericus coniugatus, exceptis duobus priuilegiis reputatur laicus. Nota argumentum à contrario ſenſu(quod eſt fortiſsimum in iure. cap. cùm apoſtolica.§.penult.in gloſ.j. de iis quæ fiunt à prælatis.in anti. l. j. ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio) quòd bigamus eſt priuatus omni priuilegio clericali: etiam iſtis duobus priuilegiis. Nota quòd tonſura hic accipitur pro clerica. nam propriè tonſura eſt illa abſciſsio capillorum quæ eſt in parte inferiori, vt aures pateant: ſed clerica eſt abſciſsio capillorū in parte ſuperiori: & circuitus abſciſsionis illorum capillorum vocatur corona.

*a Conqueritur Ioan. Mon. quòd olim in clericis coniugatis regula erat pro foro eccleſiaſtico: exceptiōes pro ſeculari: vt in mercationibus.§.e. ex parte. de vit.& ho.cler.ca. ſi.hoc verò cōuertitur. Dici poteſt quòd querelæ & ſcādala ſecularium principum fuerunt iuſta cauſa hui' conuerſionis,grauātur enim quòd clerici cōiugati immunitatibus gaudeant,quibus nō coniugati.Io. And.*

*Clericalis habitus in duobus cōſiſtit.*

*Tonſura & clerica differunt.*

a Vnicis. quia ſi bigami eſſent, omni priuilegio clericali exuti eſſent: nec poſſent etiam portare tonſuram. ſupra eod. lib.de bigamis,altercationis.

b Virginibus. ſecus ſi cum corruptis b vel viduis contraxiſſent,& eas cognouiſſent:vt xxxiiij.diſtinct.Valentino.& rationem quare virginitas in mulieribus requiratur quo ad hoc potius quàm in viro, quære de biga. debitum. in gloſſa penult.

*b Etiam quas credebat virgines: vt no.32.diſt. nemo.Ioā. And.*

Gloſ.ſeq.arg.pro.opi.reci.contrariam,quam approbat.

c Contraxerunt. No.pro.opi.Hug.& Hoſtien.quòd mulier debeat eſſe deſponſata in virginitate. vnde ſi primò deſflorauit quis mulierem,& poſtea cum illa contraxit: non videtur ꝙ promoueri poſsit.ad hoc.xxx.q.v.qualis.vbi de hoc in gl. ij.& xxxij.diſt.nemo.Præterea carnis commiſtio conformitatem deſignat humanæ diuinæque naturæ: quæ per incarnationis myſterium fuit in vtero virginali contracta. oportet ergo quòd conſummatio quæ illud deſignat, fuerit facta in vtero virginali: quod ſi ante illā corrupit,eſſe non poteſt. & benefacit ad hoc.xxxiij.diſt.maritum.Sed contrariū credo c ſecundum Tan. & Goſ.qui hoc no. in ſumma huius tit. de biga.§.item quid ſi quis. Licet Ber.contrarium no.de cle. coniuga.ſane d.Et Bart. Brixi.in quæſt.dominicali quę incipit:quis cognouit virginem. Ber.ſ.de biga.debitum in gloſ. vlt.tum quia nō diuiſit carnem ſuam in plures,vt ibi: tū quia ſequens matrimonium fingitur præceſsiſſe:vt.ſ.qui filij ſint legi.tanta.ADDITIO. Quomodo hanc rationem Hoſt.impugnat:ibi dixi in gloſ.per hanc.

*Bigamus nō eſt qui ducit quā corrupit.*

*c Et bene gl.c.debitum,de Biga.et Sicu. ibi. & in c.ſane.j.de cleri.cōiugat. vide Tolo.deciſiōes quæſt. cxix.Font.*

*d Et ibi plenius ſcripſi ſuper vlti. glo.rationes quas inducit Hoſtien.Ioan. And.*

d Veſtes. xxj.quæſtione iiij.omnis iactantia.in text.& gloſ. j.& per totam quæſtionem. & ſupra de vita & honeſt. cleri. clerici.

e Canonis. xvij.quæſt.iiij.ſi quis ſuadente.

Gloſ.ſeq.quærit,& ſoluit.

f Clericalis. huic ergo fauori clericus renuntiare non poteſt.de ſenten.excommu.contingit.infra de fo.compe.ſi diligenti. Sed nunquid talis clericus ſi habebat reſcriptum ad vacaturam antequam contraheret: mortua tali vxore, ſi poſtea vacat illa præbenda, poteſt illam petere? Terminauit Bartho. Brixi. in principio quæſtionum ſuarum quæſtione quæ incipit,quidam impetrauit. Et eſt ix.dominicalis,quòd non: quia contrahendo matrimonium renuntiauit per ipſum factum e, & animum depoſuit. {Quaſi diceret, habuit pro derelicto.ff.pro dereli.l.j.& vlti.} Et hoc eſt verum. Nā tunc etiam perdidiſſet ius in re: multo fortius ergo ad rem: ſecundum ea quæ not. ſupra eod.cap.j. ad hoc.j. de conceſs. præben.ca.vlt.& in cle.de reſcrip.gratiæ. Item contrahendo voluit perpetuò adhærere vxori. xxxij. q.ij. ſolet.ibi, & poteſt quidam.ſ.de condi.appo.cap. vlt.& eligendo alterum de contrariis, alteri renuntiauit. ſ.eo.lib.de poſtu.prælato. cap. vnico in fi.de elect. vt quis duas. ad hoc.j.eod.cap.vbi dicit, in cæteris &c.

*e Et facto renuntiat quis iuri ſuo de iis quæ ſiunt à mai.par. cap.ex ore. C. de iure do.impet. l.ij.*

g Concilium. ſ.de foro compe.cap.ij.quod habetur pro palea.xj.quæſt.j.c.ij.Ioan.And.

h Clericus. cuiuſcunque ordinis f .ſ.de iudi.cum non ab homine. & patet in cap.de quo fit mentio. ſ.de fo.compet.cap. nullus.Archid.

*f Etiam primæ tonſuræ aut ſeruitio eccleſiæ deputati.c.ij.xi. quæſt. de Anch.Fōt.*

Gloſ.ſeq.not.opi.Ioan.approbatam,& cōtrariam reprobatam.ob.& tripliciter ſoluit.

i Declaramus. ex hoc & ſuperioribus not. approbatam opinionem Ioann. not. xxiij.diſtinctione clerici. & reprobatam opinionem Bartho. Brixien.ibi not. qui dicebat quòd clericus coniugatus in nullo poterat priuilegio gaudere quantumcunque in habitu & tonſura incederet. quomodo ergo reſpondebitur ad decret.ſupra eodem. Ioannes? Triplex eſt ſolutio. Prima eſt quòd ex ſola delatione tonſuræ ſine habitu ſupple, & econuerſo, non retinet priuilegium. Vel ibi cum vidua vel corrupta contraxerat: vel aliam vxorem habuerat.Vel quia hoc eſt diuinare,dic tertiò & verius quòd de alio priuilegio loquitur: & ſic concordat: vt infra eod. §. in cæ-



teris autem. ADDITIO. Si Ioannes (cuius opinionem gloſſ.iſta in princ.dixit approbatam)intellexiſſet quod gauderet omnibus priuilegiis, partim approbatur eius opinio: & partim reprobatur in. §. in cæteris. Triplicem ergo opin.in hoc not.& media hic approbatur, quòd in omnibus gaudeat incedēs vt clericus.& hoc placuit Guil.in Spec.eo. titulo poſt princ. Secunda, quòd in nullo. Tertia, quòd in quibuſdam.Io.And.

a Coniugatos. deferentes tonſuram vel habitum: vt infra dicitur.

b Denegatur. infra de reg.iur.cum quid. vnà cum ſuis cōcor. ibi vide de hoc.Ioan. And.

c In cæteris. vt in priuilegio quod habent ne vexētur exactionibus vel collectis. C. de epiſco. & cleri. l.ij. ſupra de vi.& ho. cler.cap.vlt. Ioannes And.

d In præmiſſis.priuilegio ſcilicet canonis.Innoc.& priuilegio concilij Pariſien. Ioan.And.

e Clericali. & ſic intelligatur decreta. ex parte. ſupra eo.Ioan. And.

clericos coniugatos a pro cōmiſsis ab eis exceſsibus vel delictis trahi non poſſe criminaliter aut ciuiliter ad iudicium ſeculare: nec ab ipſis ſecularibus iudicibus eos debere perſonaliter, vel etiam pecuniariter (ne per vnā viā concedatur eiſdem iudicibus quod per aliam denegatur b) vllatenus condemnari. In cæteris c autem, vel( niſi vt præmittitur) tonſuram,veſtes deferant clericales: etiā in præmiſsis d eos gaudere nolumus priuilegio clericali e.

DE CLERICIS non reſidentibus in eccleſia vel præbenda.

*Continuatio.* Dictum fuit ſupra de clericis & eorum vita.Verum quia clericis dantur ſtipendia, vt melius vacent diuinis: quæ ſtipendia dicuntur beneficia clericorum:dubitaret aliquis vtrum clerici teneantur reſidere in ſuis beneficiis: ideo ad nos informandū ponit rubricam de clericis nō reſidentibus in eccleſia vel præbenda.

## DE CLERICIS NON REſidentibus in eccleſia vel præbenda.

### Bonifacius octauus.

*Diſtributiones quotidianæ ſolùm præſentibus qui interſunt diuinis, dari debēt, conſuetudine non obſtante. Et qui aliter illas receperunt,non faciunt illas ſuas: & idem de diſtributionibus quæ dantur pro anniuerſariis defunctorum.Ioan.And.*

### CAPITVLVM VNICVM.

Conſuetudinē quæ in quibuſdā partibus inoleuit, qua canonici & alij beneficiati ſeu clerici cathedralium & aliarum collegiatarū eccleſiarum, diſtributiones f quotidianas,quę aliàs manualia g beneficia ſeu victualia h nuncupantur, & tantùm reſidentibus tribuuntur, qualitercunque in ciuitatibus ſeu aliis locis(in quibus ipſæ conſiſtunt eccleſiæ) ſint præſentes i, licet diuinis officiis non interſint, ex integro percipiunt, ac ſi continue ipſis eccleſiis in eiſdem officiis deſeruirent,penitus improbātes k: Statuimus vt diſtributiones ipſæ quotidianæ in quibuſcūque rebus conſiſtant, canonicis ac aliis beneficiatis & clericis eccleſiarum ipſarū qui l eiſdē officiis in ipſis eccleſiis adfuerint m, tribuantur iuxta eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem n rationabilem iam factā, ſeu etiam faciendam. Qui verò aliter de diſtributionibus ipſis quidquam receperit (exceptis illis quos infirmitas o † ſeu iuſta & rationabilis corporalis neceſsitas, aut euidens eccleſiæ vtilitas p excuſaret) rerum ſic receptarum dominiū nō acquirat,nec faciat eas

*Diuiſio.* Conſuetudinem.} Primò recitat conſuetudinem, quam reprobat. Secundò ſtatuit:ibi, Statuimus. Tertiò pœnam apponit, à qua duos caſus excipit:ibi, Qui verò. Vltimò prorogat: ibi, De diſtributionibus. Et probatur huius decre.dictum in fi.per decret.ſupra de præbend.licet. Ioan. And. Præſupponendum eſt pro intellectu iſtius capi. quòd fructus præbendarum conſiſtunt in duobus, ſcilicet in corpore ipſius prębendæ:quod in aliquibus locis vocatur groſſum:puta cū præbendę ſunt inter ſe diſtinctæ, & quilibet canonicus habet certas poſſeſsiones pro ſua præbenda.Secundò conſiſtit præbenda in quotidianis diſtributionibus quæ dantur intereſſentibus horis diuinis: & dicuntur manualia beneficia. Vlterius eſt præſupponendum quòd iſtæ quotidianæ diſtributiones fuerunt introductæ: vt canonici melius vacarent horis diuinis:videlicet vt ſi non amore Dei,ſaltem cupiditate pecuniæ intereſſent diuinis ſeruitiis. CASVS. Canonici eccleſiæ cathedralis Pictauen. per longum tempus ſufficiēs ad introducendum conſuetudinem (ſi aliàs eſſet rationabilis) conſueuerunt, vt canonici non ſolum intereſſentes diuinis horis,ſed etiam abſentes haberent & perciperent quotidianas diſtributiones, ac ſi interfuiſſent diuinis horis. an valeat talis conſuetudo, & ſit rationabilis? Reſpondet quòd non. nam canonici etiam ſi ſint in eodem loco: dum tamen non interſint horis diuinis, non debent habere quotidianas diſtributiones,quæ aliàs vocantur manualia beneficia clericorum,eo quia dantur ad manū: puta quòd intereſſentes miſſę habebunt xij.denar. in aliquibus eccleſiis non dantur iſtę quotidianæ diſtributiones in pecuniis: ſed dātur in cibariis, puta pane & vino. Nota primò quòd quandoque alij clerici quàm canonici recipiunt quotidianas diſtributiones in eccleſia. Item quandoque etiam diſtributiones dantur in aliis eccleſiis inferioribus catheralib'. & pro his vide text.in cle. vt ij qui.de æta.& quali.Nota ſecundò quòd illi dicitur præſentes qui ſunt in ciuitate vel caſtro: ſed tamen tales non dicuntur intereſſentes diuinis,niſi perſonaliter interſint.Do.

*Fructus præbendarū in duobus conſiſtunt.*

*Præſentes & intereſſentes ſunt diuerſi.*

f Diſtributiones. ſ.de præben.licet.

g Manualia. vt.ſ.de verb.ſign.olim.

h Victualia. ſupra eo.decætero.

i Præſentes. quid enim prodeſt præſentia in loco, ex quo diuinis non adſunt ꝑpter quæ ſunt beneficia conſtituta?

k Improbantes. licet igitur de conſuetudine corpus prębendæ deberi poſsit abſentibus qui diuinis non interſunt. ſupra de conſtit. cum omnes. ſecus in diſtributionib' quotidianis: vt hic.

l Eccleſiarum ipſarū. cathedralium vel collegiatarum.

m Adfuerint. Nota quòd ſi quis impetrat quòd in abſentia percipiat prouentus ſuos ac ſi præſens eſſet: diſpenſatio hæc facit eum reputari ꝓ præſente: ſed non ꝓ intereſſente diuinis officiis a. ſed ſi præſens eſſet, & officiis non intereſſet: has diſtributiones non perciperet: vt hic. ergo nec diſpenſationis vigore perciperet. Sed ſi diceretur in gratia quòd reciperet ac ſi præſens eſſet, & diuinis officiis intereſſet: tunc ſecus ratione prædicta. Sit igitur impetrans in hoc cautus, vt ſecundum hanc formam impetret: ſi poteſt. ADDITIO. Non tamen memini vidiſſe talem formam ab apoſtolica ſede manaſſe: ſi tamen daretur, tunc haberemus quartum caſum exceptum, ſcilicet quando per apoſtolicum priuilegium illa perciperet. Exiſtens tamen in ſeruitio papæ, illas non percipit: vt not.ſupra eo. cum dilectus. fructus tamen præbendæ percipiunt:vt ibi. Et quis intelligatur eſſe in ſeruitio papę,& quid de illo qui reſidet cum cardinali: dixi poſt Hoſtieſem ſuper verſiculo,circa nos. & ſuper glo. vlt. quod hic ponit Archi. Ioan.And.

*a Hoc non aduertit Ber.ſupra e.cum dilectus. in gl.2.Item nec Hoſt. in c.ad liberandum.de Iudæ.Ioā. And.*

*† Notant hic Dom. Phili.quod infirmitas non priuat ſtipendio debito ſic famulus ægrotus habebit ſalarium.allego glo.in.l. arboribus. §.de illo. ff.de vſufr. Bar.in.l.ſi cum dote. §.ſin autē. ff ſolu.ma. vide deciſ. Toloſ.qu. 359.Font.*

n Ordinationem. vt puta quòd tantum detur ei qui intererit in miſſa: & tantum ei qui intererit in matutino: & ſic de ſingulis horis.ADDITIO.Vide quod not.in cle.vt ij qui.de æta.& quali.in gloſ. nota pro conſuetudine. & in cle.j.de reliq.in fi.Ioan.And.

o Infirmitas. quæ à celebratione diuinorum excuſat:vt ſupra de præbenda. ſignificatum. aliàs clerici ad omnes tenentur. quod dic vt ſupra de celebratione miſſarum capitulo primo.

Gloſ.ſeq.ſignat contrarium,& ſoluit.

p Vtilitas. hæc duo ſolent diſpenſationem inducere. ſuprà de præbendis. expoſuiſti. Et ſignatur huic contra.ſuprà eodem libro de electione, cum non deceat. vbi illi qui proſequuntur vtilitatem eccleſiæ, diſtributiones non percipiunt. Solut. canonici non tenentur eas talibus concedere: vt ibi. tamen ſi conceſſerint, illi non tenentur ad reſtitutionem: vt hic. Alij dicunt hoc loqui in præſentibus, illud in abſentibus: vt præſentes qui proſequuntur vtilitatem eccleſiæ, diſtributiones percipiant: abſentes non: vt ibi. Primum credo. ADDITIO. Archidiaconus dicit hanc loqui in eccleſiis in quibus eſt conſuetudo quòd abſentes iſta percipiant: quæ toleratur in caſibus hic expreſsis. contrarium in eccleſiis in quibus non eſt talis conſuetudo. Si intelligitur de abſente à diuinis, poteſt conuenire literæ: aliàs non. Ioan. And.

*Vtilitas & neceſsitas ſolent diſpenſationē inducere.*

Gloſ.ſequens ſoluit dubium,& remittit.ſecundò quęrit & ſoluit.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



ſuas ᵃ,imò ad omnium reſtitutionem quę cõtra huiuſmodi noſtram conſtitutionem receperit ᵇ, teneatur. De diſtributionibus etiam pro defunctorũ anniuerſariis largiẽdis idẽ ᶜ decernimus obſeruandum.

DE PRAEBENDIS & dignitatibus.

Clemẽs tertius, aliàs quartus.

*Ad præſentationem religioſorum etiã exemptorum nõ debent in eccleſiis ipſarũ rectores inſtitui , niſi primò tantũ eiſdem aſſignetur vnde incumbẽtia onera ſubire poſſint, & congrue ſuſtentari : nec valet contraria conſuetudo. Ioan. And.*

CAPITVLVM I.

SVſcepti regiminis nos cura ſolicitat, vt vtilitatib⁹ ſubiectorũ in illis pręcipuè per quas animarũ ᵈ ſaluti conſulitur, nunc nouorũ editione iuriũ,nunc antiquorum innouatione ᵉ ſolicitè prouidere curemus. Sanè fuit olim per ſedem apoſtolicã prouidè conſtitutum, vt diœceſani locorum ad pręſentationem religioſorum ᶠ nullũ ad aliquã eccleſiam recipiãt,niſi tantum ei de prouentibus ipſius eccleſiæ coram eis fuerit aſſignatum , ᵍ vnde iura epiſcopalia poſſint ſoluere ʰ , & congruã ſuſtentationem habere . Verum (ſicut nobis querela multorum frequens inſinuat) religioſi exempti ⁱ de prouẽtibus parochialium eccleſiarum in quibus ius obtinent patrona-

a Suat. de his ergo nõ poteſt fieri eleemoſyna. quod dic vt no.xiiij.q.v.in ſum.& ſupra de deci.ex trãſmiſſa. Quid ſi illi quorum lucro prædicta cedebant,remittant:nunquid eſt canonicus abſolut⁹? Satis videtur quòd ſic.inſti. de re.di.§.per traditionem. cùm hic non ſit additum remiſsionẽ non prodeſſe:vt ſupra eo.lib. de reſcrip. ſtatutũ.§. antepenulti. & j. de cẽſi.exigit.in ſi. ADDITIO. Archi.dicit ꝙ forte contrariũ eſt verum. nã ex quo nõ poteſt illas recipere, vt hic, nullo modo ſuæ fieri poterunt quin ad reſtitutionẽ teneatur:cũ illas recipiat cõtra mentem & prohibitionem hui⁹ conſtitutionis.

Glo.ſeq.ponit opi. quam reprobat quadruplici ratione . ſecũdò quęrit & ſoluit, & ſolutionem fortificat. Tertiò quærit, argu. pro , & contra, & ſoluit.

b Receperit. dicunt quidam etiã in præteritum:vt ſic cõſtitutio iſta præterita cõprehendat : maximè cùm videatur ius antiquũ.ſupra de præb.licet. Sed contrariũ credo. ⟨Idem Archi.tum ex eo quod ſupra dicit,ſtatuimus. cum ex eo quod dicit hic,contra huiuſmodi noſtram conſtitutionem &c.Sed qui ante hanc conſtitutionem recepit,contra hanc conſtitutionẽ non recepit: quia pœna legis ex tempore legis.xxxij.q.iij.dixit Sarra.Preterea licet ſtatutum eſſet has diſtributiones ſolũ iis qui diuinis interſunt officiis, dari:non tamen erat expreſſè ſtatutum,conſuetudinem contrariam non valere. Item nec pœna addita,quod facit conſtitutio hæc. Sed quid dices de eccleſiis quæ non habent aliquo modo diſtinctas præbendas: ſed tantum ſingulis diebus dantur cuilibet pro victu tot liberæ panis,tot menſuræ vini, & ſic de ſingulis? Credo quòd de illis non loquitur decre.cũ illæ potius ſint præbendæ quàm diſtributiones.aliàs eſſet canonia ſine præbenda in talibus eccleſiis : quod eſſe non debet ᵃ j.q.iij.ſi quis obiecerit.ſupra de preben.relatum.Et hoc optimè probat iudicio meo decre. ſupra de verb. ſign.olim. certum enim eſt quòd quotidianæ diſtributiones non dantur abſentibus etiam in theologia ſtudentibus , vel priuilegiatis:vt in prædicta decre.licet. & tamen in talibus eccleſiis dantur tales priuilegiatis abſentibus: vt in prædicta decret. olim. qui verus eſt decre. intellectus. aliàs nulla eſſet ibi decret. ratio: niſi quia ita placuit papæ ᵇ . Et ad hoc facit quod no. Ber.in prædicta decre.licet.de præben.Plus dico quòd in eccleſiis in quibus ſunt diſtinctæ præbendæ , & poſtea eſt menſa communis groſſa,& poſtea diſtributiones:ſolũ in his diſtributionibus & non in illa menſa groſſa locum habeat hæc decret. & ita fuit conſultum in eccleſia Bononienſi. Et hoc ſonat verbum quotidianæ. & ſupra dum dixit,quæ tantum reſidentibus &c. ⟨Hoc ergo tenendum, quòd priuilegiati ſuper percipiendis fructibus (vt nunc ſtudentes Bononiæ)virtute priuilegij quod facit illos cenſeri reſidentes,totum illud percipient quod perciperent in eccleſia reſidendo non intereſſendo horis: & facit quod not. ſupra in gloſſ. not.quòd.⟩ Sed quid dices:ordinatio eſt in eccleſia,qui vadit ad talem horam, tantum habebit &c. vadit canonicus ad horam principaliter pro denario , nunquid ſimoniam committit? Videtur quòd ſic, ar.de ſimo.ſuam nobis.& ca.ſicut pro certo. Contra ſupra de præben.ſignificatum.Solu.dic ſecundum Hoſt.qui hoc no.ſupra de verb.ſig.olim.quòd tales non committunt veram ſimoniam : cũ nulla expreſſa pactio intercedat: peccant tamen grauiter , & mentalem ſimoniam committunt:& per pœnitentiam ſatisfaciant.ſupra de ſimo. tua nos.& cap.vlt.

c Idem. ſcilicet quòd ij qui non interſunt, nihil habeant: & conſuetudo contraria non valeat:& recipiẽtes ſine iuſta cauſa ad reſtitutionem teneantur.

Diſtributiones quotidianæ quid ſint.

a Vnde dicit Archid. ſecundum Bonaguida curiam tenere ꝙ literæ impetratæ ſuper habendis diſtributionibus,non extenduntur ad illas. Ioan. And.

b Vel dic vt ibi dixi ſuper 1.gl. quod plus placet:ſcilicet quòd intelligatur de præſenti cui obſtabat ſtatutum reſidentiæ ordinũ,vel his ſimile. Ioan.And.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

Dictum fuit ſupra de clericis & eorum vita.verũ quia prębendæ & dignitates & alia ſtipendia dantur clericis , vt melius vacent diuinis ſeruitiis, dubitaret aliquis de huiuſmodi præbendis & dignitatibus : ideo annectitur rubrica de præbendis & dignitatibus.

Continuatio domini Hebæ.

SVſcepti. Diuiditur in quatuor partes.In prima arengat. In ſecunda antiquam conſtitutionem recitat. In tertia, ipſius iuris tranſgreſsionem. In quarta ponit renouationem & extenſionem ipſius:& contrariam conſuetudinem damnat . Secunda ibi,ſane. Tertia ibi, verum. Quarta ibi,nos itaque. Io. And. CASVS. Dicitur in cap. de monachis.ſupra eo.ꝙ religioſi habẽtes aliquas eccleſias parochiales, puta ex donatione epiſcopi cũ cõſenſu ſui capituli,poſſũt ad illas pręſentare perſonas idoneas , & tenentur ipſi religioſi aſſignare dictis perſonis quas ad eccleſias illas præſentant, congruam portionẽ, vnde poſſint ſuſtentari , & onera eccleſiis incumbentia ſupportare, & hoſpitalitatem tenere , & iura epiſcopalia ſoluere. qui religioſi ſi nolint iſta facere, poterit epiſcopus loci tales religioſos ad hoc compellere.Sed quid:vtrũ illud ca.de monachis.ſit verũ indiſtinctè etiam ſi illi religioſi ſint exempti , & ſubſint immediatè eccleſiæ Romanę? Reſpondet quòd ſic:& hoc vt poſſint reperiri perſonæ idoneæ quæ ad illas eccleſias valeant aſſumi pro ſeruiendo in diuinis : nec valet contraria conſuetudo.

Diuiſio.

Exempti ordinariis quandoq; ſubiiciuntur.

Nota primò,quòd prelatus ſuperior ex neceſsitate ſui officij tenetur prouidere neceſsitatibus ſuorum ſubditorum. nam ſibi ſunt aſſignati reditus , vt liberius vacet vtilitatibus ſuorum ſubditorum. Nota quòd differentia eſt inter recipere præſentatum, & admittere. Hoc colligit Dominicus de ſancto Geminiano ibi,nullum recipiant. & ex hoc decidit quæſtio in facto. Nam quidam patronus præſentauit quendam clericum ad aliquam eccleſiam: & rogauit epiſcopum vt illum admitteret. Reſpondit epiſcopus,& bene.notarius verò in inſtrumento ſuo poſuit qualiter epiſcopus talem inſtituerat. vtrum notarius commiſerit crimen falſi? Videtur ꝙ ſic:quia ſi verbum admittere non ſit idem quod recipere.talis eſt falſarius. ſi autem admittere ſit idem quod recipere, non eſt falſarius:cum recipere ſit idem quod inſtituere. Dicendum quòd aliud eſt admittere , aliud recipere. & ſic verbum bene,quod reſpondit epiſcopus, ſolum operabatur approbationem perſonæ præſentatæ , non autem inſtitutionem: & ideo inſtrumentum illud eſt falſum. Nota principalem effectum huius capituli , quòd diœceſanus non tenetur aliquem inſtituere , imò nec admittere ad præſentationem religioſorum , niſi prius fuerit aſſignata certa portio perſonæ præſentatæ vnde viuere & ſuſtentari poſſit , ſoluere epiſcopalia iura,& tenere hoſpitalitatẽ: tamen cõmuniter religioſi ſuſtinent onera , & aſſignant præſentato certam portionẽ pro victu & veſtitu.cle.j.ſupra de iure patr. in clem. Nota quòd epiſcopus non tenetur recipere pręſentatum,niſi prius facta aſſignatione congruæ portionis. Quid ſi religioſi nolint aſſignare portionẽ? Dicendũ ꝙ epiſcopus poterit illos cõpellere ad aſſignãdũ cõgruã portionẽ:vt dicta cle.j.etiam ſi ſint religioſi exẽpti. & in hoc religioſus exẽptus ſubeſt iuriſdictioni epiſcopi.quod verũ eſt,dũmodo illa eccleſia & populus ſint ſub poteſtate epiſcopi. No.ꝙ ratione paupertatis eccleſia quãdoq; cõfertur nõ idoneo.facit.c.extirpãdę.ſ.eo.cũ ſi.No.finaliter caſum in quo exẽpti ſubiiciũtur ordinariis.alios caſus vide enumeratos per gl.in cle.ij.de pœnis.

Recipere & admittere differunt.

Præſentatus per religioſos non eſt admittendus, niſi ſibi debita portio aſsignetur.

d Animarum. ſ.eo.lib.de conſti.c.ij.j.de ſepul.c.j.

e Innouatione. nunc antiquorũ declaratione.ſ.in proœ.huius libri ad finem exordij.

f Religioſorum. de monachis ſtatutũ fuerat ſupra eo.de monachis.de aliis religioſis eadem ratione idẽ dicebamus , per decr.ſupra.eo.auaritiæ.& ca.in Lateranen.

g Aſſignatum. quod per eos augeri vel diminui nõ poterit: dicit Archid.ſupra eo.auaritiæ.& habent circa hæc prouidere diœceſani etiam quo ad exemptos: vt in clem.de ſup.neg. præla.quia regulares.

h Soluere. hoſpitalitatẽ tene:vt in predi.decr.de monachis. & dic vt ibi,& xxj.q.j.c.j.& xvj.q.j.quoniam quidquid.

i Exempti. eccleſia tamen cũ populo non erat ibi exempta ᶜ. aliàs

c Idem Io. Mona.& Archid.



aliàs non intromitteret ſe epiſcopus.ſupra de priuil.quoniã. & de ſuppl.neglig.pręlat.ſicut.hodie ſecus:vt in cle.eo.titu. quia regulares.

Gloſſa ſequens exponit.ponit opiniones & declarationes iuris noui.

tus , ſeu rectorum præſentatio pertinet ad eoſdem , tantum percipiunt annuatim , quòd rectores eccleſiarum ipſarum non poſſunt de reſiduo commode ſuſtentari ᵃ ,& epiſcopalia iura perſoluere , ac alia incumbentia eis onera ᵇ ſupportare:propter quod ſæpe contingit quòd non inueniuntur perſonæ idoneæ quæ huiuſmodi eccleſias velint recipere : ſicq́ue frequenter minus idoneis conferuntur, ex quo pericula imminent animarum ᶜ . Nos itaque volentes ſuper hoc ſalubre remedium adhibere: præſenti decreto ſtatuimus & mãdamus conſtitutionem huiuſmodi quo ad omnes patronos † eccleſiarum religioſos tam exempros quàm non exemptos, & alios ᵈ inuiolabiliter obſeruari , conſuetudine ᵉ contraria non obſtante.

a Suſtentari. forte dimittebant quartam quartæ, id eſt, ſextamdecimã decimarum.ſ.eod.tit. extirpandæ. in princ. nolebant quod eis generarentur podagræ. de conceſs. diſtinct. quinta legimus quoſdam . Notauerunt autem Tancr.& Gof. & Ber. ſupra eodem, de monachis . quòd ſi monachi hanc portionẽ aſſignare nollent:elapſis ſex menſibus epiſcopus ordinaret eccleſiam.allegant decretal . de ſuppl. neglig. prælator.in antiquis. ſicut. ⟨Idem notauerunt Innocentius, & Hoſtien. Sed Archidiaconus hic reprehendit : dicens quòd decret. ſicut. loquitur de defectu perſonæ præſentatæ : non de defectu rerum de quo loquimur hic. Dicit ergo quòd hoc caſu epiſcopus non ordinabit , ſed coget illos ad portionem aſſignandam . Dic vt infra dicam in additione . ⟩ Hodie diœceſanus ad hanc aſſignationem faciendam ſtatuet eis terminum , intra quem ſi non fiat , præſentatum admittet:& poſtea faciet hanc aſſignationẽ: in qua taxam in pluri vel minori nõ debet excedere . quod dic vt in cle.de iure patr.vt conſtitutio.

Podagræ non generantur illis quibus victus ſubtrahitur.

† Alios caſus quibus exẽpti ſub ſunt ordinariis,vide j.e.c.2.de pœn.& renũſ.per gl. ibi.Philip. Font.

b Onera. hoſpitum,receptionis renuntiorum apo.ſe.& ſi.

c Animarũ. quarum regimen eſt ars artiũ.ſ.de æta.& qualita.cum ſit in ant.eſt enim anima pretioſior corpore.xij.q.j. præcipimus.

d Alios. clericos intelligo ᵃ : quia laici nihil percipiunt.ſupra in antiquis. de iure patron.præterea , & ſic etiam intelligitur.ſupra eodem titul.extirpandæ.in princ.Intellige clericos patronos : ſcilicet de quibus hic loquitur ſecundum Archidiaconum per decretal. ſtatim allegat. hic autem intelligit de habentibus ius inſtituendi : ſed ſalua pace non adaptatur literæ , niſi dicatur per eos fieri præſentatio ſolum ad curam populi de iam inſtituto per ipſos ad regimen eccleſiæ:vt ſcripſi de prębend.de monachis.ſuper ſi.ij.glo ᵇ.Ioan. And.

e Conſuetudine. cum enim animabus ſit periculoſa: vt ſupra probatum eſt , ergo extirpanda. ſupra eodem titulo. extirpandæ. de conſuet.in antiq.cap.vlt.& de hoc ibi plene. Ioan. And.

a No.Do. quòd dictio alius, non includit diuerſa. vide Feli. in c.ſedes. de reſc.in ant.Font.

b Pro gloſ. & ca.intellectu vide ibi Panor. & Vankel hic in Breuiario.Fõt.

LIcet. ⟩ Dicit Clericus quòd ſecundo anno pontificatus Clementis emanauit hoc capitulum : & ſimul cum hac decret. legere ſoleo decre.ſequentem.& decre. ſi apoſtolica. quæ hanc reſtringunt,& decre.præſenti. quæ hanc exponit: vt patet in gloſ.Ioan.And. Facit tria.Primò recitat antiquam conſuetudinem. Secunda ibi, Nos itaque.illam approbat & inhibet.Tertia ibi, Nos enim.decernit. Ioan.And. CASVS. Titius tenens beneficium canonice , quod ſpectat ad collationem epiſcopi Pictauẽ.mortuus eſt in curia Romana:epiſcopus Pictauen. ad quem ſpectabat collatio huius beneficij, ſciuit iſtam vacationem: quia forte erat in curia: vtrũ poterit conferre iſtud beneficium ac ſi vacaſſet extra curiam? Reſpondet quòd non: & dicit quòd licet prouiſio quorumcunque beneficiorum ſpectat ad papam : ſpecialius tamẽ antiqua conſuetudo voluit ad ipſum ſpectare collationem beneficiorum vacantium in curia:quam conſuetudinem approbat hic papa , & conſtituit vt nullus talia beneficia vacantia in curia audeat conferre. Et iſtud verum:dũmodo papa conferat intra menſem : quo elapſo poterunt epiſcopi ad quos ſpectat electio,conferre per ſe vel per vicarios ſuos generales in ſpiritualibus & temporalibus in ſua diœceſi dimiſſos. Tamen ſi papa inuenit illud beneficium vacans , etiã elapſo menſe poterit conferre: ſi non fuerit facta collatio per epiſcopum vel ſuum vicarium dimiſſum in partibus . Hoc dicit præſens capitulum. Nota primò quòd papa habet plenam diſpoſitionem beneficiorum in quacunque parte orbis ſitorum:nam ipſe fuit vocatus in plenitudinem poteſtatis, vt ipſe cõcurrat cum omnibus aliis prælatis : ideo inter ipſos eſt locus præuentioni.

Idem.

*Beneficia vacantia in curia alius quã papa conferre non poteſt: quod ſi fecerit, irrita eſt collatio. Ioan.And.*

CAPITVLVM II.

LIcet eccleſiarum , perſonatuum , dignitatum ᶠ aliorumq́ue beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcatur pontificem pertinere ᵍ , ita quòd non ſolum ipſa cum vacant poteſt de iure conferre , verumetiam ius in ipſis tribuere vacaturis ʰ : collationem tamen eccleſiarum , perſonatuum , dignitatum & beneficiorum apud ſedem ⁱ apoſtolicam vacantium , ſpecialius cæteris antiqua conſuetudo ᵏ † Romanis pontificibus reſeruauit. Nos itaque laudabilem reputantes huiuſmodi cõſuetudi-

Nota quòd beneficia vacantia in curia ſunt reſeruata diſpoſitioni papæ . ſed iſtud eſt correctum per concilium Baſilienſe. Nota vlterius quòd ius commune poteſt diſponere illud quod antea diſponebat conſuetudo : & ſic de conſuetudine fit ius commune:vnde papa põderat hic conſuetudinem ad ſe excuſandum: videlicet ne videretur ordinariis collatoribus quòd eſſet cauſa auferendi ab eis collationem iſtorum beneficiorũ: tamen ceſſante conſuetudine iſtud idem potuiſſet ordinare.

Nota caſum in quo beneficium debet cõferri per papam intra menſem, aliàs perdit qualitatem collationis.Nam ante nullus alius poterit conferre niſi papa , poſt menſem verò alij concurrunt cum papa:& eſt locus prę uentioni. Nota quòd iſte menſis currit à die vacationis,nec computatur dies vacationis : & ideo iſtud non ſtatuitur in odium negligentiæ papę, quia tunc nõ curreret mẽſis iſte niſi à die notitię, ſed ſtatuitur iſtud tempus in fauorem eccleſiarum ne diu maneãt ſine prælato : ideo currit iſte menſis à die vacationis , vt dictum eſt.ſecus in aliis temporibus relictis cæteris prælatis in odiũ negligentiæ eorum : quia illud tempus currit à die notitiæ ipſorum.

Not.primò quòd quando beneficium non vacat,non datur ius in eo: ſed ad id ad hoc.j.eod.tit.ca.ſin. No.ſecũdò ꝙ in mandato quantumcũque latè conceſſo non venit poteſtas conferendi beneficia vacantia in curia,niſi illud expreſſè ſpecificetur. Dom.

† Quæ facit ne Papæ noceat ordinariũ præuentio. vnde inferunt Do.et Anch.conſuetudinẽ fortificare ius commune: & hæc fortificatio ſumit ſibi nomen à conſuetudine, non à iure communi, per l.ius ciuile.ff. de iuſt.& iur. et hic.Fõt.

Gloſ.ſeq.quærit & ſoluit.

f Dignitatum. quid de epiſcopatibus? nunquid comprehenduntur hac conſtitutione? Cleric. Py. infra capitulo proximo. tenuit quod ſic : propter verbum eccleſias , quod hic ponitur , quod cathedrales comprehendit . ſupra de verborum ſignificatione.cum clerici.Ioannes Andreas.Satis videtur quòd non: quia ea quæ ſpeciali nota ſunt digna, niſi ſpecialiter notentur, neglecta intelliguntur. ff. de iniur.item apud.§.hoc edictum.infra eodem titulo.quamuis.infra de ſent.excommunicationis. quia periculoſum. cum ſi. & facit ſupra de procurat.capitulo vltimo.& quod ibi dixi. ſupra de filiis presbyt.capitu.j.Eſt enim non dignitas,ſed dignitatum culmen.ſupra eodem,venerabilis.& cap.cum olim.& hoc ſeruat curia ᶜ , quæ reſeruationes in his cum vacãt facere conſueuit : quod etiam interdum in abbatiis facit , vt ſic per iſtam comprehendantur ſolum prouiſa per concilium Lateranen non per generale . ſupra de electione, ne pro defectu. ad hoc ſupra de conceſſ. præbendæ, dilectus. ADDITIO. Notat Ioannes Monachus infra de hæreticis , inquiſitores . quòd declarari vidit appellatione dignitatis abbatiam non contineri . facit xvj. quæſtione ſeptima. ſi quis deinceps. Et ſecundum hoc dicit Archidiaconus idem de prioratibus per quos principaliter reguntur monaſteria : ſicut ſunt prioratus de Boſco, & ſancti Ioannis in monte : in quibus eadem eſt ratio : nec per variationem nominis ius immutatur. ſed quantum percipio ,curia hoc non recipit. Ioan. Andreæ.

c Facit cle.de renun.c.vno.& dicit Gar.j.c.proxi.hoc probari per lit.ibi,conferre valeant, de epiſcopatibus enim nõ ſic loqueretur. & dicit: Nico.3.ſic interpretatus eſt in eccleſia Bracharen.Io.And.

g Pertinere. xxxij. diſtinctione ca.omnes. & vide quod dixi ſupra eodem libro titu.de electione,cap.quanquam. Ioannes Andreæ.

h Vacaturis. quod alius non poteſt: vt.ſ.de conceſ.præben. cap.ij.etiam legatus de latere papæ: vt. ſ.eod.titulo. dilectus filius.T.

i Apud ſedem. quæ dicantur apud ſedem ipſam vacare, dicetur.j.eo.præſenti.

k Conſuetudo. patet ex facto.ſ.de accuſat.accedens.

Statuimus.

a *Statuimus.* ſit ergo de ſpeciali cōſuetudine ius commune. ſic ſ.de clande.deſpon. cū inhibitio.& eſt ſi.de fideiuſ.quod quibuſdā.de priuile. quod nonnullis. Allegatur tamen Romanę eccleſię cōſuetudo pro iure.in an.ſ.de cōſti. ex literis.
b *Sedem ipſam.* non vacantem.aliàs parochiales eccleſię cōferuntur per illos ad quos collatio pertinet. quod dic vt.ſ.e.ſi apoſtolica.
c *Vacare.* an beneficium dicatur in curia vacare,cū duobus ibi ſuper eo ſibi collato litigantibus alter moritur,vel vterq;? Dic vt in cle. vt lit. pen.ſi duobus.
Gl. ſe.tractat quod de præſentatione.
d *Collatio.* nil dixit de pręſentatione:vnde ſępi⁹ reperitur receptum in curia a papam per hoc nō conferre beneficia quæ pertinent ad pręſentationē laicorū. Sed eadem ratione non conferret quæ pertinent ad præſentationem eccleſiarum,vel monaſteriorum , vel monachorū.ſupra c. proxi. pro hac parte facit.ſ.e.ti.cum in illis. ſ. cū autē ad hoc ſ.de iure patro. cum dilectus.Sed per literam quę ſ.dicit, quacunque auctoritate, & per id quod dicit, prouiſio.{& quia præſentatio patroni clerici habet vim electionis,vt no. Inno. de iure pa.eū autē.ſecundum Archi.} ſatis videntur comprehendi prædicta.ADDITIO.Comprehenduntur etiam illa quæ poſſent laici cōferre ex priuilegio papali,ſecundum Archi.

a Idem Io. Mona.dicit tamen Archid.quod papa illa reſeruare potuiſſet ſi voluiſſet. Ioan.And.
† Procedit etiā ſi habeatur clauſula,nō obſtāte quòd oportet expreſſam mentionē de verbo ad verbum fieri in literis apoſtolicis. Idem Anch.Do. Phil.Fōt.

nem , & eam auctoritate apoſtolica approbantes, ac nihilo minus volentes ipſam inuiolabiliter obſeruari,eadem auctoritate ſtatuimus a vt eccleſias, dignitates, perſonatus & beneficia quæ apud ſedem ipſam b deinceps vacare c contigerit, aliquis præter Romanum pontificem quacunque ſuper hoc ſit auctoritate munitus , ſiue iure ordinariæ poteſtatis, ipſorum electio,prouiſio ſeu collatio d ad eū pertineat , ſiue literas ſuper aliquorum prouiſione generales vel etiam ſpeciales ſub quacunque forma † verborum receperit, (niſi ei ſit ſuper conferendis eiſdem in curia Romana vacantibus ſpecialis & expreſſa e ab ipſo pontifice ſummo auctoritas attributa) conferre f alicui ſeu aliquibus nō præſumat. Nos enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, decernimus irritum & inane.

Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

*Si papa beneficia vacantia in curia nō conferat intra menſem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinebat , poterunt illa conferre.Ioan.And.*

CAPITVLVM. III.

STatutū g felicis recordationis Clemētis papę prædeceſſoris noſtri de dignitatibus & beneficiis in curia h Romana vacantibus, nequaquam per aliū quàm per Ro. pon. conferendis,decernimus taliter moderandum, i Vt hi ad quos eorūdem beneficiorum & dignitatū ſpectat collatio † ( ſtatuto non obſtante prędicto)demū poſt mēſem k à die quo dignitates ſeu beneficia ipſa vacauerint numerādum, l ea conferre valeant.

Tantummodo per ſeipſos m vel (ipſis agētibus in remotis n

i *Moderandum.* hoc arctationem reſpicit, non augmentū.ſ. de verb.ſig.c.vlt.ADDITIO.Interdum ponitur pro gubernatione,vt ibi dixi ſuper gloſ.penult.Ioan.And.
k *Mēſem.* de huiuſmodi cōputatiōe dicitur ſ.e.li.de ele.q̄ ſit.
Gloſ.ſeq.allegat cōtrarium, & opi.ad illud.ponit opi. contrariam quam approbat , & reſpondet ad cōtrariū.ſecundò tractat an tēpus currat ſedi vacāti. tertiò notat quatuor ſpecialia.
l *Numerandum.* eſt ergo expreſſum iſtud tempus non a tēpore ſcientiæ ſed vacationis currere , licet videatur cōtra.ſupra de conceſ.præben. quia diuerſitatē. ad fi.ſ.de ſupplen. neg.prę l.licet.in n.q neſcit, poteſtatem experiendi non habet.ij.q.vj.biduū.ff. de calū. l. annus.& hoc tenuit hic Guil.Sed contrarium credo ſecūdū b Gar. quia hoc ſtatutū fuit in fauorē eccleſiarū ne cōtingeret diu vacare: nō autē in odiū ſummi pōtificis negligentis , quia tūc nō niſi à tēpore ſciētiæ curreret pręſcriptio, vt in cōtrariis.Itē per hanc reditur ad ius cōmune , extēdenda eſt igitur vt de facili ad ſuā naturā redeat. xxxv.di.ſ ab exordio.ff.de pact. ſi vnus.præſertim vbi ſtatuēs ſe ſtatuit.alias enim quare nō ſic expreſsiſſet à tēpore ſcietię.de deci.ad audientiā. ad hoc.ſ.de re.iu.contra eū qui. Vnum ſcias,licet iſtud tēpus currat ignorāti,non tamen ſedi vacanti, c quod ſatis pbatur.ſ.e.ſi apoſtolica.ſi enim ibi ſpecialis eſt caſus, ergo ipſius cōtrariū eſt regulare. & eſt ratio, quia hoc reperimus expreſſum,ſed illud non. Et ſic not. iiij. ſpecialia in hoc caſu. Primū, ꝙ cum in alijs detur maius tēp de conceſ.præb.c.ij.hic datur ſolū menſis. Secundū, ꝙ iſtud tempus currit ignoranti. Tertiū quod non ſit computatio de momento ad momentum:ſed dies vacationis non computatur in mēſe. d vt hic patet,dū dicit,à die &c. & ſ.ſupra de exce.pia.de reſt.ſpo frequēs. Et cle.ſicut appellationē de appel, & vide quod dixi.ſupra e.lib.de ele.prouida.in gl.pe. Quartū ꝙ cum alias cōmuniter poteſtas deferatur ad ſuperiorē , hic redit ad inferiorem, & hoc facit impoſſibilitas caſus.ad hoc ſupra de ele.licet.in fi.& ſupra e.li.& e.tit.in dignitatibus.in fi. AD. Tenuit Guil. tēpus iſtud de quo ſit mētio in prin.huius gl.currere à tēpore ſcientię. qui etiā dicebat quòd nouo papæ currebat à tēpore electionis vel immutationis,nō à tempore coronationis,cū ex electione cōpetat illi plena iuriſdictio. ſupra de ele. licet. & de facto patet ꝙ ante coronationē beneficia cōfert, & quādoque ſi nō vult cōferre,reſeruat. Et quomodo ſcribat ante coronationē, & qualem bullā det,no. in fi.huius libri ſuper data.Ioan.And.
m *Per ſeipſos.* habebant epiſcopi ante cōſtitutionē Clementis procuratores in curia , qui ſtatim cū vacabant beneficia, cōferebāt illa,& ſic pręueniebant papā.vnde motus Clemēs promulgauit cōſti. ſupra c. pxi.demū Greg,quia multū prę- iudicialis erat cōſtitutio illa, e in cōcil.Lugdu.moderatus eſt eā.Sed ne adhuc exercerēt malitias. ſ. ꝙ haberēt procuratores in curia qui ſtatim mēſe elapſo illa cōferrent,idcirco hoc addidit. papa enim etiā poſt menſem poſſet cōferre ſi vellet, dummodo pręuentus non eſſet f ſupra c.proxi.in prin.Sed litera iſta dicit,per ſeipſos. Nūquid ſi pręſentes ſunt,per alios conferre poterūt? Dic ꝙ per alios cōferre non poterūt, niſi in caſu qui ſequitur, potuit enim papa rei ſuæ cōditionem & modū apponere,& legē quā voluit g xviij.q.ij. Eleutheri⁹.ff. de pac.in traditionibus.de condi.ap.verū.Ioan.And. AD.Inquantū hęc gl.dicit ꝙ etiā pręſentes per alios cōferre nō poterunt,tria ſpecialia no. ſecūdū Gar. & Arch.ſ.quòd poſſum per me, quod nō poſſum per aliū. Itē quod poſſum per aliū, quod non per me:cum horū contra. ſit regulare.ſ. de re.iur. poteſt.vbi de hoc. Item quòd poteſtas conferendi redit non libera,ſed onerata, vt hic patet.Ioan.And.
n *In remotis.* ſic ſ. eo. li.de temp.or.cum nullus.§.epiſcopo. Et

† Largè capitur.doct. hic.habet enim locū in omni caſu quo præcedens.facit.§.ſi.in authen.de ſil.ante demſtru.na. Font.
b Idem de Anch.Do. per rationem gloſ. Font.
c Placet doc.Font. Specialia quatuor inducit hoc.c.
d Idem dicūt de Anch.Do. latè ſcribentes de iſta prępoſitione à. Font.
e Quòd pa tuit ex diutina vacatione eccleſiæ Roma. poſt obitū Clementis.ſ.ſecundū Guil.
f Placet Phil.Do.in reſeruatis de quibus ordinarius non diſponit.glo.in cle.ſi de beneficio.de præbend. Fonta.
g Sequitur Do.Font.

e *Expreſſa.* No. vnum caſum in quo vacat præbenda in eccleſia: & ille ad quem ſpectat prima vacatura,non conſequitur illā.aliam habes.ſ.de rerum permu.c.vnic. ADDITIO. Adde quod no.ſ.e.quia ſæpe.in vlt.gloſ.Ioan.And.
f *Conferre.* intra menſem à die vacationis numerandū,quia poſt illum poſſunt ea conferre.quod dic vt.ſ.e.proxi.
*Statutum.*} Ponit conſtitutionem Clemen.cuius moderationem ſubdit ibi, vt ij.quam poſtea reſtringit ibi, Tantūmodo.Do. CASVS. Pro intellectu huius ca.præſupponendū eſt illud quod habetur in ca.præcedenti, videlicet quod eccleſiæ,dignitates,perſonatus, & beneficia quādo vacāt in curia,conferri non poſſunt per aliū quàm per Romanum pontificem. hoc præmiſſo dicit ca.præſens ꝙ ſi Romanus pont. beneficia in curia vacantia intra menſem à tēpore vacationis numerandum non conferat , illi prælati ad quos huiuſmodi beneficiorum collatio ſpectat , menſe elapſo illa conferre poterunt,ſtatuto Clementis ſ.cap.immediate proximo non obſtante , dummodo ipſi collatores per ſeipſos illorum collationem faciant . Sed quid ſi ipſi à ſuis dioeceſibus ſint remoti?quis tunc conferet? Reſpōdetur quòd eorum vicarij generales qui erunt in ipſis dioeceſibus, collationem facere poterunt, dummodo habeant ſpeciale mandatū beneficia cōferendi.No.primò quòd appellatione Romanæ curiæ venit ſedes apoſtolica.hic enim dicit,in curia Romana. & ſ.c.pxi. dixerat,apud ſedem apoſtolicā. No.ſecundò quòd iſta decr. modificat.c.precedens.Sed queſtio eſt an habeat locū in beneficiis electiuis?Videtur quòd non,quia textus dixit collatio.ſed collatio & electio diuerſa ſunt, vt.c.cū in illis.ſ.e.appellatione igitur vnius alterū non cōprehenditur.Aliqui iſta ratione moti,tenent iſtā partē.Dominicus tamē tenet cōtrariū,quia iſtud c.venit ad limitationē præcedētis, ergo debet habere locū in illis in quib⁹ c. ſ. pximū.ſed pcedēs ca.habet locū in electiuis,vt patuit ibi,electiò, prouiſio, ſeu collatio. igitur iſtud in illis locū habere debet. No.finaliter effectum huius c.ꝙ niſi papa prouiderit intra menſem de beneficio in curia vacante,tūc ordinarius poterit cōferre. & ex hoc elice quatuor ſpecialia quæ hic ponit gl.eſt ergo expreſſum &c.
g *Statutum.* ſupra c.proximo.
h *In curia.* & ſic idē eſt dicere in curia,qđ apud ſedē apoſto. vt ſ.c.proxi. & quādo ibi vacare dicantur, videbis.ſ.e. præſenti.

Ius limitās & limitatū in eiſdē caſibus habent locū.



Et dixerunt quidam per hanc literam, quod quis extra ſuam dioeceſim exiſtens beneficia conferre non poterat . ſed hoc eſt falſum . a licet in hoc caſu poſſet cōcedi, & probatur hoc olim.ſ.de conceſ.præben.poſt electionem.in parte deciſa.& hoc no.Io.& Ber.ſupra in ant.de offi.leg.c.nouit.

a Idē Guil. & Gar.

Gl.ſe.po. duas lecturas, & primā approb.
a *Id canonicè.* dicebant olim quidā.id.ſ. vicaria . nā eo ipſo ꝙ vicarius generalis erat,beneficia cōferre poterat . ſed hoc eſt falſum, vt ſupra e.lib. de offi.vica.cū in generali. In taliū ergo collatione per ordinariū faciēda, requiritur quòd mēſis elapſus ſit, ꝙ per ſeipſos conferant, ſi præſentes ſint, vel ꝙ per generales vicarios non ſpeciales, & quòd habeant ſpeciale mandatum beneficia conferēdi . & ſic expone id, ſcilicet beneficia cōferre.ADDITIO. Archidiaconus (cuius dictum vt tutius cōſulo ante factum, poſt factum ſto glo.) exponit,id eſt collatio beneficiorum ſic in curia vacantium. Adde quintum,quòd intra dioeceſim conferant.Ioan.And.

Vicarius epiſcopi an & quando poſſit conferre beneficia vacātiam curia Romana.

per ſuos vicarios generales in eorum dioeceſibus exiſtentes, quibus id canonicè a ſit commiſſum.

Bonifacius octauus.

*In beneficijs vel in impetrationibus ad beneficia per prouiſionem vſq; ad certam ſummam penſio non debetur.Per eccleſias ciuitatis vel dioeceſis non comprehenditur cathedralis. Sed per eccleſias prouinciæ metropolitana & cathedrales reliquæ includuntur.Ioan.And.*

CAPITVLVM IIII.

QVamuis pleniſsima b ſit aliàs in beneficiis interpretatio facienda, literæ tamen ſuper obtinendis beneficiis impetratæ debent (cum ſint ambitioſæ) reſtringi. c Et ideo ſi alicui vſque ad certam d ſummam prouideri mandamus , ei non in penſione , e ſed in beneficiis † eccleſiaſticis tantùm volumus prouideri , niſi de penſione in noſtris literis mentio habeatur expreſſa . Quanquam ſub nomine eccleſiarum ciuitatis comprehendatur aliàs f eccleſia cathedralis, cum tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel dioeceſis prouideri, ad cathedralē eccleſiam ( quā propter ipſius honorem ſub hac generalitate nolum⁹ hoc caſu includi g ) ſe mandatum huiuſmodi non extendit . h Secus autem cum mandamus in aliqua eccleſiarum prouinciæ i prouideri . tunc enim & metropolitana & cæteræ cathedrales eccleſiæ includūtur

Diuiſio.

QVamuis.} Primò ponit regulam . Secundò inſtantiam ibi, Et ideo. Tertia ibi, Quanquam decidit ſecundum dictam inſtantiam, & duos caſus ſubiicit. Quarta ibi, Secus. contra inſtantiam alium caſum ſubiicit, ſecundum Io.Mon. Ioan. And. Fuit tracta de extrauaganti Innoc. iiij. breui reſponſo.& cap.licet in beneficiis. Et emanauit ad declarationē eorum quæ not. Tancr. & Ber.& moderni. ſupra in antiq.de ęta.& quali.accepimus. in fin.de præben. pro illorū.in prin. Ber.& Compoſt.de reſcrip.capitulum ſanctæ crucis.in gloſ. quia quæſtiones. §.item quæritur de hac forma.& §.ſequenti. ADDITIO. Et per Innoc.& Hoſtien.ſupra de iure patro. cum dilectus. Ioan. And. CASVS. Papa voluit mihi facere gratiam,& mandauit epiſcopo Pictauenſi vt pro ſuſtentatione meæ vitæ mihi prouideret vſque ad ſummam quinquaginta librarum. vtrum virtute iſtius gratiæ poſsit aſsignare vſque ad iſtam ſummam in penſione ſuper aliquo beneficio? Reſpon. non, niſi in literis meæ gratiæ fiat expreſſa mentio de penſione : ſed virtute illius gratiæ ſolùm mihi fiet prouiſio vſque ad ſummam quinquaginta librarum in beneficiis eccleſiaſticis, & non in penſione. & rationem ponit.nam literæ iſtæ ſunt odioſæ & ambitioſæ,& ideo ſunt reſtringēdæ. Sed quid , ponamus quòd papa mandauit ſub hac forma , vt mihi prouideretur de beneficio vel præbenda vacante vel proximo vacatura in aliqua eccleſiarum ciuitatis Pictauēſis: vacauit aliqua præbenda in eccleſia cathedrali Pictauenſi:an virtute meæ gratiæ poſsim illam petere? Certè non. Et dicit papa quòd non intendit quòd mea gratia extendatur ad eccleſiam cathedralem , licet in fauorabilibus ſub nomine eccleſiarum ciuitatis Pictauenſis contineatur cathedralis eccleſia.Sed quid ſi papa mandauit mihi prouideri in aliqua eccleſiarum prouinciæ Burdegalenſis:vtrum eccleſię cathedrales comprehenduntur ſub mea gratia,adeò quòd poſsit mihi pꝛouideri de beneficiis eccleſiæ cathedralis Pictauēſis,vel aliarum eccleſiarum cathedralium prouinciæ Burdegalenſis? Reſpon.ꝙ ſic.Et non ſolū eccleſiæ cathedrales ſuffraganeorum continentur ſub mea gratia , ſed etiā eccleſia metropolitana. nam videtur mihi feciſſe vberiorē &pleniorem gratiam, quàm quādo mandat mihi prouideri in eccleſiis alicuius ciuitatis. & ideo appellatione eccleſiarū in hoc caſu continentur eccleſię cathedrales. Nota primò quòd verba inſerta in diſpoſitionibus beneficialibus titulum beneficialē concernentibus ſunt interpretanda largiſsimè. ad hoc de dona. cum dilecti. Not.ſecundò quòd verba reſcriptorum beneficialium ſunt interpretanda ſtrictè.Dom.
b *Pleniſsima.* ſupra de dona.cum dilecti.in fi.ſ.de verb.ſign. olim.ff.de conſti.prin.beneficium. vide quod plenè dixi.d.c. olim.ſuper vlt.gloſ. Archid. remittit ad no.de conſan.& affi. quod dilectio. Et debent eſſe manſura. ſ. de re.iu.decet.cum ſuis concor.
c *Reſtringi.* ſic ſupra e.lib.de ſi.presby.c.j.&ij.
d *Vſque ad certam.* aliud puto cum papa ſcribit vt prouideatur impetranti vſque ad talem ſummam , aliud dum papa ſcribit vt prouideatur ei de præbenda tanti valoris vel ſummæ: quia in primo caſu poteſt prouideri de minori , ſed non de maiori: in ſecundo vero de maiori , ſed non de minori, quia forma mandati eſt ſeruanda b.ſ.eo.tit.cui de non. Et cū iſtud vſque , ponitur in literis , intelligo quod veniat aſceſiuè,quaſi papa ſcribendo quod prouideatur vſq; ad ſummam centum librarum , velit quod prouideatur de ſumma à lx.vſque ad centum , ſed nō vltra id. ſupra e.lib. de arb.ca. j. cum ſuis concord. ADDITIO.Archid. alle ff. de ver.ob.l.j. §.ſi ſtipulāti, & l. inter ſtipulantem. ff.de leg. j. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. Ioan.And.
Gloſſa ſequens rationem reddit.
e *In penſione.* papa videtur mandaſſe ei pꝛouideri de eo quod prouidens per ſe nō poterit retinere ſicut beneficia : quia licet ibi ſit liberalitas , nō tamen eſt in collatione , ſed in eo quòd magis illi quàm illi confertur.quod dic vt ſ.de pręben.relatum. probatur hoc.ſ. de inſti.c. vlt. Et licet in fauorem eius hoc dictum videatur, non tamen illi fauori renuntiat propter intentionem papæ, quæ talis fuit, & propter formā mandati quæ ſeruanda eſt.ſ. e.ti.cui de non. ADDITIO.Per beneficia quis intitulatur & obligatur eccleſiæ, & tenetur ad continuā reſidentiam. ſ.de cleri.non reſi.c.ſi. ſed per penſionem non intitulatur, nec ad reſidentiam tenetur.xvj.q.j.poſſeſsiones. & q.vj.illud.cū illa poſsit etiam laico concedi,vt ibi.Ioan.And.
f *Aliàs.* vt.100 di.pallium.de aucto.& vſu pal.c.j.vbi de hoc per Hoſtien.ſupra de teſta. requiſiuiſti.ad hoc de verb.ſig.cū tibi.imò etiam interdum ſolum cathedralis comprehēditur, vt ſ.de verb.ſign.cum clerici. ADDITIO.Quod eſt ſpeciale propter periculum quod imminere poteſt ex periurio, vt ibi dixi.Ioan.And. Alle.vnam concor. ponit opi.pro ſecundo. ponit opi.com.quàm ſoluit.
g *Includi.* ſi.ſ.de ſen.exc. quia periculoſum. & hoc tenebat Cōpoſt.in ſupradicta gloſ. {Et facit. C.de aquæduc.l.eos.li. xj.Io.Mon.& Archi.Ibi dicitur ꝙ habentes aquæductū,non attentēt matrices fiſtulas.} Sed Ber.& Tan.videbātur tenere cōtrariū in prædicta decr.accepimus.in an.in gl.pe.Sed fortè bonū habuerūt intellectū ſi ad caſum decre.ſe retulerūt. ſ.in iis qui primo erāt obligati prouidere,obligauerat enim ſe epiſcopus ordines cōferendo,vt ſ. e.in an. cū ſecundū apoſtolum.ad ſi.prouidere vel in cathedrali vel alia.literę igitur ibi impetratæ fuerūt literæ iuſtitiæ, ſed hic de literis gratiæ loquimur.vnde in hoc caſu per communē formā in cathedrali vel aliàs pꝛouidere tenebitur, c & ſic decr. illa loquatur in ſuo caſu,nec ſit correcta per iſtā.ad hoc ſ.e.li.de ele.cū expediat.
Glo.ſeq.quærit.arg.pro.ſoluit contrarium.ſecundò quærit & ſoluit.
h *Non extendit.* quid ſi mādetur ſub hac forma,nunquid in capellania vel manſionaria maioris eccleſiæ cathedralis poterit prouideri? Et videtur papa ſolum canonicos & ipſorum excepiſſe præbendas. ad hoc ſupra in tex. vbi dicit, propter ipſius honorē.ad hoc ſupra e.li. de reſeri.ſtatutū. & ſupra de ver.ſig.cū clerici. Satis credo cū hęc litera ſic indiſtinctè loquatur , ꝙ in nullo beneficio cathedralis eccleſiæ poterit pꝛouideri. non enim dicit quòd non includatur canonicatus eccleſiæ cathedralis , ſed quòd non includatur eccleſia , ergo nullum ipſius eccleſiæ beneficiū includetur.ad hoc optimè. ſ.de priuile.per exemptionē.& ſ.j.reſpon. {Hanc opi.tenet Arch.qui refert ſic pꝛnūtiatū p archiepiſcopū Rauen.de mādato papæ in forma pauperū.inducit etiam ad hoc ſ.de ſent. exc.c.vlt. §.adiicimus.}Sed pone,impetraui pꝛouideri mihi in eccleſia ſancti Petri Bonon. non eſt alia ſancti Petri eccleſia quàm cathed.nūquid in ea prouidebitur mihi? Videtur propter ſtylum curiæ d gratia ſurreptitia , quia in cathed. eccleſiis non ſolet exprimi nomen ſancti , ſed in inferioribus ſic.quod credo, niſi aliter per literas appareret papam de cathedra.intellexiſſe per iſtud ca.
i *Prouincia.* in hoc caſu loquitur decr.ſ.e.ti.pro illorū.vnde non

Impetrare præbendā tanti valoris , & vſq; ad talem valorē ſunt diuerſa.
† De Ancha. dicit quòd in caſu poterit fieri prouiſio de pluribus beneficijs etiam curatis, ſi ſit clauſula motu proprio. ad hoc ſ.eo.ſi motu proprio.idem Do.Ioan. And.facit cle.ſi Romanus.eo. tit.tamen Phil.tenet cōtrarium in hoc vltimo.Fōt.
b Per iſtā rationem Do.& alij reprobant glo. quia prouideri non poteſt niſi de expreſſa.Fōt.
Penſio nō obligat ad reſidentiā.
c Tranſit Do.cū glo. Fonta.
d Qui patet de elec. in an. dudum. 1.& 2.& c.Romana.& c. ſacroſancta.cum ſi. Ioan.And.

Universidad de Deusto Biblioteca

non aduertebant qui decr. iſtam allegabant, quod per literas quibus prouideri mandabatur in aliqua eccleſia ciuitatis, poteſt prouideri in cathadrali, cum ibi archiepiſcopo de eccleſiis ſuæ prouinciæ ſcriberetur.

A

a *Vberiorem*, ſi ergo quęratur diuerſitatis ratio, ſufficiat iſta, licet quo ad metropolitanam eccleſiam nō multū efficax videatur, ſed ſufficit ſic per papam declaratū. in an. de reiud. in cauſis. ADDITIO. Vide quod no. Hoſt. ſupra e. ꝓ illorū. poſt prin. & in ſum. de ver. ſig. §. à quo fieri. poſt prin. ver. quid ſi ꝑcipiatur. vbi dicit ꝙ ciuitas & diœceſis ſunt correlatiua, ſicut pater & filius. ſic & vnū non eſt reliquū, ſed ꝓuincia nō eſt correlatiua ad ciuitates, ſed illarū collectiua vel concluſiua, ita ꝙ etiā ciuitatē propriā concludit. fa. vj. q. iij. ſcitote. iij. q. vj. non liceat. & ſeq. c. Io. And.

Cum.} Duæ ſunt partes. Secunda ibi, Quando. Et hæc ſecunda ponit dictū, à quo caſum excipit ibi, Niſi. & hoc verbū, beneficio, largè ponitur, ſiue de parochili eccleſia, vel de prælatura, vel de præbenda tractetur. Io. And. CASVS. Papa mandauit epiſcopo Picta. vt mihi prouideret de beneficio quod cōſueuit aſsignari clerico ſeculari. Erat aliquod beneficium quod fuerat regulare, tamen fuerat poſſeſſum per ſeculares clericos p ſpatiū xl. annorū, ſufficiēs ad inducendū præſcriptionē. vtrum videatur mutatū beneficiū? Reſpon. ꝙ ſic. nā ex ſpatio tanti tēporis præſumitur mutatio ſtatus tali beneficij: ideo continetur in gratia mea ac ſi ſemper fuiſſet ſeculare, & nō regulare. Sed quid, pone quòd papa mādauit vt mihi prouideretur de prioratu. quæritur de quo prioratu intelligatur? Reſpō. ꝙ de prioratu ſeculari congruo meo ſtatui, niſi in gratia mea contineretur expreſſè vt mihi ꝓuideretur de prioratu, etiā ſi illud eſſet regulare. No. primò quòd appellatione conſuetudinis intelligitur de præſcripta, vt no. in. c. Cumana. de elect. in ant. No. ſecundò quæ poſſeſſio inducat præſcriptionem, quia requiritur quòd ſit cōtinua & pacifica. ad hoc de præſump. illud. Domi.

b *Ab vno.* No. pro iis quę no. Ber. ſupra de cauſa poſ. & ꝓprie. cum eccleſia Sutrina. in gl. ex hoc vi. facit. ſupra in ant. de fil. presb. conſtitutus.

c *Inſtitutis.* ergo ſi de facto tātum occupatum eſſet per eos, non haberet locum præſcriptio: vel ſi ibi non vt rectores, ſed vt vicarij, vel conductitij ſeculares clerici exiſtent. ADDITIO. Idem Ioan. Mon. & Archid. qui ponderat quòd hic requiritur præſcriptio, non conſuetudo tantùm propter ea quę dixi ſupra eodem libro, de conſuet. cap. fin. in ij. gloſſ. Ioan. Andr.

d *Legitima.* ſcilicet xl. annorū. in an. de præſcri. de quarta. de cauſa poſ. cum eccleſia de conſue. c. vlt. {Idem Archi.}

e *Ante.* inceptam præſcriptionem, ſed ſecus ſi poſt inceptā & ante completam: & ideo dixit ſupra in tex. continuè.

f *Poſt.* a non tamen continuè & pacificè ſpatio. xl. annorū: & ideo dicit quandoque, & ſi igitur adminiſtratio præcedentis temporis tollitur per præſcriptionem ſequentem. adminiſtratio autem præſcriptionē ſequens, illam non tollit, niſi alia interueniret quæ ius aliorum haberent permiſſione. ADDITIO. Idem Archi.

g *Prioratu.* prioratus eſt generale verbum, quod ad prioratum ſecularem vel regularem poteſt extēdi. ſed ratione perſonę impetrantis, qui clericus ſecularis eſt, ſibi regularis prioratus conferri non potuit vt arctetur id ſolum ad ſeculares. nam graue eſt inexpertos &c. xix. q. iij. monaſterijs. in ſi. de elec. cum ad noſtram. & c. officij.

h *Seculari.* quid ſi tempore impetrationis ſecularis erat impetrans, modo factus eſt regularis, nunquid de tali prioratu ſibi poterit prouideri? Credo quòd non, b per decret. ſupra eo. lib. de reſcr. ſi eo tempore.

i *Iuxta modū præmiſſū.* ſupra proxi. reſpōſo, ſcilicet p. xl. an-

† Tenemēti iſtū tex. cum ſua gl. tamē ſi variè per diuerſos beneficium ſit gubernatum, attenditur ſtatus vltimus. Domi. & Phi. Font.

† Ergo ſi tēpore impetrationis religioſi bona fide illud beneficium poſſideant, non valent iſte ræ niſi mētio fiat de poſſeſſione. c. ſi de deci. Philip. de Anch. Fōt.

a Placet Phil. quem vide. Font.

Prioratus eſt duplex.

b Phi. trāſit cum gl. Font.

ſub tali mādato, cū vberiorē a hoc caſu quàm alio impetrāti gratiam facere videamur.

Idem.

*Impetranti beneficium ſeculare prouidetur de beneficio per ſingulares clericos vſque ad præſcriptionem legitimam poſſeſſo. hoc primò. Clerico ſeculari prioratū impetranti ſimpliciter, non prouidetur de conſueto per religioſos gubernari. h. d. ſecundo. Domi.*

CAPITVLVM. V.

CVm de beneficio eccleſiaſtico conſueto clericis ſecularibus aſsignari, prouideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab vno b vel pluribus ſecularibus clericis inſtitutis c in eo rectoribus extitit continuè ac pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima d ſit completa, etiam ſi antè e vel pòſt f † religioſi quandoque † miniſtrauerint in eodem. Quādo verò ſcribitur vt prouideatur de aliquo prioratu g alicui clerico ſeculari, h prouideri non poteſt de prioratu qui per religioſos (iuxta modum pręmiſſum i) eſt ſolitus gubernari: Niſi hoc in literis caueatur expreſsè.

Idem.

*Habere perſonatū cū cura, & præbendam cui annexa eſt parochialis eccleſia, nō eſt contra concilium generale. Ioan. And.*

CAPITVLVM VI.

B

SVper eo quòd præbendas quibus parochiales eccleſiæ ſunt annexę, k † in quibus ſpiritalem iuriſdictionem ſecundum eccleſiæ veſtræ conſuetudinem approbatā, & ſic ſecundum aliquorū interpretationem cura animarum habetis, ſimul cū perſonatibus l (quorū aliquibus cura imminet animarū) in eadē eccleſia m obtinetis: vobis (cum hoc generali concilio n nō obuiet o) nos cōtinuè & pacificè ab vno vel plurib⁹ inſtitutis in ipſo.

SVper eo.} Non diuiditur, dici tamen poteſt quòd decidit caſum, & rationē interſerit ibi, Cum hoc. Io. An. Pręmitte ꝙ pluralitas beneficiorū curatorū eſt prohibita. ſupra eo. de multa. Do. Reprobatur per iſtā decr. opi. Ber. ſupra eo. tit. extirpandæ. §. qui verò. cui fauebat Guil. in Spe. ti. de leg. §. videndū. ver. quid ſi habeo. & approbatur opi. Innoc. & Hoſti. ADDITIO. Et dicit Arch. ꝙ hoc dicebat conſtitutio extrauagans Innoc. iiij. ſalubriter. & dicit ꝙ audiuit à Spec. quòd vidit illā ſub bulla. In ver. tamē præalle. dicit ꝙ nunquam vidit hoc definiri, quod tamē vidit ſæpius agitari, nec ego vidi illā cōſtitutionē. Io. An. Præſupponendū eſt pro intellectu huius c. illud quod habetur in c. de multa. e. tit. in an. videlicet ꝙ ſi quis obtineat dignitatem vel perſonatum, & ei conferatur aliud beneficium ſimile vel eccleſia parochialis, primum vacat habita poſſeſsione ſecundi beneficij: & ſi cōtendat retinere primū, vacat vtrunq;. CASVS. Cū obtinerē dignitatē vel perſonatū, epiſcopus Pictau. mihi contulit præbendam cui erat annexa eccleſia parochialis. acceptaui præbendam cum ſua annexa, & apprehendi poſſeſsionem. an vacet mea dignitas vel perſonatus? Reſpon. quòd nō, quia eccleſia parochialis eſt ſimplex beneficium, & compatibile cum dignitate vel perſonatu: ideo poſſum illa duo obtinere ſine diſpenſatione apoſtolica. ſecus ſi eccleſia parochialis eſſet per ſe, quia tunc eſſet neceſſaria diſpenſatio à ſede apoſtolica. Ratio diuerſitatis eſt, quia quando eccleſia parochialis eſt annexa præbendæ, dicitur eſſe ſuppreſſa & extincta, ideo cenſetur ſimplex beneficium. {Perſonatibus.} non intelligatis quòd vnus & idē poſsit obtinere plures perſonatus, ſed loquitur iſte text. de pluribus beneficiis ex pluribus perſonis quibus conferūtur. Not. primò quòd magis dignū poteſt annecti minus digno. Nam magis eſt digna animarum cura quàm canonicatus. de æta. & quali. cum ſit in an. Nota ſecundò quòd eſt poſsibile ex conſuetudine eccleſiæ retinere in eodem corpore perſonatus curam & præbendam, etiam ſi præbendæ ſit annexa eccleſia parochialis. de conſue. ca. j. eo. lib. Dom.

C

k *Annexæ.* in quibus deſeruire debet per vicarium perpetuum, vt in prædi. §. ſed an ipſe vicarius, vel ipſe præbendarius curā animarum illius parochiæ habeat, de hoc fuerunt opi. diuerſæ vt ſequitur. vicarius enim curā animarū habet: c quod probatur ſupra in an. de of. vic. ex parte. ſed vt vicarius, vt ibi not. Ber. cum ergo rector ſpiritalem iuriſdictionē ibi habeat, & ſuper vicariū exerceat, quia excommunicare poteſt, & ſimilia facere, ergo quin curā habeat, negari nō poteſt d. ſ. de elect. dudum. ij.

D

l *Perſonatibus.* & ſic videtur quòd vnus poſsit plures perſonatus & præbendam etiam cum parochiali annexam in vna eccleſia obtinere ſine diſpenſatione papæ: vnde contradicit apertè ſupra eo. lib. de conſue. ca. j. Sed hic papa pluribus loquitur, vt vides. j. vbi dicit, obtinetis. vnde pluribus canonicis eiuſdem eccleſiæ de hoc querentibus conſultus papa reſpondit, & ſic non eſt contra.

m *In eadem eccleſia.* idem & multo fortius ſi in diuerſis. ad hoc ſupra de conceſ. præben. literas.

n *Concilio.* ſupra eo. de multa.

o *Non obuiet.* e cum enim acceſſoriū habeat ſequi naturam principalis. ſupra e. li. de offi. deleg. ſi ſuper gratia. j. de re iu. acceſſoriū. cum ſuis concor. & de præbenda non eſt cautum quòd vacet, ergo nec vacabit capella acceſſoria ad præbendā. ad hoc. ff. de ſer. ru. prædi. l. vna eſt via. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi communem. ad hoc. j. e. quia ſæpe. præterea ceſſat ratio prohibitionis, quia in eccleſia annexa præbendæ nō tenetur reſidere, vt ſupra eo. c. extirpandæ. ergo conſtitutio, de multa, hic locum non habeat.

Diſpenſa-

† Vide qđ de iſta vnione not. cle ſi vna. de rebus eccleſi. non alienā. & c. ſi vnire. de exceſ. præla. de Anch. Fōt.

c In actu quo ad ſorum pœnitentiale. Dom. Phil. Fonta.

d Verū eſt in habitu. Dom. Phil. Fonta.

e Glo. probat Vakel in breuiario ſuo. Fonta.



a *Diſpenſatio.* intelligo papæ, de qua loquitur concilium de quo mentionem fecit, alias in præbenda & dignitate bene requiritur diſpenſatio epiſcopi, niſi cōſuetudo eccleſię aliud induceret vt illa ſine diſpenſatione ſimul poſsint de iure teneri. a ad hoc. ſupra e. li. de reſcri. gratia. & quod ibi dixi. Dicebant ergo Inno. & Hoſtié. ſupra eo. extirpandæ. hunc eſſe caſum in quo de iure communi, vel ſaltem de cuiuſlibet ſuperioris diſpenſatione ſecundū diuerſas opiniones quas notat ſupra eod. tit. cū iamdudum. quis plures curas habebat.

A

Recitetur ꝓ obiectio.

a Placet doct. Font.

diſpenſatio a neceſſaria non exiſtit.

Idem.

*In impetratione beneficiorū inſpicitur data nō præſentatio vel receptio. Io. And.*

CAPITVLVM VII.

EVm cui canonicatus alicuius eccleſiæ à ſede † apoſtolica eſt collatus, b licet nondum ſit in ea receptus, decernimus in aſſecutione præbendæ (iuxta ſuæ prouiſionis ordinem) omnibus præferendum, c † quibus poſtmodum in ipſa eccleſia ſimilis d gratia eſt cōceſſa: Licet iſti e primò ſuas literas præſentauerint, & primò f recepti fuerint in eadem.

B

Idem.

*Per literas apo. non facientes de defectu ordinis mentionem, poteſt impetranti de curato beneficio prouideri: ad ordines tamen ſe faciet proximis temporibus promoueri. Ioan. And.*

EVm cui.} Decidit caſum cuius dubium fortificat ibi, Licet iſti. Ioan. And. Emanauit ad declarationem omniū quę no. in an. de reſcri. ca. capitulum. & reprobatur communis opin. Ioā. An. CASVS. Papa contulit mihi ius canoniæ in eccleſia Pictauenſi: & mādauit decano & capitulo eccleſiæ Pictauēſis vt de facto me reciperent in fratrē & canonicum, & me inſtallarent. poſtea papa in eadem eccleſia Pictauenſi fecit tibi ſimilem gratiam, quia te creauit canonicum eccleſiæ Pictauenſis, & mandauit decano & capitulo ipſius eccleſiæ, vt de facto te reciperent in fratrem & canonicum. tu fuiſti diligentior me, quia licet eſſem prior in impetratione, tamen tu primò præſentauiſti literas tuas decano & capitulo, qui te receperunt in fratrem & canonicū. ego poſtea præſentaui literas meas, & ſecundò me receperūt in fratrem & canonicum. Accidit quòd ſtatim pòſt vacauit quædam prębenda, quęritur cui noſtrum debeatur? Reſpon. quòd mihi qui primus fui in impetratione, licet fuerim poſterior in præſentatione literarum. No. primò quòd ex canonicatus collatione acquiritur ius etiam ſine alia receptione in canonicum. ad hoc infra eodem, ſi clericis. Nota ſecundò quòd idem eſt prouiſio quod collatio. patet hic, quia dicit, iuxta ſuæ prouiſionis. & ſupra dixit de collatione. Domi.

b *Collatus.* longe diuerſum eſt conferre, & mandare conferri. ad hoc ſupra eod. lib. de reſcript. tibi qui. & capitulo, duobus. Et plene not. infra de conceſ. præben. ſi ſoli. in vlt. glo. Ioan. And.

c *Præferendum.* b niſi in caſu. j. c. ſi clericus. §. verum. ad hoc ſ. eo. lib. de reſcri. tibi qui. in ſi.

d *Similis.* ideo dixit, quia ſecus ſi maior, vtputa quòd omnibus prioribus præferatur, vt. j. de conceſ. præb. auctoritate. ad idem in caſu. j. eo. quia ſæpe.

e *Iſti.* poſteriores impetrantes.

Gloſ. ſeq. iuſtificat textum.

f *Primò.* approbatur ergo illa lec. decre. capitulum. quòd ibi prius ſit nomen, non aduerbium: & certè ſatis erat abſurdū dicere c quòd per curſum tuum tu me pręuenires in iure iam mihi acquiſito. Et ſcire debes quòd ſicut primò impetrans præfertur omnibus ſecundò impetrantibus in hoc caſu, ſic præfertur omnibus quibus prębenda vacans etiam ab ignorantibus conferretur, vt. j. eo. ſi poſtquam.

SI pro.} d Primò decidit caſum, quem ſecundò determinat ibi, Oportebit. Ioan. And. Tracta fuit de extrauagāti quæ incipiebat, venerabilibus fratribus. alias, ſuper prouiſione. & fuit Alexan. Pro intellectu huius. c. habemus præſupponere illud quod habetur in. c. cum in cunctis. de elec. in anti. Videtur quòd ad hoc vt quis ſit idoneus ad beneficium curatum, quatuor ſunt requiſita, videlicet ætas, ſcientia, certus ordo, licet de ordine non fiat mentio in dicto. c. cum in cunctis. Itē quartò requiritur maturitas morum. Et taciturnitas iſtorum quatuor, vel alicuius iſtorum quatuor, reddit literas ſurreptitias. CASVS. Papa fecit tibi gratiam, & mandauit epiſcopo Pict. vt de beneficio ſpectante ad ſuam collationem tibi prouideret ſi quod vacaret, alioquin de proximo vacaturo, etiam ſi illi beneficio immineret cura animarum: & in literis papæ nihil dicebatur de defectu ordinis. vtrum virtute gratiæ tibi factæ poſsit prouideri de beneficio curato, ita quòd taciturnitas ordinis non faciat literas tuas ſurreptitias? Reſpondet Romanus pontifex quòd licet patiaris defectum ordinis, tamen literæ tuæ non ſunt ſurreptitię, poſito quòd in eis nulla fiat mētio de defectu ordinis. Nam ſufficit quòd poſsis promoueri ad beneficium curatum intra annum. ca. licet canon. de elec. ſ. eod. lib. & ca. cum in cunctis. alleg. ſecus ſi patiaris defectū in ætate vel ſcientia. nam tunc literæ tuæ eſſent ſurreptitiæ, & virtute illarum non poſſet tibi conferri beneficium. Nota textum iuxta gloſ. quòd in promouendo ad eccleſiam parochialem requirūtur quatuor, ſcilicet ætas, ſcientia, morum honeſtas, & ordo. patiens defectum in tribus primis non promouetur auctoritate apoſtolica. ſecus ſi pateretur defectum in quarto, puta in ordine, vt hic. Not. beneficium curatum poteſt conferri nondū promoto ad ordinē, ſed ſufficit quod ꝓmoueatur intra annum.

Glo. ſeq. dicit quare illud aliis fuerit additum, & quid declarat. & hoc iuſtificat.

† No. hoc, quia ſi à capitulo, non efficeretur præbenda. not. doct. ſ. eo. inter cetera. de Anch. Fōt.

† Et ſi illorum executores cōtra iſtū fulminarent cenſuras, non ligaretur, quia tales cenſuræ nō ligant niſi iniuſtè & de facto reſiſtentes. ſupra eo. pro illorum. de Ancha. & vide hic Fe li. in. c. eam te. de reſcr. Font.

b Placet doct. Font.

c Idem no. in præalle. decre. tibi qui. de reſcrip. Ioan. And.

Diuiſio.

d Dicunt hic docto. quòd iſte text. procedit ſiue de iure ſtatuto aut cōſuetudine beneficium requirat ordinem, niſi contēporaneè requirentur ordines. de Anch. Phi. Font.

CAPITVLVM VIII.

SI pro clericis pauperibus vel aliis g noſtras literas vt eis de beneficiis prouideas etiam ſi animarū cura h ſit annexa eiſdem, recipere te contingat, ipſis (licet nec in ſacris ſint conſtituti ordinibus, nec de defectu ordinum i in eiſdē literis mentio habeatur) poteris de beneficiis curam habentibus licitè prouidere, k nec prætextu dicti defect⁹ tua poterit prouiſio impugnari.

Oportebit l tamen vt ipſi ad ordines quos requirunt m collata eis beneficia, ſe faciant in proximis ſtatutis à iure n temporibus promoueri. o

g *Aliis.* hoc fuit non ſine myſterio dictum, quia conſtitutio Alex. ſolùm de pauperibus loquebatur, vnde multi dicebant ſecus in aliis. & declarat hic quod not. Compoſt. in ant. de reſcri. capitulum. in glo. quia quæſtiones. §. item quæritur an collatio. Et not. quòd quatuor requiruntur in promouendo, ſcientia, ætas, mores, & ordo. in primis tribus patiens defectum, auctoritate literarum ſedis apoſtolicæ non promouetur, niſi fiat mentio. ſ. in anti. de æta. & quali. cam te. & ca. ſeq. in quarto ſic, vt hic vides. & ſic cautè decre. illa quartum omiſerat.

C

h *Animarum cura.* aliàs enim niſi hoc eſſet expreſſum, de curato prouideri non poſſet. ſupra de præben. ca. vlt. j. eo. tit. cum in illis.

i *De defectu ordinum.* ſecus in defectu ætatis. ſupra eo. lib. de reſcri. ſi eo tempore. Et no. quòd bene probat iſta litera & inferior quæ idem repetit, quòd promouendus ad curam ſi nō eſt in ſacris, defectum patitur. & facit ad id quod dicam. j. gl. proxi.

Gloſ. ſeq. ponit opinio. quam non approbat.

k *Prouidere.* olim de iure communi tales ad talia beneficia non poterant aſſumi. ſupra de æta. & quali. præterea. hodie dicunt quidam e indiſtinctè quòd poſſunt. ad hoc ſupra eodē lib. de elec. cum ex eo. j. de inſtit. ca. ij. & hic. Sed non ſum auſus corrigere decre. præterea. f & dico ab ea recedendum ſolùm in caſibus in quibus hoc expreſſum inuenio, vt hic, & j. de inſtit. c. ij. in aliis ſalua maneat, & ſecundum hoc intelligo decre. cum ex eo. ADDITIO. Vt ibi not. in glo. per hoc vide quod dixi de elec. dudum. j. ſuper verſi. vel ordinibus. Ioan. And.

l *Oportebit.* vnde ſolet exprimi in literis ſecundum ſtylum curiæ, ita tamen quòd idem clericus ſe faciat ſtatutis à iure &c. & perſonaliter &c.

D

m *Requirunt.* de iure communi, cōſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ. ad hoc quod dixi. ſ. de fil. presby. c. j. j. reſponſo.

n *A iure.* vt in quatuor tēporibus anni, & in ſabbato ſancto, & ſabbato mediæ quadrageſimę. in ant. de temp. or. c. ij. & iij. minores autem conferri poſſunt in feſtiuis diebus, vt ibi, & eo. tit. c. j. Ioan. And.

Glo. ſeq. diſtinguit, & in ſecundo mēbro tres caſus excipit.

o *Promoueri.* quod ſi moniti nō fecerint, poterūt eiſdē priuari, vt patet. ſ. in an. in ti. de elec. c. cū in cūctis. in. §. inferiora. {Hodie imponitur noua pœna reſeruatis antiquis, ꝑ clemē. vt ij qui. ij. reſponſo. de æta. & quali.} Si autē beneficiū ſit curatū, g priuatus eſt ipſo iure, niſi ſacerdos fuerit intra annū. ſ. eo. li. de elec. licet canō. niſi eſſet eccleſia collegiata, vt. ſ. e. ſ. eo. li. de elec. licet canō. ... ti. iā alle. c. ſtatutū. vel habuerit iuſtū impedimentū. e. ti. commiſſa. §. j. vel ſecum fuerit diſpenſatum. e. tit. cum ex eo.

SI eum ſuper cuius.} Primò decidit caſum, ex quo infert deciſionē alterius ibi, Et ideo. Io. An. Tracta fuit de extrauaganti. {Alex. quarti. Archid.} quæ incipiebat, dilectus filius. Emanauit ad declarationē eorū quę no. Cōpoſt. ſ. de reſcrip.

capitulum.

Eccleſia parochialis alicui conferri non debet niſi quatuor cōcurrant.

Promouendus debet habere quatuor qualitates.

Cura animarum an poſſit conferri non exiſtenti in ſacris.

e Et hoc placet Archi. Io. An.

f Saltem quo ad parochiales eccleſias de quibus loquitur. Io. And.

Ordines quibus tēporibus poſſint cōferri

g Cautius dixiſſet parochialis eccleſia. Ioā. And.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



capitulum.in gloſſ.quia quæſtiones. verſicu. ſed põne quod prior.& Gulielmus in Specu.titu.de legato. §. nunc tractemus.ver.quid ſi per. Ioannes Andreas. Pro intellectu huius capituli eſt præſupponendum quòd cum in aliqua eccleſia ſunt plures expectantes : aliquis auctoritate apoſtolica, alius auctoritate ordinaria : beneficium primum vacans non poteſt deberi omnibus. nam beneficium debet eſſe vnius, ſed expectanti auctoritate apoſtolica eſt cõferendum : quia ille præ cæteris eſt præferendus. CASVS. Canonici eccleſię Pictauenſis auctoritate ſui ordinarij receperunt quendam Titium in fratrem & canonicum : & ei promiſerunt præbendã primò vacaturam:tamen iſta promiſsio non eſt obligatoria. Item legatus cardinalis mãdauit canonicis eccleſiæ Pictauenſis vt quendam Caium reciperent in fratrem & canonicũ, & ſibi reſeruauit primam vacaturam. iſte Caius literas ſuas præſentauit canonicis eccleſię Pictauenſis, qui ipſum noluerunt recipere in fratrem & canonicum : vnde acceſsit ad papam, qui mandauit ipſis canonicis ſub hac forma, Mandamus quatenus talem Caium pro quo ſcripſit talis cardinalis legatus, recipiatis in fratrem & canonicum : & ei præbendam primo vacaturam conferatis ſecundum continentiam literarum ipſius legati. quæritur vtrum iſte videatur receptus auctoritate apoſtolica, vel legati? Reſpondet quòd videtur receptus auctoritate apoſtolica, & non legati: & ideo præfertur omnibus alijs habentibus ſimilem gratiã in ea eccleſia. Nota primò iunctã gloſ. quòd papa poteſt dare ius ad beneficium primo vacaturum:legatus vero non poteſt: licet poſsit reſeruari beneficium primo vacaturum in fauorem certæ perſonæ. Ratio diuerſitatis eſt : quia ille non tantum procurabit mortem viuentis, ſicut ſi haberet ius ad beneficium primo vacaturum, nam licet legatus reſeruauerit tale beneficium primo vacaturum in fauorem iſtius : tamen poteſt legatus iſte recedere à reſeruatione, & illud beneficium alteri conferre: & ideo non ita procurabit mortem viuentis. Nota quòd ſi papa mandat aliquem recipi in canonicum iuxta tenorem literarum ſui legati : licet papa ſe referat ad literas ſui legati: tamen iſte talis dicitur receptus auctoritate papæ, & non auctoritate legati. Et ad hoc emanauit præſens capitulũ.& iſtud verum: niſi talis primo eſſet receptus auctoritate legati. Ratio dubitandi ad iſtud cap. fuit, quia dicebat papa, recipiatis talem Caium iuxta tenorem literarum talis legati. Sed ratio decidendi: quia in literis apoſtolicis dicebatur, vt iſte Caius reciperetur auctoritate apoſtolica. Not. vlterius quòd inter receptos auctoritate apoſtolica, quando habent ſimiles gratias, qui prior eſt tempore, potior eſt iure : ſed illa prioritas attenditur à tempore impetrationis literarum, & non à tempore præſentationis earundem. ſ. eo. tit. c. cum cui. No. etiam quòd literis legati creditur ſuper collationibus beneficiorũ ad eum iure legationis pertinentium. materiam vide de proba. c. poſt ceſsionem. No. finaliter quòd verbum, auctoritate noſtra, inducit actum delegationis. vide. ſ. eo. lib. de reſcrip. cum aliquibus. Dom.

*† In contrarii adducit de Anc. l. ſi ſeruus ff. de hære. inſtitut. & l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. Sola. vacare cum contraria ſi p reſeruationem legati alteri ius acquireretur: ſed nõ. Font.*

*Ratio dubitandi & decidendi.*

## Idem.

*Mandata alterius ſuper prouiſione facienda per papam impleto, prouiſio auctoritate papæ intelligitur eſſe facta. hoc dicit ſecundum Zenz.*

## CAPITVLVM IX.

SI eum ſuper cuius prouiſione apoſtolicæ ſedis legatus in certa eccleſia ſuas literas [a] quibus obtemperatum non fuerat deſtinarat, mandemus auctoritate noſtra [b] in ipſa eccleſia in canonicum recipi & in fratrem, ſibiq; prouideri de præbenda iuxta ipſius legati continentiam literarum : talis receptus [c] huiuſmodi noſtri auctoritate mandati, non legati ſed noſtra † intelligitur auctoritate receptus : Et ideo eſt in aſſecutio- B ne præbendæ omnibus poſt eum eadem [d] auctoritate receptis in dicta eccleſia præferendus.

## Idem.

*Mandatum alternatiue plures collatores includens, verificatur in primo vacante. In ſimul verò vacantibus ordo ſcripturæ ſeruatur. hoc dicit ſecundum Do.*

## CAPITVLVM. X.

MAndato noſtro ſub ea forma tibi directo, vt alicui prouideas de beneficio B ad collationẽ [e] tui vel alterius pertinẽte: De beneficio quod primò vacabit [f] (ſiue ad tuam, ſiue ad illius [g] collatione pertinuerit) ei pro quo ſcribitur, prouidere debebis. Si verò plura beneficia ad tuam & illius collationẽ forſan ſpectã-

a *Literas.* reſeruationis : nam legatus vacaturam non confert: vt ſ. eod. titu. in ant. cap. dilectus filius T. ſed bene reſeruat collationi ſuæ : & ſuper ea conferenda cùm vacabit, dat executores: vt ſ. eo. lib. de offic. leg. ca. iij. & iiij. & j. eod. titu. ſi apoſtolicæ.

b *Auctoritate noſtra.* Literæ igitur gratioſæ ſic miſſæ facient illum cenſeri auctoritate apoſtolica receptum : ex quo ſic exprimitur. ad hoc ſ. eo. lib. de reſcri. cum aliquibus. in fi.

c *Receptus.* poſt impertitam enim auctoritatem à papa, talis gratia papalis intelligitur. j. eo. ſi apoſtolicæ [a]. & C. de veteri iure enuc. l. j. ante medium.

d *Eadem.* nam ſi minori præfertur, etiam prioribus: vt j. eo. ij. qui.

*a Quod hic no. Io. Mon. ibi dicam ſuper gl. non in forma. Ioan. And.*

MAndato noſtro. Ponit thema, cuius dubium ſoluit diſtinguendo. Primum membrum ibi, De beneficio. Secun- A dum ibi, Si verò. Ioan. Andr. Hæc decreta. ſatis plane tracta fuit de extrauagãti Alex. quarti, quæ incipiebat, ſua nobis [b]. Et emanauit ad declarationem eorum quæ not. Compoſt. ſ. de reſcri. capitulum in gloſſ. quia quæſtiones. §. ſed quid ſi in hac forma. ADDITIO. Ibi ponit de duabus formis: ſcilicet, tuam, vel alterius & tuam : alioquin ad cuiuſcunq; collationem ſpectante. Et dicit hic Archid. quòd in iſta ſecunda forma hic non corrigitur dictum Alex. de quo præmiſi, quaſi intendat quod plus importat illud alioquin, quam alternatiua. vel Guli. poſuit ſecundam formam tantùm in Specu. de act. & petit. §. ſuper actionibus. ver. item ſi ſcribitur. Ioan. An. CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictauenſi ſub hac forma, Mandamus vt tali cõferas beneficiũ proximo vacaturũ, ſpectans ad tuam collationem vel alterius prælati. nunc vacat beneficium ſpectans ad collationem epiſcopi Lemouicen. illud voluit mihi conferre epiſcopus Pictauenſis. Dicit epiſcopus Lemouicen. nõ conferatis, quia papa mandauit nobis alternatiue: ideo expectetis quòd prius vacet beneficium ſpectans ad veſtram collationem. an bene dicat? Certè non: ſed poterit epiſcopus Pictauenſis mihi conferre beneficium ſpectans ad collationẽ epiſcopi Lemouicenſis. Sed ponamus quòd eodem tempore vacauit beneficium in diœceſi Pictauenſi, & aliud beneficium in diœceſi Lemouicenſi : quod iſtorum beneficiorum C mihi conferetur? Reſpondetur quòd ex eo quòd epiſcopus Pictauenſis primo fuit nominatus in literis apoſtolicis, debebit ſeruare ordinem literarum, vt primo conferat beneficium ſpectans ad collationem ſuam. Sed quid ſi in literis dicatur quòd epiſcopus Pictauenſis conferat mihi beneficiũ ſpectans ad collationem epiſcopi Lemouicenſis, vel ſuam? Certè licet tunc vacent duo beneficia, vnum in diœceſi Lemouicen. aliud in diœceſi Pictauenſi: poterit conferre illud beneficium quod vacat in diœceſi Lemouicenſi, quod ſpectat ad collationem epiſcopi Lemouicenſis. Nota quòd beneficium primo vacans debetur præciſe quando papa mandauit de beneficio proximo vacaturo. Et iſtud verum, niſi primum beneficium fuiſſet vacans in fraudem: quia tunc poſſum omittere primum, & petere ſecundum. Sed ceſſante fraude debeo acceptare primum. quòd ſi omittam petere primũ: non poſſum poſtea petere ſecundum. Et hoc verum, niſi in literis meis diceretur hoc modo: mandamus quatenus conferas tali primum beneficium proximo vacaturum, ſed illud duxerit acceptandum : aliàs idem conferas primum beneficium quod ipſe acceptandum duxerit. quæ verba hodie communiter ponit papa in ſuis literis. Nota inſuper quòd quando papa ſcribit de beneficio ſpectante ad collationem vnius vel alterius, ita quòd ſunt duo grauati: tunc beneficium ſpe- D ctans ad collationem primo nominati, debetur illi pro quo papa ſcribit. Et hoc verum ſiue ille cui ſcribitur ſit primò nominatus ſiue alter. No. vlterius in alternatiuis diſpoſitionibus illud adimplendum quod prius peruenerit ad caſum in diſpoſitione incluſum. Not. finaliter quòd in alternatiuis præſtationibus eſt ſeruandus ordo ſcripturæ, quãdo qualitas ſecunda iuncta alternatiuæ additur in defectũ vel ſubſidium primæ. vide gl. ſi. lxiij. diſt. metropolitano [c]. & glo. in regula, alternatiuis. j. de reg. iur. Domi.

e *Ad collationem.* de illo igitur quod pertinet ſolùm ad præſentationem vel inſtitutionem, non poterit talis prouidere: nec econuerſo. j. eo. tit. cùm in illis. §. cùm autem.

f *Primò vacabit.* intelligo ſine fraude, per decre. ſ. eo. lib. de renun. ca. ij. Idem Archi.

g *Ad illius.* eſt ratio : quia de primo prouidendum eſt, aliàs eadem ratione de centeſimo. ad hoc. ff. de verb. obliga. eum qui calendis. de illo igitur prouideatur, ne videatur extingui gratia, ſupra eodem titulo & libro. eum cui. & infra cap. proxi. quod verum eſt, niſi in literis eſſet clauſula: quod duxerit acceptandum. j. de conceſ. præben. quia cunctis. & cap. ne captandæ.

*b Qui dicerat ex quo is cui ſcribitur habet beneficia ad ſuã collationẽ ſpectantia, etiam ſi nõ vacet, q̃ de alijs p̃uidere non põt: quod hic reprobatur. Io.*

*Beneficium primo vacans debetur ſi de proximo vacaturo per papam prouideri mandetur.*

*c Et glo. 8. q. 1. licet et go. quòd iſta alternatiua eſt ordinis, licet aliàs regulariter alternatiua ſit præſtationis ſecũdum gl. ea. cum plures ſ. eo. de offic. deleg. Phil. Pont.*





a *Simul vacent.* pone: mortuus vel promotus eſt clericus A qui habebat illa duo beneficia, vel duo clerici ſimul mortuĩ, vel promoti, vel renũtiauerunt, nec apparere poteſt quis primo. ad hoc ſupra eo. lib. de reſcrip. duobus.

b *Scripturæ ordinem.* & eſt ſi. ſupra eod. lib. de elect. ſi quis iuſto. §. j. in fi. xliij. di. ſit rector. in fi. ff. de vſufr. quoties. j. reſponſo. ad hoc facit quod dixi. infra de reg. iur. in alternatiuis. & facit ff. de leg. ij. cum pater. §. vlt. & ff. ad Treb. l. hęredes. §. fin. & vide quod not. ſupra in antiquis de reſcript. cum dilecta.

Gloſ. ſeq. ponit rationem, & duos caſus ſoluit.

c *Ad te.* aliàs eſſet in poteſtate illius cui ſcribitur, ſe exonerare [a]. Dico tamẽ q̃ idẽ iuris eſſet in ordine conuerſo, ſcilicet quando ſcribitur ad alterius vel tuam &c. quia tunc etiam ſi ſimul vacent, prouidebit de ſpectante ad collationem alterius, ordinẽ ſcripturæ ſeruando, vt ſ. dixi. & expone ad te, id eſt, ad tui collationem. Et q̃ dicit decre. hic, per omnia. verũ intelligo cũ etiã tertiæ p̃ſonæ ſcribitur: puta mihi vt tibi, p̃uideã de beneficio ſpectãte ad collationẽ talis aut talis. nã tibi de primo vacãte p̃uidebo: aliàs ſcripturæ ordinẽ obſeruabo eadẽ ratione. Idẽ Arch.

*Ordo ſcripturæ ſeruãdus eſt.*

*a Supple et aliũ onerare: & hoc fieri nõ debet. ff. de eo quod cer. lo. l. 3. in princip. Archidia. Ioan. And.*

tia ſimul [a] vacent: tunc ſcripturę ordinem [b] ſeruare habebis, vt illi ſolùm prouideas de illo beneficio quod ad te [c] noſcitur pertinere.

## Idem.

*Si clericus cui mãdabatur prouideri de præbenda primo vacante, negligit petere præbendã ſibi debitã: extincta eſt gratia. Si autem ſibi collatus fuerit canonicatus: tunc habebit præbendã, cùm nullus eſt ibi expectans auctoritate apoſtolica. Io. An.*

## CAPITVLVM XI.

SI clericus pro quo à ſede apoſtolica recepiſti mãda- B tum vt ei de præbenda † proximo vacatura in certa eccleſia prouideres, eumque poſtea [d] in canonicũ ipſius eccleſiæ recipi faceres [e] & in fratrẽ, præbendã ſibi debitam [f] quãdo vacat petere negligenter [g] omittat: alia [h] poſtmodũ in ipſa eccleſia vacaturã nequibit pretextu dicti mãdati petere, nec tu de ipſa ſibi poteris p̃uidere: Cũ facta ei gratia per ipſius negligentiã ſit extincta [i]. Verũ ſi pręfatus cleric9 fuiſſet

SI clericus. Soluit duos dubios caſus circa illum qui negligit gratiam proſequi, & primo primum, rationẽ ſubdẽs ibi, Cum facta. ſecundo ſecundum ibi, Verum. rationem diuerſitatis interſerens ibi, Cum remanſerit. determinat ibi, Dummodo. & declarat ibi, Et eidem. & decretũ apponit ibi, Aliàs facta. declarãtur hic & corriguntur quę not. Compoſt. in an. de reſcri. mandatum. in glo. ij. in ſi. ADDITIO. Et dicebat Archi. quòd vſque ad §. verum. ſumpta fuit de quadam decre. Nicolai tertij. poſtmodũ diſputauit Iacobus canonicus Bonon. an quando iſta dictio nõ, eſſet in reſcripto, executor cui ſcriberetur ſub hac forma, poſſet illũ recipi facere C antequã vacaret præbenda. & ſoluendo tenuit quod nõ. alle. iura quæ probant formam mandati & ordinem ſcripturæ ſeruandos. ſufficit ad primum. j. eo. cui de non. ad ſecundum. ſ. c. proxi. cum concor. Ioan. And. Præſupponendum primo p̃ intellectu huius. c. quod cum papa ſcribit canonicis pro aliquo, aliquando mandat vt præbendam ei aſsignent ſi vacet, alioquin proximo vacaturam: & poſtea eum recipiant in fratrem & canonicũ: & tunc ſi iſte pro quo ſcribitur, fuerit negligens in petenda præbẽda primo vacatura, extincta eſt ſua gratia. Aliquando autem papa confert alicui ius canoniæ, & mandat canonicis vt illum pro quo ſcribit, recipiant in fratrẽ & canonicum, & ſibi aſsignent præbendã ſi vacet, alioquin proximo vacaturam. iſto caſu ſi iſte pro quo ſcribitur, fuerit negligens in petendo primam vacaturã, non propter hoc eſt extincta ſua gratia. CASVS. Papa mandauit canonicis eccleſiæ Pictauenſis vt mihi aſsignarent præbendam ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam: & poſtea mihi conferrent ius canonicatus. accidit quòd poſtea vacauit præbenda in eccleſia Pictauenſi. Certum eſt quòd illa eſt mihi debita & nõ alia. fui negligens in petenda præbenda. vtrum gratia mea ſit expirata, ita quòd non poſsim petere aliam prębendam? Reſpondet quod extincta eſt mea gratia. ratio eſt: quia adhuc nõ D habeo ius canonicatus, virtute cuius poſſum petere præbendã mihi deberi. Sed quid? ponamus quòd papa contulit mihi ius canoniæ, & mandauit canonicis eccleſiæ Pictauenſis vt mihi aſsignarent præbendam ſi vacaret, alioquin proximo vacaturam. vacauit aliqua præbenda. fui negligens in petenda illa præbenda. vtrum expirauit mea gratia? Reſpondet q̃ non: quia iamque fui creatus canonicus: propter quod ius canoniæ ſi inueniam aliquam præbendam vacare, poteroillam petere. Et iſta ſunt vera, dum tamen in eccleſia non ſit alius expectans auctoritate apoſtolica. & tunc in hoc caſu quando eſt alius expectans auctoritate apoſtolica, nõ expirat gratia mea, ſed collatio non fiet mihi per meũ executorem: quia meus executor ſolum recepit poteſtatem vt mihi prouideret de præbenda primo vacatura : ſed collatio eſt fienda per ordinarium: & ſi ordinarius alteri conferat, collatio erit nulla ipſo iure. Nota primò quòd papa poteſt alicui dare ius ad beneficium non vacans. hoc tamen non ſeruatur in hoc regno: ſed fuit prohibitum in concilio Baſilien. vt papa non poſsit conferre ius ad beneficium vacaturũ, niſi iuxta tenorem. ca. mandatum. ſupra in ant. de reſcrip. vbi dicitur quòd papa poteſt grauare vnam eccleſiam vna collatione. Nota vlterius quòd extincta gratia apoſtolica, extincta eſt gratia executoris ad illam gratiam exequendam: quia poteſtas executoris eſt acceſſoria ad gratiam. Nota principalem effectum huius c. videlicet quòd ſi papa mandauerit alicui prouideri de præbenda: & poſtea mandet illũ recipi in fratrem & canonicũ: primo vacatura eſt tibi conferenda, & non alia.

No. inſuper quòd cum quis habet ius canoniæ ſub expectatione præbendæ: ſi non petat primam præbendam, non eſt extinctus primus canonicatus, ſed virtute eius poterit petere aliam præbẽdam. Et iſtud verum, vt dixi, ſi in illa eccleſia non ſit alius expectans auctoritate apoſtolica: quia tunc illi expectanti debetur, & nõ alij. Not. etiam quòd impetrans beneficiũ debet exprimere quòd ſit clericus. vide de reſcri. in ant. c. poſtulaſti. & de tranſact. ex literis. Not. finaliter quòd per negligentiam quis perdit ius ſuum: & ſic iura non ſubueniunt negligentibus. Domi.

*Papa an poſsit in regno Frãciæ dare ius ad beneficia vacantia.*

d *Poſtea.* ſcilicet prouiſo ſibi de præbenda. & hæc eſt nona forma quæ non multum habet vſum curiæ [b]. Si autem mandaſſet ſibi de canonicatu ſtatim prouideri : & poſtea de præbenda quãdo vacaret: & prouiſum fuiſſet de canonicatu: tũc idem quod in ſecundo caſu.

e *Faceres.* erat ergo datus in hoc ad compellendum. de quo dic vt dicam infra de conceſ. præbend. ſi capitulo. & ca. ſi ſoli.

f *Debitam.* ſcilicet proximè vacaturam : & intelligas, nulli alij de iure debitam.

Gloſ. ſeq. exemplificat, & dubium ſoluit.

g *Negligenter.* deſidioſus erat, vel execrabatur lites, vel ignorabat ius: quia credebat illam præbendã deberi primo recepto auctoritate capituli vel inferioris à papa. Si autẽ infirmitate laborabat magna, vel alienatus erat à mẽte, vel captiuatus, vel iuſta cauſa abſens, & p̃curatorẽ dimiſerat qui mortuus tunc erat [c], vel his ſimilia: tunc hoc caſu præbendã non perdit. ad hoc ſ. eo. lib. de elect. cõmiſſa. non enim poteſt dici negligens qui poteſtatem experiendi nõ habuit. ad hoc. ſ. in an. de elect. c. vlt. & de conceſ. pręben. quia diuerſitatẽ. Quando autem dicatur negligens, arbitrio boni viri, id eſt iudicis relinquendum credo [d]. ff. de verb. ob. continuus. §. cum ita. Nec enim dico quod ſtatim poſt mortem neceſſe habeat petere : imò aliquod tempus ſibi aſsignandum eſt in quo deliberet an prębenda ſibi debeatur de iure, vel non. ad hoc. ſ. e. lib. de conſue. ca. vlt. arbitrabitur ergo iudex hoc tempus ſecundum qualitatem negotij, perſonarum & loci. ad hoc. ſ. eo. lib. de elect. cupientes.

h *Aliam.* Nota quia ſi neglexi petere debitam, & alij collata eſt, aliam non peto: ſed ſi neglexi petere debitam, tamen adhuc non eſt alij collata: dico quòd illam adhuc poſſum petere. ad hoc infra eodem. ſi tibi abſenti. in fin. ADDITIO. De habente beneficiũ acceptandi intra menſem, an poſt mẽſem acceptet adhuc vacantem: no. in cle. de conceſ. præb. ca. j. in gl. iſte terminus. Ioan. And.

Gloſſa ſequens fortificat textum: & ponit opinionem contrariam.

i *Extincta.* & ſic extincta debet eſſe poteſtas executoris. ſecus econuerſo. de officiis delegatis. ſi ſuper gratia. eodem libro. ad hoc ſupra eodem titulo & libro ſuper eodem. infra de regulis iuris. acceſſorium. cum ſuis concordantiis. Et meritò eſt extincta poteſtas : cum enim forma ſibi tradita fuerit per reſcriptum ſuper vno beneficio tantùm, ſcilicet primo vacaturo ſibi debito : illo omiſſo nil ſupereſt reſcripto. ad hoc in antiquis de offic. delegat. ex parte prima. ex quo igitur ſciuit rem ſuam agi, & ſe non oppoſuit, ſibi imputet. in antiq. de re iudica. quamuis. aliàs ſequeretur quòd ius haberet in pluribus præbendis: quod eſt abſurdum. Quidam tamen dicebant olim contra propter intentionem mandãtis qui voluit illum præbendam habere. vnde ſi non habet primam, habeat ſecundam. ad hoc ſupra eod. dilectus. iij ſupra de conceſ. præbend. cum ſuper. nec dicitur ius habere in duabus præbendis ; quia deſinit ius habere in prima. & hoc putauit Compoſt. in prædicta glo. magna, æquum. Ioan. An. ADDITIO. Quod tamen hic definitur: ibi placuit Inn. in j. glo. Ioan. And.

*† De Anc. hic iungendo hæc verba, poſtea in canonicum, notat quòd collatio præbendæ non infert neceſſario ius canoniæ. c. cũ in eccleſia. j. eo. vnde mandatum de conferenda præbenda nõ confert ius canoniæ. principale enim ab acceſſorio nõ veſtitur. l. petens. C. de pactis. j. de cõſe. eccl. c. 1. ſed Arc. quẽ ſequitur Philip. no. contrariũ Ponta.*

*Canoniã habens, licet nõ petat primã præbendã, non ob id perdit ius ſuum.*

*b De hac et alijs formis dicam. j. de cõceſ. præben. ſi ſoli. in principi. Ioan. And.*

*Negligens quando dicatur impetrãs primã vacaturã.*

*c C. qui pe. tu. l. cùm à matribus.*

*d Vide q̃ dixi in an. de reſcript. capitulum. ſuper gloſ. & ita. Nec ab hoc dicto recedo per decre. cle. de conceſ. præbẽ. cũ ei quem. in fi. illa enim determinat quãdo impetrãs dicatur ſcire. hic loquitur quãdo dicatur negligere: vt ibi dixi in pe. gloſſ. Ioan. And.*

a *Effectus.* quia papa contulit vel mandauit conferre canonicatum in eccleſia, quod factum fuit.
b *Negligentia.* qua neglexit petere præbendam ſibi debitā, & ſic fuit alteri collata.

Gloſſa ſequens quæſtionem ſoluit.

auctoritate apoſtolica effectus [a] ab initio canonicus in eccleſia prælibata, tunc (Cum remanſerit in ea canonicus) dicta negligentia [b] non obſtante, ac per conſequens ratione canonicatus ſit in alia prębenda nulli alij de iure debita cæteris præferendus, petere poterit prębendam aliam proximò vacaturam: Dummodo [c] non ſint aliqui eadē auctoritate [d] præbendas in ipſa eccleſia expectantes. Et eidem de ipſa non per te (cum mandatū [e] non ſuſceperis ſuper illa) ſed per eum ad quem ſpectat [f] in eadem eccleſia præbendarum collatio, prouideri [g] debebit: [h] Aliàs facta de præbenda huiuſmodi alteri collatio in illius præiudicium, eo ipſo viribus nō ſubſiſtat. [i]

c *Dummodo.* per iſtū verſiculum probo ꝙ non præfertur expectantibus qui impetrauerunt poſt negligentiam. nam de iis qui ante negligentiam impetrauerunt, dictum erat ſupra ibi, nulli alij de iure debita. ſuperflueret ergo hęc litera, niſi & de poſterioribus intelligeretur. hoc ſonat ergo litera, quòd quandiu erit ibi aliquis expectans auctoritate apoſtolica ſiue prius. i. ante negligentiā impetrans, ſiue poſt, ille negligens non habebit præbendam. Idem Archid.
d *Eadem auctoritate.* prefertur igitur receptis auctoritate inferiorum, j.c.proxi.
e *Mandatum.* cuius fines diligenter ſeruandi ſunt. infra eo. titu. cui de non. ſed iſtud eſt mādati fines excedere.

## Idem.

*Receptus auctoritate papæ etiam ad mandatū alterius, præferendus eſt alijs in*

f *Spectat.* quocūque iure cōmuni vel ſpeciali [a]. j. ne ſe.vacā.c.vnico. j. de regula.c.vlt.cum ſimilibus.
g *Prouideri.* ſcilicet de præbenda de qua ſcriptum nō fuit.
h *Debebit.* idem dicebant olim quidam in caſu decr. š.c.lib. de offi.dele.ſi ſuper. vt ibi dixi. Ioan. And.
i *Non ſubſiſtat.* intelligas niſi etiam negligens eſſet in ipſa petenda, quia & tūc perderet ius in illa, [b] ſicut & in ſuperioribus caſibus dictum eſt. Nota igitur quòd plenior eſt gratia ſecundi reſcripti quam primi. Secundus ergo negligens in præbenda, non propterea amittit canonicatum quem iam habuerat, ſed amittit potioritatem in prębenda reſpectu apoſtolicorum qui duplici iuri iuuantur, non autem reſpectu aliorum, vt vidiſti.

*a Et ille confert vt ordinariꝰ, quia niſi aliud exprimatur, iuriſdictio data à lege dicitur ordinaria. c.cū ab eccleſiarum. in anti.de offic.ordi. Do.Font.*
*b Remanet tamen ſibi ius ſaluum in tertia, et cum effectu decreti, ſecundum Arch.*
*c Et dicit Archid. ꝙ primum dictum fuit ſumptum de decret. Alex. execrabilis. Ioan. And.*

H*I qui.*} Sunt duo dicta quæ ſatis patent. Primum definit de prærogatiua receptorum. [c] Secundum, de ipſorum qualitate. ſecūdum ibi, Eum quoque. Decretalis iſta emanauit ad declarationem eorum quę no. Inno. & Hoſtien. & moderni. ſupra eo. in an. c. relatum. B. & Compoſt. ſupra de reſcr. capitulum. in glo. magna. §. item ſi vnus primo. & Abb. š. eo. in ant. inter cætera. & Guli. in Spec. titu. ij. §. nunc tractemus. ver. de illo. Et probatur hoc olim per decr. de accu. accedēs. in parte deciſa. & tunc ponebatur de concel. præbē. c A S V S. Canonici eccleſiæ Pictauenſis auctoritate ſua ordinaria receperunt aliquem in fratrem & canonicum ſub expectatione præbendæ. poſtea auctoritate legati cardinalis in his partibus deſtinati, receperunt aliquem in canonicum ſub expectatione præbendæ. poſtea auctoritate apoſtolica receperūt alium: qui receptus auctoritate apoſtolica eſt poſterior, nūc vacat præbenda. quæritur cui debeatur? Reſpond. quòd debetur illi qui eſt receptus auctoritate apoſtolica. nā talis eſt cæteris præferendus, licet ſit poſterior receptus. Sed quid? ponamus quod papa mandauit ſuo legato cardinali vt faceret recipi Titium in canonicum eccleſiæ Picta. vnde legatus virtute huius poteſtatis apoſtolicæ mandauit canonicis eccleſiæ Picta. vt Titum reciperent in canonicum. Vtrum iſte videatur eſſe receptus auctoritate apoſtolica, vel auctoritate legati? Reſpondet quòd dicitur eſſe receptus auctoritate apoſtolica. Et hoc verū, quando legatus habebat ſpeciale mādatum à papa vt Titium faceret recipi in canonicum eccleſiæ Pictauenſis. ſed ſi legatus non haberet ſpeciale mandatū, cenſeretur receptus auctoritate legati, & nō auctoritate apoſtolica, licet legatus haberet poteſtatem generalem à papa.

Nota primò quòd vbi concurrunt diuerſi habentes ius à papa & inferiore, nō procedit regula, quòd ille qui eſt prior tempore, ſit potior iure. quod eſt verum quando agitur de iure ad rem, ſecus ſi agatur de iure in re. etiā ita procedit. j. eo.

A ſi à ſede. Nota ſecundò quòd geſtum à legato, non dicitur geſtum apoſtolicæ ſedis. vi. š. eo. tit. & lib. ſi cum. Dom.

Gloſſa ſequens oſtendit hic exponi regulam illam, qui prior &c.

k *Antea.* Nota quòd regula illa, qui prior eſt tempore, potior eſt iure: locum habet in iis quorum par eſt cauſa. quod probatur. ff. de regu. iur. quoties vtriuſq;. & dixi infra de regu. iur. qui prior. ad hoc. ſupra eodem titulo & libro. eum cui. Si autem diſpar eſt cauſa, non habet locum regula, vt hic. hinc eſt quòd lex dicit priuilegia conſiderari non tam ex tempore, quàm ex cauſa. ff. de priui. credi. l. priuilegia. & creditrix dotalis præfertur quibuſdam creditoribꝰ etiam anterioribus: non tamen filiis ex priori matrimonio, qui agunt de dote materna. C. qui po. in pig. ha. l. vlti. vbi de hoc.

*Prior tēpore, potior eſt iure, in ijs quorum par eſt cauſa.*

*præbenda. hoc dicit ſecundum Zen.*

## CAPITVLVM XII.

HI qui auctoritate apoſtolica in aliqua eccleſia in canonicos ſunt recepti, debent in præbendarum aſſecutione cæteris anteferri † legatorum vel aliorum quorumcunque auctoritate receptis antea [k] in eadem. Eum quoq; qui ad mandatum legati vel alterius auctoritate apoſtolica

B ſibi ſpecialiter [l] in hac parte conceſſa fungentis recipitur, auctoritate apoſtolica receptum eſſe dubium non exiſtit.

*† Quia iſti non habēt ius in vacaturis propter Lateranenſe cōcilium, ſed papalis habet, quia papa concilio nō ligatur. de elect. ſignificaſti. in ant. dat ius in vacaturis, quod legatorū reſeruatio nō impedit, ex quo papa eos contra ſe non priuilegiat. de cenſi. cum inſtantia. l. amiciſſimos. §. fin. ff. de execut. tut. de Anc. Font.*

## Idem.

*Si poſt gratiam mihi factam à papa de canonicatu & præbenda, Bonon. canonici hoc ignorantes ignoranti præbendā conferunt poſt vacantem, non tenet collatio. hoc dicit. Ioan. And.*

Glo. ſeq. obiectionem ſoluit.

l *Specialiter.* auctoritate ergo huiꝰ ſpecialis mandati fungitur potius delegatus quàm legatus, & ſic delegantis auctoritate videtur eſſe receptus. Sed tempore Alexandri quidam contrarium dicebāt, dicentes quòd ſpeciale mandatum legato directum non inducit nouam auctoritatem papæ, ſed veteris poteſtatis legati prorogationem, argu. ff. de preca. ſed & ſi manente. vnde primò receptus tali auctoritate legati prorogata receptus videtur. [d] vnde poſtponitur ſecundo auctoritate papæ recepto. & hoc videbatur dicere conſtitutio Alex. execrabilis. Sed contrarium eſt verum, vt hic vides. Nec ob. l. ſed & ſi manēte. quæ loquitur cum prima & ſecunda cōceſsio ſunt eiuſdem naturæ & formæ. ſed hic poteſtas legationis eſt per ſe, & poteſtas prouidendi vel conferendi auctoritate apoſtolica poſtea conceſſa eodem modo per ſe, & gratioſa data vel fauore legati, vel eius pro quo ſcribitur conſtitutio, execrabilis. Vel loquebatur in ſuo caſu ſpeciali, cum ſcilicet prouidit vltra quaternarium numerum. [e] vel in legato cardinali qui conferebat iure legationis. vel ſit correcta. š. in fi. proœ. huius libri.

## CAPITVLVM XIII.

SI poſtquā [m] canonicatū in aliqua eccleſia tibi cōtulimꝰ, [n] & de prębēda nulli alij de

C

*d In eo verò quod faceret vt legatus, delegatus eſſet potior. de offic. lega. ſtuduiſti. in ant. Ioan. And.*
*e Hoc intelliges per id quod ſcripſi ſuper fine prælega. ver. de illo. Ioan. And.*

S*I poſtquam.*} Primò definit caſum. ſecundò rationē reddit ibi, Nam eo ipſo. Io. And. C A S V S. Papa contulit mihi ius canoniæ in eccleſia Pictauenſi, & mandauit canonicis vt me reciperent de facto, & inſtallarent cum aſsignatione prebendæ vacantis, alioquin proximo vacaturæ. antequam præſentaſſem literas meas canonicis Pictau. eccleſię, & ſic antequā

D eſſent certificati de gratia mihi facta, vacauit præbēda, quam tibi contulerunt, & tu ſimiliter ignorabas gratiam mihi factā. nunquid valeat tua collatio? Reſpō. quòd nō. Nam gratia mihi facta ex qua ſum creatus canonicus, ligat manus collatoris vt non poſsit præbendam alteri conferre etiam ignoranti: & ſi alij conferat, non valet collatio. Nota quòd gratia per quam papa contulit canonicatum ſub expectatione præbendæ, ligat manus ordinarij etiam ante ſcientiam ordinarij. Et iſtę eſt principalis effectus ad quem emanauit pręſens capitulum. Sed quid ſi papa non contuliſſet mihi ius canoniæ? De hoc in ca. ſi capitulo. & cap. ſi ſoli. de conceſ. pręben. j. eo. lib.

m *Si poſtquam.* No. ergo quòd ſicut inſpicitur tempus datæ quo ad ſecundum impetrantem à papa. š. eo. tit. & li. eum qui. ſic etiam inſpicitur quo ad illum qui poſtmodum recipit à capitulo etiam ignoranter. Io. And. Idem Arch.

*Dat ſimiles*

Gloſ. ſeq. quærit & remittit.

n *Contulimus.* quid ſi nō contulit, ſed cōferri mādauit? Dic vt. j. de conceſ. præben. ſi capitulo. & ca. ſi ſoli. A D D I T I O. Dicit Arch. quòd fortius in illis procedit hoc quod dicit per hunc textū clarè patere. Vide quod not. in cle. vnica de conceſ. pręben. in gloſ. hic determinabat. Ioan. And.





Gloſſa ſequens quærit. ar. pro, ſoluit contrarium.

a *Poſtmodum.* quid ſi tunc temporis vacabat præbenda, quæ poſtmodū fuit collata? Videtur ꝙ teneat collatio, quia mandatur de prima vacatura prouideri. ſed illa iam vacabat, ergo non debetur, vt ca. ſi clericus. in fi. š. eod. tit. & lib. Et ideo eſt ſtylus curiæ, præbēdam ſi qua vacat, vel quàm primum vacauerit &c. Satis credo idem per rationem quæ. j. ſequitur, nam eo ipſo & c. ad hoc. j. eo. ſi beneficia. Ioan. Andr.

*Mandatū de prouidendo de præbenda vacatura, an extendatur ad vacantem tempore mandati.*

iure debita inibi proximè vacatura mandauimus prouideri, hi ad quos in ea ſpectat collatio prębendarū, prębendam quæ vacabit ibi poſtmodū, [a] motu proprio, [b] ignorantes tibi gratiam factam, alij duxerint conferendā: talis collatio in tuū præiudicium attentata nullam obtinet firmitatem. Nam eo ipſo quòd canonicus auctoritate apoſtolica fuiſti effectus, ius ad obtinendū præbēdam proximo vacaturam [c] ibidem, tibi acquiſitum extitit, eandemque quàm cito vacauit (ex quo nulli alij debebatur) iuſte petere † potuiſti: & ideo à prædictis (licet ignorantibus) alteri cōferri nequiuit. [d]

b *Motu proprio.* quia ſecus ſi contuliſſent expectāti auctoritate papę j. eo. c. proxi.
c *Vacaturam.* multo fortiꝰ ergo vacantē, quia difficiliꝰ ius cōſtituitur in vacatura q̄ vacāte. š. de cōceſ. præben. l. nulla. š. eo. tit. dilectus filius.
d *Nequiuit.* ille tamē cui ſic collatum fuerat, ſi dimiſit aliquod beneficiū propter illud habendum, recuperat illud, ſi ſine difficultate cognito præbendam illi deberi, eam ſibi dimiſerit: aliàs non. j. eo. titu. ſi beneficia.

*† Cōdictione ex ca. relatum. in antiq. de præben. vel officio iudi cu. & ratione, quia ad rem nō in re ius habet. c. ſi. j. de cōceſ. præb. ergo ſua auctoritate non capiet. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acqui. poſ. de priuile. paſtoralis. de Anch. Font.*

## Idem.

*Si papa det licentiam legato ſuo recipiendi auctoritate apoſtolica reſignationes beneficiorum legationis ſuæ liberè in manibus ſuis factas, & illa beneficia conferendi, ſecundo papa de prædicta poteſtate non habita mentione canonicatum & præbendam ſi vacat, vel quàm primo vacauerit in aliqua eccleſia legationis mihi conferat, tertiò canonicus ipſius eccleſiæ renuntiet, & legatus etiam ignorās collationem mihi factam cōfert tibi præbendam prædictam, non tenet collatio legati, ſed mihi illa præbenda debetur. hoc dicit Ioan. And.*

D*Vdū.*} Primò ponit mentē duarū gratiarū apoſtolicarum. Secundò ibi, Cumq;. ponit proceſſus habitos per illas. Tertiò ibi, Nos igitur, multis argumentis oſtendēs partē alteram potiorem, illi dat indices. Vel ſunt duę partes tantum, vt primę duę cōtineantur ſub querela camerarij. quod plus placet. Ioan. And. A D D I T I O. Et per hāc decre. terminata fuit quæſtio de legato cui papa commiſerat vt ſibi rebelles in pace faciēda vel conſeruanda priuare poſſet beneficijs, & illa alijs cōferre: qui priuauit propter cauſam illam Titium, ꝙ in præiudicium expectātis in illa eccleſia primam vacaturam, nō poſsit illud alteri conferre, vt ſic illa cōmiſsio negligatur ſine præiudicio iuris alieni. Cui ſcilicet tempore vacationis vel priuationis beneficium eſſet affectū prius vel poſt cōmiſsionē prædictā. š. eo. lib. de reſcrip. quāuis. hodie tamen in terminis prædictis, vel de quibus loquitur decre. vel ſimilibus, ponitur in literis clauſula derogatoria, per quā quo ad beneficia illa prędicatur expectantibus cum proteſtatione ꝙ in alijs non fiat eis præiudiciū. ſi. quod dixi. š. c. proxi. in fin. Io. An. C A S V S. Papa deſtinauit legatū ſuū in his partibus cū poteſtate vt ipſe cardinalis poſſet recipere reſignationes quorūcunque beneficiorum liberè factas in manibus ſuis, & illa beneficia conferre perſonis idoneis. poſtea papa fecit gratiam cuidam camerario de præbenda primo vacatura, certis executoribus ſibi datis. accidit ꝙ quidam canonicus reſignauit ſuam præbendā ſimpliciter, & non cauſa permutationis in manibus ipſius legati, qui legatus recepit illā reſignationem, & dictam præbendam cōtulit fratri ſuo, qui legatus ignorabat gratiam factam camerario. Poſtmodum camerarius ſciēs illam prębendā vacare per reſignationē factam in manibus legati, acceſsit ad executores ſuos, qui executores in negligentia canonicorū illam præbendam camerario cōtulerunt. Collatione facta cùm camerarius vellet accipere poſſeſsionem illius præbendæ, iſte cui legatus prębendam ipſam contulerat, dictū camerariū impediebat. quare camerarius acceſsit ad papā, ſupplicans ſibi de remedio prouideri opportuno. qui papa mādauit certis iudicibus, vt ſi eiſdē cōſtet de gratia camerario facta, cōpellerēt illum cui legatus prębendam cōtulerat, vt dimitteret camerariū in pace. Nā dicit papa ꝙ camerario cōpetit prębēda, & nō illi cui legatus præbendam cōtulit. & hoc probat Ro. pō. per aliquas rationes, quę clarę ſunt in textu. {Calēdario} hic



A recitatur effectus. l. eius qui. ff. ſi cer. pera. videlicet ꝙ ſi quis præpoſuerit ſeruū ſuum calendario, id eſt certæ negotiationi, puta ad mutandum pecunias, & dominus ſeruum ſuū reuocauerit, poſtea verò ſeruus ipſe mutuat pecunias, nō trāsfert dominiū pecuniæ in accipientē, licet accipiens ignoret reuocationem. Not. primò ꝙ legatus nō cardinalis, ſed alius puta legatus miſſus vel legatus natus, nō habet poteſtatē recipiendi reſignationes beneficiorum vacantium in ſua prouincia, neque illa cōferre perſonis idoneis, ſed legati cardinales habent illam poteſtatem ex ſua generali legatione. primi verò non, niſi habeant mandatum ſpeciale à papa. No. inſuper ꝙ ſi legatus miſſus vel legatus natus habeat ſpecialem poteſtatē recipiendi reſignationes beneficiorum inter manus ſuas, & illa beneficiā cōferre perſonis idoneis, ſi papa poſtmodum faciat alicui gratiam cū decreto irritante, poterit iſte expectās petere beneficiū vacās per reſignationē inter manus legati factā, nec poterit legatus illud beneficium conferre in præiudiciū expectantis. No. ad qđ allegatur præſens. cap. videlicet ꝙ generi per ſpeciem derogatur, licet in ſpecie nō fiat aliqua mentio de genere. concordat capit. primo de reſcrip. in ant.

*Legatus miſſus vel natus non poſſūt recipere reſignationes beneficiorum.*

## CAPIT. XIIII.

IS cui.] Primò determinat duos caſus. Secundus ibi, ſi verò. Secundò decretum apponit ibi, prouiſio quoque. Iterum prima ſubdiuiditur, quia primò ponit dictum, à quo duos caſus excipit ibi, niſi. & ſecundum determinat ibi, tunc enim. Ioan. Andr. Approbatur hic opin. Hoſtien. quam not. ſupra eodem titu. cap. vlti. in fin. & reprobatur opin. Innocent. ibi no. & Compoſt. not. ſupra in ant. de reſcript. cùm adeo. in fi. Et fuit de facto in Mediolanen. archiepiſcopo hæc quæſtio primi dicti. Pro intellectu huius capit. eſt præſupponendum quòd gratia de qua in hoc cap. non fiebat fauore illius C cui erat prouidendum, ſed gratia illius ad quem dirigebatur, puta quia papa fecit gratiam abbati ſancti Cypriani vt poſſet prouidere de beneficio ſpectante ad collationem vel præſentationem alterius prælati. tunc in iſta gratia non eſt neceſſe quòd fiat mentio de beneficio obtento. Item non mandabatur prouideri certæ perſonę: ſed idem ſi etiam certæ perſonæ mandaretur prouideri. CASVS. Papa dedit alicui executori gratiam ſiue facultatem vt poſſet vni certæ perſonæ idoneæ prouidere de beneficio exiſtente in ſua eccleſia vel alia. iſte executor voluit mihi prouidere de tali beneficio, qui tamen obtinebam beneficium aliquod ſimplex quod erat ſufficiens, & ex quo poteram ſufficienter ſuſtentari. vtrum poſsit mihi prouideri de alio beneficio ſimplici? Reſpondet quòd non, quia in ſua gratia ſibi mandatur vt prouideat perſonæ idoneæ. modo ex quo habeo beneficium ex quo poſſum ſufficienter ſuſtentari, non ſum idoneus ad aliud beneficium. quod verum eſt, niſi vellem primum beneficium dimittere. nam tunc poſſet mihi conferri aliud beneficium. Sed ponamus quòd in gratia ipſius prælati ſiue executorum dicitur, vt poſsit conferre beneficium in ſua eccleſia vel alia exiſtens, etiam obtinenti aliud beneficium? Reſpondet quòd mihi obtinenti beneficium ſimplex poD terit prouidere, dummodo beneficium quod obtineo, non ſit curatum. Sed ponamus quòd obtinebam duo beneficia ſimplicia. iſte executor vult mihi cõferre aliud beneficium cõpatibile. vtrũ poſsit? Certè nõ, licet in gratia ſua dicatur vt illud beneficiũ poſsit cõferre etiã obtinenti aliud beneficiũ. nã gratia ſua intelligitur in obtinente vnicũ beneficiũ duntaxat. Sed ponamus quòd papa dicit in literis gratiæ ſuæ, vt iſte executor poſſet prouidere de beneficio alicui etiã obtinenti plura beneficia. aliquis obtinet tria beneficia, vtrũ poſſit ſibi conferre aliud beneficiũ? Reſpondet ꝙ non. nam illa pluralitas verificatur in duobus beneficijs. No. primò id ad quod allegatur præſens cap. ꝙ obtinens ſufficiens beneficium, nõ eſt idoneus ad obtinendum aliud beneficium: & in foro cõſcientiæ obtentus beneficij ſimplicis ſufficientis ad ſuſtentationẽ, reddit eum incapacem ad obtinendum alia beneficia. Vnde ſufficientia beneficij attenditur in qualitate beneficij, & in qualitate perſonarum. Not. magis ſpecificè ꝙ ſi papa mandat alicui collatori vt prouideat perſonæ idoneæ de beneficio, virtute illius facultatis non prouidet perſonæ obtinenti beneficium ſufficiens, niſi illud primum beneficiũ dimittat. & hoc verum, niſi aliud diceretur in gratia.

*Beneficiũ ſufficiens obtinentes, ad alia idonei non ſunt.*

Nota



Nota quòd in literis ad beneficia, pluralis locutio reſtringitur ad duo beneficia tãtùm, & adhuc requiritur quòd iſta duo beneficia non ſint curata.

Gloſſa ſequens dubium ſoluit.

a *Idoneæ.* & ſi non apponatur: hoc idem intelligo. ſupra de electio. cauſam quæ ſupra de reſcript. cũ adeo. Ad hoc de præſump. cap. vlti. ADDITIO. Ad hoc litera infra ibi, vel niſi in conceſsione huiuſmodi ſit expreſſum. & idem Hoſtiẽ. in præalleg. decret. vlt. eo. tit. Ioan. And.

*† Hæc dictio determinat ly prouidere. ergo ſi nũc nil habet, quãuis aliàs habuerit, prouidebitur etiã de curatis, cùm hic ſit gratia prouidenti. ideo eſt in ſuum fauorem ampliãda. de Ancha. Font.*

Gloſſ. ſeq. arg. à cõtrario, & remittit.

b *Sufficiens.* ergo ſi non eſt ſufficiẽs, ſecus eſt [a]. Ad hoc ſupra de reſcr. poſtulaſti. & ca. cùm adeò. ſupra eod. cùm teneamur. & cap. dilectus. ff. de ven. inſpi. l. j. in fin. Quid autem veniat in hac ſufficientia, no. per Ioan. xxj. q. j. cap. j. & per Ber. s. e. tit. de monachis. Ioan. Andr.

*a Idem Archi. dũmodo in collatione faciat mentionem de primo. ſupra eo. lib. de offi. leg. collatio.*

Gloſſa ſeq. ponit motiuum opin. contrariæ.

c *Non poteſt.* cõtrarium notabant dicti doctores, & mouebantur illa ratione, quia hoc caſu non fiebat gratia prouiſo, ſed prouidẽti: nec poterat ſecundũ eos prouiſus hoc caſu ambitioſus dici: cũ ad ſui inſtantiam nil fuerit obtentum. ſupra eo. tit. & lib. quãuis. infra eo. ſi motu proprio. Sed contrarium eſt verum: quia beneficiat' idoneus non eſt. ſupra eo. ſuper inordinata. & iure communi beneficiatus beneficiari non mandatur. ſupra eo. titu. quia in tantum. Ioan. And. ADDITIO. Dicit Ioan. Mo. ꝙ genus facilius patitur debilitatem vel annihilationẽ quàm ſpecies: quia genera ſunt intelligẽda ciuiliter. ff. de ſerui. ſi cui. ff. ad exhi. l. penul. vnde verbum, perſonæ idoneæ, debet intelligi ſecundum ius commune, de qua. s. Ioã. And.

ſonæ idoneæ [a] † in ſua vel alia eccleſia ꝓuidere: alicui aliud beneficium ſufficiens [b] obtinenti prouidere non poteſt [c]: Niſi primò ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat [d]: Vel niſi in conceſsione huiuſmodi ſit expreſsũ quòd aliàs beneficiatæ valeat prouidere perſonę. Tunc enim [e] prouidere poterit vnicũ dũtaxat beneficiũ obtinenti: dũ tamen illi cura non immineat animarum. B Si verò conceſſum fuerit vt prouidere illi valeat qui alia beneficia noſcitur obtinere: huiuſmodi pluralitas debet ſolùm ad duo beneficia ſine cura [f] reſtringi. Prouiſio quoque facta contra præmiſſa eoipſo viribus non ſubſiſtat [g].

### Idem.

*Si quis ignorans recipiat beneficium prius reſeruatum vel alteri collatum per Papam: ſi ex quo ſciuit, illud ſine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia propter illud dimiſſa, aliàs non. Ioã. And.*

## CAPITVLVM XX.

C SI beneficia quę per ſedem apoſtolicã [h] conferuntur, aut decreto interpoſito reſeruantur, interdũ contingat ab ijs [i] ad quos aliàs pertinet collatio eorundẽ, aliquibus huiuſmodi collationẽ ſeu reſeruationem ignorantibus de facto conferri, & beneficia quæ illi tenebãt antea, & poſt prędictorũ adeptionem dimiſſa [k] per eos alijs aſsignari [l]: Ne taſis ignorantia eis (cùm ſint ſine culpa [m]) prędiudicialis exiſtat: ſtatuimus vt ſi ipſi de collatione ſeu reſeruatione prædicta poſtea certiores [n] effecti, ſublata difficultate quacũque omnino dimiſerint beneficia ſic ſibi de facto collata, B ad beneficia ſua priora (collatione quibuſcunque perſonis facta de ipſis, nequaquam obſtante) liberè † reuertantur: Alioquin redeũdi ad ea (ſi difficultatẽ adhibuerint in alijs dimittendis) ſit ipſis penitus interdicta facultas. Eundem quoque modum in dimittendo recepta, & recuperando dimiſſa quo ad omnes alios [o] qui forſan occaſione prædicta ſua dimiſerint beneficia, & dimiſſa per alios fuerint aſſecuti, per omnia decernimus obſeruandum.

### Idem.

C *Taciturnitas beneficij etiam modici vitiat diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorũ, quæ etiam legitimè ſuper duobus obtenta ad duo prima recepta refertur. Item prouiſio alicui facta de beneficio non obſtante quòd aliud habeat, diſpenſationem ſuper vtroque retinendo non inducit. hoc dicit ſecundum Zenz e.*

## CAPIT. XXI.

Gloſſa ſequens ponit differentiam inter duas formas.

d *Dimittat.* ſi ergo dimittit, tunc ſibi poterit prouideri. & in hoc eſt differentia inter iſtam formam & illam quam in principio impetrauit ille cui prouidetur: quia in illa non ſufficit modo beneficium primum dimittere ſi tũc tacuit. infra eod. ſi motu [b]. Hic ſufficit nunc dimittere, licet in conceſſione gratiæ nihil fuerit dictum. ADDITIO. Quia nulla poteſt notari ſurreptio improuiſo. Dicit Ioan. Mona. per hoc reſcriptum nil habetur actualiter, ſed potentialiter: & ideo ſatis eſt quòd ſit habilis perſona, quando potentia explicatur ad actum. Ioan. And.

*b Ioã. Mo. Archi. alle. de elect. dudum. 2. & quod ibi nota. in gl. no. ꝙ tempus. Ioan. And.*

e *Tunc enim.* Nota interpretationem ſtrictã. Ad idem. s. eo. cùm in illis. Ioan. Andr.

f *Sine cura.* ſi igitur vtrũque vel alterum ſit curatum, tali nõ poterit prouidere. Et nota ꝙ pluralis locutio non eſt vaga: imò potius arcta & reſtringenda: ſit ergo contenta duorum numero. j. de reg. iur. pluralis. cum ſuis concordantijs.

g *Non ſubſiſtat.* poterit igitur illud beneficium alteri cõferri: ſed ſi ille poſſidet, nõ poterit ſine cognitione cauſę de poſſeſſione repelli. j. eod. licet.

Gloſ. ſeq. diuidit & cõmẽdat gloſſę reliquę ſunt textuales.

*Diuiſio.*

SI beneficia.] Decre. iſta ſuccurrit ignorãtię. Et primò primi gradus. Secundò ſecũdi & vlteriorum: ibi, Eundẽ. Et pars prima facit tria: quia primò ponit caſum. Secũdò rationẽ prouiſionis: ibi, Ne talis. Tertiò prouidet parenti: ibi, ſtatuimus. Quartò verò reſiſtenti: ibi, Alioquin. Hæc decre.

Sextus.

A ſummæ innititur æquitati, & iuſtæ ignorantię prouidet. Ioã. And. CASVS. Cum obtinerem aliquod beneficium incõpatibile, epiſcopus Picta. cõtulit mihi aliud beneficium, & non eram diſpẽſatus per papam ad plura beneficia incompatibilia: tamen Papa præuenerat epiſcopum Pictau. quia illud beneficium mihi collatũ, alteri cõtulerat, ꝙ tamen ignorabã. ego videns ꝙ non poterã habere plura beneficia, dimiſi primũ beneficium, & acceptaui ſecundum. poſtea ſecundum fuit euictum per illũ cui papa contulerat. an poſſim redire ad primũ beneficium? Reſpõ. quòd ſic cùm ſtatim fui debitè informatus ꝙ in ſecundo beneficio nõ habebam ius, non expectato exitu cauſę dimiſi illud ſecundum beneficium: poſſum redire ad meum primum beneficium propria auctoritate: & ſic ſine noua collatione. & hoc habet verbũ, liberè, poſitũ in tex. idem eſt de omnibus alijs qui illo modo dimiſerunt beneficia. nam poterunt ad illa redire ſua ꝓpria auctoritate. No. primò ꝙ collatio beneficij facta per papam afficit manus ordinarij collatoris etiã ignorantis illam: ita ꝙ collatio illius in contrarium facta nõ valet. ad hoc eo. titu. & lib. s. c. ſi poſtquã. No. ſecũdò quòd vbi ex vna cauſa ſit deciſio caſus in primo gradu: eadẽ cauſa deciduntur caſus occurrentes in ſecundo & cæteris gradibus ſequentibus. Domin.

*† [illegible]*

h *Per ſede apoſtolicã.* idẽ ſi p aliũ qui cõferre poſſet: puta per legatũ. j. e. tit. ſi a ſede. quia nõ ius ponit, ſed factũ. Idẽ Arch.

i *Ab ijs.* ſcientibus vel ignorãtibus: non curo. vnde ſi bene aduertis, hæc decre. non requirit ignorantiam in cõferente: ſed ſolùm in eo cui confertur. Præſumitur autem ignorantia, niſi probetur ſcientia. j. de reg. iur. præſumitur. {Idem Ioan. Mona. & Archid.} quod intellige vt ibi dixi.

*Ignorãtia præſumitur niſi ꝓbetur ſciẽtia.*

k *Dimiſſa.* vel iuris neceſsitate, vel ignorantia, vel ſola voluntate. Ioan. And.

l *Alijs aſsignari.* multo ergo fortius recuperabunt ſi adhuc D non ſint alijs aſsignata: vt s. eo. tit. & lib. ſi tibi, in fi.

m *Sine culpa.* & ſic deberent eſſe ſine pœna. de conſtit. in ant. cognoſcentes. j. de reg. iur. ſine culpa. ſi ergo ſciuiſſent, fuiſſent in culpa, & ſic tali priuilegio non vterentur. Ioann. Andr. ADDITIO. Hoc placet Archi.

n *Certiores.* & ſic cuilibet referẽti credere non tenẽtur. de ſi. per tuas. ij. [c] Sed non debet ſe dicere dubitare vbi certus eſſe debet. de reſcrip. in ant. c. cum contingat. & eſt ſi. xxxiij. diſt. habuiſſe in princ. ADDITIO. Ibi: te concubinam manifeſta veritate comperimus. ad idem. ij. q. j. Deus. ver. mala. not. xxx. q. vlt. nullum. alibi dicitur clara probatione vel cõpetentibus indicijs. j. de reg. nõ ſolùm. alibi manifeſtis. j. de hære. accuſatus. §. licet. ſecundum Arch. Datur tamẽ dimittendi conſilium vt ſibi taliter prouideat ꝙ clarè oſtendere poſsit beneficiũ dimiſſum ad alium pertinuiſſe per inſtrumenta publica vel inſinuata vel alio modo. Ioan. And.

*c Archidi. remittit de cle. excom. mini. illud. ver. licet Ioan. And.*

o *Omnes alios.* hoc vult dicere, beneficia iſtius A. fuerunt collata B. iſte B. dimiſit quę prius habebat, & fuerunt collata C. cuius C. priora beneficia fuerunt collata D. Aget A. cõtra B. qui ſi dimittat in pace, aget contra C. qui etiam ſi ſine difficultate dimittit, repetet à D. & ſic de ſingulis.



Non

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



NOn poteſt diſpēſatio ſuper pluralitate beneficiorū cōceſſa impetrāti prodeſſe, qui aliquod quantumcunque modicum [a] beneficium ſubticuit in eadem. Illud autem apoſtolicæ ſedis [b] indultum vt quis duo beneficia curam animarum [c] habētia, ſi aliàs canonicè [d] conferantur eidem, poſsit recipere ac ſimul licitè retinere [e]: intelligitur de duobus primis [f] beneficijs, quæ cum cura poſt dictum indultum obtinere contingit eundem [g].

Cùm verò tibi (non obſtāte quòd aliud beneficiū obtinere noſcaris, à ſede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit: per hoc tecū, vt primum beneficium cum ſecūdo retinere valeas, nō intelligitur diſpenſatum. Hoc enim ſolum prædicta operatur expreſsio, quòd facta tibi gratia nequeat ſurreptitia [h] iudicari.

*Diuiſio.* NOn poteſt.} Diuiſio patet: quia ſunt tria dicta per. §. diuiſa. Secundum ibi, illud. Tertium ibi, cùm verò. rationem ſui ſubdens ibi, Hoc enim. Emanauit hæc decret. ad declarationem eorū quę not. Inno. ſ. de elec. dubium. ij. in glo. hoc intellige. in fi. & quæ ibi no. Hoſtiē. & de reſcrip. poſtulaſti. {Et de except. cum eccleſiaſticæ. vt ibi ſcripſi ſuper glo. vnica.} Et de præbē. ſuper inordinata. in fi. & Compoſt. in decre. capitulum. de reſcrip. ad fi. gloſſ. magnæ. ver. Item quæritur de hac. & cap. in noſtra. in gloſſ. pen. & Gar. ſ. de offi. ord. in fi. & Guli. in Specu. titu. de lega. §. videndum. verſ. illud. cum ſequē. vſque ad fin. CASVS. Cùm obtinerē aliquod beneficiū ſimplex, impetraui à Papa vt poſſem retinere plura beneficia: tamen tacui quòd obtinerem aliud beneficium: vtrum literæ meæ diſpenſationis ſint ſurreptitiæ. Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic. Sed pone quòd aliquis à ſede apoſtolica obtinuit diſpenſationem vt licitè poſſet retinere duo beneficia curam animarum habētia. accidit quòd iſti diſpenſato fuerūt collata duo beneficia curata: poſtea dimiſit vnum illorum beneficiorū, & fuit ſibi collatum aliud beneficium curatum. vtrum poſsit illud recipere virtute ſuæ diſpenſationis? Reſpondet Romanus pontifex quòd non. nam literæ diſpenſationis ſunt odioſæ & reſtringendæ. modo diſpenſatio ſua fuit purificata in duobus primis beneficijs: ideo nō poterit virtute eiuſdem diſpenſationis retinere aliud beneficium, niſi aliud diceretur in diſpenſatione. Nam in iſtis odioſis inſpicienda & attendenda ſunt verba gratiæ ſecundum eorum proprium ſignificatum. Sed quid ſi mihi obtinenti aliquod beneficiū Papa fecit gratiam vt poſſem obtinere aliud beneficiū: vtrum per hoc videatur Romanus pontifex mecum diſpenſaſſe ſuper pluralitate beneficiorū? Certè non. de quo ergo ſeruiet mihi impetratio mea? Reſpon. Rom. pont. quòd ſeruiet mihi de hoc, quia literæ meæ non erunt ſurreptitiæ, ex hoc quia in eis ſit mentio quòd obtinebam aliud beneficium, ſed tamen propter hoc non ſum diſpenſatus ad obtinēdum plura beneficia. Not. primò arg. quòd ſurreptio in diſpenſationibus beneficiorum vitiat gratiam ipſo iure. ad hoc ſupra de fil. presby. ca. ij. eo. lib. Not. ſecundò quòd in gratijs beneficialibus taciturnitas alicuius qualitatis qua expreſſa nihilo minùs literas habuiſſet, vitiat literas. nam ſi expreſsiſſet minimum beneficium, obtinuiſſet diſpenſationem: & tamen vitiat literas. ad hoc infra eodem ſi motu proprio. vide quod dixi ſuprà eod. dudum. Domi.

Gloſſa ſequens fortificat tex. & circa duo remittit.

a *Modicum.* ſi enim in impetratione hoc locum habet ſuprà de reſcrip. ſi proponente. infra eo. ſi motu. multo fortius in diſpenſatione locum debet habere, cùm etiam ipſæ diſpenſationes ſint ambitioſæ & reſtringendæ. ſuprà de fil. presby. cap. ij. eo. lib. Quis autem ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare poſsit, vide. lxx. diſtinct. ſanctorum. & xxj. quæſtio. ij. ſi quis iam tranſlatus. & ſupra eod. tit. de multa. An autem de iure ſiue diſpenſatione teneri poſsint, vide quod dixi ſuprà de reſcrip. gratia.

b *Apoſtolicæ ſedis.* Not. arg. pro illa opi. quę habet quòd ſolus Papa diſpenſet in curatis.

Gloſſa ſequens quærit. arguit pro. ſoluit contrarium.

*Quæſtio ſingularis circa materiam diſpenſationis.* c *Curam animarum.* pone habens eccleſiam curatam diſpenſationem obtinuit vt liceret ſibi recipere aliud beneficium, etiam ſi ſit perſonatus ſimilem curam non habens, & cum priori tenere: confertur ſibi archidiaconatus, quæritur an poſsit illum retinere? Et videtur ꝙ ſic: quia licet archidiaconus curam habeat, nō tamen curam ſimilem curæ parochialis eccleſiæ: vt ſuprà de elect. dudum. ij. ad fi. Ad hoc ſuprà qui fi. ſint legi. per venerabilem. ver. verum. Nec etiam poteſt dici ſimile vbi eſt aliqua diſsimilitudo. xxviij. queſt. j. ſic enim. ff. de iniuſto rup. teſta. l. iij. & expreſſa ſimilitudo requiritur. ſ. de tranſla. inter corporalia. Itē verbum ſimile, in indulgentia poſitum, gratioſè interpretandū eſt. ſ. de verb. ſign. olim. Sed dic contra, ſecundū Guli. qui hoc no. in Spec. tit. de lega. §. videndum. ver. quid ſi habens eccleſiā. & ſ. de offic. ordi. in fi. Similitudo enim de qua ſit mētio in indulgentia. non ad ſpecies ſed ad genus refertur: & ſufficit qualitercūq; curā habeat: cùm talis indulgentia velut ambitioſa ſit reſtringenda: vt hic vides. ſ. eo. lib. de reſcrip. ſi gratioſè. de fi. presby. ca. ij. C. de ſena. conſul. l. j. ADDITIO. Dicit *Boëtius.* Boëtius ſuper Topica Tullij, lib. iij. quòd ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differentium comparatio. vnde in illa non requiritur quòd res tota ſit toti rei ſimilis, ſed in eo ad quod confertur. de confir. vti. vel inut. cum dilecta. & vide quod ibi dixi: qui fi. ſint legi. per venerabilem. poſt princ. & verſi. verum ſi. ff. de admi. tut. ſi pupillus alterū. §. fin. ad Treb. l. recuſare. §. vlt. facit quod dixi de iudic. cauſam quæ. ij. de cō ſtit. tranſlato. ſuper vlt. glo. & de tranſla. cap. ij. ſuper gloſ. argu. quòd. Ioan. And.

d *Canonicè.* concordat ſupra eod. lib. de reſcript. ſi gratioſè. & ſupra de elect. dudum. ij. ad fin. ADDITIO. Et vide quod ibi ſcripſi ſuper ver. de nouo. Ioan. And.

Gloſſa ſequens de duobus quærit, & ſoluit.

e *Retinere.* quæro de duobus. primò, Nunquid per talē indulgentiam videatur cōceſſum ꝙ in neutro reſidere teneatur? Videtur quòd ſic, ne inutilis ſit indulgentia. & hoc videtur tenere. Ioā. vij. q. j. ſi quis in clero. in glo. ij. cauſa enim prohibitionis eſſe videtur, ne quis plura beneficia habeat: quia reſidere tenetur. hoc ergo inducere videtur indulgentia principaliter quòd ad hoc non teneatur. Dic ſecundum Guli. qui not. in prædi. §. ver. quid ſi indulgetur. quòd tenetur in altera reſidere, niſi illud expreſſe in indulgentia caueretur quod ad hoc non teneretur, ambitioſę enim ſunt tales indulgentiæ, & reſtringendæ: vt ſuprà dixi. reſidebit ergo in altera quam vult: vel nunc in iſtā, nunc in illa: & ſic vtrique ſatisfiet. Sed quid dices, in indulgentia cauetur hac clauſula: dummodo in beneficio in quo non reſidet, faciat canonicè deſeruiri. nunquid ſi hunc modum nō ſeruauerit [a], valet diſpenſatio & beneficiorū retentio? Reſpondet tenet Innocen. & Hoſt. & Compoſt. qui hoc no. in dicta decre. dudū. & de præſump. c. vlt. & Guli. qui hoc no. in prædi. §. in ver. ſed & temporis. quid ſi indulgētia. quod no. in cle. de offi. deleg. c. vnico. quod bene tenet diſpenſatio, illud enim dummodo, non habet vim conditionis: ſed potius admonitionis vel cominationis: vt. ff. de iure. l. muto. C. commi. epiſt. per totum. & vide quod dixi j. de reg. iur. actus. poterit tamen propter ſeruitij negligētiam eo iuſtè priuari. ſupra de cleri. non reſi. relatum.

*a Vide duo ſimilia quæ ſcripſi. ſ. de elect. eo. li. licet canon. Ioan. And.*

f *Primis.* ita dicebant prædi. doct. & probabant per. l. ff. de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. ff. de verb. ſig. boues. §. j. ff. de verb. obli. eum qui calēdis. & idem erat ſatis expreſſum per decre. ſupra eo. lib. de offi. ordi. ordinarij. ad fin. ibi dum dicitur, vel ea quæ &c. vt ibi dici.

g *Eundem.* per receptionem ergo tertij vacant duo prima: vt in cle. eo. tit. ſi plures. ADDITIO. quod no. hic Arch. ibi vide in gloſ. ſi intelligas. Ioan. Andr.

*Beneficium tertium recipiens facit duo prima vacare.*

h *Surreptitia.* quod fieret exceptis duobus caſibus. ſupra de reſcrip. gratia. & j. eo. ſi motu proprio. Not. ergo ꝙ ſufficit huic clauſulæ quòd ſuum cōſequatur effectum, & alium non poterit operari. ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter.

*Diuiſio.* SI apoſtolicæ.} Primò ponit factum continēs gratiam legati, & approbationem papalem. Secūdò ibi, certum eſt, ſoluit dubium inſurgens ex facto. rationem interſerens, & dubium fortificans. ratio ibi, cùm ipſa. fortificatio ibi, etiam. Ioan. Andr. Quod hic dicitur, habuiſti. ſupra eo. ſi cum. & emanauit ad declarationem eorum quę ibi dixi: nec eſt differentia in iure: licet in facto videri poſſet: ibi non fuerat obtemperatum literis legati. Item ibi papa mādauit canoniam ſtatim cōferri, præbendā autem cùm vacaret: hic canoniam & prębendā conferri mandat cùm vacabunt: & ſic ibi expectans iam erat in canonicum receptus, hic non. Pro intellectu huius ca. eſt præſupponendū ꝙ quādo in aliqua eccleſia ſunt plures expectantes, vnus auctoritate ordinaria, & alius auctoritate legati, & alius auctoritate apoſtolica, & habent ſimiles gratias: expectans auctoritate apoſtolica, licet ſit poſterior in impetratione, eſt præferendus ceteris. CASVS. Legatus Papę fecit mihi gratiam in eccleſia Picta. quia creauit me canonicum, & mandauit canonicis vt me de facto reciperent in fratrem & canonicum: & præbendam ſi qua vacaret de præſenti, mihi conferrent: alioquin proximo vacaturam.



## Idem.

*Mandatum legati ſuper facienda prouiſione per Papam confirmatum, Papalis gratia eſt cenſenda. Zenze.*

### CAPITVLVM XXII.

SI apoſtolicę ſedis legatus [a] volēs tibi ſuæ legationis [b] auctoritate in certa eccleſia [c] prouidere, canonicatum & præbendam nulli alij de iure debitos proximò in ipſa eccleſia vacaturos collationi ſuę reſeruet, & decernat [d] irritū & inane ſi ſecus ſuper hoc contigerit attentari, certis qui eos [e] tibi conferant cùm vacabunt, executoribus per ſuas literas deputatis: noſque poſtmodum plena de his facta narratione, quod ab ipſo legato factum extitit, ratum & gratum habētes, id auctoritate apoſtolica confirmamus [f], & eiſdem executoribus vel alijs noſtris damus literis in mandatis, vt in huiuſmodi prouiſionis negotio auctoritate noſtra procedant iuxta ipſius legati continentiam literarum: Certum eſt quòd (cùm ipſa prouiſio ipſius legati poſt impertitam à nobis auctoritatem noſtra cenſeatur effecta) omnibus quibus poſtea mādauimus in eadem eccleſia prouideri, etiam ſi canonicatum ipſius eccleſię duxerimus conferendum [g] eiſdem, de iure præferri [h] debebis in prębēda poſtmodū [i] inibi vacatura.

turam. poſteà acceſsi ad Papam, & petij vt ipſe confirmaret geſta per ſuum legatum, videlicet vt mihi confirmaret gratiam à ſuo legato factam. vnde Papa auctoritate apoſtolica confirmauit illam gratiam mihi factam, & mādauit canonicis vt mihi aſsignarent præbendam ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam. Deinde Papa fecit tibi ſimilem gratiam. Nam cōtulit tibi ius canoniæ in eccleſia Picta. & mandauit canonicis vt te reciperēt in canonicum cū aſsignatione præbēdæ. poſtea vacauit quædam præbenda: quæritur cui noſtrū debeatur? Tu ꝓ parte tua allegas quòd tibi, non mihi debetur: quia tua gratia eſt à ſede apoſtolica & auctoritate papæ, mea autem eſt auctoritate legati & non papæ. Ego autem dico quod ex quo mea gratia eſt confirmata per papam, quòd à tempore cōfirmationis dicitur gratia apoſtolica, & non ſolū gratia legati. quęritur an bene dicam? Reſpōdet quòd ſic. & ideo ſi ſum primus in data & in impetratione, præbenda mihi & non tibi debetur. Nota primò quòd legatus in ſuis actibus geſtis virtute legationis, nō debet dicere, auctoritate apoſtolicæ ſedis: ſed auctoritate legationis: quod nota, quia plures vidi in hoc errare. Nota vlterius quòd executores deputati in literis beneficialibus etiam legatorū debent eſſe certi. de quo per gl. in ca. tibi qui. de reſcr. ſ. eod. lib. vbi habetur quid de apoſtolicis. Domi.

*Legatus actus ſuos facit auctoritate legationis.*

a *Legatus.* ſcilicet de latere, alius enim nec conferre nec reſeruare poſſet. ſupra eod. lib. de offic. lega. cap. j.

b *Legationis.* ſi enim auctoritate apoſtolica ſpeciali hoc faceret: non eſſet alia confirmatio neceſſaria. ſupra eod. lib. ij qui. ij. reſponſo.

Gloſ. ſeq. ponit dictum, quod poſtea moderatur.

c *Eccleſia.* in qua eiuſdem legati alia reſeruatio non pendebat. quod dic vt ſupra de offi. leg. c. iij. ad fi. & quod dixi, verum intelligo, niſi etiam id papa ex certa ſcientia confirmarēt eius rei facta plena narratione: vt infra dicitur.

d *Decernat.* No. cōtra opi. modernorū qui dicebāt ꝙ legatus nō poterat decretū apponere, niſi ad id ſpeciale haberet mandatū. Ad idē. ſ. eo. lib. de offi. lega. præſenti. & dicam. j. de conceſ. præben. quia cunctis. ADDITIO. Hanc opi. hic reprobatam tenet Hoſti. in ſum. de offi. leg. §. quid pertinet. ver. irritat. & vide in Spe. tit. ij. §. nunc oſtendens. ver. xxxvij.

e *Eos.* ſcilicet canonicatum & præbendam.

*Exponit, quærit & ſoluit.* f *Confirmamus.* non in forma communi, ſed ex certa ſcientia facta fuit hæc confirmatio. ſ. de confir. vti. vel inuti. cap. pen. Quid dices de vſitata quæſtione, Receptus eſt aliquis proprio motu capituli: impetrat confirmationem à papa per formam ne inane canonici nomen &c. in qua confirmatione papa quod de ipſo factum eſt, confirmat auctoritate apoſtolica, cum clauſula, ſi eſt ita. mandamus etiam executori quòd ſi eſt ita, auctoritate apo. præbēdam &c. pòſt impetrat aliquis canonicatum, & prębendam nulli alij de iure debitā, ſecundum ſtylū ſolitum. vacat modo præbenda. cui debeatur, quæritur. Super hac quæſtione multoties fuit à me petitum conſilium & ſigillum, & dubitās de ea plura lucra reſpui. Sed communiter tenent doctores per hanc decr. & per decre. ſ. eo. tit. & lib. ſi eum. quòd prę̄feratur receptus & cōfirmatus [a]. & bene facit pro eis. ſ. eo. lib. de reſcrip. cum aliquibus. in fi. quod ſatis puto. Ioann. And.

*a Ita tenet de Ancha. quia clauſula de qua in gl. multū confirmat receptionē canonicorū: imò facit illam conſerē papalē. ar. l. quærebatur. ff. de milit. teſta. idem Do. Phil. Font.*

g *Conferendum.* quod plus eſt quàm mandare conferri: vt. ſ. eo. lib. de reſcrip. duobus.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem & ſolutionem.

h *Præferri.* præfertur ergo: & hoc cōſequitur ꝙ gratia ſita eſt perpetua, cùm aliàs ſi cōfirmatio papæ nō interueniſſet, expiraſſet finito legationis officio, ſi ad collationem vacantis proceſſum non fuiſſet. ſ. eo. lib. de offi. le. pręſenti in prin. Et per hoc patet ꝙ cùm per talem confirmationē acquiratur & augmentetur ius, ꝙ talem confirmationem impetrans, de prioribus beneficijs tenetur facere mentionem: & idem dico de recepto proprio motu capituli. ad hoc. ſ. eo. tit. & li. cap. quamuis. & melius eo. tit. c. non poteſt. ſi enim in literis per quas ius iam acquiſitum conſeruatur. & in diſpenſatione ſuper pluralitate, tenetur impetrans beneficiorum ſuorum facere mentionem: multo fortius in literis per quas ius nouum acquirit, & acquiſitum auget eius immutando naturam: vt hic patet. & ſic ſeruat curia [b]. Nam & qui confirmat, donat. ff. de ver. ſig. l. lege obuenire.

*b Vt etiam no. Arch. j. c. prox. vbi dicit Bonifacium ſic reſpondiſſe, ab auditoribus conſultum. Ipſe tamen ibi pius tenuerat contrarium. Ioan. And.*

i *Poſtmodum.* ſcilicet poſt confirmationē & auctoritatem impetratam. ſ. ver. certum eſt &c. ſi qui igitur medio tempore impetrauerunt à papa, ſcilicet poſt reſeruationem & mandatum legati, & ante cōfirmationē: illi præferentur. Plus eſt ergo quoad hoc quādo à principio legatus auctoritate apoſtolica contulit: vt ſupra eod. tit. & lib. ij qui.

## Idem.

*Obſtat taciturnitas obtenti beneficij licet modici, niſi conſtet prouiſionem factā proprio motu Papæ, qui demū intelligitur ſi hoc in litera exprimatur. h. d. Zen.*

### CAPIT. XXIII.

SI motu proprio alicui aliquod beneficiū [k] obtinēti cōferamus aliud, de illo non habita mentione: nō ob hoc [l] gratiā huiuſmodi quæ de noſtra mera liberalitate ꝓceſsit, inualidam volumus reputari.

Secus ſi ad petitionem illius vel alterius pro eodem obla-

SI motu.} Diſtinguit duo membra. Secundum ibi, ſecus. Et primum determinat ibi, motu quoque proprio. Aequa diſtinctio huius decre. Emanauit ad declarationem eorū quæ no. glo. & moderni. ſ. de reſcr. ſi proponente. CASVS. Mihi obtinēti aliquod ſimplex beneficiū papa fecit gratiā: quia cōtulit mihi aliud beneficiū. in impetratione tacui ꝙ haberē aliud beneficium. vtrum literę meæ ad beneficiū ſint ſurreptitiæ? Reſpon. Rom. pont. cū diſtinctione: quia vel papa contulit mihi aliud beneficiū motu ſuo proprio, vel ad petitionem meā cōtulit, vel ad petitionē alterius. primo modo quādo mihi cōtulit beneficiū ſuo proprio motu, tunc literæ meæ nō ſunt ſurreptitiæ: ſed dabitur mihi optio an velim dimittere primū beneficiū, vel ſecundum. Si verò cōtulit mihi beneficiū ad petitionē meā vel alterius, collatio dicitur eſſe ſurreptitia: niſi in ea fieret expreſſa mentio de alio beneficio iam obtento. Sed ſanctiſsime pater, vellē informari à vobis quando cognoſcā ego ꝙ facta fuit à vobis collatio motu noſtro proprio? Reſpō. Rom. pōt. collatio dicitur fieri motu veſtro proprio, quando in collatione noſtra exprimimus ꝙ fuit facta motu noſtro proprio: puta ſi dicamus, nos motu noſtro proprio, nō ad petitionem ſuā vel alterius. aliàs ſi iſta nō exprimātur in literis noſtris, prę̄ſumitur ꝙ fuit facta ad petitionē alterius. No. primò collationem beneficij poſſe fieri etiam non petenti. Ad hoc. ſ. eo. tit. & lib. ſi tibi abſenti.

Nota ſecundò argu. ꝙ quis poteſt impetrare beneficium pro alio abſque aliquo mandato eius pro quo impetrat: & ſic videtur text. hic pro dicto gloſ. de reſcr. nonnulli. in an.

Gloſ. ſeq. quærit, ponit opi. contrarium ſoluit.

k *Beneficium.* quid ſi plura beneficia obtinebat? Dicunt quidā (ſcilicet Ioā. Mo.) hoc locum nō habere, ſed quod ſequitur: vt multitudo beneficiorū vitetur. Sed credo [c] cōtrariū: cū ratio proprij motus adhuc remaneat, ſuper quo fundatur diſtinctio: & ſic eſt hodie terminatū per cle. eod. tit. ſi Romanus. Prę̄terea licet valeāt literæ, nō propterea poterat beneficia retinere: cū per hoc ſecū diſpenſatū nō ſit. ſ. eo. tit. & lib. nō poteſt. in fi. optimè facit. ſ. eo. lib. de reſcrip. gratia. Et per iſtā & illam vides duos caſus in quibus valent literæ, licet de beneficio eius pro quo ſcribitur, mentio non fiat.

*c Idē Archi. Ioann. And.*

l *Ob hoc.* ſ. ꝙ mentio nō fuerit habita. ADDITIO. Quaſi dicat, ex alia cauſa bene poſſet eſſe valida. Multa exēpla de defectu natalium vel ętatis, vitio corporis, bigamia, & ſimilibus, quę licet per viā ſurreptionis partū opponi nō poſsint, oppo-

Universidad de Deusto Biblioteca



tam gratiam huiuſmodi faciamus. tunc enim (quantumcunque modicum [a] beneficium taceatur [b] in ea) ipſam veluti ſurreptitiam vires nolumus obtinere. Motu quoque proprio tunc ſolùm gratia fieri cenſeatur, cùm hoc expreſsè [c] cautum fuerit in eadem.

Idem.

*Collatio facta motu proprio papæ pluribus beneficijs in eadem eccleſia vacantibus ſimul, intelligitur facta de pinguiori. ſed ſi beneficia ſunt æqualia, ad eum ſpectat electio cui gratia eſt conceſſa. Collatio verò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur: ſi ſint æqualia, eligit qui aliàs conferebat: quo negligente, alius eligit: & etiam econtra hoc dicit ſecundum Zen.*

CAPIT. XXIIII.

SI pluribus ſimul in aliqua eccleſia vacantibus [d] dignitatibus vel præbendis, nos de hac vacatione incerti [e], dignitatem [f] vel præbendam (ſi qua nulli alij de iure debita in ipſa vacat eccleſia) cuiquam in genere conferamus: Gratiam huiuſmodi, ſi motu proprio [g] eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio pleniſsima in eadem, referri volumus ad dignitatē vel prębendam quę inter illas maioris [h] cenſetur eſſe valoris: ſeu (ſi ſint forſan æquales) ad eā quā is cui cōferim⁹, intra decēdiū poſt habitā de dicta vacatione notitiā [i] duxerit eligēdā. Si verò ad petitionē alteri⁹ [k] ipſa gratia fuerit per nos facta: eam (vt hoc caſu prout iuri [l] cōgruit, reſtringatur) ad illā quæ minoris [m] valoris exiſtit, ſeu (ſi ſit æqualitas in eiſdem) ad eam quam is ad quē ipſarum ſpectat collatio intra dictum tēpus [n] elegerit [o] poſtquam ſibi huiuſmodi gratia erit nota, decernimus referendam. Alterutro quoque ipſorum (prout ad eam pertinet) intra tempus debitum eligere negligente, ad alium extunc electio liberè deuoluatur [p].

Idem.

*Motus proprius non operatur diſpenſationem.*

opponuntur tamen per viam iuris communis, cum proprius motus talium diſpenſationem non faciat. Et decret. eam te. de æta. & qua. in ant. dicit tales per literas apoſtolicas nō recipiendos, non diſtinguendo an fuerint vel nō propria motu datæ: & adde quod in text. dixi in iiij. gloſſ. Ioann. Andr.

a Modicum. opinio ergo Ber. quam conſuetudo curię approbat, per decret. iſtam etiam approbatur, & reprobatur opin. G. Na. Inn. & ſequaciū. quæ ibi not. diſtinguendū inter tacentem mentientem: vt in primo caſu valerent literę ſi modicū erat beneficiū: in ſecundo non. Vincentius & Gof. diſtinguebant [a] ſupra eo. cum teneamur. ſupra de reſcri. poſtulaſti. inter tacentem tale beneficium per ſimplicitatem: vt tunc valeat reſcriptū. vel per dolum: & tunc non valeat, per decr. de reſcript. in anti. ſuper literis.

*a Dic tu ſimpliciter: quia reſcriptū nō valet: ex quo taceatur illud quod iure iubēte exprimēdum eſt. no. c. dudum. ſupra e. Do. Fon.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium.

b Taceatur. indiſtinctè intelligo. cùm enim ius non diſtinguat, nec ego diſtinguam. vnde ſiue per malitiā, ſiue per ſimplicitatē taceat, [b] locum habeat hæc decret. illam tamen diſtinctionem approbat Inno. & Compoſt. ſupra de reſcrip. poſtulaſti. per decret. eod. tit. ſuper literis, quæ in literis ad lites loquitur, non in gratioſis. Idem Archid.

*b Nō dicit per ignorātiam, propter decre. gratia. ſupra eo. lib. de reſcrip. Ioan. And.*

c Expreſſè. concor. ſupra eod. lib. de reſcrip. cum aliquibus. ſupra eod. tit. & lib. c. ij. ad fi. vnde dico quod licet probaretur quòd papa proprio motu collationem fecit: ex quo non exprimitur in literis, locum habeat ſecundum dictum, & nō primum. quid enim ſcimus? fortè papa ante annum rogatus fuerat pro illo. ſufficit ita ſcriptum eſſe. ff. qui & à qui. l. proſpexit. vj. q. iij. ſcriptum. ADDITIO. Et econuerſo: quia ſi papa exprimit quòd motu proprio: quantumcunque aduerſarius velit probare quòd ad impetrantis vel alterius inſtantiam hoc fecit papa, non audietur propter rationem gloſſ. & quia id eſſet papam arguere de mendacio: quod non licet. & vide quod not. in clemen. de proba. literis. in gloſſ. antepen. Ioan. And.

*Diuiſio.*

SI pluribus.] Primò ponit thema: ex quo dubium oritur, quod diſtinguendo ſoluit ibi, gratiam. Secundum membrum proſequitur ibi, Si verò. & in vtroque rationem reddit, & ſubdiſtinguit: & in membris ſubdiſtinctis negligentiam punit: ibi, Alterutro. Declaratur hic dominicalis quęſtio Bart. Brixi. quæ incipit, epiſcopus quidam promiſit auctoritate domini papæ. & vtitur hic papa æquitate, & ſupra proxi. decreta. ADDITIO. Et ſcias quòd bona fuit, ſed non ſufficiens hæc prouiſio: vt patebit per ea quæ dicam ſuper ver. cuiquam. ſuper. ij. gloſſ. Ioan. And. CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictauen. vt mihi prouideret de dignitate ſi qua vacaret in ſua diœceſi, alioquin de proximo vacatura. tempore illo vacauerunt tres vel quatuor dignitates. certum eſt quòd non poſſum habere niſi vnam. epiſcopus Pictauen. vult mihi conferre vnam: ego autem peto aliam. quæritur cui dabitur optio? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione; quia aut illæ dignitates ſunt diuerſi valoris, aut ſunt æqualis valoris. Si ſunt diuerſi valoris, eſt ſubdiſtinguendum: quia vel papa fecit mihi gratiam motu proprio. & tunc mihi debetur dignitas pinguior, & maioris valoris. Si autem papa fecit mihi gratiam ad mei poſtulationem vel alterius, tunc mihi non debetur niſi dignitas minoris valoris. Si verò dignitates ſint æqualis valoris, tunc eſt in optione epiſcopi quam voluerit mihi conferre. quod verum eſt, quando collatio eſt mihi facta per papam ad mei requeſtam vel alterius: quia ſi eſſet mihi facta collatio per papam motu ſuo proprio, tunc daretur mihi optio: & intra decem dies potero eligere dignitatem quam voluero. & iſti decem dies non currunt niſi à tempore notitiæ. Et eſt hic text. quòd decem dies ad appellandum non currunt niſi à tempore notitiæ. capit. concertationi. alleg. in gloſ. Nota primò quòd in dubio papa conferendo beneficium non intendit tollere ius quod primitus in illo alteri competebat ſupra de reſcri. quāuis. Nota ſecundò quòd vbi datur ęqualitas inter duo, quorum alterum tantùm eſt debitum, electio eſt illius cui debetur in materia fauorabili ſibi: ſicut eſt quādo motus proprius exprimitur. Domi.

d Vacantibus. idem eadem ratione puto quando ſcriberetur de prima vacatura, & duæ ſimul vacarent, ita quòd neutra primò.

e Incerti. quia ſi certus fuiſſet, expreſſiſſet quam dari voluiſſet. ADDITIO. Dato tamē quòd certus fuiſſet: ex quo non declaraſſet, ſtaretur huic definitioni. Ioan. And.

f Dignitatē vel præbendam. non ſunt iſta verba literarū [c]. Sed mandauit de dignitate prouideri: & plures dignitates vacāt: vel mādauit de prębenda: & plures vacant præbendæ. Ioann. Andreæ.

*c Eſt ergo hæc alternatiua canonis, non hominis. ſi ff. ex quibus cau. ma. l. ſi quis ſtipulatus. in prin. Ioan. And.*

g Motu proprio. quod non intelligitur niſi id in gratia exprimatur: vt ſuprà capitulo proxi. in fin. illud enim omni caſu locum habet, & generaliter loquitur.

*Mot⁹ propri⁹ nō intelligitur, niſi id in gratia exprimatur.*

h Maioris. maioritas conſiſtit in multis. quod dic vt ſ. de teſtib. ſuper eo. ij. & no. ſ. de reſcrip. ſedes. hic autem inſpici iuſsit maioritatem valoris. ſcit enim quòd clerici hoc magis cupiunt. ſuprà de cler. nō re. quia nonnulli. ſupra eo. auaritiæ. excæcantur ergo auaritia, vt ſuprà eod. lib. de electio. auaritiæ cæcitas.

i Notitiam. non ergo currit ignoranti, ſicut nec decendiū datum ad appellandum. ſuprà eo. lib. de ap. concertationi. ſi. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Ioan. And.

k Alterius. ſcilicet ipſius cui ſit, vel alterius: vt ſuprà cap. proximo.

l Iuri. ſuprà eod. tit. & lib. quamuis. & c. non poteſt.

m Minoris. j. de reg. iur. in obſcuris. ſuprà dę cenſi. ex parte. ff. de leg. ij. l. nummis.

n Dictum tempus. ſcilicet decem dierum.

Gloſſa ſequens allegat tres concord. & ſoluit.

o Elegerit. tunc ergo det quam vult, & ſit liberatus: vt. ff. manda. l. fideiuſſorem. ff. de leg. j. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. C. de dona. ſi quis argentum. §. j. Et nota quòd in iſto caſu & ſupra proxi. reſeruatur optio tunc ſolùm quando eſt æqualitas: vt tunc in primo caſu eligat is pro quo ſcribitur: in ſecundo is qui conferre habet, vnde non puto quòd in primo caſu quando eſt inæqualitas poſsit conferri minori, nec in ſecundo maiori. perinde enim eſt, ac ſi primo caſu papa expreſsiſſet de maiori: ſecundo verò de minori. ſicut ergo ſi expreſſum eſſet, mutari non poſsit. j. eod. cui de non ita nec hic [d], cùm habeatur pro expreſſo per hanc declarationem. Idem Archidiaconus.

*d Placet doct. Fon.*

o Elegerit. ſi. ſuprà de reſcrip. duobus.

p Deuoluatur. ſi ſuprà eo. lib. de conſuetud. ca. vlti. in fin. & ſuprà eodem, ſi tibi. ff. de legā. ij. ſtatuliberum. §. Stichum. & quod not. de reſcript. inter cætera. in gloſſ. penulti. Ioan. And.

*Diuiſio.*

CVm in eccleſia.] Decidit caſum dubium, duplicem rationem interſerens. Et prima ratio ibi, ne contra. ſecunda ibi, & dictus. Ioan. Andr. Approbatur quod not. Hoſtienſis ſuprà de conceſsione præbendæ, cap. poſtulaſtis. in fine. & ponit terminos in eccleſia Ebredunenſi. {Vide quod nota. xiij. diſtinctione cap. ij. de canonico electo in epiſcopū, qui retinet



*Non debetur expectanti præbenda quæ per epiſcopi præbendarij mortem vacat. h. d. ſecundum Zenze.*

CAPITVLVM XXV.

CVm in eccleſia tua quæ duodecim canonicorū, & tredecim præbendarum [a] habet numerum, conſuetudinē [b] eſſe proponas, vt epiſcopus qui eſt pro tempore, vocē habeat in capitulo tanquā canonicus, licet canonicus nō exiſtat, & vnam de dictis prębendis ſicut vnus canonicus obtineat in eadem: certum eſt eum cui auctoritate apoſtolica prouideri mādatur de prębenda nulli alij de iure debita proximo in ipſa eccleſia vacatura, prębendam quam per mortem epiſcopi vacare contingit: ne contra dictam conſuetudinem [c], cui per præfatū mandatū non intelligitur derogari, futur⁹ epiſcopus præbenda careat, & dictus canonicorum numerus amplietur, habere non poſſe: ſed expectare debere quouſque vacet alia, oportebit eundem.

Idem.

*Per adeptionem ſecundi beneficij curati cuius fructus alter ex cauſa percipit, non vacat primum. Ioan. And.*

CAPITVLVM XXVI.

SI tibi conceſſo à nobis vt fructus [d] beneficiorum quæ vſque ad certum tempus in tua vacabunt diœceſi, percipere valeas pro ſoluēdis debitis [e] quibus eſt tua eccleſia

retinet præbendam. quod ſecundum Laur. ſeruatur in eccleſia Compoſt. & vide quod not. Hoſtien. in ſum. eod. titul. §. cui ſit. verſi. beneficium ſeculare. Archid.} Habes hic caſum quo vacat præbenda, & non debetur primo expectanti. & de hoc dixi ſupra eodem. quia ſæpe. in fine. ADDITIO. Item Archidiaconus. Pro intellectu iſtius cap. eſt præſupponendū illud quod habetur in cap. à collatione ſupra de appel. iſtomet libro: videlicet quòd epiſcopus poteſt eſſe in capitulo tanquam canonicus, & habere vocem in capitulo: aliquando vt prælatus, & tunc non habet vocem: vt ibi dicitur. CASVS. Ponamus ꝙ in eccleſia Picta. fuit obſeruatum per longum tempus & ſufficiens ad introducendū cōſuetudinem, ꝙ epiſcopus haberet vocem in capitulo tanquam canonicus, licet non eſſet canonicus: & quòd haberet vnam præbendā vt cæteri canonici: quia in illa eccleſia erant tredecim præbendæ, licet non eſſent niſi duodecim canonic. poſtea papa mihi contulit canonicatum in ipſa eccleſia, & mandauit canonicis vt me reciperent in fratrem & canonicum, & præbēdam ſi qua vacaret mihi conferrent, alioquin proximo vacaturam. Accidit quòd epiſcopus mortuus eſt, & ſic vacauit ſua præbenda: quæritur nunquid virtute meæ gratiæ poſſum illam præbendam petere? Certè non: ſed debeo expectare quouſque præbenda alicuius canonici vacet: nam papa non intendit per meam gratiam derogare conſuetudini illius eccleſiæ. & cùm per conſuetudinem eccleſiæ illa præbenda debeatur futuro epiſcopo, non poſſum illā petere. Nota primò quòd eccleſia poteſt dici epiſcopi. quod intellige quo ad adminiſtrationem, non quo ad proprietatem. de dona. c. ij. Nota ſecundò arg. quòd conſuetudine induci poteſt vt quis habeat principalem prælaturam eccleſiæ & canonicatum in eadem. de quo aliquid infra. Domi.

a Tredecim præbendarum. eſt ergo in eccleſijs interdum reperire maiorem numerum prębendarum quàm canonicorum: vt hic, & ſuprà de mag. cap. pen. ADDITIO. Sic econuerſo. de conſtitu. cum M. ſupra eod. relatum. Ioan. And.

b Conſuetudinem. valet talis conſuetudo: vt in prędicta decret. poſtulaſtis. & ſupra eodem libro de appella. à collatione.

Gloſ. ſeq. format quęſtionem. arguit negatiuè. contrarium ſoluit.

c Dictam conſuetudinem. no. ar. ad quæſtionem Mediolan. Cōſuetudo eſt Mediolani, quòd archiepiſcopus confert beneficia omnium clericorum vacantia per vxorationē vel interfectionem ipſorum clericorum. Vel pone, eſt conſuetudo in aliqua eccleſia ꝙ canonicus electus in epiſcopum conferat canonicatum ſuum & præbendam. eſt expectans auctoritate apoſtolica. vxoratur vel interficitur clericus, vt in primo caſu: vel promouetur canonicus in epiſcopum, vt in ſecundo. executor confert expectanti præbendam. archiepiſcopus vel epiſcopus cōfert. quæritur quis ſit potior? Videtur quòd papa non intendat derogare conſuetudini, vt hic: & ſic non valet executoris collatio [a]. Ad hoc ſupra de conſtit. cap. j. Sed certe ſatis credo quòd valeat: quia papa intēdit iſti prouidere de prima vacāte ad quemcunque ſpectet collatio, ſiue iure, ſiue conſuetudine, ſiue priuilegio. quod probatur ſupra eod. dudum: & infra eod. quamuis tibi. hic autem duo concurrebant: quia infringebatur conſuetudo, & augebatur numerus: & ratione connexitatis illa præbenda debetur epiſcopo. ſupra eod. quia ſæpe. Credo autem ſatis probari per hanc decre. quòd ſi. xiij. ſunt præbendę in eccleſia, & xij. canonici: quia alteri annexum eſt onus magnum: quòd ſi illa præbenda vacat, non debeatur expectanti. Conſuetudini ergo per quam præbenda alteri debeatur, non derogatur: ſed conſuetudini per quam præbēda ad collationem alterius pertineat, derogat papa, vbi determinatè non ſcribit ad collationem talis. ad hoc infra eod. tit. cap. vlti.

*Impetrant auctoritate apoſtolica præfertur obtinēti collationē ab alio: licet ille ex cōſuetudine vel alio iure ſpeciali cōferat.*

*a Hoc tenet Io. Mo. dicens ſe ſic in ſecundo caſu ſententiaſſe. alle. ff. de contrahē. emp. fiſtulas. §. ſi. C. de fr. omnes iudices. inſi. j. de re. per.*

SI tibi. Diuiſione non eget. Ioann. And. Vel dic: ponit thema ex quo ſurgit dubitatio, & illam decidit ibi, Aequum eſt. Et prò declaratione textus præmitte quod habes ſupra eod. de multa. Do. Emanauit hæc decr. ad declarationem decre. de multa. ſupra eo. tit. ADDITIO. Et dicit Ioan. Mo. ꝙ iſta decre. & decre. ſi propter de reſcript. ſupra eo. lib. ponunt quaſi idem thema: licet ad diuerſas cōcluſiones. Item per ſequētia patet quòd epiſcopo loquitur: licet idem in quolibet alio propter identitatem rationis. Ioan. Andr. Pro intellectu huius ca. eſt pręſupponendum illud quod dicitur in cap. de multa. eod. titu. in ant. & in extrauag. Io. xxij. quæ incipit, execrabilis. videlicet ꝙ ſi alicui obtinenti beneficium curatum cōferatur aliud beneficium curatū, & illud acceptet: poſt adeptam pacificam poſſeſsionē ipſo iure vacat primū: ita quòd epiſcopus poterit illud alteri conferre. CASVS. Cum epiſcopus Pictauen. eſſet grauatus mole debitorum, acceſsit ad apoſtolicam ſedem, & à papa impetrauit gratiam, vt ipſe perciperet fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in ſua diœceſi: vt inde ex illis fructibus poſſet ſoluere ſua debita. accidit quòd vacauit eccleſia parochialis. epiſcopus Pictauen. primo mihi obtinenti aliud beneficium curatum, contulit iſtam eccleſiam parochialem: quam acceptaui, & adeptus fui poſſeſsionem. nunquid pendente anno quo epiſcopus Pictauen. percipit fructus illius eccleſiæ, cenſebitur meum primum beneficium vacare, ita quòd poſsit alteri cōferri per epiſcopū? Reſpondet Rom. pont. dicens quòd æquitati conſonum eſt, vt pendente anno quo epiſcopus percipit fructus beneficij curati, non vacet primum. nam cùm ego non percipiam fructus iſtius beneficij, nō dicor plenè habere poſſeſsionem illius ſecundi beneficij: ideo licitè potero retinere primum beneficium. & ſic iſtud cap. declarat. c. de multa. alleg. No. primò arg. quòd in priuilegijs appellatione beneficiorum comprehenduntur etiam curata. vide de verb. ſign. cap. penult. in ant. Not. ſecundò caſum, in quo quis ſimul poteſt retinere titulos duorum beneficiorum curatorum abſque diſpenſatione. Domi.

*ma. c. vno. hoc etiam olim tenuit Archid. ſed poſtea mutauit tenēs quod ſequitur. Ioann. And.*

Gloſſa ſequens not. duo. ex ſecundo infert obiectionem, & remittit.

d Fructus. No. quia alia eſt iſta conceſsio ab illa quam habes ſupra eod. lib. de reſcrip. ſi gratioſè. ibi enim conceſſum fuit de beneficijs: hic autem de fructibus. hoc dico: quia in illo caſu virtute indulgentiæ non vacant beneficia: hic vacant: & neceſſe eſt illa debito tempore conferri: aliàs locum haberet Late. concil. vt ſupra. vt eccle. benefi. vt noſtrum. & no. de magiſtris. c. pe. in vlt. gloſſ. & Hoſtien. in decret. ſuprà de verb. ſig. c. penul. Et intellige quòd ſi aliqua ſint onera incumbentia: ille qui fructus percipit, habet illa ſubire. quod dic vt ſupra eod. lib. de offic. ordin. præſenti. §. porro. & per extrauagan. Ioan. ſuſcepti. de qua ibi dixi. Ioan. And. Quos autem fructus talis habere debeat, & quot dies habeat annus hoc caſu, dixi ſuprà eodem lib. de reſcript. ſi propter. Et per illum. §. porro. ſatis videtur iſta decretalis & eius ratio eſſe ſuperflua: cùm miniſter debeat expenſas habere. quare ergo non vacat primum: ex quo de ſecundo recipit ſaltem victum? Sed potuit eſſe ratio quam dixi in gloſſa quia non eſt.

e Debitis. ad idem ſuprà de verborum ſignificatione, capit. penult. ſupra eodem lib. de reſcriptis, ſi propter. & idem ſi propter aliam cauſam. ADDITIO. Etiam ſi non reſpiciat eccleſiam, ſed notabilitatem vel prærogatiuam perſonæ. facit ſuprà eodem, de multa. in fin. Archidiaconus ponit exemplum de guerra, litigio, longa peregrinatione, magna emptione, & qualibet paupertate ſine culpa. allegat ſuprà de cenſib. cùm apoſtolus. de donat. apoſtolicæ. de relig. do. capit. ij. decimaſexta quæſtio. j. & temporis. ſecūdum Hoſtien. Ioan. And.

Onerata

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



a *Onerata.* ad quæ ſoluenda tenebatur eccleſia: ex quo nomine eccleſiæ & pro eius vtilitate erant contracta. ſuprà de ſol. cap. j.

b *Te.* vel alium: quia idem iuris, cùm eadem ſit ratio. & facit quod dixi ſupra eodem tit. ſi tibi.

oncerata [a], beneficium vacans poſtmodum curam habens animarum annexam alicui ſimile beneficiū obtinenti te [b] conferre contingat: Aequum eſt vt quandiu fructus ipſius perceperis, primum non debeat reputari † vacare [c].

Idem.

*Cum mandatur alicui non ſacerdotalis vel integra vel certi valoris conferri præbenda: ſacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiam volenti conferri non poterit.*

CAPITVLVM XXVII.

Cvi de non [d] ſacerdotali præbēda prouideri mādatur: ſibi etiam voléti ſacer-

Gloſ. ſeq. rationē reddit, dat ſimile, ſubdit cautelam, deinde quærit, arg. negatiue, ſoluit cōtrarium, ad queſtionem obiicit & ſoluit.

c *Vacare.* quia non eſt adhuc adept[us] plene: quia licet beneficium habeat, fructus non habet: & ſic non videtur plene tranſlatus. xxj. quæſt. ij. ſi quis iam tranſlatus. nam licet res data ſit, vacua poſſeſſio tradita nō eſt. ff. de vſur. ſi ſtipulatus. j. reſpō. & ſic ad plenum recepiſſe non videtur. ad hoc. ff. commo. l. iij. ij. reſponſo. Et idē credo de decreta. cū in cunctis. ſcilicet ꝙ ſi elapſum eſt tēpus de conſecrandis epiſcopis, vel iam eſt conſecratus: beneficia priora tenebit, ſi fructus epiſcopatus alteri ex cauſa debeantur eadem ratione. Et cautè faciet epiſcopus qui talem indulgentiam habet, ſi beneficium vacans conferat aliàs beneficiato. pone enim quòd habere debeat fructus primi anni: primo anno habebit fructus ſecundi beneficij: ſecundo anno vacabit primum, & tunc habebit fructus primi, ſi adhuc durat indulgentia. Sed quæro: nunquid iſte teneatur intra annum promoueri? Et videtur quòd non, per iſtud cap. nec videtur poſſeſſionem adeptus vſquequaque, nec integrè. & facit ſuprà de elect. cum in cunctis. §. cùm verò. ibi, hoc quidam [a] tenent aſſertiuè. Sed contrarium credo, & dico quòd bene currit tempus ex quo habet exercitium curæ animarum liberum & pacificū. ad hoc ſupra eo. lib. de elect. commiſſa. §. j. [b]. Propter illud enim ordinari debet. Ad decre. cùm in cunctis. §. cùm verò. ibi, eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem &c. dico quòd adminiſtrationem iſte habet, licet fructus non habeat. facit pro hac parte. ſupra eod. lib. de elect. licet canon. ibi, vt gregis ſibi crediti &c. Ité quid dices in parochiali eccleſia vbi non eſſet aliquis redditus: puta quia dos eius chaſmate vel alluuione periſſet, nónne teneretur rector eius promoueri? Dicā igitur ꝙ qui tale beneficium recipit, ſibi imputet. xcj. diſt. clericus victum. Sed opponés quòd quæſtio non procedit, ex quo habebat primum beneficium quod retinet, ſaltem ratione primi promoueri tenetur. Dico quòd procedit: pone quòd prima eccleſia curata ſit collegiata: vt ſupra eod. de elect. ſtatutum. eod. lib. vel ſuper illa fuerit diſpenſatum. vel pone ſimpliciter non fecit ſe promoueri, priuatus eſt prima: nunquid & ſecunda? vnde bene procedit quæſtio. Speciale igitur ſtatuitur in hac decr. ne clerici mendicare cogantur, quòd primum beneficium ſimile non vacet: ſed ne pereant animæ, nihilominus promoueri tenetur: vt ſupra dixi.

*† No. bene ſecundum doc. quòd in veritate vacet, per c. de multa §. eo. nō poterit ergo iſtud ſecundum beneficium à ſe reijcere, argum. reg. quod ſemel. Font.*

*Bona cautela.*

*a Ioā. Mo. hic & ibi.*

*b Idem ibi Archid.*

*Promotus ad curatū debet intra annum ad ordines promoueri, licet eccleſia nullos habet redditus.*

CVi de non. Tria ſunt dicta quæ patent per paragraphos: & finis omnia reſpicit. Ioan. And. Pro intellectu huius cap. præſupponendum quòd in quibuſdam eccleſijs aliquæ ſunt præbendæ quæ dicuntur ſacerdotales, aliæ diaconales, aliæ ſubdiaconales. & iſtud fuit introductum vt melius poſſet deſeruiri diuino cultui: hoc eſt, aliquæ ſunt præbendæ ad quas nullus promouetur niſi ſit ſacerdos: aliæ diaconales ad quas diaconi promouentur: aliæ ſubdiaconales quæ conferuntur ſubdiaconis. Item præſupponēdum ſecundò, quòd in aliquibus eccleſijs, ſicut eſt in eccleſia Pictauen. aliquæ ſunt præbendæ integræ, aliæ ſunt dimidiæ præbendæ: quia canonicus habens illam dimidiam præbendam percipit medietatem fructuum alicuius præbendæ. CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictauenſ. vt mihi prouideret de aliqua præbenda non ſacerdotali in eccleſia Pictauen. accidit quòd vacauit aliqua præbenda ſacerdotalis: vtrum epiſcopus virtute meæ gratiæ poſſit mihi illam conferre? Certè non. Sed quid? papa mandauit epiſcopo Pictauen. vt in ſua eccleſia in qua erant præbendæ integræ, aliæ dimidiæ, mihi conferret præbendam integram: vtrum poſſit epiſcopus mihi conferre integram præbendam? Reſpondet quod non. Sed ponamus quòd papa mandauit mihi prouideri de præbenda

A valoris centum librarum: vacauit nunc aliqua præbenda minoris valoris, vt puta valoris quinquaginta librarum: vtrum poſſit de illa mihi prouideri? Certè non. Et rationem horum ponit Romanus pontifex. nam fines mandati apoſtolici ſunt diligenter obſeruandi. in. l. diligenter. ff. manda.

dotalis auctoritate mandati huiuſmodi cōferri nequibit. Similiter ſi in eccleſia in qua integræ ac dimidiæ [e] prębendæ habentur, mandetur integra [f] conferri præbenda: quāquam ille pro quo ſcriptum extitit, dimidia velit eſſe contentus, ei de ipſa non poterit prouideri [g]. Idem cum iniungitur prouideri alicui de præbenda [h] certi valoris, vt in

B præbēda minoris valoris etiā illo volente mandatum non poſſit adimpleri. Non enim huiuſmodi mandata (quorum fines diligenter [i] ſeruari oportet) debet ad caſus alios quàm expreſſos extendi.

ideo mandatum apoſtolicum non debet extendi extra caſus expreſſos in reſcripto. Nota primò quòd quandoque in eccleſia præbendæ annectitur ordo ſacerdotalis. ad hoc clem. vt hi qui. de æta. & qualita. Nota ſecundò quòd in mādato cuius forma eſt obſeruanda, non poteſt illa omitti, etiam de partium conſenſu. Domi.

d *Non ſacerdotali.* iſtud videbatur in eius fauorem appoſitum: vt non compelleretur eſſe ſacerdos: & tamen in eius læſionem retorquetur, ita quòd etiam ſi volet, ſacerdotalem habere non poterit. & ratio eſt in fin. cap. & vide quod dixi. j. de reg. iur. quod ob gratiam.

*Dubium apertū.*

e *Dimidiæ.* ſi vna præbenda diuideretur in duas: quælibet per ſe diceretur integra. ſupra eodem maioribus. & capit. vacante. ſed hic vna præbenda diuidebatur in duas. vel erant ibi præbendæ quæ ſic vocabantur integræ & dimidiæ: quia medietatem redituum forte habebāt reſpectu integrarum.

f *Integra.* quid ſi ſimpliciter mandetur prouideri de præbenda? Dic [c] ſi illæ præbendæ dimidiæ ſunt diuiſæ: quia pars à toto iam ſeparata non eſt pars, ſed totum: tunc de dimidia poterit prouideri [d]. vt ſic aliud ſit de integra ſcribere, & aliud ſimpliciter ſcribere. ad hoc infra eod. tit. ei cui.

C ſed ſi aliàs nulla eſſet diuiſio, ſed vna præbenda diuideretur in duas: ſecus crederem, cùm tunc non de præbenda, ſed de dimidia prouideretur. ad hoc. ff. de leg. Caius. §. j. Ioā. Andr.

g *Prouideri.* vide. j. in tex. ibi, Non enim &c.

h *De præbenda.* & tunc de penſione prouideri non poterit: vt ſupra eod. tit. & lib. quamuis. j. reſpon.

i *Diligenter.* ff. mand. diligenter. & ſupra de reſcript. cum dilecta. ADDITIO. Alleg. Ioan. Mo. ff. de acqui. hæred. l. ſi quis mihi bona. §. pater filio. Archidiac. alleg. de reſtitu. ſpolia. cap. ſi. Ioan. Andreæ.

*c Idé Ioā. Mo. qui dicit ſe ſic ſententiaſſe. & idem Archi.*

*d Placet Do. ſi illa diuiſio ſit facta ante datam literarū. ſecus ſi poſt: quia literæ beneficiales non extenduntur ad creata poſt datā. cle. ſi. de reſcrip. Fē.*

Licet epiſcopus. Primò dicit beneficium de iure vacans conferri poſſe poſſeſſore non vocato. Secundò in danda poſſeſſione dicit illum vocandum: ibi, Illum tamen. Ioann. And. Edita fuit ad declarationem decre. de multa. ſupra eodem tit. & ad probationem eorum quæ ibidem not. Innocent. & Hoſtien. & quæ not. Gulielm. ſuprà de elect. licet canon. ADDITIO. Et Compoſt. de reſcrip. capitulum. in gloſſ. mag. verſicul. Item quæritur vtrum executor datus. & verſicul. ſequentibus. Ioan. And. Præmitte quòd habens beneficium curatum, & obtinens ſecundum, ipſo iure

D eſt priuatus primo: & liberè poteſt conferri. ſupra eodem de multa. hic declaratur quid importat verbum, liberè. Domi. Iſtud cap. venit limitatiuè ad cap. de multa. eod. tit. in ant. vbi dicitur quòd ſi alicui obtinenti beneficium curatum, vel dignitatem, vel perſonatum, conferatur aliud ſimile beneficiū incompatibile, & adeptus fuerit poſſeſſionem pacificam: vacat primum beneficium, dicitur in cap. commiſſa. de elect. ſupra iſto lib. quòd etiam ſi ſteterit per ipſum cui eſt collatum ſecundum beneficium, quo minus adipiſcatur poſſeſſionem pacificam: vacat primum beneficium ac ſi apprehendiſſet poſſeſſionem pacificam: & poterit epiſcopus primum beneficium conferre alteri idoneæ perſonæ. ſed vtrum epiſcopus poſſit iſtum cui contulit primum beneficium quod vacat per adeptionem alterius beneficij incompatibilis, inducere in poſſeſſionem realem abſque cognitione cauſæ? Reſpondet ꝙ non: imò debet epiſcopus facere citari primū poſſeſſoré, & ipſum audire ſuper iure ſuo quare retineat primū beneficium, cùm adeptus fuerit poſſeſſionem pacificam ſecundi beneficij: qui niſi alleget aliquam cauſam rationabilem, poterit epiſcopus inducere iſtum cui ſecundo contulit illud beneficiū, in poſſeſſionem realem ipſius beneficij.

Nota



Nota primò quòd per ſolam beneficij collationem non dicitur quis acquirere ipſius poſſeſſionem. Not. ſecundò ꝙ licet quis poſſideat prima facie contra ius rem, tamen non poteſt ab ipſo poſſeſſio auelli illo non vocato. Dom.

a *Epiſcopus.* vel quilibet alius ad quē collatio pertinet, cùm eadem ſit ratio. & cō cilium indiſtinctè loquitur. is quoque ad quē prioris decr. &c. cui verbo declaratiue venit hæc decre. vt ſupra dixi.

b *Eandem.* ſic ſuprà eo. lib. de elect. commiſſa. §. j.

Gloſſa ſequens dubium ſoluit, & rationem reddit.

c *Conferre.* Nota ex hoc tex. quòd decre. illa. ſupra de elect. c. vlt. e. lib. licet in cōfirmationib[us] locū ſibi vendicet, nō tamē in collationibus: vnde vides quòd nō facta aliqua vocatione, poteſt fieri collatio. ad idem facit ſupra eodem titu. & lib. cū in illis. §. cùm autem. & bene dicit textus, de iure conferre: quia iſtud eſt regulare [a] quòd rem ad collationem meam ſpectantem, vel ius quod in ea habeo, donare vel quocūque alio titulo in alium transferre poſſum, detentione alterius non ob. ff. de reg. iur. qui poteſt. Cod. de hæretic. vel ac. ven. per totum. ff. de contrahen. emp. qui tabernas. ad hoc. ſupra eod. venerabilis. ſuprà de feu. c. ij. de poſſeſſione autem fiet quo. l. ſequitur.

*a Idē Do. ſuit glo. c. cū noſtris. de conceſſ. præb. Fon.*

Idem.

*Secundo beneficio curato effectualiter adepto, primum cōſimile eius poſſeſſore irrequiſito conferri poteſt: non autem eius poſſeſſio dari, ſecundum Zenze.*

CAPIT. XXVIII.

Licet epiſcopus [a] beneficium quod cum animarum cura tenebas (poſtquam aliud recepiſti conſimile, ac ipſius poſſeſſionem pacificam habuiſti, vel per te ſtetit quo minus haberes eandem [b]) poſſit alteri de iure conferre [c]: Illum tamen cui contulerit, non debebit te non vocato [d] (cùm tibi forſan ius poſſit competere retinendi [e]) in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem.

Gloſ. ſeq. fortificat textum.

d *Tu non vocato.* non ergo remouebitur poſſeſſor à ſua poſſeſſione vel quaſi ſine cauſæ cognitione [b]: ex quo titulo poſſidet, licet iniuſto. xvj. quæſtione quarta. volumus. & ſic intelligitur de conceſ. præbend. cum noſtris. de reſtit. ſpol. in literis. de cauſ. poſ. cap. ij. in ant. & eſt expreſſum. Cod. de rei ven. l. fin. Hinc eſt quòd vſufructuarius vſufructu finito non poteſt à quaſi poſſeſſione expelli: immo contra eum agetur negatoria, vel ex cautione de reſtituenda re præſtita. ff. ſi vſuſfru. peta. l. vti frui. j. reſpon. ff. vſufr. quemadmodum caue. l. j. §. hoc autem. agat ergo is cui collata eſt eccleſia, vt ſibi tradatur poſſeſſio: in quo procedetur ſummarie poſſeſſore vocato. Cod. ſi per vim vel alio modo. l. vlti. {Alleg. Archid. ſupra de reſtit. in integr. cum ex literis. ad fin. ff. de requi. reis. l. ij. & iij. quæſt. ix. indicas. Ioan. And.} Nemini enim licet rem etiam ſuam ſua auctoritate occupare. Cod. vnde vi, ſi quis in tantum. xvj. q. vj. placuit. ſupra eod tit. & lib. eum qui. ij. reſpon. ad hoc ſuprà de diuor. porrò. Et quod hic dicitur, idem intelligo ſecundum prædictos doctores in omni eo caſu in quo priuatus eſt quis ipſo iure pone in terminis. ſuprà de elect. licet canon. licet vtilis eſſet declaratio: vt ſuprà dixi eod. tit. commiſſa. ADDITIO. Vide quod dixi per Inno. & Hoſtien. de conceſſ. præbend. cùm noſtris. in ant. ſuper glo. penul. ad fin. Ioan. Andr.

*Cognoſcere autem debet de canonica collatione petentis, & de iniuſta detentione poſſeſſoris ſecundum Arch. §. de reſcri. olim et ſcripſi ī præd. decr. cū noſtris. ſuper gloſ. 2. Io. And.*

e *Retinendi.* vt ſi ſufficienter ſecum diſpenſatum eſſet ſupra eodem titu. & lib. non poteſt, vel ad tempus hoc conceſſum: vt ſupra eodem lib. de reſcrip. ſi gratioſè. vel ex cauſa non percipit fructus ſecundi beneficij. ſupra eodem titu. & lib. ſi tibi conceſſo. vel habet commendatam eam. ſupra de elect. nemo. eod. lib.

E[t] cui. Decretalis tria facit. Primò ponit formam prouiſionis. Secundò ſoluit illius dubium. Tertiò ſolutionem declarat. Secundum ibi, Sacerdotalis. Tertium ibi, Sed aliā. Ioan. And. CASVS. Cùm in eccleſia Pictauen. eſſent aliquæ præbendæ ſacerdotales, aliæ non, ſed erant diaconales vel ſubdiaconales: papa fecit mihi gratiam ſub hac forma: quia mādauit epiſcopo Pictauen. vt mihi prouideret de prębenda in eccleſia Pictauen. ſimpliciter abſque alia ſpecificatione. vacauit præbenda ſacerdotalis. vtrum epiſcopus illam mihi non promoto ad ſacerdotiū poſſit conferre? Reſpondet quòd non. Sed quid ſi nondum fui promotus ad ſacerdotium, ſed tamen ſum in ætate legitima, puta xxv. annorum, in qua potero promoueri ad ſacerdotiū, an de illa præbenda ſacerdotali vacante poſſit mihi prouideri? Certè ſic. Et iſta ſunt vera: niſi aliàs conſtaret de mente papæ, puta ſi in literis papæ diceretur, non obſtantibus quibuſcūque per quæ effectus literarum noſtrarum poſſet impediri aut differri. nam tunc etiam de præbenda ſacerdotali poſſet mihi

A prouideri, licet nondū eſſem ætatis legitimæ, in qua poſſem promoueri ad ſacerdotium. Nota primo argu. quòd mandatum directum ſimpliciter ſuper præbenda, includit ſacerdotalem & non ſacerdotalem. Nota ſecundò ſecundum Ioan. Mon. quòd genus quod in vno de indiuiduis non poteſt impleri, implebitur in alio. ſupra e. tit. & lib. cùm in eccleſia. & vi. concord. in diſt. ca. quia ſæpe. in gl. ſi. Domi.

Idem.

*Sacerdotalis præbenda per ſimplex mādatum de prouidendo, non niſi apto ad ſacerdotium eſt cōferenda. hoc dicit ſecundum Zenze. Et iſtud ſummarium poteſt adaptari vtrique lecturæ poſitæ in tertia gloſſa. Dominicus.*

CAPIT. XXIX.

B Et cui prouideri mandatur ſimpliciter [f] de prębenda proximo vacatura: Sacerdotalis [g] prębenda conferri non poteſt †, ſi nōdum [h] in ætate [i] tali exiſtat, quod poſſit ad ſacerdotium promoueri: Sed

f *Simpliciter.* hoc nō ſine myſterio dictū fuit. ſi enim in literis cōtineretur, non obſtantibus aliquibus &c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat, vel differri, hic ſecus: quia patet quòd papa vult ſibi præbendam dari: ordinem autē recipiet cum ętatis erit ad hoc aptæ. & ſuper hoc vidi declarationem ſub bulla. ADDITIO. Non intelligas per modū cōſtitutionis: ſed in quadam cauſa, vt mihi videtur, Nouarienſis præbendæ, obtinuit impetrans contra opponentem: quia ipſe non habebat ætatem ad ſacerdotium quam requirebat præbenda. Iſta ratione expreſſa in papalibus literis ſuper ſententia editis, ꝙ impetrans habebat in literis gratiæ clauſulam, non obſtantibus iis per quæ effectus &c. Ioan. Andr.

*† Hic eſt vnus caſus quo prim[us] impetrans nō obtinet primū vacans. alios vide per gloſſ. quia ſæpe. §. eo. tit. & lib. Dom, Fon.*

g *Sacerdotalis.* ex priuilegio Ber. ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ. ADDITIO. Dicit Archid. vt in eccleſia Bononien. iamdudum in ipſa eccleſia contrarium conſului, ſcilicet in ea tunc non eſſe prębendas ſacerdotales. vnde: ex eo quia nō erat expreſsè onus ſacerdotij vel alterius ordinis præbendis annexum. licet ibidem bene fuerat ſtatutum quòd eſſent tot diaconi, tot presbyteri &c. Ioan. And.

C h *Nondum.* ergo non inſpicimus tempus datæ, ſed tempus vacationis: vt ſi tunc eſt in ætate, bene quidem aliàs ſequentem expectet. Sed contra. ſupra eodem lib. de reſcrip. ſi eo tempore. vbi non inſpicitur tempus vacat beneficium cum cura: immo ſolum tempus datæ. Solut. In curatis beneficijs & in ipſorum impetratione maior idoneitas requiritur, quam in ſacerdotalibus præbendis. ſupra eodem titu. & lib. cùm in illis. ſupra de electione iſto lib. ſtatutum. & ideo fauorabilior eſt hæc gratia quam illa. præterea hic loquitur generaliter, quod genus ciuiliter eſt intelligendum [c]. ff. de ſeruit. l. ſi cui. præterea gratia illius decretalis ſaltem in altera parte eſt duratura: hic autem poſſet gratia in totum extingui. Pone enim quòd omnes præbendæ ibi eſſent ſacerdotales. ſi ergo ille qui impetrauit ſibi prouideri de beneficio cum cura vel ſine cura, tunc non erat ætatis idoneæ: pro ea parte qua de curato expreſſit, ſunt literæ vitioſæ. ſi autem ſimpliciter impetrauit ſuper primo beneficio, curatum non debebitur. ſupra eod. cùm in illis. ſed ſecus cū impetro prouideri de præbenda: vt hic vides.

*Signat contrarium & ſoluit.*

Gloſ. ſeq. quærit, argu. & ſoluit. Iterum quærit, argu. pro & contra, & ſoluit.

*c Idem videtur ſentire Do. examinās gl. & Panor. c. cum dilectus. §. eod. quia hîc nō fuit ſurreptio. ſecus in d. c. ſi eo tempore. Fon.*

i *Aetate.* quam dicis hic congruam ætatem? Dicendum

D videtur quòd ætas triginta annorum. ſeptuageſimaoctaua diſtinctione cap. primo & tertio. vbi eſt expreſſum. Et hoc tenet hic Archidiac. ſequens Hoſtienſem, cuius opin. poſui in §. inferiora ſuper gloſſa. ij. Sed hodie ſi attigerit. xxv. annum, ſatis eſt in ætate legitima, per decretalem ſupra de electione, cùm in cunctis. & lxxviij. diſtinctio. capit. vlti. & hoc approbat cle. de ætat. & qualita. generalem. & non dico hodie ſeruanda interſtitia temporum de quibus habes. lxxvij. diſtinctio. capit. ſecundo & tertio. & per totum. Sed quid dices, iam erat ſacerdos, licet non eſſet in ætate legitima; nunquid debebitur ſibi præbenda? Videtur quòd non: quia non eſt in legitima ætate, quod requirit hæc litera. & non debemus reſpicere quid factū ſit &c. vt ſupra de electione, cùm cauſam. cum ſuis concordan. bene facit. ff. quando dies legati cedit. l. penult. ff. qui ſatiſda. cog. l. quoties. cum ſuis concor. Contra videtur. ex quo enim promotus eſt iam, quid quærimus ætatem ad promouendū? recepit enim verum ordinem de tempo. ord. vel non eſt compos. in anti. Primum credo [d], cum tali interdicenda ſit executio ordinis ſic ſuſcepti: vt in præd. decr. vel nō eſt compos. & quia non debet eſſe melior conditio eius qui deliquit. ſupra eodem titu. & lib. cum quis

*Promotus ad ſacerdotium ante ætatē legitimam, an ſit capax præbendæ ſacerdotalis.*

*d Idē hîc Archi. qui etiā indu-*

Altam.

a *Aliam.* non ſacerdotalem, vel etiam ſacerdotalem, ſi tunc peregerit ætatem idoneam: vt ſuprà dixi. Ioan. And.

S*I pauper.*} Decidit caſum dubium: rationem interſerens: Sibi, cùm ceſſet. ADDITIO. Et dicit Ioã. Mona. quòd hic datur inſtantia ad regulam, factũ legitimè. j. de reg. iur. & ibi remittit. Ioã. An.

CASVS. Papa mãdauit epiſcopo Picta. in forma pauperũ, vt Titio clerico prouideret de beneficio cõpetenti ſecundum merita ipſius Titij, vt inde poſſet ſuſtentari. antequam epiſcopus Picta. illi prouideret de beneficio cõpetenti, ipſe Titi⁹ adeptus fuit aliquod beneficiũ ex quo licitè poterat ſuſtentari. poſtea vacauit beneficium in collatione epiſcopi Picta. vtrum de illo poſsit prouidere idẽ Titio? Videtur ꝙ ſic: aliàs ſua gratia ſibi de nihilo ſeruiret. Non obſtante iſta ratione dubitãdi, decidit hic Rom. põt. contrariũ: videlicet quòd epiſcopus Pictau. de beneficio vacante non

aliam [a] expectare debebit.

Idem.

*Ex mandato ſedis Apoſtolicæ expectãs ex certa cauſa, ea deficiente beneficium petere impeditur. hoc dicit ſecundum Zenze.*

CAPITVLVM XXX.

SI pauper [b] clericus, cui cũ beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio iuxta ſuæ probitatis merita per epiſcopum prouideri, aliud antequam ſit prouiſum eidem, beneficium fuerit aſſecutus: prouidere [c] ſibi epiſcopus, cùm ceſſet cauſa mandati [d], decætero non tenetur.

Idem.

*Vbi de prioritate beneficij pluribus collati non conſtat: primò poſſeſſio, deinde maior prærogatiua præfertur. hoc dicit ſecundum Zenze.*

poterit Titio prouidere. & ratio huius eſt: quia cùm modo habeat beneficiũ ex quo poteſt viuere, & ſic ceſſet cauſa ſuę gratiæ: debet ceſſare effectus. No. primò ꝙ pauper dicitur non habens beneficium eccleſiaſticum, nec bona patrimonialia: licet habeat virtutes. quod intellige vt ſit pauper reſpectu bonorum patrimonialium. No. ſecundò quòd ceſſante cauſa mandati ceſſat mandatum: etiam ſi non fuerit adimpletum. vide de appel. cum ceſſante. in anti. Domi.

Gloſſa ſequens recit. per quæſtionem, quam diſtinguendo ſoluit.

b *Pauper.* Nota quia non ſine myſterio dictũ puto. ſi enim in gratia ſpeciali prouiſum ſit alicui: & poſtea ante vacationem adipiſcatur aliud beneficiũ: nõ expirat gratia. Hęc enim decretalis loquitur de forma, quæ prouidet neceſsitati pauperum quę eſt iuſtitia [a], vel quaſi. in ant. de præben. cùm ſecũdum. Prouiſione igitur facta impetrãti, ceſſat cauſa iuris, & ſic ipſius executio. & facit. j. eodem, ſi epiſcopus. j. reſpõ. in ſi. ibi, per eum vel alium &c. ius enim beneficiatum nõ beneficiat. ſupra eo. quia in tantum. Et hoc verum puto, niſi adeptum beneficium ſe nõ compateretur [b] cum prima gratia, ſi iam haberet effectũ: vt in duobus curatis. ſupra eo. de multa. cùm enim in eo caſu periret ius in re, multo fortius ad rẽ. j. de conceſ. præbẽ. ca. vlt. & hoc approbat cle. de reſcrip. gratiæ. ADDITIO. Quòd gratia ſpecialis alicui facta non expiret ſi poſtea ante vacationẽ adipiſcatur aliud beneficium, tenet Ioan. Mona. & Archidia. & de hoc per Ioan. de Deo in ſua quæſt. xxiij. primi lib. vbi dicebat quòd ſi in literis continebatur eum nullum habere beneficium, & ſic erat tempore datæ rei veritas: iudex pronuntiabit illud beneficium ſibi deberi. Ego non curo de illa clauſula: & tene quod dictũ eſt in gloſ. Ioan. And.

c *Prouidere.* talis forma etiam in literis gratiæ non extenditur ad hoſpitalia vel loca ſimilia: vt in cle. eodem titu. per literas.

Gloſ. ſeq. exponit, quærit, & ſoluit etiam diſtinguendo.

d *Ceſſet cauſa mãdati.* & ſic ceſſabit effectus. Et quæ erat cauſa? quia nullum habebat beneficium [c]: & ſic cauſſa iuſtitiæ potius quàm gratiæ: vt ſuprà dixi. cõcor. de app. cum ceſſante. in ant. cum ſi. Sed quid dices? pone, eſt illi prouiſum de vicaria: nunquid per id expirabit mandatum? Solu. ſi vicaria eſt temporalis: pone in terminis. ſupra eo. lib. de elect. cũ ex eo. in ſi. & j. de reg. beneficium. ſuprà de appel. peruenit. ij. ſuprà de vo. c. ſi. ſuprà eo. lib. de elect. cùm ex eo. & cõſti. Ioã. execrabilis. in ſi. tunc non expirabit mandatum, quia beneficiatus non eſt, cùm beneficia ſint perpetua [d]: Sed ſi vicaria eſt perpetua: vt ſuprà eo extirpandæ. tunc ſecus. ſupra de reſcrip. poſtulaſti. Idem Archid.

S*I à ſede.*} Soluit caſum dubium diſtinguens duo membra. Secundum ibi, Si verò. Ioan. And. CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali, vel aliquo alio beneficio: impetraui illud beneficiũ à legato cardinali tũc in his partib⁹ exi-

A ſtenti: eadem die epiſcopus Picta. tibi contulit illud beneficium. quæritur quis noſtrum debeat habere illud beneficiũ: vtrum ego qui habeo collationem à legato de latere, vel tu qui habes collationẽ ab epiſcopo Pictauenſi? Reſpon. Rom. pont. cum diſtinctione: aut tu habes poſſeſsionem illius beneficij: & tũc es præferendus, licet habeã collationẽ à legato Papæ, & non tu. aut contrà ego ſum poſſeſſor, & tũc ſine dubio ſum potior: ideo ſum tibi preferẽdus. Sed ponamus ꝙ neuter noſtrũ eſt in poſſeſsione. quæritur q̃s ſit potior in collatione? Reſpõdet ꝙ ego qui habeo collationẽ à legato, & nõ tu: & propter excellentiam & prærogatiuã ipſius legati de latere, ſum tibi præferẽdus. Et iſta ſunt vera: dum tamen nõ poſsit apparere per teſtes vel alia probationum genera, quæ collatio fuerit prior. nã licet iſtæ duæ collationes ſint factæ eadem die: tamen potuit eſſe ꝙ epiſcopus Picta. fecit tibi collationẽ iſtius

CAPIT. XXXI.

SI à ſede Apoſtolica vel legato [e] ipſius, vni, & ab ordinario alteri: eodem die idẽ beneficium cõferatur, nec appareat [f] quæ collatio fuerit primò facto: erit potior conditio poſsidentis [g] †. Si verò neuter [h] poſsideat: is cui ſedes ipſa contulit vel legatus, propter conferentis ampliorem prærogatiuam [i] erit alteri [k] præferendus.

B

Idem.

*Religioſus habens prioratum vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia Papæ, ipſo iure vacat primũ: quod ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur inelegibilis, & priuatur vtroque. Eadem eſt pœna in ijs qui habebant ante hanc conſtitutionem, niſi intra mẽſem alterum elegerint, & alterum dimiſerint. hoc dicit vſque ad §. prohibemus. Ioan. And.*

CAPITVLVM XXXII.

beneficij tali die de mane: & quòd legatus fecit mihi collationem hora veſperarum. tunc enim ſi de hoc poſſet conſtare, tu eſſes potior, & ideo eſſes præferendus. No. primò ꝙ legat⁹ de latere poteſt cõferre beneficia ex ſua generali commiſsione legationis: ſecus eſt in legatis natis & miſsis: nã tales non poſſunt beneficia conferre, niſi haberent ſuper hoc ſpecialem poteſtatem. Nota principalem effectum huius ca. videlicet quòd ſi eadem die papa vel ſuus legatus contulerit mihi aliquod beneficium, & eadem die (ita quòd non

C poteſt conſtare quę collatio ſit prior & poſterior) epiſcopus fecerit tibi collationem illius beneficij: qui primò adeptus fuit poſſeſsionem iſtius beneficij, eſt præferendus. ſi autem neuter poſsideat, tũc ego qui habeo collationem à papa vel à ſuo legato, ſum potior in aſsignatione beneficij. Nota vlterius ꝙ factum legati non dicitur factum apoſtolicæ ſedis. probat tex. qui ponit iſta hic vt diuerſa. ad idem ſupra eodẽ tit. & lib. ſi eum. & ca. ſi apoſtolicæ. Nota finaliter quòd in collatione beneficij eodem tempore poſſunt cõcurrere tres poteſtates conferendi. Domi.

Gloſſ. ſeq. ſoluit quatuor dubia.

e *Legato.* intelligas de legato de latere [e]: quia alij beneficia conferre non poſſunt, niſi haberent ſpecialẽ ſuper hoc poteſtatem. ſuprà de offic. leg. ca. j. Quid dices ſi Papa contulit vni, & legatus alteri? Dic idẽ quod. j. ſequitur in papa vel legato ex vna parte, & ordinario ex altera: quia eadẽ ratio. Idẽ dico ſi papa vni, legatus alteri, ordinarius tertio contulerit. in archiepiſcopo autem & epiſcopo & ſuis ſubditis dubitatio non procedit: quia ad alterum ſolum pertinebat collatio: & illa ſola valuit.

f *Nec appareat.* ſi enim poſſet apparere quæ fuerit primo facta, ille obtinebit [f]: vt ſi probetur per teſtes de hora, vel in ipſis literis dicitur de hora. & facit quod dixi. ſ. eod. lib. de reſcrip. duobus. vbi idem verbum habes.

D

g *Poſsidentis.* magnum ergo eſt poſſeſsiones commodum. C. de rei ven. l. res alienas. inſti. de interdi. §. retinendæ. infra de reg. iur. in pari. cum ſuis concor. ADDITIO. Alle. Archi. xvj. q. iiij. volumus, vt li. pen. per totum. Ioan. Mona. alle. vt eccle. be. ca. vnico. poſt princ. optimè facit ad caſum. ff. de pigno. ſi debitor. cuius caſum pono infra de reg. iur. cùm ſunt. Ioann. Andr.

h *Neuter.* vel vterque: nec apparet quis tunc primò. idem iuris. ſuprà de reſcrip. duobus. ij. reſponſo. in princi.

i *Prærogatiuam.* ſic ſuprà de maio. & obe. per tuas.

k *Alteri.* cui contulit ordinarius.

C*Vm ſingula.*} Primò ponit cõſtitutionis cauſam. Secũdò cõſtitutionẽ circa religioſos: ibi, Præſenti. In qua tria facit. Primò prouidet circa futura: & pœnam apponit. Secũdò ibi, Circa. ꝓuidet circa pręterita ſub eadẽ pœna. Tertiò ibi, Prohibemus. ꝓuidet circa adminiſtrationes vel officia vni⁹ monaſterij nõ cõmittenda monachis alterius monaſterij: & pœnã apponit cõmittenti & recipienti. Emanauit ad declarationem

Marginal notes (p. 475): cit quòd ita … falſo diplomate: puniendus eſt. ff. ad le. Cor. de fal. l. eos. §. fi. Io. And. — a Iuſtũ eſt clericũ beneficiari in vico potiſsime de quo eſt. C. de epiſcop. & cle. in eccleſiis. Ioan. And. — b Facit qđ de litigante dixi poſt Inno. ſ. de reſcrip. in noſtra. Io. And. — c Ergo ſi haberet pẽſionem in titulũ: illa tacita gratia non valeret. Font. — d Secularia à quib⁹ nõ repellunt … Philip. alle. inuentum. 7. q. 6. ſed men doſe impreſſum eſt. quære. 17. q. 1. Font.

Marginal notes (p. 476): † No. beneficij titulũ adiuuari à poſſeſsione: iuſta di co. l. vn ei⁹. C. de proba. ca. licet cauſam. de proba. & ſufficit poſſeſſori etiã ſimpliciter probare quod petitoris ius reddat dubiũ. not. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Font. — Legatus de latere conferre poteſt beneficia: ſed non alij. — e Vide qđ no. de offi. leg. ca. pen. in gl. 2. Io. And. — f Vterque ergo probare poterit: & obtinebit qui melius probauerit. de renũ. ſuper hoc. de proba. ex literis. Ioann. And. — Diuiſio.



rationem eorũ quæ not. Hoſt. ſ. eo. de multa. Ioan. And. ADDITIO. Dicebat Ioan. Mo. ꝙ hæc decretalis obuiat ambitioni monachorũ, & eã multiplicib⁹ pœnis adſtringit. Ioan. An. CASVS. Abbas monaſterij S. Cypria. alicui ex ſuis monachis habẽti prioratũ vel aliquod beneficiũ curatũ voluit cõferre aliud beneficiũ curatũ. vtrũ talis monachus poſsit iſtud ſecundum beneficiũ abſq; auctoritate papæ obtinere? Reſpõ. ꝙ non: aliàs ipſo iure vacat primum beneficium: & tenetur ipſe monach⁹ dimittere primum beneficium ſtatim, vt conferatur alteri: quod ſi non fecerit, efficitur ipſe monachus ineligibilis: & tanquã ambitioſus debet vtroque priuari. quod verum eſt ſiue ipſi monachi deſeruiant illis prioratibus & eccleſijs curatis per ſe ipſos, ſiue per vicarios inſtitutos per epiſcopum ad præſentationem ipſorũ. iuxta ca. de monachis, eo. tit. in ant. fallit ſi vnum iſtorũ beneficiorũ eſſet alteri annexũ: quia tunc non haberent locum pœnæ ſupradictæ: cùm iſta duo beneficia reputentur pro vno ca. dudũ. ſ. de elect. Sed quid ſi ſolita ſunt & cõſueta cõferri ſolis monachis illius monaſterij: verũ poſsint conferri monachis monaſterij noui Picta. vel alterius monaſterij q̃d non ſubeſt monaſterio S. Cypriani? Reſpõ. Ro. põ. ꝙ nõ: niſi auctoritate apoſtolicę ſedis. qđ verũ eſt ſi in monaſterio S. Cypriani reperiãtur perſonæ idoneę ad obtinendũ illa beneficia: quia ſi nõ poſſent reperiri perſonæ idoneæ, poſſent aſſumi de monaſterio monaſterij noui, vel alterius monaſterij non ſubiecti monaſterio S. Cypriani, etiam abſque licentia papæ. veruntamen ſecurius eſſet ꝙ requireretur auctoritas papæ. Sed quid, ponamus ꝙ de facto factum fuit contrariũ: vtrum cõtra facientes & non obedientes huic conſtitutioni debeant puniri aliqua pœna? Reſpon. Rom. pont. ꝙ ſic. nam prælatus qui contulit prioratus vel alias adminiſtrationes monachis alterius monaſterij, eſt priuatus iure cõferendi illas adminiſtrationes pro illa vice: & poteſtas conferendi illa beneficia pro illa vice defertur diœceſano loci: niſi monaſteria ſint ſubiecta immediate Rom. põtifici: quia tũc poteſtas conferẽdi defertur ad papã. Quid de recipientibus & detinentibus illa beneficia? Reſpõdetur: ſunt ineligibiles ipſo iure: nec tenet collatio ſibi de dictis beneficijs facta. No. ex principio ca. ꝙ ſingula officia debent committi ſingulis perſonis: & vna perſona nõ debet habere duo beneficia: ſicut in corpore humano quodlibet membrum habet ſuam propriam operationem: nec exercet actũ alterius mẽbri. lxxxix. diſt. c. j. in princi. Nota inſuper quòd ca. de multa. eo. tit. in ant. etiam habet locum in prioratibus, & nõ ſolùm in eccleſijs parochialibus, vt hic dicitur. Nam monacho obtinenti vnũ prioratũ, nõ poteſt alius prioratus conferri: niſi ille eſſet annexus primo prioratui. ſed tunc nõ dicitur habere niſi vnicũ beneficium. nam iſti duo pro vno reputantur cap. dudũ, de elect. No. vlterius ꝙ religioſus vnius monaſterij nõ debet aſſumi ad beneficium vel prioratum alterius monaſterij. No. inſuper pœnam quę imponitur illis qui faciunt contra iſtã conſtitutionẽ. No. etiã ꝙ pluralitas beneficiorum inducit diſſolutionẽ & vagationẽ in perſonam beneficiati. No. finaliter quòd religioſis eſt prohibita vagatio: ad quod xvj. q. j. placuit. j. Et cùm hoc not. argu. quod appellatione monachorũ non comprehenduntur alij religioſi. Domi.

a *Perſonis.* lxxxix. diſt. ca. j. in prin. ſicut ſingula mẽbra cor-

CVm ſingula officia ſint ſingulis cõmittẽda perſonis [a], & diſſolutionis ac euagationis materia ſit religioſis prę ceteris auferẽda [b]: Præſenti prohibemus edicto, ne aliqui monachi vel religioſi alij † pluribus prioratibus [c] vel eccleſijs cura habentibus animarum, etiam ſi eadem cura non per ipſos, ſed per preſbyteros † ad eorum præſentationem per epiſcopos inſtitutos habeat exerceri, abſque ſedis apoſtolicæ [d] auctoritate præeſſe præſumant: niſi fortè vnus ex eis ab alio dependeat, vel adinuicem ſint annexi [e] †. Statuentes vt quicunque ipſorum prioratum vel eccleſiã talem obtinens, alium receperit: primum quo ſit ipſo iure priuatus, ſtatim omnino dimittere teneatur [f], per eum ad quem pertinuerit liberè [g] alteri conferendum. Quod niſi fecerit [h]: extunc eo ipſo efficiatur ineligibilis [i] †, & tanquam ambitioſus ab vtroque penitus repellatur. Circa eos autem qui plures prioratus vel eccleſias huiuſmodi nunc detinent: prouidemus, vt intra menſem [k] poſtquã præſens conſtitutio peruenerit [l] ad eoſdem, vnum ex ipſis quem retinere voluerint, reliquis dimiſsis eligere [m] teneantur: alioquin extunc [n] pœnis ſubiaceant ſupradictis [o].

B

*Prioratus eccleſiæ vel adminiſtrationes vnius monaſterij ſolitæ per ipſius monachos gubernari, abſque ſedis apoſtolicæ licentia alterius monaſterij monachis non committantur, nec commiſſæ dimittantur. Qui contra fecerint, ſint priuati poteſtate ordinandi prædicta ea vice: & defertur ad diœceſanum in non exemptis, & ad Papã in exemptis. Recipientes vel detinentes (aliàs eligentes) ſunt ineligibiles ipſo iure. hoc dicit.*

Prohibem⁹ inſuper ne prioratus vel eccleſiæ aut adminiſtrationes ſeu officia vnius monaſterij conſueta per eiuſdem monachos gubernari, cõmittãtur deinceps abſque auctoritate ſedis eiuſdem alterius monaſterij monachis gubernanda [p], nec hactenus cõmiſſa dimittantur eiſdem: ſed per eos ad quos pertinet, liberè ordinẽtur. Cùm illis non

C liceat habere locum in diuerſis monaſterijs [q], quorum vnũ ab alio non dependet [r]: nec aliorum monaſteriorum, niſi

A potis ſingulos actus habent: vt ibi. ad idem xvj. q. j. presbyteros. ſ. eod. tit. quia in tantum. C. de aſſeſ. l. nemo.

b *Auferenda.* ad hoc. ſ. eod. lib. de elect. ſi religioſus. j. reſpõſo. & ca. quorundam. & ca. indemnitatibus. §. ſed cum eas. j. de ſta. reg. cap. vnico. j. ne cle. vel mo. capit. ij. monaſterium enim eſt eis quaſi carcer xvj. quæſt. j. placuit. ij. de ſent. excõ. vt famæ. in ant.

c *Prioratibus.* poteſt dici etiam non curatis. & quod j. dicitur de curatis, referatur ad proxime dictũ de eccleſijs: per decr. ſ. eod. de multa. ſ. de elect. dudũ. ij. & hoc approbat concilium Vien. de ſup. neg. prælat. quia regulares. in ſi. In caſu autẽ eſt diſſimilitudo inter perſonatus & parochiales eccleſias, quã habes. j. ne cle. vel mo. ca. j. ADDITIO. Idẽ Ioã. Mona. & Archi.

d *Abſque ſedis apoſtolicæ.* No. arg. pro il la opinione quod in duobus curatis ſolus papa diſpenſet. ad idẽ ſupra eo. tit. & li. non poteſt.

e *Annexi.* in his caſibus nullius diſpẽſatio eſt neceſſaria: cũ hæc duo pro vno reputentur. ſ. de ele. dudũ. ij. vbi de hoc. ſ. e. ti. ſuper eo. & c. extirpandæ. §. qui verò.

f *Teneatur.* inquantũ poſsidet de facto: quia de iure priuatus eſt.

g *Liberè.* ſ. eod. tit. & lib. licet epiſcopus.

h *Quod niſi fecerit.* id eſt ſi ſtatim omnino non dimiſerit.

i *Ineligibilis.* ad idem ſupra de ele. quiſquis. & j. in ſi. c. exaggeratur igitur pœna in religioſis, & merito: vt ſupra in prin. ad hoc xvj. q. j. alia eſt cauſa. Sed nunquid hoc, ſcilicet ꝙ vacaret primum, erat ſtatutũ per decretalem, de multa? Dicebat ibi Hoſt. ꝙ in prioratibus conuentualibus vel curatis bene habebat locum dec. de multa. vt religioſos reſpiceret in ijs à quibus ad voluntatẽ abbatis remouentur [a], videtur ꝙ plures poſſent habere: cùm potius quaſi cuſtodes eſſent q̃ priores. Indiſtinctè autẽ intelligo hanc decretalem etiã in omnibus prioratibus, prout indiſtinctè loquitur. & approbatũ eſt hoc hodie per cõcilium Vien. de ſupplen. neglig. præla. quia regulares. in fine. & hoc non erat ita clarè ſtatutum per decre. de multa. & pœnæ etiam ſunt additæ, vt hic vides.

k *Menſem*, quomodo huiuſmodi menſis fiet computatio: dixi de elect. quàm ſit. ſ. eod. lib.

D

l *Peruenerit.* & ſic ſi perueniat ante duos mẽſes à tẽpore publicationis: ſtatim incipit eis tẽpus currere. & ſi nõ peruenerit intra duos mẽſes, adhuc tẽpus nõ currit. & ſic placuit papæ in hoc caſu religioſos adſtringi: cùm alias cõſtitutio principis ex quo fuerit publicata, poſt duos mẽſes omnes aſtringat. in authen. vt fac. no. conſti. circa prin. ad hoc ſ. de poſtu. ca. j. & dicam in ſi. huius libri ſuper data. Ioan. Andr.

m *Eligere.* ad idem ſ. eo. referente. & ca. præterea.

n *Extunc.* id eſt poſt menſem.

o *Supradictis.* vt ſcilicet fiant ineligibiles, & tanquam ambitioſi repellantur ab vtroque. Ioannes Andr.

Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.

p *Gubernanda.* quid ſi in ipſo monaſterio nõ eſt aliquis idoneus? Tunc ſatis credo quòd aliũde poſſet aſſumi. ad hoc ſupra de elec. ne pro defectu. & ca. indemnitatibus. eod. lib. de elect. ſupra in ſi. & ſupra de ver. ſig. c. abbate. in ſi. ſatis tamẽ tutũ eſſet auctoritatem papę requiri, per ſuperiorem literã.

q *Monaſterijs.* ſupra de reli. do. c. vlt. in ſi. ſicut nec diuerſorũ monaſteriorũ abbas eſſe: vt ibi, & xx. q. iiij. monachum vel pręeſſe monaſterio & eccleſiæ ſeculari. xvj. q. j. presbyteros.

r *Non dependet.* nec adinuicem ſunt connexa: vt ſuprà.

Gloſ.

Marginal notes (p. 477): † Abbas, alij. — † Do. inducit vt capellanus eccleſiæ poſſit præſcribere curam cõtra principalem. Fõt. — † Aliter caſus quibus retinentur plura beneficia, dicit gl. xxj. q. j. in ſum. vide quæ dixi in ca. gratia. ſupra eod. de reſcr. Font. — Caſus. §. ꝓhibemus. — † Ergo priuetur eligibilis. vide gl. xvj. q. j. in ſum. et cle. j. de elect. Phil. Font. — Officia ſingula ſingulis ſunt cõmittenda perſonis. — Religioſus vnius monaſterij nõ debet in alio promoueri.

Marginal notes (p. 478): Obijcit & ſoluit. — a Idem no. ſupra de ſta. mo. ca. 2. in glo. penul. et quæ ſcripſi. ſupra eo. lib. de offi. ord. præſenti. in j. gloſ. ver. quærit demũ. Ioan. And. — Cõſtitutio publicata poſt duos menſes ligat.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Gloſ.ſeq.reci. per quæſtionem & ſolutionē,cui ſignat cō- A trarium,& reſpondet.

*Religioſus an et quādo poſſit tranſire de vna religione ad aliam.*

a *Canonicè.* vt ſi tranſeat ad ſtrictiorē religionem,ſufficiat licentiam ſui prælati requirere:etiam ſi non obtineatur.ſ.de reg.licet.Sed ſi trāſiret ad laxiorem ſine cauſa, ſolus papa diſpenſat: cùm ſit contra iura. ſupra de cōceſ.prębend. propoſuit. Si ad parem, ex cauſa tranſire poterit de licentia abbatis & conuentus xix. quæſt. iij. ſtatuimus. & non ob. ſupra de elect.eod.lib. ſi religioſus.ij. reſpō. quia illud locum habet cū tranſit ad rectoriam: & ibi de filio fit pater: & ideo ibi ſufficiet abbatis licentia. ADDITIO. Innocē. ſupra de renun.c.fin. dicit ꝙ quando vult religioſus trāſire ad parem,requiritur diſpenſatio & auctoritas epiſcopi . qđ placet hic Ioā.Mona.& Arch.in decret.ſi religioſus.in fi.vide qđ nota. in Spec. titu. ij. §.ſunt quoque. verſ. xxiiij. & quod dixi de reg.non eſt. ſuper j.gloſſ.Ioan.

canonicè[a] transferantur ad ipſa,prioratus,eccleſias , adminiſtrationes vel officia gubernare.Qui verò contra prohibitionem præſentem prædicta decætero alienis monachis commiſerint,vel dimiſerint iam commiſſa : ea vice[b] ordinādi de ipſis ſint poteſtate priuati:& de eis per diœceſanos,ſi exempta non fuerint, alioquin per ſedem[c] apoſtolicam ordinetur. Ii autem qui B ea ſuſcipere vel ſuſcepta præſumpſerint detinere †,reddātur ineligibiles ipſo iure[d].

*† Aliàs retinere.*

Idem.

*Contemptū poſſunt proſequi ſi ad receptionem vel collationem abſentes monachi vel canonici non vocentur: niſi cōſuetudo habeat eos non vocari . hoc dicit ſecundum Zenze.*

b *Ea vice.*id eſt in prima ordinatione.ſ.de elect.cùm in cūctis.& cap.cum Vintonen.

c *Per ſedem apoſtolicam.* vel legatum de latere,ſi ſit in prouincia.ad hoc ſupra eod.lib.de electione, ſi abbatem. j.& ij. reſponſo.Ioan.Andr.

d *Ipſo iure.*collatio non tenet:vt.ſ.eo.ibi.& per eos ad quos pertinent &c.ADDITIO.Et facit ad not.in clem. eod. tit.ſi plures.in gloſſa,ſi intelligas.Ioan. And.

*Diuiſio.*

CVm in eccleſiis. Primò ponit dictum. Secundò ibi, Niſi. exceptionem. Tertiò ibi , Alioquin . pœnam . partes patent. Ioannes Andreæ. Emanauit ad declarationem eorum quæ not. Bern. & moderni.ſuprà de re iudic.cùm olim. in fin. CASVS. Vacante ſuccentoria , vel alia dignitate electiua in eccleſia Pictauen. canonici conuenerunt in vnum,& ad ſuccentoriam vel aliam dignitatem quendam Titium elegerunt: veruntamen erant aliqui abſentes . quæritur , nunquid debebant ipſi abſentes vocari ad electionem? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic , ſi ipſi commodè poterant vocari : & hoc ſiue ſint in prouincia ſiue extra, dummodo commodè poſsint vocari . Sed ponamus quòd per longum tempus & ſufficiens ad inducendum conſuetudinem , fuit obſeruatum quòd in electionibus faciendis de ſuccentoria & aliis dignitatibus eccleſiæ Pictauen. ſoli præſentes eligebant : nec erat neceſſe vocare abſentes . an valeat talis conſuetudo? Reſpōdet Romanus pontifex quòd ſic: ſecus ſi non eſſet talis conſuetudo : Nam tunc canonici abſentes poſſent allegare & dicere quòd fuerunt neglecti, occaſione cuius ipſi poſſent per iudicem competentem facere caſſari electiones iſtas . veruntamen ſi ipſi abſentes nihil opponerent contra iſtas electiones,nec perſonas electorum ipſo iure valerent electiones factæ per præſentes. Nam vocatio abſentium non eſt de ſubſtantia electionis.capit.eccleſia. ij. de electione , in anti. Nota argum. quòd quandoque collatio beneficiorum vel canonicatuum ſpectat ad ſolos canonicos . de quo ſuprà de electione , cum eccleſia Vulterana. Domi.

Gloſ. ſeq. ponit opinionem contrariam,& eius motiuum: cui reſpondet.

*a Tamen fallit in receptione facienda ad præceptum ſuperioris quādo maior pars aut duæ partes præſentes ſunt. Scito tamē quòd in caſu quo iſti non ſunt vocādi, poterūt cōtra reſcriptum & perſonam obiicere. Phil. Font.*

e *Facienda.*de electione eorum per quorum mortem eſt eccleſia viduata , tantum habebamus in decreta. quia propter. in ant.Sed per prædictam decret.cum olim.in fin. ibi , plena omnium qui præſentes fuerint &c. dicebant quidam in minoribus beneficiis nō vocandos abſentes : quod hic reprobatur [a].vnde intelligimus ibi præſentes qui ſunt in loco vnde debent vocari.Cod.de præſcrip.long.temp.l.vlt. ſupra de ma.& obe. cap.vlt. vel ibi conſuetudo erat abſentes ad talia non vocari:vt ſequitur. ADDITIO. Et ſic dicit Archid.ſe habuiſſe à canonico illius eccleſiæ. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens ponit dictum , & opinionem illi contrariam,quam improbat per hanc decre.adiungit tres rationes, demum quærit , & ſoluit.

f *Si commodè.* ſic ſuprà de elect.quia propter. ſiue ergo ſint in prouincia,ſiue extra prouinciam, ſi commode vocari poſſunt,vocabuntur:aliàs non.de hoc. ſuprà de elect. coram. & hæc fuit opin.Hoſtien.quæ placet Archid. Sed de quàm remoto loco vocentur,ſtatur conſuetudini. de elect.in anti. in Geneſi. & dicebāt quidam quòd an vocarentur vel non,nō ſtabitur conſuetudini . quod non eſt verum:vt hic patet.Sed poſſes dicere quòd hic non loquitur de electione prçlatorū: & dicit litera,ad talia &c. Sed dico ꝙ conſuetudo dat ius eligendi , & ita poteſt intelligi de cauſa poſſeſſionis. cum eccleſia. Item dat iuriſdictionem iudicandi: ergo & ſine abſentibus eligendi . de ſo. compe.cum contingat . in anti. cum ſimilibus. Item vocatio abſentium nō eſt de ſubſtātialibus formæ.ſuprà de elect.eccleſia. ij. Sed nunquid in alienatione & aliis tractatib[9] vocari debent abſentes ?Credo quòd non.x.quæſt.ij.§.hoc ius porrectum.vbi de hoc. per decret.ſupra eodem lib.de offic. ordina. quamuis.vbi dixi de hoc , & ſupra de teſti. cap.præſentium.

CAPITVLVM XXXIII.

CVm in eccleſiis canonicorū receptio, aut præbendarum vel beneficiorum collatio imminet facienda[e], abſentes canonici ( ſi commodè[f] fieri valeat ) ſunt vocandi : Niſi conſuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod in eorum abſentia fieri contigerit : eis inſtantibus[g] irritari debebit.

*Not. hic eſſe differentiam inter receptionē canonicorū & collationem canonicatus vel præbendæ. Et ſic videtur quòd ſola receptio nō inducat collationē. de reſcrip. eam te.*

Idem.

*Beneficium morientium etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas diætas legales , vel ſede ipſa vacante ibi cauſam, domicilium vel originem non habentium, vel etiam habentium ſed curialium,& ibi cauſa Romanæ curiæ morantiū, vel trāſlata curia eam ſequentium , & in itinere decedentium,vel in loco vnde receſsit curia in quo remanſerant infirmi : conferri nequeunt per aliū quàm per papam . hoc dicit ſecundum Zen.*

*Vocatio abſentium non eſt de ſubſtātialib[9] formæ electionis.*

g *Eis inſtantibus.* poterunt ergo contemptum proſequi : & collationem illam facere ceſſari: ratificare etiam poterunt ſi volent.ſuprà de elect.cap. quòd ſicut.

*Diuiſio.*

C PRæſenti.}Diuiſio patet:quia ſunt quinque dicta: & tertiū reſpicit prima duo. Secundum ibi, Idem eſt. Tertium ibi, Loca. Quartum ibi, Sane. Quintum, Porrò. Dom. Emanauit ad declarationem eorum quæ no. Guli.& Gar.ſup.eod. tit.& lib.ſtatutum.Ioā.And. Iſtud ca.venit limitatiuè ad cap.licet. ſ.eo.tit.iſto libro. CASVS. Dicitur in c.licet.alleg. ſ.quòd ſolus papa poteſt conferre beneficia vacantia in curia Romana. Sed ponamus quòd nuntii ſedis apoſtolicæ vel legati papæ cùm mitterentur ad aliquam prouinciam , in ſua legatione mortui ſunt in locis proximis curiæ Romanæ : non tamen deceſſerunt in curia. vtrum comprehendantur ſub c. licet.ita quòd ſolus papa poſsit beneficia eorum vacantia cōferre perſonis idoneis? Reſpondet quòd ſic:& ideo papa poterit illa beneficia conferre , ac ſi ipſi obiiſſent in illo loco vbi reſidet curia. Idem dicendum eſt de curialibus qui proficiſcuntur ad peregrinationem , & moriuntur in locis proximis ipſi curiæ:vt etiam ſolus papa poſsit ſua beneficia cōferre ſecundum tenorem illius cap. licet. videlicet dummodo papa huiuſmodi beneficia conferat intra menſem : nam ipſo menſe elapſo poſſent collatores huiuſmodi beneficiorum dicta beneficia conferre.Sed ſanctiſsime pater , vellem informari à vobis qualiter cognoſcam ego quòd aliquis ſit D mortuus in loco vicino curiæ Romanæ? Reſpondet Romanus ponti. ꝙ in iſto caſu illa loca appellamus vicina curiæ Romanæ,quæ diſtant à loco vbi eſt papa cum ſua curia , per duas diætas legales:hoc eſt per xx. leucas.nam diæta in iure accipitur pro decem leucis.l. vicena milia. ff. ſi quis cautionibus. Sed ponamus quòd aliquis clericus habens domicilium Pariſius,cùm curia ibi eſſet reſidens,mortuus eſt: vtrū beneficia ſua dicantur vacare in curia? Reſpondet ꝙ non:& ideo ſolus papa non poſſet illa beneficia conferre:ſed ſi ordinarius præueniat papam , valebit collatio.Sed ponamus ꝙ curia Romana cùm eſſet Pariſius, vult ſe transferre ad ciuitatē Romanam : poſtea aliquis curialis non potuit inſequi curiā, ſed remanſit infirmus Pariſius , & poſtmodum mortuus eſt: vtrū beneficia ſua cenſeantur vacare in curia Romana? Reſpondet ꝙ ſic,& per conſequens ſolus papa illa beneficia poterit cōferre:dum tamen conferat intra vnū mēſem,vt dictū eſt. No. primò ꝙ appellatione prædeceſſoris cōprehenditur prędeceſſor etiam per aliquos mediatus.Nā inter Bonifaciū auctorē huius.c.interpoſitus fuit Greg. x. vt patet in ca.ſtatutum.ſ.eo.tit.& lib.& Inn.iiij. No.ſecūdò arg.differentiā eſſe inter nuntium ſedis apoſtolicæ,& eius legatum. ad hoc. ſ.de



ſ.de præſcri.accedens.de cenſi.in ant.cum inſtantia.Dom.

a *Statutum.*ſupra eo.tit.cap.ij.

b *Alii.*curiales vel non.

c *Recedentes.* dicebat Gar.quòd cū appellatione vrbis,vrbs tantùm & ſuburbia intelligatur.ff.de ver.ſig.l.ij.ſic & nomine curiæ, tantùm locum vbi curia habitat cū ſuis ſuburbiis intelligere debeam[9] in iis qui nondum curiam intrauerant: vel illicētiati receſſerāt . in aliis ſecus.Io.An.

d *Vicinis.* dicitur præſens ille qui eſt in hortis. ff. de proc. l.præſens . vel qui eſt in prouincia. Cod.de præſcrip.long.temp. l.vlt. j. determinabit quæ intelliguntur loca vicina.

e *Decedat.*hoc dicebat Guli.ſi receſſerat animo cito redeūdi: vt de pœni. diſtin. j. diuortium.

*† No. ex loci vicinitate cōtrahi communionem quandam etiam quo ad præmium, pœnā,mores.de pœni.di.1.§. ſed contemuo.l.non tantum.§. liuenſibus. ff.de excuſ.tut.& qui dicuntur vicini, vide.l.ſi tertius.de aqua pluu. arcen.l.4. §.ſi tam vicinum ff. de dam.infec.de Anch.Font.*

f *Domicilium.* quod in pluribus locis haberi poteſt.ff.ad muni.aſſumptio. ſ.de reſcript. dilectus. ij. de ſo. compe. ex parte. ADDITIO.Et quod ibi not.in iij.gl. & de parochi. c.ſi.in j.glo. hic ponit Archid.Io.

Gl.ſeq. notat,quærit , ſolutioni obiicit dupliciter , & primæ reſpondet : in ſecunda remittit.

g *Domus propria.*ergo licet ſola domus poſſeſsio in ciuitate comparata nō faciat quem municipem.ff. ad muni. libertus. §. ſola. tamen quantum ad hoc æquiparātur domus & domiciliū.

CAPITVLVM XXXIIII.

PRæſenti declaramus edicto ſtatutū[a] felicis recordationis Clementis papæ prędeceſſoris noſtri de beneficiis apud ſedem apoſtolicam vacantibus per alium quàm per Romanū pontificem minimè conferendis,locum habere in beneficiis quæ legati aut nuntii ſedis eiuſdem, vel quiuis alii[b] ad Romanam curiam venientes vel etiam recedentes[c] B ab ipſa obtinere noſcuntur : ſi eos in locis vicinis[d] † ipſi curiæ mori contingat : quemadmodum ſi in loco vbi eadem curia reſidet , morerentur . Idem eſt ſi aliquis curialis(etiam eccleſia Romana vacante ) peregrinationis , infirmitatis , aut recreationis , ſeu alia quauis cauſa ad locum curiæ vicinum ſecedens , in huiuſmodi loco vicino decedat[e]: dummodo ibi) etiam ſi erat ad ipſam curiam reuerſurus)eius domiciliū[f] ſeu domus propria[g] non exiſtat. Loca verò intelligātur vicina eidem curiæ in præmiſsis , quæ C remota vltra duas dietas legales[h] ,quas hoc caſu ſic ſpecialiter[i] volumus cōputari) à loco vbi moratur ipſa curia, nō

Quid dices ſi eſt in domo ſibi & aliis communi ? Idem credo,ac ſi eſſet in domo ſolùm propria. ad hoc.ſ.de poſtu.ca.j. Et res communis omnium illorum eſt.ff.de ritu nup.illud [a]. Et qui iurat ſuum non eſſe , iurat & ſibi commune non eſſe. ff.de verb.ſig.pupillus. §.vlt. Et cùm quis legat ſeruos:& qui in toto,& qui in parte ſui ſunt, legati intelliguntur.ff.de leg. iij.ſi quis ſeruos. Nec obſtat.xij. quæſt.ij. c.epiſcopus.§.qui manumittitur. &.ff.de in ius vocan.l. ſed & ſi hac. §. qui manumittitur. quia ibi erat cōmune pluribus, vt collegio. probatur hæc ſol. ff. eodem titulo. communis libertus. non ob. duodecima quęſtione prima. §.vlt.quia ibi ſoluitur. Ioannes Andreas.

*a Facit. ff. de iudic. l.Iulianus ait,ſi alter. vbi æquiparatur in dicem fieri litigatoris hæredem in totū vel pro parte. Ioan. And.*

h *Legales.* ſecundum quas. xx. milliaria computantur pro die. ff. ſiquis cautio. l. vicena milia. & ſi modicum etiam ſupereſſet, non includeretur ſub loco. ff. de verb. ſignific.l.iij. Ioan. Andr.

i *Specialiter.* ſi hoc eſt ſpeciale:ergo ipſius contrariū eſt generale. & facit ad ea quæ no.ſ.de reſcrip. nōnulli. & quę dixi ſ.eo.lib.de reſcrip.ſtatutū. §.cum autem.de elect.cupiētes.j. reſponſo.Ioan. And.

*Soluit duo dubia.*

k *Originis.* certè ſatis idem puto ſi ibi habet continuū domicilium: licet inde non ſit oriundus. ad hoc x.diſtinct. ſi in adiutorium. & optime ſupra de elect.eod.lib.fundamenta.§. vlt.ſupra eod.lib.de tempore.or.cap.iij.j.reſpon. ff. ad muni. eius. §.vlt.C.vbi ſenato. vel cla.l.ſenatores. nec rationem diuerſitatis video . Et idem dico in oriundo qui ibi propriam non haberet domum , ſed fortè conductam : cum eadem ſit ratio.ad hoc.ff.de legi.non poſſunt. vnde quod dicit, originis ſuæ domum , & de domo propria & de domo habitationis poteſt intelligi.Ioan. And.

l *Moraretur.* aliàs enim graue præiudicium inferretur loco vbi degit curia, ſi omnia beneficia tunc ibi vacantia haberēt ſolùm conferri per papam. ADDITIO. Eſt ſi.quod ſcripſi poſt Vin.ſupra de offic.dele.eod.lib.cāp.ſi.ſuper verbo, non poſsint . ſcilicet quod multū præiudiciale eſſet clericis pro- A uinciæ ſi percuſſores ipſorum poſſent abſolui per legatos perpetuos,ſcilicet ratione eccleſiarum habentes officium. Ioan.And.

SI apoſtolica.} Ponit duo dicta, ſecundum ibi, Idem. & rationem interſerit ibi , ne ipſarum. ADDITIO. Multum æquitatis habet hæc conſtitutio circa parochiales eccleſias vacantes in curia. CASVS. Dicitur in cap. ij. eodem titu. quòd ſolus papa poteſt conferre beneficia vacantia in curia Romana : dum tamen illa beneficia conferat intra vnum menſem. Sed ponamus quòd apoſtolica ſede vacante aliquis clericus habens eccleſiam parochialem vel aliud beneficium curatum , deceſsit in curia:vtrum ad eccleſiam Romanam ſpectet ſolùm collatio huiuſmodi beneficii curati : ita quòd prouiſio huiuſmodi eccleſiæ parochialis ſeu beneficii curati debeat differri vſque ad futurum ſucceſſorem qui eligetur in Romanum pontificem? Reſpondet Romanus pontifex quòd cum vacatio eccleſię parochialis & beneficii curati ſit periculoſa animab[9] ſubditis : præcipit papa quòd ſi ſede apoſtolica vacante vacet huiuſmodi beneficium curatum in curia Romana , vel in locis ꝓximis curiæ, quòd ordinarius poſsit huiuſmodi beneficium conferre:non obſtante dicto c. licet.& ſic iſtud capitulum ponit ſpeciale in beneficiis curatis. Sed ponamus quòd vacauit iſtud beneficium curatum adhuc viuente & ſuperſtite Romano pontifice. accidit quòd papa eſt mortuus antequam prouideret alicui de iſto beneficio curato : vtrum ordinarius poſsit illud conferre , etiam ſi nondum ſit elapſus menſis intra quem ſolus papa debeat prouidere? Reſpondet quòd ſic. quod verum eſt ſi papa non contulerit iſtud beneficium curatum ante ipſius mortem . Nota primò quòd apoſtolica ſede vacante poſſunt ordinarii conferre eccleſias parochiales etiam ſi vacauerint in curia non obſtante capitulo ſecundo ſuprà eodem . & iſtud eſt ſpeciale in eccleſiis parochialibus . Ratio ſpecialitatis eſt fauor animarum : vt dicit principium textus . Ex quo ſe- D quitur quod cùm iſtud ſit ſpeciale in eccleſiis parochialibus , quòd ius commune ſeruatur in aliis beneficiis eccleſiaſticis. lege prima. ff.ad municipalem . Nota quod menſis qui conceditur papæ ad conferendum beneficia vacantia in curia Romana , non currit ſede apoſtolica vacante.

*Beneficia in curia vacantia conferuntur per ordinarios ſede apoſtolica vacante.*

exiſtūt. Sanè ſiquis in loco vbi degit curia, ſuæ originis[k] domum habens , diē claudat extremum in ea:ipſius beneficia ſub prædicto non aliter includantur ſtatuto, q̄ ſi curialis eſſet antea,& ibidem occaſione curię moraretur[l]. Porrò cùm curiā de loco ad locū trāsferri cōtingit: ſi curiales in itinere dum curiā ſequūtur eandē, vel in loco vnde recedit ipſa B curia, forſitā remanētes infirmi, rebus inibi eximātur humanis, pręmiſſū ſtatutū (quātumcunq; locus vbi decedūt, ab ipſa curia ſit remotus) ad illorum beneficia ſe extendit.

Idem.

*Mors papæ tollit ne parochiales eccleſiæ in curia vacare dicātur.h.d.ſecundū Zen.*

CAPITVLVM XXXV.

SI apoſtolica ſede vacante aliquas parochiales[m] eccleſias vacare decetero cōtigerit apud ipſam, ſtatuim[9] vt de eis(ne ipſarū[n] vacatio diutina periculum valeat animabus afferre[o] )per eos ad quos pertinet,poſsit liberè ordinari:cō- C ſtitutione felicis recordatiōis Clementis papæ prædeceſſoris noſtri de beneficiis apud ſedē ipſam vacātibus,per aliū quàm per Romanū pontificē

m *Parochiales.* ſpeciale ſit in eis propter curam : in aliis ergo ius antiquum remanet. Ad idem ſupra eodem de libro de electione. nemo . Et per hoc ſatis patet quòd in aliis non currit menſis ſede vacante, currit tamen ignoranti : vt ſuprà eodem titulo & libro ſtatutum. dixi in gloſſa,eſt ergo.

ADDITIO. Quòd ſpeciale ſit in parochialibus eccleſiis quod hic dicitur , tenet Archid. vnde licet poſſet vrgere eadem ratio in aliis eccleſiis curatis non parochialibus : detractio iuris veteris non habet locum in illis.ſuper qua vide infrà de verb.ſign.conſtitutionem. & quod ibi no. in qua glo. Ioan.And.

n *Ne ipſarum.* rationem hic ponit. & eſt ſi. ſuprà eodem.lib. de offic.deleg.ſi is cui.& infra ne ſede vacante. capite vnico in fine.

o *Afferre.* ſuprà eo.tit.ca.j.

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Alia.* vt ſupra eo.tit.ſtatutum.& ſupra ca.proxi.
b *Obitum.* ſcilicet cùm deceſsit intra menſem: aliàs nõ eſſet queſtio.s.eo.ſtatutum. ADDITIO. Quia ſcilicet etiam papa viuente poſſet ordinarius illa conferre. Ioan. And.

*Si cui.* Sunt duæ partes. ſecunda ibi, Secus. Prima ſubdiuiditur: quia primo ponit dictum: ſecundò reddit cauſam ſui dicti ibi, quàm cum. CASVS. Papa conceſsit epiſcopo Pictauenſi facultatẽ vt forte in eccleſia ſua cũ ad ipſum non ſpectaret collatio præbendæ, ſed ad decanum & capitulum, vel etiam in alia eccleſia poſſet prouidere perſonis idoneis. Antequam epiſcopus Pictauenſis prouidiſſet illis perſonis, papa mortuus eſt. vtrum illo mortuo expirauit gratia data epiſcopo Pictaũ vel vtrum non obſtante morte papæ poſsit dictus epiſcopus prouidere perſonis idoneis? Reſpondet quòd ſi antequam epiſcopus Pictauen. prouideret perſonis idoneis, & ſic re ipſa exiſtente integra papa mortuus ſit, non expirat mandatum: ideo non obſtante morte papæ poterit prouidere perſonis idoneis. quod verum eſt quando in gratia non fuerunt expreſſæ certæ perſonæ. Sed quid ſi gratia prouidendi in aliqua eccleſia reſpiciebat fauorem certæ perſonæ: & antequam epiſcopus prouideret, mortuus eſt papa: vtrum expirauerit gratia? Reſpondet quod tunc per mortem concedentis expirata eſt gratia. Nota primo ex principio capituli quod gratia iam facta, per mortem concedentis non expirat antequam ille cui facta eſt gratia, illa gratia vteretur. & iſta fuit ratio dubitandi ad iſtud capitulum. ſecus eſt in gratia alicui conceſſa. & ſic ceſſat contrarium gloſſæ de ea ſi ſuper gratia. de offic. deleg. eodem libro. quod videtur contradicere ſecundo dicto huius capituli. dicitur enim in dicto capitulo. ſi ſuper gratia. quod mortuo papa antequam vacet præbenda, non expirat poteſtas executoris: quia non expirat gratia: ergo nec poteſtas executoris quæ eſt acceſſoria ad gratiam. Sed ibi iam que erat facta gratia, hæc autem in ſecundo dicto huius capituli non erat facta, ſed mandabatur fieri. ſed in primo dicto gratia erat facta: quia reſpiciebat fauorem illius cui mandabatur vt faceret gratiam: & ideo quantũ ad ipſum dicitur facta gratia. No. arg. quod inferior à papa, non poteſt conferre beneficia ad apoſtolicam ſedem deuoluta: vt in cle. ſi de beneficio eo.tit. No. quod gratia facta non expirat per mortem concedentis: etiam ſi nondum eius effectus ſit adimpletus. Domi.

*Gratiam factam morte concedentis non expirat.*

*Beneficia ad ſedem deuoluta nullus confert niſi papa.*

c *Expreſsione.* multum ergo operatur expreſsio perſonæ. & facit infra capitulo proximo. & ſupra de offic. deleg. is cui. eod. libro.
d *Idoneis.* vt ſupra eodem titulo ſuper inordinata. & cap. is cui. eo. lib.
e *Legitimè.* ſcilicet ſecundum ſtatuta Lateranenſis vel generalis concilij. ſupra de conceſ. præben. cap. ſecundo. & de elect. ne pro defectu. Et talia beneficia legati de latere qui ſunt in prouincia, conferre poſſunt. ſupra eod. venerabilis. Et not. ſupra eod. lib. de offic. leg. ca. j. in vlt. glo. & vide quod ibi dixi. Io. And.
f *Decet.* j. de reg. iur. decet cum ſuis concor.
g *Suam.* quando ergo eſt gratia eius cui ſcribitur, non expirat. vt ſupra. ſecus quando alterius, puta pro quo ſcribitur, vt hic.

Gloſ. ſeq. amplificat tex. obiicit, & ſoluit: ſolutioni opponit, & reſpondet.

h *Moriatur.* vel renuntiet. ſupra de renunc. cap. primo. eod. lib. Ad hunc finem expreſſe contradicit ſupra eod. lib. de offic. deleg. ſi ſuper gratia. vbi dicitur quod executorum poteſtas datorum ſuper gratia alicuius non expirat re integra, ſicut nec gratia, cum ſit acceſſoria ad gratiam. hic contrariũ dicitur. Solut. [a] Facti diuerſitas ſoluit contrarium. ibi loquitur de gratia iam facta: hic de facienda per executores. vnde ibi dicit textus, gratia facta &c. hic dicit prouiſione facienda. ſi ergo papa concedat canonicatum & præbendam ſi vacat, vel quæ primo vacauerit, nulli alij de iure debitam, &

*a Idem ibi Io. Mon. & Archi.*

minime conferendis, vel alia[a] quauis contraria ſuper hoc edita, non obſtante. Idem volumus & de illis quæ ibidem ipſo Romano pontifice viuente vacabunt: ſi de ipſis per eum ante ipſius obitũ[b] non fuerit ordinatum.

Idem.

*Gratia alicui cõceſſa vt prouidere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia perſonis non expreſſis, non expirat re integra obitu concedentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. Ioan. And.*

CAPITVLVM XXXVI.

Si cui nulla perſonarum facta expreſsione[c] ſit gratioſè conceſſa facultas vt auctoritate apoſtolica poſsit aliquibus perſonis idoneis[d] in certa eccleſia prouidere, vel beneficia quorum collatio eſt ad ſedem apoſtolicam legitimè[e] deuoluta, conferre, contradictores eadem auctoritate per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, huiuſmodi conceſsio (quam, cum ſpecialem gratiam contineat, decet[f] eſſe manſuram) nõ expirat etiam re integra per obitum concedentis. Secus ſi ſuper prouiſione certę perſonæ facienda ſit data poteſtas eidem, non ob ſuam[g] ſed eius cui prouideri mandatur gratiam vel fauorem: illa quidem expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur[h].

A ſuper hac gratia per ſe facta dat executores: habet locum decretalis illa: quia cùm iam ſit canonicus, & iam ſit facta gratia: poteſtas executorum velut acceſſoria, non expirat[b]. ſi papa non facit gratiam, ſed mandat fieri, puta prouideri mihi de beneficio: hic poteſtas executoris principalis eſt, & expirat re integra. Sed quare non expirat in ſupra proximo caſu, cùm etiam adhuc ſit prouiſio facienda? Solut. ibi etiam iam erat facta gratia, cùm reſpiceret eũ qui prouidere debebat, non eum cui debebat prouideri.

*b Videtur. no. in c. auctoritate. j. de cõceſ. præben. de materia ſtius gl. vide Phil. hic remiſſiuè. Font.*

*Si episcopus.* Sunt tres partes, quarũ prima decidit quid iuris cùm per proprium epiſcopũ data eſt alteri epiſcopo ordinandi licentia. Secunda & tertia decidunt quando de perſonis expreſsis vel ipſis perſonis data eſt prædicta licentia. Secunda ibi, Si verò. Tertia ibi, Eis autẽ. harum quælibet exprimit ſuam cauſam. Prima ibi, Cùm in culpa. Secunda ibi, Tu qui. Tertia ibi, cum eam. Ioannes Andreas. Emanauit ad declarationem decretalis ſupra eodem, non liceat. & c. epiſcopus ſi. & c. cùm ſecundum apoſtolum. ADDITIO. & eorum quæ nota Inno. & Hoſt. de æta. & quali. ca. antepe. & penul. in anti. Ioan. And.

Si epiſcopus alteri epiſcopo dederit poteſtatem vt vice ſua in ſua diœceſi clericos poſſet ordinare, & fuerunt clerici ſine titulo ordinati: ordinans & non dans poteſtatem, incurrit pœnam cap. cum ſecundum apoſtolum. eodem titulo in antiquis. niſi dans poteſtatem nominauerit ſibi certos clericos ordinandos, nam tunc dans poteſtatem & non ordinans, pœnam incurrit. hoc dicit. Præſupponẽdum eſt quod habetur in cap. allegato, cùm ſecundum apoſtolum. videlicet quod epiſcopus non debet aliquem clericum ordinare ad ſacros ordines, niſi conſtet ſibi quod talis clericus habeat ſufficientem titulum vnde viuere poſsit: & ſi contrarium fecerit, tenetur epiſcopus illi dare neceſſaria vnde poſsit viuere, donec fuerit aſſecutus ſufficiens beneficium, ne cogatur mendicare. CASVS. Epiſcopus Pictauen. dedit epiſcopo Angolimen. poteſtatem vt poſſet ordines celebrare in diœceſi Pictauen. epiſcopus Angolimen. aliquos clericos promouit ad ſacros ordines ſine titulo eccleſiaſtico. quæritur, quis epiſcoporum tenebitur ordinato miniſtrare neceſſaria vitæ donec habeat vnde poſsit ſuſtentari? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione. aut epiſcopus Pictauenſis dedit poteſtatem epiſcopo Angolimen. celebrandi ordines in diœceſi Pictauenſi non facta expreſsione perſonarum: & tunc epiſcopus Angolimen. tenebitur preſtare neceſſaria vitæ tali ordinato donec fuerit beneficium aſſecutus. Si autem dedit poteſtatem ordinandi certam perſonam expreſſam: tunc per ſe epiſcopus Pictauenſis illi tenetur miniſtrare neceſſaria: quia tunc videtur dediſſe poteſtatem epiſcopo Angolimen. vt iſtum ordinet: ſiue fuerit idoneus ſiue non non. ſed in primo caſu videtur dediſſe poteſtatem vt clericos ordinet ſi fuerint idonei: non autem dicuntur idonei abſque titulo eccleſiaſtico. Sed quid ſanctiſſime pater: ponamus quod epiſcopus Pictauenſis dedit mihi licentiam recipiendi ordines à quocunque mallem epiſcopo (quia de iure communi non poſſum recipere ordines niſi à proprio epiſcopo) non habebam aliquem titulum eccleſiaſticum. vnde cum illis literis acceſsi ad epiſcopum proximum: & ab eo recepi ordines. quis iſtorum tenebitur mihi miniſtrare neceſſaria? Reſpondet quòd meus proprius epiſcopus: quia nõ debet dare iſtas literas, niſi prius ſibi cõſtito de titulo eccleſiaſtico. Hodie tamen epiſcopi dant iſtas literas licentiæ non facta fide de titulo eccleſiaſtico, ſed ipſi in literis ſuis faciunt mentionem, dum tamen vobis conſtiterit de titulo eccleſiaſtico ſufficienti, conſcientiam noſtrã exonerando. Nota primò iuncta gloſſa quòd quis non poteſt ordines celebrare in aliena diœceſi ſine licentia proprij epiſcopi: nec poſſet in ſua diœceſi ordinare clericos alterius diœceſis: tamen teneret ordinatio ſi fieret de facto: ſed ordinans eſſet ſuſpenſus: & ordinatus non haberet executionem ordinum. No. principalem effectũ huius capituli, quòd ordinans

*Ordines in alia diœceſi non poteſt quis celebrare.*



dinans debet diligenter inquirere an promouendi habeant titulum eccleſiaſticum. nam ſi ordinet abſque titulo, incurrit pœnam. c. cùm ſecundum apoſtolum. alleg. Nota quòd cum proprius epiſcopus committit alteri epiſcopo ordinationẽ certorum clericorum & nominatorum: epiſcopus cui facta eſt commiſsio, non tenetur inquirere an nominati ſint idonei, vel ne: ſed debet præſumere quòd cõmittens præſentauit ſibi idoneos. & ſi tales ordinati reperiãtur ſine titulo, eſt imputandum committenti, & non ordinanti. No. vlterius quòd epiſcopus non debet dare licentiam recipiendi ordines ab alio epiſcopo: niſi cõſtet ſibi quòd tales habeant titulum.

a *Commiſiſti.* quod aliàs ſine pœna facere non poſſet: vt. s. e. lib. de tempo. ordin. cap. j.
b *Ad ſacros.* ideo dicit: quia pro ordinatis ad minores, non ſcribit eccleſia vt ordinatores compellat: vt not. ſupra eo. titu. cap. ij.

Idem.

*Qui ex licentia circa incertos conceſſa abſq; titulo ad ſacros ordines clericos promouet, ei tenetur prouidere. Dans licentiam promouenti vel etiã promouendis: eis promotis ad ſacros ſine titulo, prouidere tenebitur. hoc dicit. Zen.*

CAPITVLVM XXXVII.

Si epiſcopus cui nullis perſonis expreſsis in genere cõmiſiſti[a] vt vice tua ordines in tua diœceſi celebraret, ad ſacros[b] ordines promouerit quẽpiam titulum[c] non habentem: ei (cũ in culpa[d] fuerit taliter[e] ordinando eundem) tenebitur vitæ neceſſaria miniſtrare[f], donec ſibi per eũ vel alium[g] de cõpetẽti beneficio ſit ꝓuiſum. Si verò certas[h] cõmiſiſti eidẽ ordinare pſonas, tu qui præuidere hoc caſu an haberet titulũ debuiſti, taliter ordinato ad prædicta[i], donec ꝑ te[k] beneficiatus fuerit, obligatus exiſtis. Eis aũt quibus à diœceſanis datur licẽtia vt poſſint à quo voluerĩt[l] epiſcopo ad oẽs ſacros ordines ꝓmoueri: nõ q ordinãt, ſed q tribuũt licentiam (cùm eam dare non debeant titulum nõ habenti) ad præmiſſa[m] ſi titulum non habeant, obligantur.

Idem.

*Si primo loco papa dat licentiam cõferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad papam deuoluta, ſecundo aliquod de his conferat ſpecialiter, vel cõferri mãdet: ſpecies generi derogat, ita quod ſecundo beneficium debetur. hoc dicit Io. And.*

CAPITVLVM XXXVIII.

Qvamuis tibi nuper in genere[n] poteſtatem dederimus beneficia ſex clericorũ tuorũ[o] cedentiũ[p]

Gloſſa ſeq. ponit duas opinio. contrarias: & ſecundam approbat.

c *Titulum.* ſaltem patrimonij. Vnum ſcias, quod Ioan. Goff. & Inno. tenent ſupra eodem epiſcopus. quòd quantumcunque clericus habeat patrimonium, niſi expreſſe ordinetur ad titulum patrimonij ſui, habet actionem contra ordinantem, ad ea quæ dicuntur infra. Tan. & Hoſti. contradicentes eum ſi patrimonium habet, tacitè ad titulum patrimonij ordinatum, ita quòd deficiet actio. quibus ego conſentio per prædictam decret. epiſcopus ſi. aliàs illud, niſi, quod ibi ponitur, nec propriè nec exceptiuè veniret: & per decre. tuis. eodem titulo in ant. Et de hoc habes per Hoſt. ſupra de reſcrip. poſtulaſti. ADDITIO. Vide quod dixi in diſt. c. tuis. ſuper ſi. vlt. gloſ. per quod videbis quòd licet quo ad obligationem de qua hic loquimur, ſequar Tan. & Hoſtien. non tamen dico patrimonium eſſe titulum, niſi expreſſe fuerit ſic actum. Ioan. And.

*Ordinatus ſine titulo habens tamen patrimoniũ, non agat cõtra prælatum.*

d *In culpa fuerit.* & ſic eſſe debet in pœna: vt xxxviij. diſtin. qui ea. & xxviij. diſt. quia ſunt. Ioan. Andr.
e *Taliter.* ſcilicet ſine certo titulo.
f *Miniſtrare.* videbatur quod puniri deberet ille qui mandauit: & imputare ſibi debuit quòd talem elegit, & per aliũ fecit, vnde idem ac ſi per ſeipſum elegiſſet. de regu. iur. qui per alium. ſed hæc vera, vbi mandauit de certo: vt ſtatim ſequitur. & facit ſupra de elect. ſi compromiſſarius. §. j. Alleg. Io. Moſt. de condi. indebi. ſi procurator. in prin. vbi generali mandato non committo procuratori quòd ſoluat indebitum. Ioan. And.
g *Alium.* Not. pro iis quæ dixi ſupra eodem titulo. & lib. ſi pauper.
h *Certas.* & expreſſas intelligo: quia ſi cõmiſiſſet ei ordinare clericos talis villæ vel loci: adhuc eſt hic genus, & non ſpecies: vnde locum habebunt ſuperiora. aliud eſt enim certum, aliud certum & expreſſum[a]. facit. j. de conceſ. præbẽ. ne captandæ. ADDITIO. Per quod patet quòd aliter ſumitur hic expreſsio, & s. eo. lib. de reſcri. c. ij. quàm s. eo. lib. & tit. c. ij. ad fi. Ioan.

*a Phil. Dono. quòd vbi requiritur certa & expreſſa mentio, debet fieri per verba ſpecialia non generalia. Fel.*

i *Ad prædicta.* ſcilicet vitæ neceſſaria.
k *Per te.* vel per alium. ſupra proxi. reſpon. nec poterit ſibi indignitatem ad beneficium obiicere, ex quo illum dignum ad ordines reputauit. ſupra de ætat. & qua. accepimus. quod dic vt ibi.
l *A quo voluerint.* dum tamen catholico, & in aperta ſedis apoſtolicæ rebellione non fuerit. ſupra de præſcriptione. vepiens.

Gloſ. ſeq. exponit, quærit, arg. negatiuè & affirmatiuè: & duas opin. ponit.

m *Ad præmiſſa.* ſcilicet vitæ neceſſaria donec eis de competenti beneficio ſit prouiſum: & tranſit talis obligatio ad ſucceſſorem: vt ſupra eo. titu. cùm ſecundum apoſtolũ. Quid dices ſi clericus ordinatus ſine titulo ad ſacros, promiſit epiſcopo quòd eum ſuper his non inquietaret? nunquid tali renuntiatione non obſtante agere poterit? Videtur quòd non, ex quo renũtiauit vij. quæſtione j. quàm periculoſum. de electio. cùm inter R. in an. Econtra: quia iſtud videtur ius publicum, quod remitti non poteſt. de ſo. compe. ſi diligenti. de ſentent. excom. contingit. cũ ĩn an. Et beneficio quod nondum habebat, renuntiare non potuit: ſicut nec hæreditati nondum delatæ. ff. de acqui. hære. l. qui ſuperſtitis. & alimẽta[b] pacto alimentarij nõ tolluntur[c]. ff. de trãſ. cùm hi. dixit Da. ꝙ valet pactum. Bar. Brixi. dixit hoc verum ſi poſt ordinationem interuenerit: ſed in ordinatione vterque ſimoniacus eſſet, & deponendus. ſupra de ſimo. c. pen. in quæſtione venenali, quæ incipit, eſto quòd epiſcopus ordinet.

*b Futura, ſecus in præteritis. C. de trãſ. l. de alimẽtis. Io. And.*

*c Sine prætoris auctoritate: & intelligitur teſtamento: vel cauſa mortis: aliàs ſecus vt ibi §. plane & de hoc in ſpe. qui ſil. ſine leg. verſic ſed ſed quæritur vtrum.*

*Quamuis.* Sunt duo dicta. ſecundum ibi, Simili. Et in fine primi reddit rationem vtriuſque: ibi, Nam prime. Ioannes Andreas. Ad hanc decret. concord. ſupra eodem titulo. & lib. dudum. CASVS. Papa dedit epiſcopo Pictauen. facultatem conferendi beneficia ſex clericorum cedentium vel decedentium: & iſti clerici poſsidebant beneficia ſpectantia ad collationem alterius epiſcopi quam epiſcopi Pictauen. data iſta facultate vacauit beneficium comprehenſum ſub tali facultate, forte per deceſſum vel renuntiationem illorum clericorum: vnde poſtea papa fecit collationẽ de vno illorum beneficiorum, vel dedit facultatem conferendi ſpeciale beneficium: licet non fieret mentio de generali poteſtate epiſcopi. an valeat iſta ſpecialis collatio? Reſpondet Romanus pontifex quod cum generi derogetur per ſpeciem, valet illa ſpecialis collatio: licet non fuerit facta mentio de generali facultate. Nota primò quòd in beneficiis conferendis papa habet plenam poteſtatem: & ideo poteſt conferre beneficia in quacunque parte orbis ſita: nam concurrit cum quibuſlibet ordinariis: imò poſſet reſeruare diſpoſitioni ſuæ beneficia ad alios ſpectantia cum decreto irritante. Nota ad quod allegatur præſens ca. quòd generi per ſpeciem derogatur. concordat ca. j. de reſcript. in anti. Nota principalem effectum huius ca. quòd ſi papa alicui dederit generalem facultatem conferendi beneficia, poſtea alteri dederit ſpecialem poteſtatem conferendi certum beneficium ſub generali facultate conceſſum: valet collatio ſpecialiter facta.

n *In genere.* ſi autem in ſpecie dediſſet licentiam, puta Archidiacono Bononienſi cum vacabit, tunc ſecus eſſet: quia vtrunque ſpeciale, & ſic valeret primum, niſi de primo fieret mentio in ſecundo. & idem eſt ſi ante ſecundam ſpecialem gratiam iam erat deſcenſum ad ſpeciem ex virtute primæ generalis[d]. Ad hoc s. de fil. presbyt. ex tua. de offic. deleg. ex parte j.

*d Idem Io. Mo. Io. An.*

o *Tuorum.* qui dicantur ſui clerici hoc caſu & ſimilibus, habes. j. de ver. ſig. c. vlt.

Gloſſa ſequens notat, quærit & ſoluit. ſecundò quærit. argument. pro. ſoluit contrarium. tertiò ſoluit, & ſolutionem declarat.

p *Cedentium vel decedentium.* iſta duo ſunt diuerſa, maximè in impetrationibus vel gratiis: vt probatur ſupra de reſcriptis. capitu. ſuſceptum. ij. reſponſo. Sed nunquid ſi clericus ſuus cedit vel decedit in curia Romana, poterit eius beneficium conferre? Dic quòd non[e], niſi haberet ad hoc mandatum expreſſum: vt ſupra eodem, capitulo primo & ſecundo in fine. Sed quid dices? ille cui facta eſt talis gratia, vult conferre beneficia quæ vacant per vxorationem clerici ſui, vel per adeptionem epiſcopatus, vel ſecundi beneficij curati: nunquid poterit? Et videtur quòd ſic: iam enim tacitè ipſo facto renuntiaſſe videtur. ad hoc ſupra de iis quæ fiunt à maiore parte capit. ca. ex ore. de offic. deleg. gratum. Credo {Idem Archidiaconus} quòd cum tales indulgentiæ reſtringantur. ſupra eodem titulo & libro. is cui. & cap. quan.

*e Idem Ar... ſign. ca. ſu... Io. And.*

Universidad de Deusto Biblioteca



a Verum, ſi ordinario prædicatur. c. ſane. ſupra de priuil. Si ſoli cōcedenti, ſecus. Inn. c. cùm dilecti. ſupra de don. Phil. Fōt.

quamuis. quòd talia beneficia conferre non poterit[a], cùm potius priuatione iuris quam renuntiatione vacent. quod patet ex eo quòd compelluntur ad illa dimittenda: vt ſupra de cleric. coniug. capitulo primo. ſupra eodem de multa. & capitulo licet epiſcopus. & capitulo cum ſingula. ſupra eodem titulo & libro. Ad hoc facit prædicta decretalis, ſuſceptū. nam ſimiliter poſſet dici quòd cedens eſſet mortuus quo ad beneficium cui ceſſit. ſeptima quæſtione prima. cap. in apibus. §. ecce in quibus. trigeſima tertia quæſtione ſecunda. §. j. Sed pone, iam cō tulit beneficia quinque clericorum. moriuntur duo ſui clerici ſimul: quorum alter habebat pingui⁹ beneficium altero. vult pinguius conferre, nunquid poterit? Videtur diſtinguendum, aut papa proprio motu dedit hanc gratiam, aut non: vt primo caſu poſsit pinguius conferre, ſecūdo non[b]: vt ſupra eodem titu. & lib. ſi pluribus. Sed dic quòd illud poſſet locum habere ſi poſſet conferre beneficia ſex primorum clericorum ſuorum decedentium: ſed hoc de primis clericis nō eſt dictum[c]: vnde quod beneficium voluerit conferre, poterit dominus. Ioan. Andreæ.

b Imò poteſt ſi conferendo ſoli papæ præiudicetur. Phil. poſt Do. Font.

c Imò de rigore ſic intelligendū eſt. c. pōt. §. 1. ſupra eo. l. nec cō ditio. ff. de condi. & demon. aliud de æquitate vbi de parno agitur præiudicio. Font.

vel decedentium auctoritate noſtra perſonis idoneis[a] conferendi, canonicatum tamen & præbendam, quos in tua eccleſia (in qua poſt[b] prædictam gratiam tibi factam mandauimus cuidam ſpecialiter prouideri) obtinebat quidam ex eiſdem tuis clericis nunc defunctus, conferre non potes: cum illi pro quo ſcripſimus debeantur. Nam primæ generali gratiæ tibi factæ B derogat[c] poſterior ſpecialis, licet de illa non fecerit mentionem. Simili ratione ſi poſt facultatem tibi conceſſam à nobis conferendi beneficia tuæ diœceſis, quorum collatio eſt ad ſedem apoſtolicam deuoluta, nos eorum aliquod (antequam tu conferas) conferamus[d] ſpecialiter alicui, vel conferri mandemus, de conceſsione tibi facta non habita mentione: facta per nos collatio, canonica eſt cenſenda.

Idem.

*Reuocatio gratiæ non tollit ius quæſitum, ſed quærendum, niſi ius annexionis* C *aliud inducat: nec tamen tollit ius quærēdum annexum iuri digniori iam quæſito. hoc dicit ſecundum Zenze.*

CAPITVLVM XXXIX.

SI is cui de canonicatu, præbenda & dignitate, perſonatu, vel officio per felicis recordationis Nicolai[e] vel Celeſtini[f] prædeceſſorum noſtrorum literas gratia in aliqua eccleſia facta erat, conſtitutionis noſtræ reuocatoriæ B tempore canonicatum & præbendam dignitati, perſonatui, vel officio alicui non annexam[g] erat adeptus, licet dignitatem, perſonatum ſeu officium inibi expectaret, propter expectationem huiuſmodi priuatus non intelligitur iure quod in canonicatu & præbenda fuerat canonicè aſſecutus: ius tamen quod ad dignitatem, perſonatum vel officium competebat eidem, iuxta verba[h] dictæ reuocationis intelligitur reuocatum. Non ſic autē ſi canonicatum cum dignitate perſonatu aut C officio conferri tantū canonico cōſuetis[i] †, fuerat aſſecut⁹

a *Idoneis.* ſupra eodem libro & titu. is cui.

b *Poſt.* alias non fuiſſet tanta quæſtio, ex quo primum mādatum ſpeciale genus præceſsiſſet. Io. And.

c *Derogat.* vt infra de regu. iur. generi cum ſuis concord. Ioan And.

d *Conferamus.* penes papam enim remanſit eadē poteſtas, & maior etiam in prædictis: vnde ex quo ipſe præoccupauit, melior eſt ipſius conditio: vt ſ. eo. dudum.

SI is cui.} Circa reuocatoriam gratiarū decidit tres caſus dubios. Primum contra expectantem in eo ſolum quod expectat. ſecundum & tertium pro expectante: ibi, non ſic, & ibi, Sed & ſi. vtriuſque rationē ponit. Ioan. And. Habuit ortum ex conſtitutionibus reuocatoriis quas fecit Bonifacius ſtatim poſt promotionem ſuam de gratiis factis à Nicolao quarto, & Celeſtino quinto. per quas ius quæſitum erat ad rem, non in re. Reuocatoria gratiarum Nicolai incipiebat, pridem ad apicem. illa verò Celeſtini incipit, dudum circa promotionis, & de his etiam conſtitutionibus tractat. infra capitulo proximo. & infra de conceſ. præben. capitulo vltimo. plenius. Pro intellectu iſtius. c. eſt præſupponendum quod habetur in gloſ. poſita ſuper verbo, verba. videlicet quòd Bonifacius octauus conditor huius voluminis ſtatim poſt ſuam promotionem reuocauit gratias factas per duos ſuos prædeceſſores, videlicet Nicolaum & Celeſtinum: & verba illius conſtitutionis erant iſta, Gratias factas per tales, & per quas ius non eſt acquiſitum in re, caſſamus & annihilamus, decernētes in irritum. CASVS. Nicolaus quartus vel Celeſtinus quintus contulerat Titio canonicatum: & mādabat canonicis vt ſibi prouiderent de præbenda, canonicatu, dignitate, vel officio. virtute ſuæ gratiæ Titius aſſecutus fuit præbendam, & expectat dignitatem vel officium. Pendente illo tēpore Nicolaus quartus mortuus eſt: & ei ſucceſsit Bonifacius viij. qui reuocauit gratias factas per prædeceſſores ſuos: poſtea vacauit dignitas: illā petebat Titius virtute gratiæ ſibi factæ per Nicolaum iiij. dicebat. ca. quòd non tenebatur ſibi illam dignitatem conferre: quia gratia ſua fuerat reuocata per Bonifacium viij. Dicit Titius quod conſtitutio reuocatoria intelligitur dum tamen non fuiſſet ſibi acquiſitum ius in re: & quia fuerat præbēdā aſſecutus, ideo dicebat A ſuam gratiā non eſſe reuocatā. E contra allegabat capitulū quod cùm iſta dignitas eſſet ſeparabilis à canonicatu: licet Titius conſecutus fuiſſet præbendam, tamen non habebat ius in re quantū ad dignitatem. nunquid capitulū bene dicat? Reſpō. quòd ſic. & ideo dicit Roma. pont. quod ſua gratia erat extincta quantū ad dignitatē, perſonatum, vel officium. Sed pone quod papa creauit me canonicum: mādauit mihi conferri præbēdam, & etiam vt conferretur mihi dignitas vel officiū. vacauit præbenda quę conſueuit aſsignari ſoli canonico. aſſecutus fui dignitatem, ſed adhuc ſum ſub expectatione prębendę. pendente tempore fuit reuocata mea gratia. poſtea vacauit præbenda: nunquid illā poſſum petere? Reſpondet quòd ſic: licet gratia mea fuerit effectū ſortita quātum ad canonicatum & dignitatem. Sed quid ſi papa creauit me canonicum, & mandauit prouideri de præbenda cū vacaret: poſtea vacauit dignitas quæ conſueuit aſsignari ſimplici canonico: & fuerūt reuocatę gratiæ: vtrum iſta videatur reuocata ex quo non ſum adhuc adeptus præbendā? Reſpon. Ro. pon. quod non. No. primò quod per mortem papæ concedentis gratiam, non extinguitur gratia etiam re exiſtēte integra: ideo eſt opus reuocatione. Vnde hodie papa ſtatim poſt ſuam promotionem reuocat omnes gratias ſuorum prædeceſſorum. Et hoc dicit ſe facere ad tollendum votū captandę mortis: ſed tamen poſtea dat tot gratias, vel plures quàs fecerint ſui prędeceſſores. ideo dicit Panor. quod vera ratio reuocatiōis illarū gratiarū eſt, vt homines deferāt pecunias Romano pontifici. No. quòd ſi in eccleſia ſit ſtatutum quod dignitas non conferatur niſi canonico: ſufficit quod talis habeat ius canoniæ, licet non habeat præbendā. Et hoc niſi ſtatutū magis ſpecificè loqueretur, quia diceret, niſi canonico præbendato. nā tunc eſſent obſeruāda verba ſtatuti: vt hic eſt textus. Not. quòd ius reuocatorium ſuperueniens tollit ea quę ſunt in fieri: non autē illa quæ ſunt in perfecto eſſe. No. in. §. nō ſic. quod cōſuetudine induci poteſt in eccleſia quòd quis habeat dignitatem & canonicatū in eadem. ad hoc ſ. eo. cum in eccleſia. & de conſuet. c. j. e. lib. Dom.

Gratia papæ per ipſius mortē nō expirat.

Reuocatio gratiarum apoſtolicarum ratio.

Canonia ius poteſt eſſe ſine præbenda.

† Dicunt de Ancha. & Arch. quod reſcriptum impetrantis à papa dignitatē, non facta mentione conſuetudinis de qua nō obtineret per l. honores. §. 2. ff. de decu. eſt ſurreptitiū. Font.

e *Nicolai.* quarti.

f *Celeſtini.* quinti.

D g *Non annexam.* quaſi in annexis ſecus ſupra eo. tit. & lib. ſuper eo. & c. quia ſæpe. & j. proxi. reſpon.

Gloſ. ſeq. ponit verba reuocatoria.

h *Verba.* quorū mentē habes. j. de cōceſ. pręb. c. vlt. ſed ad literā erāt hęc, Omnes collatiōes, prouiſiones, reſeruatiōes ſuper canonicatib⁹, dignitatib⁹, perſonatib⁹, prębēdis, officiis, portionib⁹, præſtimoniis, eccleſiis parochialib⁹, ruralib⁹, vel aliis: necnō ſuper quibuſcūque beneficiis eccleſiaſticis vacaturis cū cura vel ſine cura, in quibus nō ſit ius quęſitū in re, licet ad rē, per dictū anteceſſorē noſtrū ſeu ei⁹ auctoritate factas, cōceſſas, ſeu cōmiſſas: & ea quę ab ipſo ſuper his vel circa ea quomodolibet proceſſerūt, apoſto. auctoritate in fratrū noſtrorū præſentia vij. cal. Ianua. cū adhuc (ſicut præmittitur) eſſemus Neapoli, omnino caſſauim⁹, irritauim⁹, & vacuauim⁹: caſſas, irritas, & vacuas nūtiauim⁹, nullius etiā decreui⁹ fore firmitatis: & quod extūc ſecus à quoquā ſciēter vel ignorāter cōtigerit attētari &c. ideo igitur dixit iſta verba: quia per verba illa caſſatur ius quęſitū ad rē: ſed ius in re nō ſic intelligitur reuocatū. ADDITIO. De reuocatione aliorū priuilegiorū Celeſtini, vide in conſtitutione Ioan. ſancta Romana. & dicā. j. tit. ij. c. vlt.

i *Conſuetis.* per hoc non reuocatur gratia. eſt enim equius quod propter



propter ius in re ſeruetur ius ad rē in hoc caſu, quā propter ius ad rem extingueretur ius in re cōtra mētē cōſtitutionis. ADDITIO. Eſt ſi. ff. de libe. & poſthu. ſi ita. §. regula. cuius caſum vide de offi. deleg. præterea. ſuper glo. vlt. Io. And. A tionem reuocatoriam. ca. proxi. de conceſ. præbend. cap. vlt. Et ſic nota quòd quis impedit aliū in eo quod per ſe nō conſequitur. ad idem j. de conceſ. præben. auctoritate. ſed ibi aliquid conſequitur, quia habet ſecundam præbendā, qui aliàs ſolùm habiturus eſſet tertiam. Ioan. And.

a *Magis dignum.* ſupra de conſecra. eccle. vel alta. quod in dubiis. cum ſuis cōcor. ADDITIO. Pro & contra de offi. deleg. ſuper quęſtionum. §. ſi verò in anti. vbi de hoc. Io. And.

b *Et ſi.* tolle quod eſt infra: præfatus qui canonicatum auctoritate apoſtolica iam habebat, adeptus fuerat in eadem eccleſia ex epiſcopi &c. Ioan. And.

c *Cuiuſcunque.* ad quem pertinebat collatio: vel fortè legati.

d Idem. ſcilicet quod canonicatū retineat: & canonicatus ratione præbendam.

QVodam. Decidit dubium exortum ex duabus gratiis Nicolai & Celeſtini: & proceſſu facto per primam ſecuta poſt reuocatoria, & deciſionis cauſam exprimit ibi, Prima enim. Ioannes. Andr. CASVS. Papa fecit mihi gratiam in eccleſia Pictauen. quia contulit mihi ius canoniæ, & mandauit canonicis vt mihi cōferrent præbendam ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam, cum decreto irritante datis mihi executoribus. poſtea papa fecit tibi ſimilem gratiam cū clauſula, anteferri. quia voluit te præferri quibuſcūque prioribus quibus facta erat ſimilis gratia. vacauit prębenda. certum eſt quod tibi debebatur virtute clauſulæ, anteferri. tamen meus executor contulit mihi præbendam vacātem: quia fortè ignorabat tuam gratiam. poſtea fuerunt reuocatæ gratiæ, & tuus executor tibi contulit iſtam præbendam. quæritur cui debeatur præbenda? Reſpondet quòd nulli noſtrum debetur. primum non mihi debetur, propter clauſulam de anteferri. Item nec tibi: quia tempore quo fuit tibi collata præbenda, iamque tua gratia fuerat reuocata: ideo nullus noſtrum habet ius in illa præbenda. Nota primò limitationem ad regulam illam, quod in gratiis expectatiuis habet locum illa regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure. fallit illud quando apparet de contraria voluntate ipſius mandantis: quia voluit quòd ſecundo receptus omnibus prioribus prę ferretur: ſed quando aliter non apparet de voluntate papæ, habet locum illa regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.

Secundo receptus ex gratia ſpeciali, quandoque præfertur omnibus aliis.

ſub expectatione præbendæ: cum ius magis dignum[a] quod iſte in dignitate, perſonatu, ſeu officio huiuſmodi iam habebat, ius minus dignum canonicatus retineat, cuius canonicatus ratione ius eidem ſaluum remanet ad præbendam nulli alij debitam: apoſtolica ante ipſum auctoritate recepto. Sed & ſi[b] ex epiſcopi vel alterius cuiuſcunque[c] collatione vel prouiſione adeptus fuerat in eadem eccleſia, dignitatem, perſonatum, ſiue officium conferri tantùm canonico conſueta, præfatus qui canonicatum auctoritate apoſtolica iam habebat, idem[d] erit cenſendum.

Idem.

*Obeſt reuocatio gratiæ præbendā expectanti, & decreti interpoſitio, etiā ignoranti. h. d. Zen.*

CAPITVLVM XL.

QVodam per literas felicis recordationis Nicolai papæ prędeceſſoris noſtri canonicatū ſub expectatione vacaturæ præben- C dæ in certa eccleſia obtinente, ſucceſſor eius Celeſtinus cuidam alteri ſimilem in eadē eccleſia gratiam fecit, quē omnibus etiam ante ipſum auctoritate apoſtolica vel quauis alia in eccleſia ipſa receptis voluit anteferri[e], cum interpoſitione decreti: priuſquā tamen ad primum & eius executores ſecundæ gratię notitia peruenisset, vacans prębenda eidem primo per ſuos fuit executores collata: poſt huiuſmodi autem & ante factam ſecundo collationem ipſius præbendę, noſtra conſtitutio reuocatoria[f] emanauit: & quoniā quis eorum ius habeat in præbenda huiuſmodi, dubitatur: nos neutrum illorum habere ius decernimus in eadem. Prima enim collatio poſt & contra decretum à dicto Celeſti- B no interpoſitum facta (licet ab ignorantibus & etiam ignoranti[g]) non obtinet firmitatem. Ius verò quod ſecundo ad præbendam non in præbenda huiuſmodi competebat, cùm noſtram reuocationē eius collatio[h] non pręceſſerit, per eam penitus eſt ſublatum.

Idem.

*Mandatum de prouidēdo de beneficio ad collationem capituli nō pertinente, nō tangit ius ſingularis canonici. h. d. ſecundum Zen.*

CAPITVLVM XLI.

MAndatum apoſtolicum tibi directum vt T. cle- C co de beneficio[i] ſpectante ad collationem[k] Narboñ. capituli prouideres, beneficia eiuſdem capituli[l] ſiue dentur in communi per ipſum, ſiue per canonicos eiuſdem eccleſiæ ſingulares vice ac auctoritate capituli, aut ex iure ipſius de cōſuetudine vel ſtatuto[m], meritò comprehēdit †:

Ad beneficia tamen ratione dignitatum, perſonatuum vel

MAndatum.} Tres caſus dubioſcū ſcribitur ad collationem capituli, hic decidit: & in vltimo excipit. Secūdus ibi: Ad beneficia. Tertius ibi, Idem. Exceptio ibi, Niſi. Decretalis iſta venit declaratiuè ad decretalem. ſupra eodē titulo & lib. cum in illis. in fi. ADDITIO. Tolle literam infra, meritò comprehendit beneficia. Ioānes And. CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictauenſi vt mihi prouideret de beneficio proximè vacaturo in eccleſia Pictauenſi, cuius collatio ſpectat ad eccleſiam Pictauen. vacauit nunc beneficiū cuius collationem habet canonicus ſolus & non omnes canonici ſimul. vtrum illud beneficium cōprehendatur ſub gratia mihi facta? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione. aut iſte canonicus facit collationem illius beneficij vice & nomine totius capituli: quia fortè propter diſcordias euitandas fuit factum ſtatutum vt vnus ſolus canonic⁹, puta antiquior, conferret beneficia vacantia in prima hebdomada: & alius in alia hebdomada: & ſic de aliis: & tunc comprehenditur ſub gratia mea: quia tunc idem eſt ac ſi totum capitulum conferret. Si autem iſte ſolus canonicus non habet facere collationem vice & nomine capituli, ſed ratione ſuæ præbendæ: tunc nō comprehēditur ſub gratia mea, niſi diceretur in literis meis aliud: puta quia apponeretur clauſula iſta: de beneficiis ſpectantibus ad eccleſiam Pictauenſem communiter vel diui- D ſim. Et ſic eſt intelligendum capitulum, cum in illis. alleg. videlicet quod cū mandatur alicui prouideri de beneficio ſpectante ad capitulum alicuius eccleſiæ, non poteſt prouideri de beneficio ſpectante ad collationem ſingularis canonici. Nam hoc intelligitur verum, niſi ſingularis conferret vice & nomine capituli. No. primò quòd quandoque collatio beneficiorum poteſt ſpectare ad ſolum capitulum. No. ſecūdò quod mandatum factum vniuerſitati communiter vel diuiſim, comprehendit materiam ſpectantem ad eos vt collegiū: vel ad eos vt ſingulares. Domi.

† De Anch. notat mandatum etiā adſtringere gerentē vices eius cui mandatur. ſimiliter mādatum factū vicem gerenti: quia deficit principalis, debet poſtea per principalem commoda recipientē implere. l. ſecundū naturam. ff. de reg. iur. neque poterit per vicem gerentem impleri. in his enim mandatis intelligitur, reſtante in eodem ſtatu. l. 1. ff. ſi ex noxa. cau. agat. Font.

Quodam. aliàs hoc erat de iure communi. ſ. eod. tit. & lib. hi qui.

e *Anteferri.* ad idem. j. de conceſ. præben. auctoritate.

f *Conſtitutio reuocatoria.* de qua vidiſti. ſ. proxi. ca.

g *Ignoranti.* ſupra eod. tit. & lib. ſi poſtquam. & c. dudum. & c. ſi beneficia &c. ADDITIO. Hæc iura apertè probant decretum papæ ligare ignorantes. ad idem j. de conceſ. præbē. quia cunctis. & vide quod dixi ſupra eo. titu. & lib. ſi apoſtolicæ. Ioan. And.

Decretum papæ ligat ignorātes.

h *Collatio.* quia ſi præceſsiſſet collatio, ius habuiſſet non ad rem, ſed in rē: & ſic non fuiſſet reuocatum per conſtitu-

i *Beneficio.* de curato nō prouidebitur. ſ. eo. tit. cùm in illis in fi. nec de dignitate. ſ. eo. tit. c. vlt.

k *Collationem.* de ſpectante ad præſentationem, inſtitutionem, vel electionem, non poterit prouideri. ſupra eod. c. cū in illis. § cum autem.

l *Capituli.* idem enim eſt facere per alium, quod per ſe. infra de regulis iuris. qui per alium. cum ſuis concor. ff. quod cuiuſque vniuer. item eorum. §. ſi decuriones. vbi dicitur quòd non refert an ordo elegerit, an deputatus ab ordine. Ioan. And.

m *Statuto.* eſt fortè conſuetudo vel ſtatutū quòd beneficia vacantia

Universidad de Deusto Biblioteca



vacantia primo menſe pertinentia ad collationem capituli conferat primus canonicus, vacantia ſecundo, ſecundus. tertio, tertius. & ſic de ſingulis. Vel quòd beneficia familiariū ſuorum ſpectantia ad collationem capituli vacantia canonici conferant, tales cōſuetudines & ſtatuta ſunt in multis eccleſiis Gallicanis.

ADDITIO. Idem ſecundum Archi. ſic capitulum communiter ordinat, quòd quiſque canonicus dum viuit, conferat certa beneficia: ſicut ſuo tempore dicit factum in eccleſia Bononien. Io. And.

a *Extendit.* quia papa non intendebat grauare alteram dignitatem capituli, ſed totum capitulum. ſupra eod. cùm in illis. ad ſi.

b *Singulariter.* quaſi non vice capituli: vt in primo reſponſo. Ioan. And.

c *Præbendarum.* vel dignitatum, vel officiorum ipſius eccleſiæ: vt in ſecundo reſponſo. Et nota quod dicit, ratione huiuſmodi præbendarum: quaſi dicat, ſi pertineret ob aliam cauſam, puta propter alia beneficia quæ habet in alia eccleſia mandatum, tunc non cōprehendit illa.

officiorum quæ nonnulli ex eiſdem canonicis obtinent in ipſa eccleſia, ad eorundem collationem ſpectantia mandatum huiuſmodi minimè ſe extendit [a]. Idem eſſe cenſemus ſi ratione præbendarum ſuarum ad ipſos canonicos collatio dictorum beneficiorum ſingulariter [b] pertinere noſcatur: Niſi contineatur forſitan in mandato, quòd eidem clerico prouideas de beneficio ad collationem Narbonen. capituli pertinente communiter vel diuiſim, tunc enim de beneficiis quæ ad ipſorum collationem pertinent, ratione huiuſmodi præbēdarum [c] poteris prouidere.

## DE CLERICO AEGROTANTE vel debilitato.

### Bonifacius octauus.

*Datio coadiutorum epiſcoporum & ſuorum ſuperiorum eſt de maioribus cauſis, & ſpectat ad ſolum papam: poteſt tamen epiſcopus ſenio vel infirmitate perpetua impeditus, de conſenſu capituli ſui vel maioris partis ſibi auctoritate apoſtolica vnum vel duos coadiutores aſſumere: & ſi demens fuerit, capitulum aut duæ partes ipſius hoc facient. Sed ſi epiſcopus contradicit, tunc nil innouabit capitulum: ſed epiſcopi & eccleſiæ conditionem quàm citò poterit, intimabit papæ, & coadiutores illi ſumptus moderatos habebunt de prouentibus prælatorum ipſorum. Ioan. And.*

*a Iſta rubrica eſt nigra generalior: tamen huiuſmodi rubri. non reſtringūtur à ſpeciali rubri nigra. Ia. in l. 1. ff. ſi cert. pe. Doctor. S. e. de ſum. trin. Font.*

DE CLERICO [a] ægrotante &c.

Viſum eſt de clericis non reſidentibus, & de præbendis non conferendis eiſdem. Sed quia dubitari poterat, nunquid eis ægrotantibus vel debilitatis ſint prouentus eccleſiæ ſubtrahendi: ideo poſt præcedentia ſubiicit iſtam rubricam.

PAſtoralis. Primò declarat cuius ſit dare coadiutores epiſcoporum & ſuperiorum. Secundò prouidet cum epiſcopus coadiutorē vult: ibi, Verum. Tertiò ibi, Si verò. cum eſt demens. Quartò ibi, Si autem. cùm epiſcopus coadiutorem non vult. Quintò ibi, Præſenti. de coadiutorum expenſis & poteſtate. Sextò ibi, Cęterum. ad ſuperiores prorogatur, quod de epiſcopis dixerat. Ioan. And. Emanauit ad declarationem decre. ſupra eod. ex parte. in fine. & eorum quæ ibi not. Hoſtien. & eo. tit. de rectoribus. in fine. CASVS. Iure cautum reperitur, quòd ſi epiſcopus ſit taliter impeditus vt non poſsit exequi officium paſtorale: eſt ſibi de coadiutore prouidendum. Sed quæritur, ad quem ſpectat prouidere de iſto coadiutore: vtrum ad metropolitanum, vel legatum, vel ſolum papam? Reſpondet Romanus pontifex. quod datio coadiutoris epiſcoporum, archiepiſcoporum, & aliorum ſuperiorum, eſt de maioribus cauſis reſeruatis papæ: ideo ſolus papa poterit eis dare coadiutores. Et dicit Romanus pontifex. quòd ipſis prælatis inuitis poterit prouidere de coadiutore. Sed quæritur, nunquid epiſcopus vel ſuperior alius ſenio confractus, vel alio morbo impeditus, poſsit ſibi aſſumere coadiutores? Reſpondet quòd ſic: de conſenſu tamen ſui capituli, vel maioris partis capituli: ſed nō poſſet accipere coadiutores diſſentiēte capitulo, vel maiore parte. Sed ponamus quòd epiſcopus eſt demens vel furioſus. certum eſt ꝙ non poteſt ſibi eligere coadiutores. Sed nunquid ſuum capitulum poterit coadiutorem aut coadiutores eligere? Reſpondetur quòd ſic: dum tamen totum capitulum conſentiat, aut ſaltem duę partes capituli. Sed ponamus quòd epiſcopus dicit quòd nō indiget coadiutore: nunquid capitulum ſuum eo inuito poterit dare coadiutorem? Reſpondet quòd non: ſed papæ debebit capitulum notificare ſtatum epiſcopi & eccleſiæ: qui papa prouidebit eccleſiæ, & dabit coadiutorē, ſi videat id fieri debere. Sed vtrum coadiutor tenebitur pręſtare officium coadiutoris expenſis ſuis, vel prælati cui eſt datus coadiutor? Reſpon. Rom. pont. quòd coadiutor accipiet ſumptus moderatos de prouentibus ipſius prælati cui eſt datus coadiutor: nec poterit alienare bona eccleſiæ quæ ſeruando ſeruari poſſunt, licet poſsit alienare bona mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: ad ſimilitudinem tutoris dati pupillo, vel curatoris adulto. Sed nunquid coadiutor qui legauit fructus eccleſiæ, tenebitur reddere rationem ſiue computum bonorum per eum adminiſtratorum? Reſpondet quòd ſic: non ſolum in foro pœnitentiali, ſed etiam in foro contentioſo: & poterit compelli ad reddendum rationem ſiue computum ipſi prælato cui eſt datus coadiutor, vel ſucceſſoribus ſuis.

### CAPITVLVM VNICVM.

PAſtoralis officij debitum exequentes, declaramus atque ſtatuimus coadiutorum epiſcoporum & ſuperiorum prælatorum dationem intelligendam eſſe de cauſis maioribus [d], & referendam ad ſedem apoſtolicam, ac ab ea (conſuetudine non obſtante [e] contraria) tantummodo [f] poſtulandam. Verùm ne hoc prætextu eccleſiæ exiſtentes præcipuè in remotis [g], diſpendia patiantur, nos earum in hac parte indemnitatibus præcauere volentes, hac generali cōſtitutione ſancimus, vt epiſcopus ſenio aut valetudine corporali grauatus, vel

Nota primò quòd datio coadiutoris epiſcoporum vel aliorum prælatorum ſuperiorum, eſt de maioribus cauſis, quæ ſpectant ſolum ad papam. Ex quo ſequitur quod legatus cardinalis nō poteſt dare coadiutores, niſi haberet ad hoc ſpecialem poteſtatem à papa. ca. quod tranſlationem. ſupra de offic. lega. in antiq. No. vlterius quòd contra Romanam eccleſiam non currit præſcriptio in iis quę ſibi reſeruauit in ſignum generalis dominij. Nota inſuper quòd epiſcopus ſenio confectus, vel alio impedimēto perpetuò detentus, poteſt ſibi aſſumere vnum coadiutorem, vel plures: dummodo conſenſerit ſuum capitulum, vel maior pars. Nota quòd ſi epiſcopus non poſſit eligere coadiutorem: tunc capitulum ſuum poterit pro ipſo eligere: & hoc auctoritate apoſtolica ſibi data per iſtud cap. ſed tunc requiritur quòd omnes de capitulo conſentiāt, vel duæ partes capituli. Nota quòd alius à papa non poteſt epiſcopo inuito dare coadiutorem. Nota ad quod allegatur præſens ca. quòd quis non tenetur militare ſuis propriis expēſis. Nam hic dicitur quòd coadiutor debet habere expenſas moderatas de prouentibus epiſcopi cui datus eſt coadiutor. Nota quòd coadiutor non poteſt alienare bona eccleſiæ. & hoc verum de immobilibus vel mobilibus pretioſis. Nam bona mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poſſet ipſe coadiutor alienare ad ſimilitudinem tutoris vel curatoris.

*Epiſcopis dare coadiutores, ad ſolū papā ſpectat.*

*Bona eccleſiæ per coadiutorem alienari nō poſſunt.*

d *Maioribus.* connumeretur ergo inter alias quas habes notatas. ſ. de tranſla. ca. j. de offi. leg. quod tranſlationem. de exceſ. præla. ſicut vnire.

e *Non obſtante.* Nota per hanc literam quòd contra Romanam eccleſiam non currit præſcriptio in iis quę ſibi in ſignū ſpecialis priuilegij reſeruauit: ſicut nec contra priuilegium prælationis. de hoc. ſupra de reſcrip. cum nobis.

*Præſcriptio non currit contra Romanam eccleſiam in iis quæ ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit.*

Gloſ. ſeq. dat ſimile: exponit, & contrarium ſoluit.

f *Tantummodo.* ſic ſupra eod. lib. de ſupplen. negli. præ. eccleſiæ. ergo non ab archiepiſcopo, vel patriarcha, vel legato: quia in generali legatione talia non tranſeunt. in prędicta decret. quod tranſlationem. Ad decret. ſupra eod. ex parte. in fine, reſpondetur quòd illud fuit de ſpeciali auctoritate vel mādato domini papæ. & quòd ita eſſet per antiqua iura, probatur per cano. vij. quæſt. j. c. j. & c. quamuis ſit triſte. cū multis cap. eiuſdem quæſtionis. ad idem decre. ſuperius allegata. & in antiq. de reg. licet. ver. illa ſemper. de renunt. niſi. ad fin. ADDITIO. Archiepiſcopus vt tetigit hic glo. in princi. talem coadiutorem dare nequit, qui iſ ſolum poteſt in prouincia ſibi decreta quod à iure reperitur cōceſſum, vel ex priſca conſuetudine introductum. ix. q. iij. cōqueſtus. ſupra e. li. de ſup. neg. præl. c. Romana. Iſta ergo poteſtas conceſſa epiſcopo & capitulo vel maiori parti, ſeu ſoli capitulo, metropolitano nō competeret epiſcopo viuente: licet datio viſitatoris quandoque competat eo mortuo. ſupra. e. lib. de ſupplen. negligen. præla. eccleſiæ. Ioan. And.

g *In remotis.* his enim precipuè prouidendum fuit. Ad hoc ſupra de elect. nihil eſt, ad finem.





a *Perpetuò.* & ſic nota quòd licet ægrotans laboret infirmitate incurabili, non remouetur, ſed datur coadiutor. ad idem ſupra eo. tit. ex parte. & ſic reprobatur opinio Ber. de qua no. ſupra eo. tua. ADDITIO. Dicit Archid. reſponderi poſſe ꝙ hic in epiſcopo loquitur. Ioan. And.

b *Maioris.* regulariter enim tenet quod facit maior pars. de iis quæ fi. à ma. par. cap. j. & dicitur totum capitulum feciſſe. lvj. diſtinct. apoſtolica. cum ſimili. ſed hoc fallit. infra prox. caſu.

c *Auctoritate apoſtolica.* ſunt igitur iſti delegati papæ in hac parte. & concor. ſupra de offic. ordi. irrefragabili. ſupra de hære. ad abolendam. in fin. & infra de ſtatu reg. c. vnico. & in cle. de ſup. neg. præl. quia regulares. cū concor.

*† Generaliter in omnibus quæ ſunt iuriſdictionis diœceſanæ & dignitatis epiſcopalis, item beneficia conferet, item cognoſcet de cauſis delegatis ſub nomine dignitatis. Do. no. in c. ſi ſupra e. de Arch. Font.*

d *Demens.* de ſuc. ab inteſt. cum dilectus. iij. quæſt. ix. indicas. & eſt ſi. quod dicit lex, quod quando pater eſt furioſus, filius datur curator patri. C. de cur. fu. l. ſi pater ff. eo. titu. l. ij. alias autem erubeſcit lex filios eſſe caſtigatores parentum. in auth. de nup. §. ſi quod ſanctum. collat. iiij. de maio. & obe. cum inferior. hinc eſt quod ipſi inuito coadiutorem non dabunt, vt in ſeq. reſponſo.

*Filij non debent eſſe caſtigatores parentum.*

etiam aliàs adeò impeditus perpetuò, [a] vt officium ſuum nequeat exercere, poſsit de ſui conſilio & aſſenſu capituli, vel maioris [b] partis ipſius, vnū vel duos auctoritate apoſtolica [c] coadiutores aſſumere ad dictū officiū exequendū. Si verò epiſcopus demens [d] fuerit, & quid velit aut nolit, exprimere neſciat vel non poſsit, tunc eius capitulum vel duæ ipſius partes [e] eadem auctoritate vnum aut duos [f] coadiutores aſſumant idoneos, qui eius officium † [g] exequantur. Si autem epiſcopus ſenio aut incurabili morbo grauatus, vel perpetuo impedimēto detentus, ad ſui executionem officij reddatur inutilis, & coadiutorem aſſumere vel habere noluerit, [h] licet à capitulo requiſitus proprio, ſe illius nō indigere ſuffragio forſitan aſſerendo, tunc nil per capitulum innouetur, ſed hoc caſu & etiam proximo [i] idem capitulum epiſcopi & eccleſiæ ſuæ conditionem & ſtatum ac facti circunſtantias [k] vniuerſas quàm citò poterit, fideliter & explicitè referat ad notitiam dictę ſedis, recepturi humiliter, & efficaciter implere turi quod ſuper hoc per ſedē ipſam cōtigerit ordinari. Pręſenti quoq; adiicim⁹ ſanctioni, vt coadiutores huiuſmodi de prouentibus prælatorū in quorū aſſumentur auxilium, ſumptus recipiāt moderatos, [l] ab alienatione qualibet de bonis eccleſiaſticis prælatorum ipſorū vel eccleſiarum ſuarū quomodolibet faciēda penitus abſtinentes, [m] ratione non ſolū in diſtricto examine, ſed & prælatis eiſdē (ſi ſanæ mentis extiterint) ac capitulis eorundē, ſeu etiā ipſorū prælatorū ſucceſſoribus (ſi hoc antea nō fecerint) plenariā redditurι. Cęterùm quod de epiſcopis præmittitur, ad ſuperiores etiā prælatos eſſe volumus & intelligimus referendum.

ſu mandatum nō habet à papa, ad quem datio eius pertinet, vt in principio.

i *Proximo.* ſcilicet quando demens eſt epiſcopus, & neſcit vel non poteſt exprimere quid velit.

k *Circunſtantias.* aliter enim ad veritatē peruenire non poſſet. xxiij. q. viij. occidit. ſ. de teſti. cū cauſam.

l *Moderatos.* ad idē. ſ. eo. tit. de rectorib⁹. & c. ſeq. non enim coguntur propriis militare ſtipendiis. x. q. ij. precariæ. xij. q. ij. charitatem.

m *Abſtinentes.* ad idē ſupra. de elect. nihil eſt & eo. lib. & titu. is cui. & c. indemnitatibus. §. ſi vero. Et intellige de alienatione immobilium vel mobilium pretioſorum. alias mobilia quę ſeruando ſeruari nō poſſunt, alienare poterūt ad inſtar tutorum. C. de admi. tu. lex quæ tutores. Ioan. And.

*Tres concor. alle. & quæſtionē ſoluit.*

## DE INSTITVTIONIBVS.

### Bonifacius octauus.

*Capitulum ſede vacante licet beneficia ad epiſcopi collationem ſpectantia conferre non poſsit, tamen ad illa præſentatos inſtituere poteſt. hoc dicit. Zen.*

DE INSTITVtionibus.

Dictum fuit. ſ. de præbendis. verū quia poſſet dubitari ad quē pertineat collatio & inſtitutio præbendarum, & aliorū beneficiorum eccleſiaſticorum, ideo ad nos informandū annectitur rub. de inſtitutionibus. Pro quo ſciendū quòd inſtitutio hic accipitur largè, & ſub ſe cōprehēdit collationē. Nam collatio propriè dicitur quādo beneficiū eſt liberū, & in mera diſpoſitione epiſcopi, ita quòd diſponit de illo beneficio iure ſuo ordinario abſq; aliqua pręſentatione. Sed quando beneficiū non eſt liberū, ſed eſt in iure patronatus alicuius, quia patronus præſentat, & ad pręſentationem patroni epiſcopus inſtituit, illud propriè dicitur inſtitutio. Prouiſio verò dicitur quando fit iure deuoluto, ſcilicet quando ſuperior prouidet in refutationem inferioris.

*Continuatio domini Heliæ.*

*Collatio differt ab inſtitutione & prouiſione.*

ET ſi capitulum. } Sede vacante capitulū ſuccedit epiſcopo in poteſtate inſtituendi, ſed nō in poteſtate cōferēdi beneficia. h. d. ſecūdū Ioan. de Fan. Et primò improbat ſimilitudinē. Secūdò decidit caſū dubiū, ibi, pręſentatos. quod dubiū fortificat ibi, licet. Io. And. Emanauit ad declarationem eorū quę no. ſ. de maio. & obe. his quę. & c. cū olim. Pro intellectu huius ca. eſt pręſupponēdū illud quod habetur in c. cū olim. de maio. & obe. in an. videlicet ꝙ capitulum ſede vacāte ſuccedit epiſcopo, ideo poteſt exercere ea quę ſunt iuriſdictionis per ſe, & illa quæ ſunt ordinis per alium, puta per aliquē epiſcopum. Item eſt præſupponendū quòd conferre beneficia eſt iuriſdictionis voluntariæ, ideo poteſt exerceri extra territorium. in c. nouit de offi. lega. in anti. CASVS. Vacante eccleſia Picta. per mortē prælati, antequam aliquis eſſet electus in epiſcopum, vacauerunt aliqua beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi. certum eſt ꝙ capitulum ſuccedit loco epiſcopi. ſed vtrum iſta beneficia vacantia poterit capitulum cōferre? Reſp. Ro. pon. ꝙ non: ſed collatio iſtorū beneficiorum reſeruabitur futuro epiſcopo. nec valet contraria conſuetudo, vt tenent doctores in. d. c. cum olim. alle. Et rationē aſsignant, quia capitulum nō poteſt incipere pręſcriptionē, cum præſcriptio nō incipiat nec currat contra eccleſiā vacātem. Sed ponamus ꝙ vacant beneficia patronata, vtrū capitulum poteſt inſtituere pręſentatos? Reſpond. ꝙ licet capitulū non poſsit conferre beneficia vacantia (vt dictū eſt) tamē poterit inſtituere ad præſentationē patroni. No. primò vnū caſum in quo capitulū ſede vacāte nō exercet iuriſdictionē epiſcopalem, ſcilicet in collatione beneficiorū ſpectante ad ſolum epiſcopū, ſed poterit inſtituere ad præſentationē patroni, id eſt in confirmandis electionibus, vt in iure alleg. in gl.

e *Duæ ipſius partes.* & ſic non ſufficit maior par. & eſt ſpeciale ad idem in antiq. de elec. licet. vbi in electione Roma. ponti. requiruntur ad minus duæ partes. ad idem ſupra eo. titu. alleg. c. ſcriptum. vbi in poſtulatione quæ concurrit cum electione, duæ partes etiam requiruntur. ad idem ſupra eodem libro de elec. ſiquando. & c. indemnitatibus. §. j. licet autem hoc ſit ſpeciale quòd duæ partes debent conſentire, regulare eſt quòd duæ partes collegij vel vniuerſitatis debent eſſe præſentes. ff. quod cuiuſque vniuer. l. plane. ff. de decret. ab or. fa. l. iij. ADDITIO. Vide quod not. de maio. & obe. ca. ſi. in ſij. glo. & de iis quæ fi. à ma. par. ca. in gl. pe. & quòd ſuper ea dixi. Ioan. And.

*Dat quatuor ſimilia, & ponit regulā. Partes duæ capituli in multis caſibus requiruntur.*

f *Aut duos.* hanc literam quam ſupra habueras, hic videas repetitam: per quam literam credo quod ſi plures dare vellent, non poſſent. [a] & potuit papa ad hoc motus eſſe ex eo quòd coadiutores debent ſumptus habere ab eccleſia, vt infra eodem §. præſenti. ſtemus ergo ſcripturæ, [b] quia papa ſi de pluribus voluiſſet, hoc expreſſiſſet. de deci. ad audientiam. in antiq. & ſufficit ita ſcriptum eſſe. vj. quæſtione iij. ſcriptum. ff. qui & à quibus. l. proſpexit. cum etiam iſti non ordinaria, ſed delegata poteſtate fungantur, vnde habent ſeruare metas mādati. ſupra titu. proxi. cui de nō. ſupra de reſcr. cum dilecta.

*a Idē Vbi. Do. Pont. b Nota formam datā ab homine, ſeruandam ſicut formā datam à iure. Do. Pōt.*

g *Officium.* eſt ergo coadiutoris officiū ea facere quæ pertinent ad officium eius cui deputatus eſt.

Gloſſ. ſeq. no. differentiam, arguit. argumentum reprobat. & ad iura contraria reſpondet.

h *Noluerit.* non eſt ergo idem tacere, quod contradicere, quia ſi contradicit, capitulum coadiutorem non dat. ſi tacet, ſecus, vt in proxi. caſu. ad hoc facit. j. de reg. iur. is qui tacet. vbi dicam de hoc. Et not. ar. ex hoc textu, quòd coadiutor nō datur inuito. ad hoc. vij. q. j. ſcripſit. & c. qualiter. & c. quāuis. §. ecce. ſed hoc eſt falſum, quia inuito datur. ad hoc de eccle. ædi. ad audientiam. j. in fi. & no. ſ. eo. ex parte. in vlt. gloſſ. Et iura illa non in coadiutore, ſed in ſubſtituto loquuntur, qui non datur inuito: coadiutor autem in caſu iſto per capitulū inuito epiſcopo non datur. alias autem per eum ad quē pertinet, bene datur inuito, vt ibi dixi. ſed hic apoſto. auctoritate datur. ſed hoc caſu non dabitur, quia capitulum in hoc ca-

*Coadiutor an detur inuito.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Inſtituere & admittere differunt.*

Nota ibi, admittere, quòd differunt admittere & inſtituere. Et per hunc textum deciditur vna quæſtio quæ eſt in facto. Nam quidam patronus quendam clericum præſentauit vicario epiſcopi, & rogauit illum vt illū admitteret. vicarius reſpōdit, placet. vnde notarius inſtrumēto ſuo inſeruit qualiter vicarius illū admiſit & inſtituit. nūc redarguitur inſtrumentū de falſo, quia vicari⁹ epiſcopi admittendo perſonam, nō per hoc inſtituit. Iſte text. facit quòd inſtrumentum ſit falſum, quia differunt admittere & inſtituere: & admittēdo perſonam iſtius præſentati nō videtur illum inſtituere. No. caſum prohibitum capitulo ſede vacante. Alios vide per Ioā. And. in c.j. ſ. de ma. & obe. e. lib. Nota quòd poteſtas inſtituendi in beneficiis deuoluitur ſede vacante ad habentem exercere iuriſdictionem prælati defuncti. Do.

CAPITVLVM I.

Etſi capitulum ſede vacante beneficia quę ad collationem epiſcopi [a] pertinēt, conferre non poſsit: [b] Præſentatos [c] tamē à patronis poteſt admittere, ſi ſint idonei, [d] & eos inſtituere in beneficiis ad quæ fuerint præſentati. Licet ad epiſcopum [e] (ſi ſupereſſet) admiſsio & inſtitutio huiuſmodi pertineret.

Idem in eodem.

*Non repellit præſentatum defectus ſacrorum ordinum. h. d. Zen.*

CAPITVLVM II.

Siis [f] ad quē rectoris præſentatio in aliqua parochiali eccleſia noſcitur pertinere, quempiam non conſtitutum in ſacris præſentet ad eā, ipſum †dūmodo aliàs ſit idoneus, & intra tēpus à iure ſtatutū [g] ad ordines quos ipſius eccleſiæ cura requirit, valeat promoueri, decernimus admittendum.

*†Not. idoneitatem & tempus hic per copulam ponit. vnde nō ſat eſt quòd intra tempus iuris poſſit promoueri, ſed debent etiā aliæ idoneitates concurrere. Do. de Ancha. Font.*

a *Epiſcopi.* ſolius. quod dic vt infra ne ſe. va. c. vnico.

Gloſ. ſequens alleg. concor. obiicit & ſoluit.

b *Non poſſit.* vt ſupra. ne ſede va. c. illa. [a] Sed obiices, ſi poteſt confirmare quod eſt plus, quare nō conferre? Sol. eſt falſum quòd confirmare ſit plus, quia qui cōfirmat, non donat. de fide inſtru. inter. ſed qui confert, donat. ſupra eo. li. de offi. vica. c. vlt.

*a Opinio Guil. Spec. de præſentatione nō facienda per capitulum vacante ſede, & quomodo commendam facere poteſt ſecundum Vinc. quā ibi ſcripſi. hic ponit Archi. Io. An.*

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit.

c *Præſentatos.* quid de electis per clericos ad quos electio ſpectat? Dic idem, ſed in illis erat expreſſum in prædicta decre. cum olim. j. de ma. & obe. ideo de præſentatis ſolùm hic dixit, & poterat de præſentatis dubitari, quaſi præſentatio inniteretur gratiæ, & non iuri cōmuni, & ſic poteſtas huius gratiæ vacante ſede in capitulum non tranſiret.

d *Idonei.* intelligitur, ſi non ſit appoſitum. de elec. cauſam quæ. in ant. ADDITIO. Arguit hic Archi. per. c. xxviij. diſt. priuſquā. & per no. xiij. di. c. j. in fi. quod ſi confirmator, epiſcopus, capitulum, vel confirmator ipſorum dicit, talem non debuiſſetis eligere: per idipſum reprobaſſe videtur. Ioannes Andreas.

e *Epiſcopum.* ſolum. ea enim quæ ſunt iuriſdictionis, tranſeunt in capitulum ſede vacāte, vt in iuribus ſuperius allegatis. ad idem de hære. ad abolendam. in anti. quod verum intelligas, niſi interdictum eis eſſet à papa, vt ſupra eo. li. de maio. & obe. c. vnico.

f *Siis.* Non diuiditur. Ioan. And. CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali patronus illius eccleſiæ præſentauit Titium clericum conſtitutum in minoribus ordinibus diœceſano, qui clericus erat aliàs idoneus. vtrum propter iſtum defectum, quòd non eſt promotus ad ſacerdotium, ſit repellendus à beneficio? Reſpondet quòd propter defectum ſacri ordinis non eſt à beneficio repellendus, dummodo aliàs fuerit idoneus, & poſsit promoueri ad ſacros ordines intra annum. No. primò quòd appellatione rectoris comprehenditur ille qui præficitur parochiali eccleſiæ. vide in cle. dudum. de ſepultu. No. ſecundò quòd idoneitas in præſentato ad eccleſiam requiritur tempore præſentationis quo ad alias qualitates quàm ordinum ſacrorum. Domi.

f *Siis.* quod in decr. ſ. de æta. & quali. præterea de diſpenſatione olim fieri poterat, eſt hic hodie ius cōmune. quod verū intelligo in hoc ſuo caſu, ſcilicet cum præſentatur quis ad rectoriam eccleſiæ parochialis per patronum. Dic autē vt dixi. ſ. eo. lib. de præben. ſi pro clericis pauperibus. ADDITIO. Multi contra. & vide quod ibi dixi de elect. dudū. j. ſuper vel ſi. vel in ordinibus. Ioan. And.

g *Statutum.* ſupra de ele. eo. lib. licet canon. vide glo. ſi. c. ij. ſupra de reſcriptis.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE & eccleſiæ non vacantis.

*Continuatio.*

Viſum fuit ſupra de præbendis & aliis beneficiis eccleſiaſticis, etiam viſum eſt de inſtitutionibus ad illa beneficia eccleſiaſtica. verùm quia poſſet aliquis dubitare quid iuris ſit de beneficiis nō vacantibus, vtrū poſſint aliis conferri, ideo ponitur rubrica de conceſsione præbendæ & eccleſiæ non vacantis.

DE CONCESSIONE præbendæ & eccleſiæ non vacantis.

Innocētius quartus dilecto filio Andreæ capellano noſtro.

*Si mandetur alicui prouideri de dignitate vacatura quā duxerit acceptandā, & vacat dignitas quā ante acceptationē ordinarius confert, tenet ipſius collatio, etiā ſi executor impetrantis ante acceptationē fecerit reſeruationem, inhibitionem, & proceſſus ſuper prima vacante. Io. And.*

A Quia cunctis. j. Hęc eſt famoſa decretalis & copioſa, & ſubtiliter gloſſata per Inno. Abbas ſic ſummabat, quòd executor datus ſub forma quòd cōferat tali quod duxerit acceptandum, ante acceptationem nihil facere poteſt. Sed dicit Io. And. quod iſtud non videtur bene dictum. Sed dic quod intellexit illud nihil, quod afficiat. & ſic debet intelligi gl. in ſ. ſubiunctum. j. quę incipit, nota quòd quando. Do. Iſtud ca. diuiditur in ſex partes, vt in glo. Nam in prima ponitur actoris petitio. In ſecunda exceptio rei. In tertia ponitur agentis replicatio. In quarta parte ponuntur duplicationes. In quinta triplicationes. In ſexta & finali parte ponitur ſentētia. Prima eſt in prin. Secunda ibi, Dicebat autē. Tertia ibi, Ex parte. Quarta ibi, ſed extitit. Quinta ibi, Econuerſo. Sexta ibi, Nos itaque. CASVS. Innocentius quartus fecit gratiam cuidam Draconi in eccleſia Carnoten. ſub hac forma, quia mādauit canonicis illius eccleſię vt Draconem reciperent in canonicum & in fratrem, & præbendam vel dignitatem ſi qua vacaret, eidem conferrent quam duceret acceptādam, alioquin proximo vacaturam, cum decreto irritante, & datis ſibi executoribus ad compellendum. Draco iſte præſentauit gratiam ſuam executori: qui executor acceſsit ad illam eccleſiam in qua erat ſubdecanus illius eccleſiæ, & ipſi Draconi contulit præbendam proximo vacaturam, & ſic contulit antequam Draco illā acceptaret. Deinde in ipſa eccleſia vacauit præpoſitura Normanniæ, quæ erat dignitas ſine cura: qua vacante quidam legatus cardinalis in illis partibus exiſtens, rogauit C epiſcopum vt de dicta præpoſitura prouideret cuidā Andreę nepoti domini papæ. Epiſcopus reſpondit quòd quantum ad hoc committebat vices ſuas illi legato cardinali: qui legatus præpoſituram contulit Andreæ nepoti domini papæ. poſtea Draco acceptauit illam dignitatem. Modo fuit orta controuerſia ſuper illa dignitate inter Andream nepotem papæ qui habuerat collationem à legato nomine ordinarij, & dictum Draconem qui habuerat collationem à ſuo executore. fuit dubitatum quis haberet potius ius in ipſa dignitate. vnde fuerunt allegatæ hinc inde plures rationes hinc inde. tandem auditis allegationibus hinc inde per partes propoſitis, papa tulit ſententiam definitiuam pro ſuo nepote contra Draconem, & ſibi Draconi impoſuit perpetuum ſilentium. Ratio motiua papæ fuit, quia Draco acceptauerat dignitatem iſtam poſt collationem ordinarij. Nota primò ex principio textus practicam cōcipiendi libellum, cum agit quis pro beneficio quod dicit ad ſe pertinere. nā non ſufficit dicere quòd habuit collationem à tali, ſed vlterius addat in libello, & qui habebat poteſtatem conferendi. Not. principaliter effectum huius caſus. quòd ſi mandetur alicui prouideri de dignitate proximo vacatura, quam ipſe pro quo ſcribitur, duxerit acceptandam, D poteſtas ordinarij non eſt ligata, niſi is pro quo ſcribitur acceptauerit, nam executor non poteſt facere collationem niſi facta acceptatione, ſed facta acceptatione poteſt executor ſuam poteſtatem exercere etiam priuſquam vacet dignitas. Not. quòd in iudiciis non facienda acceptatio perſonarum, quod eſt contra aliquos iudices qui grauant ſuos conſanguineos vt videantur iuſtiores: tamen prudentes iudices ſe exonerant à talibus cauſis, ne videantur hominibus iudicaſſe affectione carnali. Nota quòd decretum irritans in gratia expectatiua ligat ignorantes, dum tamen fuerit purificatum, quod purificatur dum gratia eſt purificata. Et non dicitur purificata gratia, niſi ipſa fuerit acceptata. Not. quæ dicatur canonica collatio, quia illa, quæ eſt facta de beneficio vacāte, & per illum qui poteſtatem habet conferendi. Not. finaliter quòd licet non ſit neceſſe in libello tollere defenſionem partis aduerſæ, vt not. Inno. de re iudi. cum Bertholdus, tamen ex illa non vitiatur libellus, vt patet hic, dum dicebat quòd nō erat facta inhibitio. Dom.

*Beneficium dicēs ad ſe ſpectare, qualiter debebit libellare.*

*Iudices quidā ſuos grauant vt iuſtiores appareant.*

Gloſ. ſeq. ponit prouiſionem contra hunc caſum inuentā.

Quia cunctis. Contra hunc caſum ſtylus curiæ clauſulam adinuenit, quā ſtatuit terminum acceptandi, inhibens intra illum



illum collationem fieri cum decreto. quod dic vt in cle. c. tit. cum ei quem ij. reſponſo. ADDITIO. Formam illius cle. ibi vide notatam in glo. iſte terminus. Ioan. And.

a *Et infra.* ſub hoc. j. intelligas factum, ſcilicet quòd Inn. [a] dedit gratiam Draconi ſuper prima præbenda vel dignitate ſine cura, quæ vacaret in eccleſia Carnotenſi, quam duceret acceptandam, dato ſibi priore quodā in executorem, & in literis ſuis erat decretum. Prior ille acceſſit ad eccleſiam Carnoten. quæ tunc vacabat, & ibi in capitulo in quo erat ſubdecanus, gratiam publicauit, & contulit ibidem illi D. dignitatem ſine cura, vel præbendam qui ibi primo vacaret, quam duceret acceptandā, inhibens ne quis veniret cōtra ſuam collationem, & pronuntians irritum ſecus factum. Poſt hoc præpoſitus Normanniæ in vltramarinis partibus deceſsit, prius electo & confirmato ſubdecano ipſius eccleſiæ Carnoten. in epiſcopum Carnotēſem. præpoſitura autem illa erat dignitas [b] ſine cura in eccleſia Carnoten. G. ſancti Euſtachij cardinalis in partibus illis legatus ſupplicauit epiſcopo vt dignitatem illā conferret Andreæ nepoti domini papę. epiſcopus ille commiſit illi cardinali vt conferret. quod factum eſt. Prior autem ille executor Draconis audiens dignitatem illā vacaſſe, commiſit cuidam archipresbytero quòd illum Draconem qui ipſam dignitatem acceptauit, deberet de ipſa inueſtire. quod factum eſt. Modo inter D. & A. ſuper hac dignitate quæſtione ſuborta, partes fuerunt coram papa, & primò allegauit A. vt ſequitur. hęc patent in deciſa, & ex iis quę ſequentur infra. Et diuide in ſex partes. In prima quæ durat vſque ibi, Dicebat autem. ponitur Andreæ petitio. In ſecunda quæ durat vſque ibi, Ex parte. ponitur Draconis defenſio. In tertia quæ durat vſque ibi, Sed extitit. ponuntur replicationes. A. In quarta quæ durat vſque ibi, Econtra verò. ponuntur duplicationes Draconis. In quinta quæ durat vſque ad §. Nos itaque. ponuntur triplicationes. A. In ſexta pro. A. ſententia fertur. ADDITIO. Hoſtien. qui facit ix. partes in hoc cap. de ſecunda facit tres, dicens quòd contra An. excipitur. Tertiò exceptio roboratur. Quartò pro. D. alia ratio inducitur. Itē de tertia dicitur, quòd quintò replicatur. Sextò, replicationi additur. hoc nō placet, quia potius ſunt partium diuiſiones quàm partes. Ioan. And.

*a Quartus auctor decreta dicit Hoſti. & Boati poſt eum. qui ſemper fuit nobilibus gratioſus, & iſte Draco fuit filius domini de Borbonio. Io. And.*

*b Dicit Io. Mon. quòd hic nō fuit diſputatū an eſſet dignitas vel officium, tamen vt dicit ipſe Inno. not. de præben. de multa. in fi. quòd præpoſituræ eccleſiæ Carnoten. ſunt officia non dignitates. Ioā. And.*

CAPITVLVM I.

Quia cunctis. & infra. [a] Proponebatur itaque pro parte tua quòd cū prædicta [b] prepoſitura dū vacabat, [c] tibi per eum [d] qui cōferre potuit ipſam, collata fuiſſet, collatio huiuſmodi canonica exiſtebat, maximè cùm nulla per priorem [e] ipſum, quæ illā impedire poſſet [f] inhibitio præceſsiſſet. Dicebat autem pars B altera quòd cū præmiſſæ [g] literæ ſede Carnoteñ. vacante fuiſſent in capitulo publicatę, [h] ac pręfatus epiſcopus tūc de capitulo ipſo eſſet, [i] ibiq; præſens exiſteret, ignorare nō potuit mandatum apoſtolicū ſuper conferenda memorato D. prębenda vel dignitate ſine cura, [k] quam ipſe duceret acceptandā, cum primò in eccleſia ipſa prædicta vacaret, alij fuiſſe directum, & ſic per conſequēs facultatē ſibi eſſe ſublatā conferendi huiuſmodi dignitatē. propter quod videbatur [l] quòd nec per ſe nec per aliū præfatā præpoſiturā curā non habentem animarū annexam quæ primò poſt mandatum ipſum in eccleſia prædicta vacauit, potuerit alicui perſonæ conferre: præſertim cū iam dictus prior eodē publicato mādato mox præfato D. præbendā vel dignitatem curā huiuſmodi non habentē, quā primò in eadē eccleſia vacare contingeret, contuliſſet, nec aliàs etiā (prout allegabatur [m]) prodeſſe poterat ipſius epiſcopi ignorantia in hac parte. Nā ſi alicui à ſede apoſtolica concedatur quòd excōmunicari non poſsit, [n] licet id forſitan B ſuus ignoret epiſcopus, non tamen propter hoc eius ligatur ſententia ſi quam proferat in eundē. Similiter [o] ſi alicui cōferendi præbendā aliquam tribuatur à ſede apoſtolica poteſtas, ex hoc ipſo videtur quòd ſit epiſcopo conferendi tunc eam penitus interdicta facultas. Nec obſtaret ſi fortè obiiceretur quòd lex ſeu conſtitutio & mādatū nullos adſtringunt niſi poſtquā ad notitiam peruenerint eorundē, aut niſi poſt tēpus [p] intra quod ignorare minimè debuiſſent: quia in priuilegiis [q] & indulgentiis ſeu cōceſsionibus ſpecialibus C ſecus exiſtit, in quibus ſufficit quòd ad illorū quibus cōceduntur notitiam perueniant vt patet cū indulgetur alicui quòd excōmunicari nō poſsit, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et quidē

b *Prædicta.* in deciſa. ſic infra de rebus eccle. non alie. dudum.

c *Vacabat.* notabat factum partis alterius. q. d. illi. D. fuit collata præbenda ſeu potius dignitas per executorem ſuū antequam vacaret, ſed mihi vacans collata fuit.

d *Per eum.* ſcilicet per epiſcopum, ſeu eius auctoritate, vt ſupra dixi. interdum etiam ſolus epiſcopus talia confert, interdum cum capitulo ſecundum diuerſas conſuetudines. quod dic vt not. de electio. cum eccleſia Vulterana. infra ne ſed. va. capitulo vnico. & bene dixit, qui potuit, quia aliàs collatio non valuiſſet, quia pro non dato habetur quod ab illo datur & cetera. de iure pat. quod autem. in antiquis. vbi de hoc.

e *Priorem.* qui fuerat executor Draconis, vt. ſ. dixi.

f *Poſſet.* Nota quòd aliqua præceſſerat, ſed non talis quæ A impediri poſſet. & erat ratio, quia fuerat facta ante acceptationem, vt patet. j. ver ſubiunctum.

g *Præmiſſæ.* in deciſa impetratę per illum. D. ad priorē executorem ſuum.

h *Publicatæ.* vnde per hoc videbatur dignitas affecta, vt infra eo. ſi capitulo. ſed non eſt verū hoc caſu, vt ibi dicam.

i *Eſſet.* ſic ſupra de reſcriptis. ea. eam te. & licet hoc ignoraret, non tamen ignorabat collationē per priorem factam ante vacationem & acceptationem non valere: & ideo iſtæ allegationes ignorantiæ parum proſunt.

k *Sine cura.* et ſi hoc nō fuiſſet adiectum, de tali intelligēdum erat, vt ſupra eodem libro de præbend. cum in illis. j. reſponſo.

l *Videbatur.* male intelligentibus. ſubtiliter autem intuentibus hoc non videbatur. ſupra de tranſla. inter corporalia. §. j.

m *Allegabatur.* pro parte ipſius. D. ad corroborandam exceptionem vel defenſionem ſuam.

n *Non poſſit.* vt infra de priuileg. volentes. talia tamen priuilegia non extenduntur ad ſententias ordinariorum, niſi in caſibus, vt infra eo. titu. iam alleg. ne aliqui.

o. *Similiter.* parum valet hæc ſimilitudo, quia alia ratio reformat pactum, vt patet infra §. ex parte.

p *Poſt tempus.* quod eſt duorū menſiū à tēpore publicationis. poſtea verò nō valebit ignorantiā allegare, vt in authen. vt fa. no. conſtit. coll. v. circa princ. & ſupra ne cle. vel mona. ſuper ſpecula. Et hic adde quod dixi in fine huius libri. ſuper data Romæ. in vltima gloſ. Ioan. Andreæ. ADDITIO. Facit etiam ſupra de ſententia excommu. nouerit. dicit Hoſtien. quod putat ibi ſpeciale in conſtitutionibus principis, alias autem hoc tempus erit arbitrarium. ff. de iure delib. l. j. §. ait prætor. & ideo ſufficit quòd ſit publicè promulgata ad hoc vt omnes adſtringat. ſupra de poſtula. præla. c. j. xvj. diſt. quod dicitis. de conſtit. c. ij. de hac materia, & quæ ſit ratio diuerſitatis, plenè not. in ſum. de conſtitu. §. quando conſti- D tutio. in princ. Hoſti. cuius dictum ponunt Ioan. Mon. & Archid. Opin. autem Ioan. quam ponit Archi. vi. in remiſ. quæ ſequitur in gloſ. Subdit autem Archid. quòd mandatum ligare non debet, niſi ex quo peruenit ad eos quibus mittitur. ff. de acquiren. poſ. qui abſenti. Et no. Innocen. ſupra de elec. innotuit. in vlt. gloſ. ſua. & vide quod dicam ſuper gloſſ. ſeq. Ioan. And.

*Conſtitutio noua ligat poſt duos menſes à tempore publicationis.*

q *Priuilegiis.* hæc allegatio intelligitur ſecundum reſponſionem aduerſæ partis. infra eodem. §. ex parte. & poterat eſſe ratio, quia conſtitutiones ſunt pœnales, & ſic ex ſe odioſæ. priuilegia gratioſa, & ſic fauorabilia. ad hoc infra de reg. iur. odia. ſed licet hoc probabile videatur, ſecundum prædictum. §. debet intelligi. ADDITIO. Dicunt Innocē. & Hoſtien. quòd hæc ratio, ſcilicet quia conſtitutiones ſunt pœnales, non eſt perpetua. declarat Ioan. Monac. quia in multis conſtitutionibus non agitur de pœna infligenda. dicit ergo quod quia lex omnibus eſt communis, & omnes adſtringit. ſupra de conſtit. c. fi. & C. de leg. leges ſacratiſsimæ. ideo ibi eſt tempus vniforme. Sed indulgentia eſt lex priuata. iij. diſt. priuilegia. quam ſola concedentis intentio contemplatur. Ioan. And.

Speciale,

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Speciale*. quaſi ſecundum intentionem allegantis litera A pro D. directa priuilegium eſt cenſenda: & ſic non requiratur epiſcopi ſcientia: ſed non eſt ita, vt ſequitur. Ioannes Andreas.
b *Abſentem*. contumaciter. aliàs contra.iij.q.ix.per totum. ſ.de.maio. & obe.inter quatuor. Archid. remittit.iij.quę.ix.in ſum. de dolo & contuma.veritatis. in an. Ioan.And.
c *Depoſitionis*. idem in inhibitione, ſuſpēſione, vel excommunicatione videtur.ad hoc de dolo & cōtuma.c.veritatis.in ſi.
d *Non valebat*. hoc verum eſſet, ſi de certa præbenda vel dignitate mādatum fuiſſet: vel in caſu iſto poſt acceptationem: & hoc non aduertit allegator. Ioan.And.
e *Vim ſuam habent*. priuilegiū enim datū alicui ſtatim vim ſuā habet cum peruenerit ad illum cui conceditur. ad hoc facit lex dicens: quòd ſi ſcripſi ſeruo meo vt in libertate moretur, non ſtatim liber eſt: ſed tūc cùm litera ad ipſum peruenerit. ff. de acquiren. poſſeſ.l. qui abſenti ſeruo in princ.[a] Sed non ſic cum datur alicui poteſtas cōferendi prębendam: vt j.ver.nō ſic autem &c.
f *Certam*. expreſſam vel non expreſſam: puta primā quæ vacauerit. ADDITIO. Quæ dicitur certa ꝓ tanto, quia refertur ad vnicam: vere tamē prius eſt incerta.
g *Incertam*. ſicut cū dicitur, præbendam conferas quā duxerit acceptandam: vt in caſu noſtro.
h *Adimatur*. ſupra de præben.dilectus.ij.
i *Et irritum*. Nota ꝙ executor qui habet poteſtatē conferēdi, pōt interdicere collationem ei ad quem pertinet de iure: & reſeruare ſibi collationem: & decernere irritū quod poſtea fieret, ſicut & legatus. de iure pa.cùm dilectus. & no.de hoc de pręben.c.vlt.& ſic habes hic tres caſus in quibus prębenda afficitur.de his videbis j.eo. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. Ioā.And. ADDITIO. Quòd poſſit executor talis ſibi reſeruare & decernere &c. not. Innoc. qui dicit ſatis hic patere quod executor ſuſpendit ordinariū à collatione beneficij. Sed Hoſti. intelligit hæc vera quando in reſcripto eſt clauſula, decernēres &c. ſupra de pręb.inter. & refert ꝙ alij generaliter intelligūt. & Archid. dicit opinio. Hoſti. confundi. j.eo. ſi ſoli. Ioan. And.
k *Quia cum illi*. optima reſponſio & ſecundū Innocē. Papa enim præbendas omnes & dignitates conferre poteſt. ſ. de præben.cap.ij.& tamen illi ad quos collatio ſpectat, poſſunt illas conferre: niſi papa prius inſinuet illis quòd nō conferant cum decreto. ſic per talem poteſtatem datam executori, non aufertur ei ad quem pertinet conferēdi poteſtas, niſi in literis id dicatur, ſcilicet quod conferre non poſſit.

a Hoſt. dat hic aliud ſimile: qđ vi. not. de præb. accedens. ad ſi. glo. Ioan. And.

Executor habens poteſtatem cōferendi poteſt interdicere ei ad quem aliàs de iure pertinet conferre.

cùm tribuitur alicui poteſtas conferendi præbendam: videtur proculdubio ei concedi aliquid ſpeciale [a]. Adiiciebatur inſuper, quòd cum ſententia ſtatim arctet etiam ignorantem: quoniam ſi contra prælatum aliquem abſentē [b] depoſitionis [c] ſentētia proferatur, contractus quos iniit ignoranter poſtea vt prælatus, nullum robur obtinent firmitatis: & in ſupradictis literis irritum decernimus & inane quidquid ſuper huiuſmodi præbenda vel dignitate cōtra noſtrum contigerit attentari mandatum: collatio quā idem epiſcopus poſt tale noſtrum decretum, ſiue illud ignorauerit, ſiue non, de præfata præpoſitura per ſe vel per alium fecerat, non valebat [d]. Ex parte verò tua extitit replicatum, quòd hæc de illis priuilegiis & indulgentiis (æquitate ſuadente) debent intelligi, quæ vim ſuam habent [e] mox cùm ad illos quibus conceduntur, perueniūt: C ex quorum tenore liquidò noſci poteſt quòd talis circa ea fuerit intentio concedentis: vtpote cùm alicui conceditur quòd excommunicari non poſſit. ex hoc enim euidenter apparet aliis ipſum excommunicandi ademptam eſſe penitus facultatem: non ſic autem ſi alicui conferendi præbendam ſiue certam [f] ſiue incertam [g] tribuatur poteſtas. non enim tunc eſſe videtur tribuentis intentio, vt per hoc ei ad cuius donationem præbenda ipſa pertinet, cōferendi poſsibilitas adimatur [h]: niſi prius ille ſibi notificet quòd eam velit per huiuſmodi poteſtatem conferre, aut ei collationem interdicat illius: vel poſtquam illi notificauerit talem poteſtatem fore ſibi conceſſam, vacuum decernat & irritum [i] ſi ſecus de ipſa præſumat: Quia cum illi [k] non amplior detur poteſtas quā ipſe Romanus pontifex habeat in hac parte: ſicut per eam quā obtinet ipſe Romanus pontifex, facultas conferendi beneficiū vel prębēdam (niſi ſuam inſinuet voluntatem) alicui non aufertur, ſimiliter & per eam quæ taliter illi [l] ab ipſo [m] conceditur, ei ad quem ipſius præbēdę ſpectat collatio, priuſquam inſi- B nuet ille ſibi quòd eam velit concedere, vel etiam conferat ſi fortè vacet, poteſtas non tollitur conferendi, niſi forſan quòd ipſam conferre non poſſit, exprimatur in conceſsione huiuſmodi poteſtatis. tunc enim licet talem conceſsionē fortaſsis ignoret, ſua tamen collatio ſi poſtmodum præbendam ipſam conferat, nihil valet: cùm ſatis ſuper hoc cōcedentis intentio agnoſcatur: ſicut cùm indulgetur alicui quòd excommunicari non valeat, vt in ſuperioribus eſt præmiſſum. Subiunctum [n] etiam extitit, quòd cum memorato priori per pręfatas literas mādaſſemus vt memorato D. præbendam vel dignitatem ſine cura, quam acceptādam duceret, ſi vacaret tūc, vel quàm primò vacare contingeret in eccleſia prædicta, conferret: idem prior prouidendi ei de præbenda vel dignitate ipſa (niſi poſt acceptationem [o] ipſius † non habebat aliquam poteſtatē. Vnde cū ſæpedicta prępoſitura fuerit tibi antequā illam idē D. acceptaret [p], præfati epiſcopi auctoritate collata, huiuſmo- D di collatio talis [q] mandati noſtri prætextu, etiam ſi prius illud epiſcopus ipſe ſciuiſſet, nō poterat vacuari. Noſtrum autem in hac parte decretum ad præbendam ſeu dignitatem quam prædictus D. acceptaret, referri [r] debebat: alioquin ſuper incerto fuiſſet editum, nec aliquem adſtrin-

l *Illi*. executori.
m *Ab ipſo*. Romano pontifice. Io. An.
n *Subiunctum*. pro parte ipſius Andreæ cui ſcribitur.
o *Poſt acceptationem*. intelligitur autē acceptare petendo per executorem ſuū ſibi conferri beneficium quod poterat acceptare; vel recipiēdo illud ſibi pręſenti collatum: vt in cle.eo.ti. cum ei quem.iij. reſponſo.
p *Acceptaret*. No. ꝙ quando ſcribitur ſub hac forma, quā duxerit acceptandā: decernētes irritū & inane. executor tunc ante illam acceptationē nil poteſt facere: & ſi fecerit, nō valebit, tanꝗ ſuper incerto prolatū. ar. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. itē eorū. §.j. Si verò papa mandet alicui ꝓuideri de prębēda quā duxerit acceptandā, ſine clauſula illa decernētes: tūc tenebit collatio illi ad quem de iure pertinet antequā ei nuntietur [b] de acceptatione. Si autem papa mandat alicui prouideri de præbēda quā acceptauerit, cū clauſula, decernentes: tūc acceptatiōe facta ſtatim executor interponit auctoritatē ſuā prohibendo ne cōtra prohibitionē ſuā aliquid diſponatur de illa præbenda, decernendo irritū & inane quidquid poſtea duxerit faciēdū: cū hoc per illā formā ſic ei ſit cōceſſum. nec valebit, ꝓuiſio tūc facta ab eo ad quē ꝑtinet illius prębēdę collatio, etiā ignorāte huiuſmodi acceptationem & decretū. Ber.
q *Talis*. ſcilicet quā duxerit acceptandā.
r *Referri*. licet igitur dicatur in literis, decernētes &c. nihil operatur decretū priuſꝗ fiat acceptatio: aliàs decretū eſſet ſuper incerto: ꝓut ſequitur. papa enim nō vult ꝙ ſtatim aſſumat illud decretū ſuū vigorē: ſed tūc eū acceptauerit, valet: etiā ſi ille ad quē ꝑtinet collatio, ignorauerit acceptationē: quia tunc decretū ſumit vigorē, & ligat ignorātes: vt hic, & ſ. de pręb. c. li. dudū. Secꝰ. n. eſt in caſu vel decreto quo ꝓhibet aliquid fieri: & quod cōtra factū fuerit, caſſat: quia ſtatim ligat. xxxv. q. iij. cōtradicimus. ſ. de ele. quia propter. ver. aliter &c. quādo nō apponitur clauſula illa, decernētes, ſæpe locū habet regula illa, multa fieri prohibētur, facta tamē tenēt. de reg. ad apoſtolicā. man. ſecundū Ber.

Acceptare dicitur quis beneficium eo ipſo quòd petit illud ſibi cōferri

b Facit (inquit Phil.) ſupra de appell. ca. ſuper eo. 2. Font.

† Do. no. hic quòd executoris ad conferendum beneficium quod impetrans duxerit acceptandū, inhibitio, intimatio, collatio ante tēpus vacationis non ligat ordinariū: quia poteſtas in euētum conditionis non exercetur ante purificatā conditionem. facit ca. ſi per te. ſ. e. de reſcrip. Font.

Adſtrin-



a *Adſtrinxiſſet*. concord. cle. eodem titulo. cùm ei quem. ij. A reſpon.
b *Ex aduerſo*. ſcilicet ex parte Draconis.
c *Archipresbyterum*. cui prior qui erat executor Draconis, commiſerat collationem præpoſituræ: vt patet in integra. & dixi in prin. ADDITIO. Alij dicunt ꝙ ille prior factus erat archipresbyter: & ſic erat eadem perſona quæ prior. per hoc ius non variatur: tamen ex integra patet contrarium. Ioannes And.
d *Legatur*. ponittenorem legis. ff. de opti. leg. ſi cùm optio. Ioan. Andr. ADDITIO. Dicit Hoſtien. quòd fortis eſt allegatio, quæ locum habet ſiue homo indiſtinctè legatus ſit, ſiue plurium data ſit optio: quia ſinguli conditione videntur legati. ff. qui & à quibus. l. iij. argum. ff. de pecu. lega. l. cùm dominus. §. ſi. ff. de optio. lega. ſi tibi. §. ſi. & l. ſi opt. & ſi lapſi ſint anni. xx. videtur ꝙ optare poſsit: & ꝙ beneficiū ei debeatur. Arg. expreſſum. ff. de condi. & de. l. ſi. Ioan. And.
e *Elegerit*. No. quòd in legato generis data optione eligendi ſpeciem, non poteſt fieri alienatio alicuius ſpeciei ante electionem legatarij.
f *Ille*. ſcilicet ſeruus manumiſſus vel alienatus antequam legatarius elegerit: legatarius ergo poterit illum ſeruum manumiſſum vel alienatū vendicare ſi voluerit. forſitan ſeruus ille aliis ſeruis melior erat: & hæres legatario electionem auferre nō potuit. Eodem modo videbatur quòd epiſcopus non potuerit auferre electionē iſti Draconi: & ſic collatio archipresbyteri valere debebat. hoc intendit hæc allegatio: ſed non eſt vera. Ber.
g *In vltimis voluntatibus*. communis reſponſio aduocatorū noſtri temporis ad leges Infortiati, ſpeciale in vltimis voluntatibus. Sed dicant, quare? Vnde admirando dicebat Hoſtien. Domine dominus noſter &c. Si in vltimis voluntatibus hoc locū habeat: multo fortius in beneficiis, in quibus eſt adhuc plenior interpretatio faciēda, ſupra de dona. cùm dilecti. Sed non aduertit quòd iſta non ſunt talia beneficia quæ ſic largè ſunt interpretanda: vt notauerat de elec. dudum. & habes. ſupra de præb. e. lib. quamuis. j. ADDITIO. Hoſti. qui dicebat in beneficiis pleniorem interpretationem faciendam, addebat ꝙ princeps non debet in facto ſuo fraudem aliquā adhibere. ſupra de dona. per tuas. nec aliquē propter beneficium ſuum decipere. C. o. de iis qui ve. æta. l. j. nec alicui iniicere laqueum. xxvij. q. j. de viduis. ij. nec verbū ſuum variare. xxiij. diſt. pſalmiſta. Nec primo impetranti præiudicare: vt not. de reſcrip. ca. j. & c. literis. de iure pa. cum autem. in ſi. Et dicit ꝙ neſcit ſi prædictis omnibus conſideratis ipſe pro nepote ſuo iudicaſſet. Honeſtè & iuſtè hoc tenuiſſet, ſi pōderaſſet quod ipſe not. in prin. ſuæ ſummæ. Ioan. And.
h *Legatu futuris*. vt lego Titio vnum fœtum naſciturum de grege quem eligere voluerit. & fuit huius mandati forma ſimilis huic legato dū dicit, quæ primo vacauerit quā duxerit acceptandam. Legatum de præſenti eſt, lego tibi vnū de ſeruis meis quem elegeris. in his à tempore aditæ hæreditatis intelligatur rei legatæ dominium fuiſſe legatarij. vnde nec ſeruum legatum ſub conditione hæres manumittendo facit liberum. ff. de manumiſ. l. ſeruum. ff. qui & à quib. l. cùm is. & vide quod dixi ſuper gloſ. poſt. & quod ibi dixi in text. Ioan. And.

†No cautū modum allegandi: vidèlicet vt loquatur conditionaliter, quòd ſi ſic eſſet, tamē &c. Et hoc eſt cautum, ne videatur fateri intentionem aduerſarij. ad hoc de ver. ſig. c. abbate. §. ad hoc. & ſupra de excep. cum venerabilis. ſecundum Hoſtie. & Ioan. And. Domi.

Legatum eſt & de futuro & de præſenti

xiſſet [a]. Sed extitit ex aduerſo [b] reſponſum, quod etſi † præfatus prior iam dicto D. præbendam vel dignitatem huiuſmodi cùm vacaret, ante huiuſmodi acceptationem conferre nequiret, idem tamen D. præbendam vel dignitatem talem licitè poſſet & liberè acceptare: quare prædictus epiſcopus præfatam præpoſiturā (cùm non prius eum requiſierit an acceptare B vellet eandem) cuiquam conferre non potuit: quinimo ipſius collatio, cùm idem D. præpoſituram ipſam poſtmodum acceptauerit, irritari debebat, & conceſsio per iam dictum archipresbyterum [c] ſibi facta debet ſtabilis permanere: ſicut cùm legatur [d] alicui vnus ex ſeruis quem elegerit [e] vel optauerit, & hæres ante optionem vel electionem illius manumittit aliquem vel alienat ex illis: profectò manumiſsio vel alienatio irritatur, ceditque ille [f] legato, ſi legatarius cum C duxerit eligendum. Econtra verò pro parte tua propoſitum extitit, quòd id in vltimis voluntatibus [g] tenet, nec præmiſſa in legatis futuris [h] quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad optandum ſeu eligēdum ex illis [i] ſicut ex iſtis poteſt terminus aſsignari. Et grauis ineſſet conditio, quoddáque incongruum [k] videretur, ſi quando mādaretur alicui de beneficio quod duceret acceptandū in aliqua ꝓuinciá quā primò illud vacare cōtingeret prouideri: oporteret ipſum in ſingulis beneficiis poſtmodū inibi vacantibus, prorogata non abſque periculo [l] forſitā ipſorum collatione †, requiri. vnde cum ſæpe præfato priori fuiſſet iniunctum vt dicto D. prębendam vel dignitatem B quam acceptandam duceret ſi vacaret in eccleſia memorata, vel quàm citò contingeret eam vacare, ſibi auctoritate apoſtolica conferret, & ita idem D. circa futuras ſiue vacaturas præbendas vel dignitates tales [m] ipſius eccleſiæ optio data eſſet, non poterat per hoc memorati epiſcopi in illis quando vacarent, collatio impediri: niſi forſan cùm aliquam ex eis vacare contingeret, illam ipſe D. (priuſquam eam conferret epiſcopus) acceptaret [n]: vel etiam niſi ante vacationem alicuius ipſarum vacaturarum C ex his primam, vel ea omiſſa ex aliqua cauſa [o], vlteriorem duceret acceptandam: quia taliter acceptatā conferre poſtmodum epiſcopus non valeret. Nos itaque tam tuis quā præfati D. rationibus plenius intellectis: quia ſæpe dictam præpoſiturā ad te nouimus [p] pertinere, ipſam tibi (habito fratrū noſtrorum cōſilio) adiudicare curauimus [q], ipſi D.

i *Illis*. legatis de futuro: ibi non poteſt ad eligendum terminus aſsignari: vt ſequitur. Sed in legatis de præſenti bene aſsignatur terminus legatario ad eligendum. Aſsignabit enim ſibi prætor terminū vt eligat, quod ſi non fecerit, hæres poterit ſeruos vendere. ff. de optio. leg. l. mancipiorum. & l. ſi tibi. in princ. & l. ſi optio. §. vlti. ad hoc facit de reſti. ſpo. frequens. ſupra eod. lib. ADDITIO. Facit. ſupra eo. ſi pluribus. & cap. ſi tibi. & ſupra eo. lib. de cōſue. c. ſi. Ioan. And.
k *Incongruum*. j. eo. executor.
l *Periculo*. in beneficiis ergo læditur reſpublica: in legatis priuata, in quibus & teſtator quam vult legem ſine alicuius iniuria poteſt imponere. C. de ſacroſan. eccleſ. l. j.
m *Tales*. ſcilicet ſine cura.
n *Acceptaret*. Nota quòd ille pro quo ſcribitur ſub hac forma, poteſt acceptādo ſine præſentia & collatione executoris impedire collationē epiſcopi. quod verū eſt, ſi eſt ibi clauſula, decernentes &c. vt ſuperius dictum eſt. ſit ergo vigil ille, pro quo ſic ſcribitur, vt ordinarium in acceptando præueniat. Ad idem j. eo. ne captandæ. in ſi. & ff. de iis quę in frau. cre. l. pupillus. in ſi. ADDITIO. Quòd poſſit impediri collatio epiſcopi acceptando ſine præſentia & collatione executoris, tenent Inno. Ioan. Mo. & Archid. adhiberi tamen debēt teſtes idonei ſecundū Hoſt. alleg. de offi. ordi. paſtoralis. in ſi. melius facit de ſent. excō. ſacro. in prin. D in ant. Sed Cōpoſt. videtur velle ꝙ coram executore faciēda ſit acceptatio. ſ. de reſcri. capitulū. in gl. magna. ad ſi. ver. quid ſi literę. & ver. ſeq. Sed vt dicit Archi. hoc non eſt iure cautū, imò contrariū hic apparet: cùm ſic indiſtinctè loquatur, nō dicendo coram quo acceptet. Ioan. And.
o *Cauſa*. ergo ſine cauſa non poteſt: vt dixi. j. e. ne captādę. & vna acceptata, nō poterit aliā acceptare. ff. de op. leg. l. apud Aufidiū. niſi fuiſſet deceptus: vt quia debebatur alij, & ignorabat: vel pro dignitate ſimplex beneficium acceptauit. ADDITIO. Idem no. Inn. & Hoſti. poſt eum. alleg. ff. de op. leg. l. ij. & ſ. de præſump. quia veriſimile. vide quod no. ſ. de elect. cauſam. & quod ſcripſi. ſ. e. lib. de reſcri. cùm in multis. ſuper vlt. gl. quod dicam. j. e. ne captandæ. ad ſi. Ioan. And.
p *Nouimus*. ipſum ergo mouit iuſtitia, non carnalitas. & eſt hoc contra quoſdam hypocritas qui vt videantur iuſti, pronunciant contra ſuos. ADDITIO. Vt dicit Hoſti. de quodā Pariſienſi ſcholari, qui reuerſus ad patriā, pronuntiabat contra ius iuſtas cauſas fouentes pro extraneis, vt iuſtiſsimus videretur. Ioan. And.
q *Curauimus*. quia collatio tibi facta præuenit acceptationem Draconis. Ioan. And.

† Hic not. Phil. quòd ordinarius cui mandatur cōferre beneficium Titio quod duxerit acceptandū: poteſt beneficium ante acceptationem alteri conferre, niſi in literis eſſet terminus Titio præfixus ad eligendum. cle. §. ſecut. j. eo. Font.

Deteſtan-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



ſuper ea perpetuum ſilentium imponentes.

Bonifacius octauus.

*Omnis promiſſio per quam datur via ad beneficia vacatura, eſt reprobata. Io. And.*

CAPITVLVM II.

DEteſtanda iniquorũ peruerſitas abſtinere neſciens à vetitis, nec gaudere debito modo conceſſis [a], dignè plerunque officium excitat præſidentis ad ea quæ iuſta fuerant conſideratione conceſſa (cùm in abuſum ea vergere circunſpicit) diſcretione præuia reuocanda [b]. Sanè licet olim fuerit canonica conſtitutione decretum [c], quòd hi qui promittunt aliquibus de beneficiis eccleſiaſticis cùm poterunt vel cùm facultas [d] ſe obtulerit prouidere, promiſſiones ſuas facultate ſe offerente debeant adimplere: quia tamen ſicut experientia [e] docuit, per promiſſiones huiuſmodi quæ per importunitatem nimiam (per quam non concedenda multoties conceduntur [f]) & per ambitionem improbam vt plurimum extorquentur, aperitur via ſub tali palliatione verborum ad promittenda damnabiliter † contra Lateranenſe [g] concilium beneficia vacatura, mortis alienæ votum ingeritur, & eccleſiis ac prælatis & perſonis eccleſiaſticis grauamina plurima inferuntur. Nos malis huiuſmodi & animarum periculis occurrere cupientes, promiſſiones eaſdẽ & alias quaſcunque ſub quouis modo aut forma verborum [h] decætero [i] faciendas, per quas directè vel indirectè [k] aperiri via valeat ad beneficia vacatura, auctoritate apoſtolica penitus reprobamus, & omnino vi-

Diuiſio.

DEteſtanda. } Primò ponit ſecundum Ioan. Mon. arengam vel exordium. Secundò ius antiquum, & ſequelam ipſius: ibi, Sanè. Tertiò illud reuocat: ibi, Nos. Emanauit hęc decre. ad correctionem decre. ſ. eo. accedens. & ad declarationẽ & approbationẽ eorũ quę ibi tãgebant Innõ. & Hoſti. ADDITIO. Ex exponit Archidiac. deteſtanda, id eſt abominanda & execranda. Sic etiam ſumitur. ſupra de fil. preſby. ex tranſmiſſa. in fine. & ſupra de ſepul. capitu. primo. in fi. & ſupra qui fil. ſint leg. per venerabilem. in fine. Alibi ſumitur pro denũtiatione. ff. de verb. ſignifi. ſubſignatum. §. deteſtari, & l. ſeq. quæ dicit quod deteſtatio eſt denuntiatio facta cũ teſtatione. Io. And.

Præſupponendum eſt illud quod habetur in capi. accedens. e. tit. in ant. videlicet ꝙ licet non valeat, promiſſio iſta, promitto tibi beneficiũ cũ vacabit: vel promitto tibi beneficiũ vacaturum per mortem: valet tamen iſta promiſſio, promitto tibi de beneficio prouidere cum facultas ſe obtulerit: quia nõ eſt tantum votũ mortis alterius captandæ ſicut in prima promiſſione: nam multis aliis modis quàm per mortem poſſunt beneficia vacare: puta cùm facultates alicuius eccleſiæ ſunt augmentatæ: iuxta cap. cùm M. Ferrarienſis. de conſtitut. in anti. ideo emanauit præſens capitulum ad declarationem illius capituli, accedens. CASVS. Epiſcopus Pictau. ad quem ſpectat collatio præbendarum eccleſiæ Pictauen. promiſit mihi aſsignare præbendam cùm vacaret, vtrum iſta promiſſio ſit obligatoria, ita quòd poſsim agere contra epiſcopum Pictauen. ad ſuam promiſſionem; & ſi non adimpleuerit, teneatur mihi ad damna & intereſſe, ſi propter hoc feci aliquas expenſas? Reſpondet Romanus pontifex. quòd illa promiſſio non eſt obligatoria. Sed ponamus quòd epiſcopus Pictauen. fecit mihi promiſſionem ſub iſta forma, Promitto tibi conferre beneficium cùm primum facultas ſe obtulerit. nunquid valet iſta promiſſio? Reſpondet quòd olim valebat iſta promiſſio: & virtute illius poterat agi contra promittentem ad dãna & intereſſe: ſed hodie non valet, ne detur occaſio machinandi in mortem proximi: nec virtute illius poteſt agi. Not. primò ex hoc textu, quòd abuſus eſt iuſta cauſa caſſandi illa quæ aliàs iuſta erant. Nam propter abuſum multoties princeps caſſat priuilegia conceſſa aliquibus. Et in hoc fundant ſe iuſtitiarij regij huius regni: qui nolunt permittere ſcholares huius vniuerſitatis gaudere priuilegiis nobis conceſſis. Nota principalem effectum huius cap. quòd beneficium vacaturum non poteſt promitti ſub quacunque forma verborum. Nota quòd promiſſio continens turpitudinem, non eſt obligatoria: & ſic promiſſio beneficij vacaturi nõ eſt obligatoria: quia inuitat aliquem ad machinandum in mortem proximi: imò cenſetur promiſſio iſta impoſsibilis impoſsibilitate iuris. Nota, id quod eſt prohibitum directè, non poteſt promitti per obliquum. Vtrum per iſtud ca. ſit correctũ ca. relatum. de pręben. in ant.? Reſpon. glo. & bene, quòd nõ: imò receptus in canonicum poteſt licitè petere prębendam ex vi canonicatus: ſed nõ ex vi promiſſionis. Sed quid ſi conferatur præbenda alij: vtrum teneat collatio? Reſpondeo ꝙ ſic: ſed tamen iſte in canonicum receptus, poteſt agere contra capitulum vt ſibi prouideat de reditibus cõmunibus donec fuerit ſibi prouiſum de aliqua præbenda. Licet hoc non ſit iure cautum: tamen doctores communiter inſequuntur Innoc. qui hoc notat in tit. de maio. & obe. in ant. Not. vlterius quod importunitas petentiũ inducit hominem ad concedendum id quod non conceſsiſſet. concor. ſunt in gloſſa. Nota finaliter quod extorqueri dicitur illud quod obtinetur per importunitatem verborum [a]. Domi.

Abuſus facit multa etiam iuſta caſſari.

Beneficij vacaturi promiſſio promittentem non obligat.

a Hoc probo per tex.

a Conceſſis. fuerunt hæc verba ſumpta de canone. xlvij. di- A ſtinct. virum catholicum. vbi dicit, mens auida potentiæ nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis: nec adhibere pietati conſenſum. nam & (vt dicit canon) mens cupiditati alligata citò deuiat à vero. lxxxiij. diſtinctione nihil. & xcvj. diſtinct. bene quidem. & alibi, omnium malorum radix eſt cupitas. xlvij. diſt. bonorum. de pœnit. diſtinct. ſecũda. quia radix. ad hoc de cõſti. nam concupiſcẽtiam.

cum gloſ in ver. extorta. C. ne ſi. ꝑ pa. Fõt.

b Reuocanda. ad hoc optime. lxiij. diſtin. §. verum. ſupra de cõſangui. & affi. non debet. de deci. ſuggeſtum. vbi & priuilegium reuocatur cũ tendit ad noxam. & xij. q. j. certè. ſupra e. lib. de reſcri. ſtatutũ. in princ.

c Decretũ. ſupra eo. tit. accedens.

Gloſ. ſeq. ponit dictum Hoſti. quod improbat.

d Facultas. antiquis iuribus generalior viſa fuit hæc forma, quàm illa, cùm vacabit: quia multis caſibus poteſt ſe facultas offerre quod non eſt mors canonici expectanda: ſed vt dicebat Hoſtien. in decre. accedens. etiam poteſt beneficium præter mortem vacare: puta renuntiatione, depoſitione, præbendarum diuiſione, & ſimilibus modis. vnde vtrobique videbatur mala intentio eſſe poſſe, vnde voluit dicere quòd ibi erat pro ratione volun- C tas: ſed hæc litera ſuprapoſita, iuſta fuerunt conſideratione &c. dicit contrarium. vnde oportet dici quòd ratione generalitatis licebat olim, quod ſpecialiter & expreſsè non licebat. ad hoc. de offi. ordi. ſi ſacerdos. in anti. & quod ibi not. & xxiij. diſt. quanquam. & j. c. proxi.

† Ne. quòd contrauenientes turi peccat. gl. de pœn. di. 1. in ſumma. imò incurrit notam infamiæ. ca. illud. de maio. & obe. Bar. in l. ſi quis ꝑ eo. ff. de fideiuſſo. vide glo. in c. 1. de ſcrut. in ordi. faci. vide quæ dixi ego in c. ꝑpetuæ. ſ. de elect. Font.

e Experientia. quæ eſt efficax magiſtra rerum. de elec. quã ſit. ſupra eo. lib. cum ſuis concordantiis. ADDITIO. Et 50. diſtinct. vt conſtitueretur, & ſupra eo. lib. de reſcri. ſtatutum. in prin. Ioan. And.

f Conceduntur. ſupra de reſcri. ca. vlt. e. lib. & ſupra de purg. ca. cùm in iuuentute. j. de reli. do. ca. j. C. de pe. bo. ſubla. l. j. li. x. & eſt ibi importunitas ambitioſa & non ambitioſa: vt dixi de reſcr. ca. vlt.

g Lateranenſe. ſupra eod. cap. ij.

h Formam verborum. puta cùm in genere promittitur eccleſiaſticum beneficium: vt notatur. ſupra eo. accedens.

i Decætero. ad præterita ergo nõ extenditur hęc cõſtitutio: tum quia non eſt iuris veteris declaratio, imò correctio: tum quia de præteritis non cauetur in ea. ad hoc. ſupra eod. lib. de conſue. c. j. de offi. leg. ca. penul. ad fi. ad hoc. xxxij. q. iiij. dixit Sara. de conſti. ca. ij. in anti.

Gloſ. ſeq. quærit, & diſtinguendo ſoluit.

D k Indirectè. nunquid omnia indiſtinctè reuocata dicentur per quę via paretur ad vacaturas, ſicut receptiões canonicorũ: & ſic ſit reuocata decr. ſ. de preb. relatũ. de cõceſ. præb. cũ ſuper. & reſeruatiões de iure pa. cũ dilectus? Dico [b] quod nõ. Vnde breuiter dic ꝙ aut recipitur quis in canonicũ ſimpliciter: aut recipitur & ꝓmittitur ſibi de præb. cũ ſe facultas obtulerit, prouideri: aut nõ recipitur, ſed ſolũ ꝓmittitur ſibi de prębẽda prouideri cũ primo vacabit: aut promittitur prouideri de præbẽda cũ primo ſe facultas obtulerit: vel cũ poterit: vel ſimpliciter. In primo caſu valet receptio: ex cuius virtute debet habere prebendã [c]. Quod eſt verũ: niſi ſit ibi expectans auctoritate papę. ſ. e. li. de præb. hi qui. In ſecũdo caſu etiã debet habere prębendã nõ ex virtute ꝓmiſsionis, ſed ex virtute receptionis: & ſic intelligãtur contraria, relatũ. &, cũ ſuper. In tertio caſu ſcilicet cũ nõ recipitur, ſed ſimpliciter prouideri ꝓmittitur de præbẽda cũ vacabit, non tenet promiſsio: vt. ſ. e. ex tenore. & c. ij. Si verò nõ recipitur, ſed promittitur prouideri de præbẽda cũ poterit: promittẽs ſecũdũ iura antiqua obligatus erat: ſecundũ hec noua nõ: vt hic vides. Et ꝙ per hoc verbũ indirectè, nõ ſit reuocata expectantiũ receptorũ prouiſio: probatur ex eo quia vitãda eſt, quaſi fieri

b Idem Archid. et quo ad reſeruationes. idẽ Ioan. Mo. Ioan. And.

c Non intelligas ꝙ ita ſit debita quòd ſit affecta. vt no. j. eo. ſ. ſoli. in glo. vlt. vltra medium, ver. ſi. vtrique. Io. And.



ribus vacuamus, decernentes per eas [a] vel ipſarum aliquam ad prouidendum alicui nullũ deinceps quomodolibet obligari.

Idem.

*Habens literas apoſtolicæ ſedis ſuper primo beneficio, dignitate vel præbenda quod duxerit acceptandum, certum acceptare non poteſt: ſed primum quod vacabit, vel ex cauſſa ſecundum, vel vlterius poterit acceptare. Reſeruationes, proceſſus & decreta contra hoc facta non valent. Ioan. And.*

CAPIT. III.

NE captandæ alienæ mortis occaſio ex benignitate gratiarum ſedis apoſtolicæ tribuatur [b], Declarandum duximus quòd is cui ab eadem ſede vt ei prouideatur de præbenda, dignitate vel perſonatu, aut alio beneficio † in aliqua prouincia, diœceſi, vel eccleſia, quẽ [c] ſeu quod [d] duxerit acceptandum, certis ſibi ſuper hoc executoribus [e] deputatis gratia noſcitur eſſe facta: Licet in genere [f] primum perſonatum, dignitatem, præbendam ſeu beneficium in eadem prouincia, diœceſi, vel eccleſia vacaturum, Aut ſecundum ſeu vlterius, ſi rationabilis cauſa ſubſit [g], valeat acceptare: Certum tamen & expreſſum priuſquam vacet, acceptare non poteſt. Quòd ſi fecerit: etiam ſi per executores eius ſecundum acceptationem huiuſmodi facta fuerint reſeruatio, inhibitio, variique proceſſus, ac ſententiæ promulgatæ: tam acceptatio † ipſa quàm proceſſus viribus careant [h], nec aliquam obtineant roboris firmitatem: imò niſi acceptator ille dignitatem, præbendam, perſonatum, ſeu beneficium taliter [i] acceptatum & reſeruatum per collationem vel inſtitutionem poſtmodum factam de vacanti iam adeptus, vel ei ius in ipſo [k] fuerit acquiſitum: per eum ad quem eiuſdem perſonatus, dignitatis, præbendæ, aut beneficij collatio ſeu prouiſio pertinet, dictis acceptatione ac executorum proceſsibus inde ſecutis nequaquam obſtantibus, de illo vacanti liberè poterit alij prouideri [l].

fieri poteſt, iurium correctio. ſupra eodem libro de elec. cũ A expediat. cum ſuis concordantiis. hic autem nihil de expectantibus, ſed ſolùm de promiſsionibus dicitur: quod etiam quadruplicatum eſt in textu: & ſic hoc ius correctorium nõ dilatemus. Secundò, quia hodie videmus confirmationes receptionum emanare à curia ſicut olim: licet à quibuſdam audiuerim quod tales confirmationes non concedit cancellaria per formam iuſtitiæ: niſi eas papa concedat per formam gratiæ. Sed certè his rationibus & per formam iuſtitiæ ſaltem iudices cõcedi deberent, ſcilicet cũ clauſula, ne inane canonici &c. {Vide quod dixi poſt Ioan. Mon. ſupra eodem libro, de pręben. ſi apoſtolicæ. ſuper gloſ. non in forma. Ioã. And.} Tertiò, quia eadem ratione ſequeretur reſeruationes legatorũ ſublatas. quod eſt falſum. ſupra eo. libr. de offic. leg. capitulo tertio & quarto. Concludo ergo breuiter, vbi ex ſola promiſsione quis expectat, nõ valet promiſsio: vt hic: ſed vbi ex receptione vel reſeruatione, ſecus: vt in prædictis iuribus: quia caſus illos non tãgit hæc decretalis. Ioan. Andr.

† Archid. hic referente Do. ponit differẽtiam inter iſtas prępoſitiones in, et de. adde Ioan. And. in reg. nullus ex conſilio. j. de re. iur. Bar. in l. 1. §. plures. ff. de exer. Font.

a Eas. ſcilicet promiſsiones.

NE captande. } Præmittit conſtitutionis cauſam. Secundò ſubdit conſtitutionem: ibi, Declarandum. in qua ponit thema, de quo ſoluit duo dubia affirmatiuè: & tertium negatiuè. Primum ibi, Licet. Secundum ibi, Aut. Tertium ibi, Certum. Tertiũ proſequitur ibi, Quod ſi. Ioan. Andreas. Fuit tracta hæc decret. de decret. extrauaganti. eodem titulo. quæ incipiebat, licet. aliàs, audiuimus. & ver. licet in genere, additus eſt vt ſciatur quid poſſet facere executor: vt dicit Archi. ſe habuiſſe à domino Butrien. Ioan. Andreas. Et emanauit hæc decret ad declarationem decre. ſ. eodem titulo & libro. quia cunctis. §. penult. in fi. & eorum quæ ibi not. Innocen. & Hoſtien. & quæ not. Compoſtel. de reſcrip. capitulum. verſus finem. in §. item quæritur qualiter fiat & quando fiat acceptatio. ADDITIO. Et ibi not. in ver. ſequentibus. Hic no. Archid. ſcilicet quòd is pro quo ſcribitur cum priuilegio acceptandi in prouincia: acceptare poteſt in certa diœceſi vel eccleſia, in qua papa id facilius conceſſiſſet. Ioannes Andreas. CASVS. Dictum fuit ſupra eodem in cap. quia cunctis, quòd quando papa mandat prouideri de beneficio quod ille pro quo ſcribit duxerit acceptandum: executor datus non recipit poteſtatem conferendi illud beneficium niſi facta acceptatione. ſed vtrum poſsit acceptare certum beneficium antequam vacet, dicendo, Ego accepto talem præpoſituram vel talem præbendam: & intendo illam habere virtute gratiæ mihi factæ? Reſpon. quòd non: & ſic iſtud capitulum venit ad limitationẽ illius capituli, quia cunctis, in §. pen. in fi. Veruntamen dicit papa quòd ipſe poſſet iſto modo facere acceptationem, Accepto beneficium quod primo vacabit: vel quòd ſecundo vel tertio loco vacabit. & hoc verum, quando ſubeſt iuſta cauſa ne acceptetur beneficium quod primò vacabit. Nota primò limitationem ad ca. quia cunctis. ſ. eodem titu. & lib. quòd illud capitulum intelligitur quando ille pro quo papa ſcribit, vult acceptare in genere: quia nõ poſſet acceptare certum beneficium: vt hic dicitur. quòd ſi acceptauerit certum beneficium quod talis tenet: tunc caſſantur & annihilantur omnes proceſſus inde facti: veruntamen ſi acceptet certum beneficium, & poſtea vacet illud, poterit petere non virtute acceptationis, ſed virtute gratiæ ſibi factæ. No. quòd multa licent in genere, quæ

Genus permittitur

A non licent in ſpecie. Nota vlterius vnum caſum in quo excommunicatio eſt nulla ipſo iure: videlicet ſi meus executor promulgauit excommunicationem poſt meam acceptationem de certo beneficio vacaturo. Nam ex quo acceptatio mea eſt nulla ipſo iure, non valent proceſſus inde ſecuti: & per conſequens non valet excommunicatio. No. quòd quãdo papa ſcribit vt tali, ꝓuideatur de beneficio quod duxerit acceptandum: manus ordinarij non ſunt ligatæ ante acceptationem. Not. ꝙ ille ꝓ quo ſcribitur, debet acceptare primũ beneficium, & non ſecundum, niſi ſubſit iuſta cauſa: puta quia dubitatur an poſſit illud acceptare, & an ſibi debeatur, vel non. tamen (vt dictũ eſt) manus ordinarij ſunt liberæ ante acceptationem. quod verum eſt, niſi apponeretur iſta clauſula: præfigendo tibi terminum vnius mẽſis ad acceptandum à tẽpore vacationis: inhibẽdo collatoribus & aliis quibuſcunq; ꝙ pendente illo termino non cõferant, decernentes in irritum &c. Not. inſuper ꝙ per conceſsionẽ beneficiorum vacaturorum datur occaſio & votum mortis alienæ, & ſic eſt hic textus pro dicto Goff. ſ. eo. propoſuit. Nota finaliter quòd expectans virtute ſui reſcripti poteſt iteratò acceptare beneficium quod primitus acceptauerat, ſi prima acceptatio fuit nulla. de quo ſupra eo. tit. & lib. c. j. circa fi. & de reſcrip. cum in multis. etiam eodem lib. Domi.

interdum vbi ſpecies denegatur.

† Phil. Dec. notant quòd non valet actus factus tempore prohibito: licet conferatur in tempus permiſſum, faciũt no. in c. bonæ. 2. ſ. de electio huius eſt legis ꝓhibitio, de eo qui dux. in matr. quã pollu. c. 2. & in l. per fundum. ff. de ſeru. ruſtico. prædi. neq; dicas (ait Superantius) ſicut Dom. Phil. de principio actus: quia beneficij acceptatio cenſetur vnus et indiuiduus actus. Fõt.

b Tribuatur. cõtra conciliũ Lateran. & contra decr. proxi. ſ.

c Quem. ſcilicet perſonatum, aliàs quam, ſcilicet prębendã vel dignitatem. Ioan. And.

d Quod. ſcilicet beneficium.

e Executoribus. ſiue ad prouidendum, ſiue ad cõpellendum, non curo: licet aliàs diſtinguatur, j. ca. proxi.

f In genere. & ſic licet in genere, quod non licet in ſpecie: & interdum eſt econuerſo. quod dic vt. ſ. de offic. ordin. ſi ſacerdos. xxiij. diſt. quanquam.

Glo. ſeq. notat, quærit & ſoluit.

g Cauſa ſubſit. No. ergo quòd ille pro quo ſcribitur de prębenda acceptanda, poteſt primam acceptare: ſed nõ vlteriorem, niſi ex cauſa: vt. ſ. eo. tit. & lib. quia cunctis. circa fi. & j. c. proxi. Sed quę poteſt eſſe cauſa? forte prima debetur alteri: D vel dubitatur an debeatur. Ad hoc. xxiij. q. j. quid culpatur. ad fi. ADDITIO. Idem hic Archid, & idem Inno. & Hoſti. ſ. ca. j. circa finem alleg. Ioan. And.

h Careant. Not. caſum in quo ſententia excõmunicationis non ligat. alios videbis. j. de ſent. ex com. præſenti.

i Taliter. ſcilicet certum & expreſſum, vel ſecundũ, vel vlteriorem ſine cauſa. Ioan. And.

k In ipſo. ſuper hoc vide quod habuiſti. ſ. eo. lib. de pręben. ſi is cui. & ca. ſeq. & j. eo. ca. vlt.

l Prouideri. nõ ergo neceſſe habet expectare ꝙ ille acceptet: vel ſibi terminũ ad hoc cõcedere: vt ſ. e. quia cunctis. §. pen.

Gloſ. ſeq. diuidit: dicit vnde ſumpta: quid additum, & quid declarat.

EXecutor. } Primò ponit dictum negatiuũ: & ipſius caſum exceptũ ibi, Niſi. Secundò ibi, Poteſt. ponit affirmatiuũ cum ſuo decreto: ibi, Quod autẽ. Ioan. Andr. Fuit tracta hæc decretalis de extrauaganti quæ incipiebat eo. tit. ſicut ex parte. & §. poteſt tamẽ. additus fuit & emanauit ad declarationẽ eorum quæ proxima. ADDITIO. Et eius quod no. Hoſti. in ſum. de præbẽ. §. & à quo. ver. pen. & vlt. & eius quod not. Innoc.

Innocen. & Hoſtien. ſupra de iure pa. cum dilectus. Et vide quod ſcripſi poſt Compoſtel. de reſcri. paſtoralis. ſuper vlti. gloſſ. an poteſtas executoris qui duas inhibitiones fecit in prouincia, expiret per mortem papæ. Ioannes Andreas. Executor deputatus ſuper alicuius prouiſione facienda ſibi in certa prouincia, non poteſt prælatis ad quos beneficiorum ſpectat collatio, facere inhibitionem generalem, donec fuerit prouiſum illi pro quo ſcribitur. Inhibitionem autem ſpecialem facere poteſt de primo, ſecundo, vel tertio beneficio vacaturo. & ſi fieret collatio contra huiuſmodi inhibitionem ſpecialem, eſt nulla ipſo iure. hoc dicit. CASVS. Papa mandauit decano eccleſiæ Pictauen. vt mihi prouideret de beneficio ſi vacaret in prouincia Burdegalen. alioquin de beneficio proximo vacaturo, receptis literis executor videt nullum beneficium vacare, vult inhibere archiepiſcopo Burdegalenſi & quibuſcunque aliis prælatis prouinciæ Burdegalenſis vt non conferant aliqua beneficia donec de beneficio fuerit mihi prouiſum. vtrum poſsit facere iſtam inhibitionem generalem? Reſpondet quòd non. Sed ponamus quòd papa ſibi mandauit vt mihi prouideret de beneficio quod duxerim acceptandum. acceptaui beneficium primo vel ſecundo loco vacaturum. nunquid executor poterit reſeruare illud beneficiũ, & inhibere prælatis prouinciæ Burdegalenſis ne tale beneficium conferant? Reſpondeo quòd ſic. Et ſi prælati fecerint aliquam collationem contra inhibitiones ſibi factas, collatio ipſo iure erit nulla. Nota primò principalem effectum huius capituli, quod executor deputatus per literas generales vt prouideat alicui in aliqua prouincia, non poteſt ipſe executor inhibere prælatis generaliter ne beneficia in prouincia vacantia conferant, ſed bene ſpecialiter. Sed vtrum ſit idem dicendum in executore deputato ad prouidendum in aliqua eccleſia, vel in aliqua diœceſi, videlicet vt non poſsit facere inhibitionem generalem? Reſpondet gloſſa, quòd tunc non habet locum iſtud capitulum. Nota quòd executor deputatus poteſt beneficium primò vacaturum reſeruare ſuæ collationi, & hæc reſeruatio & inhibitio afficit beneficium, & ligat manus ordinarij vt iſtud beneficium conferre non poſsit.

*Executor datus ad prouidendum non poteſt inhibitionem generalem facere.*

*Reci. per quæſtio.*

a *Prouincia.* idem putato de ciuitate, diœceſi, vel eccleſia propter eandem rationem. ad hoc ſupra eodem capitu. proximo. & infra proxi. reſponſo. Sed dic contra, vt hoc verbum inferius etiam repetitum aliquid operetur. ſupra de deci. ad audientiam. infra de priuile. ſi papa. §. j. & in fi. ad idem. ſupra eodem titulo & libro. quia cunctis. §. penul. nec eſt eadem ratio, cum grauius ſit totam prouinciã impediri, quàm diœceſim vel eccleſiam. ſexta quæſtione tertia. ſcitote. ad hoc ſupra eodem libro de præbend. quamuis. prima & ſecũda reſpon.

b *Expreſſè.* ratione ergo expreſsionis hoc tunc poterit. ad hoc. ſ. e. li. de offic. dele. c. vlti. §. vices. & de procu. c. j. & vlt. ſ. eo. li. Ioan. And.

c *Huiuſmodi.* ſcilicet generalis, de qua ſ. dixerat.

d *Talem.* ſcilicet ſpecialem, de qua dixit in proxi. reſpon. nã quod fieret contra generalem, valeret, cum illa non teneat, vt ſ. dixit. ad hoc ſ. ca. proxi.

Gloſſa ſequens diuidit, dicit quid declarat, quid reprobat, & quid approbat.

SI capitulo.) Hæc eſt notabilis decretalis, & quotide practicabilis. Primò ponit formam gratiæ, cuius duo ſunt dubia. Primum, quando afficit. ſecundum, quod ſit officium executoris. Primum ſoluit ibi, Per ſolam. & ſolutionem exponit ibi, Abſque. Ad ſecundum reſpondet ibi, Imò. & incidens dubium ſoluit ibi, Etiam ſine. Ioannes Andreas. Hic determinatur decret. ſupra eo. propoſuit. & corrigitur opinio

## Idem.

*Sine ſpeciali mandato non inhibet executor generaliter collationem beneficiorum prouinciæ, ſpecialiter verò reſeruat primum, & inhibet vlteriorem non ſine mandato, nec tunc tenet collatio contra facta hoc dicit. Domi.*

CAPITVLVM IIII.

EXecutor ſuper prouiſione alicuius à ſede apoſtolica per generales literas in aliqua prouincia [a] deputatus, prælatis & aliis ad quos beneficiorum in eadem prouincia ſpectat collatio, ne ad prouiſionem aliquorum procedant donec illi pro quo ſcribitur ſit prouiſum, non poteſt generaliter inhibere, Niſi expreſsè [b] in ipſis literis facultas huiuſmodi [c] inhibitionis concedatur. Poteſt tamen reſeruationem & eiſdem inhibitionem facere ſpecialem de primo, vel (ſi hoc illi ex beneficio competat literarum) de ſecundo vel vlteriori beneficio inibi vacaturo eidem clerico conferendo. Quod autem contra talem [d] reſeruationem & inhibitionem ab eo ad quem beneficij reſeruati collatio pertinebat, fuerit attentatum, non tenet.

## Idem.

B *Si mandetur capitulo vt me recipiant in canonicum & præbendam conferant, cũ id pertineret ad eos dato executore ad prouidendum, per ſolam præſentationem factam capitulo affecta eſt præbenda, & executor (negligente capitulo intra terminum per eum ſtatutum me recipere, & præbendam conferre) non vacato capitulo id exequi poterit. Ioan. And.*

CAPITVLVM V.

SI capitulo alicuius eccleſię cum ad ipſum canonicorum receptio ac præbendarũ collatio pertinebat, [e] vt te in

A gloſ. ibi not. in gloſ. quæ incipit, Innocen. in fi. in qua gloſ. dicit Ber. quòd Celeſtinus illi fecit iniuriam: cum collatio præbendæ per capitulum ſibi facta valeret: potuit tamen id facere de plenitudine poteſtatis. Approbatur autem opinio Innocen. ibi not. & quam ibi recitat Hoſtien. & opinio Petri de Samp. & Abb. qui poſuerunt in illo caſum ſecundum iſtud ca. & Compoſt. etiam dicebat hunc verum intellectum. ſupra de reſcript. capitulum. in gloſ. magna. ver. ſi verò ordinario. Ioannes Andreas. CASVS. Papa mandauit decano & capitulo eccleſiæ Pictauen. ad quos pertinet collatio præbendarum, vt me reciperent in canonicum & fratrem, & præbendam ſi qua vacaret, mihi aſsignarent, alioquin proximò vacaturam, dato mihi aſſecutore ad prouidendum negligente capitulo. Præſentaui literas meas decano & capitulo Pictauen. eccleſiæ. Inſinuatione facta meus executor non notificauit poteſtatem ſuum, nec fecit reſeruationem, nec etiam inhibitionem ſecundum communem opinionem, licet gloſſ. in hoc laboret, ſed ſolùm ſtetit in ſimplicibus denuntiationibus meæ gratiæ. poſtea vacauerunt canonicatus & præbenda. decanus & capitulum huiuſmodi canonicatum cum præbenda contulerunt alteri. nunc requiſiui decanum & capitulum vt mihi prouiderent ſecundum quod eis mandatum fuerat. ipſi recuſauerunt. meus executor illos monuit vt mihi canonicatum & præbendam conferrent. ipſi fuerunt negligentes. vtrum poterit meus executor mihi prouidere? Non eſt dubium quòd ſic. nam per præſentationem fuit affectum mihi beneficium & mihi debitum, ita quod non potuit alteri conferri, licet meus executor nullam fecerit reſeruationem nec prohibitionem. Et adhuc non vacante præbenda poterit meus executor monere decanum & capitulum eccleſiæ Pictauen. vt me recipiant in fratrem & canonicum. quod ſi recuſent facere, poterit meus executor mihi conferre canonicatum in eccleſia Pictauen. ſub expectatione præbendæ: & cum vacabit præbenda, poterit præbendam conferre capitulo nõ monito: & hoc ideo, quia capitulũ fuit contumax in prima monitione: ideo ius præſumit quòd adhuc eſſet contumax in ſecunda monitione. Nam qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus, in eodem genere delicti. Nota primò quod de iure ſpeciali donatio præbẽdarum poteſt ſpectare ad capitulũ ſine epiſcopo, & econtra. Sed quæritur, ad quem de iure cõmuni pertinet? Communis opinio doctorum eſt, quòd ad epiſcopum & capitulum ſimul in eccleſia cathedrali, collatio verò aliorum beneficiorum ſpectat ad epiſcopum, de conſilio tamen ſui capituli. De hoc latius per doctores in ca. cum eccleſia Vulterana. de elec. in anti. Nota principalem effectũ huius ca. quòd per præſentationem factam ordinario eſt affectum beneficium comprehenſum ſub gratia, abſque eo quod executor inſinuet ſuam poteſtatem. quod verum eſt, dũmodo in gratia fiat mentio de poteſtate executoris, vt quia dicitur, Noueritis nos tali executori dediſſe in mandatis &c. Nota vlterius ex fine ca. quod ſi ordinarius cui ſcribitur vt prouideat de canonicatu & prębẽda, fuit contumax in prouidendo de canonicatu, poſtea vacante præbenda nõ eſt neceſſariò monendus vt præbendam conferat, quia ius præſumit quòd poſtquam ſemel fuit contumax, quòd etiam ſit cõtumax in aſsignatione præbendæ. Nota quòd quandoque ad capitulum ſpectat collatio canonicatuum. Ad hoc ſ. eod. li. de præben. c. ſi.

C

D

*Collatio beneficiorũ ad quẽ pertinet.*

Gloſſæ duæ ſequentes & gloſ. ſecus. cum duabus ſequentibus, & gloſ. pen. & vlt. poſſunt recitari per. vij. contraria, & vnam quæſtionem quæ incidit ſecundo contrario.

e *Pertinebat.* de ſpeciali priuilegio, vel ſcripta conſuetudine. ſupra de electio. cum eccleſia. infra titu. proxi. cap. vnico. in princ. infra de regu. capi. vlti. aliàs ſecus. ſupra de iis quæ ſiunt



ſiunt à prela, quanto. & ca. ea noſcitur. Ioan. And.

*a Secundũ Compoſt. in præalle. ver. ex idẽ. Archid. ĩ. c. proxi. Io. And.*

a *Exequatur.* iſtud eſt quod ſoluit contrarietatem infra proximo decret. quia hic executor datus fuit ad prouidendum, ibi ad compellendum tantum. Et ſi quæras quæ ibi ſit ratio huius diuerſi iuris, ſolut. eſt in promptu, [a] quia in primo caſu cum dat papa executorem ad prouidendum, videtur ad ſe vel ad ſuum executorem prouiſionem reuocare, & ſic per conſequens ordinario adimere. ad hoc de appell. vt noſtrum. Sed vbi dat ſolum ad compellẽdum, tunc poteſtatem ad ſe non reuocat, nec adimit, imò potius penes ipſum permittit dũ vult ipſum ad prouiſionem compelli. Ioan. And.

Gloſſa ſequens cum gloſ. quæro, format & ſoluit tres quęſtiones.

b *Illorum.* nunquid requiritur quod ſcripta directa executoribus, præſententur capitulo, an ſufficit quod præſententur ipſius capituli literæ, id eſt, ſibi directæ? Licet ſit cautius & illa præſentari, puto tamen ſufficere ſi ipſi capitulo præſententur literæ ad ipſum directæ. hoc verum, ſi de intentione papæ per ipſas patet literas, [b] puta quia in literis directis capitulo dicitur, noueritis nos. T. mandaſſe vt vobis negligentibus mandatum noſtrum exequi non poſtponat. in hoc caſu vel ſimili credo ſufficere ſi hæ literæ fuerint præſentatæ. Si autem per literas capituli de datione executoris, & quòd ſit ad prouidẽdum, non apparet, tunc credo neceſſarium executorum literas capitulo præſentari. hoc videtur ſenſiſſe Compoſt. in verſicu. ſupradicto. & verſi. ſeq.

*b Facit ele. vt lite. pen. ca. 1. in fi. Ioan. And.*

c *Capitulo.* Nota quia ſi ſit præſentatio literarum capitulo, & poſtea vacet vel tunc vacabat præbenda, iam eſt affecta etiam antequam executoribus ſuæ literæ præſententur. hoc ſonat hæc litera. ADDITIO. Patet etiam per hanc literam quòd præſentatio facta ſolis executoribus, non afficit: & ſecundum id intellige quod no. de præbend. capitu. ſi. in gloſ. ſecunda. & Innocent. & Hoſtienſ. de iure pat. cum dilectus. Ioan. And.

*Capitulo qualiter præſentabuntur literæ apoſtolicæ.*

d *Factam.* Quæro quomodo fiet hæc præſentatio capitulo? Requirat illum qui habet conuocare capitulum, vt ipſum conuocet, vel per ſonum campanæ, vel per alium modum in eccleſia ſolitum. ſi autem ſe includerent, vel impedirent ne fieret præſentatio, perinde eſt ac ſi præſentatio eſſet facta, ad inſtar eius qui latitat, vel impedit quòd citari non poſsit. ſupra vt lit. non conteſta. quoniam. §. porro. Poterit etiam compelli [c] per executorem ille qui habet conuocare capitulum, vt ipſum conuocet, vel ipſe idem conuocare: licet primum tutius ſit. ad hoc de offic. deleg. præterea. Si autem aliqui venerint, aliqui non. dic quòd ſufficit præſentare decano, vel ei qui ibi eſt maior, & his canonicis qui cum eo ſunt præſentes, ad hoc vt capitulo adimatur poteſtas, vt hic dicitur. nec requiritur quod probet quod maior pars præſens ibi fuerit. In dictis enim citationibus & denuntiationibus vniuerſitati faciendis ſufficit quòd in loco congruo coram maioribus & aliis ibidem inuentis publicè proponantur. xvj. diſtinctio. quòd dicitis. ſupra de poſtu. capitulo primo. & in hoc concordant doct. ſupra de elec. bonæ. j. vbi de hoc in gl. j. ſoli. Et ſi diceres quòd de neceſsitate haberet probare quod maior pars ibi fuerit præſens, pone quòd maior pars nolit conuenire, qui nec libenter ad talia conueniunt. iis ergo qui vocati veniunt, fiat præſentatio, & ſatis eſt. Sed quid ſi collatio pertinet ad duos, puta ad epiſcopum & ad capitulum, nunquid per præſentationem alteri factam adimitur vtrique poteſtas? Dic quod ſic ſecundum Compoſt. qui hoc no. in prædicta gloſ. ver. item quid ſi collatio. ex quo enim poteſtas adimitur vni ſine quo alius conferre non poteſt, ergo & alteri: ſicut & vno ex pluribus arbitris vel iudicibus impedito, alij procedere non poſſunt. ſupra de offi. dele. vno. ff. de arbi. ſi in tres. & l. ſe. ad hoc facit lex quæ dicit quod ſufficit denuntiatio facta vni ex illis qui habent domum communem. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. ſi plurium res. Ioannes Andreæ.

*c Vide quod dixi de mato. et obe. c. 1. in gl. per hoc. Ioan. And.*

*Præſentatio mãdati apoſtolici facta vni ex collatoribus an afficiat alium.*

e *Conferendo.* ſecus ſi fuiſſet ſcriptum de eo quod duceret acceptandum. ſ. eo. quia cunctis. & c. ne captandæ.

f *Affectum.* licet ſit affectum, non tamen habet ius in dig-

canonicum reciperet, & tibi de præbenda (ſi tunc vacaret) inibi prouideret, vel cùm ſe facultas offerret, ac executori qui eodem capitulo negligente mandatum apoſtolicũ exequatur, [a] directa fuerint ſcripta noſtra: Per ſolam illorũ [b] præſentationem capitulo [c] ipſi factam. [d] Abſque alia etiam executoris inſinuatione, inhibitione, ſeu reſeruatione, beneficium pro quo tibi conferendo [e] ſcriptum extiterat, adeo eſt affectum, [f] quòd de illo alteri facta collatio non obtinet firmitatẽ: [g] Immo ſi capitulum intra terminum competentem [h] ſibi ab executore præfixum, mandatum apoſtolicum ei pro te directum inquantum poterit [i] non duxerit adimplendũ: extunc [k] in ipſum executorem poteſtas prouiſionis huiuſmodi transferatur, & executor ipſe canonicatum incõtinenti poterit tibi dare, ac B præbendam (etiam ſine alia capituli vocatione [l] vel monitione) ſi vacat, vel cùm obtulerit ſe facultas.

A nitate vel præbenda, vt archidiaconus vel præbendarius dici poſsit. ſ. eo. lib. de præben. ſi tibi abſenti. ſed habet ius ad eam. vnde & reuocatoria ibi locum haberet. j. eo. titul. ca. vlt. Ioan. Andr.

g *Firmitatem.* Contra ſupra eodem libro de reſcriptione, tibi qui. j. repon in fi. Sol. Ibi non ſcribebatur capitulo, ſed ſoli executori qui etiã partim erat ad compellendum, partim ad prouidedum. Hic verò ſcribebatur capitulo & executori ad prouidendum: & ideo plus operatur hic quã ibi ſimplex præſentatio literarũ. Ioan. And.

h *Terminum competentem.* alias poſſet appellari, vel ſupra de di la capitulo primo. Et ſic not. executorem præfigere terminum. ſi. ſupra de præbend. ſi tibi abſenti. eodem libro.

i *Poterit.* vt extunc recipiant in canonicum: cum poterunt, prouidebunt de præbenda.

k *Extunc.* extremum tempus deſignat. ff. de condi. & de demon. l. ſi is. §. cum ita. & hoc intelligo de executore qui hoc habebat in mandatis vt capitulo negligente exequeretur. Si autem ſimpliciter eſſet datus, puta quia ſoli executori eſſet ſcriptum, tunc non haberet neceſſe negligẽtiam expectare. & facit quod dicam. j. c. proxi.

*Extunc tempus extremũ deſignat.*

l *Vocatione.* hoc tenebat Compoſt. [d] in prædicta glo. verſicu. ſed quid ſi poſtquam executor. Et licet de canonicatu hoc ſatis videretur, tamen de præbenda contrarium videbatur, quia licet capitulum fuerit negligens in vno, non in alio, quia diuerſa ſunt mandata, vnum de recipiendo, aliud de conferendo. Ad hoc de dolo & contu. cum dilecti. & de hoc ſupra de reſcri. conſtitutus. ſed ex quo fuit negligens in C vno, iam præſumitur in reliquo. ad hoc de præſum. ſcribã. & optime ſupra eodem libro de dolo & contum. cum qui.

*d dicens quòd ſic deſinuerat Innoc. 4. Ioan. And.*

ADDITIO. Facit. ff. de ſuſpec. tu. l. tertia. §. quæri poteſt. quæ quid dicat, vide de æta. & quali. accepimus. in gloſ. iij. Ioan. And.

SI ſoli.) Primò iungit tres caſus quibus litera beneficialis non afficit. Secundus ibi, Vel ordinario. Tertius ibi, Aut ſoli. Secundò ibi, Niſi nos. ponit alios tres caſus quibus afficit. Secundus ibi, Aut executor. Tertius ibi, Vel niſi. { Sciendum quòd habemus in iure executores ſententiarum, negotiorum, vel præceptorum. Item teſtamentorum, item gratiarum. De executoribus ſententiarum plene not. de offic. deleg. paſtoralis. §. quia verò & de ſen. & re iud. de cætero. & ca. quod ad conſultationem. & habetur de his rubrica in Spec. parte ſecũda. De executore negotiorum, litium & præceptorum. ſupra de obli. ad ratio. c. vnico. & de offic. deleg. ſuper quæſtionum. poſt princ. ff. de neg. ge. l. tertia. §. ſi executor. & de teſti. leg. vbi de his no. & quandoque miſſus vocatur, de immu. eccle. capitulo primo. de his in Specu. parte prima rubrica penulti. De executoribus teſtamentorum infra de teſta. capitulo ſecundo. & ſatis ſcripſi ſupra de teſta. Ioannes. & in Specu. de his plenius de D inſtru. edi. §. nunc verò aliquã. De vltimis circa quos verſatur propoſitum, eſt ſciendum, quòd ipſorum variæ ſunt formæ. Sunt enim prouiſores, compulſores, & mixti, ſcilicet partim ad compellendum, & partim ad prouidendum, de quibus ſ. de reſcri. tibi qui. De compulſoribus ſ. de reſcr. abbatem &c. Io. And.} Emanauit ad declarationem decre. ſ. de præb. dilectus. ij. & iij. & eorum quæ ibi not. per Bern. & modernos, & eorum quę planè no. Compoſt. ſupra de reſcri. capitulum. in glo. magna ad princ. & Inno. & Hoſtien. ſ. eod. quia cunctis. & ibi Pe. & Abb. in diſtinctionibus. & ipſe Hoſtien. in ſum. de præben. §. & à quo. ver. ad horum ſolutionẽ. Et ad correctionem pro parte eorum quæ no. ſupra de præben. c. vlt. Ioan. And. Iſtud capitulum ampliat capitulum præcedens. CASVS. Papa mandauit canonicis eccleſiæ Picta. vt me reciperent in fratrem & canonicũ, non dato executore ad prouidendũ & compellendũ, & præbendã mihi aſsignarent ſi vacaret, alioquin proximo vacaturã. vel etiã ſcripſit cãtori B. Hilarij maioris Picta. executori vt compelleret decanũ & capitulũ eccleſiæ Picta. vt mihi canonicatum cum præbenda conferrent. vel etiam ambobus ſcripſit, quia mandauit decano & capitulo eccleſiæ Picta. vt me reciperent in canonicũ & fratrem,

Universidad de Deusto Biblioteca

& fratrem, & præbendam mihi aſsignarent ſi vacaret, alioquin proximo vacaturam. Et mandauit cantori eccleſię beati Hilarij vt decanum & capitulum compelleret ad conferēdum mihi canonicatum ſub expectatione præbendæ. Hoc facto, præſentaui literas meas executori meo in ſecundo caſu: qui executor eas notificauit decano & capitulo eccleſiæ Pictauen. vtrum affecta ſit mihi præbēda primo vacatura, ita ꝙ alteri conferri non poſsit? Reſpondet quòd non regulariter. Fallit ſi in gratia mea erat decretum irritans: ſicut ſi in primo caſu mādabat decano & capitulo eccleſiæ Pictauen. vt mihi decanatum & præbendam conferrent: decernentes irritum &c. Vel etiam ſi decretum irritans non erat appoſitum in gratia mea, ſed executor notificauit gratiam meam, & ſibi reſeruauit præbendam primò vacaturam: & decernebat irritum &c. Vel ſi iam fuerā in canonicum receptus. In his enim caſibus eſſet mihi affecta præbenda: aliàs ſecus eſſet ſi executor eſſet datus ad prouidendum: vt in præcedenti cap. Nota primò quòd cùm papa ſcribit ordinario vt prouideat præſentato: non ligat regulariter manus ordinarij, quin teneat collatio alteri facta. Idem eſt cùm executor fuit datus ad compellendum tantùm, videlicet vt faciat prouideri. fallit in gratia in qua fuit appoſitum decretum irritans. Nota quòd recepto in canonicum eſt affecta præbenda proximo vacatura. cap. relatum. de præben. in antiquis. Nota quòd ſi eſt ſcriptum ordinario & executori ad compellendum, eſt neceſſe quòd executor inſinuet ordinario poteſtatem ſuam, & faciat inhibitionem cum decreto irritante ad hoc quòd affecta ſit illi præbenda pro quo ſcribitur.

*No. primo quòd quandoque papa ſcribit ordinario vt conferat ſine alia executorum datione. ad hoc de reſcrip. eam te. No. ſecundò argum. quòd in impetratione debet fieri mentio de canonicatu & præben. Et ſic videtur non ſufficere vet expreſſio tantum alterum. Domi. Præbenda proximò vacatura, eſt affecta recepto in canonicū.*

## Idem.

*Si ſoli ordinario vel ſoli executori ad compellendum, vel ordinario & tali executori ſit ſcriptum: per præſentationem talis mandati non afficitur præbenda, niſi in literis eſſet decretum, aut executor ille inſinuaſſet & interdixiſſet, maximè cum decreto, vel ratione mandati iam eſſet facta receptio ad canonicatum. In his caſibus vel ipſorum altero affecta eſt præbenda, ita quòd collatio alteri facta non tenet. Ioan. And.*

CAPIT. VI.

SI ſoli ordinario [a] pro te beneficiando, executore non dato, vel ordinario & executori vt eum ad faciendum quod mandatur compellat [b], aut ſoli executori vt tibi faciat de canonicatu & præbenda, vel alio beneficio in certa eccleſia, diœceſi, ſeu prouincia prouideri [c], mandatum apoſtolicum ſit directū: per talis præſentationem mādati ordinario ipſi factam, licet ſi contra faciat, puniendus [d] exiſtat, ei tamen poteſtas ſic non adimitur [e] conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab eodem: Niſi nos in gratia tibi facta decreuiſſemus irritum & inane quod fieret contra ipſam [f]: Aut executor huiuſmodi ordinario ſuam inſinuans [g] poteſtatem, ne alteri conferret B beneficium de quo tibi eſt ſecundum tenorem huiuſmodi mandati apoſtolici prouidendum, interdixiſſet [h] eidem: præſertim cum interpoſitione decreti: Vel niſi tu iuxta dictum mandatum eſſes in canonicum iam receptus [i]. tunc [k] enim præbendæ collatio alteri facta, firmitatem [l] aliquam non haberet.

a *Ordinario.* per ordinarium intellige illum ad quem collatio pertinet [a]. Et in hoc caſu intellige. ſuprà de præben. dilectus. ij.

*a Vide quod not. de offic. or. ordinarij. in glo. 2. Ioan. And.*

b *Compellat.* ſecus ſi fuiſſet datus ad prouidendum. ſuprà c. proximo.

c *Prouideri.* De hac forma not. ſ. de reſcri. abbatē. ſ. de præben. pro illorum. de conceſ. præben. cum noſtris.

d *Puniendus.* de præben. dilectus. ij. de offic. delega. prudentiam. §. adiicimus.

e *Non adimitur.* rationem dixi. ſ. c. proxi.

f *Contra ipſam.* & tunc etiam ante præſentationem literarū affecta eſt in caſu. ſupra eod. lib. de reſcrip. tibi qui. §. quinimò. aliàs nec per præſentationem afficitur: vt hic. Ioannes Andreas.

g *Inſinuans.* ſ. eo. lib. & tit. quia cunctis. §. ex parte.

Gloſſa ſequens ponit opi. reprobatam & approbatam. pro D approbata inducit decre. cui reſpondebatur. deinde inducit rationem.

h *Interdixiſſet.* No. reprobatam opi. Ber. no. ſ. de præben. c. vlt. vbi dicebat quod executor datus ad compellendum non poterat interdicere [b]. Compoſt. contra in prædicta gloſ. allegabamus, decre. quia cunctis. §. ex parte. eo. tit. & lib. ſed in prouiſore loquitur: ſed illud vicinum eſt mandato, vnde ſatis mandatum intelligitur. ſ. de elect. in cauſis. ff. iudi. ſol. iam tamen. §. in hac.

*b Idem Hoſtie. in decre. pro illorū. Sed Inno. dicit ibi, quod interdicere & reſeruare poteſt. Ioan. And.*

i *Iam receptus.* tunc enim negotium prouiſionis faciēdæ de præbenda poſt receptionem vacante eſt deuolutum ad papā, & ſic c. ademptum. iij. q. vj. dudū. de appel. vt noſtrū. de offic. leg. licet. de præben. inter cætera. vbi negotio permutationis præbendæ ad papam deuoluto, non valuit collatio ordinarij de præbenda quæ permutari debebat.

k *Tunc enim.* ſcilicet in his tribus caſibus, vel altero eorū: ſcilicet cùm erat decretū, cùm executor inhibuit, vel cū iam facta erat receptio.

Gloſ. ſeq. [c] habet duas principales partes. ſecunda ibi, videndum. Prima habet tria principalia membra. ſecundū ibi, ſi autem canonicatus. quorum primū diſtinguit duo. Secun-A dum, alia duo: primum quorum ſubdiuidit in tria, tertium diſtinguit in alia tria. Secundum principale primi membri diſtinguit quatuor, tertium principale diſtinguit tria. Pars ſecunda principalis habet duas partes ſecunda ibi, ſi autem nō contulit. quæ ſubdiuiditur in duo. & huius ſecunda diſtinguit quinque: ibi, ſi autē de canonicatu.

*c Eſt magiſtra. Do. de Ancha.*

*& ordinaria ac ſingularis ſecundū Phi. Font.*

l *Firmitatem.* ad plenam & breuem indaginem veritatis huiꝰ materię primò vidēdum eſt de expectantibus quis alteri pręferatur: ſecundò, quę gratiæ præbendas afficiant. Ad primū diſtingue, aut vterque expectat auctoritate apoſtolica, aut alter tantum, aut neuter. In primo caſu ſubdiſtingue: quia aut vtrique collatus eſt canonicatus à papa, aut vtrique mandatur cōferri, aut alteri eſt collatus: alteri conferri mandatur. Si vtrique collatus eſt canonicatus à papa: ſi apparet, quis primò impetrauit, ille præfertur quantūcunque ſecūdò impetrans primò ſuas præſentet literas, & primò recipiatur. de præb. eo. lib. cum cui. & ſic debet intelligi de reſcrip. c. capitulum ſanctæ crucis. hoc fallit in caſibus in quibus præfertur ſecundus impetrans. Primò, ſi primus fuit negligens petere præbendam ſibi debitam. ſ. eo. lib. de præben. ſi clericus. §. verum. de reſcrip. tibi qui. in ſi. Secundò, quando debentur dignitas ſecundo, quæ habet præbendam annexam. ſupra eo. lib. de præben. quia ſæpe. Tertiò, quando ſecundus C ex ſe habet prærogatiuam. ſ. de præb. c. pen. Quartò, quando ſecundus non ex perſona ſua, ſed ex perſona tertij impetrantis ſuper primum prærogatiuam habet. j. capitu. proximo. Quintò, ſi vacauit ſacerdotalis præbenda, & ſecundus eſt in ætate, & non primus. ſupra eo. lib. de præben. ſi cui. quod tamen ſanè intelligas prout ibi dixi. Idem putant quidam in caſu decre. eo. titu. ſi pauper [d]. ſed dic vt ibi dixi. hoc cum apparet quis primò impetrauit. Si autem non apparet ex data vel alio modo quis primò impetrauerit, aut alter præuenit in præſentando, aut ambo concurrūt. ſi alter prąuenit, ille prefertur. ſi autem ambo concurrunt: ille vel illi vel ipſorum maior pars ad quos collatio vel receptio ſpectat, alterum eligere tenentur: & ille ſolus admittetur, & alteri præferetur: niſi papa vtrique voluerit prouidere: vt ſupra e. lib. de reſcri. duobus. j. reſpon. Si autem neutri collatus ſit canonicatus, ſed vtrique conferri mandatur: aut conſtat quis primò impetrauit, aut non. Si non conſtat, tunc dic vt ſuprà proxi. dixi quando vtrique collatus erat per decre. de reſcri. duobus. ij. reſpon. ſuprà eo. libr. Si conſtat: aut mandatur vtrique pure conferri, aut alteri ſub conditione, alteri pure, aut vtriq; ſub conditione. Si conſtat quis primò, & mandatur vtrique pure D conferri, datis executoribus ad prouidendum: ſi primus primò præſentauit, & primò receptus fuit, hic nulla eſt quæſtio. Si verò ſecundus primò præſentauit, & primò fuit receptus: adhuc indiſtinctè in præbēda vacante poſt receptionem primi, vel etiam ante (ſi adhuc non erat collata ſecūdo) præfertur primus impetrans. de reſcript. tibi qui. j. reſpon. ſuprà eodem libro. ſi autem tempore receptionis primi iam erat præbenda collata ſecundo: aut in literis primi erat decretum, & tunc indiſtinctè præbenda illa primo debetur. ſuprà eodem libro de reſcriptione. tibi qui. §. quinimo. aut non erat decretum in literis: & tunc aut executor inſinuauit, reſeruauit, & inhibuit maximè cum decreto: aut non. In primo caſu præbenda vacans poſt reſeruationem & inſinuationem collata ſecundò, primo & non ſecundo impetranti debetur: vt ſuprà eodem capitulo. §. idem quoque. In ſecundo caſu potietur præbenda ſibi collata ſecundò impetrans, primò præſentans: vt eodem titulo. tibi qui. primo reſponſo. in fine. Quod autem dixi primò impetrantem præterquam hoc vltimo caſu præferri: intelligas ſanè, vt etiā præferatur ſecundus in caſibus. quos ſ. proxi. parte notaui. Si verò mandatur alteri ſub conditione, alteri purè conferri: ſi prima eſt pura, ſecunda conditionalis: idem quod ſ. ſi verò prima

*Impetrans à ſede apoſtolica, an & quādo præferatur alijs impetrantibus.*

*d Scilicet quādo primus conſequutus eſt aliud beneficium. Philip. poſt Ioan. And. Font.*



Prima gratia eſt conditionalis, puta vt prouideatur ſi acceſ- A ſerit conſenſus capituli: ſi ſecundus pure impetrans priuſquam conſenſus accedat, à papa vel executore ſuo obtineat canonicatum, præfertur primo: aliàs præferetur primus. ſ. eo. lib. de reſcrip. ſi pro te [a]. Si verò vtrique mandatur ſub conditione conferri: puto in hoc caſu ꝙ qui primo ad prouiſionem & conditionem peruenerit, ille pręferatur in aſſecutione prębendę tunc vel pòſt vacātis, arg. prædictæ decre. ſi pro te: iam enim dies datæ ad diem conditionis refertur. ad hoc. ſ. de app. præterea. de voto, licet. de condi. appo. ſuper eo. Si verò non appareat quis primò ad conditionem peruenerit: ſatis eſſet ſeruandū quod dicitur. ſ. de reſcrip. cap. penult. Si autem canonicatus alteri collatus eſt, alteri conferri mandatur, aut primo impetranti collatus eſt, ſecundo verò conferri mādatur: aut econuerſo: aut ignoratur quis primò impetrauit. In primo autem caſu dubium non eſt primò impetrantem præferri. ſ. eod. lib. de præben. B cum cui. In ſecundo adhuc primus impetrans pręferetur ſecundo. ſ. eod. lib. de reſcr. tibi qui. de præben. ſi apoſtolicæ. ad ſi. quod verum puto niſi in caſu in quo ſ. dixi ex duobus, quibus mandatur conferri, ſecundum primo præferri ſupra e. lib. de reſcr. tibi qui. j. reſpōſo. in ſi. ſi autem nec ex data, nec alio modo apparet quis primò impetrauerit, indiſtinctè tūc præfertur cui collatus eſt canonicatus. ſ. e. lib. de reſcr. duobus. j. reſponſo. Si verò alter tantum apo. autho. expectat: iſte ſiue ſit primus ſiue ſecundus, præfertur inferiorum legatorum vel quorūcunque auctoritate receptis vel expectantibus. ſ. e. lib. de præbē. hi qui. Si autem aliquis eſſet receptus auctoritate legati habentis ſpeciale mandatū à papa, auctoritate papæ receptus intelligitur: vt ibi. ij. reſpon. Interdum etiam recepti per literas facultatis, intelliguntur recepti auctoritate apoſtolica. quod dic vt ſupra e. lib. de reſcri. cum aliquibus. Si autem aliquis expectat auctoritate legati, ſecundus verò auctoritate papæ, demum impetret primus confirmationem & executores à papa, adhuc præfertur ſecundus: ſed ille primus præfertur omnibus poſt ſuam confirmationem impetrantibus à papa ſupra e. lib. de præben. ſi. apoſtolicæ. & cap. ſi eum. Si verò neuter expectet auctoritate apoſtolica, aut vterque ex reſeruatione legati, aut vterque ex re- C ceptione capituli, aut vnus ex receptione capituli, alter ex reſeruatione legati: prima dubitatio hodie non procedit: quia aut vnus & idem legatus fecit reſeruationem, & tunc non valet ſecunda, nec eius proceſſus & decretum: vt ſupra e. lib. de offi. leg. præſenti. §. cæterum. aut prædeceſſor fecit primam, ſucceſſor ſecundam, & adhuc non procedit quæſtio: quia ex quo ad collationem iam vacantium proceſſum non erat, expirant reſeruationes & decreta finito legationis officio: vt eod. cap. j. reſponſo. Si vterque auctoritate capituli expectat, de æquitate deberetur primo præbenda. ſi tamen capitulum eam ſecundo vel neutri, ſed alteri tertio cōferat, tenet collatio: quia capitulum ius ad primam vacaturam dare non potuit, ſed papa ſolus ſupra e. ca. ij. & de hoc. ſ. de præb, relatum. per Inno. & Hoſti. Et dicunt quidam quòd tales receptiones non valent hodie per decr. ſ. e. deteſtanda. quod non credo: vt ibi dixi. Si verò vnus expectat ex receptione capituli, alter ex reſeruatione legati: puto quòd ſiue ſit primus ſiue ſecundus, illi pro quo reſeruata eſt à legato, debetur: quia tunc poterit reſeruare præbendam nulli debitam: vt. ſ. de iur. patro. cum dilectus. iſta autem nulli eſſet debita: quia vt dixi, capitulum ius ad vacaturam nulli conferre potuit: ergo ſuper ipſa tenet reſeruatio legati. Et ſi cō- D tra illam inhibitionem reſeruationē & decretū alteri cōferatur, non valet: vt in prædicta decr. cùm dilectus. ſ. e. lib. de offi. leg. præſenti. j. reſpōſo. Videndum eſt de ſecūdo, ſcilicet quæ gratiæ prębēdas afficiant. Et dic breuiter ꝙ ſi papa cōtulit canonicatū [b], ſtatim affecta eſt præbēda quæ tūc vacabat: vel quę primò vacabit nulli alij de iure debita. ſ. e. lib. de præb. ſi poſtquā. & ca. dudum. ita ꝙ ſi etiā ab ignorātibus & ignoranti conferatur, nō valet collatio: vt ibi. Si autem non cōtulit canonicatum ſtatim, ſed mādauit cōferri: aut mandauit conferri primā quam acceptaret, aut primā quæ vacaret. In primo caſu non eſt affecta præbenda quantūcunque fiant inhibitiones, reſeruationes, & decreta: niſi primò fiat acceptatiò vel ipſius vacantis, vel primæ vacaturæ, vel ex cauſa ſecundæ vel vlterioris: vt. ſ. eo. tit. & lib. quia cunctis. §. pen. ad ſi. certam autē & expreſſam antequā vacet, talis acceptare non poteſt: vt. ſ. e. tit. & lib. ne captandæ. & ſi talē acceptet, per talem acceptationem præbenda non afficitur: vt ibi. Si autē de canonicatu & præbenda ſi qua vacat, vel quæ primò vacabit, prouideri mandabit aut mandat ſolùm illi ad quem pertinet collatio, aut ſolùm executori vt cōpellat, aut illi &

*a Vide no. ibi & per gloſ. in ver. executorē. j. eod. cl. j. Ioan. And. Phil. Font.*

*b Idē ſi cōferat aliud beneficiū: vt ca. ſi beneficia. ſupra eod. de præben. ibi vide. Phil. Font.*



## Idem,

*Si tres expectātes ſunt in vna eccleſia, vnus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacij, tertius eiuſdem auctoritate cum prærogatiua vt præferatur omnibus receptis non auctoritate Bonifacij: præbendas hi conſequentur hoc ordine, quia primam habebit ſecundus, ſecundam tertius, tertiam primus: quod probatur argumento legali. Ioan. And.*

CAPIT. VII.

A executori vt compellat, aut illi & executori vt ꝓuideat, aut ſoli executori vt ꝓuideat. In primis tribus caſibus per præſentationem literarum non afficitur præbenda niſi in tribus caſibus, vel altero ipſorū. Primò, ſi in gratia erat decretum: tunc enim ſtatim per præſentationem literarum eſt affecta præbenda: vt hic. Itē ſi nō erat decretum, ſi auctoritate illius gratiæ in canonicum fuerit receptus: tunc per receptionem affecta eſt præbenda: vt hic in ſi. Item cum executor inſinuauerit & interdixerit, maximè cum decreto. Hos caſus habes hic: & ſic intelligantur decre. de præb. dilectus. ij. & iij. In caſu quarto, ſcilicet quando ſcribitur illi ad quem pertinet collatio dato executore vt prouideat, hic per præſentationem literarum factam collatori afficitur præbenda, ita quòd collatio poſtea alteri facta non tenet. ſ. cap. proxi. & ſic intelligi debet. ſ. eod. propoſuit. quod quidam verum putant, niſi executor ille pronuntiaſſet ſe executorē non eſſe. per decre. ſ. de præben. dilectus. iij. quod verū non B puto [c], nam affectio præbendæ quæ per præſentationem erat inducta, tolli non poteſt in præiudiciū impetrantis per executoris iniquam pronuntiationem. vnde ibi ſecundam opinionem teneo vlt. glo. ſi executor datus fuerat ad prouidendum: vt. ſ. ca. proxi. dico tamen tutum impetranti ꝙ ab illa pronuntiatione appellet [d]. In quinto caſu quando ſoli executori ſcribitur vt prouideat: hic per ſolam inſinuationem executoris, & notificationem eius quòd vult præbendā per illam poteſtatem conferre, etiam ſi non interdicat, puto affici præbendam. ſ. eo. tit. & lib. quia cunctis. §. ex parte [e]. & ſic erit iſta differentia quando ſcribitur ſoli executori ad compellendū, & quando ſoli ad prouidendum: quia primus vt afficiatur præbenda, habet inſinuare & interdicere: vt hic. ſecundo ſufficit ſi inſinuet, vt in prędicto. §. Rationem diuerſitatis collige ex iis quæ dixi. ſ. c. proxi. in glo. ij. Ioan. And.

AVctoritate.) Primo ponit tres gratias factas tribus in eadem eccleſia ſucceſsiuè: ſed tertio cum prærogatiua ſuper primum: ex quibus quæſtionē format. ſecundò ibi, Cùm igitur. ſoluit rationem reddēs, & argumentum inducens ibi, Licet enim. facit quod not. ſupra de reſer. capitulum. in j. gl. Ioan. Andr. Pulcher caſus iſtius decr. ſimilis illi quem ha- C buiſti ſupra de præb. cap. penul. Et emanauit ad declarationem & correctionem eorum quę not. Compoſt. ſupra de reſcrip. capitulum. in gloſſa magna. §. item ſi duo recepti ſunt. Ioannes And. Si tribus fuerit facta gratia in eadem eccleſia diuerſis temporibus, & virtute gratiæ debet præferri ſecundus: ipſis conferentur præbendæ hoc ordine. Nam ſecundus habebit primā, tertius ſecundā, & primus tertiam. h. d.

CASVS. Papa Martinus fecerat Titio gratiam in eccleſia Pictauenſi. antequam gratia eſſet effectum ſortita, Martinus mortuus eſt. ſucceſsit ei Bonifacius, qui non reuocauit gratias factas per Martinum: ſed Bonifacius Caio fecit ſimilem gratiam in ipſa eccleſia Picta. quo facto ille idem Bonifacius fecit gratiam Sempronio cum clauſula prælationis: quia volebat eum præferri omnibus receptis auctoritate ſuorum prædeceſſorum, non autem ſua. poſtea vacauit præbenda: quæritur cui debeatur: vtrum Titio primo expectanti? Reſpon. Rom. pont. quòd non: quia clauſula prælationis facta tertio Titium excludit: nec debebitur tertio, puta Sempronio: quia Caius ipſum præcedit: & Bonifacius noluit Sempronium præferri receptis auctoritate ſua, ſed ſuorum prædeceſſorum: ideo Caius habebit primam præbendam, & tertius ſecundam, & primus habebit tertiam. Et ſic Caius D conſequitur per alium, ſcilicet per tertium, quod per ſe non poſſet conſequi. quod probatur per ſimile. Nam ſi quis decedat relictis patre & matre & fratre ſuis ſuperſtitibus: ſi pater tempore mortis defuncti deſierat eſſe agnatus, quia ſe dederat alicui in adoptionem: tunc frater qui eſt agnatus, ſuccedet: cùm pater amplius non ſit agnatus, ſed frater. Et quia remanſit mater quæ eſt cognata, ideo excludit fratrem agnatum: & hoc ſecundum iura antiqua: quia illud eſt immutatum per iura noua. Cod. & auth. Et ſic ſi fuiſſet tantum pater & mater, pater excluderet matrem, etiam ſi ſe dediſſet in adoptionem. ſed quia reperitur agnatus, ſcilicet frater: ideo pater excluditur, & mater præfertur: vt ponamus quòd moriar relictis mihi patre & matre & fratre, & pater meus dedit ſe in adoptionem: ſi dimiſiſſem ſolummodo patrem & matrem, pater mihi ſuccederet, non mater. Sed cum frater meus excludit patrem, ideo nunc mater mea excludet fratrem: & ſic mater per meum fratrem conſequitur quod per ſe non fuiſſet conſecuta. Similiter hic Caius ſecundus conſequitur per tertium, ſcilicet Sempronium, quod per ſe non poſſet conſequi. No. primo ꝙ cum in eadem eccleſia ſunt plures expectātes in ordine cōſequendi præben-

*c Not. Do. quòd iudex delegatus per ſuā interlocutoriam nunquam tollit effectū literarū deductum in eſſe. vide eandē cap. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. ſupra eo. Font.*

*d No quòd ſententia quā iudex pronuntiat ſe nō iudicē, non extinguit iuriſdictionē, et licitē ab eadē appellatur. ca. ſignificantibus ſupra de offi. dele. Philip. Font.*

*e Vide ca. j. ſuprà eo. in glo. j. Phili. & de reſcr. tibi qui. 2. reſpō. Ioa. And. Font.*



Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



præbendas: debet attendi & ſeruari voluntas papæ. Nota magis ſpecificè, quòd ſi in eadem eccleſia ſunt plures expectantes, & vltimus habet prærogatiuam: ille præfertur primo, ſed non ſecundo, ſi ſecundus ſit receptus auctoritate eiuſdem papæ. Not. ad quod allegatur iſte tex. quòd quis per alium conſequitur quod alias per ſe non poſſet conſequi.

Not. ſi iſte ordo nō ſeruaretur, tunc intentio papæ eſſet violata.

a *Martini.* ita fortè fuerat de facto. vel ſtudioſe hoc dixit: quia in expectantibus auctoritate Nicolai vel Celeſtini non procedebat dubitatio, propter reuocatoriam Bonifacij: de qua dicitur infra cap. proxi. & ſupra de præben. cap. penult. & antepenul. Ioannes And.

b *Similem.* cum nulla prærogatiua: vt patet per inferiora.

c *Præferatur.* in illa præbenda.

d *Voluiſſe.* voluntas igitur ipſius ſeruanda & mandatum ſupra eo. lib. de præben. cui de non. cum ſimilibus.

e *Primam ſecundus.* contrarium dicebat Compoſt. in præſi. cto loco in ſimili vel eadē quæſtione quæ talis eſt: primus receptus fuit per literas generales, ſecundus per ſpeciales, tertius per ſpeciales cum hac clauſula, quòd deberet præferri omnibus receptis in eccleſia auctoritate generalium literarum. quærebat ſecundum quem ordinem deberent prædicti præbendas aſſequi: & dicebat Compoſt. quòd tertius excludebat primum: ſed quia primus excludebat ſecundum, qui ſecundus poſt ponebat tertium ex perſona ipſius ſecundi, & ſi non ex ſua, primus debebat habere primam, ſecundus ſecundam, tertius tertiam: ſecundum regulam, ſi vinco vincentem [a] &c. ff. de diuer. & tempo. præſcri. l. de acceſſionibus. ibi, nam qui me. ad hoc ſupra de offic. lega. dilectus. ſed hoc eſt falſum: vt hic vides. & ſatis id patet per conſiderationem intentionis papæ: vt dicit litera. intentio enim eius fuit ſecundum præferri tertio [b]: & tertium primo [c]: & ſic ſeruetur ordo. & ſic etiam fallit hic nec locum habet regula illa, ſi vinco &c. de qua no. xxiij. q. j. rogamus. & fallit etiam illa regula in caſu. l. infra poſitæ. ff. ad Tertullianum. æquiſſimum. §. ſi ex filio. Cod. de natu. lib. authen. licet. in authen. de æqua. do. §. his. ff. qui po. in pig. ha. l. Claudius felix. ADDITIO. In dicta authen. licet. C. de natu. lib. Cy. poſt Pet. ſic ſoluit Brochardicum. aut quæritur de diuerſis caſibus: & tunc licet vincam vincentem te, non propterea vinco te: vt in hac authen. & l. ſupra & infra proxi. alleg. Aut de eodem: & tunc refert an ſit eadem cauſa vincendi te, quia vinco vincentem te, aut non. primo caſu vera eſt regula: vt in l. de acceſſionibus. ſecundo caſu non: vt in l. Claudius infra alleg. Ioan. And.

f *Minimè ſeruaretur.* quæ tamen diligenter eſt ſeruanda ſupra eod. lib. de præben. cui de non cum ſuis concor.

g *Contingit.* ponit caſum. l. ff. ad Tertul. l. ij. §. obiicitur. verſic. ſed ſi ſit agnatus. alias eſt ibi. §.

h *Patre.* carnali, ſed adoptato: vt ſequitur.

i *Matre atque fratre* non conſtitutis in adoptiua familia: & de carnalibus intellige.

k *Pater.* carnalis cōſtitutus in adoptiua familia: vnde deſiit eſſe agnatus. ADDITIO. Inſti. de legi. ag. tu. ad finem. & tit. ſeq. de ca. dimi. §. minima. vbi patet per minimam capitis diminutionem (quæ eſt cum is qui ſui iuris erat, alieno iuri ſubiicitur, ciuitate & libertate retenta) quem deſinere eſſe agnatum. Ioannes Andr.

*Not. quòd ſtyl' curiæ non habet vt det impetrātibus clauſulam anteferri, cōtra habētes gratiā à Papa concedete clauſulā illam de quo etiā ſupra de prębē. quodam.*

*† Alias, ſimiliter.*

*† No. quòd mens et tenor gratiæ eſt obſeruādus, ad hoc de præben. cui de non ſupra eod. lib. Do. vnde ſi diceret clauſula, præferatur omnib' auctoritate noſtra receptis: ſe mente papæ primus habebit primā. tertius ſecundā, & ſecūdus tertiam. Phili. poſt Ioan. An. dicentem text. procedere in ſimilibus caſibus: vt ſi dicatur, præferatur omnibus vltra ale tēpus expectantibus. Font.*

*a De qua regula Oldra. conſi. cxcviij. in folio. lxij. poſt mediū. Font.*

*b Quia prior in data ſecundū Domi. poſt Ioā. de Lig. Font.*

*c Quia in literis tertij eſt clauſula derogās primo, nō ſecundo. Dom. poſt Ioā. de Lig. Font.*

AVctoritate Martini [a] Papæ prædeceſſoris noſtri quodam ad præbendam primò in Parmenſi eccleſia vacaturam nulli alij de iure debitam in eiuſdem eccleſiæ canonicum recepto, & alio à nobis in eadem eccleſia ſimilem [b] † gratiam adepto ſecundo, tertius deinde auctoritate noſtra in ipſa Parmenſi eccleſia in canonicum & in fratrem recipitur cum prærogatiua gratiæ quòd omnibus prædeceſſorum noſtrorum auctoritate, non autem noſtra receptis, in aſſecutione præbendæ debeat anteferri: poſt hæc autem quædam vacauit præbenda in eccleſia memorata. quæritur quis eorum alteri præferatur [c], & ſecundum quem ordinem prębendas aſſequi debeant tres prædicti? Cum igitur ex tenore † gratiæ tertio à nobis conceſſæ appareat euidenter nos voluiſſe [d] primo tertium, & ſecundum tertio anteferri: decernimus quòd primam ſecundus [e], ſecundam tertius, & tertiam primus debet obtinere præbendam: aliàs forma mandati minime ſeruaretur [f]. Licet enim ex perſona ſua ſecundus primam obtinere non poſſet: ex perſona tamen tertij qui primum ſuperat, illam habet: Sicut contingit [g] in ſucceſſione illius qui ab inteſtato relictis patre [h] in adoptiua familia conſtituto, matre [i] atque fratre, decedit, in qua ſucceſſione pater [k] ex ſe matrem excludit: ſed quoniam talem patrem agnatus [l] materque vincit agnatum, mater patri non ex ſemetipſa ſed agnati perſona in ſucceſſione huiuſmodi antefertur.

Idem.

*Reuocatoria gratiarum includit receptos in canonicos prebendam diſtinctam expectantes: etiam ſi perciperent diſtributiones quotidianas: ſecus ſi præbendam diſtinctam non expectant, ſed augmentum portionis. Includit habentes ius ad vacaturam, ſi nondum eſt deuentum ad collationem. hoc dicit ſecundum Domi.*

Gloſ. ſequens exponit ponendo tres regulas, ſecundo notat, & dat ſimile.

l *Agnatus* ſcilicet frater. Tres ergo ponit regulas. Prima, ꝙ pater carnalis adoptatus excludit matrem carnalē. Secunda, quòd mater excludit agnatum [d]. quod hodie ſecundum iura C. & authen. locū nō habet [e]. C. ad Tertul. l. vlt. & auth. cū ſolis. & authen. defuncto. Tertia quòd agnatus excludit patrem carnalē in adoptiua familia conſtitutū. Pone ergo patrem primū impetrantē: matrē ſecundam, agnatū tertiū, cum prærogatiua: & ſic intelliges. Et ſic nota ꝙ in aſſecutione primæ præbendæ tertius nocet primo, & ſibi quo ad illam nō prodeſt: tamen ſibi prodeſt in hoc quia citius ſuam cōſequitur. Et eſt ſimile, vxor legitima excludit naturales nō legitimos: quia alias ſi nō eſſet proles vel vxor legitima, ſuccederent in duabus vnciis: & tamen ipſa vxor excluditur ab agnatis. C. vnde vir & vxor. l. j. ſed ſi ipſa nō ſupereſt, naturales excludit agnatos in duabus vnciis. hæc probatur. C. de natu. lib. authen. licet. & in authē. quibus modis natu. effi. le. §. ſi quis autē. collat. vj. ADDITIO. Hoſtiē. in ſum. qui filij ſint legi. §. an vtrunque genus ſuccedat. verſi. ꝙ autem. dixi. Ioan. Andr.

*d Secundū iura digeſtorū: vt patet per ſequentia. quod etiam ſecundū iura illa in fratre procedere non videtur: vt dixi in tex. Ioan. And.*

*e Ne credas tamen illud antiquū ius per hāc decretalem reuocatū etiam in terris eccleſiæ. de Ancha. & alij poſt Archid. vnde notant ex iure correcto poſſe argui: vt nota. in ca. nouit ſupra de iud. glo. in l. j. ff. de contrahe. emp. & dixi latē poſt Anto. Baue. inſti. de teſta. in prin. ſuper gl. antiquitatu. Font.*

CAPITVLVM VIII.

QVoniam.) Primò ponit mentem reuocatoriæ. Secundò ibi, Præſenti. declarat quinque dubia circa illā. primo tertiū: ſecūdo quartū ibi, In illis: tertio quintū ibi, Sane. (Et hic iunge literā quæ eſt infra per vigintitres lineas ibi, quoniā multæ dubitationes inſurgunt ex cōſtitutione.) Emanauit declaratorie ad reuocatorias: de quibus dixi. ſ. de præben. ca. penult. & antepenult. Iſtud capitulū emanauit ad declarationē conſtitutionū reuocatoriarū quas fecit Bonifacius, de quibus dictū fuit. ſ. de præbē. ca. ſi is. & ca. quodam.

CASVS. Paulus vltimò mortuus fecit gratias in aliquibus eccleſiis: cui ſucceſſit Sixtus qui reuocauit & caſſauit gratias factas per ſuū prędeceſſorē, ꝑ quas ius in re nō fuerat quæſitū, licet bene ius ad rē. verū per iſtā conſtitutionem ſint reuocatæ gratiæ ſui prædeceſſoris, etiā ſi expectātes erāt recepti in canonicos, licet ſub expectatione prębēdæ: Reſpōdet Romanus pōtifex, ꝙ ſi ſolum erāt recepti in canonicos, illæ gratiæ ſunt reuocatæ. Sed quid: ponamus ꝙ fuerant recepti in eccleſia in qua erat certus numerus canonicorū, ſed nō erat certus numerus præbendarū: & ſic iſte ſupernumerarius recipiebat præbēdas cū aliis. mortuo vno de numerariis canonicis portio ſua erat augēda, ſicut portio aliorum canonicorū: vt ponamus ꝙ in illa eccleſia ſunt viginti canonici, & diuiſio præbendarū ſit in viginti partes: recipitur alius canonicus ſupernumerarius. tūc ſit diuiſio xx. & vnius præbēdarum: moritur vnus de numerariis: certū eſt ꝙ augmentatur portio iſtius canonici ſupernumerarij. vtrum per conſtitutionē reuocatoriā caſſetur iſta gratia reuocatoria? Reſpōdet ꝙ nō. Cauſa dubitādi in iſto primo caſu fuit: quia præbēdæ iā erant affectæ per adeptionē canonicatuū factā auctoritate papæ, Ratio verò decidendi: quia de mente iuris & reuocatorum eſt ꝙ tollantur iura ad rem, ſicut hic erat ad præbendas vel portiones priuilegiatas, ſecundū Ioā. de Lig. Do. Nota primò ꝙ ante collationem beneficij nō dicitur ius quæſitum in re, ſed ad rem. ad hoc tex. hic in ſi.

Nota ſecundò ꝙ in reuocatione priuilegiorum pontificum Romanorum Papa non requirit cōſilium cardinalium: cum hic dicat tantùm de præſentia. Do.





a *Conſtitutione.* à principio dū erat Neapoli, forte vnica fuit cōſtitutio, poſtmodū fuerūt duæ: vna ſuper gratiis Nicolai: alia ſuper gratiis Celeſtini: vt dixi de prębēn. ſi is cui. ſ. e. lib.

b *Paulo poſt.* ſcilicet. vj. calendas Ianuarij: vt ibi dixi, id eſt quinto die exeunte Decembri. & ſuper hoc vide quod dixi in ſi. huius lib. ſuper data.

c *Apicem.* ſic ſuprà in proœmio huius li. §. ſane. & xl. diſtin. non nos. Vide quod dixi in cle. Roman. de iureiu. in prin. Ioannes Andreæ.

d *Procedat.* xj. q. j. ca. ſicut. §. ex his. de ſentē. excom. inter alia. §. vt igitur. C. de legi. l. vlti. & de multiplici interpretatione habes in prædict. §. ex his. & de poſtu. c. j. Ioan. And. ADDITIO. Dicit Archidi. quòd illa decre. j. cōtradicit: ſed ibi de interpretatione iudicis, hic de interpretatione principis. Ioannes Andreæ.

e *Locum habet.* habes igitur primū caſum declaratorium, ſcilicet in his receptis vltra numerum expectantibus portiones vel præbendas.

f *Huiuſmodi.* ſcilicet auctoritate Nicolai vel Celeſtini.

g *Deceſſum.* vel depoſitionem, vel iuris priuationē. de ele. cū in cunctis. de dolo & contu. veritatis.

Gloſ. ſeq. quærit, & ponit tres opi. et quartam Hoſtien. quam probat, & reſpondet quatuor obiectionibus.

h *Diſtinctio* [a]. Nunquid impetrās in tali eccleſia vt ſibi prouideatur de canonicatu & præbenda ſi vacat, vel quamprimo vacauerit, vel ſe facultas obtulerit in tali eccleſia, recipietur per has literas? Et dicunt quidam quòd non: quia conditio non eſt extitura: quia ibi præbenda nō vacat, nec vacare poteſt. de præben. dilecto. quia etiam talia reſcripta vt ambitioſa ſunt reſtringēda. de elect. dudum. ſ. eod. lib. de præben. quāuis. j. Alij dicunt quòd ſi ſimpliciter ſcribatur vt recipiatur nō obſtāte certo canonicorum numero: ſed non adiiciatur quòd prouideatur ſibi de præbenda ſi vacat, vel quamprimo vacauerit, tunc ſtatim recipietur etiam ſi numerus canonicorum ibi ſtatutus non eſſet: quia illud, non ob. non minuit, ſed addit ſcilicet quòd ſtatim recipiatur, licet ibi certus ſit numerus. ſed ex quo adiicitur, de præbenda ſi vacat &c. patet quòd de tali eccleſia nō poteſt intelligi: vt ſuperius dictum eſt. Tertij dicūt ꝙ ſi non eſt diſtinctus numerus canonicorum, nec præbendarum: tali impetranti non prouidebitur. ſed ſi numerus canonicorum ſtatutus eſt, vt in quæſtione propoſita, & in caſu noſtro: per conſequens ſtatutus intelligitur certus numerus portionum. ad hoc de cōſtit. tranſlato. & idem dicunt econuerſo. hoc poteris videre per Inno. ſ. eo. tit. ex parte. & per Compoſt. de reſcri. capitulum. in gl. magna. §. item quid ſi papa mandat aliquem. & ca. conſtitutus. in ſi. Hoſtien. autem in decre. prædi. ex parte dicit indiſtinctè ꝙ etiam ſi non ſit certus numerus canonicorum, nec præbendarū: etiam ſi reſcripto caueatur ꝙ aſſignetur prębenda vacās, vel quum primū ſe facultas obtulerit, & nō ob. certo cano. &c. valet reſcriptū. ſequitur enim ſecundū eū ꝙ ſi papa intēdat prouidere in eccleſia in qua certus numerus eſt, ꝙ eſt minus impetrabile: quod multo fortius in eccleſia in qua nō eſt certus, quod magis eſt impetrabile [b]. alle. ſ. de deci. ex parte. iij qui filij ſint legi. per venerabilem. de tranſla. ca. vlti. [c] in cle. literas. de reſcrip. in gloſ. ſin. nec ob. ꝙ talis ſtatim canonicatum & prębendam habebit: quia & ſi hoc durū ſit, obediendum eſt. de reſcrip. ſi quādo. nec ob. quòd nō extabit conditio ſi vacat: quia illud ſi vacat, non fuit appoſitum vt receptionē cōditionalē reddat: vel vt impedimētum inducat. facit ſupra de reſcrip. conſtitutus. ſed vt impedimētū remoueat ſi quid eſſet [d]. Et quæ cauſa dubitationis tollēdæ in reſcriptis inſeruntur, ius eius non lædent, nec mandatum impedient. ff. manda. qui mutuam. in prin. ff. de mili. teſta. ſi miles. nec ambitioſum eſt pauperem clericū ſibi beneficiū impetrare. de ætа. & quali. tuā. de præb. cūm ſecundū. Nō ob. decre. ex parte. & decre. dilecto. quia licet in tali eccleſia (in qua nullus eſt numerus) Lateran. conciliū locū non habeat, vt ibi: prouiſio tamē papalis locum habet. ad hoc. ix. quæ. iij. cūcta per mundū & ca. per principalē. fatetur tamen ꝙ obſtabit impetranti penuria eccleſiæ [e], ſi tanta ſit ꝙ nō ſufficiat plurib': non qualitercunque, ſed ꝙ quilibet honeſtè de ſua portione viuere poſſit ſecundum conſuetudinem ꝓuinciæ, vel in eadē eccleſia antiquit' obſeruatā. ſ. de inſti. c. j. & ij. Vide quod not. de vita & hone. cle. quoniā. in ſi. j. gl. & quid ibi dixi. Io. An.

*a Ad hanc gl. vide nota. Do. Anto. & aliorum ca. cōſtitutus. ſ. de reſc. vbi vide caſum de hac glo. Font.*

*Vacatio præbēdæ nō habet locū in eccleſia non numerata.*

*b Quamuis doc. ſequatur Hoſtie. tamen ſua ratio nō videtur bona: quia nō arguitur ſic in beneficialibus: vt not. de reſcr. poſtulaſti. cap. cui de nō. facer dotali. §. de præben. Font.*

*c Facit ff. de lega. j. l. ſi cui ſerui. vbi legatis ſeruis cū peculio & ij. debentur qui nō habent peculium. Ioannes And.*

*d Sic quādoꝗ ponūtur clauſula ad exequendam gratiam, et non ad augendam: vt in cle. j. in ſi. de præbē. Ioan. And.*

*e Idem Do. Phili. Font.*

QVoniam ex cōſtitutione [a] noſtra, per quam paulo poſt [b] promotionem noſtram ad ſummi pontificatus apicem [c] omnes collationes, prouiſiones, reſeruationes, & conceſſiones, ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, præbendis, officiis, portionibus, præſtimoniis, eccleſiis parochialibus, ruralibus, & aliis quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis vacaturis quocunque nomine cenſerentur, ac etiam ſuper canonicatibus ſub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorum (in quibus ius non eſſet quæſitum in re, licet ad rem) à felicis recordationis Nicolao Pa. iiij. & Celeſtino v. prædeceſſoribus noſtris factas, ſiue conceſſas, auctoritate apoſtolica in fratrum noſtrorum præſentia omnino caſſauimus, irritauimus, & vacuauimus, caſſas, irritas & vacuas nuntiauimus, & nullius fore decreuimus firmitatis, multæ dubitationes inſurgūt: vt vnde præfatæ cōſtitutionis reuocatoriæ proceſſit editio, interpretatio eius quoque procedat [d]: Præſenti declarandum duximus ſanctione, ꝙ in illis qui editionis tēpore ſupradictæ vltra ſtatutū numerū erant per eoſdē prædeceſſores canonici ſub expectatione præbendarum vel etiam portionū, eadē conſtitutio locum habet [e]. Si autem huiuſmodi [f] recepti vltra numerū diſtributiones & alia vt canonici de numero exiſtentes ſic tempore dictæ reuocationis habebāt, quòd per ceſſionē vel deceſſum [g] illorum qui erant intra numerū, ex vigore prioris gratiæ nil amplius aſſequi expectabant, niſi diſtributionū ſeu partiū ſuarum augmentum cum forſan eſſet eccleſia in qua canonicorum, non autem portionum numerus vel præbendarum diſtinctio [h] habebatur, quantoque inter pauciores cuiuſuis eccleſiæ diuiduntur prouētus, tanto maiores fieri poſſunt ſingulorum percipientiū portiones [i]: ad iſtos [k] vel eos [l] qui per literas facultatis [m] dictorū prædeceſſorū noſtrorū in aliquarū eccleſiarū canonicos erāt recepti (licet prębendas vel alia beneficia expectarēt) conſtitutionem certū eſt non extendi præfatam [n]. In illis verò qui vltra numerū auctoritate præfata in aliquarum eccleſiarum canonicos iam recepti, quantum ad capitulum, & ad chorum, ac diſtributionum perceptionem quotidianarū plenitudinē iuris canonici tunc habebāt, ſed in eis dignitates, perſonatus, præbendas, portiones, vel alia beneficia quæ dantur tantùm exiſtentibus de numero, expectabant: conſtitutionem pręfatam locum habere ratione huiuſmodi expectationis, dubium non exiſtit [o]. Sane in iis qui ſuper canonicatibus, præbendis & dignitatibus, parochialibus vel aliis eccleſiis ſeu beneficiis quibuſcunque à dictis prædeceſſoribus noſtris literas impetrauerunt,

i *Portiones.* de conſtit. cum M. in prin.

k *Iſtos.* tales qui per vacationem nil recipiunt, niſi portionum augmentum.

l *Vel eos.* Tacitè aggreditur alium caſum quem reuocatoria non comprehendit.

m *Literas facultatis.* cōceſſas eis ad quos aliàs pertinebat receptio: nec cautū erat in literis illis ꝙ auctoritate apoſtolica id facere poſſent. hoc dico per decr. ſ. e. lib. de reſcri. cū aliquibus. & per verba ipſius reuocatorię quæ ſcripſi in prędicto capitulo, ſi is cui. vbi dicitur, per dictū anteceſſorē noſtrū, ſeu eius auctoritate factas, cōceſſas, ſeu commiſſas &c.

n *Præfatam.* ratio, quia non ſunt ipſorum pōtificum ſed recipientium auctoritate recepti: vt dixi in prædi. decre. cum aliquibus. ADDITIO. Dicta ratio eſt huius tertij caſus. primos enim duos non reſpicit. Ioan. And.

o *Non exiſtit.* iſta igitur eſt differentia inter hunc caſum & proxi. quia ibi expectabat tantum augmentum portionis: hic certam præbendam vel portionem dandam ſolum iis qui erant de numero. ad illam igitur expectationem reuocatoria non extenditur: ad iſtam ſic. Ioan. And.

*Recitetur per obiect.*

a *Erant facta.* No.contra regulã quod per me nõ ſtat &c.ſ. de eo qui mit.in poſ.c.ij.vbi de hoc.nã per me nõ ſtetit quin fieret mihi collatio,ſed per executorẽ:& tamen reuocatoria habet locũ.& eſt iſte excogitatus caſus propter reuocatoriã quæ reuocauit omne ius ad rem: ſed per petitionẽ [a] ad rem, nõ in re ius habebã. & ſępius habes ſimile ꝙ nõ ſufficit quid petere, niſi obtineatur ſupra de renun. quidam.& eod.lib.de elect. ſi religioſus. cum ſimilibus.

*a Vnde per illã videor acceptaſſe: vt in cle.eo. ti. cum ei quẽ. §. pe. Ioan.And.*

NE SEDE VACANTE aliquid &c.

Viſum eſt de inſtitutionibus & collationib⁹ beneficiorũ: ſed quia poſſet dubitari, nũquid ſede vacãte capitulũ ſuccedat in ipſorum collatione : merito hinc ſumpta occaſione cõpilator poſuit hic rubricã generalem, ne ſede vacante.

*† Do.no.ꝙ ſola collatio tribuit ius in beneficio nõ reſeruato, nõ proceſſus inde ſecuti: imò ait de Ancha.nec ſententia. §. ſi.inſtitu.de offi. iud. l. nepoti. ff. de fun. inſtr. ad hoc ca.cum aliquibus. de re iud. & Phi.aſſerit. de Anch. ſi ſententia dicat beneficium eſſe debitũ: per gloſ. in cle. auditor. de reſcr. ſecus ſi ſententia dicat beneficium eſſe ſuũ. ca.j.ſ. eo.Font.*

Sí ad.) Sũt tres partes. ſecũda ibi, Cũ verò.tertia ibi, Vbi verò.Prima cũ collatio eſt communis, ſoluit dubiũ qđ fortificat: ibi, Etiã ſi. Secundò cõuertit:ibi,Idẽ. Secũda principalis (cũ collatio eſt ſoli⁹ epiſcopi)ſoluit dubia:& à ſolutione excipit ibi, niſi. Tertia principalis ſoluit duo dubia.ſecundũ ibi,nec etiã.& vtriuſq; rationẽ ſubdit ibi,Quia. Ioã.And.Præmitte quod habes.e.tit.illa videlicet ꝙ non reperitur iure cautũ ꝙ ſede vacãte capitulũ ſuccedat in collationibus beneficiorũ.Itẽ pręmitte ꝙ quãdoque ad ſolũ epm̃ ſpectat collatio præbẽdarum,quãdoq; ad ſolũ capitulũ,quãdoque ſimul,quãdoque cõmuni conſenſu, quandoque cum cõſilio.de quo de elec.cũ eccleſia.Itẽ ꝙ ſuſpẽſus vel excommunicatus nõ poteſt cõferre præbẽdas.de cõceſ.præb. quia diuerſitatẽ.Do.Emanauit decr.ad declarationẽ decr.ſ. e.illa. & ad declarationẽ & correctionẽ eorũ quæ ibi.no.Gof. Inno.& Hoſt.de cõceſ.præb.quia diuerſitatẽ. CASVS. Collatio præbendarũ alicuius eccleſiæ pertinet ad epm̃ & capitulum ſimul.moritur ep̃s,vel eſt ſuſpenſus:& ſic vacat epiſcopalis dignitas.poſtea moritur aliquis canonicus, & ſic vacat præbẽda & canonicatus.vtrũ capitulũ poterit conferre huiuſmodi canonicatũ & præbendã? Reſpõ.ꝙ ſic.Et idẽ viceuerſa impedito capitulo poteſt ep̃s præbendas conferre, licet collatio ſpectet ad epm̃ & capitulum ſimul.Sed ponamus ꝙ collatio præbendarum ſpectat ad ſolum epm̃, licet teneatur requirere cõſenſum ſui capituli:vtrum impedito ep̃o vel ſuſpẽſo poſsit capitulũ præbendas cõferre? Reſpon.ꝙ non, niſi ep̃s eſſet in mora petendi abſolutionẽ vel relaxationẽ: quia tunc inciperet eſſe in negligẽtia,& tũc collatio inciperet cõpetere ad capitulum:vt in ca.ij.de conceſ.præb.in anti. Sed ponamus ꝙ de cõſuetudine vel ex priuilegio apoſtolicæ ſedis aliquis habet collationẽ præbendarũ alicuius eccleſiæ cathedralis,tamẽ debet requirere conſiliũ ep̃i : nunc vacat præbẽda,tamen nõ eſt ep̃s cuius conſiliũ poſsit requiri: quia ſedes ipſa vacat, vel ep̃s eſt abſens. vtrũ iſte talis poſsit cõferre præbendas non expectata confirmatione ep̃i,vel nõ expectato ꝙ epiſcopus fuerit reuerſus? Reſpon.Rom.pont. ꝙ ſic:& rationem ponit, ne periculum immineat beneficio.

No.primò iuncta glo.ꝙ donatio præbendarũ eccleſię cathedralis quãdoque ſpectat ad epm̃ & capitulũ ſimul,& tunc vnus ſine altero nihil poteſt facere:& ſic ep̃s poſſet differre collationẽ ſi vellet.quãdoque collatio ſpectat ad ſolũ epm̃, quãdoque ad ſolũ capitulum.Sed de iure cõmuni ſpectat ad epm̃ & capitulũ ſimul.gloſ.tamen hic tenet ꝙ ſpectat ad ſolum epm̃ de conſenſu tamen capituli. Sed in hoc eſt magna differẽtia.Nam primo modo quãdo collatio ſpectat ad epm̃ & capitulum ſimul,poteſt capitulum conferre ſede vacante: ſed ſecundo modo non poſſet. No.vlterius ꝙ capitulũ vel vniuerſitas nõ debet excõmunicari per modũ vniuerſitatis: ſed ſi ſingulares delinquãt,ſũt particulariter excõmunicãdi.

*Vniuerſitas qualiter debet excõmunicari.*

etiam ſi per executores illorum factæ fuerint reſeruationes , decreti interpoſitiones, variique proceſſus , & etiam ſi eadem beneficia tunc vacabant,& per impetrantes petitum fuerat ab executoribus quòd eis illa conferrent, non tamen ipſorum beneficiorum vacantium collationes † tunc temporis erant factę [a]: locum habet conſtitutio ſupradicta, vt omnes huiuſmodi gratiæ quarum ratione tunc non erat ad collationẽ proceſſum, & ſic per conſequens ius in re non fuerat ipſis impetrantibus acquiſitum, intelligantur penitus reuocatæ.

## NE SEDE VACANTE aliquid innouetur.

### Bonifacius octauus.

*Collatione communiter ad epiſcopum & capitulum pertinente, vno ipſorum effecto inhabili, alter confert.hoc dicit vſque ad.§.cùm verò.ſecundum Domi.*

No.ꝙ ſede vacante capitulũ nõ poteſt conferre beneficiũ ſpectãs ad ſolũ epm̃,licet collatio ad epm̃ ſpectet cũ cõſenſu capituli.Idẽ ſi ep̃s fuerit ſuſpẽſus.quod verũ eſt, niſi ep̃s eſſet negligẽs in petẽda abſolutione.Ratio eſt:quia quãdo ep̃s eſt ſuſpẽſus,nõ poteſt dici eſſe in negligentia: quia ſi vellet, cõferre non poſſet. ideo cõtra ipſum nõ currunt ſex menſes, niſi(vt dictum eſt)eſſet in negligentia ſe rehabilitãdi:quia tũc inciperẽt currere ſex menſes: quibus elapſis poſſet capitulum illa cõferre.Sed quęritur quo tẽpore incipiunt currere ſex mẽſes? Dicendũ ꝙ à tẽpore vacationis & nõ à tẽpore negligẽtiæ.Aliqui tamen intelligunt ꝙ ſi fuerit negligẽs per ſex mẽſes(licet à tẽpore negligentiæ non vacet beneficium)ꝙ lapſis ſex mẽſibus põt capitulũ cõferre beneficia.Sed tamẽ dicendũ eſt ꝙ non dicitur negligens quãdo beneficium nõdum vacat :ideo ſex menſes ſolum cõputantur à tempore vacationis.

No.ꝙ collatio aliorũ beneficiorum ſpectat ad epiſcopũ cum conſenſu ſui capituli c.quanto.& c. nouit. de iis quę fiunt à maio.par.cap.& hoc de iure communi.nam de iure ſpeciali poteſt ſpectare ad alium quàm ad epiſcopum. No.quòd quando quis conferre debet beneficia cum conſilio epiſcopi: intelligitur ſi conſilium epiſcopi poſsit haberi.

*Capitulũ ſede vacãte quæ beneficia cõfert.*

*† Not. illud dicitur communiter pertinere quando æquale ius qualibet pars habet in actu. No. ſecũdò iſtud dictũ quòd appellatione præbendarum (latè ſumpto vocabulo) comprehendũtur alia beneficia eccleſiaſtica quãdo ratio eſt eadẽ in omnib⁹. facit quod no.in ca. j. de elec.eod. lib. vbi idẽ dicitur de canonia. Do.*

### CAP. VNICVM.

SI ad epiſcopum & capitulum cõmuniter pertineat † collatio præbendarũ:mortuo [b] epiſcopo , vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo [c], poterit capitulũ vacantes conferre præbendas, Etiam ſi [d] epiſcopus intereſſe habeat in collatione huiuſmodi vt prælatus [e]. Idem poterit epiſcopus ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpẽdi contingat,vel ſingulariter [f] omnes de capitulo maioris [g] excõmunicationis vinculo innodari.

*Collatione ſpectante ad epiſcopum de conſilio vel aſſenſu capituli:illo exiſtente inhabili(niſi ſit in mora) non confert capitulum,hoc dicit.*

Cùm verò ad ſolũ epiſcopũ præbẽdarum ſpectat collatio,cum cõſilio ſui capituli vel aſſenſu [h],defuncto epiſcopo vel ſuſpenſo (niſi [i] epiſco-

b *Mortuo.* idem eſt ſi quocunque alio modo vacet ſedes, renuntiatione,& depoſitione,vel quouis modo. ad hoc. vij. q.j.cap.in apibus.§.ecce in quibus.xxxiij.q.ij.in princ.

c *Suſpenſo.*pone ꝙ peccauit.in decre.ſ.de præben.graue.

d *Etiam ſi.*hoc dicit propter dominũ Inno.[b] & Hoſtien.qui dicebant ꝙ ſi epiſcopis intererat in capitulo vt canonicus: propter mortem eius nõ impediebatur capitulũ cõferre,niſi ſicut per mortem alterius canonici.ſi autem vt prælatus, eo mortuo cõferre nõ poterat.nõ eſt verũ:vt hic vides.ADDITIO.Vincentius de quo.ſ.in decr.ij.e. tit.dicebat, ꝙ ſiue ad ſolũ epiſcopũ,ſiue ad eũ cõmuniter cum capitulo ſpectaret collatio: vacante ſede nõ conferebat capitulũ.Litera quę habet Inno.eſt corrupta.ipſe enim Innocẽ.in decr.quia diuerſitatem.non diſtinguendo dicebat ꝙ ſi ad epiſcopum & capitulũ ſimul ſpectat electio,ſuſpenſo epiſcopo ſolum capitulũ eliget.Sunt enim vnũ corpus capitulũ & epiſcopus quo ad illa quæ eis communiter imminent facienda. Illud autem dictum Hoſti.determinabat vt ſequitur in gloſ. Ioan. Andr.

*Exprimit opiniones.*

*b Albas Vincentiũ. Et hæc eſt vera litera: vt patet in additione poſita in fi. huius gloſ.*

e *Vt prælatus.*interdũ enim eſt vt canonicus.de cõceſ. præb. poſtulaſtis.de pręb.cùm in eccleſia.de app.à collatiõe.ſ.e.li.

f *Singulariter.*hoc dicit,quia capitulũ,vel vniuerſitas,vel collegiũ excõmunicari nõ debet.j.de ſen.excom.Romana.§.in vniuerſitatẽ.ADDITIO.Io.Mo.& Arch.alle.ff.de admi.tu. quidã decedẽs.§.Papinianus.& l.Titiũ.in prin.&.§.j.Io.An.

*Excõmunicatio non debet ferri in capitulum.*

g *Maioris.*ſi enim minoris,eligere poſſent. de cleri. excõ. mi.ſi celebrat. Suſpenſi autem vel maiori excommunicatione ligati,non eligunt, nec eliguntur : vt de elec.cum inter.& de conſue.cum dilectus.vbi de hoc.

h *Aſſenſu.*hoc dicit Compoſt.eſſe de iure communi in ipſis præbendis cathedralis eccleſię:vt nos.ſ.de elect.cum eccleſia Vulterana.Scire debes ꝙ cũ epiſcopus habet cõferre præbendam cum conſenſu capituli : ſi ſunt viginti canonici, & decem cõſentiant,non valet collatio.quia non habet maiorem partem capituli.ſed ſi haberet vocem in capitulo vt canonicus: tunc diceretur facta ab xj. & ſic à maiori parte capituli.de conceſ.præb.poſtulaſtis.Inter iſta autem duo,ſcilicet conſilium & aſſenſum,eſt magna differentia:quod dic vt no.ſupra de arbi.cum olim.de elec.cùm in veteri.

i *Niſi.*iſtud niſi,venit exceptiuè à ſuſpenſo. ADDITIO. Ac ſi dicat quòd ad partem quæ loquitur de epiſcopo defuncto,non competit exceptio.Ioan.And.

Gloſ.ſeq.



Gloſ.ſeq.notat à contrario.quærit.arg. pro & contra. ſoluit. iterum quærit & ſoluit.

a *In mora.* ſi ergo ſit in mora, bene poterit ſe intromittere capitulũ. Sed quæro nunquid capitulum hoc caſu canonias ſtatim ex quo epiſcopus fuerit in mora, poſsit conferre: vel an poſt moram petẽdi ſex menſes habeat expectare? Et vide ꝙ ex quo fuit in mora petendi abſolutionem , demũ poſt ſex menſes & non ante cõferre poſsit [a]: quia antequam fuerit in mora,non currit tempus : poſtea incipit currere. de conceſ. pręben.quia diuerſitatem.de elect.ca.vlt. ſi epiſcopus ſimpliciter ſine cõſenſu capituli haberet conferre,locum haberet quod ſ. dixi. ſed hic de conſenſu capituli habet conferre.vnde videtur à contrario ſenſu iſtius literæ ꝙ ſtatim ex quo fuit in mora, capitulum poſſit conferre.Sed cum hic æquiparet conſilium & conſenſum, verũ puto quod prius dixi. Sed quando dicetur eſſe in mora? Hoc ipſo , ꝙ q̃ cito potuit , licentiam non petiit.ff. ad Tertul.l. ij. §. confeſtim. non tamen amara facienda eſt interpretatio.ff.de dona.inter virum & vxo.ſi id quod.§.ſi quis ſecundum operas. nec calumnioſa.ſ.de priui.in his.ff.ad exhi.l.pen. Arbitrabitur ergo hic bonus iudex [b].ff.de iure deli.l.j. Si autem malitioſè impediatur ne petere poſsit,ſubuenietur ei : quia non eſt in mora.de conceſ.præben.poſtulaſtis. niſi ipſe hoc procuraret.ff.ſi quis cau.l.ij. §.vlt.de offi.deleg. paſtoralis.§.ſi. ADDITIO.Caſum vide ſupra & concor.cle. multorum.de pœ. ver.illis pœnam.Ioan. And.

*a Idem Archid. dicens quòd Vinc. Hoſtiẽ. hoc tenet in decre. vlt. de ele. quæ ſupra allegatur. Io.And.*

*b Idem Archidiac.poſt Hoſtien.*

b *Vbi verò.*facit ad ea quæ not.Hoſti.de elect.ca. vlt.in ſi.& Vincen.& Compoſt.de inſtit.c.vlt.in ſi.Do.

Gloſ.ſeq.quærit.ar.pro.ſoluit contrarium.

c *Cum conſilio epiſcopi.*quid ſi cum conſenſu? Idem videtur, cum eadem ſit ratio vacationis diutinæ in hoc caſu. & ad hoc.ſ.de præb.ſi apoſtolicæ.& aliquando conſilium ponitur pro conſenſu.ſ.de offi.deleg.venerabili.de ſo.compe. cap.j. Contrarium credo: quia cum habet eligere de conſenſu,nõ ſic liberam habet poteſtatem ſicut de conſilio : vnde minus habet expectare hoc caſu quàm in illo : dico tamen ꝙ non curret ſibi tempus,cùm non poſsit eligere.de conceſ. præb. quia diuerſitatem.de elec.c.vlt.præterea ponamus in requiſitione conſilij abſentiam pro contradictione. ad hoc ſupra de arbi.cap.ij.e.lib.quod in conſenſu eſſe non poteſt.& facit pro hac parte quod dixi ſupra eo. lib. de reſcrip. ſi pro te. in gloſ.ſed pone.

*Conſiliũ & conſenſus differunt.*

d *De medio.*i.de hac vita.& expone vt dicitur.xxiij. q.iiij.hęc autem vita.in princ.& quare dicatur media, ibi not. in glo.j.

*De medio, id eſt de hac vita.*

e *Ab eo.*ſimile.ſ.e.lib.de reſcri.ſi gratioſè. & de pœni.diſt. j.cap.conuertimini. §.hoc idem.ver.item à mortuo,velut ab eo qui non eſt,perit confeſsio.Ioan.And.

f *In remotis.*arbitrarium erit hoc terminare ſecundum conſiderationem temporis quæ ſequitur infra.

Gloſ.ſeq.allegat ſimile.obiicit & ſoluit.

g *Imminere* habes ſimilẽ caſum.ſ.de offi.dele.ſi is cui e. lib. Et no.ꝙ difficultas præſtationis reddit obligationẽ inutilẽ, cõtra id.ff.de verb.obli.l.ij.§.j.Item nec ſeruatur formã quæ inerat collationi:ergo nõ valet quod agitur.ff.de arb.l.parui. Sol.licet in cõtractibus grauis vel impoſsibilis mod⁹ vel cõditio vitiet contractũ:ſecus in ſpiritalibus.ſ. de cõdi. app.c. vlti.reiicitur ergo: nec rem inutilẽ reddit . Item periculum vacationis quę imminet,immutat ius quod aliàs eſſet ſeruãdum.ſic.j.de teſta.cap.ij.e.lib.de offi. deleg.ſi is cui.eod.lib.

*Conditio grauis an vitiet contractum.*

DE REBVS ECCLESIAE &c.

Dictũ fuit.ſ.de præbendis & aliis beneficiis eccleſiaſticis: verùm quia poſſet dubitari vtrũ res beneficiorum deputatæ pro ſuſtentatione clericorũ beneficiatorũ poſſent alienari, ſicut res aliorũ priuatorũ , cùm quilibet ſit legitimus adminiſtrator ſuarũ rerum:ideo ad nos informãdum ponitur rubrica de rebus eccleſiæ non alienandis.

*Continuatio Domini Helia.*

pus in petenda relaxatione ſuſpẽſionis huiuſmodi ſit in mora [a])capitulum ſe nõ poteſt intromittere de eiſdem.

*Habens conferre cum conſilio epiſcopi, ſine illo conferet morte & remota abſentia interueniente.h.d.Domi.*

Vbi verò [b] de ſpeciali alicuius eccleſiæ conſuetudine vel ſtatuto,beneficiorum collatio ad aliquem cum conſilio epiſcopi [c] noſcitur pertinere: ſublato epiſcopo de medio [d], cum conſilium nequeat tunc peti ab eo [e], non erit propter hoc vacantis beneficij collatio differenda : nec etiam ſi egerit in remotis [f] , ita quòd non poſsit ipſius præſentia in breui haberi : Quia in petendo vel expectando eius conſilio , poſſet vacanti beneficio periculum imminere [g].

## DE REBVS ECCLESIAE † non alienandis.

*† In ſcripto noſtro exẽplari legitur, De reb. eccl.alienãdis vel non.*

### Innocentius quartus.

*Perpetua alienatio facta de rebus eccleſiæ vacãtis nõ præcedente tractatu & ſine iuſta cauſa non valet.Ioan.And.*

### CAPITVLVM I.

DVdum:& infrà [h]. Dictus verò archidiacon⁹ ex aduerſo [i] reſpondit [k], illas decimas illi eccleſiæ reſtitui non debere [l]: proferẽs [m] in medium [n] ordinationem quãdam epiſcopi Dulmeñ.de cõſenſu † capituli [o] ſui factam, inter alia continentem , quòd idem epiſcopus attendẽs prouentus archidiaconatus Dulmeñ. adeo fore tenues [p] & exiles,quòd non ſufficiebant

*† De Anchara. & Do. no. in alienatione rerum inferioris eccleſiæ requiri conſenſum capituli eccleſiæ cathedralis:quod non ſeruat (dicit Philip.) cõſuetudo valida (ſecundum eum) ar.ca. iij.ſupra de cõſuetu. eo. lib. & gloſ. in verbo, conſentiente.cle.ſ. eo. tit.Font.*

DVdum.) In hoc cap. ſunt tres partes. In prima, actoris deciſa petitio. In ſecunda rei defenſio: ibi, Dictus verò. In tertia ibi , Quia verò. papæ deſinitio tribus fulcita rationibus. ſecunda ibi, Quia etiã. tertia ibi, Præſertim. Ioã.And. CASVS. Vacãte aliqua eccleſia parochiali in diœceſi Pictaueñ, epiſcop⁹ Pictaueñ. cum conſenſu ſui capituli donauit decimas illius eccleſiæ parochialis archidiaconatui ſuę eccleſiæ : quia reditus archidiaconatus illius eccleſiæ erant ita tenues ꝙ non poterat archidiaconus ex illis ſuſtentari. vnde illas decimas donauit archidiaconatui nullo præcedẽte tractatu.poſtea illa eccleſia parochialis fuit alicui collata, qui petiit decimas à dicto archidiacono. quas cũ recuſaſſet ſoluere, fecit archidiaconũ cõueniri coram iudice cõpetenti : & in ſuo libello petebat vt iudex declararet illas decimas ſpectare ad rectorẽ illius eccleſiæ,& imponeret perpetuum ſilentiũ ipſi archidiacono.archidiaconus excipiendò propoſuit ꝙ decimæ fuerant ſibi donatæ per epiſcopũ cum conſenſu ſui capituli. Econtra replicabat rector illius eccleſiæ ꝙ donatio huiuſmodi non valeret: eo quia tempore donationis eccleſia ipſa vacabat,& nullum habebat defenſorẽ. Item dicebat rector quòd non ſuberat iuſta cauſa alienandi decimas.Item quòd dicta donatio non fuerat facta ſolenniter,id eſt tractatu præcedente.Vnde Roma.pontifex auditis allegationibus partium hincinde,declarauit decimas ſpectare ad ipſum rectorem:& impoſuit ſilentium archidiacono.{Et infra.}Sub hoc infra cõtinetur qualiter rector eccleſiæ parochialis fecit conueniri archidiaconum qui detinebat decimas : & petiit quòd iudex declararet decimas ſpectare ad ſuam eccleſiam,quo facto imponeret ſilentium archidiacono. Dictus autem archidiaconus ex aduerſo propoſuit excipiendo vt ſequitur.{Conceſsit:& infra.}Sub hoc infra, ponitur replicatio rectoris allegantis donationem factam Archidiacono per epiſcopum non valere propter cauſas prædictas in poſitione caſus.Vnde Rom.põtifex auditis allegationibus partium ſententiauit vt ſequitur.Nam decimas ipſas adiudicauit dicto rectori:& perpetuum ſilẽtium impoſuit archidiacono. No.primò duos caſus in quibus eſt permiſſa alienatio rei eccleſiaſticæ,videlicet euidẽs neceſsitas,vel eccleſiæ vtilitas.vide xij.q.ij.in ſum. Nota ſecundo optimũ text. ꝙ licet in inſtrumẽto alienationis rei eccleſiaſticæ narretur vtilitas vel neceſsitas alienãdi ſubeſſe:niſi aliter ꝓbetur, non adhiberetur fides.Nã.ſ.dicitur ꝙ in inſtrumẽto hoc cõtinebatur:& tamẽ papa dicit ꝙ nõ ſuberat.de quo hic in glo.Do.

h *Et infrà.*Intelligas quòd quidã rector cuiuſdam eccleſiæ diœceſis Dulmen.petebat ſibi & eccleſię ſuæ reſtitui & adiudicari decimas quas archidiaconus Dulmen. percipiebat in ſua parochia: quæ de iure & conſuetudine antiqua pertinebant ad ipſam eccleſiam: dictus verò &c.

i *Ex aduerſo.* ad petitionem ipſius rectoris.

k *Reſpondit.* conteſtando litem. & facit quod dixi de lit. conteſtat.cap.ij.

l *Non debere.*nec adiudicari: vt in deciſione dixi: & patet in fine.nam ſententia &c de or.cog.cùm dilectus.

m *Proferens.* Archidiaconus excipiendo contra intentionem actoris.

n *In mediũ.*i.in iudiciũ:vbi eſt mediũ inter actorem & reum.

o *Capituli.*Per hoc videbatur valere. de his quæ fi. à præla. ca.ij.& iij.ſed hoc nõ ſufficit,ex quo diligens forma ſeruata non fuit,nec cauſa ſuberat, & vacabat eccleſia : vt ſequitur.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit. ſolutioni ob. & reſpõdet.

p *Tenues.*Iuſta videbatur cauſa:ſed nõ apparuit vera : vt dicitur in fine.Sed nunquid dices iſtã iuſtam cauſam indiſtinctè,ſi aliàs fuiſſet tunc vera? Certè ſic.ſ.de prebẽ.expoſuiſti.



Universidad de Deusto Biblioteca

nam etiam capellas poſſet annectere ob hanc cauſam: vt ibi dicitur. epiſcopus enim de conſenſu capituli ſui poteſt eccleſiam & res ſuas ex iuſta & honeſta cauſa alteri dare. de his quæ fiunt à præla. cap. iij. & ca. paſtoralis. ſed contradicit expreſſe. xvj. quæſt. j. eccleſiæ. vbi dicitur quia antiquæ eccleſiæ decimis priuari non debent, vt nouis oratoriis tribuantur: per quod cap. indiſtinctè dicebat Hugo quòd epiſcopus inuito ſacerdote non poterat de iure vni' eccleſiæ alteri dare. Sed non eſt verum: vt ibi nota. & de hoc per Ber. de relig. do. cõſtitutus. in gloſſa, à quocunque. Dic ergo quod c. illud loquitur quãdo iuſta cauſa nõ ſubeſt: vel poteſt loqui quando ipſa eccleſia in nullo ſibi abũdat. ad hoc. ſ. de præben. cùm cauſam. pro iſta parte facit de eccle. ædifi. ad audientiam: j. & cap. tua nos.

† Nota caſum quo liceat epiſcopo rem vnius eccleſiæ dare alteri. facit ca. ad audientiam. de eccl. ædi. & quæſt. iij. vnio. aliàs regularũ ſo li principi licet. 9. q. iij. nemo. ff. de cura. Lucius. vide Old. conſil. clx. & duobus ſequentibus iſto titu. Font.

ad eius onera a † ſupportandã: præfatas decimas archidiaconatui memorato conceſsit: & infrà. Quia verò in conceſſione huiuſmodi b prædicta eccleſia c (cùm vacaret) legitimo caruit defenſore d, qui ſibi prius ab eodem epiſcopo debuerat deputari: Quia etiam tractatus e ſolennis & diligens, qui in talibus conceſſionibus perpetuis f & alienationibus rerum eccleſiaſticarum exigitur, non fuit habitus in eadem: ordinationem & conceſsionem ipſam, præſertim g cùm euidens neceſsitas quare fieri deberet, vel vtilitas non ſubeſſet, de fratrum noſtrorum conſilio decernimus non valere: dictas decimas ipſi eccleſiæ h tanquam pertinentes i ad eam ſententialiter adiudicare curantes.

Gregorius x. in concilio generali Lugdunenſi.

*Primò prohibet ſubmiſsionem eccleſiarum, ſuorum immobilium bonorum vel iurium fieri laicis abſque conſenſu capituli & licentia Papæ. Secundò caſſat contractus quacunque firmitate vallatos contra hoc decætero faciendos. Tertiò punit prælatos contrafacientes, & clericos non contradicentes, & laicos qui ipſos prælatos ad hoc compulerunt vel compellent. Quartò præcipit laicos per tales contractus eo caſu quo valent, vltra debitum non vſurpare: & pœnam apponit. h. d. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

a *Onera.* Scilicet cõgruæ ſuſtentationis archidiaconi, hoſpitalitatis, & epiſcopalium iurium ſupra de præben. de monachis.

b *In conceſsione huiuſmodi.* facta ſcilicet de decimis eccleſiæ tunc vacantis. ſecus ſi concederetur vel vniretur ipſa eccleſia vacans: quod dic vt in clemen. eod. tit. ſi vna.

c *Eccleſia.* quæ agebat. Et not. quòd non ſolùm in cathedrali eccleſia locum habet, quòd ſede vacante &c. ſed etiam in minoribus eccleſijs. de offic. ordi. cùm vos. ADDITIO. Idem ſecundum Hoſtien. in qualibet dignitate vel perſonatu: qui remittit ad ſum. ne ſede vacan. §. & de qua ſede. & vide quod not. ſ. de excel. prælato. cap. ij. in. j. gloſ. Ioan. And.

d *Defenſore.* Si igitur eccleſia a caret prælato, debet epiſcopus ſibi alium deputare defenſorem vel œconomum, qui res eius colligat, conſeruet & gubernet. lxxxv. diſtin. quoniam quidam. ibi, reditus verò. de offic. ordi. cùm vos. Cod. de epiſco. & cle. omnes. §. hoc nihilo minus. & ad huius officium pertinet excutere & denuntiare iudici quare fiat alienatio: & ſi fiat propter ſoluenda debita, an pecunia poſsit haberi aliunde, an de fructibus ſatisfieri poſſet, aut de mobilibus: & an potius expediat obligare quàm diſtrahere: an de minus vtilis poſſeſsionis pretio liberari poſſet, & caueat iudex ne talis poſsit corrumpi. ff. de rebus eorum. magis. §. non paſſim. & §. ſeq. His omnibus conſideratis defenſor rem diſtrahere poterit: & nihilo minus epiſcopus ſuam interponat auctoritatem ſupra eod. tit. cap. j. de his quæ fiunt à præla. cum apoſtolica. Si verò epiſcopus rem menſæ ſuæ alienet, hoc faciat de conſenſu capituli ſui: & archiepiſcopus auctoritatem interponat. ad hoc ix. quæſtione iij. ca. ij. xcvj. diſtin. bene quidem. circa fi. ſecundum Hoſtiẽ. ADDITIO. An hoc ſit neceſſarium, vide quod dixi de his quæ fiunt à præla. cap. j. in fi. Innocen. hic dicit hoc ſecundum quoſdam. & pro hoc not. facit quod ipſe Innocẽ. eod. tit. vt ſuper. in fi. & quod ibi ſcripſi, hic ponit Archi. Sed Hoſtien. ſimpliciter hoc ponit remittens ad not. per ſe ſupra eod. lib. de ſup. negli. præla. Romana. quæ videas in ſum. de offic. ordi. §. quid pertinet. ver. permutat. ad idem in ſum. hoc eod. tit. §. iij. ver. res autem. Idem Ioan. Mo. Ioan. And.

a *Qua fungitur iure minoris. §. de reſtit. in integ. cap. j. Sicut ergo pupillo non habenti tutorem vel legitimum defenſorem debet bon' defenſor vel aduocatus dari per iudicem. ff. de reb. eorum qui ſub tu. l. magis puto. §. non paſſim. in fi. ſic & eccleſiæ vacanti. Ioan. And.*

Gloſ. ſeq. remittit & conſulit. ſecundò quærit. ponit duas opi. & ſoluit. tertiò iterũ quærit. ponit ſolu. Ber. & contrariã Hoſti. demum ponit diſtinctionem poſt Innocen. & Hoſti.

e *Tractatus.* ſecundum quòd not. de his quæ fiunt à præla. tua. & debet diligenter fieri, & vtile b eſt ſæpius id facere: ne decipi poſsit. de probat. tertiò. ibi, quoties &c. Solet dubitari, Nunquid valeant conſenſus canonicorum non habiti in communi? & dixit Lau. quòd non. Ad l. ff. de ſerui. ruſti. prædi. per fundum. reſpondetur, illud verum in re communi pluribus vt ſingulis. & idem tenet Hoſtien. in dicta decre. tua. & approbare videntur Innocen. & Compoſt. de conſuetu. cùm conſuetudinis. Hoſtien. de his quæ fiunt à præla. cum apoſtolica. & in ſum. ipſius tit. circa princ. dicit contra. nam licet inueniatur in electione quòd requiratur communis conſenſus. de elec. in geneſi. ſecus in alienatione. in anti. de offic. ordi. cùm vos. xij. quæſt. ij. ſi qua de rebus. Et ad hoc concordat quod olim hic no. Ber. qui dixit quòd ſpeciale erat in electione, quod à principio erat nullum, poſtea non conualeſcebat. ſ. de elect. auditis. In alienatione tamẽ quod à principio non valet, conualeſcit ſubſequenti conſenſu exnunc, non vt extũc. Dici poteſt quòd vbi non præceſsit tractatus, vera ſit prima opinio: vt hic. ſed ſi præceſſerit, & deliberauerunt alienare: licet ſingulariter conſentiant, valeat conſenſus: & locum habeat ſecunda opinio. Sed quærit hic Ber. nunquid ſolennitas authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. in alienatione rerum eccleſiæ locũ habet? Et dixit Ber. c quòd non de neceſſitate, dummodo ſeruetur forma. xij. q. ij. fine. Non obſt. quòd ſit incorporatum in canonibus, (id eſt in volumine decretorũ. vide quod dixi de reſcrip. ca. ij. ſuper gloſ. penulti.) quia alij canones de eo non faciunt mentionem: & fuit poſitum vt ſciretur affectus principum ad Eccleſiam. Hoſtien. contra, propter rationem ſupradictam. (Et quia ſecundum eum contraria opinio eſt eccleſiis oneroſa, & ſic tollenda. de conſuetu. cap. j.) Sed tanta ſolennitas in deſuetudinem per vſum contrarium abiit. iij. diſtin. ca. in iſtis. §. leges. Diſtinxerunt autem hic Innocen. & Hoſtien. inter decretum, auctoritatem, & conſenſum ſiue collaudationem. Decretum eſt ſententia qua iudex contractum futurum iuſtum fore decernit, auctoritatem ſuam interponẽdo, vel aliquem in poſſeſsionem mittendo: vel mittendum declarando. ff. de damno infecto. ſi finita. §. Iulianus. & §. ſi fortè. & interponitur ante contractum. ff. de rebus eorum. l. magis. §. non paſsim. & §. ſequi. Auctoritas autem eſt auctorizabilis conſenſus qui competit ſibi ex publico officio vel legitima adminiſtratione, ſicut ſunt tutores & curatores. ff. de auctori. tu. in rubro & nigro. Conſenſus autem ſiue collaudatio eſt multorum voluntas ad quos res pertinet ſimul iuncta. Et dicunt quidam quòd in alienatione rei eccleſiaſticæ non requiritur decretum de quo ſupra dictum eſt, ſed cauſæ cognitio, auctoritas epiſcopalis, & conſenſus cleri.

*b Non dicit neceſſariũ: quod patet hic per ſingulare: non enim dicit tractat' ſolennes & diligentes, ſed ponit ſingulare. et eſt ſi. quod not. in cle. cauſam. §. verũ in glo. licet ergo. de hoc tractatu & eius forma vide in Spec. de locato. §. ſequitur. verſic. & ſcias. Io. And.*

*c Et Inno. hic. concor. Ioã. xij. q. j. videntes. in j. glo. & facit quod no. x. quæ. 2. §. quòd ſi. 12. q. 2. in ſum. & 17. q. 4. nullus. & Franci. hic dicit quod illa ſolennitas de facto non ſeruatur. Io. An.*

*Conſenſus ſeu collaudatio quid ſit.*

f *Perpetuis.* Nota quòd in temporalibus in quibus non læditur eccleſia, ſufficit tacitus conſenſus ſupra de his quæ fiunt à præla. ca. ij. in perpetuis expreſſus, & tractatus ſecundum formam xij. quæſt. ij. fine. ſecundum Ber.

g *Præſertim.* Ecce tertium propter quod non valuit conceſsio.

h *Eccleſiæ.* Not. formari ſententiam in perſonam Domini. de hoc ſupra de electio. querelam.

Gloſſa ſeq. allegat duas concord. ſignat vnum contrarium, & remittit.

i *Pertinentes.* de iure communi ſupra de deci. cùm cõtingat. & cap. cùm in tua. contra eod. tit. dudum. dic vt ibi.

HOc conſultiſsimo.) Diuiditur in quatuor partes. Secunda ibi, in. §. contractus. Tertia ibi, Et nihilo minus. Quarta ibi, Ex cõtractibus. Garſias diuidit in quinque, faciens quartã ibi, Laici. Boa. diuidit in ſeptem, faciens ſecundã ibi, Non concedendo. ſextam ibi, Laici. ſeptimam ibi, Qui verò. ADDITIO. Et dicit Ioan. Mona. quòd hic, & infra de immunita eccle. cap. j. prohibẽtur quidam modi alienationis vel dationis in rebus immobilibus. de mobilibus (vt dicit) certa regula dari non poteſt: quia ſecundum quòd donum eſt paruum vel magnum, tenet vel non tenet: & ſi dator eſt paruus vel magnus, vel donatarius bene meritus vel non meritus ſupra de dona. cap. j. & iij. xij. quæſt. ij. terrulas. xvj. quæſtio. j. poſſeſsiones. Ioan. And.

Perſonæ eccleſiaſticæ non poſſunt ſe ſupponere laicis ſine ſpeciali licentia papæ. hoc dicit. Præſupponẽdum eſt primo pro intellectu huius c. quod habetur in gloſ. poſita ſuper verbo, ſpeciali. Secundò præſupponendum eſt quod nos habemus contractũ allodialem quando pro aliqua re non debetur aliquod deuerium. Et in his partibus nullus poteſt rẽ tenere in allodiũ, niſi ſit nobilis perſona eccleſiaſtica: imò ſi alia perſona teneat rẽ aliquã, & pro illa re non ſoluat aliquod ius, poterit caſtellanus loci petere ab illis perſonis à quo tenẽt illã rem: & ſi à nullo teneant, poterit imponere certum ius & deueriũ.

CASVS.



CASVS. Aliqui caſtellani certarum caſtellaniarum conceperant odium contra perſonas eccleſiaſticas, eas grauando & opprimendo, ſicut fit hodiernis temporibus: quia mittunt milites ad poſſeſsiones perſonarum eccleſiaſticarum: vnde perſonæ eccleſiaſticæ videntes ſe opprimi, aſſerebant teneri ſuas poſſeſsiones ab illis caſtellanis & aliis perſonis laicis potentioribus vt defenderentur ab eis. Iſtud capitulum hoc prohibet ne fiat ſine ſpeciali licentia ſedis apoſtolicæ. No. primò arg. quòd iura incorporalia poſſunt concedi in emphyteuſim ſicut bona immobilia. Not. ſecundò quòd recognoſcere & tenere rẽ ab aliquo, idem importat quòd confiteri rem eſſe illius. ad quod. ſ. de elect. venerabilem. Dom.

*† No. iunctæ glanter immobilia cenſeri iura incorporalia, maximè ſi adhæreant immobilibus. Bar. l. 2. in. 2. colum. C. vbi in rẽ actio. per. l. ſi aliena. ff. de vſucapi. Fontanus. Iura incorporalia inter immobilia computantur.*

HOc conſultiſsimo a prohibemus edicto, vniuerſos b & ſingulos prælatos eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia c, ſeu iura d † ipſarum e laicis ſubmittere, ſubiicere ſeu ſupponere f abſque capituli ſui conſenſu g & apoſtolicæ ſedis licẽtia ſpeciali h, Non concedendo i bona ipſa vel iura in emphyteuſim, ſeu aliàs alienando k in forma & caſibus l à iure permiſsis: ſed conſtituendo, vel recognoſcendo, ſeu profitendo ab illis ea tanquam à ſuperioribus ſe tenere: ſeu ab ipſis eadem aduocando m prout in quibuſdam partibus n vulgariter dicitur auoher, vel ipſos patronos vel aduocatos eccleſiarum, ſeu bonorum ipſarum perpetuò, aut ad tempus non modicum o ſtatuendo. Contractus autem omnes etiam iuramenti p pœnæ, vel alterius cuiuſlibet firmitatis adiectione vallatos (quos de talibus alienationibus ſine huiuſmodi licentia & conſenſu contigerit celebrari) & quidquid ex eis ſecutum q fuerit, decernimus adeò viribus omnino carere, vt nec ius aliquod tribuant, nec præſcribendi r etiam cauſam parent: Et nihilominus prælatos qui ſecus fecerint, ipſo facto ab officio s & adminiſtratione t, clericos etiam qui ſcientes contra inhibitionem prædictam aliquid eſſe præſumptum id ſuperiori denuntiare u neglexerint: à perceptione beneficiorũ quæ in eccleſia obtinent ſic grauata x, triennio y ſtatuimus eſſe ſuſpenſos. Laici verò qui prælatos vel capitula eccleſiarum, ſeu alias perſonas eccleſiaſticas ad ſubmiſsiones huiuſmodi faciendas hactenus z compulerunt, niſi poſt competentem a monitionem (remiſſa ſubmiſsione quam per vim vel metum exegerant) eccleſias, & bona eccleſiaſtica eis ſubmiſſa taliter in ſua libertate dimit-

a *Conſultiſsimo.* id eſt cum multo conſilio facto: ſic fieri debent iura. xxxv. quæſtione ix. apoſtolicæ. & C. de legi. humanum. vel, id eſt per quod eccleſiis valde conſulitur.

b *Vniuerſos.* & fœminas comprehendit. De hoc dixi. ſ. de elec. generali. ADDITIO. in glo. ij. Et per hoc videtur quòd eccleſia iura ſua vel nomen debitoris nõ cedat ſine decreto. de minore vide in Spec. de ceſ. act. §. j. ver. ſed nunquid minor. Ioannes Andreæ.

*Eccleſia nõ cedit iura ſua ſine decreto.*

à iure permiſſos: ſed non eſt verum, & infra eſt poſita diſiunctiua, ſed huic intellectui contradicit: neque enim credendum &c. de electio. eccleſia veſtra ij. circa finem. ſ. eod. lib. eo. titu. cùm expediat. hoc ergo ſonat litera: quia nõ prohibet papa bona ipſa alienari forma & caſibus aliàs à iure permiſsis, ſed b prohibet ſubmiſsiones fieri. ADDITIO. Idem Guil. Gar. Ioan. Mon. & Archidiac.

*per verbo, generali. ſ. de procu. Font.*

*b Do. Phil. not. pro reſcriptis & ſtatutis quòd ſed, poſitum in materia prohibitiua poſt orationem negatiuam, ſtat incluſiue: ſic vt poſitũ in oratiõe negatiua, ſtet excluſiue. Font.*

k *Alienando.* vendendo, permutando.

l *Caſibus.* caſus habes no. xij. quæſt. ij. in ſum. ADDITIO. Qui licet ſint multi, reducuntur ad quatuor ibi notatos. Ioã. Andreæ.

m *Aduocando.* id eſt, tanquam ab aduocatis recognoſcendo. aliàs aduohando.

n *Partibus.* Gallicanis.

Gloſ. ſeq. reci. per quæſtio. in qua duas opi. ponit.

o *Non modicum.* ad modicum ergo tempus poſſunt vocari in patronos vel defenſores: quia tunc in modico tempore non eſt periculum. ff. de iudi. ſi debitori. in fin. Poteſt autem dici modicum tempus intra decem an. vel ſecundum Gulielmum & Gar. relinquitur iudicis arbitrio, ex quo hic non determinatur inſpecto ſtatu eccleſiæ, & imminenti periculo, & conditione perſonarum: vt ſupra de offic. dele. de cauſis. ff. de iure deliberandi. l. j. in fine. ADDITIO. Idẽ Archidiaconus. vide quod nota. in clement. eodem titulo, cap. monaſteriorum in gloſſa fin. Ioannes Andreæ.

c *Immobilia.* hæc igitur prohibitio ad mobilia in quibus non conſueuerunt tales fieri ſubmiſsiones, non extenditur: licet tam mobilia quàm immobilia prohibeantur alienari ſupra eod. ca. j. prima niſi quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Cod. de admi. tut. lex quæ. Quærit hic Garman. nunquid clericus beneficiatus faciat fructus ſuos, & teſtari & donare poſsit? Dixi de hoc ſupra eo. lib. de offic. ordi. cap. præſenti.

d *Iura.* Nota iura vel incorporalia poni inter immobilia bona. hic enim in vtriſque idem ius ſtatuitur. ad hoc. Cod. de long. temp. præſcrip. l. vlt. incorporalia enim præſcribi habent vt immobilia: vt ibi. ad idem. Cod. de ſacroſan. eccle. iubemus. ij. §. i. ADDITIO. Et in authen. de non alie. §. vult enim. colla. ij. facit quod not. in Spec. de reſti. ſpo. §. nunc dicamus. ante fi. Ioan. And.

e *Ipſarum.* ſcilicet eccleſiarum. Et ſic not. bonorum eccleſiaſticorum dominium penes eccleſiam. ADDITIO. Dicit hic Gar. & poſt eum. Ioan. Mon. quòd eccleſia, id eſt congregatio fidelium, cuius Chriſtus eſt caput, habet dominium. Sed pauperum ſunt quo ad ſuſtentationem, & clericorum quo ad adminiſtrationem. & ſic dicit concordari contraria. Ioan. And.

*Dominium rerum eccleſiaſticarum penes eccleſiam eſt.*

f *Supponere.* pro eodem ponuntur, vel ſingulis ſingula referas. ADDITIO. Scilicet ſecundum ordinem literæ ſubmittere eccleſias, ſubiicere bona, ſupponere iura. Ioan. And.

g *Conſenſu.* Iſte requiritur regulariter in alienatione, & etiã præter hanc conſtitutionem requirebatur in hoc caſu.

h *Speciali* a. nõ ſufficit hoc caſu generalis. & hoc eſt ius nouũ & ſtatutum: quia in talibus ſubmiſsionibus maius periculum vertitur: & ideo cautius quàm in aliis alienationibus eſt agẽdum. xlij. diſt. quieſcamus. ibi, circa maiora. de elect. vbi periculum. in prin. ſ. eod. lib. ff. ad Carbo. l. j. §. ſed & ſi quis. quia quædam ſeruitus erat. (Facit. ſ. de accu. veniẽs. de iureiu. nimis. & humanioris eſt &c. xvj. q. ij. circa medium.) Et vt laici qui ſæpe vexabant, vel vexari permittebant eccleſias vt eis fierent tales ſubmiſsiones, videntes illas vlterius fieri nõ poſſe, deſiſtant à talibus. ad hoc. ſ. eo. lib. de conceſ. præbẽd. deteſtanda. ſ. de immu. eccle. aduerſus. Ioan. And.

*a Et expreſſa l. negotium. C. de nego. geſt. vnde oportet quòd papa ſciat quare & de quibus rebus ſit licentia concedenda. ff. de reb. eo. l. magis. §. non tantum. & C. de prædi. mi. l. ab eo. & c. qui ad agendũ. ſu.*

Gloſ. ſeq. ponit vnam opi. quam reprobat.

i *Non concedendo.* quidã (vt eſt Clericus Piſanus) male intelligentes dicunt hic prohiberi emphyteuſim & alios cõtractus

p *Iuramenti.* non enim debet eſſe vinculum iniquitatis. ſuprà eodem lib. de iureiurando, cap. j. §. quia verò. cum ſuis concordan.

q *Secutum.* infra de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concor.

Gloſſa ſequens allegat vnam concordantiam, & contrarium ſoluit.

r *Præſcribendi.* Cod. de agri. & cen. quemadmodum. in fi. lib. xj. & eſt hoc ſpeciale: cùm aliàs ex inutili cõtractu transferatur dominium: & minus iuſtus titulus det cauſam præſcribendi. & de hoc no. de præſcrip. ſi diligenti. in gl. fi. ff. de dol. & eleganter. &. Cod. de ſuffra. l. vnica.

*Dominium an transferatur ex inutili contractu.*

ſ *Officio.* id eſt officij ſui executione. & dicit Gar. Ioannes Mona. & Archidiaconus quòd & à beneficio eſt ſuſpenſus. de appellationibus paſtoralis. vbi de hoc. ADDITIO. Vide quod not. ſupra eod. lib. de re iud. cap. prima ſuper ver. officij.

t *Adminiſtratione.* temporalium. de ſolu. ſi quorundam.

u *Denuntiare.* ſumptum fuit ex canone. ij. quæſtion. vij. quapropter. in authen. col. ij. de non alie. aut permutã. reb. eccle. §. ij. qui incipit, œconomum. Clericus ergo videns prælatum in hoc delinquere, denuntiare debet, quod ſi non fecerit, punitur, vt hic. & ſi iuraſſet non accuſare, nihilominus denuntiat. ſuprà de iureiurando, quemadmodum. in fi. & non obſtante promiſsione obedientiæ accuſat. de accu. ex parte.

*Iurans non accuſare, nihilominus poteſt denuntiare.*

x *Sic grauata.* Ad idem ſupra eo. lib. de elect. cupientes. §. cæterum. & cap. ſi compromiſſarius. in fi.

y *Triennio.* Hoc referas tam ad ſuſpenſionem prælatorum quàm clericorum. ADDITIO. Idem Guli. & Archi.

z *Hactenus.* Idem ſecundum Guliel. & Gar. ſi poſt iſtam conſtitutionem intra duos menſes à tempore publicationis. in authen. vt fac. not. conſtitu. in rubrica. in princ. titu. quod verum puto, niſi prius hoc ſciuerint. ad hoc ſupra eo. lib. de præben. cum ſingula.

a *Competentem.* ſcilicet trinam. xxiiij. quæſt. iij. de illicita. §. de conuentione. de ſen. excom. ſacro. niſi facti neceſsitas aliud ſuaderet. j. de ſen. excomm. conſtitutionem.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Dimittant.* Tolle quod eſt.j.excommunicationis &c. in iſto igitur caſu neceſſaria eſt monitio: ſed in ſeq.non.
b *Ex contractibus.* Nunquid debeat obſeruari in contractibus licite factis,annectit.
c *Lege.*vt ſi lex vel pactum fuit appoſitum in contractu, illud ſeruetur: aliàs fiat quod exigit natura contractus; & ſic cõtractus ex conuentione legem accipiunt.infra. de reg.iur. contractus. cum ſuis concor.
d *Secus.* vſurpando contra naturam vel pactum appoſitum.
e *Reſtituendo.* & ſic non ſufficit à grauaminibus abſtinere, niſi vſurpata reſtituant. xiiij. quæſtione. vj.cap.j.in prin.j. de reg.iur. peccatum.

tant [a]. Illi verò qui decætero prælatos vel perſonas eaſdem ad talia facienda compulerint : ( cuiuſcunque ſint conditionis , aut ſtatus ) excommunicationis ſint ſententia innodati. Ex contractibus [b] præterea ſuper præmiſſis(huiuſmodi licentia & conſenſu interuenientibus ) hactenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit , ſeu occaſione illorum : laici vltra id quod ex natura contractuum ipſorum , vel adhibita in illis lege [c] permittitur, aliquid non vſurpent. Qui verò ſecus [d] egerint : niſi legitimè moniti ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint, reſtituendo [e] etiam ea quæ taliter vſurparunt, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrãt: & extunc ad ſupponendum terram ipſorum ſi opus fuerit eccleſiaſtico interdicto,liberè procedatur.

DE RERVM *permutatione.*

Continuatio Domini Heliæ.

Dictum fuit ſupra titu. proxi. de rebus eccleſiæ non alienandis. Et quia dubitari poſſet vtrum vna eccleſia poſſet cum alia permutari : ideo ponitur rubrica , de rerum permutatione.

Licet. }. Nõ diuiditur Ponit tamen primo thema de permutare volentibus vbi ſunt expectantes: quod definit ibi : Nolumus. exponit motiuum ibi, æquitatem.& eius rationem ibi , quæ aliàs. & hic ponitur licet pro quamuis.Ioan. And. Nota quòd qui expectat primam vacantem, primam conſequi debet.fallit hic & in caſibus quos dixi ſupra eod.lib.de præben.quia ſępe.& de conceſ.præben.ſi ſoli. Ioannes Andreæ. CASVS. Papa Titio fecit gratiam : & mandauit epiſcopo Pictauen.vt beneficium cum cura vel ſine cura, etiam ſi eſſet dignitas vel perſonatus, Titio conferret ſi de præſenti vacaret, alioquin proximo vacaturum,dato certo executore ad compellendum.hoc facto volumus permutare noſtra beneficia.vnde cauſa permutationis fiendæ & non alias nec alio modo reſignaui meum beneficium in manus epiſcopi Pictauen. Facta reſignatione Titius venit ad epiſcopum, & petiit ſibi conferri illud beneficium tanquam vacans virtute gratiæ ſibi factæ. Dicebam ego quòd meum beneficium non reſignaueram niſi cauſa permutationis : & ſic non vacabat ſimpliciter : nec continebatur ſub gratia ſua. vnde epiſcopus Pictauen.dubitans an illud beneficium caderet ſub gratia ſibi facta, conſuluit Romanum Pontificem. Qui conſultus reſpondit quòd licet de rigore iuris iſta beneficia reſignata cadant ſub gratia Titio facta : tamen de æquitate præcipit quòd huiuſmodi permutationes non impediantur per expectationes. Et ponit rationem : nam iſti permutantes non eſſent beneficia ſua reſignaturi niſi cauſa permutationis. Et iſtud verum, niſi per fraudem fieret huiuſmodi permutatio & reſignatio : quia probata fraude expectans poſſet petere iſtud beneficium:& ſi vacaſſet per mortem vel reſignationem, non cauſa permutationis. Nota primò quòd poteſt fieri permutatio beneficiorum non obſtantibus gratiis expectatiuis: & ad hoc emanauit principaliter iſtud capitulũ. Nota quòd de rigore iuris reſignatio facta in caſu permutationis, cadit ſub gratia expectatiua:non tamen de æquitate: vt hic textus. Nota quòd ſi reſignatio ſit facta in fraudẽ expectantis: facta reſignatione poterit expectans petere illud beneficium. Nota inſuper id ad quod allegatur præſens capitulum: videlicet quòd affectus agentis non extenditur extra ſuam intentionem.l.certi.ff.ſi cert.peta.

Nota vlterius quòd æquitas eſt præferenda rigori,in.l. placuit.C.de iudiciis.

Gloſſa ſequens ponit dictum, ad quod allegantur quatuor concordantiæ.& ſoluit vnum contrarium.ſecundo ponit ſecundum ,ad quod allegat vnam concordantiam , & vnum contrarium ſoluit.

f *Diœceſi.* Non excludit,imò includit ciuitatem [a]. Ad idem lxiij.diſtin.ſanctorum.§.eod.lib.de tempor. ordin.cùm nullus.j.reſponſo.de offic. ordin. cùm epiſcopus. ad hoc. ff. de ſerui.expor.cui pacto.Non obſtat de reſcriptis,Rodulphus. quia in reſcriptis ad lites loquitur,quæ ſunt odioſa. Et includatur etiam eccleſia cathedralis ,ad hoc.§. de verborum ſignificatione , cum clerici. Nõ obſtat.§. eodem lib.de præbẽ. quamuis.j.§.j.quia ibi eſt ambitio.

g *Auctoritate apoſtolica.*Idẽ puto & multo fortius ſi expectat auctoritate reſeruationis legatorum,vel receptionis capituli. Ioan.And.

h *Proximò.* idem & multo fortius puto ſi expectarẽt quam ducerent acceptandam: nam plus afficitur præbenda per iſtam gratiam , quàm per illam : vt dixi ſupra eodem lib. de conceſ. præben. ſi ſoli. ad finem.

i *Iuris.* ſupra eodem, quæſitum.

k *Beneficia.* hic largè intellige, vt minora & maiora beneficia,dignitates,& præbendas etiã comprehendas.j.quæſtio. iij. ſi quis dator ſupra de conceſ. præben. cap. ij.ſupra de verbor. ſign. tua. quod optime etiam probatur. infra de reg.iur.cap.j.vbi dixi de hoc.

a Idem Io. Mo. & hic etiã poſuit Arch. quod poſtea cancellauit ꝓpter opinionem ſuam: de qua dicã ſuper gloſſa quid ſi. nec poſſet opponi quòd ampliaret verba textus. Io.And.

Beneficij appellatione quid cõtineatur.

DE RERVM PERmutatione.

Bonifacius.viij.Biterenſi epiſcopo.

*Non obſtantibus expectationibus beneficiorum permutatio fieri poteſt. Ioan. Andreæ.*

CAP. VNICVM.

Licet in tua diœceſi [f] aliqui auctoritate apoſtolica [g] beneficia ꝓximò [h] vacatura expectent : illos tamen qui ſecundum formam iuris [i] ſua beneficia [k] in eadem diœceſi ad tuam collationẽ [l] ſpectantia permutare volentes,liberè [m] ac ſine fraude [n] in manibus tuis ipſa reſignant [o]; Nolumus occaſione præmiſſa æquitatem præferentes in hac parte rigori [p] , circa faciendam permutationem beneficiorum huiuſmodi quę aliàs minime [q] reſignaſſent , vllatenus impediri.

Gloſſa ſequens quærit de tribus,arguit negatiue. ſoluit contrarium.

l *Collationem.* Quid ſi non ſpectant ad collationem , ſed ad confirmationem tantùm? Item quid ſi pertinent ad collationem ſui & alterius:vel ſint illa in diuerſis diœceſibus? In his quæſtionibus primò videtur quòd non habeat locum hæc decre.[b] ratio : quia per permutationem non poſſumus negare quin vacent beneficia. debetur ergo expectanti prima vacatura de rigore & veritate iuris : ſed æquitas ſcripta vult quòd non debeatur : eſt ergo tenenda regula, niſi in ea parte quæ vitiata reperitur.Cod. de appella. præcipimus. & ſic non videtur à litera recedendum : & niſi caſus mutetur , regula non vitietur . Ad hoc facit ſupra eod. lib. de præben. cùm in illis. vbi aliud eſt dicere ad collationem : aliud , ad confirmationem. ad idem eod. cap.in fi. & eo. titu. cap. vlt. vbi aliud eſt dicere, ad collationem tuam : aliud , tuam & alterius. Satis poteſt dici [c] contrarium.& de hoc dictum fuit: quia ſic fuit quæſitum . vnde per illa verba potius factum videtur narrari , quàm iuris diuerſitas poni . In prima igitur quæſtione impeditur expectans . Sed ad hoc vt teneat permutatio , erit neceſſe quòd interueniat illorum conſenſus qui habent eligere. ad hoc de offic. Archid. ad hæc.in fi. In ſecundo caſu fiet in manibus vtriuſque libera reſignatio : vel quilibet in manibus ſui epiſcopi : vel alter alteri committet : quod melius videtur . ad hoc de ſententia excommunicationis , cùm illorum . nec video quare aliud in caſibus iſtis quàm in expreſſo. Inſpiciamus ergo ſolum an licitè fiat permutatio , vt per expectationes non impediatur . hoc dicit decretalis . ad hoc facit finit huius capituli.

b Et hoc tenet Archi. per rationẽ quæ ſequitur.Io. An.

c Idem Ioã. Mon. & ſic ſeruatur. Ioan. And. Permutatio non tenet ſi non interueniat cõſenſus eorum qui habent eligere.

m *Liberè.* vt ſimonia vitetur. de pac. cùm pridem.

n *Sine fraude.* Pone in terminis per decretalem ſuprà eod. lib.de renuntiat.cap.ij.ſcilicet cùm permutatur beneficium quod ſperabatur in proximo vacaturum : vt præcludatur via expectanti.

o *Reſignant.* Et ſi reſignata conferantur alijs quàm permutare volentibus , non valet collatio: vt in clemen.eodem titu.cap.vnico.

p *Rigori.* Sic.Cod.de iudiciis.l. placuit. Cod. de furtis , & ſeruo corrupto.l. ſi quis ſeruo. de hoc ſuprà de tranſactionib.cap. vltimo.

q *Minimè.* Iſtud facit pro eo quod ſupra dixi. nam inſpicit papa quòd nil deperit expectanti : quia aliàs non reſignaſſet.

DE TESTA.



DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS *voluntatibus.*

Continuatio Domini Heliæ.

Superioribus titulis dictũ fuit de cõtractibus inter viuos, nunc videndũ eſt de cõtractibus celebratis à defunctis:ideo ponitur rubrica,de teſtamẽtis,& vltimis voluntatibus.vnde ſub clauſula , & vltimis voluntatibus, cõprehenduntur codicilli & donationes cauſa mortis.

Gloſ.ſeq. tria facit. primò diuidit. ſecundo dicit vnde ſumpta. tertio ponit caſum literalẽ.Io.And.

Diuiſio.

Si pater. }. Iſti[a] decret. duplex eſt diuiſio. Prima in quinque partes , ſecundum quam ponit primo teſtamentum patris tria continens: inſtitutionem filiorum, vxoris legatum,& ſubſtitutionem quam fecit filiis . Secunda ibi , Teſtatore mortuo. narrat quæ poſtea emerſerunt. Tertia ibi,abſque.ſoluit dubium ex teſtamẽto & emergentibus prædictis exortum. Quarta ibi,Præmiſſæ,ponit ſolutionis rationem ,& rationis expreſſionem . Quinta ibi , Licet.reſpondet obiectioni quæ contra ſolutionem fieri poſſet. Sed quia ponderato quòd propter dictionem monoſyllabam ſi,quæ ponitur in princ. cap. tota litera pendet vſque ibi,Præmiſſæ.videtur diuidenda ſolùm in tres partes : vt ſic primæ tres coniungantur ſub vna.ſecunda & tertia,tunc vbi ponebantur quarta & quinta. Et eſt huic ſi. quod dixi ſupra eod.lib.de elect.generali.ſuper.j.gl. Tracta fuit hæc decre. de extrauag.Innocen.iiij.quæ incipit, Ioannes Frangiapani. & fortè nimis fuit deciſa [a]. Et ſic pone caſum.Ioan.Frangiapa.habebat vxorem nomine Sacracenam : & ex ea filium & filiam impuberes,Petrum & Philippam. in extremis poſitus condidit teſtamentum , & filiam ſibi hæredem inſtituit in certa pecuniæ quantitat : filium verò in cæteris bonis ſuis: & vxori vſum fructum quorundam bonorum ſuorum ſub certo tenore reliquit : & adiecit , vt ſi decederet filia ſine liberis,moreretur filio ſuo : & ſi filius ſine liberis decederet, moreretur filiæ: ſi autẽ vterque ſine liberis decederet, pauperes hæredes inſtituit : & executores teſtamento reliquit. Mortuus eſt Ioannes ipſe teſtator. demum mortuus eſt Petrus filius ſuus adhuc impubes: & demum filia etiam impubes,ipſa ſcilicet matre ſuperſtite, contra quam agebant executores,& ab illa domina vel eius procuratore petebant coram papa bona quæ fuerant teſtatoris & filiæ, ſub quibus & bona filij comprehendebant. dicebat procurator Dominæ ꝙ ſubſtitutio facta de filio ad filiam, & de filia ad pauperes, fuerat fideicommiſſaria:vnde in ſubſtitutione filiæ ad filium debebat deducere tertiam iure naturę debitam filio,& quartam Trebellianicam. Item in ſubſtitutione pauperum ad filiam pro reſiduo nomine filiæ eaſdem tertiam & quartã habebat.Pro parte verò executorum allegabatur quòd ſubſtitutio fuerat directa & pupillaris : & conueniebat talis ſubſtitutio perſonis & verbis:vnde non habebat locum quartarum deductio.Item quòd pater in teſtamento quod faciebat impuberi filio,matrem portione iure naturæ debita priuare poterat:licet filius id ſuo teſtamẽto facere nõ poſſet.Per has vltimas allegationes pronũtiauit papa bona illa deferri pauperibus abſq; aliqua deductione tertię vel quartę partis.h.d.

a Inducit Io.Mo. verba Horatij, Obſcurus fio dum breuis eſſe volo. Vide ad idem de pœ. ſignificauit. poſt princi. Ioan.Andr.

Pro clariori intellectu iſtius.c.eſt præſupponẽdum quod habetur in gloſſa poſita in verbo, abſq; deductione , in verſi. ad clariorem autem intellectum. videlicet quòd multiplex eſt ſubſtitutio: de quibus dicitur in gloſ. Aduertendum tamen quòd in ſubſtitutione breuiloqua quando fit impuberi,cõprehenduntur quatuor vulgares , & duæ pupillares. Si autem fiat puberi,comprehenduntur ſolum duę vulgares. Secundò præſupponendum eſt quòd ſubſtitutio nihil aliud eſt quàm ſecunda inſtitutio. Caſus ſecundum glo.ſic figuratur.Quidam Ioannes habebat filium & filiam impuberes. filiam ſuam inſtituit hęredem in certa pecunia:filium autem in cæteris bonis : & vxori reliquit vſumfructum quorundã bonorum.(ſed iſtud non facit ad caſum iſtius capituli)vnde iſte Ioannes filium ſuum inſtituit in cæteris bonis : vt dictũ eſt. & adiecit quòd ſi iſte filius ſuus moreretur ſine liberis, quòd moreretur ad vtilitatem filiæ ſuæ : hoc eſt, ſororis ipſius filij.Et ſi filia moreretur ſine liberis, ꝙ moreretur filio, id eſt ad vtilitatem filij.Et ſi vterque moreretur ſine liberis, pauperes inſtituit hæredes;& dedit executores.Mortuus eſt teſtator;deinde mortuus eſt filius impubes : & filia ſimiliter impubes abſq; liberis. Executores petierũt hæreditatẽ nomine pauperum à matre. Dicebat mater ꝙ ſubſtitutio facta de filio ad filiam,& de filia ad pauperes,fuerat fideicommiſſaria. Et dicebat ꝙ de ſubſtitutione facta de filio ad filiã debebat modò deducere quartam debitam iure naturæ , & ſimiliter quartam Trebellianicam.Similiter à ſuſtitutione filiæ ad pauperes, eaſdem quartas volebat detrahere. Dicit executor quòd iſta ſubſtitutio erat directa : & quòd non habebat locum detractio iſtarum quartarum. Super hoc conſultus Romanus pontifex reſpõdet quòd non debet fieri aliqua detractio quartarum: ſed bona debent reſtitui pauperibus. Not.primò ꝙ filius non poteſt priuare matrẽ ſua quarta : tamen ipſa priuatur ſi pater faciat teſtamentum pupillo.

Additio Domini Heliæ.

Caſus literalis Domini Heliæ.

DE TESTAMENTIS, ET vltimis voluntatibus.

Bonifacius octauus.

*In fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus locum habet quartarum deductio:in directis non. Et ſubſtitutiones interpretari debemus directas , dummodo conueniant verbis & perſonis inſtitutis. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM I.

Si pater filium & filiam habens impuberes [a],& vxorẽ [b], filiã in re certa [c], filium verò in cæteris bonis ſuis vniuerſalem hæredem inſtituit [d], & vxori aliqua in

Nota quòd ſubſtitutio dicitur fieri per verba directa, quando quis habet hæreditatem per manum teſtatoris. Et dicitur fieri per verba obliqua , quando habet hæreditatem per manum hæredis vel alterius. Et dicitur fieri per verba communia,quando illa verba ſunt communia ad verba directa & obliqua: vt hic, dum dicit teſtator quòd filia moreretur filio ſuo. Nota quòd dictio & cætera. ſcripta extenſe , eſt apta includere omnia congruentia termino cui adiungitur. Nota argumentum quòd appellatione cæterorum bonorum veniunt mobilia & immobilia. de quo vide eodem titulo relatum.ij.in.princ.&.ff. de verborum ſignificatione,bonorum. Nota quòd ſubſtitutio poteſt dici inſtitutio: vt patet hic de ſubſtitutione pauperum. Et ſic omnis ſubſtitutio dicitur inſtitutio ſub conditione.ff. de vulga. & pupil.ſubſtitut.qui liberis.in princi.& not.ff. de lib & poſthum. Gallus. in princi.ſecundum Archidiaconum. Nota quòd hæredi inſtituto in re certa poteſt fieri ſubſtitutio.

Subſtitutio quando dicitur fieri per verba directa, & quando per obliqua.

Cæterorum bonorũ appellatione veniunt mobilia et immobilia.

Nota vlterius quòd hic agitur de ſubſtitutione compendioſa: vnde ſi talis fiat à milite,valet iure directo etiam ſi filius deuenerit ad pubertatem,& poſtea mortuus ſit, niſi mater ſit in medio.l.precibus. C. de impube. & aliis ſub. & ibi per doct. iur. ciuilis: nam tunc valet ſubſtitutio iure fideicommiſsi.Si autem fiat à pagano : certè valet iure directo ſi moritur in pupillari ætate : ſed ſi deuenerit ad pubertatem, expirat ſubſtitutio pupillaris:vt hic.

Subſtitutio compendioſa an teneat poſt pubertatem.

a *Impuberes.*ſcilicet filiam minorẽ.xij.ann. filium minorem xiiij.an.ff.de verborum ſignificatione, pupillus.in princi.C. quando tu.vel cu.eſſe deſinant.l.indecoram. & inſtitut. quimo.tu.fin.in princi.[b] licet quo ad matrimonium non inſpiciamus ſolùm annos,ſed ætatem qua pubeſcere poſsit.quod dic vt nota.ſupra de deſpon.impub.puberes. ADDITIO. Non inſpicimus ſolum annos quo ad matrimonium carnale.in ſpiritali ſecus : vt nota. ſuprà eodem lib. de electione, ex eo.in.iij.glo.Ioan.And.

b *Vxorem.* puberem intelligas matrem ipſorum filiorum. aliàs dubitatio non proceſsiſſet.& hoc patet in fi.

Gloſ.ſeq.recitetur per quæſtionem , an inſtitutus in certa re.&c.

c *In re certa.*inſtituit [c]: quod eſt infra: quod ſi non feciſſet, egiſſet filia de inofficioſo [d]. Nunc autem non poſſet agere niſi ad ſupplementum ſi aliquid deeſſet portioni de iure naturæ debitæ.Cod.de inofficioſo teſtament.l. omnimodo. & l.ſeq.&.l.quoniam nouella.&.l.ſiquãdo.& de hoc ſupra eodem , Rainutius.in princ. Scire debes quòd in certa re inſtitutus habetur loco legatarij , ita quòd creditoribus non tenetur.Cod.de hære. inſtitu. quoties . & hoc cum eſt alius vniuerſaliter inſtitutus. ſi enim nullus alius inſtitutus eſt, in totum ſuccedit hæres:ff.de hære. inſtitut.l. j. §. ſi ex fundo. &.l. ſi ita quis hæres . Si autem plures inſtituti ſunt in certis rebus , & nullus alius vniuerſaliter : pro virilibus erunt hæredes : niſi in caſu vbi duo ſunt inſtituti coniunctim , & alter diuiſim. ff. de hære. inſtit. ſi alterius. & l. ſeq.Ioan.And.

b Not. Do. & Phil hic & in rubri. 4.col. quòd ætas nõ anticipatur in teſtamentis. tamen ait Arch.ſi impubes gignaret: expirat pupillaris. Font.

c Vide quod no.Hoſt. in ſum. huius tit.§. qualiter.ver. datur autem. & ver.ſeq. Ioan. And.

d Reprobãt Bal. de Anchar. Phili. imò dixiſſet nullũ.Font.

Gloſ.ſeq.quærit.ponit ſex opi. & primam dicit tutiorem.

d *Inſtituit.*Nunquid quo ad filiam ſufficeret legaſſe? De hoc fuerunt opiniones tactæ ſupra eod. Rainutius. in princ. in gloſ.relinquens.in authen.nouiſsima.&.Cod de libe.præteri.in authen. Et dicunt quidam [e] quòd tutius eſt quòd neceſſaria ſit inſtitutio. in authen. vt cùm de app. cog. §. aliud quoque.&.§.hæc autem.col.viij. &.C. de inof. teſt. in auth. nouiſsima.&.C.de lib.præteri. in auth. non licet. dicentes.l. C.de inoff.teſt.l.omnimodo.&.l. cum quæritur. & authen. nouiſsima.per authen.illam poſteriorem eſſe correctas.Alij contra per prædic.ll.& per decre.Rainutius. vbi nihil dicitur ꝙ Alterocina fuerit inſtituta. Azo diſtinxit [f] an teſtator voluerit

e Placebat hoc domino meo in legibus:& placet Iac. de Raue. & Pe.Io.And.

f Quod non debuit. Philip.Font.

voluerit ſolēniter teſtari, vt quia vocauit teſtes ſeptē, ſignacula & ſubſcriptiones rogauit, & tunc eſt neceſſe quòd in aliquo inſtituat, vt in auth. vt cum de ap.cog.coll. viij.aut nō ſolenniter, ſed nūcupatiuè, & tunc ſufficit quocunque relinquat titulo, vt in anti.ll. Vnde dicunt alij ꝙ ſi relinquat in teſtamento, neceſſe eſt iure inſtitutionis relinqui. ſi in codicillis, ſufficit quocunque relinquat titulo. & de hoc not. C. de inoffi.teſt. auth. nouiſſima. Alij dicunt ꝙ ſecundum canones ſufficit quocunque relinquat titulo,

ſuo teſtamento legauit, [a] adiiciens vt ſi decederet filia ſine liberis, eidem filio: [b] & ſi ipſe abſque liberis [c] obiret filius, præfatæ filiæ moreretur, [d] Chriſti pauperes [e] inſtituendo hæredes, ſi vtrunque ſine liberis mori contingeret filiorum. Teſtatore mortuo, [f] ac deinde filio ſubſequenter & filia ſuperſtite matre defunctis ante tempora pubertatis, abſque deductione [g] Trebellianicæ [h] ſiue partis

vt in decre. [a] Rainutius. ſecus ſecundum.ll. & hoc ibi tenet Hoſtien. vt talis pernicioſa [b] ſubtilitas euitetur. Alij diſtinguunt, [c] quòd aut teſtator inter filios tantùm teſtatur, aut inter extraneos & filios ſimul miſtos. In primo caſu ſufficit quocunque relinquat titulo, vt in antiquis.ll. quia inter ipſos imperfecta ſimplex & plena voluntas ſufficit, dummodo de ipſa appareat. C.e.tit. hac conſultiſsima.§. ex imperfecto.&. C.fa.ercif.l.ſi.& auth. ibi ſignata. In ſecundo caſu, ſcilicet cum extraneos inſtituit, non ſufficit quocunque relinquere titulo, niſi fiat inſtitutio. & ſic intelligitur auth. vt cum de app.cog. Sed vt ſupra dixi, primum tutius, [d] & ideo tenendum videtur. de pœ.diſtin.vij.nullus. & verbum illud relinquit, in decre. Rainutius, non videtur poni [e] propriè, vt patet etiam ex inſtitutione adiectæ. idem in decre. Raynaldus.

a Legauit. de facto, vt dixi in caſu, legauerat vſum fructum quorundā bonorum altero ſolùm ſuperſtite ex filiis, augebat in teſtamento legatū. & nemine ſuperſtite adhuc augebatur. & ex hoc etiā, vt patet in integra, allegabatur per pauperes quòd patebat quòd intentio teſtatoris fuerit vxori filiam anteferri.

Gloſſa ſequens obiicit & tripliciter ſoluit.

b Eidem filio. moreretur, quod eſt.j. Sed contra, iſta filia nec exhæredata erat, nec inſtituta, quia in certa re, vt. ſ. dictum eſt, ergo nec ei pupillariter poteſt ſubſtitui. inſti. de pupil. ſubſti. §. non ſolùm. ff. de vulga. ſubſtitu. l. ſed ſi plures. Sol. licet hæc pupilla non fuerit inſtituta hæres in primo gradu, tamen fuit inſtituta in ſecundo, ſcilicet poſt mortem filij, & ſic ei pupillariter ſubſtitui potuit. Vel dic quòd ſi ex liberis eſt vnus ex certa re, alter vniuerſaliter inſtitutus, vterque eſt hæres, licet alter teneatur ad credita vel legata. & ſic intelligitur hic, & ſupra eodem Rainutius. ſecus ſi non ex liberis, quia tunc inſtitutus in certa re habebitur loco legatarij, & vt ſupra dixi. ſ. & C. de hære. inſti. l. quoties. Vel ſic non quæritur an teneurit ſubſtitutio de filia ad filium, ſed econtra, quia de facto prius decedit filius.

c Liberis. Sufficit vnus. ff. de verb. ſig. l. non eſt ſine liberis. C. de condi. inſer. l. j. & ſuper hoc vide quod not. de proba. in præſentia. in j. gloſſa.

d Filiæ moreretur. id eſt, ad opus filiæ. [h] Quaſi dicat quod hæreditas filij directè & immediatè ad filiam perueniat, & econtra. ſi verò in ſucceſsione mater eſſet media, iam non filiæ, ſed primò matri moreretur. & ſic allegabatur pro parte pauperum.

e Pauperes. Licet certa perſona hæres inſtitui debeat, & nomen ſpecificari, tamen pauperum inſtitutio valet, & de pauperibus loci proprij domicilij ſenſiſſe intelligitur, vbi fomentum viuens conſolationes & ſeruitia à multis recepit. Cod. de epiſc. & cle. ſi quis ad declinandam. l. nulli licere. de hoc dic vt ſupra. eod. cum tibi. ADDITIO. Pauperes inſtitui poſſunt, quia vniuerſitas pauperum gerit vicem certæ perſonæ, & ita valet, ſicut ſi inſtitueret collegium licitum. ff. de fideiuſſ. l. mortuo. ff. de condi. & demonſt. l. municipibus. Cod. de ſacroſan. eccle. l. prima. ff. ad Trebel. l. omnibus. ff. de leg. j. l. ſi hæres. §. vicis. ſecundum Arch. Ioan.

f Mortuo, executoribus relictis qui petebant bona teſtatoris poſtmodum ab vxore, vt dixi in caſu.

Gloſſa ſequens primo ponit allegationes matris, ad quas ſecundo reſpondet, ponens diſtinctionem ſubſtitutionum, & de reliquis mittendo proſequitur compendioſam.

g Abſque deductione. Hic decidit quæſtionē. Dicebat autem mater quòd habebat tertiam & quartā in bonis teſtatoris ex perſona filij, & ſic ſola dimidia reſtituenda fuerat filiæ. Itē in alia dimidia habebat etiā tertiam & quartā ex perſona filiæ, & ſic dimidiam, & ſic facta cōputatione videbatur ſecūdum eam reſtitutio facienda pauperibus ſolùm in tribus vnciis [i] eius partis in qua fuerat filius inſtitutus: & in dimidia eius partis in qua fuerat inſtituta filia. Et ꝓbatur hoc ex eo, quia dicebat ꝙ ſubſtitutio de filia ad filium, & de pauperibus ad illam, erat fidei commiſſaria, & hoc probabat tali modo, Directa ſubſtitutio fit per hæc verba, ei hęres eſto, vel ille ei ſit

*a Sic videtur ibi tenere Barb. Fonta.*
*b Imò eſt vtiliſſima 7. rationib⁹ per Phil. Do. hic poſitu. Font*
*c Quod Philip. Bal. non placet. Fōt.*
*d Idē doct. Fonta.*
*e Phil. notat ꝙ relinquere ē ſingularē, non eſt inſtituere. ſecus ſi relinquantur omnia bona. gl. in authent. de hær & falci. §. ſi verò nulla, hic de verbo relinquo, late Phil. & ibi Barb. Font.*
*f Sed tunc eſſet inſtitutio ſub cōditione caſuali: qua pendente cēſetur præterita, & ſic nullū eſt teſtamentū. l. ſi pater. C. de condi. inſtit. de Ancha. Philip. Font*
*g Idem de filio niſi quo ad excludendū querelā. no. l. ſi quis priore. ad Treb. doct. Fonta.*
*Pauperum vniuerſitas gerit vicem certæ perſonæ.*
*h Facit. ff. de reb. du. qui duos. poſt princ. ibi, quaſi vtrique vltimi ſibi ſucceſſiſſe. vide Anto. Ioā. And.*
*i Male videbatur ei, quia filia debuit ſuccedere cum*

hæres. indirecta per verba: rogo, volo, vel mādo vt reſtituas &c. ſed per iſta verba, alteri moreretur, non poteſt dici directa & pupillaris ſubſtitutio, immo videtur intellectus fuiſſe quòd mater filio ab inteſtato ſuccederet, & ab inteſtato hæreditatem reſtitueret ſubſtituto. Item dicendo, ſine liberis, apparebat teſtatorē puberi ſubſtituere voluiſſe, vnde fideicommiſſariæ nō pupillares intelligi debebant ſubſtitutiones, & de filiis adinuicem, & de pauperibus ad eos. Reſpondebatur ꝓ parte executorum & pauperū, quod ſupra dixi in glo. de facto. & in glo. j. quod infra ſequitur. Ad clariorem intellectum nota quòd ſubſtitutionum alia directa, alia indirecta ſiue obliqua. Directarum alia vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, de qua pone exemplum. ff. de vulgari ſubſtitutio. iam hoc iure, ſcilicet cum teſtator dicit, duos impuberes filios mihi hæredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo. habent enim hæc breuia verba in perſonas cuiuſque duas ſubſtitutiones, vulgarem & pupillarem. Alia compendioſa de his proſequere vt no. ſ. eo. Rainutius. circa prin. Sed ad vltimam & ad propoſitum veniamus. Compendioſa quæ fit his verbis, quandocunque filius meus deceſſerit, vel ſine liberis deceſſerit, filia ſit hæres. hæc ſi fiat à milite, ſiue fiat puberi, ſiue pupillo, iure directo valet quandocunque decedat inſtitutus, ſicut verba ſonant. ff. de mili. teſta. l. in fraudē. §. miles. & l. miles ita hæredem. §. j. C. de teſta. mili. l. in teſtamento. hoc verum, niſi miles hanc ſubſtitutionem filio fecerit, cuius mater eſt in medio, quo caſu valebit iure fideicommiſſi, ſi iam factus pubes filius decedat. C. de impu. & aliis ſubſtitu. l. precibus. Si autem paganus eam per ſuperiora fecerit verba, & pupillus ille inſtitutus in pupillari ætate deceſſerit, iure directo admittitur ſubſtituta. vbi autem iam pubes factus moritur, ſubſtitutio omnino extinguitur, [k] & venientes ab inteſtato ſuccedunt in totum. ff. de vulg. ſub. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari, & l. centurio. Si autem teſtator ſic dixiſſet, quādocunque deceſſerit filius, vel ſine liberis deceſſerit, filiam ſubſtituo: vel volo quòd ei filia ſuccedat: tunc licet directè non valeat, valet tamen indirectè iure fideicommiſſi. ff. ad Treb. l. Scæuola. & l. hæredibus. C. de inſtit. & ſubſtitut. l. generaliter. §. vlti. Hoc viſo ſatis patet quòd hæc ſubſtitutio quæ fortè [l] compendioſa dici poſſet, admittit ſubſtitutos iure directo, ex quo inſtituti deceſſerunt in pupillari ætate. Si poſt pubertatem deceſſiſſent, tunc potuiſſent locum habere matris allegationes.

Gloſſa ſequens reci. per quæſtionem, an cum hæreditas per fideicommiſſum reſtituenda ſit pauperibus, detrahatur Trebellianica. & facit tres partes. In prima ar. quòd ſic, per contrarium huius literæ. ſecundò inducit vnam legem. tertiò rationem. In ſecunda allegatur in contrarium, inducens duos. §. de corpore. ſecundò rationem. tertiò opinion. de ſimili. Tertia pars approbat primum dictum quod coadiuuat per ſimile, & reſpondet ad rationem inductam in contrarium.

h Trebellianicæ. Ergo quia ſubſtituti veniunt iure directo, non fideicommiſſario, non habet locum deductio Trebellianica. argue per contrarium. quòd ſi locus eſſet fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, bene detraheretur Trebellianica, licet eſſent pauperes ſubſtituti. Licet ergo ceſſet Falcidia in iis quæ legantur pauperibus, vel ad pias cauſas. Cod. de epiſco. & cle. ſi quis ad declinandam. & Cod. ad l. Falcid. authen. ſimiliter. [m] ſecus videtur in Trebellianica per hanc literam. ad hoc. ff. ad legem Falci. l. j. §. ad municipium. ſi enim conditor legis in Trebellianica id voluiſſet, ſicut expreſsit de Falcidia, ita de Trebellianica expreſsiſſet. de deci. ad audientiam. ad hoc infra de priuil. ſi papa. & quod non eſt ſanctorum patrum decretum. &c. de tranſla. cap. ij. §. ſed neque. ad finem. §. ff. de publi. in rem actio. l. de pretio. { Et caſus omiſſus iure authenticorum relinquatur iuri antiquo. Ad hoc ſupra eodem lib. de reſcript. ſuſceptum. ff. de liberis & poſthu. commodiſsimè. } In contrarium videtur in authentico. de eccleſ. titu. §. ſi autem hæres. ibi, omni falcidia vacante. col. ix. Sed dixit Azo in ſum. de hære. & fal. quòd Trebelliana continetur ſub nomine Falcidię, ergo nec Trebelliana detrahi poterit. [n] nam nil excipit qui omnia dicit. de maio. & obe. ſolitæ. §. nos autem. in fin. & ſatis videtur terminari per dictum. §. ſi autem hæres. ſi coniungatur cum. §. ſi quis in nomine. vbi dicit hæreditatem vel legatum. nec occurrit inter iſta ratio diuerſitatis, vnde idem ius cenſebitur. ſupra de tranſlationib. cap. ij. §. ſicut. verſicul. vide. ſupra de reſcriptis. ca. inter cæteras. ff. de legi.

*matre. authen. defuncto. C. ad Tertul. vnde legitima matris cōputari debebat reſpectu eius quod habitura fuiſſet ab inteſtato. auth. nouiſſima. Domi. Phil. Font.*
*Subſtitutionū alia dicitur directa, alia obliqua.*
*Subſtitutio cōpēdioſa facta per verba directa vel obliqua, quādo habeat locū, & quādo expiret.*
*k Eſt communis opinio. Bar. in l. centurio. & ibi Galiaula Ful. in l. precibus. Solerio hic tenet contra. Font.*
*l Arch. hic dicit aſſerti[illegible] præmiſſa. dicit eas directas pupillares, ſed intelligatur ſecundum emergentiā caſus, cum ſcilicet deceſſerūt intra pubertatem.*
*m Ibi Lu. Roma latiſſime loquēs dicit hāc gl. iuridicā. idē Archid. cuī hærendū eſt ſecundum Old. conſi. 248. Font.*
*n Ita Bar. in l. Marcellus. ad Tre. Do. & Philip. dicit hoc verum etiā ſi mediate ſolum fieret reſtitutio. ar. l. cū dotē ff. ad leg. Fal. Fonta.*



legi. non poſſunt. ad hoc facit quod no. Ala. Ber. & alij ſupra de ſepul. cap. ij. vbi no. de relicto pauperibus non detrahi canonicam. Pro prima parte quę placet, facit, quia legitima per pauperum inſtitutionem filij non priuantur. [a] nam qui vult exhæredato filio eccleſiam hæredem facere, alium quærat quam Auguſtinum, & Deo propitio neminē inueniet. xvij. q. vlti. cap. vlti. & ſic etiam no. Accur. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cle. Item in ipſa. l. ſi quis ad declinandam. non erat quis inſtitutus qui Trebellianicam detrahere poſſet. nec eſt per omnia eadem ratio in vtraque: quia ſi rogatus reſtituere non detrahit Trebellianicam, inuanum fuit hæres. ſed ſi teſtator fecit multa legata et inter alia quędam ad pias cauſas, & ſi non detrahat de legatis ad pias, detrahit de aliis: & ſic non erit hæres inuanum.

iure naturæ debitæ [a] facienda, ipſis pauperibus bona omnia deferuntur. Præmiſſæ nāque ſubſtitutiones factę de filio ad filiam, & econtra, [b] & de illis ad pauperes, directæ debent intelligi pupillares, [c] Cum in ſubſtitutionibus ſemper ſit interpretatio facienda [d] (dummodo ſicut in caſu propoſito, earum verbis [e] & perſonis [f] conueniat inſtitutis) vt ſubſtitutio directa intelligatur potius quàm obliqua: [g] quanquam directa interdum [h] ad fidei commiſſum ex cauſa trahatur. Licet autem [i] filius teſtamento ſuo matrem portione iure naturæ debita priuare non poſsit, [k] pater tamen in teſtamento quod filio impuberi facit, poteſt. [l] nam teſtamentum huiuſmodi pupillare, paternum, vel paterni pars potius eſt cenſendum. [m]

a Debitæ. de his quartis dic vt not. ſupra eo. Rainutius. in glo. no. ergo quòd quartarum.

b Econtra. ſcilicet de filia ad filium.

Gloſſa ſequens dicit quomodo fiat pupillaris ſubſtitutio, & quomodo exemplaris, & quare fuerunt inuentæ.

c Pupillares. quæ expreſsè fit per hæc verba, ſi filius meus deceſſerit intra tempora pubertatis, filiæ ſit hæres. inſtitut. de pupil. ſub. j. reſponſo. & expirat ſtatim cum ad pubertatem peruenerit, vt ibi. Fuit autem inuenta hæc ſubſtitutio, quia cum multum proſit hæredem habere, & pupillus teſtari non poſsit, vtile fuit pupillis modum inuenire ne decederent inteſtati, vt in prædicto loco inſtitut. de pup. ſub. in princ. Idem dicimus de exemplari, licet exemplaris differat à pupillari in hoc, quia in ea neceſſe eſt certas perſonas ſubſtitui. Cod. de imp. & aliis ſubſt. l. humanitatis. ADDITIO. Differt etiam exemplaris à pupillari in aliis, quæ dixi in decret. Rainutius. ſuper. iij. glo. Ioan. And.

d Facienda. Vide quod eſt infra vt ſubſtitutio &c. poſtea videas, dummodo &c.

Gloſſa ſequens exponit & fortificat text. & dicit reprobatam gloſ. Accurſij.

e Verbis. dixit teſtator, ſi ſine liberis decedat, alteri moriatur. ſed iſtud verbum ſine liberis, certum eſt quòd non deſignat certam ætatem. nam & ante pubertatem & poſt filius & filia ſine liberis mori poſſunt. ergo patet quòd ſubſtitutioni pupillari bene conueniunt verba [b], immo maximè pupillari, cum tunc liberos habere non poſsit. Et vide quòd expreſſa vulgaris habet tacitam pupillarem, dummodo perſonis conueniat. ff. de vul. ſubſtitu. l. iiij. multo potius verba quæ ſapiunt pupillarem vt hic, ad pupillarem ſunt referenda. & ſic reprobatur quod no. Accur. Cod. de impu. & aliis ſubſti. l. precibus. in glo. pe. & Innocen. ſupra eo. Rainutius. Ioan. And.

f Perſonis. quia vterque impubes erat, & ante pubertatis tempora deceſsit, vt ſupra vidiſti.

g Obliqua. ſcilicet indirecta vel fidei commiſſaria.

h Interdum. vt. ff. ad Trebel. l. Scæuola. ff. de vulga. ſub. l. centurio. in gl. ſi. C. de impu. & aliis ſubſti. l. precibus.

i Licet autem. Reſpondet obiectioni quæ fieri poſſet ex eo quòd filius non poteſt matrem priuare debita portione, ergo portio illa matri debetur, non ſubſtituto.

k Non poſsit. C. ad Tertul. l. matri. & l. vlti. & auth. in teſtamento. ibi poſita. Sed illud locum habet vbi filius teſtatur, vel decedit ab inteſtato: hic iſtis filiis non ſuccedebant pauperes ex teſtamento ſuo, ſed potius ex paterno: vt ſequitur. ADDITIO. Quod dictum eſt filium non poſſe priuare matrem portione iure naturæ debita, verum eſt, niſi ex cauſa, vt in præalleg. authen. & habentur hæ cauſæ in authen. vt cum de app. §. & hæc quidem. col. iij. Ioan. And.

l Poteſt. Eſt expreſſum. ff. de inoffic. teſt. l. Papinianus. §. j. vbi dicitur quòd mater non impugnat teſtamentum quod pater filio fecit, querela inofficioſi.

*a Immo patre ſubſtituente filio, pauperes, quādocunque decedat, ex quo iſta ſubſtitutio eſt ꝓ anima patris. gloſ. in. l. ſi quis Titio. de lega. 2. pauperes nunquam habebunt bona filij, quia illa nō proſunt animæ patris. Galiaulam. l. centurio. col. 65. adde ꝙ iſta iura nō militant in legatis pijs factis per defunctum in peccato mortali. allegant Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Font.*
*Subſtitutio pupillaris quibus verbis fiat, & quare fuit inuēta.*
*b Non expreſſè, ſed interpretatiuè. ar. de Solerio, notans ex hac gloſ. iuncto text. verba ſui natura non directa interpretari directa ad ſeruandam vltimā voluntatē. Ibi. declarat hic quid ſit familia, genus, ſtirpes, et ſimilia. vide Bart. in. l. liberorum. de ver. ſig. Opiz. Crotum. in. l. ſi filius fami. §. diuus. de legat. 1. Font.*

in Cenſendū. vt in prædi. l. Papinianus. & inſti. de pupil. ſubſti. §. liberis. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. qui plures liberos. in ſi.

Pro intellectu huius cap. eſt præſuponendum quòd aliqui religioſi percipiunt decimas ex donatione laicorum, quas laici habebant infeudatas cum conſenſu epiſcopi, etiam ſine conſenſu capituli. cap. ad apoſtolicam. de iis quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli: & tunc religioſi qui ſolùm habent iſtas decimas ex donatione laicorum, non percipiunt decimas noualium, ſed ſolùm illas decimas percipiunt, quas laici percipiebant. vnde multi religioſi impetrabant à ſede apoſtolica priuilegium vt ipſi poſſent percipere decimas noualium pro illa portione pro qua ipſi percipiebant decimas antiquas. Casvs. Monaſterium ſancti Cypriani percipiebat decimas in mea parochia pro certa portione ex donatione laici ſibi facta ex conſenſu epiſcopi. vnde abbas ipſius monaſterij impetrauit à ſede apoſtolica priuilegium vt in mea parochia poſſet percipere & leuare decimas pro illa portione pro qua percipiebat decimas antiquas, & tamen ego rector eccleſiæ parochialis eram in poſſeſsione percipiendi decimas in tota mea parochia: vtrum virtute priuilegij ſui poſsit percipere decimas in quarum poſſeſsione eram tempore impetrationis priuilegij? Reſpon. Ro. Pont. quòd priuilegium ſuum non ſe extendit ad illas decimas in quarum poſſeſsione alius erat tempore impetrationis. Sed ponamus quòd dictus abbas percipiebat decimas pro aliqua quota in quadam parte meæ parochiæ quæ erat circa flumen, poſtea à ſede apoſtolica impetrauit priuilegium generaliter vt perciperet decimas noualium in parochia mea. vtrum poſsit virtute ſui priuilegij percipere decimas noualium in parochia mea in illa parte parochiæ in qua non percipiebat antiquas? Reſpond. quòd non, ſed priuilegium ſuum reſtringitur ad loca in quibus percipiebat antiquas. Sed quid ſanctiſsime pater, ponamus quòd abbas ſancti Cypriani non erat in poſſeſsione niſi percipiendi tertiam partem decimarum antiquarum, licet re vera ad ipſum ſpectaret media pars. acceſsit ad papã, & impetrauit priuilegium vt poſſet percipere decimas noualiũ in parochia mea pro illa parte pro qua percipiebat antiquas. vtrũ priuilegium ſuum ſe extendat ad mediam partem quæ ſibi debetur, vel ſolùm ad tertiam partem, ſicut eſt in poſſeſsione percipere? Reſpondet quòd priuilegium ſe extendit ſolùm ad tertiam partem, quam poſsidet, & non ad aliam partem, quæ ſibi debetur. Sed ponamus quòd abbas percipit omnes decimas ex donatione laici, & impetrauit reſcriptum vt perciperet decimas noualium pro ea parte pro qua percipiebat decimas antiquas. vtrum virtute priuilegij ſui percipiat omnes decimas noualium? Reſpondet quòd non, ſed priuilegium ſuum reſtringitur ad mediam partem noualium, quia non eſt veriſimile quòd papa dediſſet illi iſtud priuilegium in grauamen eccleſiarum parochialium, ſi impetrans expreſsiſſet quòd ipſe percipiebat integrè omnes decimas integras. Vtrum ſit verum indiſtinctè in omnibus religioſis vt non debeant percipere niſi medietatem noualium? Reſpondet quòd non, ſed fallit in religioſis Ciſtercienſibus & Carthuſienſibus. nam iſti percipiunt integras decimas, ſecundum quòd eſt eis indultum per papam. Sed quid faciet eccleſia parochialis & rector illius eccleſiæ, ſi iſti Ciſtercienſes & Carthuſienſes percipiant decimas cum integritate, quia rector eccleſiæ parochialis non poteſt ſupportare onera parochialia, & non habet vnde poſſit ſuſtentari? Reſpondet Roma. pontif. quòd epiſcopus loci poterit prouidere. nam ſi videat epiſcopus quòd rector eccleſiæ parochialis non habet aliunde ex quo poſſit ſuſtentari, tunc compellet iſtos Ciſtercienſes & Carthuſienſes ad faciendum rectori congruam portionem vnde poſsit ſuſtentari, & onera parochialia ſupportare. Hoc dicit præſens text. vſque ibi, ſane quamuis.

Nota primò quòd ad ſolum papam ſpectat declarare verba ambigua ſuorum priuilegiorum. Ad hoc ſupra de offic. ordina. Nota ſecundò quòd quantum ad vim comprehenſiuam priuilegij attendimus tempus datæ, & ſic priuilegium non extenditur ad futura. Ad hoc de priuileg. cum capella. Domi.

Declaramus.



*Declarans non dicitur ius nouum edere, ſed antiquum declarare.*

a *Declaramus.* No. quià hic Alexander non ſtatuit ius nouũ, ſed antiquum declarat. vnde primũ dictum habebamus caſſum, ſuprà de priuil. c. antepen. quod incipit, dudum.

b *Contingunt.* forte priuilegio, vel cõpoſitione, vel feudatione, vel præſcriptione, vel receptione de manibus laicorũ, vt dicit in fine, vel alio quocũque modo. iure cõmuni non eſt reperire ſimpliciter quod debeatur certa pars, niſi forte in epiſcopo qui iure cõmuni petit quartam. ſupra de offi. ordi. cõquerẽte. de præſcrip. de quarta.

c *Tempore illo.* ſic in his inſpicitur datę tẽpus. Ad idem. ſuprà de reſcrip. eam te. & c. ſi eo tempore. eod. lib. de elect. dudum. j. in an. vbi de hoc.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

d *Poſsidebant.* iure ſuo tanquam ſibi debitas. Idem Archid. tunc non debet illis obeſſe priuilegium hoc tacito impetratum. ſuprà de priuil. dudum. Idem poteſt dici ſi bona fide poſſidebãt, ſed proprietatem iuris non habebant, vt ſola bonæ fidei poſſeſsio vires priuilegij impediat. Si autem eſſet violẽta, vel malæ fidei poſſeſsio, vires priuilegij non impediret, [a] ſecundum Innocẽ. & Hoſti. qui hoc not. in prædi. decre. dudum. allegat de reſtit. ſpo. grauis. de præſcrip. c. vlt. de dona. inter vi. & vxo. & ſi neceſſe. ob hoc etiam ibi dicunt quòd ſi abbas impetrat priuilegia exemptionis pro ſe & capellis ſibi ſubiectis, quòd ſi aliqua capella ſua ſub alio monaſterio bona fide poſsideatur, impedientur vires priuilegij, aliàs non, per eadem iura. Additio. Sic & ſola litis pendentia (etiam ſi dolosè non taceatur) impedit vires priuilegij: vt lit. pen. c. ſi. Ioan. And.

*† No. quòd priuilegiũ mihi conceſſum vt percipiã decimas & ſimilia de aliquo loco, eſt ſurreptitiũ non facta mẽtione de alio exiſtente in poſſeſſione iſta percipiendi. l. impuberi. ff. de admi. tu. §. de priuile. dudũ. ſecus ſi nemo iſta perciperet. de Ancha. Font.*

*Poſſeſſio ſola bonæ fidei impedit vires priuilegij.*

*a Dic quo ad illum. Ioan. And.*

Alexander quartus.

*Priuilegium decimarum noualium concedens, non includit decimas noualiũ per alios poſſeſſas tempore impetrationis, & loca tantum includit vbi percipiebantur antiquæ, & ad portionem antiquam. hoc dicit vſq; ad §. ſtatuimus. ſecundũ Domi.*

CAPITVLVM II.

STatuto perpetuo declaramus [a] quòd indultum illud apoſtolicum (quod pleriſque conceditur) vt noualium decimas pro ea portione percipere valeant qua veteres eos contingũt: [b] ad illas noualiũ decimas quas tẽpore illo [c] quo impetratũ vel obtẽtũ extitit hoc indultũ, alij † poſſidebãt, [d] cũ de hoc in ipſo mẽtio nulla fiat, nullaten' ſe extẽdit, nec ad alias [e] etiã niſi in his tãtũ locis vbi veteres tũc quãdo dictũ indultũ impetratũ fuit, ipſi impetratores habebãt, & pro ea [f] ſolũmodo portione qua ipſi tẽpore impetrationis huiuſmodi pcipiebãt ãtiquas.

*Priuilegium decimarum noualium limitatum ad menſuram antiquarum, non poteſt vltra dimidiam includere, fallit in Ciſtercienſibus & Carthuſienſibus h. d.*

Statuimus [g] prętereà quòd idem indultum obtentum ab ijs qui tempore impetrationis totaliter veteres percipiebant decimas, vltra medietatem [h] decimarum noualium nullatenus extendatur, quia non eſt [i] veriſimile ſi tunc de plena & integra perceptione veterum fuiſſet expreſſum, quòd apoſtolica ſedes pariter & ſimiliter noualium decimas in tam graue parochialium eccleſiarum diſpendium induliſſet, quodq́ue ratione talis indulti ſiue impetrati iam, ſiue impetrandi deinceps, non poſsit in noualibus quæ amodo fient, vendicari & acquiri vel percipi plus quam medietas † decimarum ipſorum noualium, etiam ſi amplius in veteribus habebatur, cùm non ſit [k] dicendum aſperum ſed pium potius & benignum, ſi ſuper decimis futurorum noualium contra parochialium eccleſiarum grauamen (quod ex diſtinctione † indulti huiuſmodi poſsit accidere) taliter obuiatur. Religioſos tamen Ciſtercien. & Carthuſien. ordinum ſtatuto & declaratione huiuſmodi (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate [l] decimarũ noualium) comprehẽdi nolumus vel conſtringi.

*Priuilegiati ſuper decimis recipiendis, eccleſiis parochialibus gratis aſſignare debent portionem pro debitis oneribus ſupportandis. hoc dicit. Domi.*

Vbi autem per huiuſmodi conceſsiones decimarum parochiales eccleſias adeò grauari contingit, quòd earum rectores de ipſarum reditibus congruè [m] ſuſtentari, & commodè iura epiſcopalia exhibere nõ poſſunt, prouideatur per locorũ ordinarios, & ordinetur taliter quòd eiſdẽ rectoribus tãtum de illarũ [n] relinquatur prouentibus, quòd exinde cõpetentem ſuſtentationẽ habere, † & epiſcopalia iura ſoluere valeant, aliaque onera [o] debita ſupportare.

e *Nec ad alias.* ſecunda declaratio. Pone, debebatur mihi medietas decimarum antiquorum prædiorum certæ parochiæ. impetraui vt perciperem pro ea parte noualia pro qua &c. tempore impetrationis non in tota parochia, ſed ſolum in certa parte, pone circa riuum percipiebam partem illam decimarum, in illa ſolùm parte recipiebam noualia, non in vlteriori.

f *Et pro ea.* tertia declaratio. Pone, debebatur mihi dimidia certæ parochiæ, ſed non dabatur niſi tertia. impetraui priuilegia de noualibus pro ea parte &c. ſolam tertiam in noualibus habebo.

g *Statuimus.* ſequentur adhuc duæ declarationes. Ad earum intelligentiam ſcias quòd aut ille qui impetrabat tale indultum, percipiebat integras decimas, aut plus quàm dimidiam, aut dimidiam, aut minus. in primis duobus caſibus, ſcilicet cum integram vel plus quàm dimidiam percipit in antiquis, prætextu priuilegij noualium ſolam habebit dimidiam. ſi percipit dimidiam vel minus antiquorum, tantundem percipiet noualium.

h *Vltra medietatem.* Nomine portionis dimidia continetur. ff. de verborum ſignificatione nomẽ filiarum. §. portionis. ff. de vſufru. etiam. Additio. Quandoque propter incertitudinem appellatio partis comprehendit totum. ff. de lega. iij. l. vxori. in princ. quid dicat Ber. vide de reſcrip. nonnulli. ſuper iiij. gloſſ.

*Portionis appellatione media pars continetur.*

i *Quia non eſt.* ratio.

k *Cùm non ſit.* diceret aliquis, quare ſit tam ſtricta interpretatio & aſpera? Reſpondet. Ioannes And.

l *De medietate.* bene ergo comprehendũtur tribus declarationibus primæ partis, ſed iſtis duabus declarationib' iſtius §. ſtatuimus, non cõprehendũtur. & hoc intendit. ſi ergo percipiant integram vel plus quàm dimidiã in antiquis, & in noualibus prætextu talis indulti tantundẽ habebunt. Do. Ioan. Andr.

m *Cõgruè.* quod dic vt ſupra de præbend. de monachis. vigeſimaprima quæſtione prima capit. primo in gloſſ. pen.

n *Illarum.* decimarũ parochiæ ſuæ.

o *Onera.* Legatorũ, nũtiorum ſedis apoſtolicę, collectarum, & ſi. ad idẽ ſupra eo. lib. de præbend. ca. j. Additio. Ioann. Mona. & Arch. alleg. de ſupplen. neg. prę la. ſicut. de præbend. monachis. & ca. auaritiæ. Ioan.

*† Ecce quòd latiis priuilegiũ reſtringitur, quãdo ſolum in genere exprimuntur aliqua quibus ſpecifice expreſſis non fuiſſet tam amplũ priuilegium obtentum. quod bene nota, dicit Dom. & adde iſta ad c. dudũ. de præben. §. eo. & c. ſuper literis. §. de reſcri. Font.*

*† Aliàs, diſtrictione.*

Sane. Pro intellectu iſtius §. eſt prę ſupponendũ primò, quòd ſi laicus teneat decimas infeudatas ab antiquo ante cõcilium, & ideo illas iuſtè tenet ſecundũ communem opinionem doctorum, poteſt ipſe laicus iſtas decimas reſtituere eccleſiæ parochiali ſine conſenſu diœceſani. ſed ſi vellet dictas decimas alteri eccleſiæ donare, non poſſet ſine conſenſu epiſcopi. Secundò eſt præſupponendum, quòd ſi laicus teneat decimas à religioſis, poſſet illas decimas donare religioſis abſque conſenſu epiſcopi. Caſus hoc præſuppoſito in iſto. §. ſic figuratur. Quidam religioſus ab antiquo, ſcilicet ante concilium, habebat decimas infeudatas. illas decimas volebat dare alicui loco religioſo à quo nõ tenebat dictas decimas. certũ eſt quòd illas decimas poſſet laicus donare eccleſiæ parochiali à qua tenebat dictas decimas etiam ſine conſenſu epiſcopi, ſed alteri eccleſiæ vel loco religioſo non poſſet donare ſine conſenſu epiſcopi. Sed vtrum epiſcopus debeat immediate præbere conſenſum huic donationi? Reſpondet Romanus pontifex quod non: immo antequam epiſcopus conſentiat donationi, debet inducere laicum ad reddendum decimas ſuæ eccleſiæ naturali & parochiali. qui epiſcopus ſi per monitionem ſuam non poſsit laicum inducere vt reddat decimas eccleſiæ ſuæ parochiali, poterit præbere conſenſum vt illas donet alteri eccleſiæ parochiali, vel alicui loco religioſo. Sed quid? ponamus quòd religioſi aliqui exempti timentes ne ad monitionem epiſcopi mutaretur laicus, & dictas decimas redderet eccleſiæ parochiali, faciebant quòd ipſe laicus recognoſceret illas decimas tenere ab ipſis religioſis, licet reuera non teneret. vtrum iſta ficta recognitio præſtet patrocinium ipſis religioſis, vt deci-

*† De Arch. not. poſt Ioan. And. obſcurius tamen loquentem, quòd ex donatione priuilegiata papæ non aufertur eccleſiæ priuilegiũ ne cõmentatur vltra id quod facere poteſt. ſ. g cit. l. in condemnatione. l. inter eos. ff. de re iu. Fõt.*

Universidad de Deusto Biblioteca



decimæ illæ poſsint eis donari ſine conſenſu epiſcopi? Reſpondet quòd non. Sed ponamus quòd religioſi monaſterij noui qui ſunt exempti à iuriſdictione epiſcopi Pictauen. acquirunt de nouo alias terras exiſtentes in mea parochia. ipſi recuſant ſoluere decimas ex illis terris. nunquid potero tales exemptos facere conueniri corã epiſcopo Pictauẽ. vt ipſe compellat eos ad ſoluendum decimas ex illis terris? Reſpondet quòd ſic. & ſic iſte eſt vnus caſus in quo exempti poſſunt cõueniri coram ordinariis, videlicet ſi exempti recuſent ſoluere decimas eccleſiæ parochiali. ſed tunc non poſſent conuenire per citationem communem, ſed oportet quòd citatio fuerit formalis, & ſpecialiter faciat mẽtionem quòd veniant reſponſuri tali rectori eccleſiæ parochialis ſuper iure decimandi. Sed ponamus quòd de conſenſu epiſcopi laici donauerunt decimas aliquibus religioſis exemptis quas habebant infeudatas ante concilium Lateranẽ. vtrum dicti religioſi exẽpti poſsint percipere decimas noualium, quia aliqua terra erat in eremo, & per tantum tempus de cuius initio memoria hominum non extitit, de nouo fuit redacta ad agriculturam, fuerunt ſeminata aliqua noua ſemina in illa terra. vtrum ex fructibus ſuperexcreſcentibus poſsint religioſi exempti percipere decimas virtute donationis à laicis ſibi factæ? Reſpõdet quòd non. Nota quòd laicis eſt prohibitũ recipere decimas in feudum perpetuum poſt Lateranen. concilium. ergo videtur ſecus in temporali, vt no. in c. cum apoſtolica. ſuprà de ijs quæ fi. à præla. Do.

*Decimæ per laicos ante Lateranen. concilium in feudum receptæ à religioſis, per eos recognitæ in feudum, non poſſunt ipſis religioſis concedi ſine diœceſanorum conſenſu. hoc dicit. Domi.*

Sanè quamuis fortè à religioſis exemptis & alijs fiant infeudationes de decimis detentis à laicis, & iidem laici quòd illas ab ipſis religioſis in feudum teneant recognoſcant, non tamen licet religioſis eiſdem poſt talem infeudationem vel recognitionem ſic de facto præſumptam, huiuſmodi decimas de manib⁹ laicorum ipſorum acquirere vel recipere abſque diœceſanorum epiſcoporum aſſenſu.[a] Illas autem decimas intelligimus poſſe taliter à religioſis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ ante Lateranen.[b] concilium ipſis laicis in feudum perpetuò[c] fuere cõceſſæ.

*Diœceſani compellunt religioſos exemptos ſoluere decimas parochialibus eccleſiis, ſi non agatur de rebus exemptis. hoc dicit Domi.*

Diœceſani verò parochialium eccleſiarum ad requiſitionem rectorum earundem, de ipſis religioſis ſuper decimis quas habent, vel eos habere continget, quæ quidem alias ad ipſas ſpectauerunt eccleſias (niſi de rebus exemptis[d] agatur) exhibeant iuſtitiæ complementum.

*Religioſi etiam exempti de poſſeſſionibus acquiſitis & acquirendis eccleſiis parochialibus ſoluere debent decimas ſi priuilegiati non ſunt. hoc dicit. Domi.*

Cæterum ijdem religioſi tam exempti quàm non exempti de terris & poſſeſsionibus acquiſitis hactenus & amodo acquirendis decimas integrè ſoluant illis eccleſijs quibus eædem poſſeſsiones & terræ prius fuerãt decimales, niſi ſuper hoc ſpeciali iure[e] vel priuilegio ſint muniti.

B *Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, nouales ſuperuenientes in eodem loco non percipiunt. h. d. Domi.*

Nec pro eo quòd fortè in aliquibus parochijs omnes maiores decimas ſeu partem illarum acquirũt de manibus laicorum, poſſunt pro eadem vel ſimili portione, ſi de nouo poſtmodum fiant noualia, in eiſdem petere vel percipere noualium decimas eorundẽ,[f] niſi alia rationabilis (per quã hoc facere valeant) cauſa ſubſit.

DE REGVLARIBVS ET tranſeuntibus ad religionem.

C Innocentius quartus.

*Si minor xiiij. annis ingreditur religionem, in xv. anno liber exit, niſi in ipſo xv. anno profeſsionem fecerit, vel habitũ profeſſorum receperit, vel expreſsè ratã habuerit profeſsionem prius à ſe factam. Si autem per totum xv. annum portauit habitum vbi non eſt diſtinctus, intelligitur profeſſus, niſi tanta ſit diſtinctio quòd viuentes cum eis ſimili habitu induantur. Si maior xiiij. annis ingreditur, ſi portat habitum per annum, quantumcunque ſit indiſtinctus, intelligitur profeſſus. Ioann. Andr.*

a *Aſſenſu.* Laicus habebat decimas quas religioſis donare volebat. fingebat ſe per inſtrumẽtum ab illis habere in feudum, vt ſic quaſi reſtitueret ipſas eiſdem ſine conſenſu epiſcopi: ſed talis fictio non proderit, vt hic vides.

b *Lateranen.* de priuile. cum & plantare. j. reſponſo.

c *Perpetuò.* ſecus ſi ad tẽpus. & concor. de his quæ fi. à prælatis. cum apoſtolica. in fi. ADDITIO. Et ſi non appareat an ante vel poſt concilium, quid iuris, ibi dixi in gloſſa finali. Ioannes Monachus & Archidiaconus hic tenent quod & Hoſti. Ioann. And.

d *Exemptis.* id eſt de ipſis decimis, vel decimis exemptorum prædiorum. ADDITIO. Archidiaconus exponit, id eſt de decimis pertinentibus ad eccleſias exemptas. Ioan. Andr.

e *Iure.* ſupra eo. ex parte. j.

*Signat cõtrarium & ſoluit.* f *Eorundem.* ſicut enim ipſi laico non accreſcebant noualia, vt ſ. eodem, tua. j. ſic nec ipſis religioſis qui à laicis perceperunt. ad idem ſuprà eodem, cùm contingat. Argu. contra infra de iure patro. cap. j. Sol. ibi res à laico donata mutat naturam in nullius præiudicium, hic fieret præiudicium eccleſiæ parochiali. ad hoc ſupra. §. j. in fi.

DE REGVLARIBVS ET TRANſeuntibus ad religionem.

*Diuiſio.* IS qui.} Prima pars tractat de impubere monaſterium ingreſſo. Secunda de pubere: ibi, Qui

A verò. Tertia declarat diſtinctionem habituum: ibi, Diſtinctos. Prima diſtinguit, an egrediatur ante finem decimiquinti anni, an poſt. & primum permittit, ſed tres caſus excipit. ſecundum prohibet ibi, Quòd ſi. ſi ſint habitus indiſtincti, ſecus ſi indiſtinctiſsimi. Secunda principalis puberem profeſſum eſſe dicit, ſi per annum tulit habitũ indiſtinctum, etiam ſi ſit indiſtinctiſsimus: & diuerſitatis rationem reddit ibi, Quoniam. Ioan. ADDITIO. Guliel. in Spec. eodem titulo, ver. & ſcias dicebat hanc decret. fuiſſe Gregor. ix. ſed fuit Innocent. vt hic apparet. CASVS. Aliquis minor. xiiij. annis intrauit aliquam religionem, puta religionem ſancti Benedicti. poſtea cõpleto anno xiiij. & inchoato xv. anno, aſſumpſit habitũ profeſſorũ. vtrũ videatur feciſſe tacitam profeſsionem? Reſpondet quòd ſic, quod verum eſt, ſecuto poſtea triduo, ideo non poteſt redire ad ſeculum. Idem dicendum ſi fecerit profeſsionẽ expreſſam: vel ſi ante xiiij. annũ fecit profeſsionẽ expreſſam, poſtea ipſo facto maiore 14. annis, q. a inchoato xv. anno ratificauit illã primã profeſsionẽ. Sed quid, ponamus ꝙ nouitius non accepit profeſſorum, ſed alium habitũ portauit per totum annum xv. quia incepit ſextumdecimum annum. an videatur feciſſe profeſsionem? Reſpondet quod ſi in tali religione habitus nouitiorũ ſunt diſtincti à profeſsis, & iſte nouitius portauit habitum nouitiorũ & nõ profeſſorum, non videtur feciſſe tacitam profeſsionem. Sed ſi habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab habitibus profeſſorum, tunc per delationem iſtius habitus per totum xv. annum, videtur feciſſe profeſsionem tacitã. quod verũ eſt, niſi conuerſi & donati portarent eundem habitum. Sed quid, ponamus ꝙ erat aliqua religio in qua non ſolùm D erant nouitij, ſed etiã cõuerſi & donati. aliquis poſt xiiij. annum accepit illum habitum, & portauit per vnum annũ integrũ ſine reclamatione. vtrum videatur feciſſe tacitã profeſsionẽ? Reſpõ. ꝙ ſic, licet ſecus ſit ſi talẽ habitũ accepiſſet ante xiiij. annũ, & ſic ante diſcretionẽ animi. Sed ſanctiſsime pater, vellẽ informari à vobis qualiter dicãtur habitus diſtincti? Reſpõ. Rom. ponti. ꝙ intelligũtur habitus diſtincti, ſiue diſtinctio ſit patens, ſiue nõ, quia habitus nouitiorũ nõ ſunt benedicti, & habit⁹ profeſſorũ ſic, & tũc eſt diſtinctio latẽs: multo magis ſi diſtinctio illa eſſet patens in ſciſſura, colore, vel aliàs. No. primò ex principio. c. ꝙ durãte anno probationis nouiti⁹ poteſt facere profeſsionẽ expreſſam vel tacitã. Sed ſciendũ ꝙ quãdo facit profeſsionẽ expreſſam, obligatur illi monaſterio in quo fecit profeſsionem. ſed quando fecit tacitam profeſsionem, ipſe ſolũ obligatur religioni in genere, ita ꝙ poteſt tranſire ad religionẽ laxiorẽ. Fallit iſtud in mendicãtibus, quia quis non poteſt profiteri intra annũ: & ſi faciat expreſſam profeſsionem, eſt ſolùm obligatus in genere religioni. No. vlterius ꝙ impubes nõ poteſt facere profeſsionem expreſsè. Et in hoc religio æquiparatur matrimonio carnali, quod nõ poteſt cõtrahi in ætate impuberi. quod verum

*Profeſsio tacita & expreſſa diuerſimodè obligant.*

*Impubes profiteri non poteſt.*



verum eſt niſi malitia & vigor naturalis ſuppleret ætatem, quia tunc ante xiiij. annum poſſet quis matrimoniũ contrahere: ſed in religione, hoc eſt in matrimonio ſpiritali, requiritur ꝙ quis cõpleuerit annũ decimumquartũ. Nota quòd ſi impubes non fecerit profeſsionem poſt xiiij. annum, non obligatur religioni, niſi fecerit expreſſam profeſsionem, ſi ſe ingeſſerit actib⁹ vel cõuenientib⁹ profeſsis, vel profeſsionẽ prius factam ratificauerit. Nota vlterius ꝙ ex delatione habitus profeſſorũ per annum, inducitur tacita profeſsio. & hoc quãdo in monaſterio non ſunt cõuerſi: vel ſi ſint conuerſi habentes habitum diſtinctũ. No. ꝙ ſi habitus profeſſorum & nouitiorũ ſint omnino diſtincti, ſi impubes ante xiiij. annum accipiat habitum profeſſorũ, ex delatione habitus per annum non inducitur tacita profeſsio. ſecus ſi accipit poſt xiiij. annũ, quia tunc ex delatione ipſius habitus per annum inducitur tacita profeſsio. Nota vlterius iuncta gloſ. quòd impubes maior ſeptennio dicitur habere intellectum, non tamen plenum, minor verò nullum dicitur habere intellectum. nam vt dicit. l. j. C. de fal. mo. ignorat illa ætas quid videat. Nota inſuper quòd quantũ ad obligandum quem religioni, requiritur quòd annus pubertatis ſit completus, & ſic non ſufficit annus cœptus. Nota finaliter quòd profeſsio ante annos diſcretionis, non ligat profitentem, ſed poteſt ex poſtfacto ratificari. Et ſic videtur quòd id quod eſt à principio nullum, poſsit ratificari: quod eſt verum virtute noui conſenſus. & ratificatur vt exnunc, & non vt extunc. de quo infra in regula, ratihabitationem. Domi.

*Profeſsio tacita inducitur ex delatione annali habitus profeſſorum.*

*†Continuũ ſcilicet, per no. in rub. ff. de di. & tẽp. præſcri. dixi ſ. c. cu pientes. §. ceterum. de ele. eod. lib. ſ. iſ præpoſito per. notat cõtinuationem. l. vrbana familia. ff. de verb. & verum ſig. §. pernoctare. Pot.*

*Pubertas debet eſſe cõpleta ad hoc quòd quis religioni obligetur.*

CAPITVLVM I.

IS qui monaſterium ante xiiij. annum[a] vt monachus efficiatur ingreditur,[b] niſi eo cõpleto profeſsionem faciat in ſequẽti,[c] vel[d] habitũ religionis ſuſcipiat qui dãri profitẽtibus conſueuit, ſeu profeſsionẽ à ſe prius[e] factam ratam expreſsè[f] habeat: liberè poteſt intra ſequentẽ[g] annũ ad ſeculum remeare. Quòd ſi per totum ſequẽtem annũ in monaſterio permanſerit vbi profeſſorum & nouitiorum ſunt habitus indiſtincti: profeſsionẽ per hoc feciſſe, vel ſi quam prius fecerat, ratam, habuiſſe videtur,[h] niſi tanta indiſtinctio ibi habitus habeatur, quòd & profeſsi & nouitij ac etiam alij communem[i] vitam cum eis ducentes, ſimili penitus habitu induãtur. Qui verò poſt quartũdecimũ annum[k] habitum religionis aſſumpſerit, ſi per annum † illũ geſtauerit, extunc religionem aſſumptam præſumitur veraciter eſſe profeſſus, vbi profeſsi à nouitijs diſsimilitudine[l] habitus minimè diſtinguuntur;[m] etiam ſi[n] alij degentes cũ eis, ſimilibus veſtibus coĩtãtur: quoniã cùm iã hic ad diſcretionis annos peruenerit, quid agat agnoſcit,[o] & ideo ſuſceptum diſcretionis tẽpore ordinem (poſtquã hũc anni probauerit † ſpatio) intelligitur firmiter approbaſſe. Secus autẽ in illo qui ante diſcretionis annos habitũ induit regularem: cùm eorum B quæ tunc agit, plenum[p] non habeat intellectum.

*Hic declarat qui ſunt habitus diſtincti. hoc dicit.*

Diſtinctos quoque ſeu diſſimiles intelligimus eſſe habitus, ſiue nouitijs ſine profeſsis diſsimiles veſtes dentur, ſiue benedicãtur cum profitẽtibus conceduntur, ſiue etiam aliquid aliud[q] fiat per quod nouitiorũ à profeſſorum habitu diſcernatur.

Alexander quartus fratribus prędicatoribus & minoribus.

C *Prædicatores & minores intra annum probationis quẽquam ad ſui ordinis profeſsionem recipere non poſſunt, quòd ſi fecerint, recept⁹ allegat⁹ non eſt eorũ ordini, et ipſi à receptione profeſsionis aliorũ ſunt ſuſpẽſi, et puniẽdi pœna quæ pro grauiorib⁹ culpis eis cõſueuit infligi. Io. And.*

a *Annum.* conſummatum, quia non ſufficit incepiſſe. quod dic vt ſupra eod. ad noſtram. ADDITIO. Hoſtien. hic ponit quatuor caſus quib⁹ pubes, & quatuor quibus impubes obligantur religioni. & poſt eum hic. Ioan. And.

b *Ingreditur.* hic tolle quod eſt infra in tex. in verſi. liberè poteſt.

c *Sequenti.* ſcilicet in decimoquinto anno. ſic xx. quęſt. prima. illud.

d *Vel.* repete eo completo &c.

e *Prius.* ſcilicet ante xiiij. annum.

Gloſſa ſequens oſtendit quid approbat, & quid reprobat.

f *Expreſsè.* & ſic reprobatum eſt quod Ioan. no. xx. q. j. illud. & Ber. ſ. eo. ſignificatum, qui dicebat quòd ſi profeſsionem fecerat ante xiiij. annũ, tacitè ibi moram trahendo poſt xiiij. annum, videtur eam ratam habere. arg. de deſpon. impu. literas. & c. acceſsit. in ant. Hoſtien. autem qui hanc vidit decret. {& gloſſauit, vt patet ex ſuperioribus.} in decre. ſignificatũ. tenebat quod hic dicitur.

g *Sequentem.* ſcilicet. xv. ætatis ſuæ.

Gloſſa ſequens exemplificat. quærit & ſoluit.

h *Videtur.* ecce ergo quartum caſum poſt xiiij. annum. ergo bene habet ratam profeſsionẽ factam ante illud, ſed nõ eo ipſo, ſed tunc demum cùm lapſus fuerit annus xv. & in ipſo portauit habitum diſtinctum.

i *Communẽ.* vt ſeruientes capellani & ſeculares clerici: & ſi habitus ille religioſus non eſſet, ſed forte ſeculariũ clericorum, id eſſet per epiſcopum corrigẽdum. de teſta. c. ij. in ant. ſ. eo. ſicut nobis. Sed nunquid cõpellitur talis profiteri? non præciſè, ſed cauſatiuè, vt vel profiteatur, vel exeat, vt ſuprà



A. de elect. cum cauſam. in fi. ad hoc ſupra eodem, vt clerici.

k *Annum.* ad idem ſupra eo. ex parte.

l *Diſsimilitudine.* patenti in colore, ſciſſura vel forma. ſecus quo ad hunc caſum de alia latenti, de qua loquitur hic finis, vt in cle. eod. titu. eos qui. & vide quod ibi not. in gloſſ. ij. & gloſſ. licet ergo.

m *Diſtinguuntur.* ſed nõnne recipiẽdo habitũ qui datur profeſsis, videtur tacitè profeſſus, vt ſuprà? Illud verum eſt quãdo diſtinctus eſt habitus. vbi verò nõ eſt diſtinctus, ſecus, vt hic vides. & ſic intelligas ſane quod not. Ber. ſupra eodem ex parte in vlti. gloſſ. ad fi. & probatur idem. ſupra eodem ſtatuimus.

n *Etiam ſi.* propter hoc aduerſatur illud, qui verò. quod in principio. §. poſitum eſt.

o *Agnoſcit.* id eſt agnoſcere debet. ADDITIO. Vel præſumitur. ſupra de ſenten. excommu. cum illorum in fi. Ioann. Andr.

p *Plenum.* maior ſeptẽnio impubes intellectum habet, ſed non plenum, vt hic vides. minor autem ſeptẽnio ignorat qd videat. C. de fal. mo. l. j. C. de iu. deli. ſi infanti. ff. de alie. iudi. mu. cauſa fac. nam & ſi. de conſe. diſt. iiij. eos. in ſi. ſecundum Arch. qui dicit quòd §. quòd verò reprobi. de pœ. diſtinct. ij. vbi dicitur quòd neque virtus, neque vitiũ in nobis locum obtinet vſque ad certum tempus quo grauat infirmitas. de tali tempore vel ætate intellige quæ non eſt capax. xv. q. j. firmiſsimè. in ſi. & c. ſeq. Ioannes Andreas.

q *Aliud.* vt quia dentur à certis perſonis, vel in certis diebus vel formis. ADDITIO. Vel ſecũdum Hoſtien. & Ioan. Mo. non ponitur ſupra chorum, vel non habet vocem in capitulo, niſi ſit profeſſus. Sed iſta exempla non placent, quia non ſonant indiſtinctionem habitus, ſed actuum. & de hoc vide ſupra eod. vidua. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens diuidit, & dicit hic poni exceptionem à regula.

NOn ſolum.} Duo principaliter facit. Primò ponit prooemium ſiue cauſam cõſtitutionis. Secũdò ibi, Vobis ponit conſtitutionem, in qua primò inhibet. Tertiò ibi, Quòd D ſi fortè. ponit triplicem pœnam. Præmitte quòd ingredienti religionem datur annus ad probandum regulam. xvij. q. j. Gonſaldus. Sed huic anno poteſt ingrediens & recipiens renuntiare, & ſtatim profiteri. ſupra eo. tit. ad apoſtolicam. Sed iſtud vltimũ hic prohibetur in duabus religionibus. Do. Ergo excipit decr. iſta à regula quam habuiſti. ſupra eo. ad apoſtolicam. ADDITIO. Et hęc ſupraſcriptio eſt talis qualis. ſ. tit. proxi. c. j. ſed alterius auctoris. Iſta verò decre. non fuerat Innocentianas ſicut nec præcedens, ſed extrauagabatur. & qui gloſſauerunt Innocentianas, nõ gloſſauerunt iſtam partem, tamen eã poſuit & expoſuit Hoſtien. in decr. ſtatuimus. ſupra eo. tit. Ioan. And. CASVS. Dictum fuit ſuprà cap. proxi. ꝙ quis in anno xv. & ſic in anno probationis poteſt facere profeſsionẽ tacitam vel expreſſam, hic quæritur an iſtud ſit verum indiſtinctè in qualibet religione. Reſpõ. Rom. põ. quòd non, ſed fallit in ordinibus mendicantium. nam prædicatores & minores intra annum probationis non debent aliquem recipere ad profeſsionẽ. Sed quid ſanctiſsime pater, ponamus quòd ipſi fecerunt contrarium, puta quia intra annum xv. & ſic intra annum probationis admiſerunt aliquem ad profeſsionem ſui ordinis, an ſint puniendi aliqua pœna, & qua pœna debẽt ipſi puniri? Reſpondet ꝙ ipſi

*† Põderãdo hoc verbũ, dicit de Ancha. non induci profeſsionẽ, ſi non guſtentur ieiunia pœnitentiæ, vnde profeſſus ſi monaſteriũ reformetur exire poteſt. c. ſuper eo. ſ. eo. nec cogẽdus eſt etiã per papam vt maneat, niſi ſaltem nouo anno probationis dato. Oldr. cõſi. xcvj. per. c. ante triennium 31. diſt. Fonta.*

*Infans quid videat ignorat.*

puniuntur, quia ipſo facto ſunt ſuſpenſi à receptione aliorum religioſorum ad profeſsionem. Item debent puniri aliqua pœna quæ deberet illis imponi pro grauioribus delictis ſecundum conſuetudinem vel ordinationem ſuæ regulæ. & receptus ſic ad talem profeſsionem intra annum probationis, non eſt obligatus ipſi religioni in ſpecie in qua fecit profeſsionem: eſt tamen bene obligatus religioni in genere, ita quòd tenetur ꝓfiteri aliquã religionem approbatã. Sed quid de eremitis ſancti Auguſtini & beatæ Mariæ de Carmelo? vtrum ſit idem dicendum vt non debeant aliquem recipere ad profeſsionē intra annum probationis, & quòd ſi cõtrarium fecerint, puniantur dicta pœna? Reſpõdeo quòd ſic, ſed in alijs ordinib⁹ & religionibus poteſt fieri ꝓfeſsio durãte anno probationis. {Diſpendium.} Erant nõnulli mendicantes qui quadam leuitate ducti faciebant profeſsionem, & cùm ſentiebant duritias religionis, dimittebant religionē, & efficiebãtur apoſtatæ. & ideo ordinatum fuit ne de cætero mendicantes reciperent aliquos ad profeſsionē ſuæ religionis intra annum probationis, qui annus probationis fuit introductus in fauorem vtriuſque, videlicet in fauorē monaſterij, vt monaſterium cognoſcat mores intrantis: & in fauorem intrantis, vt ipſe videat an poterit ſuſtinere duritias religionis. c. ad apoſtolicam. eod. titu. in anti. Nota primò quòd mendicantes non poſſunt aliquem recipere ad profeſsionem durante anno probationis. Si autem recipiatur, tenet receptio, vt receptus obligetur religioni in genere: & ideo ſi velit poterit dimittere illam religionem, & intrare aliam religionem. Nota vlterius differentiam inter tacitam profeſsionē & expreſſam, quia expreſſa profeſsio in aliquo monaſterio facta obligat illi monaſterio in ſpecie. quod verum eſt, niſi quis vellet tranſire ad ſtrictiorem religionem, ſed ad laxiorem non poteſt, niſi petita & obtenta licentia. ſed tacita profeſsio obligat ſolùm in genere, ſed tunc adhuc requiritur quòd ſit ætatis perfectæ, & quòd fecerit profeſsionem ſcienter, & quòd perſeuerauerit per triduum. Nota inſuper quòd ex profeſsione facta in religionibus, dicitur anima ingredientis lucrifieri domino. quod eſt verum, ſi regula obſeruetur. Sed ſi non ſeruatur, perditur anima & corpus. ad hoc. xlvij. di. quantumlibet. No. finaliter quòd conſcientia non regulata ratione, inducit diſpendium ſalutis æternæ. quod facit cõtra illos qui ex quolibet momento vel inſtinctu mouent conſcientiam ſuam ad aliquid agendũ. vide de ſimonia per tuas. ij. Domi.

*Anno probationis durante non poſſunt mẽdicãtes aliquem ad profeſsionem recipere.*

## CAPITVLVM II.

NOn ſolum, & infra. [a] Licet zelum [b] animarũ habẽtes eas lucrari domino ſollicitè cupiatis, quia tamen decet & expedit [c] vt conſciẽtiæ puritati nõ deſit iudicium rationis, [d] ne vnde ſpiritalis profectus quæritur, ſalutis diſpendium ſubſequatur: [e] Vobis de fratrum noſtrorum cõſilio in virtute obedientiæ & ſub pœna [f] excõmunicationis auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne ante annum [g] probationis elapſum (qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus) quenquam ad profeſſionem veſtri ordinis, ſeu renuntiationem in ſeculo faciẽdam recipere, [h] nec conſtitutum intra huiuſmodi annum aliquaten⁹ impedire quo minus intra ipſum ad aliam religionẽ quã maluerit, tranſeat, [i] vel (niſi, maior tamẽ quatuordecim annis exiſtẽs, profeſſus ſit tacitè vel expreſsè, aut euidenter conſtet illum vitam voluiſſe mutare, quod tamen [k] nõ præſumitur niſi clara probatione vel competentibus indicijs [l] oſtendatur) omnino ad ſeculũ redeat, ſicut de ſua voluntate proceſſerit, præſumatis. Quòd ſi forte contra hanc noſtram prohibitionẽ quenquã recipere [m] præſumpſeritis, decernimus eum qui taliter receptus fuerit, nullaten⁹ veſtro eſſe ordini [n] alligatũ, voſq; à receptione quorũlibet ad profeſsionẽ eiuſdem ordinis fore ipſo facto ſuſpẽſos, [o] & inſuper [p] pœnæ ſubijciendos quæ fratribus ipſius ordinis pro culpis infligi grauioribus conſueuit. [q]

a *Et infra.* deciſum hoc fuit, quia habebatur ſupra eod. ad apoſtolicam. &. c. ſtatuimus.

b *Zelum.* quaſi dilectionis feruorem. ad idem ſuprà eod. lib. de re iudi. ad apoſtolicæ. in princip.

c *Expedit.* de baptiſmo, maiores. ſuprà eod. lib. de elect. cùm expediat. &. c. cùm non deceat. Ioann. And.

d *Rationis.* ratio enim quæ à diſcretione procedit, nõ debet deeſſe. Eſt enim omnium virtutũ mater diſcretio. j. q. v. præſentium. ſupra de offic. cuſto. c. j. Ioan. And.

*Diſcretio omniũ virtutum eſt mater.*

e *Subſequatur.* ad idem de deci. quamuis. de hæret. cùm ex iniuncto. in anti.

Gloſſa ſequens reci. per quæſtionem, ſolutionem, & remiſsionem.

f *Sub pœna.* contrafaciens non erit propter hoc excommunicatus, vt ſupra de iure patro. relatum. quod dic vt no. lxiij. diſt. c. Salonitanę. de ſimo. ſicut. ij. de ſagit. c. vnico.

g *Annum.* interdũ inuenitur de biennio, interdum de triẽnio. & de hoc dic vt not. xvij. q. ij. Gonſaldus. ſ. eod. ad apoſtolicam. j.

### Bonifacius octauus.

*Decretalis, non ſolùm extenditur ad omnes mendicantes, in alijs verò profeſsio expreſſa, religioni cui fit, tacita autem generaliter obligat intra annum. hoc dicit ſecundum Zenze.*

## CAPITVLVM III.

COnſtitutionem Innocentianam quæ prohibet conuerſorum profeſsionem recipi ante annum probationis elapſum, piæ memoriæ Alexan. papa iiij. prædeceſſor noſter ad fratrum prædicatorum & minorum ordines duntaxat declarauit [r] extẽdi. Vnde nos pari ſimilitudine rationis inducti, [s] declarationẽ eandem ad aliorum mẽdicantiũ ordines prorogamus. [t]

h *Recipere.* præſumatis, quòd eſt in fine.

i *Tranſeat.* ſequebatur in antiqua, ſicut de ſua voluntate &c. quod eſt infra. iſte igitur verſic. qui ſequitur vſque ibi, ſicut. additus eſt per compilatores huius libri, & hoc ne aliqui crederent quòd talis non poſſet redire ad ſeculũ, quia ſolum dicebatur ad religionem &c.

k *Quod tamẽ.* ad declarationem eius quod habes ſupra eo. cõſulti. & c. ſtatuimus.

l *Indicijs.* vt ſi beneficio renũciauit, [a] vel de bonis ꝓprijs verbo & re diſpoſuit, vel ſimilibus modis. ADDITIO. Dominus Aluarus Hiſpanus decretorum doctor de bonis proprijs re & verbo diſpoſuit, cùm ingreſſus fuit ordinem minorũ, de quo ſic refert Archid. & mihi conſtat. Ioannes Andreæ.

*a Sine proteſtatione quòd non intedit per id dimittere ſeculum, ne obſtet ſupra de renuntia. ex tranſmiſſa.*

m *Recipere.* ſcilicet ad profeſsionem intra annum probationis.

n *Veſtro eſſe ordini.* Nota quia profeſsio tacitè vel expreſsè facta intra annum probationis, non obligat ordini, tamen obligat religioni, vt ſuprà.

Gloſſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.

o *Suſpenſos.* dixit Hoſti. quòd ſuperior qui non peccauit poteſt ipſum abſoluere. Arg. de ſent. excom. nuper. in anti. ADDITIO. Dicit Archid. quòd hoc vix credit, cùm hoc non ſit conceſſum, & ideo abſolutionem reſeruat illi qui legauit. Ioan. And.

Gloſſa ſequens recitetur per obiectionem & ſolutionem.

p *Et inſuper.* Nota quòd quis multiplici pœna punitur. ratio, quia altera per ſe non ſufficiebat, vt no. ſupra de iudi. at ſi clerici. in ſi.

q *Conſueuit.* ipſa conſuetudine inſpecta, vel ordinationibus quæ ſunt ſecundum regulam.

COnſtitutionem.} Pars prima de mendicantibus. Secunda de non mendicantibus: ibi, In alijs. Iterum prima facit duo. Primò ponit declarationem. Secundò prorogationem: ibi, Vnde. Secunda etiam facit duo. Primò ponit regulam quam diſtinguendo duo membra declarat. Primum ibi, Sed expreſsè. Secundum ibi, Tacitè. Ioan. Andreæ. Præmitte quod habes in cap. præcedẽti. Do. CASVS literalis huius ca. patet in ca. ſupra proxi. quoniam caſus ibi poſitus hoc & illud comprehendit. Nota primò quòd appellatione conuerſorum poſſunt comprehendi illi qui ſunt in religione ad probationem regulæ. Nota ſecundò quòd ad ſolum papã pertinet extendere legem exorbitantem ad alios caſus non expreſſos. Do.

*Diuiſio.*

r *Declarauit.* eius declarationem hodie non habemus. Ioãnes Mo. & Archidia.

s *Inducti.* ſupra de tranſla. inter corporalia. de reſcrip. inter ceteras. in anti. C. ad le. Fal. l. vlti.

t *Prorogamus.* prima facie iſta decre. videtur facere ad quęſtionẽ qua quæritur an cõſtitutio, ſuper cathedrã. extrauagans Bonifacij, quæ habetur in cle. de ſepul. dudũ. extẽdatur ad alios mendicãtes, quàm prędicatores & minores. & videtur ꝙ ſic,



ſic, per hanc literam. Sed contrarium pronuntiaui, [a] vt dixi infra de reg. iuris. quæ à iure. & ibi vide. & decret. iſta facit pro hac parte. Dico enim quod hic Bonifacius non dixit, declaramus, ſed dixit, prorogamus. vnde licet eadem ratio eſſet in alijs mendicantibus, quæ in prædicatoribus & minoribus, tamen conſtitutio illa non extenderetur ad illos, niſi hic per Bonifa. prorogata fuiſſet. vnde Alexand. declarauit, ſed Bonifa. prorogauit, vt vides. Regulæ ergo & antiquo iuri ſtãdum eſt, niſi inquantum reperim⁹ receſſum, vt in prædicta regula dixi. ADDITIO. Facit infra de pœn. ca. Romana. de hæret. ſtatutum. ij. in ſi. j. reſponſo. Et facit quęſtio canonici Mutinen. in ſi. argumentorum, & in principio ſolutionis quam vide in regula, odia. infra de regul. iur. Ioan. Andr.

*a Hodie prorogata eſt per Clementem ad eremitas ſancti Auguſtini, & per D. noſtrũ papam Ioann. ad Carmelitas. & hoc conſtat. Ioann. And.*

*† Not. de Auth. quòd expreſſa ꝓfeſsio fortius obligat quàm tacita, ſicut expreſſa pupillarũ fortius excludit matrem quàm tacita. l. precib⁹ C. de impu. & alijs ſubſtitu. quia hæc legis præſumptione agit, illa aperta diſpoſitione hominis. Font.*

In alijs autẽ religionibus [a] profeſsio expreſsè vel tacitè fieri poteſt licitè [b] intra annũ. Sed expreſsè emiſſa, (etiã ſeculari habitu nõ mutato [c]) illi religioni † præcisè obligat, quã profitẽs eſt profeſſus: Tacitè verò facta intra probationis [d] annum per ſuſceptionẽ habitus [e] (qui profitẽtibus tantum datur) non illi ſpecialiter cuius habitus eſt ſuſceptus, ſed generaliter religioni alicui recipientem obligat, [f] ſi ætatis [g] aptæ ſit, ſi ſciens [h] & voluntarius, [i] ac triduo [k] perſeueret.

a *Religionibus.* ſcilicet non mendicantium.

b *Licitè.* in mendicantibus etiam poteſt fieri, ſed non licitè, vt ſupra cap. proxi. dixi. Idem Archi.

c *Non mutato.* ad idẽ. ſ. eo. ſicut nobis. habitus enim non facit monachum, ſed profeſsio regulæ. ſ. eo. tit. porrectum.

d *Intra probationis.* ergo de illa tacita quæ fit per lapſum anni, non loquitur hic, de qua ſupra eo. c. j. §. qui verò. & ſupra eo. ex parte. in illa ergo non licebit intra triduum pœnitere, vt in iſta, quia non reperitur de illa hic ſtatutum.

e *Habitus.* hoc vbi diſtincti non ſunt habitus profeſſorum à nouitijs, vt ſupra eo. c. j. dixi. ADDITIO. Hoc ſonat, quòd ſi habitus eſt communis & indifferens, tunc requiritur perſeuerantia animi tridui tantùm, vt ſupra tit. proxi. poſt princ. Ioannes Andreas.

f *Obligat.* quo ad hanc obligationem ex tacita, non dicam differentiam inter mendicantes & nõ mendicantes, vt ſuprà eod. capit. proxi. ſed ſic in expreſſa, quia illa obligat illi religioni in non mendicantibus, in mendicantibus ſolùm religioni in genere, vt ibi & hic.

g *Aetatis.* maior xiiij. in mare xij. in fœmina.

h *Sciens.* ſecus ſi non intelligens, vt ſi furore laborat. ſupra eod. ſicut tenor. ADDITIO. Niſi poſtea ratificet. & hic ponit Archi. obiectionem de ſimulante, quam poſt Innocent. ſcripſi ſupra eod. tit. in ant. ca. ij. ſuper ver. per vim. quod ibi decido. Ioan. And.

i *Voluntarius.* ſecus ſi inuitus. xx. q. iij. pręſens. ſ. eo. cũ virũ.

Gloſſa ſequens reci. tres opinio. antiquas.

k *Triduo.* terminata ſunt variè notata, ſupra eo. ti. ad noſtrã. Quidam dicebant quòd iſtud diſpenſatiuè [b] loquebatur: alij quòd illud ſpeciale propter electionem, alij quòd quinque ibi concurrebant propter quæ pœnitentia tridui locum habuit. Primum, quòd ſine deliberatione intrauit. Secundum, quòd illectus. Tertium, quia ſine probatione ſuſcepit habitum profeſſorum. Quartum, quia prope pueritiam. Quintũ, quia intra triduum pœnituit. {Non perſeuerando in habitu: alias ſecus, vt hic in ſi.} Et hoc tenet ibi Goff. & reci. Hoſtien. Vides quòd hodie ius eſſe commune declaratur, ſcilicet quòd per profeſsionem tacitam factam per receptionem habitus profeſſorum intra annum probationis quis nõ obligatur, niſi triduo perſeueret. ſimilis dilatio temporis. C. de erro. aduo. l. vlti.

*b Hugo pl⁹ dicebat quòd nõ habebat illam pro decreta li. hoc not. 27. diſt. quod interrogaſti. et Io. ponit eius dictũ, 20. q. 3. c. 2. Ioã. And.*

*Diuiſio.*

BEneficium.} Poteſt diuidi in tres partes. Primò ponit regulam. Secũdò ibi, Niſi quatuor caſus exceptos. Tertiò ibi, Sed interim. prouiſionem. Emanauit ad declarationem decre. ſupra de renun. ex tranſmiſſa. & eorum quæ not. Ber. & moderni. ſupra eod. ſtatuimus. & Ioan. xxvij. quæſt. ij. deſponſatam. & xvij. q. ij. Gonſaldus. Et ponit hæc decre. regulam & quatuor caſus exceptos. ADDITIO. Et dirigitur capitulo Pariſien. quia ibi fuit caſus de facto in canonico ingreſſo ordinem prædicatorum cuius præbenda fuerat intra annum collata, & fertur quòd prius epiſcopus per procuratorẽ vocato notario illum requiſiuerat quòd expreſsè profiteretur, vel renuntiaret, aut exiret. qui reſpondit, in hoc ordine profiteri non licet, ſcilicet intra annum. ſuprà cap. ij. renuntiare non placet, exire nõ decet. Et iſta dictio beneficiũ, ſumitur hic largè, vt comprehendat etiam maiora. facit ſupra de verb. ſig. c. penul. & de hoc. j. de reg. iur. ca. j. Ioan. Andr. CASVS. Titius clericus obtinens beneficium eccleſiaſticũ intrauit religionem, & accepit habitum, tamen nõ fecit adhuc profeſsionem tacitam vel expreſſam, ſed adhuc in anno probationis eſt. Epiſcopus ad quem ſpectat collatio illius beneficij, vult illud cõferre durante anno probationis. an poſſit: Reſpondet Rom. pont. ꝙ non. quod verum eſt niſi in caſibus certis. Primus caſus eſt, ſi intrãs religionem intra annũ probationis conſentiat vt epiſcopus poſſit tale beneficiũ cõferre: quia tunc epiſcopus poſſet de illo beneficio diſponere. nam talis conſenſus habetur pro renuntiatione. Secundus caſus eſt, ſi intrãs religionem durãte anno probationis fecit profeſsionē tacitam vel expreſſam, quia tunc vacaret beneficiũ, etiã ſi illa profeſsio ſolùm obligaret ad religionem in genere. Tertius caſus eſt, ſi appareat ꝙ intrans religionem voluerit omnino vitã mutare, & dimittere ſeculum: & tunc ſtatim quòd conſtaret de mutatione vitæ, poterit conferri beneficium. Sed ſanctiſsime pater, ſi pẽdente anno probationis non vacet beneficium, quid fiet de beneficio, quia nouitius illi beneficio deſeruire non poteſt? Reſpondet ꝙ illi beneficio erit prouidendum de vicario qui deſeruiet in diuinis, & pro ſuſtentatione vitæ habebit congruam portionem ex reditib⁹ beneficij. Nota primò principalem effectum ad quẽ emanauit præſens cap. quòd pendente anno probationis nõ vacat beneficium intrantis religionem, ideo epiſcopus illud beneficium cõferre non poterit, niſi in caſibus hic expreſſis. Nota ꝙ ſi conſtet ingreſſum religionem voluiſſe vitã mutare, quia declarauit animum ſuum ꝙ nunquam rediret ad ſeculum, tunc beneficium cenſetur vacare. No. vlterius quòd cùm beneficiatus non poteſt deſeruire ſuo beneficio, diœceſanus debet prouidere conſtituendo vicarium qui illi beneficio prouideat: & illi vicario aſsignabitur congrua portio, & reſiduum reſeruabitur intranti vel ſucceſſori. Sed nũquid intrans religionem poteſt habere fructus ſui beneficij durante anno probationis? Reſpõdet ꝙ non, ſed fructus cõſeruabuntur. & ſi intrans religionem reuertatur ad ſeculum, illos fructus recuperabit, non autem habebit illos fructus ipſe intrans durante anno probationis. Ratio eſt, quia exiſtens in anno probationis debet eſſe in ſumma paupertate, aliàs non poſſet experiri aſperitates religionis.

*Beneficiũ religionem ingreſſi nõ vacat pendente probationis anno.*

*Beneficiat⁹ ſi beneficio deſeruire nõ poſſit, epiſcopus prouidebit.*



### Idem Pariſien. capitulo.

*Beneficium ingredientis religionem intra annum probationis (exceptis caſibus hic expreſſis) non eſt alteri conferendum, interim tamen debebit per alium beneficio deſeruiri, aſsignata eidem ſubſtituto congrua portione vnde viuere poſſit. hoc dicit. Ioan. de Fan.*

## CAPITVLVM IIII.

BEneficium illius qui religionem ingreditur, nõ eſt intra probationis annũ [l] alicui conferendum, [m] Niſi ad

Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem.

l *Probationis annum.* per hanc literam credo ꝙ ſi minor xiiij. annis ingrediatur religionem, ꝙ ante finẽ xv. anni beneficiũ ſuum non poterit [c] cõferri, quia xv. an. eſt annus probationis illi. ſuprà eo. tit. & lib. c. j. quod verum eſt, niſi poſt annũ xiiij. aliquod de ijs quę ſequitur interueniat. beneficio autem nihil deperit, cùm de prouentibus illi deſeruiatur, vt dicitur in ſi.

*c Idem hic Archidia.*

Gloſſa ſequens primò ſignat contrarium, quod dupliciter ſoluit. ſecundò ſoluit dubium. tertiò quærit & ſoluit. quartò quærit, ſoluit, & ſolutionem declarat. quintò quærit. ar. pro & contra, & ſoluit.

m *Conferendum.* cõtra vt in prædicta decr. ſ. de renũ. ex trãſmiſſa. vbi tenuit collatio facta intra annũ ꝓbationis. ſed dic ſecundũ Hoſti. ꝙ ibi cũ recuperauerat bona ſua, renũtiauerat [d] beneficio ſuo expreſsè in ingreſſu vel ante ingreſſum, quod ſatis videtur. alias quare decr. illa poneretur ſub tit. de renũ? Vel dic ꝙ illa intelligitur ſecundũ primum caſum inferius exceptũ. [e] Secundũ alios nõ poteſt intelligi, quia papa nõ mandaſſet poſtea illum de nouo recipi. Si igitur beneficium tale nõ eſt conferendum, ergò tempus non currit ei ad quem ſpectat cõferre. in ant. de cõceſ. pręben. quia diuerſitatem. de elec. c. vlt. & merito, cũ adhuc nõ vacet effectualiter, nõ currit tẽpus, cùm nõ niſi à vacatione currat. ſ. de elec. ne pro defectu. de cõceſ. pręben. c. ij. Sed quid dices ſi nõ habebat ius in re, ſed ad rẽ: nunquid perit intra probationis annũ ius illud? Credo eadẽ ratione ꝙ nõ, [f] & in decr. de cõceſ. præben. c. vlt. illud fuit propter reuocatoriam, & eius verba. ad idem de præben. c. antepe. Sed nunquid cõſtituto in probatione poterit conferri beneficium? Puto quòd non, quia dubius eſt ſtatus, & iam fingitur ibi religioſus quo ad priuilegium immunitatis. infra de ſent. excommunica. religioſo. ij. reſpõſo. & ſtatu dubius non promouetur ad militiam. ff. de re milita. qui ſtatus. ff. de liberal. cau. qui de libertate. & iam per

*d Proteſtãdo tamẽ ꝙ per id nolebat obligari religioni etiã in genere. doct. Font.*

*e Proteſtãdo vt ſupra doct. Font.*

*f Ita doct. quia non profeſſus eſt & non renũtiat. Font.*

*Ingrediens religionem an intra annũ probationis perdat ius ad rem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



per hoc induceretur ad religionē dimittendā, quod eſſe non A debet. ſuprà de elec. quorundā. xij. q. ij. bonę rei. nam plantare religionē, & plantatam fouere debemus. ſuprà de priuile. cum & plantare. & hoc intelligo de beneficio quod per regulares poſsideri non poſsit, [a] ad epiſcopatum autem in ſeculari & regulari eccleſia talis eligi poteſt. ſuprà eod. lib. de elect. nullus. Sed nūquid canonic⁹ eccleſiæ cathedralis qui eſt in probatione habitus & regulæ in aliquo monaſterio, vo

id ipſi⁹ accedat aſſenſus, [a] aut cōſtet [b] ꝙ vitā voluerit abſolutè mutare, vel profeſsionē [c] expreſſam fecerit, ſeu [d] ſcienter [e] habitū receperit profeſſorū. [f] Sed interim [g] eidē beneficio per aliū deſeruiri debebit, [h] aſsignata ſibi cōgrua de ipſius prouentibus portione. [i]

Idem.

cari debet ad electionem epiſcopi quæ tūc imminet facienda, & dicamus monaſterium eſſe in loco vicino de quo aliàs vocari deberet, & quòd non apparet illum vitā voluiſſe mutare? Et videtur quòd ſic [b] per iſtam decre. retinet enim beneficium ſuum, ergo & iura ex eo prouenientia. nec enim ex eo quòd ad bonum aſpirat, & vitam religioſam probat, debet eius conditio fieri deterior. xvj. q. j. ſunt nōnulli. Item video quòd contrahit matrimonium carnale, ergo & ſpiritale cōtrahere poterit. licet enim de vno ad reliquum arguere. xxj. q. ij. ſicut ſuprà de tranſla. per totum. Item eligere prælatum B eccleſiæ etiam epiſcopum cadit in religioſum etiam profeſſum. ſuprà de elec. Cumana. immo & religioſi ad talia ſunt vocandi. lxiij. di. obeuntibus. Item video quòd in ſtatu libero inſpicimus ſtatum priſtinum. ff. de ſta. liber. l. ſtatuliberū. & l. ſtatuliberi à cęteris. ſic & in nouitio priſtinum & nō ſtatum regularem qui forte erit, & forte non erit, conſiderare debemus, maximè cùm præcedēs ſtatus certus ſit, & ſequēs incertus. ad hoc de pœ. diſt. vij. cap. vlti. Item iacens hæreditas obtinet vicem defuncti qui certus fuit, non hæredis qui eſt incertus, quia licet certus ſit inſtitutus, fortè repudiabit. inſtit. de hære. inſtit. §. ſeruus alienus. Item appellatione, denuntiatione, & lite pendente nil debet innouari in præiudicium appellantis, denuntiantis vel litigantis. ij. q. vj. c. poſt appellationem. §. appellatione. ff. nil no. in rubro & nigro. ſuprà de no. oper. nun. per totum. ſuprà vt lit. pen. c. j. & ij. ſic & tempore probationis in præiudicium nouitij eo abſente non fiet electio. Item dato quòd nollet vel non poſſet venire, procuratorem conſtituere poterit per concilium, quia C propter. de elect. in an. pro hac parte facit. ff. de bo. poſ. ex teſta. mili. l. vnica in ſi. & ff. de le. iij. l. quæſitum. j. reſponſo. & ff. de fun. inſtru. & inſtru. le. l. Seiæ. §. Pamphilæ. & l. prædia. [c] In contrarium videtur, quia in ſolitudine & ſilentio debet fieri probatio. ad id xvj. quæſt. j. cap. j. & ij. de ſta. mo. cùm ad monaſterium. & ex exitu clauſtri timetur periculum. de pœ. diſtinctione quinta. cap. j. ad fin. & qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt &c. de ſta. mo. recolentes. & talis quis eſſe putatur, qualem habitum oſtendit infrà de ſenten. excommu. ſi iudex laicus. & diſsimiliter viuere debet nouitius, ne videatur ſeculum mutare, nō fugere. quinquageſima tertia diſt. in- ctione legem. & propter ſimilitudinem computatur quis in eorum numero in quorum numero in veritate nō eſt. ſuprà de biga. nuper. Item talis quo ad immunitatem religioſus cēſetur infra de ſen. excommu. religioſo. ij. reſponſo. & bene facit litera ipſius decretalis quæ dicit talem non eſſe religioſum cum effectu, quaſi diceret eū religioſum, [d] ſed reuocabiliter, ad inſtar eius quod dicitur de tacitè profeſſo, qui pœnitet intra triduum ſuprà eodem titu. & lib. conſtitutionem. & in anti. capit. ad noſtram. vnde iura ſuprà eodem. ſuper eo. conſulti. poſtulaſti. ſtatuimus. & ſuprà eodem lib. & tit. capit. primo & ſecundo dicunt talem redire vel remeare ad ſeculum. patet igitur quòd ſeculū exiuerat, aliàs redire non poſ- D ſet. & eſt ſi. de conſecra. diſtinctione quarta. qui in maternis. & infra de hære. accuſatus. debet ergo iſte nouitius aut in totū dimittere, aut in totum amplecti, ſicut pupillus aut omnia nomina tutoris debet rata habere, aut omnia reſpuere. ff. de admi. tu. cum quæritur. ad idem de conſecrat. diſtinctione ij. cōperimus. Item dato quòd in alijs tractatibus capituli abſentes nō debeant vocari ſecundū ea quæ no. x. q. ij. hoc ius. & dixi ſuprà de teſt. præſentium. tamen non poteſt negari quin debeant vocari ad receptiones canonicorū, & ad ceſſationes diuinorū faciendas. ṡ. eo. lib. de præben. cùm in eccleſijs. & de offic. ordi. quamuis. Si igitur ad electionem prælati & ad prędicta vocabitur, & ſic ſępe diſcurret, quomodo monaſterium probabit mores eius? Fortè tunc inhoneſte viuet cùm exibit clauſtrum, & ſic infringetur decreta. ad noſtram ṡ. eo. tit. in ant. Item iſte interitus de ſtatu ſuo, certam legem dicere nō poteſt [e]. ff. de teſta. l. qui in domini. & l. ſeq. & idem in eo qui ignorat an ſit captiuus, an à latrunculis captus. ff. de leg. iij. l. j. j. reſponſo. ergo nec electionem facere, quæ debet eſſe certa. ṡ. eo. lib. de elect. ca. ij. & bene facit pro hac parte, qui cle. vel vo. conſuluit, vbi dicitur quòd habitus ſine profeſsione impedit ne cōtrahatur. ad idē, ṡ. de offi. deleg. iudex.

*a Vt ſeculare. Et no. Phil. à cōtrario glo. ꝙ ſi beneficium tale eſſet poſſibile per regulares poſſet ei conferri. ſed male dicit, per clemē. ne in agro. de ſtatu mo. cle. 1. de ſup. negli. præla. Font.*

*b Arch. ſcilicet quem mihi videtur approbare de An cha. et Phi. dū reprobat rationē Do. tenentis glo. Fonta.*

*c Iſta motiua Archi. pertinētius allegarentur ſi quæreretur vtrū nouiti⁹ veniens ad electionem ſit admittendus. hoc voluit Ioā. An. in nouel. (ibi no. quia quæſtio) nō autem voluit approbare Archi. ſicut Phil. credit Fonta.*

*d Purè. Io. An. Domi. alleg. l. cum pater. §. 2. de le. 2. ſed Anch. dicit quòd talis tranſit⁹ in religionem eſt cōditionalis, quia aliàs omnia ſua interim eſſent monaſterij. authen. ingreſſi. cuius cōtrarium hic patet. vide Feli. c. in præſentia. de proba. Font.*

*e Sequūtur Ioan. And. Do. per. l. 1. §. Largius. ff. de ſucceſ. edi. l. 1. 1. reſpon. de lega. 3. Fōt.*

A eo. lib. vbi per ſolam propoſitionē recuſationis etiā ante cauſam finitam impeditur delegatus papæ facere quod aliàs ſibi de iure competit, ſcilicet delegare, niſi volēte recuſatore. ſic dicam quòd ante profeſsionem per ſolam probationem impediatur talis eligere, niſi de gratia per capitulum vocaretur. [f] ad idem bene facit. ſuprà eodem lib. de tempo. or. cū nullus. in ſi. & ī. de priuileg. c. j. in ſi. vbi qui reuocabiliter manet in loco, naturam loci ſortitur. Ad idem. optime. ſuprà eod. lib. de procu. cap. ij. duobus modis. Primò, quia ibi ingreſſus religionis (intelligo etiam cauſa probationis, vt ibi dixi) & abſentia in loco remoto, æquiparantur. ſed ſi in remoto loco iſte eſſet abſens, non deberet vocari, ergo nec ingreſſus religionem. Item ibi procurator qui erat dominus litis per cōteſtationem, per ingreſſum religionis amittit vſum litis. ſic dicam canonicum per ingreſſum amittere vſum vocis quam B in capitulo habebat amittere dico quo ad actum, non quo ad habitum. ad idem. C. de cura. furio. cū alijs. & hoc verū credo. puto enim locum eſſe illi clauſulæ concilij, quapropter volunt & poſſunt &c. quaſi iſte ſic in probatione manendo, interim videatur [g] nolle. Nec ob. hæc decret. non enim ſimpliciter ex iure beneficij procedit ius eligendi. quod probatur ſuprà de elect. cùm in cunctis. & c. cum Vintonien. & ſuprà eod. lib. eo. tit. ex eo quòd. cle. vt hi qui. de ætate & quali. cum ſi. Secus crederem in patrono vel in eo ad quem non de iure collegij, ſed de iure ſingulari ſpectaret electio. ADDITIO. Et in his procedit dictum Archid. fortius enim eſt ius quod ſpectat ad aliquem iure ſingulari, quàm quod ſpectat iure collegij, & facilius euellitur ſecundum, quàm primum, vt patet per no. de conſtitu. cum omnis. in prima gloſ. in anti. hinc eſt etiam quòd ius collegij non tranſit in monaſterium per profeſsionem, ſed ius priuati bene tranſit. xix. q. iij. ſi qua. Ioann. And.

a *Aſſenſus.* tunc enim beneficio renuntiat, & ideo licitè alteri confertur, & ſic intelligatur decret. ſuprà de renunt. ex tranſmiſſa.

b *Aut conſtet.* ſecundus caſus. & dic, conſtet clara probatione, vel competentibus indicijs. ſupra eodem tit. & lib. nō C ſolum.

c *Vel profeſsionem.* tertius caſus. intelligo alicui de approbatis religionibus, vt infra tit. proxi. c. vnico.

d *Sen.* quartus caſus.

e *Scienter.* ſuprà eo. ſicut tenor. & ſuprà c. proxi.

f *Profeſſorum.* vbi diſtinctus eſt, vt dixi ṡ. eo. tit. & lib. c. j.

Gloſſa ſequens dubium & obiectionem ſoluit.

g *Sed interim.* prouidit perſonis, modo prouidet eccleſijs. ad idem ſupra de elec cum nobis olim. & c. cum ex eo. eo. lib. & prouiſio executioni mandabitur per epiſcopum, vt in prędi. decret. cum ex eo. §. porrò. ſed ſponſæ non ſic eſt per vicariū prouidendum, & ideo ibi tempus [illegible]tatur de conuer. cōiug. ex publico. propter quod dicebant quidam idem in clerico beneficiato, & malè.

h *Debebit.* in officijs diuinis, etiam in cura ſi curatum eſſet beneficium.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

i *Portione.* & reliqua portio conſeruabitur ipſi eidem. Ioan. Andr. Vel in vtilitatem eccleſiæ expendetur ſupra eod. lib. de elect. quia ſæpe. de offic. ordi. præſenti. §. porro. eo. lib. [h] Nec credo quòd dari debeat ipſi qui eſt in probatione. iam D enim non bene probaret ſi tales reditus interim haberet. Barth. Brixi. contradicens quòd Tan. ſic tenebat, ſcilicet quòd interim debeat habere fructus, quia adhuc non eſt monachus, & poteſt reuerti. hoc dicit in quæſtione quidam clericus. circa finem quæſtionum ſuarum. { Et veneriali. lxix. } Fatetur tamen ibi quòd conſuetudo ſe habet in contrarium.

QVi. } Simplex votum de certa religione intranda tollitur per ſequens ſolenne alterius religionis & laxioris. hoc dicit. Et ponit dictum, cuius rationem interſerit ibi, Cui tanquam. & ſubdit de pœna, ibi, Pro voto. Præmitte quod eſt dare votum ſolenne, & votum ſimplex, de quibus infra tit. proxi. cap. primo. Emanauit ad declarationem eius quod not. Ber. ſupra eod. porrectum. ADDITIO. Et ſecundum Archi. eorum quæ not. xxvij. quæſtio. j. in ſum. & cap. j. Ioan. And. CASVS. Ponamus quòd ego feci votum de intranda religione ſancti Benedicti, & ſteti in ſimplicibus finibus voti. poſtea voto non completo intraui religionem laxiorem, puta religionem ſancti Auguſtini, & feci votum ſolenne. nunquid per iſtud votum ſolenne eſt ruptum primū votum ſimplex? Reſpondetur quòd ſic, tamen peccaui rumpendo primū votum ſimplex, & [illegible] illo peccato debeo confiteri

*f Iſta rationes pertinēter faciunt ad quæſtio. glo. Font.*

*g Sic dicit Do. item eſt gere, vt no. in c. iterū. de reſt. ſpo. eſt fructus beneficij, quem iſte interim nō habet, ſed vt bene dicit Phi. hoc non dicitur hic, ſed ſolū ꝙ interim datur vicarius, et epiſcopus percipit fruct⁹ perceptibiles pro eo, vt hic not. vnde ipſemet videtur percipere. Font.*

*h Archidi. qui tenet cū Tan. & Barthol. Brixi. reſpōdet ad hæc duo capitula quòd loquuntur in eccleſijs vacantibus. iſtud autē non vacat, vt hic patet. Ioan. And.*



fiteri & agere pœnitentiam. Secus ſi primum votum eſſet ſo A lenne: tunc non rumperetur per ſequens votum etiam ſolēne. Nota primò quòd vouens expreſſè intrare etiam certam religionem, dicitur vouere ſimpliciter, & non ſolenniter. Nota ſecundò quòd non adimplenti votum ſimplex, imponitur pœnitentia: licet alio ſimili voto ſe adſtrinxerit, minori tamen. Dom.

*Secundum votum ſolenne religionis derogat priori ſimplici. hoc dicit Ioan. de Fan.*

CAPITVLVM V.

QVi poſt votum à ſe de certa religione intranda [a] emiſſum, religionem aliam etiam laxiorem [b] ingreditur, & profitetur in ipſa: poteſt (voto non obſtante priori, cui tāquam ſimplici per ſecundum ſolenne noſcitur derogatum) manere licitè in eadem. Pro voto tamen non completo erit eidē pœnitentia [c] imponenda.

Idem.

*Vacante monaſterio cōuentus nouum recipit monachum, ſi communiter ad abbatem & eos ſpectat: ſi ad abbatem ſolum, ſecus. hoc dicit. Domi.*

CAPITVLVM VI.

SI ad ſolum abbatem pertineat [d] creatio monachorū: eo defuncto nequibit nouus monachus à cōuētu creari [e] †. Aliàs poterit, ſi eorum creatio ſpectat inſimul ad vtrunque [f].

a *Intranda.* No. verbū: quia aliud eſt religionem profiteri, aliud vouere de intrando vel profitendo. In primo caſu nō loquitur hæc decre. quia talis etiam ſeculari habitu non mutato iam monachus illius religionis dicitur. ſupra eodē ſicut nobis. & cap. cōſtitutionem. iſto tit. & lib. ſupra, quia habitus &c. ſupra eodē porrectum. in ſecundo caſu loquitur decret.

b *Laxiorem.* quia de ſtrictiori non dubitatur: quia etiam ſi eſſet profeſſus, poſſet ad ſtrictiorem tranſire. ſupra eod. licet. ſed de pari & laxiori dubitabatur, & plus de laxiori: & ideo dixit etiam laxiorem. ADDITIO. Profeſſus ſi ad ſtrictiorem tranſiret, non eſſet locus imponendæ pœnitentiæ: de qua finis loquitur ſecundum Archidiaco. qui alleg. quòd votum vel propoſitum non infringit qui commutat in melius. ſupra de iureiuran. peruenit. ſuprà de voto. ſcripturæ. ſuprà de regula. licet. Ioann. Andr.

c *Pœnitentia.* tanto durior, quanto manifeſtius fuit votum. infra titu. proui. cap. vnico in ſi.

SI ad ſolum abbatem. } Diſtinguit duo membra. ſecundum ibi, Aliàs. Emanauit ad declarationem decre. ṡ. de elec. officij. & eorum quæ ibi not. Mo. & Guli. in Spe. de ſta. mo. verſic. xxj. CASVS. Ponamus quòd de conſuetudine vel priuilegio creatio monachorum monaſterij ſancti Cypriani ſpectat ad ſolum abbatem: quia de iure communi ſpectat ad abbatem & conuentum ſimul. ita quòd ſolus abbas de iure communi non poſſet creare monachos ſine conſenſu ſui conuentus. Accidit quòd abbas eſt mortuus: vtrum mortuo abbate poſsit conuentus ſolus creare monachos? Reſpondetur quòd non. Secus ſi creatio monachorū ſpectaret ad abbatem & conuentum ſimul. nam in iſto caſu mortuo abbate poſſet ſolus conuentus creare monachos de nouo. Not. primò ꝙ monachus ad monachatum non eligitur, ſed creatur. vide gloſſ. quæ incipit, nunquid in cle. diſpendioſam. de iud. Not. ſecundò quòd congregatio monachorum appellatur conuentus. vide in ant. de reſcrip. capitulum. Domi.

d *Pertineat.* de conſuetudine præſcripta vel priuilegio: aliàs de iure pertinet ſimul [a] ad vtrunque. ſupra de ijs quæ fiunt à præla. ea noſcitur.

Gloſſ. ſeq. dat ſimile.

e *Creari.* ſicut mortuo prælato ad quem pertinet beneficij collatio, capitulum non confert. ſupra eod. lib. ne ſede va. ca. vnico. quod cum iſto cōcordat. ADDITIO. Et ſecundum illam intelligas iſtā, quòd ſcilicet vbi ſolus abbas hoc facit, licet de conſenſu vel conſilio monachorum: illo mortuo nō tranſit in capitulum. Ioan. And.

f *Ad vtrunque.* multo fortius ſi ad conuentum tantum: & quia de hoc non dubitabatur, ideo fuit omiſſum.

DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.

Dictum fuit ṡ. tit. proxi. de voto in ſpecie, puta de voto religionis: nūc videndū eſt de voto in genere: ideo poſt rubri. præcedentē annectitur rubrica de voto & voti redēptione.

QVod votum. } In prima ponitur cōſultatio. In ſecūda reſponſio ibi. Nos igitur. quæ præmittit motiuum. ſecunda ibi, præſentis, ponens ſolennis voti duas ſpecies. ſecunda ibi, Aut. tertia ibi, Reliqua. ponit de non ſolenni, & pœna trāſgreſſoris. Emanauit ad declarationem eorum quæ no. Ioan. xxvij. quæſt. j. in princ. & ca. j. & Ber. qui cleri. vel vo. rurſus. ADDITIO. Et Inno. de reg. porrectū. de fri. fraternitatis. ſuper ver. alioquin. Io. And. Preſupponendū eſt pro intellectu huius ca. illud quod habetur in glo. magna in c. rurſus. qui cle. vel vo. in anti. videlicet ꝙ votū caſtitatis ſolenne impedit matrimoniū contrahēdum, & etiā cōtractū dirimit. Si autē ſit votū ſimplex: impedit matrimoniū contrahendū, ſed non dirimit iam contractum. Iſtud capitulum emanauit ad declarandū ꝙ dicatur votū ſolenne, & ꝙ dicatur votū ſimplex. Nam quidā dicebāt ꝙ votū ſolēne dicitur quando quis ꝓmittit exnūc continentiā. Sed votum ſimplex dicitur quando quis exnunc vouet ꝙ poſt annum vouebit perpetuam continentiam. Caſus hoc prēſuppoſito ſic figuratur: Epiſcopus Biteren. in præſentia papę cōſtitutus quęſiuit ab eodē. Sanctiſſime pater, iure cautum reperio, ꝙ votū caſtitatis ſolennizatū impedit matrimonium contrahendū, & dirimit iam cōtractū. Votū verò ſimplex non dirimit matrimonium iam contractū: licet veniēs contra peccet mortaliter. Item reperio altercationem inter C doctores quod votum dicatur ſimplex, & quod votum dicatur ſolennizatum. occaſione huius vellem informari quod votum appellatur ſimplex, & quod ſolenne? Reſpōdet Rom. ponti. ꝙ omne votum caſtitatis dicitur ſimplex, ſiue ſit de præſenti ſiue de futuro, dummodo non ſit ſolennizatum per profeſsionem tacitā vel expreſſam: quia tunc diceretur votū ſolenne, vt non teneat matrimonium contractum. vel ſi quis ſuſcepit ſacros ordines, puta ſubdiaconatus, dicitur votū ſolenne: aliàs autem dicitur votum ſimplex, ſiue quis dicat, exnunc voueo caſtitatem: ſiue etiā dicat, promitto ꝙ poſt annum vouebo caſtitatē. & ſic patet ꝙ iſtud capitulum nō facit ius nouum: ſed ſolùm declarat illa quæ notantur in dicto capitulo, rurſus. qui clerici vel vouentes. Nota primò ex iſto cap. quòd ſolennitas voti eſt inducta ex cōſtitutione eccleſiæ: & ſic nō eſt ipſum votum quod impedit matrimoniū vel dirimit: ſed eſt ipſa conſtitutio eccleſiæ. Ex quo patet ꝙ conſtitutio eccleſiæ poteſt habiles ad contrahendum matrimonium inhabilitare: & contrà poteſt inhabiles habilitare. Nam de lege diuina quando aliqui erant in diſpari gradu diſtante ęqualiter à ſtipite, nō poterant contrahere: vt pro hoc eſt gloſ. notabilis in cap. literas. de reſtit. ſpol. in anti. Nota quòd matrimonium fuit inſtitutum in ſtatu innocētiæ: quia D ſecundum doctores eſt duplex inſtitutio matrimonij. Prima eſt ad prolem procreandam: & illa fuit facta in ſtatu innocentię ante peccatū primi hominis. Alia eſt inſtitutio matrimonij ad euitādū fornicationē: & illa fuit facta poſt peccatū Adæ: & ſic intelliguntur iura facientia pro contrario. Nota vlterius quòd vinculum matrimonij eſt indiſſolubile. Sed vtrum iſtud intelligatur quòd vinculum matrimonij ſit indiſſolubile loquendo de matrimonio conſummato copula carnali, vel non conſummato? Communis opinio doctorum eſt, quòd matrimonium non conſummatum poteſt papa rumpere: licet Panor. teneat contrarium in ca. ex publico. de conuer. cōiug. in an. & mouetur per iſtam rationem: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Sed ad iſtam rationem reſpondent doctores, dicēdo ꝙ illud intelligitur de copula carnali: ita vt ſit ſenſus, quos Deus coniūxit copula carnali & poſt matrimonium conſummatū, homo non ſeparet. Nota vlterius principalem effectum huius cap. videlicet ꝙ votū caſtitatis dicitur ſolennizatū quantum ad dirimendum matrimoniū iam cōtractum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeſsionē tacitā vel expreſſam. Ex quo patet quòd ſacer ordo habet annexū votum continentiæ, licet expreſſè non

DE VOTO, ET VOTI redemptione.

Bonifacius octauus Biteren. epiſcopo.

*Votum ſolenniZatum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeſsionem factam alicui de religionibus per ſedem apoſtolicam approbatu, dirimit matrimonium pòſt contractum: aliàs ſolum impe-* B *dit & non dirimit. hoc dicit ſecundum ZenZe.*

CAPITVLVM VNICVM.

QVod votū debeat dici ſolenne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos conſulere voluiſti. Nos igitur attendentes quòd voti ſolennitas ex ſola conſtitutione eccleſiæ eſt † inuenta: matrimonij verò vinculum ab ipſo eccleſiæ capite rerum omnium cōditore ip-

*Votum nō infringitur cum in melius cōmutatur.*

*Diuiſio.*

*a Idē Ioā. Mo. & Archid. Ioan. And.*

*Cōtinuatio.*

*Diuiſio.*

*† Not. Do. Phil. iunct. glo. ca. non ſuccedere in ijs quæ iure ſpeciali ſpectant ad prælatū. Addit Phi. profeſsionē alicuius recipi poſſe nomine abbatis futuri. Font.*

*† [illegible]*

*Matrimonij inſtitutio fuit duplex.*

*Matrimoniū carnaliter nō cōſummatum an per papam poſsit diſſolui: vide Eraſmū in reſpō. ad annot. Lei 17. ſuper illo. 1. Cor. 7. liberata eſt à lege viri.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



*& faciunt ad hãc ſententiã not. per Mar. Soci. cõſil. 112. & 28. quæ alleg. Io. de Neuizanis in ſua nuptiali ſylua. folio vij. & legas hic ſingu. Hippol. clv. fõ.*

non dicatur in ſuſceptione ſacri ordinis quòd ipſe ſuſcipiẽs vouet caſtitatem. Nota quòd ad hoc vt votum religionis obliget profitentem, oportet quòd faciat profeſſionem alicui religioni approbatæ.

a *In ſtatu innocentiæ.* id eſt ante peccatum. Et nota contra illos qui dicunt matrimonium fuiſſe inſtitutũ per hæc verba, Creſcite & multiplicamini. ſed vt hic vides, in paradiſo & ante peccatum inſtitutum fuit: & per illa verba protoplaſti, Hoc nunc os ex oſſibus meis &c. Geneſis. ij. c. in fi. & xxvij. quæſt. ij. lex diuinæ. ADDITIO. Vide quod dixi ſupra de fri. cap. fin. ſuper glo. ſimile. Ioannes Andreæ.

Gloſſa ſequens recitet per quæſtionẽ, ad quam ar. pro. & ſoluit contrariũ per textum per euitationem abſurditatis, & per rationem addens illud approbatum: & huic decre. reſpondet.

ſum in paradiſo & in ſtatu innocentiæ [a] inſtituente vnionẽ & indiſſolubilitatẽ acceperit: Pręſentis declarandũ duximus oraculo ſanctionis, illud ſolum votum debere dici ſolenne quantum ad poſt contractum matrimoniũ dirimẽdum, quod ſolennizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis [b], Aut per profeſſionem expreſſam vel tacitam [c] factam alicui de religionibus per ſedem apoſtolicam [d] approbatis [e]. Reliqua verò vota etſi quandoque matrimonium impediant contrahendum [f]: & quanto manifeſtius

b *Sacri ordinis.* vt ſuprà qui cle. vel vo. c. j. & ij. In minoribus autem licitè contrahitur: vt ſuprà in ant. de cle. coniuga. c. j. Et ex eo quòd hic æquiparat profeſſionem religionis & ſacrum ordinem: videtur ꝙ ſicut per profeſſionem religionis ſoluuntur ſponſalia de præſenti: ſic per receptionẽ ſacri ordinis ante carnalem copulam diſſoluuntur. ſic & alibi æquiparantur iſta. xx. quæſt. c. j. & ſ. de vita & honeſt. cleri. clericus. Sed iam diſputaui & terminaui contrarium, quod eſt hodie approbatum per conſtitutionem Ioan. quæ incipit, altercationis antiquæ ſcilicet ſponſalia de præſenti non diſſolui per receptionem ſacri ordinis: per decre. ex parte. ij. de conuer. coniuga. vbi etiam de hoc in gloſ. pen. ſuper qua ſcripſi opi. Hoſti. & xxvij. q. ij. deſponſatam. non enim recipiendo ſacrum ordinem vouet ſe caſtitatem ſeruaturum in ſeculo: & tamen tale votum caſtitatis in ſeculo ſeruandæ non diſſoluit ſponſalia de præſenti: vt ibi. Inducat ergo hoc fauor religionis, & merito: quia alia eſt cauſa monachi, alia clerici. xvj. quæſtio. j. alia. in ſolo ergo caſu expreſſo dicamus ſeparari. quod enim non eſt ſanctorum patrum decretis & c. ſ. de trãſla. inter. Et ſi diceremur contrarium, iam hic non eſſet æqualitas: quia iam duplici remedio poſſet vir ſponſalia diſſoluere, & mulier vnico: quia propter ſexus fragilitatem ordines recipere non poteſt. Eſt autem ratio quare hoc ſpeciale eſt in religioſis: quia mortui ſunt mundo xvj. q. j. placuit. vnde ſicut mors naturalis ſolueret ſponſalia: ſic & iſta ciuilis permittente canone. de conuerſio. coniuga. verùm. & capit. ex publico. quæ ratio deficit in clerico ſeculari. Non ob. hæc decre. immo potius concordat: quia æquiparat iſta quo ad dirimendum matrimonium pòſt contractum, quaſi quo ad dirimendum prius contractum paria non ſint: immo diſparia rationibus prædictis. plura enim profitẽdo promittit monachus, quàm recipiendo ſacrum ordinem clericus.

*Sponſalia de præſenti an diſſolui poſſint.*

c *Tacitam.* quæ fit cum maior ſponte & ſciens recipit habitum profeſſorum vbi eſt diſtinctus. ſupra tit. proxi. capit. j. & cap. conſtitutionem. vel cùm habitum indiſtinctum [a] fert per annum: vt ſuprà eodem tit. capit. ex parte. & capit. primo eod. lib.

*a Vel diſtinctum diſtinctione latenti: vt in cle. de reg. eos qui. Ioan. And.*

d *Per ſedem apoſtolicam.* aliàs enim non poteſt: vt ſuprà de reli. do. capit. vlt. & eodem tit. cap. vnico. infra eodem libro. Ioann. Andr.

Gloſſa ſequens ſoluit duas quæſtiones.

e *Approbatis.* ergo ſi profitetur religionem non approbatã: ſi poſtea cõtrahit, tenet matrimonium: quod verũ puto etiã ſi quãdo profitebatur credebat illam approbatam. Et eadem ratione dico, quòd ſi recipit quis ſubdiaconatum ab eo quẽ credebat epiſcopum, ſed non erat: ſi poſtea contrahat matrimonium, bene tenet: & ita terminauit Barth. Brixien. ſecundum Tanc. in quæſtione, quidam ordinatus.

f *Contrahendum.* vt ſuprà qui cle. vel võ. rurſus.

g *Debeatur.* ex manifeſtatione igitur grauius fit peccatum. ad hoc ſupra de pœnitentijs & remiſſionibus cap. 1. de hoc die vt not. trigeſimaſecunda quæſtio. quarta. nemo. lxxxj. diſtinctione, clericus ſolus. & ſuprà de celebratione miſſarum, de homine. ADDITIO. Et xix. diſtinctio. Anaſtaſius. Archidiaconus.

A

DE STATV REGVLARIVM.

Dictum fuit ſupra de religioſis & monachis: verùm quia poſſet aliquis dubitare de eorũ ſtatu & vita: ideo ad nos informandum ponit Romanus pontifex rubricam de ſtatu monachorum. Helias.

ſunt emiſſa, tanto propter plurium ſcãdalum & exemplum durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur [g]: non tamẽ reſcindere poſſunt matrimonia pòſt contracta.

DE STATV REgularium *.

Bonifacius octauus.

*Moniales tacitè vel expreſſè profeſſæ, clauſuram monaſterij exire nõ poſſunt, nec alij illas intrare: niſi cauſa legitima & ſuperioris licentia interueniat, h. d.*

B

CAPITVLVM VNICVM.

PEriculoſo & deteſtabili quarũdam monialiũ ſtatui (q

Periculoſo.} In quatuor partes diuido hanc decre. [b] In quarũ prima quæ durat vſque ad §. ſane. ponit cauſam cõſtitutionis & conſtitutionem de clauſura monialium. In ſecunda præcipit vltra facultates monaſteriorum non mendicantium nullam recipi: & cõtra factum irritum decernit, vſque ad §. verùm. In tertia prouidet quid iuris quando moniales habent facere fidelitatem vel homagium temporalibus vel ſecularibus dominis: & quando in eccleſiaſtico vel ſeculari foro cauſas habent. & hoc vſque ad §. & quoniam. In quarta facit ordinarios executores huius iuris de clauſura etiam quo ad exempta monaſteria, proteſtando quòd per hoc in ipſis exemptis quo ad alia nihil iuriſdictionis ſibi vendicent. ADDITIO. Et vt infrà dicit gloſſ. præmitte hic literam iſtam, cupientes ſalubriter prouidere. Et Archidiaconus exponit periculoſo, pernicioſo, deteſtabili, execrabili. Ioannes Andr. Iſtud capitulum ſecundum Ioannem Andream in nouella non fuit receptum in regno Franciæ: ideo in parlamento fuit iudicatũ cõtra deciſionẽ hui9 cap. quia cùm archiepiſcop9 Burdegal. quaſdam moniales vellet compellere vt manerent ſub perpetua clauſura ſecundum deciſionem huius cap. ipſæ moniales contra iſtud cap. allegauerũt dictum Ioannis Andreę, quòd iſtud capitulum non fuerat receptum in regno Franciæ: vnde ipſæ moniales obtinuerunt contra archiepiſcopũ Burdegalenſ. CASVS. Quidam conſtitutus in præſentia Bonifacij octaui quæſiuit ab eodem, Sanctiſsime pater vellem à vobis informari in quo ſtatu debeant viuere moniales? Reſpondet Romanus pontifex quòd cùm ſit inhoneſtũ & multum periculoſum quòd mulieres admittant in monaſterijs ſuis viros: ſtatuit quòd decætero moniales maneant ſub perpetua clauſura, & non recipiant viros in ſuis monaſterijs, etiam ſi ſint viri religioſi contra quos nõ eſt præſumptio. & deputat executores, & qua auctoritate fiat clauſura. Etiam ſtatuit quòd ſi moniales debeant facere homagium, quòd illud faciant per procuratorem, ſi poſsit fieri. ſed ſi dominus nolit eas recipere per procuratorem, debent ire ad ipſum dominum in decẽti comitiua: & facto homagio debent redire ad monaſteria. {Bonis ſiue prouentibus} Ne moniales habeant occaſionem exeundi monaſteria, non debẽt in monaſterio ſuo recipi aliquæ moniales niſi quot poſsint viuere ex reditibus & prouentibus ipſius monaſterij: & ſi recipiantur vltra, non tenet receptio: licet ſit ſecus in monaſterijs virorum: quia licet etiam non deberent recipi viri niſi quot poſſent viuere ex reditibus monaſterij, tamen ſi recipiantur, tenet receptio: quia in illis ceſſat ratio de qua in hoc cap. {Porrò ne moniales.} In aliquibus partibus erat talis conſuetudo quòd quis in cauſa ſua vel ſuæ eccleſiæ tenebatur litigare per ſe, vel per procuratorem cõſtitutum apud acta coram iudice: & quòd veniret ſemel in cauſa perſonaliter coram iudice. vnde ne detur monialibus occaſio vagandi, papa deprecatur iudices laicos, & dominos temporales vt ipſi admittant procuratores monialium, licet non fuerint conſtituti apud acta, ſed intra monaſteria. {Diuini iudicij.} Et ſic executores negligentes peccant mortaliter. hoc habent iſta verba, obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ. {Ordinario iure ſubiectis.} Nota quòd archiepiſcopi & primates ſunt executores huius conſtitutionis: & ideo moniales ſibi ſubiectas & non exemptas poterunt compellere ſua auctoritate ordinaria: ſed moniales exemptas compellent auctoritate apoſtolica ſibi cõmiſſa per iſtud capitulum. Nota quòd corrumpens monialem profeſſam dicitur grauem offenſam inferre Deo, & religioni opprobrium. vide textum in cap. nec aliqua. vigeſimaſeptima quæſt. j. Nota quòd etiã legitima cauſa ſubſiſtente,

*b Ioã. Mo. diuidit in ſeptem, de prima, tertia, et quarta & quolibet ipſarũ faciens duas. Ioã. An.*

** In exemplari noſtro ſcripto legitur, De ſtatu Monachorum.*

~~Moniales in regno Franciæ in[illegible] non poſſunt~~

*Caſus literalis domini Heliæ.*

C

D

ſtente, non eſt licitum ingredi monaſteria monialium ſine ſpeciali licentia ſuperioris. Dominicus.

a *Laxatis habenis.* ſimilitudinariè ad equum qui laxatis habenis currit quò vult. de homi. dilectus. in ant.

b *Verecundia.* xxx. quæſtio. v. nec illud. & xxxiij. quæſt. v. hæc imago.

c *Abiectis.* ſic ſuprà eodem lib. de elect. quorundam.

d *Spontanea.* aliàs non obligarentur: vt xx. q. iij. præſens clericus. ſupra de regula. cùm virum. in ſi.

e *Offenſam.* xxvij. q. j. nec aliqua.

f *Cupientes.* hic incipe conſtructum.

Gloſ. ſeq. obiicit, & dupliciter ſoluit.

g *Præſentes.* ſed quomodo præſentibus monialib9 diſtrictior vita imponi potuit contra id. xv. quæſt. j. nec is. xxxij. quæſt. j. integritas. xx. quæſtio. iij. præſens. cum & nemo creſcere cõpellatur. lxxiiij. diſtinctio. geſta. & ibi de hoc? Poteſt dici ꝙ illud verum eſt de regula: ſed hic ad regulã nihil adiicitur: ſed modus habitandi ſecundum naturam rei taxatur. {Idẽ Ioãnes Monachus.} Vel dic ſupradicta vera in clericis ſecularib9. In religioſis qui velle vel nolle non habent, ſecus: quia illis poteſt ſtrictior vita indici etiam ex regula ſecundum Innocẽtium, qui hoc notat de regula. ſuper eod. & hoc ꝓbat iſta decretalis, & clementina eodem. tit. ne in agro. Et adde quod dixi infrà de regul. iur. quod omnes. ADDITIO. Et per hæc iura patet papam circa profeſſos multum poſſe in cibis, veſtibus, modo manendi, & ſimilibus, quæ plus cadunt in bonis fortunæ: reſeruata tamen naturali ſuſtentatione, & ſubſtantialibus regulæ. de quibus dic vt ſuprà eodem cùm ad monaſterium. in fin. In bonis autem naturæ, gratiæ vel gloriæ, non eſt tanta papæ potentia: quod per ſe patet. Illa enim Deus (cuius vices gerit) non tranſtulit in eum. Ioann. Andr.

*† Innuit ꝙ moniales corrumpũtur. & an talibus et ijs quæ publicè nubũt, ſit dandũ corpus Chriſti: gl. cap. de filia xxvij. q. j. vide docto. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. et cle. Font.*

*Religioſis an poſſit imponi aſperior ſtatus per papam.*

honeſtatis laxatis habenis [a], & monachali modeſtia ſexuſque verecundia [b] impudenter abiectis [c], extra ſua monaſteria nõnunquã per habitacula ſecularium perſonarũ diſcurrũt, & frequenter intra eadẽ monaſteria perſonas ſuſpectas admittũt, in illius cui ſuã integritatem voluntate ſpontanea [d] deuouerunt, grauem † offenſam [e], religionis opprobrium, & ſcãdalum plurimorum) prouidere ſalubriter cupientes [f]: præſenti conſtitutione perpetuò irrefragabiliter valitura, ſancimus vniuerſas & ſingulas moniales præſentes [g] atque futuras, cuiuſcunque religionis ſint vel ordinis, in quibuſlibet mundi partibus [h] exiſtentes, ſub perpetua [i] in ſuis monaſterijs debere decætero ꝑmanere clauſura: ita quòd nulli earum religionem tacitè vel expreſsè profeſſæ [k], ſit vel eſſe valeat quacunque ratione vel cauſa (niſi fortè tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare conſtaret, quòd non poſſet cum alijs abſque graui periculo ſeu ſcandalo cõmorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas; nulliſque aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ [l], niſi rationabilis & manifeſta cauſa [m] exiſtat, ac de illius ad

h *Partibus.* quia varietas locorum, iuris varietatem regulariter non inducit. Cod. de temp. in integ. reſtitu. l. ſuperuacuam. Et nota quòd dicit mundi, totius enim orbis papa tenet principatum, ix. quæſtione tertia. cuncta per mundum. & in proœmio huius lib. cum ſuis concordantijs.

*Papa toti9 orbis obtinet principatum.*

Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.

i *Perpetua.* non credo, {Idem Archidiaconus.} quòd decre. iſta tollat quin poſſent ſi vellent ad ſtrictiorem religionem humilitatis & puritatis cauſa tranſire. ſuprà de reg. licet. petita licentia: vt ibi. Item quin vna monialis ad regimen alterius monaſterij poſsit aſſumi [a], ſuprà eodem libro de elect. nullus. cum ſuis concordan. ſemper enim erunt in clauſura.

*a Eiuſdem religionis et habitus. quod dic vt in cle. j. de electio. Ioan. And.*

k *Profeſſæ.* quod dic vt ſ. tit. proxi. c. j. & cap. conſtitutionẽ. ſi ergo profeſſa non erat huius conſtitutionis tempore, nõ tenetur.

l *Honeſtæ.* vnde nec monachi ad eas accedere debent, vel cũ eis colloqui: niſi in præſentia abbatiſſæ per modica verba xviij. quæſt. ij. definimus. nec debent eſſe monaſteria duplicia: vt ibi, & in cap. ſeq.

m *Cauſa.* ſicut in medicis, barbitonſoribus, ſartoribus, carpentarijs cùm eguerint, & his ſimilibus.

A

n *Opportunitate.* xviij. quæſt. ij. definimus.

Gloſ. ſeq. quæſtionem de facto ponit, & ſoluit.

o *Abſque penuria.* Nota non dixit commodè. nam in quadam quæſtione de facto opponebatur contra quaſdam moniales quòd earum receptio non tenebat, quia facultates nõ ſufficiebant: & formatus fuerat articulus in hæc verba, Intendit probare quòd ex facultatibus monaſterij ſancti Petri nõ poſſunt tot commodè ſuſtentari. Oppoſui quòd intentio probata [b] non releuabat: quia poſſet eſſe quòd non poſſent cõmodè: tamen poſſent abſque penuria. iam enim dico quod canonicus Bononiẽ. de centum florenis non poſſet commodè ſuſtentari: & tamẽ de xxv. ſuſtentaretur abſque penuria. Idẽ dico de meipſo: nam in illa commoditate inſpicitur conſuetudo regionis, & qualitas perſonæ: vnde licet nõ poſſum commode ſuſtentari, tamen poſſum ſine penuria. Penuria enim ſecundum deriuatores habet in ſe egeſtatem, indigentiam, & defectum neceſſariorum. Hoc ergo voluit cõſtitutio, quòd conſtitutæ in monaſterio non mendicãtium, non haberent neceſſe mendicare propter neceſſariorum defectum. Si autem conſiderato antiquo ſtatu monaſterij vel alijs monaſterijs ciuitatis nõ poſſunt cõmodè ſuſtentari, tamen poſſunt abſque penuria: tenebit receptio. hoc enim ius nouũ quod receptionem vitiat, extendendum non eſt: & ſic obtinui. ADDITIO. Sint ergo cauti qui articulos formant, in ponderando verba. & facit quod dicam infra de homi. cap. j. ſuper ver. chriſtianorum. & cap. ij. in prin. & de vſur. cap. ij. in prin. Ioan. Andr.

*b Intentio enim eſſet hoc ante probationẽ opponere ad aduerſariũ inſtruẽdum: & eſt ſi. quod dixi de libel. obla. cap. vlt. in fine. Ioan. And.*

*Penuria indigentiã notat.*

quem pertinuerit ſpeciali licentia, ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem: vt ſic publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omnino ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitate [n] ſublata, eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

*In monaſterio non mendicantium tot ſorores debent recipi, quot poterunt ſine penuria ſuſtentari: & vltra non valet receptio. hoc dicit Domi.*

B

Sane vt hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſeruari, diſtrictius inhibemus, ne in monaſterijs ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur decætero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis ſiue prouentibus abſque penuria [o] ſuſtentari [p]: ſi ſecus actũ fuerit, irritũ [q] decernẽtes.

*Abbatiſſæ principibus ſecularibus ad fidelitatis ſacramentum præſtandum adſtrictæ, ſi nõ poſſunt per procuratorem iurare, perſonaliter exeundo monaſterium iurabunt, abſque dilatione ad monaſterium reditura. Do.*

C

Verùm quando abbatiſſa vel prioriſſa cuiuſuis monaſterij pro feudo quod monaſterium ipſum tenet ab aliquo principe ſeu domino temporali [r], ſibi debebit homagium [s] vel fidelitatis ſacramentum præſtare: niſi quòd per procuratorem illud

p *Suſtentari.* de inſtit. cap. j. & cap. auctoritatẽ. de vita & hone. cleri. quoniam vt ait. in anti.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem & ipſius ſolutionem.

q *Irritum.* hoc ſpeciale dictum videtur in talibus monaſterijs fœminarum. Secus puto in monaſterijs virorum. {Idem Ioan. Mona. Archid.} licet enim & in illis vltra quàm ſuſtentari poſſunt, recipi non debeant: ſi tamen fuerint recepti, tenebit: quia & hominũ cœtibus ſe miſcere, & ſibi vitę neceſſaria acquirere poſſunt. de conſecra. diſtinctio. v. nunquam. ADDITIO. Bene facit quod not. lxxxj. diſt. cap. penult. Et facit iſte. §. pro Ioan. de Deo, qui lib. iij. queſt. x. tenuit quòd ſi virgines dicentes ſe meretrices ingrediuntur monaſterium inſtitutum ad recipiendas ſolas meretrices pœnitentes & non alias, non tenet receptio. nec poſſunt ibi ſaluari fraude durante, qua reuelata inde debent expelli. Ioannes Andr.

*Receptio monachorũ facta vltra facultates conuentus valet.*

D

r *Domino temporali.* in eccleſiaſtico enim ſecus: quia ille de neceſsitate illas per procuratorem ad hoc faciendum admitte debet. infra eod. §. epiſcopis.

Gloſſa ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.

s *Homagium.* cõtra. ſ. de reg. iur. cap. vlt. Sol. pro ſpiritalibus nõ preſtatur homagium: quia illud eſt ſimonia. ſ. de ſimonia ex diligenti. ſed pro tẽporalibus iuriſdictionibus vel ſimilibus bene pręſtatur: & ſic intelligitur hoc. ad hoc. xviij. diſt. ſi epiſcopus. & ſ. cod. lib. de appel. Romana. §. debet in authen. quomodo

Universidad de Deusto Biblioteca



quomodo opor. epiſcopos. §. illud. colla. j.
a *Præſtet*. & ſic iuratur per procuratorē: vt lxiij. diſtinct. tibi domino. vbi de hoc.
b *Eum*. dominum temporalem.
c *Societate*. habebit ſecum duas vel plures ex antiquis monachabus, & capellanos ſuos, & incedat honeſtè. Ioan. Andr. ADDITIO. Abbatiſſa igitur non exeat ſine ſocietate. Valet enim ſocietas ad ſuſpicionem tollēdam. xviij. quęſt. ij. definimus. in fi. & xxxiiij. diſtinc. fraternitatis. vide quod dixi poſt Hieron. de pręſump. cū in iuuentute. poſt prin. ſicut & ad informationem morū. xij. q. j. c. j. poterit & ſecū habere ſuū ſpiritalem patrem. decimaoctaua quæſtione ſecunda. in decima. Archi.

*Societas tollit ſuſpicionem, & mores informat.*

d *Eueſtigio*. id eſt ſtatim vel continuò. ADDITIO. Idem verbum ff. de nego. geſt. diuortio. poſt princip. Ioānes Andreæ.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem de ratione diuerſitatis, quam ſoluit.

e *Fraudem*. ſic ſupra eod. lib. de iu. mulieres. Sed ibi pœna excōmunicationis imponitur, hic non. fortè ratio fuit iudicialis auctoritas propter quam ibi magis delinquitur.

f *Partibus*. Anglicorum & Normannorum. Et volebant fortè quòd licet poſſent per procuratorem agere, tamen illos haberent cōſtituere in præſentia iudicis, & releuare & cauere. Ioan. And.

*† Not. do. Phili. quòd verba rogatiua in materia præcepti ſtant præceptiuè. glo. 11. q. 3. c. rogo. no. in. l. a. gr. Cod. de tranſ. hinc facti ſunt verſic. Eſt orare ducū, ſpecies violenta iubendi: Cogeris et nudo ſupplicat enſe potens. Font.*

g *Inducat*. meritò igitur potuit papa ſuper hoc legem dare. ad idem ſ. eodem lib. de foro competenti, capit. vltim. & de iureiuran. licet infra de ſenten. excom. decernimus.

Gloſ. ſeq. obiicit & ſoluit.

h *Tractari*. ſed nōne hoc eſt ius commune omnium mulierum, quòd perſonaliter non trahātur ad iudiciū. ſupra eodem lib. de iudi. mulieres. ſic quòd non trahantur inuitæ? Sed iſtæ non debent etiam volentes trahi: vt ibi in. §. cæterum. & hic.

*Mulieres nō ſunt perſonaliter ad iudiciū trahendæ.*

i *Demandarent* a. ſupra eo. lib. de elect. vbi periculū. §. præterea. & ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt originem.

k *Patriarchis*. primatibus. iſta ſunt nomina diuerſa, tamen idem eſt officium. xcix. diſtinctio. capit. j. ADDITIO. Archid. ſatis hic inſtat, in his repetens quod legitur & not. xxj. diſtinctio. cleros. poſt princip. dicit autem quòd de illis pa- A triarchis loquitur hic, de quibus ſuprà de priuileg. antiqua. de patribus autem habetur. xviij. diſt. cap. j. lxv. diſtinctio. de perſona. iij. quæſt. vj. hæc quippe. vj. q. iiij. ſi inter xxiiij. quæſtione quarta. ſicut excellentiam. de maio. & obe. capit. fin. de dila. cap. fi. in ant. Ioannes Andreæ.

*a Not. glo. referendo ad text. ꝙ ordinarij locorū poſſunt facere ſtatuta ad obſeruantiā iuris cō munis exaggerando pœnas iuris communis. not. cap. vt ſingula. de off. Archidi. presbyteri. c. adminiſtratores 23. q. 5. dot. Font.*

præſtet a, poſſit efficere apud eum b, de monaſterio cum honeſta & decēti ſocietate c exire poterit eo caſu licenter, homagio facto quàm primum commodè poterit, ſeu fidelitatis præſtito ſacramento, ad ipſum monaſterium eueſtigio d reuerſura: ſic quòd in fraudem e reſidētiæ ſiue moræ clauſtralis nihil fiat omnino.

*Compelluntur domini temporales per cenſuram eccleſiaſticam, vt in ſuis curijs admittant abbatiſſas per procuratores litigare. Eccleſiaſtici verò in temporalibus & ſpiritalibus earum procuratores admittere debent. Domi.*

Porrò ne moniales cauſam ſeu occaſionem habeant euagandi, principes ſeculares ac alios dominos temporales rogamus, requirimus & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſsionem peccaminum nihilominus ſuadentes, quòd abbatiſſas ipſas, & prioriſſas, ac moniales quaſcunque, monaſteriorum ſuorum curam, C adminiſtrationem, negotiáve gerentes, quibuſcunque nominibus cenſeantur, per procuratores in ſuis tribunalibus ſeu curijs litigare permittant: ne pro conſtituendis procuratoribus (qui atornati in aliquibus partibus f nuncupantur) ſeu alijs huiuſmodi, eaſdem oportet euagari. Si qui verò contra præſumpſerint, exhortationi huiuſmodi rationabili atque ſanctæ obtemperare nolentes, cùm ſit iuri contrariū quòd mulieres præſertim religioſæ, per ſeipſas litigare cogantur, & à via deuiet honeſtatis, & periculum D animarū inducat g: ad hoc per ſuos ordinarios eccleſiaſticos † cenſura eccleſiaſtica cōpellantur. Epiſcopis autem & alijs prælatis ſuperioribus & inferioribus quibuſcūque iniungimus, quòd & ipſi cauſas ſeu negotia quæ præfatæ moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curijs eorundem ſiue ſint homagia, fidelitatis ſacramenta, lites, vel quidquid aliud, ipſa per procuratores earum fieri faciant & tractari h.

*Ordinarij locorum in ſubiectis monaſterijs propria, in exemptis apoſtolica auctoritate clauſurā procurare debent: nec eſt propter hoc in alijs caſibus iuriſdictio in exemptos eis attributa. hoc dicit. Dominicus.*

B Et quoniam parum eſſet condere iura, niſi eſſent qui ea executioni debitæ demandarent i: patriarchis k, primatibus, archiepiſcopis, & epiſcopis vniuerſis diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate ac diœceſi propria in monaſterijs monialium ſibi ordinario iure ſubiectis, ſua l, in ijs verò quæ ad Romanam immediate ſpectant eccleſiam, ſedis C apoſtolicæ auctoritate: Abbates verò & alij tam exempti quàm non exempti prælati eccleſiarum, monaſteriorum, & ordinum quorumcunque, in monaſterijs huiuſmodi ſibi ſubiectis, de clauſura m conuenienti, vbi non eſt, ipſorum monaſteriorum expenſis, & fidelium eleemoſynis, quas ad hoc procurent, diligentius facienda, & de ipſis monialibus includēdis quàm primum commode poterūt, prouidere procurent: ſi diuinæ ac noſtrę indignationis voluerint acrimoniam euitare: contradictores atque rebel- D les per cenſuram eccleſiaſticā appellatione poſtpoſita compeſcendo: inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis n. Per hoc o autem in monaſterijs exemptis ordinarij locorum quo ad alia nullam ſibi credant iuriſdictionem vel poteſtatem aliquatenus attributam.

l *Sua*. auctoritate, quod eſt infra. Ioan. Andr.
m *Clauſura*. facienda, quod eſt. j. Io. An.
n *Secularis*. xxiij. q. v. prodeſt. & exhibebitur non ad præiudicandum, ſed ad ea quæ Deo ſunt placita exequendum. ſ. de offic. ord. capit. j. in ant. & poſſunt ad hoc compelli. xxiiij. quęſtio. v. adminiſtratores.
o *Per hoc*. proteſtatio quædam. ſi. ſ. eod. lib. de elect. vbi periculum. §. præterea. & ſ. de hæret. ad abolēdam. in fin. ſaluo eo quod habes in cle. eo. tit. attendentes. in prin. Ioan. And.

DE RELIGIOSIS *domibus*.

Dictum fuit ſ. per diſcurſum titulorum præcedentium de regularibus & religioſis qualiter obligantur religioni per tacitam vel expreſſam profeſsionem: & de eorum ſtatu. Nunc videndum eſt de ipſorū domibus: ideo ad nos informādum ponitur rubrica de religioſis domibus. vel ſic: Viſum fuit ſ. de perſonis & ſtatu religioſorum tanquā de dignioribus: nunc videndum eſt de ipſorū domibus: ideo ponitur rubrica, de religioſis domibus.

*Continuatio domini Heliæ.*

R *Eligionū*.) In prima parte repetens ius antiquum b ordines mendicātes inuentos poſt concilium non confirmatos per ipſum, inquātum proceſſerunt de facto, reuocat. In ſecunda parte quæ incipit ibi, Cōfirmatos. de approbatis prouidet, ꝙ profeſſores illorū poſſint in ipſis remanere nullum ad profeſſionē recipiēdo, loca noua non emendo, & vetera nō vēdendo ſine licētia apoſtolicæ ſedis: irritans contra factum, & excommunicās facientes contrarium. In tertia parte quæ incipit ibi, Sane. conſtitutionē dicit ad prædicatores & minores nō extendi propter euidentē vtilitatem ipſorū: nec ad carmelitas vel eremitas: quia conciliū præceſſerunt. In quarta parte quæ incipit ibi, Ad hęc. cōcedit perſonis ſingularibus ordinum, ad quos cōſtitutio extenditur, vt poſſint trāſire ad ordines approbatos, ſed nō cōuentus ad conuentū ſine licentia papę. Io. And.

*Diuiſio.*

*b Gar. faciens ſex partes, hoc ſolū ponit pro prima, & tertiam diuidit in duas. Sed clericus Piſanus et Io. Mo. faciūt quinq;: & diuidūt ſolum tertiā. in prima concor. cū gl. ſed Baiat. facit ſeptē: de ſecūda enim facit tres: ibi, ſi verò. & ibi, perſonis. & duas de tertia: vt ſupra Io. An.*

Iſtud



Iſtud cap. diuiditur in quatuor partes. In prima parte Romanus pontifex repetens ius antiquum & ordines mendicantes non confirmatos per papam, inquantum proceſſerunt, de facto reuocat. In ſecunda parte ibi, Confirmatos. prouidet de ordinibus approbatis quòd profeſſores eorum poſſunt remanere loca non vendēdo, nec aliquid innouando. Tertiò ibi, Sane. dicit quòd iſta conſtitutio non extēditur ad mendicantes qui præceſſerunt concilium. In quarta parte quæ incipit ibi, Ad hæc concedit perſonis ad quas iſta conſtitutio extenditur, vt poſſint tranſire ad ordines approbatos. CASVS. Cùm ex multitudine & diuerſitate religionū, quæ diuerſitas erat tam in modo viuendi quàm in diuerſis habitib9, emanauit concilium generale: quod approbauit certos ordines, & reliquos reprobauit: poſtea quidam de nouo inuenerunt nouos ordines, & quidā à papa obtinuerūt approbationem illorum ordinū, alij nō obtinuerunt. Vnde papa ſtatuit vt illi ordines qui habuerunt approbationem apoſtolicam, ꝙ profeſſores in illis ordinibus remanerent quamdiu viuerent, ſed quòd nullum de nouo reciperent ad profeſſionē: & ſic illis profeſſorib9 mortuis eſſet extincta illa religio. Vlterius papa ſtatuit quòd iſti non poſſent noua loca acquirere, nec alienare loca acquiſita, ſed bona eorum reſeruauit papa ſuæ diſpoſitioni. Circa verò alios ordines non approbatos & inuētos de nouo poſt concilium, ſtatuit papa quòd profeſſi non maneant in illo ordine. ſed papa dat eis licentiam vt poſſint tranſire ad aliam religionem etiam laxiorem: & voluit papa quòd iſta conſtitutio non comprehenderet prædicatores & minores, carmelitas, & auguſtinenſes: ſed vult papa quòd illi poſſint noua loca acquirere: nam longè ante iſtam conſtitutionem, prædicatores, minores, eremitæ, & carmelitæ obtinuerant confirmationes ſuarum religionum: ſed erant alij mendicantes qui de nouo inuenerant nouum ordinem, & nōdum obtinuerant approbationem à ſede apoſtolica: vnde iſti qui erant recepti ad iſtos nouos ordines, non habebant facultatem recipiendi aliquem ad ſepulturam, nec prædicandi publicè. Nota primò quòd diuerſitas religionum inducit confuſionem. Nota ſecundò quòd propter importunitatem petentium quandoque conceduntur non concedenda. concor. ſunt in gloſſ. & pondera text. quia talis conceſsio non videtur libera, ſed extorta: quod not. pro ſtatutis quæ requirunt liberam conceſsionem: quia iſta non videtur eſſe libera. Domi.

*Caſus literalis domini Heliæ.*

a *Nimiam*. penè nil immenſum bonum. in auth. vt determinatus ſit nu. cle. in princip. col. j. nec in multitudine ſacrificiorum propitiatur Deus, decimaquarta quæſt. quinta ſcriptum. de conſecr. diſtinct. quinta non mediocriter. Et melius eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros. ſupra de æta. & quali. cap. penul. ad idē. ſupra eod. lib. de reſcrip c. ij. cum ſuis concor. Ioan. Andr.

*Miniſtros paucos & bonos melius eſt habere quàm multos malos.*

b *Concilium*. ſupra eod tit. cap. vltimo.
c *Importuna*. ſuprà eodem lib. de reſcript. capit. vltim. de conceſ. præbend. deteſtanda. de pœn. diſtinctione prima. importuna. in authent. vt differ. iudic. in principio. collat. ix.
d *Præſumptuoſa*. reus enim violatæ legis habetur, qui contra legē auſus fuerit ſperare quod licitum nō eſt. Cod. de petit. bono. ſub. l. j. in princ. lib. x. contra legem autē eſt abſque li- A centia principis nouum ordinem vel collegium inſtituere: vt in prædicto cap. & ſupra eodem capite vltimo. ff de col. il. li. l. j. & iij.
e *Repetita*. ſic Cod. de epiſc. & cler. repetita. Cod. de emen. Iuſtin. Cod. l. j. in me.

DE RELIGIOSIS domibus.

Gregorius decimus in concil. generali Lugdunen.

*Non licet nouum ordinem vel religionem aut habitum nouæ religionis creare et aſſumere. Et reuocati ſunt ordines mēdicantium per papā non approbati, creati poſt concilium. Domi.*

CAPITVLVM VNICVM.

Religionum diuerſitatem nimiam a (ne confuſionem B induceret) generale concilium b conſulta prohibitione vetauit. Sed quia non ſolùm importuna c petētium inhiatio illarū poſtmodum multiplicationem extorſit, verumetiam aliquorū præſumptuoſa d temeritas diuerſorum ordinum præcipuè mēdicantium (quorum nondum approbationis meruere principium) effrenatam quaſi multitudinem adinuenit: repetita e conſtitutione diſtrictius inhibentes, ne aliquis decætero nouum ordinem aut religionem adinueniat, vel habi- C tū f nouæ religionis aſſumat: Cunctas affatim g religiones & ordines mendicantes h poſt dictum cōcilium adinuentos, qui nullam confirmationem ſedis apoſtolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni ſubiicimus, & quatenus proceſſerant i reuocamus.

*Religioſi mendicantes per papam poſt concilium approbati & inſtituti non poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere, domum vel locum de nouo acquirere, nec acquiſita ſine licētia alienare, nec extraneis prædicare, confeſſiones eorum audi- B re, vel ad ſepulturam admittere. Et contra factum non tenet: & contrafaciens excommunicatus eſt. hoc dicit. Domi.*

Confirmatos autem per ſedem eandem, poſt idem tamē concilium inſtitutos, quibus ad congruam ſuſtentationem reditus aut poſſeſsiones habere profeſsio k ſiue regula quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum l tribuere victum ſolet incerta mendicitas, modo decernimus ſubſiſtere m infraſcripto, vt videlicet profeſſoribus eorundem ordinum ita liceat in illis remanere ſi velint n, quòd nullum deinceps ad eo- C rum profeſsionem o admittant p, nec de nouo domum q vel aliquem locum acquirāt,

f *Habitum*. hoc intellige in plurib9 ſimul in eodem collegio habitantibus, & eandem religionem profitentibus: aliàs ſingularis pſona ſectas non inueniens, & ſeorſum habitans, nouum habitum inducere ſibi poſſet. ad hoc xlj. diſtin. parſimoniam.
g *Affatim*. id eſt generaliter. Alleg. Guliel. xxiij. diſt. præterea. in fin. & hymnum, Primo dierum omnium. & Summæ Deus clemētiæ. Eius ſignificatio patet in his verſibus:

*Affatim qualiter exponatur.*

Si dicas afatim, tūc ſignificabis abunde:
Affatim dicēs, facunde ſignificabis.

*Verſus.*

ADDITIO. Dicunt deriuatores quòd primū debet ſcribi per vnum f. & vltima litera n. ſecundum per duplex ff. & vltima litera m. & addūt verſum:

Eſt afatos primi caput, affatuſque ſecūdi. Ioan. Andr.

h *Mendicantes*. reprobatur mendicitas. xciij. diſtinction. diaconi. vlt. licet paupertas non ſit de genere malorum. decimaquinta quæſtione prima. illa. in fi.

*Paupertas non eſt de genere malorum.*

i *Proceſſerant*. de facto.
k *Profeſsio*. id eſt religio vel regula quam profitentur. vnde quod ſequitur, venit expoſitiuè: & hæc eſt reperire in minoribus & prædicatoribus. ſuprà de exceſ. præla. nimis. ij.
l *Publicum* id eſt publicè faciendum. ad idem. C. de men. val. l. vnica lib. xj. habent igitur eleemoſynas quærere vnde viuant: quia certos reditus vel poſſeſsiones non habent, vnde ſequitur incerta mendicitas.
m *Subſiſtere*. alias ſubſidere.
n *Si velint*. quaſi ad religionem aliam tranſire poterunt: vt in fi. cap. dicitur: ad ſeculum non poterunt redire, ſecundum Gulielm. ad hoc ſuprà titu. ij. non ſolum. & capit. conſtitutionem.
o *Profeſsionem*. hic habes quòd papa per ſuam prohibitionem poteſt inualidare profeſsionem factam in religione. vide Hoſt. de regula. quia in inſulis. in an. Domi.
D p *Admittant*. & ſic definent in ſeipſis. in authen. vt deter. ſit nu. cle. §. ſancimus igitur. collat. j. ADDITIO. Allegat etiam Gulielm. in authent. colla. iij. de menſu. ordi. cle. §. ſancimus. Qui dicit quòd ne eccleſia videatur laqueum iniecisse: ex quo fuerant confirmati, omnes in vnum ordinem conflari debuiſſent, vt ſic nō exterminaret quod fecerat. ſubdit quòd hoc aliàs factum fuit: puto quòd loquatur de ordine eremitarū ſancti Auguſtini: qui ex pluribus ordinibus factus fuit. Ioan. Andr.

Gloſ. ſequens ſoluit duo dubia.

q *Domum*. veterem eccleſiam bene poterunt reficere. ſuprà de Iudæ. capit. Iudæi. & capit. conſuluit. & ſi legetur eis domus vt vendant, bene poterunt recipere. ex eleemoſynis enim viuere debent: quia ex quo non debet apud eos remanere, non dicitur ad eos veniſſe: quia non dicitur verſum &c. ff. de in rem verſo. ſi pro patre. §. verſum. ad idem ſuprà de verborum ſignificatione, nam & ego. Et ſecundum Gulielm. & Gar. Vide quod ipſe Guliel. not. generaliter de medicantibus in Spec. eodem titulo. §. j. verſic. iij. & verſic. iiij. & quod ſcripſi poſt Innocent. & Hoſtienſ. de proba. in præſentia. ſuper verū. minor annis. & de hoc per Cy. Cod. de

epiſ. &

Universidad de Deusto Biblioteca



epiſ. & cleri. Deo nobis. in vltima quæſtione. De fratribus minoribus dic vt in conſtitutione Nicolai, exijt. §. ad hæc cum fratres, de verb. ſign. lib. vj. & in cle. exiui. eod. tit. §. cupientes. Ioan. And.

a *Loca.* profana. de alijs non erat dubium, ſuprà de rerū permuta. mācipia. inſtit. de rerum diuiſione. §. ſacra.

b *Ordinarios.* nec ordinarij hoc poterunt ſine ſpeciali papę mādato vel licentia, per id quod ſuprà dixi in textu ibi, diſpoſitioni ſedis apoſtolicæ.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, & duplicem ſolutionem.

c *Receptio.* quo ad recipientem: ſed fortè ſic quo ad receptum, vt aliam laxiorem ingredi debeat. ad hoc ſupra titulo. ij. non ſolum. Argumen. cōtra de rebus eccleſiæ non aliená. eodem lib. capit. hoc conſultiſſimo. §. cōtract⁹. Vel dic, quòd ſi hunc tantùm ordinē intēdebat profiteri, non eſt obligatus aliàs ſic: & crederetur ei: quia non eſt veriſimile quòd ſit immemor ſalutis ſuæ. prima quæſtione ſeptima ſancimus. ſecundum Gulielmum. ADDITIO. Et remittit ad Spec. de ſtatu monach. verſi. decimonono. & verſic. quadrageſimo. Archidiaconus allegat quòd Deus cor interrogat. decimaquarta quæſtione quinta. ſi quid. & decre. cum voluntate. ſupra de ſenten. excō. Ioan. And.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem in qua allegat pro & contra.

d *Cæterorumq́.* ſatis videtur quòd tantùm de mobilibus deberet intelligi: quia talia debent eſſe ſubiecta, qualia prædicata permittunt. de fide inſtrumento. inter dilectos. ad fi. & tales partes in ſubſtitutione fieri intelliguntur, quales in inſtitutione præceſſerunt. inſtitutionibus de vulg. & pupil. ſubſtitut. §. & ſi ex diſparibus. & permiſſo eis manere in ordine, & ea ſine quibus ibi eſſe non poſſunt [a]. Cùm autē interdicatur eis officium prædicandi, & reliqua vt ſequitur: de quo viuent, niſi interdum ornamenta & libros & ſimilia vendant? In contrarium videtur: quia verbum cæterorum, omnia comprehendit. ff. de verbor. ſignificat. l. cæterorum. & per verbum cætera, in omnibus fit inſtitutio hæredis. ſuprà de teſtament. cap. Rainutius. Item verbum loca, comprehendit immobilia. ff. de verborum ſignificatione, locus. ad quid ſequeretur cęterorum, ſi immobilia etiam ſola comprehenderet? Et præterea poſſunt ſibi prouidere ordinem exeundo. ſecūdum Gulielmum neceſſaria fuiſſet declaratio. quod not. vigeſimaſexta diſtinctione deinde. in prima gloſſ. & ff. de procurato. non ſolùm. §. quęritur. Ioan. And. ADDITIO. Quòd verbum cęterorum, comprehendat omnia, placet Archidiacono, qui etiam allegat. 50. diſtinctiō. vt conſtitueretur. & quod ibi not. de pœniten. diſtinctione tertia. adhuc perſidi inſtant. verſi. quem enim peccatorē. decimaquinta quæſt. iij. ca. j.

*a Remittit Guli. ad Specu. de ſtatu mona. ver. 4. Io. And.*

e *Sepulturam.* prædicare in aliena parochia non licet, niſi licentia habita à rectore. de hæretic. capit. cùm ex iniuncto. in anti. abſoluere alienum parochianum non licet ſine proprij ſacerdotis licentia. ſuprà de pœnitent. & remiſſ. omnis. nec ipſum ad ſepulturam admittere, niſi elegerit: & parochiali relinquetur canonica. ſupra de ſepultu. capit. primo inter ſe autem iſta omnia poterunt exercere: cùm litera hic dicat, quoad extraneos. Si ergo iſti habebant priuilegium, vt quoſlibet poſſent ad ſepulturam admittere, illud ceſſat &cet. ADDITIO. Quod probat litera, omnino. Ioann. Andr.

*Prædicare non licet in aliena parochia, niſi licentia à rectore parochiali habita.*

nec domos ſeu loca [a] quæ habent, alienare valeant ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali. Nos enim ea diſpoſitioni ſedis apoſtolicæ reſeruamus in terræ ſanctæ ſubſidium, vel pauperum, vel alios pios vſus per locorum ordinarios [b], vel eos quibus ſedes ipſa commiſerit, conuertenda. Si verò ſecus præſumptum fuerit: nec perſonarum receptio [c], nec domorum vel locorum B acquiſitio, aut ipſorum cæterorumque [d] bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Perſonis quoque ipſorum ordinum omnino interdicimus quo ad extraneos prædicationis & audiendæ cōfeſſionis officium, aut etiam ſepulturam [e].

*Reuocatio ordinum mendicantium: prædicatores, minores, eremitanos, & carmelitas non cōprehendit. hoc dicit. Domi.*

Sane ad prædicatorum & minorū ordines [f] (quos euidēs ex eis vtilitas eccleſię vniuerſali prouenientis perhibet approbatos) præſentem non patimur conſtitutionem extendi. Ceterùm eremitarum ſancti Auguſtini & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio dictum concilium generale præceſſit [g], in ſolido [h] ſtatu volumus permanere.

*Exiſtens de ordinibus reuocatis: non collegialiter, ſed ſingulariter ad alios ordines tranſire poteſt. hoc dicit Domi.*

Ad hęc [i] perſonis ordinum B ad quos conſtitutio præſens extenditur, tranſeundi ad reliquos ordines approbatos † licentiam cōcedimus generalem: ita quòd nullus ordo ad alium, vel conuentus ad conuentum ſe ac loca ſua totaliter [k] transferat, ſedis eiuſdem ſuper hoc permiſſione ſpecialiter non obtenta.

A f *Ordines.* per hos duos ordines fides illuminata eſt: & dicitur eccleſia exaltata. de exceſſibus prælat. nimis. ADDITIO. In qua, ſcilicet eccleſia, iſti duo ordines proficiunt verbo, opere, & exemplo, ſecundum Gar. fa. ſupra de vo. capit. fina. Ioannes Andreæ.

g *Præceſſit.* vnde frāgi non debent, cùm concilium præceſſerint, ne nimia futura reſpiciat. ibi, ne quis decætero. in text. ſuprà.

h *In ſolido.* aliàs ſolito: & hoc detrahit Bonifacius de concilio Greg. ij. ſic enim dicebat litera, in ſuo ſtatu volumus permanere, donec de ipſis fuerit ordinatum: intendimus ſiquidem tam de illis quàm de reliquis etiam non mendicantibus ordinibus prout animarum ſaluti, & eorum ſtatui expedire videbimus, prouidere. hoc eſt deciſum. & dicebatur quòd Gregorius nolebat aliquem mēdicātium dimittere, niſi prædicatores & minores. de non mēdicantibus tres, Ciſtercienſes, & ordinem nigrorum, & de templarijs & hoſpitalarijs vnum ordinē facere.

*† Etiā inferiores & laxiores ordines. de quo gl. c. ſingula. §. e. de præb. ſecūdū Phil. Io. An. Dosatis enim eſt quòd obſeruentur tria ſubſtātialia, de quibus. c. cū ad monaſterium. §. de ſtatu regula. Font.*

## DE CAPELLIS monachorum.

### Bonifacius octauus.

*Inſtituti in eccleſiis monachorum ad curam populi per epiſcopum ad ipſorū præſentationem: per eundem (ſi cauſa ſubſit) ſunt deſtituendi. hoc dicit. Domi.*

C i *Ad hæc.* id eſt præter hæc trigeſimaſecūda diſtinctione ad hæc. alibi exponitur, id eſt contra hæc. decimaquarta quæſtione. j. §. ad hæc. alibi decimaſexta quæſtione iij. §. poteſt. ad finem verſi. ad hæc. Archidiaconus. Ioan. Andr.

k *Totaliter.* Nota non idem in toto quo ad totum, quod in parte quo ad partem. totus ergo ordo ſacrorum vel conuentus ipſius ordinis ad alium ordinem vel conuentum ſe transferre non poterit. ADDITIO. Nota etiam Guliel. licere ſingulariter, quod non licet vniuerſaliter. alleg. ad idem. ff. de rebus dub. cùm ſenatus. Cod. de Iudæ. l. j. Ioannes Andr.

## DE CAPELLIS monachorum.

Dictum fuit per diſcurſum titulorum præcedentium de religioſis & eorum domibus. nunc videndum eſt de eorum capellis: ideo ponitur rubrica de capellis monachorum.

*Continuatio domini Heliæ. Diuiſio.*

D PResbyteri qui.] Ponit dictum, cuius rationem interſerit ibi, cùm debeant. Emanauit ad declarationē decretalis ſupra eo. cap. j. & eius quod ibi notant Innocent. & Hoſtienſis & Ioannes de Deo lib. j. quæſt. xxxvij. Ioann. Andr. CASVS. Ponamus quòd abbas ſancti Cypriani habet aliquas eccleſias ſibi donatas per epiſcopum Pictauenſem cum conſenſu ſui capituli: & illæ capellæ ſiue eccleſiæ ſunt ipſi abbati ſubiectæ pleno iure, non tamen ad inſtitutionem: quia inſtitutio pertinet ad epiſcopum: & hoc loquendo de inſtitutione auctorizabili reſpectu curæ: vt ponamus quòd abbas habet inſtitutionem tituli collatiuam: tamen pro commiſſione curæ neceſſe eſt quòd inſtitutus adeat epiſcopum pro committenda cura animarum. vnde ad aliquam illarum eccleſiarum abbas inſtituit aliquem, & epiſcopus ſibi commiſit curam animarum. Or accidit quòd inſtitutus ad illam eccleſiam perpetrauit delictum dignum priuatione. vtrum abbas poſſit illum priuare? Reſpondet ꝙ non: ſed illud ſpectat ad epiſcopum qui ſibi commiſit curam animarum: qui epiſcopus poterit eū priuare ſi ſubſit iuſta cauſſa. Ex his patet ꝙ abbas vel inferior prælatus poteſt præſcribere inſtitutionem tituli collatiuam. Sed vtrū inſtitutionem auctorizabilem poſſit ipſe prælatus inferior præſcribere? De hoc eſt magna



magna cōtrouerſia inter doctores. Nota primò ex iſto cap. A quòd beneficia ſecularia debent eſſe perpetua: & quis nō poteſt remoueri à beneficio pro libito voluntatis ſui ſuperioris. Nota quòd licet de iure cōmuni diſpoſitio beneficiorum in diœceſi epiſcopi pertineat ad epiſcopum: tamen de iure ſpeciali diſpoſitio commoda nō eſt in diſpoſitione epiſcopi: ſed præſentatio ſpectat ad alium prælatum, vel etiam collatio: & epiſcopus inſtituit ad præſentationem alterius.

*Beneficia debent eſſe perpetua.*

Nota iuncta gloſſa ꝙ licet inſtitutio tituli collatiua, vel præſentatio pertineat ad inferiorem prælatū ab epiſcopo: tamen inſtitutio auctorizabilis pertinet ad ſolum epiſcopum: ideo ſolus epiſcopus poteſt priuare inſtitutum de beneficio eccleſiaſtico. Nota argumentum quòd quandoque fit inſtitutio in beneficio quo ad exercitium curæ tantum, & non quo ad principalem titulum beneficij. Nota quòd illud dicitur eſſe perpetuum, quod durat tantum ad vitam alicuius. facit. ff. pro ſoc. l. j. & vide ſupra de reſcrip. capit. fin. eod. lib. Domi.

*Inſtitutio auctorizabilis pertinet ad epiſcopum.*

### CAPITVLVM VNICVM.

PResbyteri q ad curā populi p monachos in eorū eccleſiis præſentantur [a] epiſcopis, & inſtituuntur ab ipſis [b]: cùm debeant eſſe perpetui [c], cōſuetudine [d] vel ſtatuto quouis cōtrario nō obſtante, ab eiſdē nequeūt eccleſijs niſi per epiſcopos [e] & ex cauſſa rationabili [f] amoueri.

a *Præſentantur.* præſentationes tales fieri debent à prælato & conuentu de iure communi: conſuetudo tamen poteſt contrarium inducere: vt ſupra de his quæ fi. à præla. ca noſcitur.

b *Ipſis.* ſcilicet epiſcopis. & ſic non pleno iure habent illas, cùm ad eas non ſpectet inſtitutio ad curam populi: de priuil. cùm & plantare. in anti. dato etiam quòd inſtituatur ad regimen eccleſiæ. de quo ſatis dixi de præben. de monachis. etiā in anti. Ioan. And.

Gloſſa ſequens allegat duas concordantias, & remittit: & ſubdit tria ſimilia.

c *Perpetui.* non enim beneficia dantur ad tempus. lv. diſtinctio. præcepta. lxx. diſtinctio. ſanctorū. & de hoc de fil. preſbytero. veniens. in anti. ſicut enim matrimonium carnale ad tēpus nō cōtrahitur, ſic nec ſpiritale. de conditio. appoſi. capit. vlti. nec legitimi actus recipiunt diem. infra de reg. iur. actus. nec moribus noſtris expedit temporales habere filios. ff. de adoptio. l. ſi tibi. alias quæſitum. vt ibi in gloſſa dicitur. papa tamen poteſt dare prælaturas ad tempus: vt ſeptima quæſtio. prima. paſtoralis. immutat enim ſubſtantialia rei. de conceſſione præbendæ. capit. propoſuit in ant. Ioan. Andr.

*Beneficia nō poſſunt conferri ad tempus.*

*Papa poteſt cōferre prælaturas ad tempus.*

Gloſſa ſequens dicit quid reprobat: & dubium ſoluit.

d *Conſuetudine.* contrarium notant Innocent. & Hoſtien. in prædic. decre. qui dicebant quòd ex conſuetudine præſcripta abbas tales poteſt remouere. Et nota quòd conſuetudo reuocat ſtatuta, ſed non priuilegia. vnde hoc hodie facere poterunt, qui hoc habent ex priuilegio papæ: ſicut de Humiliatis fertur & Præmonſtratenſibus. & hoc dictum placet Archidiacono.

e *Per epiſcopos.* intelligas remoueri per epiſcopos, quando per vicarios ſuos ad hoc mandatum habentes remouentur, vel per delegatos. ſupra eod. lib. de offic. vicar. licet. j. de reg. iur. qui per alium.

f *Cauſa rationabili.* decimaſexta quæſtion. ſeptima. inuentum. lvj diſtinctio. ſatis peruerſum. & pro leui culpa non debet remoueri: vt in prædic. capit. inuentum. lxviij. diſtinctio. capit. j. ADDITIO. Non debet quis remoueri pro graui quæ in populi notitiam non peruenit. xxx. quæſtio. j. cap. vlti. Ad hoc. 50. diſtinctio. ſacerdotes. & cap. ſeq. &c. Ioann. Andr.

## DE IVRE PATRONATVS.

Dictum fuit ſuprà de præbendis & dignitatibus & alijs beneficijs eccleſiaſticis tam ſecularibus quàm regularibus. verùm quia illa beneficia aliquando ſunt patronata: & dubitaret aliquis de effectibus iuris patronatus, & de ipſo iure patronatus: ideo ponit rubricam de iure patronatus.

*Continuatio domini Heliæ.*

SI laicus.] Duæ ſunt partes. ſecunda ibi, verum. Prima ponit dictum. Secunda proteſtatur ibi, Per præfatam. Secunda etiam ponit dictum, quod poſtea ampliat ibi, Et omnino. Ioannes Andreæ. Hic approbatur opin. Damaſi, Vincent. Bar. Brixi. qui hoc not. decimaſexta quæſtion. ſeptima nemini. Et Innocent. & Hoſtien. qui hoc not. ſupra codem, illud. & reprobatur opin. Ioann. not. in prædi. canone. & Goff. & Ber. not. ſupra eodem, illud. & capit. cura. & in multis alijs capit. ADDITIO. Archidiaconus hic ponit circa intellectum illius ca. nemini. decimaſexta quęſtion. ſeptima ſuprà allegati, vbi etiam remittit inquantum de commutatione loquitur: quòd ſi laicus habet communionem cum eccleſia in patronatibus, poterit commutare, vt ratione ſocietatis liceat, quod alias non liceret. alleg. xxiij. quæſtione iiij. non poteſt.

## DE IVRE PATROnatus.

### Bonifacius octauus.

*Donatio iuris patronatus laici facta loco eccleſiaſtico etiam ſine conſenſu epiſcopi tenet: nō tamen præiudicat iuri epiſcopi. hoc dicit. Domi.*

### CAPITVLVM VNICVM.

SI laicus ius patronatus eccleſię ſibi cō-

CASVS. Aliquis laicus habebat ius patronatus in aliqua eccleſia: quia fortè eam fūdauerat, id eſt donauerat fundum ad eam ædificādam, vel eā ædificauit, vel dotauit, vel omnia fecit ſimul. iſte laicus vult illud ius patronatus donare illi eccleſiæ & eam quietare, vt decætero ſit in libera diſpoſitione diœceſani: vel vult donare alteri eccleſiæ. vtrum poſſit ſine auctoritate diœceſani? Videtur quòd non: quia ſi laicus detineat decimas: tamen non poteſt illas donare alteri eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi. capit. cum apoſtolica. de his quæ fi. à præla. ſine conſenſu capit. ſic in propoſito videbatur quòd laicus non poſſet ius patronatus transferre in eccleſiam ſine cōſenſu diœceſani. Non obſtante iſta ratione dubitandi decidit Romanus pontifex in contrariū, quòd laicus poteſt alteri eccleſiæ donare ius patronatus ſine conſenſu diœceſani: tamen per hoc non fit præiudicium ipſi diœceſano: & ideo eccleſia habebit collationem & præſentationem: ſed diœceſanus habebit inſtitutionē. Sed ponamus quòd laicus donauit ius patronatus alicui eccleſiæ. vacat nunc eccleſia patronata. vtrum eccleſia habebit tantùm quatuor menſes ad præſentādum ſicut laicus? Videtur quòd ſicut laicus habet tantum quatuor mēſes ad præſentandum: ſimiliter eccleſia debet ſolum habere quatuor menſes: quia C ſuccedit in locum laici. Tamen Romanus pōtifex iſta ratione dubitandi non obſtante decidit in contrarium: videlicet quòd eccleſia habebit ſex menſes ad præſentandum: quia mutata perſona mutatur etiam qualitas ipſius beneficij. Et ſic eccleſia habebit ſex mēſes: licet patronus laicus in cuius locū ſucceſſit eccleſia, habeat ſolum quatuor. Et ſic eccleſia debet reputari vt patronus eccleſiaſticus, & non vt laicus. Nota primò quòd laico poteſt competere ius patronatus, quod verum eſt ex diſpenſatione iuris, ſed non de mero iure: quia ius patronatus eſt annexum iuri ſpiritali, id eſt inſtitutioni quæ eſt ius ſpiritale: & de ſpiritali & eius annexis eſt idem iudicium. ſed illa facultas fuit conceſſa laicis vt facilius inducerentur ad eccleſias ædificandas, fundandas, vel dotandas. vnde iſtud ius patronatus conſiſtit in præſentatione ad eccleſiam patronatam: quia patronus poteſt eligere perſonam, dummodo eligat idoneam. Item iſtud ius patronatus conſiſtit in alio, videlicet in proceſſione: quia quum patronus primum venit ad eccleſiam patronatam, miniſtri eccleſiæ debent illi ire obuiam proceſſionaliter, & eum in eccleſia recipere proceſſionaliter. quod verum eſt, quando ſtatus ſuæ perſonæ illud requirit: puta quia eſt rex vel dux. alias ſi ſtatus perſonæ non requirit, non D deberet recipi proceſſionaliter: nec miniſtri eccleſiæ debent illi obuiam ire. Item in alio conſiſtit ius patronatus: quia patronus in eccleſia patronata eſt præ ceteris honorandus in ſeſſionibus & ſepultura. Item ſi patronus deueniat ad paupertatem, eccleſia tenetur ipſum alere de ſuperfluo acceptis neceſſarijs pro miniſtris eccleſiæ. Nota quòd laicus poteſt ius patronatus donare alteri eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi. Nota quòd laicus patronus ad præſentandum habet ſolùm quatuor menſes: ſed perſona eccleſiaſtica habet ſex menſes: & ideo epiſcopus non poteſt inſtituere abſque præſentatione, niſi elapſis illis ſex menſibus in perſona eccleſiaſtica, vel quatuor in laico. Ratio diuerſitatis eſt: quia qui grauatur in vno, releuatur in alio. l. cum qui. ff. de iureiuran. & quia laicus poteſt vnum præſentare, poſteà alium accumulatiuè: & ſic poteſt variare, & diœceſanus poteſt acceptare quem voluerit: ideo debet in alio grauari quòd non habet niſi quatuor menſes ad præſentandum: ſed clericus patronus non poteſt variare: & ſic grauatur in hoc: ideo debet in alio releuari, videlicet quia habet ſex menſes ad præſentandum. Sed quæritur qualiter dicitur fieri præſentatio ad hoc vt clericus patronus non poſſit variare? Dicendum quòd ſola datio literarum patroni non dicitur præſen-

*Nota quòd in donatione iuris patronat⁹ nō requiritur conſenſus epiſcopi, ſi fiat loco religioſo vel eccleſiaſtico. A contrario ergo ſecus ſi alteri fieret: de quo ſuprà eod. tit. illud. Dom.*

*Patronus laicus ad præſentandum quatuor menſes habet: eccleſiaſticus ſex.*

præſentatio: ſed requiritur ꝙ fuerit facta præſentatio corporalis diœceſano. Et ſic clericus ante illam præſentationem corporalem poterit variare. Hoc tenẽt doctores in cle. vnica eod. tit. Ex quo ſequitur, quòd ſi clericus patronus dedit duobus literas præſentationis: ſi ſecundus fecerit maiorem diligentiam, & ſe præſentauerit cõſpectui epiſcopi, tenetur epiſcopus illũ reſtituere. No. quòd patronus poteſt dare ius patronatus illi eccleſiæ cuius eſt patronus. ad hoc §. de teſti. ſignificauit.

Gloſ. ſeq. dat ſimile. quærit & ſoluit.

a *Eidem.* & ſic eccleſia erit patrona ſuiipſius: & ſic in alijs caſib᷒, cùm ſcilicet priuantur patroni iure patronatus. ſupra eo. titu. quia clerici. de pœnis, in quibuſdã. cum ſimilibus. Sed

*† Gratis etiã permutãdo. not. c. illud. §. e. & legãdo. Ioan. Andr. c. quũ ſeculũ. §. eo. Phili. hic etiam in præiudiciũ filiorũ: quia filij hæredes non cõtraueniũt defuncto. l. cũ à matre. C. de rei vendi. In filios nõ hæredes, nõ tranſit. glo. cle. ij. j. eo. ergo ſal. lit tamen ſtante conſuetudine, quòd primogenitus in tali ſuccedat. Item quãdo dictũ eſſet in fundatione vt non trãſiret ad extraneos. Anch. tamen ait ꝙ alius à fundatore non præiudicat poſteris. l. peto §. fratre. ff. de leg. ij. Fõ.*

petens, eidem [a] vel alteri [b] eccleſiæ ſeu loco religioſo duxerit conferendum; huiuſmodi collatio (quamuis abſque aſſenſu epiſcopi facta fuerit) efficax eſt cenſenda [c]. † Per præfatam tamen collationem iuri epiſcopi, qui eidem aſſenſum non præbuit, nolumus in aliquo derogari [d].

*Laicus quadrimeſtre tempus habet ad præſentãdum: eccleſia verò ſemeſtre, licet à laico acquiſiuerit ius patronatus. hoc dicit. Domini.*

pone quòd capella eſt vnicũ habens presbyterum: quis præſentabit ibi presbyterum cùm vacabit? Dico quòd ſi non eſt ibi alius patronus: epiſcopus prouidebit eccleſiæ. hoc enim dicimus regulare, cùm eccleſia patronum nõ habet, per cap. xvj. quæſtio. vij. omnes baſilicæ. & cap. ſeq. Ioann. Andr. ADDITIO. Si donetur epiſcopo ius patronatus capellæ ſibi ſubiectæ, vide quod ſcripſi ſupra eodem ſignificaſti. in fi. vbi concord. opi. contrarias Gof. & Hoſtien. diſtinguo, an epiſcopus habeat compatronum, nécne. Ioan. And.

b *Vel alteri.* ſufficit quòd redeat ad eccleſiam. ad idem ſupra de his quæ fi. à præla. cum apoſtolica. xvj. quæſtio. j. cap. vlti. & res ad ſui naturam redit de facili. xxxv. diſtinct. ab exordio. ff. de pac. ſi vnus. §. quòd ſi non vt totum.

Gloſſa ſequens alleg. vnam concord. ſignat contrarium. dupliciter ſoluit ſolutionem impugnat, & reſpondet.

c *Cenſenda.* ſupra eodem illud. Contrarium videbatur per decre. ſupra eod. nullus vbi dicitur quòd nihil eccleſiaſtici iuris ſine conſenſu epiſcopi transfert in eccleſiam vel monaſterium. Sed excipe ius patronatus per prædictam decre. illud. Vel de ſpiritalibus intendebat prohibere, ſed non de ſpiritalibus annexis: ſicut ius patronatus. ſupra de iudi. quãto. ſecundum Hoſtien. ſed quia decre. illa eſt in iſto titulo vt faceret ad titulum: ſatis videbatur etiã ius patronatus prohibitum concedi ſine auctoritate epiſcopi: ſed ſatis facit ad titulum inquantum vetat ne patronatus donet eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi.

d *Derogari.* aliàs derogaretur, ſi aſſenſum præbuiſſet ſecundum formam quam habes ſupra de dona. paſtoralis. ADDITIO. Dic vt ibi: & hoc teneas, quòd vbi agitur ſolùm de tranſlatione iuris patronatus, conſenſus epiſcopi illi donationi præſtitus in nullo læderet ius epiſcopale. Ioannes Andreas.

*Ceſſionarius an poſſit intentare actiones ſibi ceſſas ab excommunicato.*

e *Quadrimeſtre.* non habebamus olim de hoc ita expreſſum tex. ſed ita ſeruabamus per decret. ſupra eod. cap. iij. & cap. cùm propter. quæ tamen hoc expreſsè non dicebant. habebamus glo. §. de offic. ordi. cùm vos.

Gloſ. ſequens reci. per obiect. & ſolu. demum ſoluit quæſtionem contra ſolu. alleg. vnam decre. & ſoluit. alleg. aliam, & remittit.

f *Semeſtre.* de conceſ. præben. in anti. cap. ij. Et ſic not. quòd qui in ius alterius ſuccedit, non vtitur eodem iure: cõtra regulam. j. de reg. iur. is qui in ius. & ff. eod. tit. qui in ius. & eſt hoc ideo, quia ex quo res facta eſt eccleſiaſtica, eccleſiaſtico debet iure cenſeri. Et idem dicebatur olim per decre. de præben. dilectus. vlti. in ant. & per ea quæ ibi not. ſic eſt etiã videre in cõuentionibus, vbi ex perſona ſucceſſoris forum mutatur: vt in prædicta regula dixi, & bene facit hec decr. ad quæſtionem de excommunicato qui donando ceſſit alteri actiones ſibi competentes: an ille cui facta eſt ceſſio, poſſit illo excommunicato manente illas intentare, & terminauit Barth. Brixi. in q. veneriali, quidã cùm eſſet. ſecundũ Tanc. quòd ſic: quia illud vitium excommunicationis perſonę adhærens, ad ſucceſſorem nõ tranſit: per. l. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. an vitium. & C. de acquir. poſ. l. vitia. & idem Guli. in Spe. de procu. §. vlt. circa princ. & ad hoc optimè. facit ſupra qui ma. accu. poſ. cum in tua. in fi. Arg. cõtra. §. de teſti. licet ex quadã. ſed illud in teſte, vt ibi not. Item contra ſupra eod. lib. de deci. ca. ij in fi. vbi ſoluitur in vlt. gloſſa.

Gloſ. ſeq. ponit primò tria exẽpla. ſecũdò quęrit, & ſoluit.

g *Eccleſiaſticus.* vnde legatus poſſet illas cõferre. §. eod. cùm

A dilectus. nõ poterunt variare. §. eo. paſtoralis. priuatur ſi præſentauit indignum. quod dic vt not. §. de offi. ordi. cùm vos. Quid dices ſi eccleſia & patronus laicus ſimul habent præſentare: nunquid habebunt ſex menſes vel quatuor tantum: vel alter ſex, alter quatuor? Dico ꝙ habebunt ſex menſes: ita ꝙ ratione communionis priuilegiũ eccleſiæ trãſeat ad laicum, ad inſtar eius quod dicimus de eo qui habet rem communẽ cũ pupillo. ff. quemad. ſer. amit. l. ſi communẽ, ita ꝙ per eccleſiam conſequetur quod per ſe conſequi non poſſet. ſi. ſupra de cõceſ. preb. cap. penult.

*Præſentatio ſpectãs patronum clericum & laicũ ſimul, debet fieri intra ſex menſes.*

Verùm licet patronus laicus ad præſentandum tempus habeat quadrimeſtre [e] duntaxat: eccleſia tamen vel monaſterium cui facta eſt à laico iuris patronatus collatio, tẽpus habet ſemeſtre [f]. Et omnino quantum ad præſentationem pertinet, nõ vt patronus laicus, ſed vt patronus debet eccleſiaſticus [g] reputari.

B

## DE CENSIBVS, exactionibus, & procurationibus.

DE CENSIBVS, *exactionibus, & procurationibus.*

Dictum fuit ſupra titu. proxi. de quodã iure competente in beneficijs eccleſiaſticis: verũ quia epiſcopi in beneficijs eccleſiaſticis ſibi ſubiectis habent aliqua iura: ideo ad nos informandum de iſtis iuribus annectitur rubrica de cẽſibus, exactionibus, & procurationibus.

*Continuatio.*

R*omana.* In prima parte dicitur quomodo & quando archiepiſcopus poſſit ſuam prouinciã viſitare. In ſecũda parte quæ incipit ibi, Sane. dicit quid in viſitando facere debeat: & quę crimina punire poſſit. In tertia quę incipit ibi, Procurationes. dicit quomodo & in quibus rebus procurationẽ recipere debeat. ADDITIO. In quarta ibi, Hanc autem conſtitutionem prorogat ad alios viſitantes, & proteſtatur. Hoſtiẽ. autem & Boa. diuidunt decre. in ix. partes, faciendo ſcilicet de quolibet. §. partem. Sed Ioan. Mo. diuidebat in duas partes: dicens quòd primò tangit formam viſitationis per archiepiſcopum faciendæ. ſecundò ibi, Hanc autem formã illã ad alios prælatos extendit. Prima iterum in

*Diuiſio.*

C duas: quia primo tangitur modus circa viſitationem faciendam. ſecundo in §. procurationes. circa procurationem recipiendam. Iterum prima in duas: quia primò tãgitur ordo viſitandi loca. ſecundo §. ſane. modus illa exhortandi. Adhuc prima in duas: quia primò tangit ordinem viſitandi capitulũ eccleſiæ ſuæ, & ciuitatem & diœceſim. ſecundo §. deinde. tangit ordinem viſitandi prouinciam. Ioan. And. Iſtud capitulũ ponit formã quã debet archiepiſcopus obſeruare volẽs ſuã prouinciã viſitare. Et diuiditur in tres partes. In prima enim parte ponit quomodo & quando poſſit archiepiſcopus ſuã prouinciã viſitare. In ſecũda parte ibi, Sane. ponitur quid debeat facere archiepiſcop᷒ in viſitãdo ſuã prouinciã. In tertia parte ibi, Procurationes. oſtẽditur quomodo & in quib᷒ reb᷒ debeat recipere procurationẽ. CASVS. Sicut epiſcopus debet ſuã diœceſim viſitare: ſimiliter archiepiſcopus poteſt totam ſuã prouinciã viſitare: & nõ ſolũ poteſt archiepiſcop᷒ viſitare ſuã diœceſim particularẽ, ſed etiã diœceſes ſuorũ ſuffraganeorũ. Sed quęritur quã formã debet obſeruare archiepiſcop᷒ in viſitatione faciẽda. Reſpõ. Rom. põ. ꝙ ipſe debet incipere viſitationẽ à capite, primò viſitãdo capitulũ ſuũ & eccleſiã ſuã metropolitanã: deinde eccleſias ſuę ciuitatis: deinde eccleſias ſuę diœceſis: & poſtea poterit viſitare diœce-

D ſes ſuorũ ſuffraganeorũ: videlicet illam quã primò maluerit viſitare. Sed ſi vnã ſemel inceperit viſitare, illã nõ poterit dimittere, & incipere aliã viſitare. qđ ſi fecerit: non poterit reuerti ad diœceſim ſemel viſitatam. quod verũ eſt: niſi fuerit requiſit᷒ ab epiſcopo illius diœceſis ad quã vult reuerti: vel de cõſenſu omniũ ſuorũ ſuffraganeorũ. Sed ponamus ꝙ archiepiſcop᷒ cœpit viſitare vnã diœceſim: & eſt vna eccleſia pauper quę non poteſt miniſtrare neceſſaria archiepiſcopo: qđ debebit facere archiepiſcop᷒? Reſpõ. ꝙ ipſe poterit notificare duab᷒ eccleſijs vt cõuocẽtur ſimul, & eũ procurẽt. qđ verũ eſt, ſi illę eccleſiæ poſſint cõmodè cõuocari. ſi autẽ cõmodè nõ poſſent cõuocari: ipſe archiepiſcop᷒ teneretur viſitare illã eccleſiã pauperẽ ſuis expẽſis. h. d. præſens textus vſq; ad verſiculũ, poſtquã. qui habet duos intellect᷒. Nã quidã intelligũt ꝙ archiepiſcop᷒ nõ poterit viſitare totã prouinciã niſi ſemel in vita, niſi faciat quod ſequitur: videlicet ꝙ ipſe faciat prius cõciliũ generale: & de cõſilio ſuorũ ſuffraganeorũ ordinet ꝙ decætero ipſe viſitabit totã prouinciã quolibet anno: & iſtud factũ fuit vt archiepiſcopus induceretur ad celebrandũ concilium prouinciale. Alij autem intelligunt ꝙ in vno anno non poterit iterare viſitationem, etiam ſi ſubſit iuſta



iuſta cauſa: niſi prius celebrato concilio ſuo prouinciali: & conſtituto in ſcriptis de cõmuni conſenſu ſuorum ſuffraganeorum ꝙ poſſit iterare viſitationem. Et ſi in prima viſitatione dimiſerit aliqua loca: debet in ſecunda viſitatione incipere ab illis locis dimiſsis. Quod verum eſt: niſi videat ꝙ alia loca prius viſitata magis indigeãt viſitatione ꝗ iſta loca non viſitata: quia ibi vigent mala magis quam in alijs locis. Sed quæritur, quid primo debet facere archiepiſcopus viſitans? Reſpondetur ꝙ primò debet prędicare verbum Dei: deinde debet inquirere de vita & moribus habitantium ibidem: videlicet clericorum, & laicorum: & debet illos examinare ſine iuramento: licet aliàs examinatio teſtis non valeat ſine iuramento. Et ſi inueniat aliquas diffamatos, & crimina non ſint notoria, nõ debet illos punire: ſed debet denuntiare ſuo ſuffraganeo: hoc eſt ordinario, vt illos puniat ſecũdum exigentiam criminis. Quòd ſi crimen ſit notorium, tunc archiepiſcopus poterit illos punire: quia tũc cõſtat de negligentia ſui ſuffraganei: & tunc iuriſdictio ſuffraganei eſt deuoluta ad ipſum archiepiſcopum. {Cleros & populos.} appellatione populi, vniuerſi ciues continentur: non autem comprehẽdũtur clerici: quia hic ponuntur tanquã diuerſa. Ex quo ſequitur quòd ſi interdicatur populus alicuius loci, vel indicatur aliqua pœna populo etiam per iudicem eccleſiaſticum, non comprehenduntur clerici: quia in iſtis odioſis verba ſtricte ſunt accipienda. {In ſcriptis.} Iſte eſt vnus caſus in quo ſcriptura eſt de ſubſtantia actus. regulariter autẽ ſcriptura non eſt de ſubſtantia rei geſtę: vt in l. pactum. C. de pactis. Fallit in caſibus hic enumeratis per gloſ. & ad eã quotidie recurritur. Poſtea Rom. pont. in §. procurationes, inhibet ſub pœna maledictionis æternæ, ne archiepiſcopus viſitans audeat recipere procurationem in pecunia numerata: etiam ſi procurantes & viſitati voluerint eum procurare in pecunia numerata: ſed quòd ſolum ipſe recipiat expẽſas moderatas in victualibus. Item præcipit Rom. pont. quòd ipſe archiepiſcopus à viſitatis nõ accipiat aliquod munus. quòd ſi contrarium fecerit: ipſe tenebitur reſtituere duplum illius muneris quod recepit. No. primò archiepiſcopũ nõ poſſe viſitare generaliter prouinciam, niſi primò incipiat à propria diœceſi. No. ſecundò quòd ſi epiſcopus nõ poteſt accedere particulariter ad quẽlibet locum: debet conuocare laicos & clericos ad vnum cõgruum locum illius viciniæ. Domi.

*Archiepiſcopus viſitans quid primò facere debet.*

*† Ecce ꝙ pia loca & monaſteria nõ comprehendantur ſub appellatione eccleſiarũ. §. eod lib. de ſup. negli. prela. ca. ij. Ioã. And. in ca. certificari. de ſepultu. in anti. Do. in cap. ſciant cũcti. in 4. no. de elec. lib. vj. Federi. conſi. 196. Font.*

## Innocentius quartus.

*Archiepiſcopus volens prouinciam viſitare, prius debet viſitare eccleſiam, ciuitatem, & diœceſim propriam, clericos & laicos earundem. h. d. Domi.*

CAPITVLVM I.

R*Omana eccleſia: & infrà.* Statuimus vt quilibet archiepiſcopus ſuam volẽs viſitare [a] prouinciam, prius [b] eccleſiæ ſuæ capitulum ac ciuitatem & diœceſim propriã plenè [c] viſitare procuret: nec ſit ſolùm erga maiorum ſed etiam minorum [d] eccleſiarũ, nec circa clericorum tantùm, ſed etiam populorum viſitationem intentus. Et ſi cõmodè vel abſque difficultate [e] accedere [f] ad vnamquamque nõ poterit: de pluribus locis ad vnum congruum [g] clericos & laicos [h] ſtudeat conuocare, ne in illis viſitatio poſtponatur.

*Viſitata ſua diœceſi, archiepiſcopus in parte vel in totum viſitat omnia loca eccleſiaſtica, clerum & populum prouinciæ, procurationem à viſitatis recipiendo. hoc dicit. Domi.*

Deinde liceat ei per totam prouinciam [i] vel eius partem viſitationis officium exercere, ciuitates & diœceſes, ſuffraganeos ſuos & eorum ſubditos, cathedralium † & aliarum eccleſiarum capitula & monaſteria, eccleſias & alia religioſa & pia [k] loca, cleros & populos liberè [m] viſitãdo, ac procurationes à locis tantùm recipere viſitatis [n].

*Archiepiſcopus poſt inceptam viſitationem in vna diœceſi tranſiens ad aliam, ad primam redire non poteſt: niſi de nouo reiteret in tota prouincia. Domi.*

Ex quo tamen aliquam de ipſis diœceſibus viſitare cœperit [o]: nunquam poſtea ſiue totam ſiue partem eius viſitauerit, reuertatur cauſa viſitationis ad illam priuſquam omnes reliquæ ipſius prouinciæ diœceſes in toto vel in parte (quas ſecurè viſitare poterit) & ſua denuò [p] fuerint viſitatæ. Quòd ſi fortè eadem diœceſis vel aliqua ibi eccleſia plus alijs indiguerit viſitari: tunc aliarum viſitatione intermiſſa redeat ad eandem, ſi à loci diœceſano † requiſitus [q] extiterit, vel de omnium aut maioris partis epiſcoporum eiuſdem prouinciæ proceſſerit conſilio & aſſenſus, ad quod ijdem ſe pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si verò malitioſè [r] in his difficultatẽ adhibuerint: archiepiſcopus licentiam ſuper hoc à ſede apoſtolica poſtulet confidẽter.

a *Viſitare.* per ſe, vel per alium cũ per ſe id nõ poteſt. §. de offic. ordi. inter cetera. x. q. j. epiſcopum. & quomodo tunc debeat ſolui procuratio, dic vt §. eo. lib. de offi. ordi. epiſcopus.

*Ratio à capite eſt edenda.*

b *Prius.* à capite eſt edenda ratio. ff. de eden. l. argentarius. & qui alios corrigit, prius corrigat ſe & ſuos. iij. q. vij. iudicet. de ſtatu reg. ea quæ §. ſi verò. in anti. vbi de hoc.

Gloſ. ſeq. exponit. quęrit. arg. pro & cõtra. ſoluit cõtrariũ.

c *Plenè.* ita ꝙ nulla parochia remaneat non viſitata, dummodo commodè viſitari poſſit: & viſitationis cauſa ſubſit: & ſunt hęc redigenda ad boni viri arbitrium. Sed nunquid ſufficiet ſynodum cõuocare, & plenè inquirere? Videtur quòd ſic ſuprà de accu. ſicut olim. xviij. diſtinct. quoniam. Sed dic

A contrà quoniam in tam breui tempore non poſſet ſingulorum inquiſitio fieri: tum quia ibi non conueniunt ibi omnes clerici & laici qui ſunt viſitandi: vt infra patet. tum quia ſubijcienda eſt res oculis: & perſonę præſentia multum operatur. ff. ſi. re. ſi irruptione §. ad officium. ſupra de offic. delega. cap. vlt. §. is autem cui. ADDITIO. De his in arbore conſang. poſt princ. Ioã. And.

d *Minorum.* ad hoc de appell. cap. de appellationibus. in ant. cum ſuis concord. de præben. maioribus.

e *Difficultate.* forte propter niues vel glacies, vel aliud cõſimile. de eccl. ædi. ad audientiam. ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis iudicio.

f *Accedere.* patet ergo quod ire tenetur: nec ſufficit ad ſuam eccleſiam cõuocare.

g *Congruum.* id eſt honeſtum & communem, & ſufficientem ad omnes recipiendos, prout erit poſſibile. ſupra de fide inſtru. accepimus. infra de priuileg. cùm perſonæ.

Gloſſa ſequẽs quęrit, & ſoluit.

h *Laicos.* nũquid populus procurabit? Nõ: vt not. Ioã. x. q. j. placuit. & ſic eſt conſuetudo.

Gloſſ. ſeq. ponit opinionem quam reprobat.

i *Prouinciã.* hoc intellexit Ber.[a] verũ, ſi ſuffraganei erant negligentes. alias ſecus. Sed dic contra: vt infra eod. cap. vlt.

k *Pia loca.* hoſpitalia, xenodochia, & huiuſmodi. ADDITIO. Grangias verò licet ſint ibi priuata oratoria, non includit ſup. eod. cap. ſi. Ioan. And.

*a Hoſt. hic cõtra. quod videtur placuiſſe Innoc. Ioan. And.*

*† No. hic ꝙ certo caſu ſuperior poteſt iudicare inferiores ſubditi ſui de illius conſenſu: quanquam ibi inferiores non cõſentiant: dummodo iudicet ſuperior in diœceſi ſubditi: quia extra ſine cõſenſu inferiorũ iudicare non poſſet. glo. in c. vt litigantes. §. eod. de offi. ordi. Do. Phil. Font.*

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

l *Et populos.* non ſimul ſed ſeparatim, cum talium vita ſit ſeparata xij. q. j. duo. nec promiſcuis actib᷒ officia ſunt turbãda. C. de teſti. conſulta. & melius procedit inquiſitio quando fit ſigillatim. de accuſa. inquiſitionis. §. tertiæ. in ant. & hoc verum, ſi qualitas negotij hoc expoſcit: alias in genere fiat inquiſitio. j. eod. §. ſane.

m *Liberè.* ſcilicet contradictione præſcriptione, vel appel-

D latione non ob. de præſcrip. in ant. cap. cùm ex officij. & cap. accedentes. j. eod. cap. vlt. Et ſupra de offic. ordi. licet. Ioan. Andr.

n *Viſitatis.* loca intelligo viſitata, ſiuè ſint illa quæ perſonaliter viſitat, ſiue illa quæ ad viſitationẽ conuocat. ſupra proxi. reſponſo in fine.

o *Cœperit.* caueat quòd compleat: aliàs in illa viſitatione nõ poterit reuerti: vt ſequitur. ADDITIO. Per quod not. Hoſti. cœpta complenda. C. de emen. Iuſti. Co. l. cordi. ad Silla. l. vlt. in fi. ſa. §. de reſcrip. literis. Ioann. And.

p *Sua denuo.* vt ſic ſecundum modum ſuperius dictum viſitationem ſecundam incipiat.

q *Requiſitus.* ergo non aliter: cùm per exitum renuntiauerit viſitationi illius anni. facit cap. quod ad conſultationem. de re iudi. in ant. niſi in caſu qui ſequitur: ſi autẽ maior pars epiſcoporum prouinciæ conſentiret ipſum reuerti, & diœceſanus epiſcopus contradiceret: adhuc reuertetur archiepiſcopus: vt ſequitur. ADDITIO. lxv. diſt. cap. j. & ij. Hoſtien. & Archid.

r *Malitioſè.* qui allegat fraudem, probare debet illam. ff. de proba. quoties. §. qui dolo. ſed eo quòd indigentia eſt notoria, fraus præſumitur. ad hoc ſupra de renun. c. ij.

Conſilio

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Expedita viſitatione non reiterat illam archiepiſcopus ſine conſilio ſuffraganeorum, & definitione in ſcriptis prius facta: debet tamen reincipere ab illis qui in prima non fuerant viſitati. hoc dicit Domi.

Poſtquam autem ſemel omnes prouinciæ ſuæ diœceſes viſitauerit, licitum ſit ei poſtea (prius tamen ſuffraganeorum ſuorum requiſito conſilio [a], & ipſius [b] definitione [c] ſuper hoc habita coram eis, quæ in ſcriptis [d] redigi volumus, vt poſsint alijs eſſe nota) viſitationem per eandem reiterare prouinciam iuxta modum ſuperius annotatum: etiam ſi non interueniat in hoc ſuffraganeorum ipſorum aſſenſus: illam ſemper prouidentiam adhibendo, vt in poſterioribus viſitationibus illas [e] eccleſias eoſque cleros & populos prius viſitet, qui non fuerant ab eo in prioribus viſitati [e]: niſi magis ſit alijs viſitationis officium opportunum.

Archiepiſcopus viſitans debet proponere verbum Dei, inquirere de vita miniſtrorum, & de pertinentibus ad diuinum officium, abſque iuramento infamatos ordinarijs denuntiet, & notoria crimina puniat. hoc dicit. Domi.

Sanè huiuſmodi impenſurus officium, propoſito verbo Dei quærat de vita & conuerſatione miniſtrantium in eccleſijs & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæteris quæ ad officium ipſum ſpectant, abſque coactione [f] & exactione qualibet iuramenti, ad ipſorum emendationem per ſalubria monita, nūc leuia, nūc aſpera iuxta datam ſibi à Deo prudentiam diligenter intendens. Quòd ſi de aliquibus [g] orta fuerit infamia: contra eos ordinarijs ipſorum, vt ſuper his ſolenniter inquirant, denuntiet, ſi viderit expedire. Notoria verò crimina quæ examinatione non egeant, cùm ſuper his meritò notari poſsit ordinariorum negligentia [h] eorundem, liberè corrigat, pœnam pro illis debitam [i] in- B fligendo.

Viſitator non in pecunia, ſed victualibus recipiet procurationem moderatam: nec familia ſua aliquid recipere poteſt etiam prætextu officij, nec ipſe nec ſui aliquod munus etiam oblatum recipient. hoc dicit. Domin.

Procurationes autem recipiat ſecundum quod eſt in canonibus [k] conſtitutum: nullam tamen pecuniam ipſe vel aliquis de ſua familia, occaſione alicuius officij [l] aut conſuetudinis, ſeu quolibet alio modo earum nomine, ſed in victualibus expenſas tantùm recipiat moderatas. Caueat inſuper ne ipſe vel quiſquam C ſuorum aliquod munus [m], quodcunque ſit, & qualitercunque offeratur, præſumat recipere: vt non quæ ſua ſunt videatur quærere, ſed quæ Ieſu † Chriſti. Quòd ſi fuerit contrà præſumptum, recipiẽs maledictionẽ incurrat, à qua nunquam (niſi duplum reſtituat) liberetur [n]. volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari.

Forma viſitationis præmiſſa ſeruari debet in epiſcopis & alijs prælatis inferioribus, regularium conſuetudinibus exceptis. hoc dicit. Domi.

A a Conſilio. In concilio quod annuatim facere debet. de accuſa. ſicut olim. in anti. nec dicit de aſſenſu vt ſupra proximo reſpōſo: quia ſiue cōcordant, ſiue diſcordent, hoc definire ad ipſum pertinet: vt ſequitur, ad hoc de arbi. cū olim.

b Ipſius. ſcilicet archiepiſcopi.

Gloſ. ſeq. ſoluit duo dubia.

c Definitione. dicit Innocent. quòd hoc modo fiet definitio: definimus per nos procedendum ad viſitationem prouinciæ noſtræ. & dixit quòd à tali definitione, cùm ſit ſuper executione officij ſui, non poterit appellari. de offic. ordi. irrefragabili. ADDITIO. Idem Hoſtienſ. & Archi. qui etiam dicunt nō requiri ꝙ hoc fiat cauſa cognita. Ioann. Andr.

Gloſſa ſequens ponit xxviij. caſus in quibus ſcriptura requiritur.

d In ſcriptis. Nota caſum [a] in quo ſcriptura requiritur. Alius, cùm quæritur de antiquiſsimo facto quod teſtib[us] probari non poteſt. ff. de proba. cēſus. de præſcrip. ad audientiam. in ant. de proba. cum cauſam. Tertius, in priuilegijs. ſuprà de priuile. porrò Quartus, in dimiſſorijs. ſeptuageſima diſtinctio. extraneo. Quintus, in redeunte ab hæreſi. prima quæſtione ſeptima ſaluberrimū. Sextus, in profitente vigeſimaſeptima quæſtio. prima omnes fœminæ. Septimus, in electione. de electio. quia propter. in anti. Octauus, in emphyteuſi. Cod. de iur. emphy. l. j. Nonus, in alienatione rei eccleſiaſticæ. xij. quæſtione ſecunda. ſine. decima quæſtio. ſecūda hoc ius. de ijs quæ fiunt à præla. cap. j. Decimus, quando appellatur ab interlocutoria. ſupra eodem lib. de appell. cordi. Vndecimus, quando quis variat circa procuratorem conſtitutum. ſuprà de procura. ca. j. Duodecimus, quando hoc agitur vt non valeat contractus, niſi in ſcriptis redactus ſit. ſupra de pac. capit. ij. Cod. de fide inſtrum. contractus. infra de reg. iur. contractus. Decimuſtertius, in ſententia excommunicationis. Decimuſquartus, in requiſitione tranſcripti ſententiæ excommunicationis. infra eodem lib. de ſententia excommunicationis, cùm medicinalis. Decimuſquintus, in caſu ſuprà eodem lib. de electione, vt circa. Decimuſſextus, in caſu ſuprà de offic. ordin. ſi canonici. eod lib. Decimuſſeptimus, in caſu ſuprà eodem lib. de elect. fundamenta. Decimuſoctauus, in donatione quę excedit quingentos aureos. Cod. de dona. ſi quis argentum. Decimuſnonus, ſecundum quoſdam, in fideiuſſore. Cod. de fideiuſſo. l. penult. Viceſimus, in minore iurante ſe maiorem. Cod. ſi minor ſe maiorem dixe. l. iij. Viceſimuſprimus, ſi pactum fiat cum aduocato de re immobili ſibi dāda. Cod. de ſuffragio. l. vnica. ij reſponſo. Viceſimuſſecundus, in ſolutione debiti in inſtrumēto publico contenti. Cod. de teſtib. l. teſtium. auth. rogati. Viceſimuſtertius, ſi quis cauit de debito in ſcriptis ex cauſa antecedenti, & vult probare. Cod. de non num. pecu. generaliter. Viceſimuſquartus, in teſtamento in ſcriptis redigendo. Cod. qui teſta. face poſ. hac cōſultiſsima. §. at cum humana. Viceſimuſquintus, in delegato papæ. de offic. delegat. cùm in iure. in anti. Cod. de manda. princ. l. vnica. Viceſimuſſextus. in libello criminali vel ciuili. ſuprà de libelli ob. cap. j. & ij. quæſtione prima legum. Viceſimuſſeptimus, in cauſa. ſuprà de tempo. or di. capit. j. & ij. quæſt. prima legum. Viceſimuſoctauus, in definitionis, ſuprà eodem lib. de re iudic. capit. vlti. {Viceſimuſnonus, in eleemoſynarum quæſtoribus. de pœnit. & re. cùm ex eo. in antiq. Triceſimus, in caſu extraua. Boni. proinde. in fin. Triceſimuſprim[us], in alia extrauagan. eiuſdem quæ incipit, iniunctæ. & hos duos addit Ioan. Mon. Triceſimuſſecundus, in caſu de electio. cauſam. Triceſimuſtertius, in cle. de iudic. dudum. Triceſimuſquartus, in conſtitutione. Io. execrabilis.} Et licet in ſupradictis requiritur ſcriptura, non tamen de neceſsitate in omnibus: alias autem regulariter inſtrumentis & teſtibus probari poteſt, ſuprà de fide inſtrum. cùm Ioānes. ſit tamen probatio leuius, facilius, & ſecurius per [b] ſcripturam. ff. de pig. l. contrahitur.

e Viſitati. præſumuntur enim magis indigere: & ideo ſunt primitus viſitandi, ſuprà in. §. quòd ſi fortè.

f Coactione. à principio non exigetur iuramentum per quod occultū prodere cōſtringatur: ex quo tamen ſine iuramento referūtur aliqua corrigenda, poterit inquiſitor ſup his exigere iuramentum. ADDITIO. Idem D Hoſtien. Ioann. Monac. & Archid. & vide in Spe. de inquiſitio. §. ij. verſic. licet autem. & verſic. vt autem. vſque ad finē. §. Ioann. Andre.

g De aliquibus. de quibus interrogatur: de plano nil dicūt: & tunc denuntiabunt epiſcopis vt inquirant ſecundum formam decre. de accu. qualiter. ij. in ant.

h Negligentia. xviij. diſt. peruenit.

i Debitam. ſcilicet ſtatutam in iure, niſi ex cauſa fieret commutatio: alias arbitraria infligatur. ſuprà de officio delegati, ca. de cauſis.

k Canonibus. x. quæſt iij. relatum. ſuprà eod. cùm apoſtolus. & c. ſopitæ. & cap. cùm nuper.

l Officij. ſcriptoris, ſigillatoris, & ſimiliū officiorum. ADDITIO Allegat Hoſtien. de ſimo. c. j. & j. quæſt. ij. ſicut epiſcopum. in auth. vt iudi. ſine quo. §. hæc omnia. & §. ſic igitur. coll. ij. Ioan. And.

m Aliquod munus. ex hoc textu nota quòd viſitans non poteſt recipere aliquod munus. concordat in delegato quo ad non eſculenta: ſed quo ad eſculenta quæ paucis poſſent conſumi diebus, diſcordat: vt ſupra eodem lib. de reſcrip. ſtatutum §. in nullo. Domi.

n Liberetur. additur pœna. j. cap. proxi.

*a Hic glo. ponit 28. caſus ī quibus ſcriptura requiritur: quorū 23. poſuit hic Hoſti. & Io. Mo. poſt eū. omiſit enim 15. 16. 17. 27. & 28. Ioā. addit de 6. vt dicam in fi. glo. Guil. autem in Spec. de inſtrum. edit. §. reſtat. hos caſus proſequitur. ſed aliter quàm hic.*

*Teſtes & inſtrumenta regulariter æquiparātur.*

*b Ad iſtam gl. vide nota. modernorū. l. ſiue apud acta. C. de tranſ. & Hippo. in rubr. C. de proba. Font.*

*† Al. deeſt Ieſu.*





Hanc autem viſitandi formam ab vniuerſis etiam epiſcopis aliiſque [a] prælatis ordinario iure ſuos ſubiectos viſitantibus, plenè obſeruari præcipimus: ſaluis [b] ſuper hoc rationabilibus & approbatis religioſorum conſuetudinibus, & regularibus inſtitutis.

Gregorius decimus in generali concilio Lugdunen.

Quia decre. Innocen. 4. ſuprà proxi. non bene ſeruabatur in illo capitulo quo præceperat procurationes in victualibus non in pecunia recipi, & non recipi munera, nec etiam procurationes in victualibus à locis non viſitatis: illam confirmat pœnas adiiciens. Ioan. Andreæ.

CAPITVLVM II.

EXigit [c] peruerſorum audacia, [d] vt non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti, ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus [e]. Conſtitutionem [f] itaque felicis recordationis Innocen. papæ quarti prædeceſſoris noſtri editam ſuper non recipiendis in pecunia procurationibus, ac ſuper receptione munerum viſitantibus eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire [g], volentes inuiolabiliter obſeruari: eam decernimus pœnæ adiectione iuuandum: Statuentes [h] vt vniuerſi & ſinguli qui ob procurationem ſibi ratione B viſitationis [i] debitam exigere [k] pecuniam [l], vel etiam à volente [m] recipere, vel aliàs conſtitutionem ipſam recipiendo munera [n], ſiue viſitationis officio [o] non impenſo [p] procurationem in victualibus, aut aliquid aliud [q] procurationis occaſione violare præſumpſerint: duplū [r] eius quod receperint, eccleſiæ à qua id receptum fuerit, intra menſem reddere teneantur [ſ]. Alioquin ex tūc [t] patriarchę, archiepiſcopi, epiſcopi duplū ipſum vltra prędictū

a Aliiſq;. ſcilicet archidiaconis & plebanis ſupra eodem cùm apoſtolus.

b Saluis. ad hoc ſupra de ſta. mo. in ſingulis.

EXigit. } Sunt tres partes. Prima ponit exordium. Secunda ibi, Conſtitutionem. finem decr. ſ. proxi. repetit addens menſem. Tertia ibi, Alioquin. pœnam apponit, diſtinguendo ſtatus delinquentiū. Ioann. Andreæ.

Epiſcopus vel alius ad quem pertinet viſitare, nō poteſt procurationem recipere in pecunia, etiam à volentibus: nec etiā in victualibus à locis non viſitatis: nec etiam dona recipere debet. quòd ſi contrarium fecerit, punitur pœna hic contenta. h. d. Iſtud cap. emanauit ad declarationem illius quod dicitur in cap. præcedenti in fine. CASVS. Dictum fuit in §. procurationes ſupra cap. proxi. quòd exigentes procurationem ꝓ viſitatione in pecunia etiam à volentibus, vel in victualibus à locis non viſitati, & recipientes aliqua munera à perſonis viſitatis, quòd ipſi tenentur reſtituere duplū illius quod receperunt ſub pœna maledictionis æternæ: à qua abſoluendi non ſunt, niſi prius reſtituerint duplum illius quod acceperunt. Vnde multi non curabant de illa maledictione: ideo Roma. pontifex per iſtud cap. aggrauat illam pœnam: videlicet ꝙ exigentes procurationem in pecunia numerata etiam à volentibus, vel in victualibus: reſtituant duplum illius quod acceperunt, intra menſem: aliàs elapſo menſe ſunt interdicti: & ſi decederent durante interdicto, eſſent ſepeliendi in terra profana, & non in cœmeterio. Et habet locum hæc pœna in epiſcopis & archiepiſcopis: ſed alij inferiores ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio donec reſtituerint illud duplum. Et poſito quòd dantes munera vellent eis remittere: nihilominus accipientes tenentur illa reſtituere in duplum. Nota primò ex prin. cap. rationem quare fuerunt pœnæ inuentæ à iure, videlicet vt delinquentes abſtineant a malo ſaltem formidine pœnæ. cap. felicis. ſupra de pœ. Not. quòd viſitans non debet recipere procurationem in pecunia, ſed in victualibus: nec debet exquirere delicatas epulas: ſed communibus epulis debet eſſe contentus. Nota quòd viſitans non debet recipere procurationem etiam in victualibus à locis non viſitatis. Not. quòd delinquens contra tenorem cap. j. ſupra eod. tit. & lib. in. §. procurationes. tenetur reſtituere duplum illius quod accepit. Not. vlterius iuncta glo. quod vbi venit imponenda pœna affligens perſonam, mitius puniuntur exiſtentes in dignitate quàm alij inferiores: & hoc quando afflictio venit imponenda in pœna corporali. ſecus ſi imponeretur pœna pecuniaria: quia tunc grauius eſſent puniendi maiores quàm minores. Nam hic habemus ꝙ pro eodem delicto grauius puniuntur archipresbyteri quàm epiſcopi. Not. vlterius ꝙ iſtud ca. quantum ad pœna corrigitur per cap. ſequens. Not. inſuper quare addatur pœnā legibus prohibitiuis: videlicet propter audaciam peruerſorum, qui nō curant prohibitionē legis. Not. finaliter quid ſit exigere: quia non eſt recipere à volente, ſed potius extorquere ab inuito.

Gloſ. ſequens ponit conſtitutionis cauſam.

c Exigit. bene dicit. exigit: quia magna ratio ſuadet ob maleficia pœnas ſolui. ff. de fideiuſ. ſi à reo. §. id qđ. & fuerunt ſumpta hęc verba ex auth. de depo. §. ſed ne per hāc. colla. vj.

d Audacia in mala parte ponitur. ſic. iij. diſt. factę. C. de ſepul. viola. pergit audacia. quandoque ponitur in bona: vt. viij. q. j. audacter. C. de iur. rē non nouā. in fi. ADDITIO. Et. xxxij. quæſt. v. ſi Paulus. ver. caue. dicit Io. Mo. quòd audacia pro- A prie eſt vitium: cuius vitij contrarium vitium eſt puſillanimitas, quorum medium eſt fortitudo. Ioan. And.

e Imponamus. vt quos Dei timor &c. de vi. & hone. cleri. vt clericorum. lxxxij. diſtin. plurimos. in fi. Et dicit papa, cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei vel noſtra reuerentia nō coercet. infra de pœ. felicis. §. in præmiſsis.

f Conſtitutionem. ſ. c. proxi. §. j. &. §. procurationes. vbi tria ſtatuta erāt quę hic cōfirmantur appoſita pœna. Primū, quòd procuratio recipiatur ſolùm à locis viſitatis. Secundum, quòd ſolùm in victualibus. Tertium, quòd viſitantes vel familiares munera non recipiant.

g Præterire. maledictionis pœnā ibi appoſitam nō curantes. nec excuſantur quia multi: quia nō minus ardebunt qui cū multis ardebunt. ſecūda quæſt. j. multi. in fi.

h Statuentes. quod. ſ. ca. proxi. in archiepiſcopis dictum erat principaliter, hic ad omnes extēditur quibus cōpetit viſitare.

i Viſitationis. in alijs ergo procurationibus quæ debētur legatis, vel nuntiis apoſtolicæ ſedis, vel quæ debentur ratione conſuetudinis, vel C ratione pacti in fundatione vel conſecratione appoſiti, non habent locum hæ decre. de quibus habes ſupra eod. quanto. & c. procurationes. & c. cū nuper. & xviij. q. ij. Eleutherius.

k Exigere. id eſt, ab inuito extorquere. ff. de leg. iij. fidei commiſſa. §. ſi rem.

l Pecuniam. ſecundum Inno.[a] & Hoſt. & G. & Gar. pro vecturis & ferraturis equorum pecuniam exigere poſſunt ſi indigeant.

ADDITIO. Si intelligas de indigentia per quam impediretur viſitatio, vera ſit gloſ. de regulis iuris, quod non eſt, in anti. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. recitetur per obiectionem.

m Volente. quod dic vt infra cap. proxi. Nota caſum ſpecialem in quo parificantur iſta duo, exigere, & à volente recipere. ſic ſupra eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. cum §. ſeq. ſic. C. lib. xij. publicæ lætitiæ vel conſulum nuntia. l. vnica in ſi. cùm alias ſæpius ſit licitum recipere, quod non licet exigere. xviij. diſtin. de eulogijs. de ſimo. dilectus. ff. de va. & extrator. cog. l. j. §. eſt quidem.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem & opinionem.

n Munera. cōſultè facit viſitās ſi ab omni munere ſe abſtinet. D j. q. j. ſunt nōnulli. & ſ. eo. tit. c. proxi. §. penult. Credit tamen Gar. ꝙ ſi modicum eſculentū vel poculentum recipiat[b], ꝙ nō ſit veriſimile ꝙ aliquē moueat, vel donantē pauperiorē faciat, non habet locum pœna, arg. de ſimo. & ſi quæſtiones. ff. de offi. præſi. l. plebiſcito. quia talia non trahuntur ad munera. ff. de offi. procon. l. ſolent. ad finem. ad hoc. ſ. de dona. inter vi. & vxo. cap. vlti. ſ. eo. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper.

o Officio. quod qualiter exercere debeat, colligitur. x. q. j. placuit. & ſupra cap. proxi. §. ſane.

p Non impenſo. ille cui ex ordinaria poteſtate competit viſitare, impeditus, per aliū viſitare poteſt: & ille viſitans procurabitur, non ille qui commiſit. quod dic vt ſupra de offic. ordina. ſi epiſcopus. eod. lib.

q Aliud. xiiij. q. iij. plerique. de ſimo. in tantum.

r Duplum. xxiij. quæſtione. j. militare. xviij. diſt. quoniam j. q. j. concuſsionis. & cap. ſeq.

ſ Tenentur. ſaluo eo quod dicitur. j. proxi. {Et vide quod ibi not. in. j. glo.} & tenetur etiam familia de eo quod percepit: & ipſe epiſcopus tenetur de facto ipſorum. lxxxvj. diſtin. an putatis. ſupra eo. lib. de elect. generali. §. vlti.

t Ex tunc. elapſo menſe.

*Pœnæ quare ſunt inuentæ.*

*Pœna corporali mitius puniuntur ſuperiores q̃ inferiores.*

*Ratio ſuadet ob maleficia pœnas ſolui.*

*Specificat tria repetita.*

*a Bene tenuit hic Innocen. in c. procurationes. eod. tit. vt ibi ſcripſi ſuper ver. procurationum. ſed ipſe intendit de ea parte quæ de legatis & nuntiis loquitur. Ioā. And.*

*Viſitās an poſsit viſitationis tēpore recipere munera.*

*b Exportandū, non tunc edendū vel bibēdum: quia nō eſſet dubitatio: cū tunc procuretur, puta ſi portet aliquos capones, caſeos vel flaſcos vini, bene facit ſi etiā ab his abſtinet. et vide quod dixi ſuprà cap. proxi. §. caueant. ſuper ver. quodcunq;. Ioan. And.*

tempus reſtituere differentes, ingreſſum ſibi eccleſiæ ſentiant † interdictum [a]: Inferiores [b] verò ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos [c], quouſque [d] de duplo huiuſmodi grauatis eccleſiis plenariam ſatiſfactionem impendant: nulla eis in hoc dantium remiſsione, liberalitate ſeu gratia valitura [e].

† *In veteri exemplari deeſt, ſentiant.*

Bonifacius octauus.

*Viſitator recipere poteſt procurationem in pecunia volentibus viſitatis. Sed vna die vltra vnam procurationem non recipiet, licet plura viſitauerit loca. hoc dicit. Domi.*

CAPITVLVM III.

FElicis recordationis Gregorius papa.x. prædeceſſor noſter prohibuit in concilio Lugdunen. [f] ne aliqui [g] ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere [h] pecuniam præſumerent, vel etiam recipere à volente [i]. Verùm quoniam rerum experientia [k] nos inſtruxit ex hoc tam perſonis viſitantibus quàm locis & eccleſiis viſitatis multa incommodorum diſpendia [l] prouenire, concedimus [m] vt patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & alij quibus ex officio [n] competit viſitare, à volentibus eccleſiarum & locorum viſitatorum rectoribus ſeu perſonis pecuniam licitè recipere valeant pro ſumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus quibus

B viſitationis officium perſonaliter exercebunt: Adiicientes quòd non liceat viſitanti niſi vnam procurationem recipere vna die, ſiue vnum locum ſolum viſitauerit, ſiue plura: † etiam ſi locus quilibet viſitatus ab illo ſufficeret ad procurationẽ integrã perſoluendã [o], cũ eidem ſufficere debeat vt tẽporalia metat à locis perſonaliter viſitatis pro diebus quib⁹ eis ſpiritalia ſubminiſtrat. Cætera [p] verò in eiuſdẽ prędeceſſoris cõſtitutione cõtẽta, in ſuo volumus robore perdurare.

Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.

a *Interdictum.* nouerint, quod eſt infra. à tali pœna incipit cũ iſtis maioribus: vt ſupra eod. lib. de offic. delega. ca. ij. & ſi durante interdicto iſti moriantur, nõ ſepeliuntur in cœmeterio: & ſi interim celebrent in eccleſia in ſuo officio ſicut prius, irregulares efficiuntur: vt infra de ſenten. excom. is cui.

b *Inferiores.* & ſic magis punitur minor q̃ maior. de quo dic vt. xl. diſtin. homo chriſtianus. & ſupra de iureiur. cum quidã.

c *Suſpenſos.* ſi interim celebrẽt vt pri⁹, ſunt irregulares: nec poterunt ab alio q̃ à papa abſolui. ſupra de re iudica. cùm æterni. infra de ſenten. excom. cùm medicinalis.

d *Quouſque.* ergo facta reſtitutione ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia abſolutionis. lxxxj. diſtin. ſi qui. cum ſuis concor. de ſponſa. non eſt. in anti.

ADDITIO. Propter dubium ſatiſdationis facienda eſſet declaratio: & vide quid no. in cle. de deci. cap. j. ad fi. in glo. ſic ſuſpenſi. Ioann. Andreæ.

Gloſ. ſeq. recitetur per obiectionem & ſolutionem, & remiſſionem.

e *Valitura.* Not. caſum vbi rem meam vel mihi debitam remittere nõ poſſum: licet nil ſit tam naturale quàm voluntate domini rem ſuam in alium transferri. inſt. de re. diui. §. per traditionem: & de hoc dic vt dixi ſupra eo. lib. de reſcript. ſtatutum. §. ſi quid autem.

*Diuiſio.* FElicis.} Sunt quatuor dicta. Primò recitat ius antiquum. Secundo ibi, Verùm. illud temperat in parte ſecunda. Tertio ibi, Adiicientes. addit & declarat. Quartò ibi, Cætera. in reliquis ius antiquum conſeruat. Ioan. And. Ortum habuit ab iis quæ not. Guli. ſupra cap. proxi. vbi dicebat ſe à Domino Gregor. audiuiſſe de mente ſua fuiſſe quod hic ſtatuitur. ADDITIO. Et quomodo reuoluebat literam vt hunc ſaperet intellectum, vi. ſuper ver. non impenſo. in ca. ſupra proxi. Ioann. Andr. Procuratio poteſt licitè recipi in pecunia, ſed non exigi. hoc dicit. Et ſic per iſtud cap. eſt correctum. cap. præcedens. CASVS. Dictum fuit ſupra ca. proxi. quòd habens viſitare poteſt à locis viſitatis recipere procurationem in victualibus, ſed non in pecunia, etiam à volentibus ſoluere in pecunia. Sed vtrum iſtud ſit verum indiſtinctè? Reſpondet Romanus pontifex dicens quòd illa conſtitutio vertebatur in grande detrimentũ prælatorum, & etiam ſoluentium procurationem: ideo ſtatuit vt ſi quis velit conuenire cum prælato, poterit, vt pro procuratione recipiat aliquam certam pecuniam. ſed ſi velit procurare prælatum viſitantem, non tenebitur dare pecuniã. & quo ad cætera remanet. cap. præcedens incorrectum. Veruntamen dicit Romanus pontifex quòd ſi epiſcopus velit viſitare vna die plura loca, poteſt: ſed non exiget niſi vnam ſolam procurationem. ſed hodie prælati habent diſpenſationem à papa viſitandi plura loca vna die: & à quolibet recipere integram procurationem. & iſta prohibitio cum ſit à iure poſitiuo, potuit tolli per contrariam diſpenſationem: licet non deberet fieri ſine iuſta cauſa. Not. primò quòd papa eſt ille qui facit conſtitutiones in concilio. Nota ſecundò quod quandoque ex antiqua conſtitutione inducitur incommodum: ſed illa conſtitutio debet mutari. ad hoc de conſangui. & affi. non debet. in anti. Dom.

f *Lugdunen.* ſupra cap. proxi.

g *Aliqui.* Innoc. iij. in archiepiſcopis prohibuerat principaliter: & demum ad omnes extenderat ſupra ca. j.

h *Exigere.* circa hoc nil corrigitur vel mutatur.

i *A volente.* hoc eſt quod infra recipit mutationem.

A k *Experientia.* ſic. ʃ. eo. lib. de elect. quàm ſit. cũ ſuis cõcor.

l *Diſpendia.* presbyter ruralis qui non habet niſi vnum gauſape forte ſine manutergio, & vnicũ lectulũ, quomodo procurabit & hoſpitabit epiſcopũ, cũ nec forte domus ſufficiat, poſito q; abundarent reliqua: & epiſcopus quomodo in vili domo manebit [a]? Vtilis ergo fuit hæc conſtitutio quæ tollit hæc diſpendia.

*a Portatio etiam victualium ad locũ cõpetentem, eſſet onerosa. Ioan. And.*

Gloſ. ſeq. oſtendit quomodo ius antiquum renouatũ eſt.

m *Concedimus.* hic ω reuolaunt ad α, id eſt extremitas ad principium. xxxv. diſtin. ab exordio. Olim enim ab iis qui procurationem victualium parare debebant, inuitis procuratio in pecunia exigi non poterat. x. q. prima relata. ſed à volentibus bene poterat in pecunia recipi, & certa ſumma taxari. x. quæſtione iij. relatum. idem eſt hodie per hãc decre. & eſt æquiſsimum: vt dixi in proxi. glo.

n *Officio.* ſatis hoc puto locum habere non ſolum in ordinarij officio, ſed etiã delegationis: cum vtrobique eadem ſit ratio. non ob. quod infrà dicitur perſonaliter: quia intelligo quòd cum perſonaliter viſitant, pro ſuis victualibus à viſitatis pecuniam recipiant. cum autem per alios, non ipſi ſed illi victualia vel pecuniam pro eis recipient: vt ſupra eo. lib. de offi. ordi. ſi epiſcopus.

*† Per hunc textum vnica prouiſionem pro exercitio dici aſſignatã no multiplicari, quanquam vno die factas quod alius faciendo occuparet duos. vnde curſitantes decies ad eccleſiam, nõ obtinẽt niſi ſemel indulgentiã. ca. cum ex eo. de pœnit. & remiſ. in antiquis. Archi. 6. q. 1. vnitate. Font.*

C

o *Perſoluendam.* alias enim poſſet totam ciuitatem vna die viſitare. & tot procurationes recipere quot ibi eſſent eccleſiæ: quod eſſet abſurdum. {Et eſſet acceſſorium maius principali: vt dixi in text.} Numerus ergo procurationum non excedat numerum dierum ſupra eo. procurationes.

p *Cætera verò.* ſcilicet circa exactiones, ſtatuta, & circa procurationes etiam in victualibus non recipiendis à locis non viſitatis: & circa munera non recipienda à viſitantibus vel eorum famulis cum pœnis ſuperius ſtatutis.

QVanquam.} Primò ponit exordium. Secundò prohibitionem: ibi, Cùm igitur. Tertiò pœnas tranſgreſſorũ: ibi, Qui verò. Et hæc decretal. plenius prouidet quàm Alexandrina. ca. quia nonnulli infra de immu. eccle. prouidiſſet: vt ibi dicam in princip. Ioan.

D Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum quid ſit pedagium & guidagium: de quo in glo. in cap. ſuper quibuſdam. de verborum ſignificatione, in antiq. Vnde ſciendum quòd pedagium dicitur illud tributum quod ſoluitur pro rebus quæ transferuntur de vno loco ad alium: & in iure vocatur vectigal. Guidagium verò dicitur illud tributum quod datur pro ſalariandis hominibus liſecure conducunt tranſeuntes extra loca periculoſa.

CASVS. talis eſt. Certum eſt quòd tam conſtitutione diuina quàm humana, clerici, eccleſiæ & res clericorum ſunt exemptæ & immunes à præſtatione exactionum & tributorum quæ conſueuerunt præſtari per homines ſeculares. Sed ponamus quod aliquis fecit contrarium: quia contra talem prohibitionem quæ eſt tam à iure diuino, ciuili, quàm canonico, fecit indebitam exactionem, & compulit clericos ad ſoluendum pedagia, guidagia, & alias exactiones pro ſe vel pro rebus ſuis. quæritur qua pœna veniat puniendus? Reſpondet quòd ſi ſit perſona ſingularis quæ fecit iſtas exactiones: tunc ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis. ſi autem ſit vniuerſitas vel collegium, puta communitas vel vniuerſitas ſcabinorũ alicuius ciuitatis, tũc illa vniuerſitas eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico: nõ autẽ incurrit excõmunicationẽ. Hodie autẽ emanauit



Idem.

*Si vniuerſitas vel ſingularis perſona eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſoluere pedagia, vel guidagia vel exactiones pro rebus ſuis quas cauſa negotiationis non deferunt, vel pro perſonis: ſingulares ſunt excommunicati, & vniuerſitas interdicta: nec prodeſt contraria conſuetudo. Cle. hoc addit quòd diœceſani quibus conſtat aliquos has ſententias incidiſſe, illos publicare debẽt, & ipſas ſententias facere obſeruari. eo. tit. præſenti. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM QVARTVM.

QVanquam pedagiorũ [a] exactiones tam iure canonico [b] quàm ciuili [c] regulariter merito ſint damnatæ: † tanto tamen diſtrictius ne ab eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto ſi id fiat, maioris [d] inde tranſgreſsionis reatus incurritur, et offenſa euidentior comprobatur. Cùm igitur eccleſiæ eccleſiaſticæque perſonæ ac res † ipſarum [e] non ſolùm iure humano [f], quinimo & diuino [g], à ſecularium perſonarum exactionib⁹ ſint immunes: conſtitutionem [h] felicis recordationis Alexandri papæ quarti prędeceſſoris noſtri (qui ſtatuit eccleſias & perſonas eccleſiaſticas ad pedagia & guidagia penitus nõ teneri, nec ad exhibendũ vel ſoluendum talia pro rebus ſuis propriis quas non cauſa negotiandi [i] deferunt, vel deferri faciunt ſeu tranſmittunt) volentes propter multorum inſolentiam & abuſum pœnæ adminiculo adiuuare [k], adiicimus diſtrictius inhibendo contraria conſuetudine [l] quorumcunque, quæ dicenda eſt corruptela verius, non obſtante, vt nec collegium [m], nec vniuerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona, cuiuſcunque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, à præfatis eccleſiis, aut perſonis pro perſonis ipſis aut rebus prædictis [n]

B talia exigat vel extorqueat per ſe vel per alium [o] ſuo nomine vel etiam alieno [p], aut eas ad huiuſmodi perſoluenda compellat. Qui verò contrà fecerint, ſi perſonæ fuerint ſingulares [q], excommunicationis: ſi autem collegium vel vniuerſitas [r] ciuitatis, caſtri ſeu loci alterius cuiuſcunque, ipſa ciuitas, caſtrum vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant: nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè reſtituerint, †

C & de tranſgreſsione ſatisfecerint [s] competenter.

Idem.

*Archiepiſcopus viſitare poteſt prouinciam ac etiam iterare, licet ſuffraganei non ſint negligentes: & tunc confeſsiones omnium audire, abſoluere, & pœnitentias imponere. hoc dicit. Domi.*

CAPITVLVM QVINTVM.

PErpetuo declaramus edicto, archiepiſcopũ poſſe

emanauit cle. præſenti. eo. tit. quæ præcipit epiſcopis & aliis locorum ordinariis vt ipſi publicent iſtas pœnas & ſententias: & præcipit illis ſub pœna excommunicationis, ne ſint remiſsi in publicandis iſtis pœnis. Not. quòd ſi clerici tranſferant perſonas ſuas de loco ad locum: licet faciant cauſa negotiationis: tamẽ pro perſona ſua non tenentur ſoluere exactiones vel alia tributa: nec etiã ſi transferant res beneficiorum. Sed ſi transferant fructus patrimoniales cauſa negotiationis, tenentur ſoluere pedagia, & alias exactiones. ſecus ſi neceſsitate ſua: quia tunc non teneretur ſoluere pedagia neq; alia tributa.

*Not. primò quòd bona clericorum eodem priuilegio gaudẽt quo bona eccleſiarũ, concor. ſunt in glo. Not. ſecundò hic text. expreſſum quod priuilegium immunitatis ſunt cõceſſum clericis de iure diuino. concor ſunt in glo. & ſic eſt hic text. pro dictis doctorũ de iure, et obe. cap. 2. Domi.*

a *Pedagiorum.* quid ſint guidagia, & quid pedagia, vide ſupra de verb. ſigni. ſuper quibuſdam.

b *Canonico.* præd. decre. ſup quibuſdã.

c *Ciuili.* C. vect. noua inſti. non poſſ. l. nõ ſolent. C. de ſacroſan. eccle. l. placet. xvj. q. j. c. generaliter. §. placet. alias lib. §. nouarum. Ioan. Andre.

*† Ergo eas facere probabit hoc ſi bi icere. j. c. 1. 2. de immu. eccle. l. 1. C. vecti, no. Dom.*

d *Maioris.* ſcilicet q̃ ſi exigantur à laicis. Idem Archi.

*Pho. Clerici pro rebus ſuis vel eccleſiæ nõ tenetur ad tributa.*

e *Ipſarum.* ſcilicet eccleſiarũ & eccleſiaſticarum perſonarũ. nam res clericorum eodẽ priuilegio gaudent, quo res eccleſiarum: vt. xvj. q. j. ſimiliter. & rationẽ ibi no. Ioan. & Ber. ſupra de pigno. ex literis. in gl. pcnul. nec eſt illud vniuerſaliter verum: vt not. Ioã. xvj. quæſt. iiij. cap. j.

*† Non patrimoniales. Phil. cũ glo. ipſarũ. in fin. per glo. in d. l. 1. Co. Ro. in l. ſi. publicanus. §. de reb. ff. de pub. Fõ.*

f *Humano,* poſitiuo: vt dictum eſt ſupra.

g *Et diuino.* legitur Gene. xlvij. vltra medium: Subiecit Ioſeph omnem terram Aegypti Pharaoni, & cunctos populos ei⁹ à nouiſsimis terminis Aegypti vſque ad fines eius præter terram ſacerdotum. & ſequitur ſic: Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti quinta pars regibus ſoluitur: & factum eſt quaſi in legem, præter terram ſacerdotalem, quæ libera ab hac conditione fuit. & j. Eſdræ. vij. vltra medium, vbi dixit rex Artaxerxes ſuis miniſtris: Vobis quoque notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus & leuitis, cantoribus & ianitoribus & miniſtris domus Dei: vt vectigal & tributum & annonas nõ habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. & concordat ad hoc ſupra de immu. eccle. non minus.

*Clericorũ bona an gaudeant eodem priuilegio cũ bonis eccleſiarum.*

*Clerici ſũt immunes ab exactionibus perſonarum ſeculariũ de iure diuino.*

h *Conſtitutionem.* quam habes infra de immu. eccle. cap. j. & pro parte eius mentem vide hic deciſam.

i *Negotiandi.* ad hoc de vi. & ho. cle. c. vlti. Et not. in iis quæ negotiationis cauſa portantur, non in propriis, vel in iis quę portantur ad vtilitatem fiſci, ſoluuntur exactiones iſtæ. C. de vec. & commiſ. l. vniuerſi.

k *Adiuuare.* ſupra eo. exigit. in prin.

l *Conſuetudine.* ad idem ſupra eo. tit. & lib. Romana. §. procurationes. ſupra de capel mona. c. vnico. cum ſimi.

m *Collegium* ex quibus hæc cognoſcantur: vt no. ſupra de exceſ. præla. dilecta.

n *Prædictis.* propriis ſcilicet, quas cauſa negotiationis non deferunt.

Sextus.

A o *Per alium.* infra de reg. iur. qui per alium.

p *Alieno* xlvj. diſt. ſicut nõ ſuo. infra de reg. iur. quod alicui.

Gloſ. duæ ſeq. recitari poſſunt per duas quæſtiones.

q *Singulares.* etiam epiſcopi [a]: quia decre. quia periculoſum. de ſententia ſuſpenſionis & interdicti loquitur. Idem Archi.

*a Idẽ De. Font.*

r *Vniuerſitas.* in collegium enim vel vniuerſitatem excommunicationis ſentẽtia proferri non debet. infra de ſenten. excom. Romana. §. in vniuerſitatem. vbi de hoc. & intelligo hoc etiam de vniuerſitate vel collegio eccleſiaſtico. Idem Ioann. Monac. & Archidiaconus: vt ſuprà de perſonis dixi in proxi. gloſſa & facit. ff. ſi ſer. vend. l. altius. & de natis ex lib. ventre, cap. vnico. de decim. quamuis in anti.

*Excommunicatio non debet ferri in vniuerſitatem vel collegium.*

ſ *Satisfecerint.* ad inſtar excommunicati pro manifeſta offenſa. ſuprà de verborum ſignificatione, ex parte. j. & cap. ſeq. infra de ſent. excommunica. ca. ſolet. & cap. venerabilibus.

PErpetuo declaramus edicto.} Sunt duæ partes. Secunda ibi, Poteſt etiam. Et prima ponit dictum de viſitatione, iteratione, & procuratione. Secunda vitiat conſuetudinem contrariam: ibi, Cõſuetudine. Emanauit ad declarationem decre. ſupra eo. tit. & lib. Romana. & correctionẽ eorum quæ ibi not. Bern. & ſupra eod. cap. nuper. & ſupra de accu. ſi cur olim. ADDITIO. Et Ioann. ix. quæſt. ij. nullus primas. & facit eod. cap. ij. quæſtio. vlt. §. vlt. Ioann. Andre. CASVS. Dictum fuit ſupra eod. tit. & lib. cap. j. quòd Archiepiſcopus non ſolùm poteſt viſitare totam ſuam diœceſim, ſed etiam ſuam prouinciam, id eſt diœceſes ſuorum ſuffraganeorum. vtrum iſtud ſit indiſtinctè verum etiam ſi epiſcopi adhibeant diligentiam in viſitando ſuas diœceſes? Reſpon. Roma. pont. quòd ſic: & dicit quòd licet epiſcopi non ſint negligentes in viſitandis ſuis diœceſibus, tamen nihilominus poterit archiepiſcopus illas diœceſes ſuffraganeorum ſuorum viſitare: & non ſolum ſemel, ſed pluries, & iterare ſecundum quod dictum fuit ſupra eodem in capi. primo. Sed vtrum Archiepiſcopus viſitando prouinciam ſuam poſſit audire confeſsiones ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum, & ipſis confeſsionibus auditis imponere pœnitentiam ſalutarem? Reſpondetur quòd ſic. Et iſte eſt vnus caſus in quo Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum. alios caſus habes in capit. paſtoralis. de offic. ordina. in anti. Not. primò quòd ille dicitur liberè exercere actum, qui poteſt alterius negligentia non expectata.

*† Per iſtã copulatiuã notãt doc. nõ ſufficere reſtitutionẽ (quæ cui fieri debeat, dic vt Domi. hic) ſed requiritur etiam pœnitentia e. ſicut dignũ. de homi. ad hoc de hæret. quicunque. in fin. Font.*

D Not. ſecundò caſum in quo Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, videlicet quo ad forum pœnitentiale: ſed tamen hæc poteſtas eſt limitata ad certum tempus. Dom.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Ponit opi. contrariam cui reſpondet.*

a *Conſtitutionis.* ſupra eodem cap.primo.
b *Negligentes* contrariũ not. Ber.in prędictis locis, ſed aliud eſt viſitare, aliud de criminibus inquirere, vt dixi.§.c.prio.
c *Et iterare.* repete, ſecundum conſtitutionem &c. quod eſt ſupra, & idem repetas in proxi. ver.
d *Ab aliis.* puta ſubditis ſuffraganeorũ.
e *Præmiſſis.* viſitationi, iterationi, & procurationi.
f *Obſtante.* ad idem ſupra cap.proxi. cum ſuis concordan.

Gloſſa ſequens dat vnum ſimile. de aliis remittit.

g *Abſoluere.* Nota caſum in quo archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorum iuriſdictionem habet.

*Archiepiſcopus poteſt concedere indulgentias in tota ſua prouincia.*

Item per totam prouinciam dat literas indulgentiarum, ſupra de pœ. & remiſ. noſtro. alios caſus habes ix.q.iij. in ſumma ſupra de offi. ordi. paſtoralis.

*† Not. argumentando ex ordine literæ ꝙ cõfeſſor debet abſoluere confitentem, & poſtea ſibi imponere pœnitentiã.*

h *Salutares.* non nimium auſteras. xxvj. quæſtione vij. alligant. & in eis imponendis conſideret quæ leguntur de pœ. di.v. conſideret. & ſupra de homi. ſicut dignum.

ſecundum tenorem conſtitutionis [a] felicis recordationis Innocenti papæ quarti prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ, ſuam prouinciam viſitare liberè, licet non ſint eius ſuffraganei negligentes [b], & iterare [c] viſitationem eandem, ac procurationes à locis recipere viſitatis: Conſuetudine, ſi qua forſan ab ipſis ſuffraganeis vel ab aliis [d] allegetur præmiſſis [e] contraria, non obſtante [f]. Poteſt etiam idem archiepiſcopus dum viſitat, confeſsiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, ac † abſoluere [g] confitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares [h].

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE vel Altaris.

Viſum eſt ſupra de cenſibus: ſed quia in conſecratione eccleſiæ ſolent dari immunitates, & cenſus imponi: ideo poſt rubricam præcedentem ſubiicit iſtam.

*Et ſic eſt hic tex. cõtra gloſ. in verbo, audire. in cle. du dum. de ſepultu. & ibi. Dom.*

S*I eccleſiam.*) Determinat quatuor caſus. Secundus ibi, Secus. Tertius ibi, Nõ ſic. Quartus ibi, Non vnum. Ioan. Andr. Emanauit ad declarationem eorum quæ not. Hoſtien. ſupra eo. tit. c. primo & vlti Ioan. Andr. Propriè eccleſia dicitur conſecrata, baſilica non conſecrata in anti. de reli. domi. cap. primo. ſed contra non cõſecrata polluitur, ſed aliter reconciliatur, ſupra eo. cap. vlti. ADDITIO. Quòd propriè eccleſia dicitur conſecrata, patet hoc de conſe. diſ. prima, nõ oportet. xvj. q. v. poſſeſsio. quandoque eccleſia vocatur oratorium. ea. q. lator. xlij. di. c. penul. & vlt. quandoque vocatur domus orationis. xvj. q. vij. & hoc diximus. & ſupra de immu. eccle. cum eccleſia. quandoque dicitur templum: vt ibi, & lxxxviij. diſtin. eiiciens. prima. q. iij. ex multis. ij. q. vij. accuſatio. ij. reſponſo. Alibi tabernaculum. de conſe. diſt. prima c. primo. xxxvj. diſt. c. vltim. quandoque domus Dei. prima q. iij. non ſolum. & infra tit. ij. decet. & eſt ratio: quia ſpecialiter ibi Deus inhabitat, vnde ibi habitantes protegit, dicitur enim domus eſſe tutiſsimum refugium. ff. de in ius vo. l. plerique. ſecundum Archi. Ioan. Andreæ.

*Eccleſia multis nũcupatur nominibus.*

CASVS. Certum eſt quòd ſi quis per iniuriam alium verberet in eccleſia, & effundatur ſanguis in eccleſia, item ſi effundatur ſemen hominis: quòd eccleſia eſt cenſenda polluta. Sed quid de cœmeterio, ponamus quòd eccleſia aliqua fuit polluta: eſt aliquod cœmeterium prope eccleſiam: vtrum fuerit cœmeterium pollutum? Reſpondet quòd ſic: quia eſt acceſſorium ad eccleſiam: & ideo antequam cœmeterium illud fuerit reconciliatum, non debet in eo aliquis ſepeliri. Sed quid econtra, cœmeterium aliquod fuit pollutum: vtrum eccleſia quæ eſt iuxta cœmeterium, eſt polluta? Reſpondet quòd non: quia eccleſia non eſt acceſſorium ad cœmeterium: & magis dignum non trahitur ad minus dignum. Sed quid, ponamus retento priori themate, quòd aliquod cœmeterium fuit pollutum: eſt aliud cœmeterium illi cohærens, quia eſt ibi quidam paries diuidens vtrunque cœmeterium: vtrum iſtud cœmeterium cenſeatur eſſe pollutum? Reſpondet quod non. {Sanguinis.} requiritur quòd ſit effuſio ſanguinis humani iniurioſi: ideo ſi me defendendo effundam ſanguinem in eccleſia: non propter hoc dicitur eccleſia polluta: imò ſi quis ſe defendendo ſuum aggreſſorem in eccleſia occiderit, non eſt irregularis cenſendus. {Contiguum.} id eſt, ſine medio: quia contigua ſunt quæ duobus extremis ſe contingunt. Nota primo quòd eccleſia vel cœmeterium polluitur effuſione ſanguinis humani: & hoc quando effuſio illa ſanguinis eſt iniurioſa: ſecus ſi iuſte vel iocosè fuerit facta: vel etiam ſi euenerit naturaliter ſine aliqua percuſsione. Item requiritur quòd illa effuſio ſanguinis fuerit facta in magna abundantia: ideo ſi

*Sanguinis effuſio polluit eccleſiam.*

ſolùm eſſent effuſæ duæ vel tres guttæ, non diceretur eccleſia polluta. Nota vlterius quòd etiam cœmeterium vel eccleſia dicitur pollui per effuſionem ſeminis humani. Et dicunt aliqui quòd requiritur quòd illa effuſio fuerit adulterina: ſecus ſi matrimonialis. Hanc opinionem tenet Archidia. Et rationem ponit ipſe Archidia. quia reddere debitum eſt meritorium: ſed glo. iſta concludit contrarium: quia aliqua ſunt illicita ratione loci, quæ aliàs de ſe ſunt licita. nec obſtat ratio Archidiaconi, quòd reddere debitum vxori, eſt meritorium: quia bene ſequitur, reddere debitum vxori eſt meritorium: ergo non meretur pœnã, ſed nõ ſequitur quin eccleſia ſit polluta. Item dicit Dominicus de ſancto Gemi. quod in omni loco non eſt reddendum debitum carnis. Nota quòd in cœmeterio polluto non ſunt ſepelienda corpora ante reconciliationem debito modo factam. Nota quòd polluta eccleſia etiam dicitur pollutum cœmeterium, ſi ſit contiguum eccleſiæ, ideo aliquis non debet in eo ſepeliri: tamen non eſt neceſſe quòd reconcilietur cœmeterium: quia venit acceſſorie ad eccleſiam: ideo per reconciliationem eccleſiæ videtur cœmeterium eſſe reconciliatum. Nota vlterius quòd paries intermedius diuidit res diuerſas, vt cenſeantur res diuerſæ. Nota quòd porta, ingreſſus, vel aditus non facit propter hoc contigua. Et iſtud facit ad quæſtionem. & ponamus quòd habeo vnum domicilium, porta domicilij eſt in vna parochia, & reſiduum eſt in alia parochia: quantum ad iura parochialia non ſum parochianus illius eccleſiæ in cuius parochia eſt porta domicilij: ſed ſum parochianus illius eccleſiæ in cuius parochia eſt reſiduum domus.

fitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares [h].

DE CONSECRATIONE eccleſiæ, vel altaris.

Bonifacius octauus.

*Polluta eccleſia pollutum eſt cœmeterium illi contiguum, ſed non remotum. Pollutio cœmeterij eccleſiam non polluit, licet contigua exiſtat. Polluto vno cœmeterio aliud illi contiguum pollutum non eſt, licet per portam de vno in aliud detur ingreſſus. h.d. Dom.*

CAPITVLVM VNICVM.

SI eccleſiã pollui [i] ſanguinis [k] aut ſe-

*Domicilium in limitibus duarum parochiarum cui eccleſiæ debeat iura parochialia.*

Gloſ. ſeq. recitetur per obiectionem & ſolutionem. ſecunda pars per quæſtionem & ſolutionem: & ſolutionis contrario reſpondet.

i *Pollui.* quo ad opinionem hominum, qui eam polluunt quantum in eis eſt [a]. quæ enim ſunt ſancta, coinquinari non poſſunt. xv. quæſtione vlti. cap. vlti. de coha. cle. & mu. veſtra. & quid firmum erit aut ſtabile, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? C. de epiſcop. & cler. ſi quenquam. & ob hoc dico, quòd ſi pollutio fuerit occulta, non debet reconciliari. dicunt enim Theologi, quòd ideo reconciliatur eccleſia, vt videntes laici eccleſiam ſic lauari quæ non peccauit, cogitent intra ſe quantum pro lauatione peccatorum laborandum ſit. probatur hoc iure: quia eccleſia non iudicat de occultis trigeſima ſecunda diſtinctione erubeſcant de ſimon. tua. non ob. de adulte. ſignificaſti. quia dico quòd adulterium ibi publicum erat: quod patet ex eo quòd adultero indicta fuit purgatio.

*a Et eſt hoc expreſſum j. q. j. quod quidem. in fi. Ioan. And.*

Gloſ. ſeq. primo ſoluit. vij. dubia. in fine quærit, arg. pro & contra, & ſoluit.

k *Sanguinis.* humani, & iniurioſi. Facit de priuileg. tuarum. in princ. in anti. Vnde ſi ibi occidatur canis, vel humanus ſanguis caſu effundatur, vel ſi quis ibi minutionem faciat [b]: eccleſia non eſt reconcilianda. & ſi ſine ſanguinis effuſione occidatur ibi homo, puta cum terſorio ad collum: bene reconciliatur propter criminis horrorem, ſecundum Hug. qui not. hoc de conſeq. diſt. prima eccleſijs [c]. Et eſt caſus ſupra eo. propoſuiſti. vbi dicitur quòd propter homicidia & vulnera reconciliatur eccleſia: non dicit an in eis fuerit ſanguinis effuſio necne. ad hoc. ff. ad legem Aquil. qua actione. §. prima. Et ſi extra eccleſiam vulneratus ad eccleſiam fugiat, & ibi ſanguinem ſpargat: non reconciliatur eccleſia. ſecus econtrario, [d] vel cum ſanguinem colligit in ſcutellas autem ſupra tectum, pone cum ſagitta homo interficitur, dixit ibi Hug. quòd non eſt facienda reconciliatio: quia extra eccleſiam videtur factum. Eadem ratione dicitur idem, quando ſub eccleſia in cella, cauerna, vel ſpelunca ibi ſita. ad vtrunque faciunt iura loquentia de ingreſſu eccleſiæ, ſupra eodem libr. de offici. delegati, capit. ſecundo. & infra de ſententia excommunica. is cui. Sed quid ſi ſanctus vir ibi occidatur: nunquid reconciliatur eccleſia? Videtur quòd ſic, quia iura indiſtinctè loquuntur

*b Idẽ ſi occidatur ſub lapide aut ligno cadẽte. Phil. per c. eccleſijs. de cõſe. di. j. Fõtanus.*
*c Et idem Archid. hic & ibi, vt remittit. Ioan. And.*
*d Secundũ Vincẽ. qui hoc not. ſuprà eo. ꝓpoſuiſti. in j glo. alleg. ff. ad legem Aquil. huic ſcripturæ. Ioan. And.*



loquũtur: & ſceleratius eſt iuſtũ & ſanctum occidere quàm iniuſtum, xxiij. quæſt. v. ſi non licet. In contrarium videtur, cum eccleſia ſanctificata non ſit polluta. {Ad hoc. §. eod. lib. de elec. fundamẽta. poſt princi. verſi. iſti ſunt. & xxj. diſtin. quamuis.} Sed hoc verum eſt ex ſanguinis effuſi paſsione: ſed ex ipſius effuſi actione bene polluitur, iuxta illud: Actio diſplicuit, paſsio grata fuit [a]. Vnde primũ teneas: locum tamen ſanguinis non lauabunt. ADDITIO. Si vir ſanæ mentis ſeipſum occidat in eccleſia: vel vulneret irato animo ad ſanguinis effuſionem, ex quo publicum eſt, reconciliabitur eccleſiæ. Ad hoc ſufficit quod ſcripſi. §. de ſen. excom. contingit. ſuper ver. excommunicetur. in fi. Ioan. And.

*a Senecali. 3. declama. etiã vbi remedium eſt mori: ſcelus eſt occidere. Io. And.*

Gloſ. ſeq. in quæſtione duas contrarias opi. recitat. ſecũdam approbat.

a *Seminis.* humani, non canum. Et intelligũt hic quidam de ſemine fornicario: vnde ſi vir cognoſcit vxorem in eccleſia, non reconciliabitur. hoc tenet Hug. cuius glo. poſuit Ioan. de conſecra. diſt. j. eccleſiis. Vin. & Gandolphus. Sed ipſe Io. contra. quod verum puto. allegat ff. de ſolu. l. quod dicimus. & hoc not. xxxj. diſtin. quoniam lxviij. diſt. eccleſiis. xxxiij. quæ. iiij. apoſtolus. nam multa licita, ex loco ſunt illicita. ij. quæſt. vij. accuſatio. de immu. eccle. cap. j. ADDITIO. Archidiaconus etiam tenuit quòd coitus coniugalis non polluit eccleſiam: qui dicebat quòd licet in eccleſia non debeat regulariter debitum reddi vxori: ſi tamen petat & reddatur, non poteſt dici adulterium vel fornicatio. Facit de conſecra. diſt. j. ſi motum. Ioan. And.

minis [a] effuſione contingat, ipſius cœmeterium ſi contiguum [b] ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum [c]: vnde antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis ſepeliri. Secus ſi remotum fuerit ab eadem. Non ſic quoque in caſu conuerſo ſentimus, vt videlicet polluto [d] cœmeterio quãuis eccleſiæ contiguo, debeat eccleſia reputari polluta: ne minus dignum, maius [e], aut acceſſorium, principale [f] ad ſe trahere videatur. Non vnum, ſed plura cœmeteria eſſe noſcuntur, quæ quamuis ſibi cohærentia, pariete [g] tamen medio ſeiũguntur. Ideoque violato eorum altero, alterum (licet de vno ad aliud per portam intermediam habeatur acceſſus) non propter hoc reputabitur violatum [h].

DE RELIQVIIS ET veneratione ſanctorum.

Bonifacius octauus.

*Feſta xij. apoſtolorum, quatuor euãgeliſtarum, & quatuor doctorum & cõfeſſorũ eccleſiæ, ſcilicet Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, & Hieronymi, ſub officio duplici debent ſolenniter celebrari. Io. And.*

CAPITVLVM VNICVM.

GLorioſus Deus in ſanctis ſuis, & in maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehẽſa, recti cen-

*Contigua quæ dicuntur.*

b *Contiguum.* contigua dicuntur quorum extrema ſe contingunt.

ADDITIO. Fuit dictum Ariſtotelis, v. Phyſicorum, qui ſubdit illa eſſe contigua, quorum terminus eſt vnus. & idem datur exemplum de aqua in vaſe. eſt enim vaſi contigua, ſed in ſe continua &c. Ioan. And.

c *Pollutum.* concor. infra de ſenten. excom. ſi ciuitas. vbi idem de eccleſia interdicta diſtinguitur. Ioan. And.
d *Polluto.* ſanguinis vel ſeminis effuſione: vt ſupra vel quia ibi fuit aliquis excommunicatus ſepultus ſupra eod. conſuluiſti. Idem hic Archidiaconus.
e *Maius.* ad ſe trahere videatur. quod eſt infra & hoc eſſe non debet ſupra eod. quod in dubijs. vbi de hoc. ad idem. §. eod. lib. de præben. ca. antepe.
f *Principale.* quod eſſe non debet: imò potius econtrario infra de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concor.
g *Pariete.* paries igitur diuiſionem inducit. ad idem ſupra eo. lib. de elect. vbi periculum. §. in eodem.
h *Violatum.* Nota quòd licet acceſſorium ſequatur principale contiguum: nõ tamen ſequitur acceſſorium etiam cõtiguum: vt hic: multo ergo minus principale ſequetur acceſſorium: vt ſupra proxi. reſponſo.



DE RELIQVIIS ET VENERAtione ſanctorum.

Dictum fuit. §. de cõſecratione eccleſiæ vel altaris: verùm quia in eccleſijs conſecratis ſolẽt poni reliquiæ ſanctorum: ideo ad nos informandum ponit rubri. de reliquijs & vene. ſanctorum.

*Continuatio.*

ſura iudicij cœleſtia pariter & terrena diſponit, etſi cunctos eius miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cœleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores: illos tamen vt dignis digna rependat, potioribus attollit inſigniis dignitatum, & præmiorum vberiori retributione proſequitur, quos † digniores agnoſcit, & commendat ingentior excellentia meritorum. Sic & alma mater eccleſia eius ſacra veſtigia proſequens, & exemplo ducta laudabili, licet vniuerſos in regnis cœleſtibus conſtitutos ſtudijs honorare ſolicitis & ſonoris efferre præconijs non deſiſtat: glorioſiſsimos tamen Chriſtianæ fidei principes, athletas Dei electos, iuſtos ſeculi iudices, lumina vera mundi: videlicet Chriſti redemptoris apoſtolos numero duodeno [i] contentos, qui viuentes in carne prædictam eccleſiã ſuo pretioſo ſanguine plantauerunt, ipſam erigendo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſsimis dirigendo: Reuerendiſsimos etiam patres viroſque clariſsimos quatuor [k] euangeliſtas Domini, per quorum diligẽtiſsima & fideliſsima ſtudia eidem eccleſiæ ſacra euangelia illuxerunt: Egregios quoque ipſius doctores eccleſiæ beatos Gregorium qui meritis inclytus ſedis [l]

G*Lorioſus.*) Primò Bonifacius ponit exordium de diuina prouidentia quæ digniores extollit. Secundo ponit imitationem eccleſiæ militantis: ibi, Sic & alma. vbi facit tria. Primò commẽdat apoſtolos, euangeliſtas, quatuor doctores eccleſiæ diuiſim. Secũdo ibi, Ideoque: ponit præteritam prouiſionẽ eccleſiæ circa ipſorum excellentiam. Tertio ibi, Nos itaque. ponit ſuã additionem de feſtis illorũ ſub officio duplici celebrandis. Ioan. An. Iſtud capitulum ſolum habet ꝙ feſta principalia. xij. apoſtolorũ, quatuor euangeliſtarum, & quatuor doctorum, ſcilicet Gregorij, Auguſtini, Ambroſij & Hieronymi, debent celebrari ſub duplici ſolennitate. Vnde dicunt aliqui, quòd feſtum alicuius ſancti dicitur celebrari ſub duplici ſolennitate, quando in principio pſa. dicitur tota antiphona, & iterũ in fi. pſal. dicitur ſimiliter tota antiphona. Et dicitur celebrari ſub ſimplici officio & ſolennitate, quãdo ante pſalm. dicitur ſolum principium antiphonæ. Et dicitur miſſa celebrari ſub duplici officio quãdo in miſſa dicitur, Gloria in excelſis Deo. & Credo in vnum. Nota quòd textus præmittit Gregorium, Auguſtinum & Ambroſium, Hieronymo: quia tres primi fuerunt epiſcopi, & Hieronymus fuit presbyter cardinalis. ex quo colligitur quòd epiſcopus debet presbyterum etiam cardinalem præcedere.

*† Not. hic de Anch. quòd in paradiſo ſunt etiã ordines dignitatum. vide tex. 89. diſt. cap. ad hoc. & Io. Andr. hic Fon.*

Not. pulchrum exordium, in quo potes notare quòd Deus in retributione meritorum magis amplificat illos qui plus meruerunt ex ipſorũ operibus. & ſic patet, ꝙ in gloria paradiſi eſt differẽtia dignitatis quo ad maiorẽ & minorẽ gradũ.

*Epiſcopus cardinalem præcedere*

Gloſſ. ſeq. ponit nomina. xij. apoſtolorum.

i *Duodeno.* hoc dicit propter Paulum, & illos qui non fuerunt de numero: hi autem ſunt. xij. Petrus, Ioannes, Iacobus Zebedęi, Andreas, Philippus, Thomas, Bartholomęus, Matthæus, Iacobus Alphæi, Simon, Iudas Iacobi, Et Mathias qui fuit in locum Iudæ Iſcariotis. ADDITIO. Matthæi. x. & Marci. iij. Iudas Iacobi vocatur Thaddæus. Et de his omnibus habetur Lucæ. vj. Ioannes Andr.

*Apoſtoli domini fuerunt. 12.*

k *Quatuor.* Marcum, Matthęum, Lucam, & Ioannem.

Gloſ. ſeq. primò probat quinque rationibus quòd ſolus papa canonizat. alleg. duo iura in contrarium, & ſoluit. ſecundo tractat quid per canonizationem conſequitur ſanctus: & an prius poſsit ad eum orari. Tertiò, quid in canonizatione ſit inquirendum, ponens quatuor quæ in miraculo requiruntur.

l *Sedis apoſtolicæ.* ſolus papa habet non ſolum certos de ſanctis præ aliis extollere: ſed etiã eos canonizare, multiplici ratione. Primò, quia iſta eſt vna de maioribus cauſis quæ inter

*Canonizatio ſanctorũ ſpectat ad ſolũ papam.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Chriſtianos proponi poſsit:& ſic eſt ad ſedem apoſtolicā referēda.de baptiſ.maiores.Secundò, quia miracula attribuūtur fidei.hæc igitur quæſtio cum ſit de fide,præcipuè eſt ad ſedē apoſtolicam referenda.xxiiij.quæſt.j. quoties. Tertiò, quia ad papā ſpectat declarare dubia ſcripturarū. qui fil. ſint legi.per venerabilē. multo fortius dubia ſanctitatis: quia circa maiora maius periculū vertitur: ideo &c. ſuprà de elec.vbi periculum.e.lib.ſupra. Quartò ne per multorum epiſcoporum ſimplicitatem populum decipi cōtingat. ſupra.e.titu.ca.j.&.ij. Quintò ne in infinitum cōtingat ſanctos multiplicari: & ſic deuotionem refrigeſcere,& ſanctitatē vileſcere. lxxx. diſtin. epiſcopi. videtur tamen ad id contra.§. de ferijs. cap. vlti. de conſe. diſtin. iij. cap. j. vbi videtur quòd epiſcopi hoc poſsint: ſed illud intelligitur de ſanctis iam canonizatis. non enim omnium feſta vbique coluntur.Hoc autem conſequitur ſanctus per canonizationē: quod eccleſia pro eo ſolenniter,& pro aliquibus ſolennius dicit officium.vt hic. Item inter alios ſanctos in litaniis nominatur & inuocatur. & ſi eccleſia in canonizatione erraret (quod nō eſt credēdum:licet accidere poſſet. de ſententia excōmuni à nobis.ij.) nihilominus preces in honorē talis acceptæ & gratæ ſunt. per fidem enim Chriſti omnia purgantur.de coha.cle.& mulie. veſtra. & eſto quòd veritas canonizationis deficiat:non deficit fides.de bapti.debitum.de presbyt.non bapti.cap.ij. & iij. Dicimus enim quòd cuilibet licet in ſecreto alicui defuncto quem ſanctum credit preces porrigere,vt pro ipſo ad Deum intercedat: licet ſolennes preces publicè emittere vel ſolenne officium publice dicere nequeat: vt dixerunt Inn. & Hoſtien. ſupra eod.tit.cap.j.Ad canonizandum autem ſanctos inquirendum eſt,an illis de quibus canonizandis quæritur, prior vita teſtimonium præbeat pro laboribus multis,moribus caſtis,actibus ſtrenuis.lxj. diſt.miramur. Oportet enim hoc præſenti teſtificatione prædicari: & bonæ famæ præconiis non taceri.xij.q.ij.quatuor.& maximè quæri debet de ſimplicitate & humilitate: quia ſuperbis Deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.Item debet quæri,an in vita perſecutiones paſſus fuerit.vij.q.j.omnis qui. & cap. ibi adunati. & an paſſus fuerit ex charitate.j.q.j. vide. Quærendum etiam eſt de miraculis factis in vita & poſt mortem.Et quantum ad hoc quòd ſit miraculum,quatuor requiruntur. Primò quòd ex Deo non ex arte contingat: nec ex diabolo. nam miracula quandoque fiunt per malos.j.q.j.teneamus. & cap. prophetauit.neceſſe eſt enim martyres à Deo impetraſſe quæ mandant.50.diſt.ſi.quis præpoſtera. Secundò quòd ſit contra naturam: ſicut de virga Moyſi mutata in colubrum: & de aſina loquente ad Balaam.ſupra de hære.cùm ex iniuncto[a].Tertiò quòd non ex vi verborum: ſed hominis merito id contingat.nam panis & vinum poteſtate & virtute verborum tranſſubſtantiātur in corpus & ſanguinē ſupra de cele. miſ.cum Marthæ.§.quæſiuiſti.Quarto quòd ſit ad corroborationem fidei.herba enim miniſterio hominis tranſit in vitrum: ſed hoc nihil ad corroborationem fidei:& ideo ad canonizationem(niſi hæc quatuor concurrant) miracula non prodeſſent ſecundū ſummiſtas,qui hoc not. ſuprà cod. titu. per totum.& moderni ſuprà de teſta.cap.venerabili ADDITIO.An ſit de neceſsitate miraculi quod ſiat in inſtanti, & an ſit cōtra rationem miraculi liberatum in liberatione dolere: tractat Archidia.xxvj.quęſt.v.nec mirū.verſi.nec ideo. Ioan.Andreæ.

*Canonizatio ſanctorū qualiter debeat fieri: & quid debeat ipſam præcedere.*

*a Et de aqua in cribro portata per Luciā virginē veſtale, cui ſic natura acceſsit ad probādum inceſtus innocentiam: vt dicit Valerius lib.8. c.1. exemplo.5.*

A

apoſtolicæ curam geſsit, Auguſtinum & Ambroſium venerandos antiſtites,ac Hieronymum ſacerdotij præditum titulo, eximios confeſſores ſummis attollere vocibus,laudibus perſonare præcipuis,& ſpecialibus diſponit honoribus venerari. Horum quippe doctorū perlucida & ſalutaria documenta prædictam illuſtrarunt eccleſiam, decorarūt virtutibus,& moribus informarunt: per ipſos præterea quaſi luminoſas ardenteſque lucernas ſuper candelabrum in domo domini poſitas (errorum tenebris profugatis) totius corpus eccleſiæ tanquam ſydus irradiat matutinum:eorum etiam fœcunda facundia cœleſtis irrigui gratia influente ſcripturarum ænigmata reſerat, ſoluit nodos,obſcura dilucidat, dubiaque declarat: profundis quoque ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius eccleſiæ fabrica velut gemmis vernātibus rutilat, & verborū elegantia ſingulari glorioſius ſublimata coruſcat.Ideoque circūſpecta prudētia dictæ ſedis(quæ actibus intenta ſalubribus,& operibus expoſita pietatis,libeter & ſolerter exequitur quæ ſunt Dei)præmiſſa ſolicitè digneque conſiderans,& debita meditatione perluſtrans, ad diuini nominis honorem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, ſalutemque fidelium, merito cenſuit riteque prouidit,apoſtolos,euangeliſtas,& confeſſores eoſdem in vniuerſali eccleſia honorificentiæ potioris impendiis attollendos: vt

B

ab ea tanto propenſius honorari ſe ſentiant, quanto ipſam præ cæteris excellentius illuſtrarunt. Nos itaque piis dicti conſiliis,digniſque ſtudijs excitati,nonnullos prædeceſſores noſtros Romanorum pontificum (qui ſpecialis deuotionis proſequentes affectum, aliquorum feſta ſanctorum ſub duplici ordinauerunt officio celebranda) imitari ſolicitè intēdentes: eorundem apoſtolorum, euangeliſtarum & confeſſorū feſtiuitates præcipuas de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu ſub officio duplici[a]

C

per vniuerſas orbis eccleſias volumus, ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſolenniter celebrari.

a *Duplici.* Dicunt quidam officiū eſſe duplex,cum tota antiphona dicitur ante pſalmum,& tota poſt pſalmum: cùm aliàs non tota, ſed ſolum principium dicatur ante pſalmum. alij aliter. clericis hoc relinquo.ADDITIO. Remittit Archidiaconus ad Rom.Guli. lib. vij. Reſpon. de feſtiuit. ſanctorum. verſi.quædam autem feſta.Ioan.And.

*Officium quādo dicatur duplex.*

DE IMMVNITATE *eccleſiarum &c.*

Dictum fuit ſuprà de beneficiis & eccleſiis tam ſecularibus quàm regularibus,& etiam dictum fuit ſupra de cenſibus & exactionibus, & procurationibus in cap.quanquam. q eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à pedagijs, guidagijs,& aliis exactionibus ſecularibus.verùm quia poſſet dubitari an alia immunitate gaudeat eccleſia: ideo ad nos informandum annectitur rubrica generalis, de immunitate eccleſiarum. Vel ſic poteſt continuari:Dictum fuit ſuprà de conſecratione eccleſiæ vel altaris: verùm quia eccleſia poſt cōſecrationem gaudet immunitate: ideo ad nos informandum, ponit rubricam de immunitate eccleſiæ.

*Cōtinuatio Domini Helię.*

Via nonnulli. Tria facit ſecundum Ioan.Mona. Primò recitat in genere tyrannidem ſecularis poteſtatis. Secundò ibi, Sane. narrat in ſpecie. Tertiò prouidet contra iſtam ibi, Volentes. ADDITIO. Scire debes quòd Alexander quartus cuius fuit hæc decretalis,prouidit contra ſeptem grauamina quæ laici inferebant eccleſiis & clericis. Et quod hic habetur,fuit primum.De ſecundo formata fuit decre.quanquam.ſuprà de cenſi.quæ longe plenius prouidet. Tertium

D

fuit omiſſum ex cauſa.continebat enim quòd de legatis eccleſiæ vel ad pias cauſas, vel pro male ablatis, nil poſſet diminui per communitates occaſione alicuius impoſitionis factæ poſt mortem teſtatoris vel infirmitatis qua deceſsit,in fraudem. Quartum habetur infra de ſententia excommunicationis,decernimus. De quinto formata fuit decretalis cū quidam,ſupra de exceptionib.eodem lib.De ſexto, decretalis licet,ſupra eodem lib.de iureiurando.De ſeptimo,decretalis.ij.ſuprà de foro competen.Ioan.Andreæ.

Præſupponendum eſt illud quod habetur in l. placet. C. de ſacroſanctis eccleſiis, per quam Imperator exemit quaſcunque eccleſias à ſolutione tributorum ſordidorum & extraordinariorum,& quorumcunque ſuperindictorum. CASVS.Certum eſt quòd per illam l.placet. allegatam, eccleſiæ ſunt immunes à quibuſcunq; munerib⁹ ſordidis, & aliis exactionibus.facta tali cōſtitutione per Imperatorem,eccleſię acquiſiuerūt de nouo aliquas poſſeſsiones: vnde laici dicebant q eccleſia ſolueret tallias reſpectu illarū poſſeſsionum de nouo acquiſitarum poſt illam l.placet.vel quòd illas poſſeſsiones poneret eccleſia extra ſuā manū.Iſtud fuit notificatū ſummo pōtifici: qui ordinauit quòd quæcunque poteſtates



ſtates ſeculares,vel quicunq; iudices laici nō cōpellerēt perſonas eccleſiaſticas ad ſoluendū tallias p poſſeſsionib⁹ nouiter acquiſitis:nec etiā compellant eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas ad ponendū extra ſuas manus poſſeſsiones de nouo acquiſitas.Nota primò illud ad quod allegatur principium huius ca.quòd eccleſia Romana nō ſolùm eſt mater aliarum eccleſiarum, ſed etiam ipſa eſt nutrix & curatrix aliarū eccleſiarū. Ex quo infertur q papa concurrit in adminiſtratione cū quibuſcūq; aliis adminiſtratoribus. Idem dicendum in epiſcopo reſpectu eccleſiarū ſuæ diœceſis: & ideo poteſt epiſcopus agere vel defendere pro eccleſiis ſuæ diœceſis; quia ſua intereſt, licet non immediate ſed mediate intereſt ipſius adminiſtratoris immediati: puta rectoris eccleſiæ parochialis,vel alterius prælati.Sed quæritur quis etiam erit præferendus in proſecutione iurium illarum eccleſiarum: Cōmunis opinio doctorū eſt,quòd adminiſtrator immediatus erit præferendus, & hoc quando adminiſtrator immediatus eſt bon⁹ adminiſtrator, non ſuſpectus: & licet epiſcopus cū eo concurrat: tamen eſt præferendus ipſi epiſcopo.No.vlterius id ad quod principaliter emanauit præſens cap. videlicet quòd clerici non debent ſoluere aliquas exactiones vel tallias pro ſuis poſſeſsionibus de nouo acquiſitis: quia aliquib⁹ videbatur quòd de poſſeſsionibus de nouo acquiſitis poſt dictā. l.placet.alle. eccleſiæ tenerentur contribuere pro ſolido & libra. Vnde ſciendum ſecundum doctores quòd quando taxantur talliæ, quilibet debet tradere veram æſtimationem rerum ſuarum:& ſi probetur & poſsit inueniri quòd res ſuæ plus valent, illud plus applicabitur fiſco,poſtea diſtributores & collectores imponent cuilibet ſuam taxam pro ſolido & libra. tamen iſtud in his partibus non ſeruatur. Sic iſti laici volebant imponere tallias ſuas ſuper poſſeſsionibus eccleſiarum. Alij dicunt q iſtud cap.nō ſeruatur in hoc regno: quia nō cōpelluntur eccleſiæ ponere extra manum bona de nouo acquiſita. Sed eſt dicendum ſecundum Ioan.And. quòd ſi quis teneat poſſeſsionem in allodium,ita quòd pro illa poſſeſsione non ſoluat aliquid Domino temporali: poteſt illam poſſeſsionem transferre in eccleſiam: ita quòd dominus temporalis non poteſt compellere eccleſiam ad ponendum extra ſuam manum.Sed quando eſt talis res quæ debet Domino temporali aliquod ius reale, videlicet quia poſt mortem illius qui tenet illam poſſeſsionem,res debet reuerti ad ipſum Dominum: quia tunc ipſius Domini temporalis intereſt quòd non ponatur inter manus eccleſiæ,quæ eſt immortalis: ideo poterit impedire huiuſmodi acquiſitionem, vel compellere eccleſiam vt ponat illas poſſeſsiones extra ſuam manum.

a *Temporale.* quod eccleſiaſtico minus eſſe dubium non eſt.xcvj.diſtin. ſi imperator. ſuprà de maioritate & obedientia. cap. ſolitæ.

*Eccleſia Romana eſt mater nutrix & curatrix aliarum.*

*Not.primò argu. quòd collectæ & talliæ imponūtur perſonis reſpectu bonorū. & ſic iſta nō videtur onera realia, ſed perſonalia: habita tamen conſideratione ad bona.Not. ſecundò q laici non poſſunt cōpellere clericos ad dimittēdum vel alienādum bona per eos licitè acquiſita. Do. tamen in pio negotio eccleſia tribuet cū laicis de Anchar. Phil. itē ſi res eſt vtilis clerico et laico ſimul.de Anchar.alleg. Barn.in l. null⁹.C.de curſu publ. li. xij. quā lecturam ſi negas eſſe Bar. ſicut Cur.c. fin. de conſuetu.Clau. de Say. in l. vt vim. ff. de iuſt. et iur. allego tibi Salice.in authen. caſſa & irrita. Pont.*

† [illegible]

DE IMMVNITATE ECcleſiarum, cœmeteriorum, & aliorum locorum religioſorum.

## Alexander quartus.

*Seculares poteſtates ab eccleſijs vel eccleſiaſticis perſonis tallias vel exactiones pro rebus vel poſſeſsionibus acquiſitis vel acquirendis exigere non præſumant; nec eas compellere ad ipſas diſtrahendum, vel extra manum ſuam ponendum, h.d.Ioan. Andr.*

CAPITVLVM I.

A

Q Via nonnulli habentes temporale[a] dominiū, vel poteſtatis gerētes officium ſecularis, libertatē & immunitatem eccleſiaſticam

B

lædere ac minuere tanquam honoris & priuilegij eccleſiarum inuidi moliuntur, expedit quòd per diligentiam & auctoritatē ſedis apoſtolicæ (quæ curam habet eccleſiarum omnium & tutelam) cōtra talium auſus & conamina opportunum remedium opponatur, † vt eccleſiæ ipſæ in plenitudine iuris ſui & libertatis integritate locentur, ac deteſtabilis malignorum audacia & inſolentium nefaria temeritas propulſetur. Sanè intelleximus quòd in regno Franciæ,[b] cōmuniæ, ſcabini, ſeu cōſules & alij domini tēporales, & hi qui iuriſdictionem in ipſis communiis,ciuitatibus, caſtris & villis tēporalem exercent, vel quibus in illis commiſſa eſt executio iuſtitiæ ſecularis, moleſti ſunt nimium eccleſiis ſuper pluribus & infeſti, & inter cætera nituntur & ſtudēt vt illis collectas & tallias & alia huiuſmodi eædem eccleſiæ prætextu bonorum[c] quæ acquiſiuerunt,tribuant & perſoluāt, vel extra manum ſuam ponant huiuſmodi acquiſita. Volentes itaque ſuper his omnibus (prout expedit) ſolicitè prouidere, totque temerariis auſibus congruis præſidiis obuiare, auctoritate apoſtolica,præhabita cum fratribus noſtris diligenti deliberatione, decernimus nō licere præfatis communijs,ſcabinis, & iis qui in eis iuriſdictionem temporalem obtinent, vel iuſtitiam temporalem exercent, tallias vel collectas ſeu exactiones[d] quaſcunque eccleſijs vel perſonis eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus,prædiis, vel quibuſcūque poſſeſsionibus ab eiſdem eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſi-

C

tis,vel in poſterum acquirendis, etiam ſi ipſæ eccleſiæ vel perſonæ, vel res huiuſmodi ſint intra illorum diſtrictum vel territoriū conſtitutæ. Nec etiam liceat illis ipſas eccleſias vel perſonas ad diſtrahendum vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum[e] † acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

Gloſ.ſeq. ſoluit dubium.

b *Franciæ.* accidentiam facti exprimit[a], non localem decretalem facit: vnde eam generaliter proſequitur infra & ſuprà de cenſi.cap.j.eodem lib.

c *Bonorum.* quid dices ſi tributarium prædium donetur eccleſiæ? nunquid tenetur eccleſia ad tributum? Dic quòd ſic[b]: quia res tranſit cū onere ſuo.x.q.ij.cap. ea enim. §. ſicut autem.& §.ſeq. xvj. q. j.ſi quis laicus.de deci. cum in tua. in au. ad hoc ſuprà de cenſi.cap.j.vbi de hoc. ADDITIO. Archi. alleg.infra de hæreti. accuſatus. §. ſi vero. in fi.Ioan.Andr.

d *Exactiones.* adhuc prouidetur infra eo. cap. clericis.

e *Ponendum.* dicitur de Iudæis q tenentur ad decimas prediales: quia ſi ipſi nō colerent, alij colerēt ſupra de deci. de terris. ſic dicebant iſti laici: aut extra manū veſtram ponatis hæc prædia, aut exactiones ſoluatis[c], vt vel à vobis vel ab aliis collectas & tallias de ipſis poſſeſsionibus habeamus.

Decet domū domini.) Diuide decretalem in quatuor partes. In prima ponit cōſtitutionis cauſam: vſque ibi, Sic itaque.In ſecunda qualiter homines debeant ſe habere in eccleſiis: & à quibus abſtinere: vſque ibi, Ordinarij. In tertia quòd ordinarij per ſe vel per alios hoc faciāt obſeruari: vſque ibi, Qui verò. comminatur pœnam in contra facientes. ADDITIO. Et decentia propriè reſpicit honeſtatem. ſuprà de vo.magnæ.poſt princip.Ioannes Andreas. Iſtud capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur conſtitutionis cauſa. In ſecunda parte ibi, Sic itaque oſtendit qualiter homines debeant ſe habere in eccleſiis. Nam inſtruit primo qualis debeat eſſe ingreſſus ad eccleſiam. Item

D

docet illa à quibus homines debeant abſtinere in eccleſia: dicens quòd quis debet intrare eccleſiam cum deuotione & humilitate, & quòd quis in eccleſia non debet exercere deambulationes & cauillationes: ne in loco in quo debet obtinere veniam peccatorum, ipſa peccata committat. Item ſtatuit vt iudices ſeculares non exerceant iudicia in eccleſia, nec contrahentes celebrent contractus in eccleſia: tamen valent contractus, ſed contrahentes peccant. In tertia parte ibi, Ordinarij. præcipitur ordinariis locorum vt ipſi faciant iſta ſeruari in ſuis diœceſibus. Poſtea in quarta & finali parte ibi, Qui verò. comminatur pœnam contrafacientibus. hoc dicit in longum. Nota primò qualis debet eſſe ingreſſus ad eccleſiam: quia debet eſſe cum ſigno humilitatis & deuotionis. Et quis per exteriora debet oſtēdere ſigna humilitatis, ad informationem & inſtructionem aliorum: licet in animo ſuo non gerat deuotionem neque humilitatem. Nota quòd homines non debent cōuenire in eccleſiis pro ſuis negotiationibus exercendis. No.vlterius quòd homines exiſtentes in eccleſia debēt ceſſare à confabulationibus rerum ſecularium, maxime turpibus & inhoneſtis. Et ſi velint aliqua tractare de ſecularibus negotiis

[illegible]

*c Videtur ergo quòd aliquis cedendo rei propter q obligatur, liberetur ab obligatione. de quo latius Bar. in l. in cū quo. ff. de aqua pluui.arcē. de Anch. Pont.*

*† Hoc verbum latius patet quā alienare. vnde non poterit cēcedere. ſimiliter ponere in manu, latum verbū eſt: Bal. conſil. clxvij. ij. volu. doctō. Fōtā.*

*Humilitas per ſigna exteriora debet oſtēdi vt inſtruantur alij.*

Sextus.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



quòd ipſi exeant eccleſiã, & intrent locum profanum. Nota quòd iudex ſecularis non poteſt ſedere pro tribunali in eccleſia. & ſi faciat actum iudicialem, nõ valet. ideo ſi in eccleſia det præceptum de citando alicui clienti, non valet citatio. ſed iudex eccleſiaſticus poteſt ſedere pro tribunali in eccleſia. cap. qua frõte. de appel. in anti. Nota quòd volentes contrahere non debent celebrare contractum in eccleſia. ſi tamẽ de facto cõtrahant, tenet contractus, ſed contrahentes peccant mortaliter, quia iſta conſtitutio reſpectu nullitatis loquitur de proceſsibus iudicũ ſecularium: & alia non annullat, ideo nõ extenditur ad alios actus. Nota vlterius quòd actus intrinſeci oſtẽduntur per ſigna extrinſeca. patet hic, quia dicit ꝙ genua flectãtur cordis, & per inclinationem capitis illud oſtẽdatur. Nota finaliter ꝙ appellatione cauſſæ comprehẽditur criminalis & ciuilis. Dominicus.

*Pſaml. 92.* *Pſalm. 75.* *Philip. 2. b.* *Acto. 4. c.*

a *Sanctitudo.* Sumptũ ex pſalmo, Dominus regnauit, decorem. ADDITIO. Et cõpoſita fuit ſecũdum ſtylum legis. C. de feriis, dies feſtos. ſecundum Archidia.

b *In pace.* ex pſalmo, Notus in Iudæa.

c *Cultus.* Nam erit cultus iuſtitiæ ſilentiũ. quinta queſtione quarta. in loco. &. C. de iis qui ad eccleſiam confu. l. denuntiamus. ex qua etiam ſumi potuerunt aliqua de iis quæ in textu ſequuntur. Io. Andr.

d *Pacificus.* Eſt enim rex pacificus, & venit pacem docere. xxiij. quæſtio. j. cap. niſi bella. Io. And.

e *Inſtruat.* per bonum exemplum. vij. quæſtio. j. §. cum verò. &. lxi. diſt. §. his omnibus. Ioan. And.

f *Reficiat.* per doctrinam. xxxvj. diſtin. ſi quis vult. nam anima cibo ſpiritali nutritur. ꝭ. de offi. ordi. inter cætera.

g *Ibidem.* Attollant, quod eſt infra.

*Ieſus hebraicè, dicitur ſaluator latinè. Chriſtus græcè, dicitur vnctus latinè.*

h *Ieſu Chriſti.* Ieſus Hebraicè, dicitur latinè Saluator. Chriſtus græcè, latinè dicitur vnctus. Chriſtiani à Chriſto. de ſacra vnctione. c. vnico. §. in fronte. & primò apud Antiochiã fuit nomen illud. xxij. diſtin. ca. ſacroſancta. ADDITIO. Dicit Archidiaconus, & ſecundum Iſidorum, quòd Saluator græcè dicitur Soter. verè autem dicitur Saluator qui cunctis ſalutifer venit. Ioan. And.

*Deus neminẽ vult perire.*

i *A peccatis eorum.* Neminem enim vult perire. de baptiſmo, maiores. §. caute. iij. q. iiij. hi qui. de pœni. diſtinctio. j. quia diuinitatis. xxiij. quæſtio viij. his à quibus. in fine. Ioan. And.

k *Cordis.* Ad cor enim reſpicit Deus. xiiij. quæſt. v. ſi quid inueniſti.

l *Vel.* id eſt ſaltem. ADDITIO. Sic de pœniten. diſtin. iiij. benedictus Deus Supra de conſuet. cap. fin. de præben. extirpandæ Ioannes Andreæ.

Gregorius decimus in generali concilio Lugdunenſi.

*In eccleſiis dato humili ingreſſu debet orationibus inſiſti, excluſis clamoribus & ſeditionibus, conſiliis vniuerſitatis laicorum, & eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus, & nundinis ac iudiciis ſecularibus, & maximè criminalibus. hoc dicit vſque. §. ordinarij. Domi.*

CAPITVLVM II.

Decet domum Domini ſanctitudo:[a] decet vt cuius in pace[b] factus eſt locus, eius cultus[c] ſit cũ debita veneratione pacificus.[d] Sit itaque ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus, ſit in eis quieta cõuerſatio, Deo grata, inſpicientibus placita, quæ conſiderantes nõ ſolùm inſtruat,[e] ſed & reficiat.[f] Cõuenientes ibidẽ[g] nomen illud quod eſt ſuper omne nomen (à quo aliud ſub cœlo non eſt datum hominibus in quo ſaluos fieri credentes oporteat, nomẽ videlicet Ieſu Chriſti[h] qui ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum)[i] exhibitione reuerentiæ ſpecialis attollãt: & quod generaliter ſcribitur, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes (præcipuè dum aguntur miſſarum ſacra myſteria) glorioſum illud nomẽ quandocunque recolitur, flectant genua cordis[k] ſui: ꝙ vel[l] capitis[m] inclinatione teſtẽtur. attendãtur in locis eiſdẽ intentis[n] præcordijs ſacra ſolẽnia: deuotis orationibus inſiſtatur. nullus in locis eiſdẽ in quibus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari, ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetúmve committat. Ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum quarũlibet concilia, cõciones & publica parlamenta.[o] Ceſſent vana & multo fortius fœda & profana colloquia. Ceſſent cõfabulationes quælibet. Sint poſtremo quæcunque alia quæ diuinũ poſſunt turbare[p] officiũ, aut oculos diuinę maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea: ne vbi peccatorũ eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata cõmitti.[q] Ceſſent in eccleſijs earúque cœmeterijs[r] negotiationes,[s] & præcipuè nundinarum ac fori cuiuſcunque tumultus omnis in eis ſecularium[t] iudiciorum ſtrepitus conquieſcat. nulla inibi cauſſa per laicos criminalis maximè agitetur. ſint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena.

*Locorum ordinarij exequi debent hic contenta, & ſententiæ in eccleſiis habitæ ſunt nullæ: & contrà facientes puniri debent. hoc dicit. Dom.*

Ordinarij locorum hoc faciãt obſeruari: ſuadẽda[u] ſuadeant, interdicta huius canonis auctoritate compeſcant[x], ad hoc alios etiam in eccleſiis ipſis magis aſsiduos & ad prẽmiſſa idoneos deputando. Et nihilo minus proceſſus[y] iudicum ſecularium ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis, omni careant robore firmitatis.

Qui verò præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerint: præter proceſſum ordinariorum & deputandorum[z] ab ipſis, diuinæ vltionis & noſtræ poterunt acrimoniam[a] formidare, donec ſuum cõfeſsi reatũ à ſimilibus firmato propoſito de-

m *Capitis.* 50. diſtin. in capite. ADDITIO. Ad hoc de cõſec. diſtin. j. apoſtolica.

n *Intentis.* vt nil animus cogitet quàm præcinitur, ad quod ſacerdos populum excitat, Surſum corda dicendo. de conſe. diſtin. j. quando ADDITIO. Dantur verſus.

*Verſus.*

Non vox, ſed votum, non chordula muſica, ſed cor:
Non clamor, ſed amor clamat in aure Dei. Ioan. Andr.

o *Parlamenta.* Nota contra vniuerſitates Italiæ quæ frequenter faciunt in eccleſiis talia parlamenta. ADDITIO. Dicit Valerius lib. j. cap. j. quòd Caius conſulatu Galliæ, & Scipio conſulatu Corſicæ priuati fuerunt, quia parlamẽta faciebant in templo. Ioan. Andreæ.

p *Turbare.* ad hoc. ſupra de ſentẽtia excõmunicationis, veniens. in authen. de ſan. epiſcop. §. ſi quis tam ſacra. colla. ix.

q *Committi.* non enim debẽt ibi miſceri ſceleribus, vbi de peccatis eſt venia poſtulanda. in authentic. coll. viij. vt lice. matri & auiæ. §. quia verò ita. & ſupra eodem titu. immunitatem. ad idem de accuſa. qualiter. &. C. vnde vi, meminerint.

r *Cœmeterijs.* ſupra eo. cum eccleſia.

*à Negotiationes non debent fieri in templo.*

ſ *Negotiationes.* nam dominus negotiatores eiecit de templo, & menſas numulariorũ euertit. j. quæſtione. iij. ex multis. lxxxviij. diſtin. eiiciens. palea eſt. & eſt ratio, quia talia difficile ſiunt ſine peccato, vt ea. diſtinct. quoniã non cognoui. & de pœnitentia diſtin. v. qualitas.

t *Secularium.* idem. ſupra. eo. cap. j. eccleſiaſtica verò iudicia ibi tractari poſſunt. ij. quæſtio. ij. cap. vltimo. & ſupra de appella. qua fronte. Ioã. Andreas.

u *Suadenda.* quæ ſcilicet dicta ſunt vſque ad verſi. nullus.

x *Compeſcant.* per cenſuram eccleſiaſticam, vel aliam arbitrariam pœnam ſupra de offic. delega. de cauſis. Ioan. And.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

*Contractus celebratus in eccleſia valet.*

y *Proceſſus.* quid de contractibus initis in eccleſia, nunquid valebunt? Dic ꝙ non debent fieri, & qui faciunt, peccant per hanc decretalem, tamẽ contractus tenent. Nam cum tantùm proceſſus & ſententias iudicum irritet, & pœnalis ſit cõſtitutio, pœnã non extendam, ĵ. de regu. iuris, in pœnis. cũ ſuis cõcordantiis. ADDITIO. Idem Guil. Gar. Ioan. Mo. & Arc.

z *Deputandorum.* id eſt illorum quos debet ordinarius deputare aſsiduos, & ad iſta idoneos.

*Acrimonia, id eſt excõmunicatio.*

a *Acrimoniam.* id eſt acrem pœnã. & dicitur quaſi acris monitio. Vel id eſt pœnam excõmunicationis, quaſi à gremio eccleſiæ expellentem. ADDITIO. Vel ſit arbitraria, ſecundum Gulielmum. & idem verſi ſupra. eodem libro de ſtatu regu. cap. vnico ad finem. & ibi concordan. Ioan. Andr.

Abſtinere;



a *Abſtinere.* hæc eſt vera pœnitentia. de pœni. diſtin. iij. c. j. *Clericis.* Benedict⁹ in ſua extrauagãti quę incipit, Quod olim. reſtrinxit hãc decre. ad exigentes tantùm, ſed Clemens reuocauit hanc decretalẽ cum ſuis declarationibus, ita quòd voluit haberi ꝓ nõ facta per ſuã extrauagantẽ quę incipiebat, paſtoralis. ꝗ eſt inter cle. eo. tit. & incipit, quoniã. & vide quæ ibi dixi in. j. gloſſ. ADDITIO. Circa iſtã igitur inſtandum non eſt, & Archid. etiam non gloſſauit. Ioan. And.

*Quærebat Ioã. Mona. in iſto cap. Quid ſi fiat impoſitio talis nõ eccleſiaſticis perſonis, ſed eorum hominibus: nũquid eſſet locus pœnæ huius c.? Et dicebat quòd ſic, quia ſit fraus legi, de qua. j. de re. iur. c. ſi. & ꝭ. de priuileg. quanto. facit. j. eo. c. eos. ſecundum Lap. Ab. Do. Phil. dicit quòd nullo caſu habebit locum hæc cõſtitutio: quia penitus reuocata cũ ſua declarationib⁹, nec vllus doctorũ eã legit. Nota.*

Pro intellectu huius cap. præſupponendũ eſt quod habetur in c. nõ minus. &. c. aduerſus. eo. tit. in anti. Dicitur in. c. nõ minus. quòd clerici ꝓpter neceſsitatẽ laicorum poſſunt eis ſubſidiũ ſponte conferre. In ca. aduerſus. dicitur ꝙ laici non poſſunt compellere clericos ad ſoluendũ tallias vel alia ſubſidia, ſed clerici gratis per modum doni gratuiti poſſunt contribuere, cum conſenſu tamen ſui epiſcopi. Sed clericis per illud cap. non erat impoſita aliqua pœna: vnde eueniebat quòd multi clerici plus timentes homines ꝗ Deum, contribuebant ad huiuſmodi tallias. In hoc cap. dicitur quòd ſi clerici contribuunt per modum doni gratuiti abſque auctoritate papæ, quòd ipſo facto ſunt excommunicati, ſi ſint perſonæ ſingulares. ſi autem ſit vniuerſitas quæ facit illam contributionem, tunc eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico. Item addit iſtud cap. quòd laici cõpellentes clericos ſoluere tallias, ipſo facto ſunt excommunicati. & quia aliqui principes habent priuilegium à ſummo pontifice vt non poſsint incurrere ſententiã canonis, item quòd non poſſint ab homine excommunicari: dicit Roma. ponti. ꝙ exigentes collectas vel tallias à perſonis eccleſiaſticis pro rebus ſuis vel eccleſiæ, incurrunt ſententiã excõmunicationis ipſo facto, non obſtante eorum priuilegio.

*Laici clericos vt plurimũ perſequuntur.*

Nota primò ad quod allegatur principium huius cap. quòd laici clericis ſunt infeſti, & communiter ipſos odio ꝑſequuntur. Nota inſuper principalẽ effectũ huius ca. quòd clerici etiã cum auctoritate diœceſani nõ poſſunt cõtribuere ad tallias laicorũ, etiã per modum doni, abſque licẽtia papæ. & cõtrà facientes incurrũt excõmunicationẽ ipſo facto, à qua nõ poſſunt abſolui niſi à papa, præterquam in articulo mortis. Et iſtud fuit introductum in fauorem clericorum.

*Clerici nõ poſſunt cõtribuere ad tallias laicorum.*

liberauerint abſtinere.[a]

Bonifacius octauus.

*Ponit exceſſus laicorum qui clericis collectas, tallias, & onera imponebant, & exceſſus clericorum qui talibus conſentiebant.*

CAPITVLVM III.

Clericis laicos infeſtos oppidò[b] tradit antiquitas:[c] quod & præſentium experimẽta temporum[d] manifeſtè declarant, dum ſuis finibus non cõtenti[e] nituntur in vetitum, ad illicita frena relaxant, nec prudenter attẽdunt quàm ſit eis in clericos eccleſiaſticáſve perſonas & bona interdicta poteſtas.[f] eccleſiarum prælatis, eccleſiis, eccleſiaſticiſque perſonis regularibus & ſecularibus imponunt onera grauia, ipſoſque talliãt & eis collectas imponunt, ab ipſis ſuorum prouentuum vel bonorum dimidiã, decimam ſeu viceſimam vel quãuis aliã portionem aut quotam exigunt & extorquent, eoſque moliuntur multifariæ ſubiicere ſeruituti, ſuæque ſubmittere ditioni:[g] & (quod dolenter referimus) nonnulli eccleſiarum prælati eccleſiaſticæq; perſonæ trepidantes vbi trepidandum non eſt,[h] tranſitoriãm pacem[i] quærentes, plus timentes maieſtatem temporalem offendere quàm æternam,[k] talium abuſibus non tam temerariè quàm improuidè acquieſcunt, ſedis apoſtolicæ auctoritate ſeu licentia non obtenta.

*Præcipit perſonas eccleſiaſticas pro rebus ſuis vel eccleſiarum nil laicis ſoluere debere abſque licentia apoſtolicæ ſedis, ſub quocunque colore mutui, ſubuentionis, doni, vel alio quolibet, vt etiã ipſi laici tallias non exigant vel recipiant, nec occupent quocunque modo depoſita eccleſiarum vel perſonarum eccleſiaſticarũ. ſingulares contrà facientes excommunicat, vniuerſitates interdicit, quæ pœna locum habeant in promiſsionibus factis etiam ante hanc conſtitutionem, ſi poſtmodum ſoluantur vel recipiantur, & ab his ſententiis ſolus papa abſoluit, præterquam in mortis articulo. h. d.*

Nos igitur talibus iniquis actibus obuiare volentes, de fratrum noſtrorũ conſilio apoſtolica auctoritate ſtatuimus quòd quicunque prælati eccleſiaſticæque perſonæ religioſæ vel ſeculares quorũcunque ordinum conditionis ſeu ſtatus collectas vel tallias, decimam, viceſimã, ſeu centeſimam ſuorum & eccleſiarum prouentuum vel bonorum laicis ſoluerint vel promiſerint, vel ſe ſoluturos cõſenſerint, aut quamuis aliam quantitatem, portionem, aut quotam ipſorũ prouentuum vel bonorum ęſtimationis vel valoris ipſorũ ſub adiutorij, mutui, ſubuentionis, ſubſidij vel doni nomine, ſeu quouis alio titulo modo vel quæſito colore[l] abſque auctoritate ſedis eiuſdẽ,[m] necnon imperatores, reges, ſeu principes, duces, comites, vel barones, poteſtates, capitanei, vel officiales, vel rectores quocũque nomine[n] cenſeantur, ciuitatum, caſtrorum, ſeu quorumcunq; locorum conſtitutorũ vbilibet, & quiuis alij cuiuſcunque præeminentiæ conditionis & ſtatus qui talia impoſuerint, exegerint, vel receperint, aut apud ædes ſacras depoſita eccleſiarũ vel eccleſiaſticarum perſonarum vbilibet arreſtauerint, ſaiſiuerint, ſeu occupare præſumpſerint, vel arreſtari, ſaiſiri aut occupari mandauerint, aut occupata, ſaiſita, ſeu arreſtata receperint, necnõ omnes qui ſciẽter dederint in prædictis auxilium, conſilium vel fauorem publicè vel occultè: eo ipſo ſentẽtiam excommunicationis incurrant. Vniuerſitas quoque quæ in his culpabiles fuerint, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto:[o] Prælatis[p] & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis in virtute obedientiæ & ſub depoſitionis pœna diſtrictè mandantes, vt talibus abſque expreſſa licentia dictæ ſedis nullatenus

b *Oppidò.* id eſt valde.

*tallias laicorum.*

c *Antiquitas.* ij. quæſtio. vij. laicos. & cap. laici. & antiquitati credulitas & reuerentia debetur xj. diſtin. catholica. &. c. eccleſiaſticarum ſupra de tranſla. quanto.

d *Temporum.* ſupra eodem libro de cenſi. felicis. & de elect. fundamenta.

e *Non cõtenti.* & male. xiij. q. j. c. j. de ſepul. c. j. in anti. infra de priuile. cap. j.

f *Poteſtas.* xcvi. diſt. bene quidem. de conſti. eccleſia ſanctæ Mariæ. in an.

g *Ditioni.* vt peioris cõditionis ſit ſacerdotium, quàm fuerit ſub Pharaone. ſupra. c. non minus.

h *Non eſt.* de reſcri. cum contingat. de ſimo. & ſi quæſtiones. C. de fide inſtrumen. l. vlti. ad fin. Ioannes Andreæ.

i *Pacem.* huius ſeculi.

*Prælati ſint ſimiles Nabuthæ & Ambroſio.*

k *Aeternam.* & male, cum potius contrarium facere debeant. ſupra de hæret. vergentis. cũ ſuis concor. Faciant prælati eccleſiarũ quòd ſint imitatores Nabuthæ, qui vineam ſuam cruore defendit. iij. Regum. xxj. c. & xxiij. q. viij. cõuenior. & imitẽtur Ambroſium idem dicẽtem: Si vultis corpus occidere, occurram: vultis in vincula rapere, vultis in mortem? voluntas eſt mihi. pro altaribus gratis immolabor. perſecutionem tamẽ fugere poterit ſeruata diſtinctione quã habes. vij. quæ. j. §. hoc tunc. & recitari ſolet de renun. niſi. §. propter malitiã. in anti.

l *Colore.* qui nõ excuſat: vt. ꝭ. eo. lib. de elect. auaritiæ. xiiij. q. iij. plerique. de ſimo. in tantum.

m *Sedis eiuſdem.* nunquid correcta eſt decre. ꝭ. eo. non minus; quæ permittebat epiſcopo & clero inſpicienti neceſsitates vel vtilitates laicorum, eis ſpontè ſubſidium conferre? Dic quòd decretalis illa moderationẽ & determinationem receperat per decre. eo. titu. aduerſus. vbi ſtatutum fuit quòd etiam illo caſu id facere nõ poſſent præter licentiam apoſtolicæ ſedis: non ergo corrigit iſtam, ſed pœnam adiicit.

n *Nomine.* ſic. ꝭ. eodem lib. de elec. fundamenta.

o *Interdicto.* in vniuerſitatem non fertur ſententia excommunicationis: vt. ĵ. de ſen. excom. Roma. §. in vniuerſitatem.

p *Prælatis.* hucuſque dixit de ijs qui poſt conſtitutionem iſtam promiſerunt & ſoluerũt: nunc dicit de ijs qui ante cõſtitutionem vel eius notitiam promiſerunt, & poſt conſtitutionem ſoluerunt, & poſt eius notitiam.

Mortis

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Mortis articulo*, iſte ſemper excipitur: vt xvij. quæſt. iiij. ſi quis ſuadente.

b *Diſsimulatione*. diſsimulatio eſt peccatum mortale in præato. xliij. diſtinct. ſit rector. & cap. Epheſiis. & xlvij. diſtinct. cap. vlti. & ſupra de offic. ordi. irrefragabili, Ioannes And.

d *Partibus*. ſicut olim erat in ciuitate Piſana ſupra. de ſenten. excommunic. grauem.

e *Conſuetudine*. quæ dat iuriſdictionem. ix. quæſtione iij. conqueſtus. de foro competen. cùm contingat. in antiq. ad idem ſupra eodem lib. de excep. cap. vlti.

acquieſcant: quodq; prætextu cuiuſcũque obligationis, promiſsionis, & confeſsionis factarum hactenus vel faciẽdarum in antea, priuſquam huiuſmodi conſtitutio, prohibitio, ſeu præceptum ad notitiam ipſorum peruenerint, nihil ſoluant, nec ſupradicti ſeculares quoquo modo recipiant. Et ſi ſoluerint, vel prædicti receperint, in excommunicationis ſentẽtiam incidant ipſo facto. A ſupradictis autem excommunicationum & interdicti ſentẽtijs nullus abſolui valeat, præterquam in mortis articulo [a], abſque ſedis apoſtolicæ auctoritate & licentia ſpeciali: Cùm noſtræ intentionis exiſtat, tam horrendum ſecularium poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſsimulatione [b] tranſire:

*Omnia priuilegia derogantia huic conſtitutioni caſſat & irritat.*

Non obſtantibus [c] quibuſcũque priuilegiis ſub quibuſcunque tenoribus, formis ſeu modis aut verborum conceptione conceſsis imperatoribus, regibus & aliis ſupradictis, quæ contra præmiſſa in nullo volumus alicui vel aliquibus ſuffragari.

Idem.

*Excommunicati ſunt qui impediunt ſuper cauſis quæ ad forum eccleſiaſticum de iure vel de conſuetudine pertinent, literas à ſede apoſtolica impetrari, vel ſuper ipſis coram ordinarijs vel delegatis eccleſiaſticis litigari. Ioannes Andr.*

CAPVT IIII.

QVoniam (vt intelleximus) quorundam iuſtitiariorum, balliuorum, iudicúmve ſecularium ac temporalium dominorum in quibuſdam partibus [d] præſumptuoſa temeritas ſic excreuit, vt in terris eorum ſiue diſtrictibus literas apoſtolicas impetrantes, vel ad iudices ordinarios eccleſiaſticos recurrentes ſuper cauſsis, negotiis, ſeu quæſtionibus quæ ratione perſonarum aut rerum de iure aut antiqua conſuetudine [e] ad forum † eccleſiaſticum [f] pertinent, obtinere non poſſunt in eis per eoſdem ordinarios iudices vel apoſtolicas literas iuſtitiæ cõplementũ, quin potius ſuper illis recurrere ad iudiciũ ſeculare, vel à lite, cauſa ſeu quæſtione deſiſtere compellutur:

Nos iuſtitiam noſtram & eccleſię ſponſæ noſtrę nolentes negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouemus [g]: ſtatuimus diſtrictius inhibendo ne quis impetratores literarum noſtrarum, vel alios in foro eccleſiaſtico delegato ſeu ordinario litigantes, ſeu litigare volentes, ſiue ambæ partes hoc voluerint, ſiue vna, ſuper cauſis eccleſiaſticis, ſiue quæ ad forum eccleſiaſticum ratione perſonarum, negotiorum, vel rerum de iure vel de antiqua conſuetudine pertinere noſcuntur, per ſe vel per alium ad deſiſtendum, vel in foro ſeculari de quæſtionibus huiuſmodi litigandum per eorundem iudicum eccleſiaſticorum vel impetrantium, aut litigantium ſeu volentium litigare, aut propinquorum [h] ipſorum, ſeu rerum illorum, aut eccleſiarum ſuarum etiam captionem, modiſve alijs quibuſcunque compellat ſeu cõpelli faciat vel procuret: nec per ſe alioſve impediat quo minus coram iudicibus eccleſiaſticis delegatis ſeu ordinariis querelantes de cauſis quæ (vt præmiſſum eſt) ad cognitionem pertinent eorundem, poſsint liberè iuſtitiam obtinere: nec ad prædicta facienda det auxilium, conſilium, vel fauorem.

Si quis verò cõtrà præſumpſerit, excommunicationi ſe ipſo facto nouerit ſubiacere: à qua (niſi tam iudici cuius cognitio fuerit impedita, vel iuriſdictio vſurpata, quàm parti quæ turbata in proſecutione fuerit ſui iuris: de iniuria, damnis, expenſis, & intereſſe prius per eundem integrè fuerit ſatisfactum [i]) nullatenus abſoluatur [k].

Idem.

c *Non obſtãtibus*. papa ergo poteſt tollere & moderari priui. per ſe data: vt infr. de ſenten. excom. ca. vlt. in fi. de priui. ne aliqui. & ſic regula illa, decet cõceſſum &c. infra. de re. iur. non habet locum in ipſo principe: vt ibi dixi.

QVoniã vt intelleximus. } Primò recitat abuſum ſecularium poteſtatum. Secundò cõtra illũ ſtatuit: ibi, Nos iuſtitiã. Tertiò tranſgreſſoribus pœnam imponit ibi, Si quis verò. ſecũdum Ioan. Mona. Ioan. And.

CASVS. Aliquis laicus debebat mihi aliquã pecuniæ ſummam, ad quã ſoluendam ſe obligauerat mediante iuramẽto: & ſic ratione iuramenti cauſſa ſpectabat ad iudicẽ eccleſiaſticum. ca. ſi. ſ. de foro cõpet. iſtomet libro, vel alia ratione ſpectabat ad forum eccleſiaſticum: quia habebam iudicẽ ordinarium loci ſuſpectum: à ſede Apoſtolica impetraui delegatum, volui laicum ipſum conuenire coram iudice delegato, vel fortè coram epiſcopo. Vnde laicus iſtud notificauit iudici ſeculari, qui iudex præſtat impedimentum quo minus ipſe laicus cõueniatur coram iudice eccleſiaſtico: fortè faciendo inhibitiones ne ipſum cõueniam coram iudice eccleſiaſtico, vel ſaccãdo bona mea, vel parẽtum meorum. Quæritur, nunquid iudex ſecularis aliquã incurrit pœnam, & quã? Reſpondet quod ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis: & non ſolum ipſe iudex incurrit ipſo facto ſententiam excõmunicationis: ſed etiam laicus procurans eſt ipſo facto excõmunicat⁹: quoniam perturbãtes iuriſdictionem eccleſiaſticam, ipſo facto ſunt excommunicati: à qua excommunicatione non poterunt abſolui, niſi facta prius ſatisfactione. Nota primo caſum in quo faciens iniuriam laico, incurrit excommunicationem ipſo iure. Alium vide. ſupra. de elect. ſciant cuncti. eod. lib.

f *Eccleſiaſticum*. de ſecularibus non intromittit ſe eccleſiaſticus iudex, niſi in caſibus. ſupra. de foro compet. licet ex ſuſcepto.

g *Confouemus*. ſic. ſ. de ſupp. negli. præ. licet. nam & ordinata charitas à ſeipſa incipit. xxiij. quæſt. v. ſi non licet. de vſu pal. niſi ſpecialis. ADDITIO. Sic & primò debet quis curare de ſe & ad ſe ſpectantibus, quàm de aliis. j. queſt. j. multi in prin. C. de ſer. & aqua. l. preſes. ſupra. eod. lib. de offic. ordi. preſenti. §. porrò.

Gloſſa ſequẽs not. & dat duo ſimilia.

h *Propinquorum*. Nota caſum in quo laico iniuriãs excommunicatus eſt. ſic. ſupra. eodem lib. de elect. ſciant. j. de ſententia excommuni. quicũque.

i *Satisfactum*. ergo non ſufficit cautio: imò debet pręcedere ſatisfactio: ſicut cum quis excommunicatus eſt pro manifeſta offenſa. ſupra de verborum ſignificatio. ca. ex parte. j. & cap. ſequen. vel pro manifeſta cõtumacia: vt infrà de ſentẽtia excommuni. venerabilibus, § ſecus.

k *Abſoluatur*. tunc demũ poterit ab ordinario abſolui: ex quo Papa ſibi nõ reſeruauit. de ſentent. excommuni. nuper.

EOs qui. } Ponit dictum, cuius rationem interſerit ibi, cùm talia. Ioannes Andreæ.

Contra hos contra quos hic ꝓuidetur, arguebat Ber. de priuileg. quãto. in gloſſa. j. in fi. Ioãnes Andreæ. CASVS. Dictum fuit. ſupra. cap. clericis. quòd laici non poſſunt cõpellere clericos ad ſoluendum tallias ſiue collectas. Etiã dicitur in cap. quoniã. ſuprà eod. ꝙ non poſſunt compellere laicos ad litigãdum corã eis ſi velint litigare corã iudice eccleſiaſtico, vel ſi reus nollet litigare coram iudice eccleſiaſtico, ſed tamen actor vult litigare, & cauſa eſt eccleſiaſtica vel etiam miſta. Sed quid, ſunt aliqui domini temporales qui inhibent ſubditis ſuis, vt ſunt ſartores, carpen-

Anto. Burgos Hiſpanus collega vuj. nota. caſus. c. j. de empti. & vedi. et vide aliquid per Oldr. conſil. lxxxvi. et an in talibus caſibus eccleſiaſtic⁹ exequatur ſuã ſententiã: pulchre Io. an. Lup. Hiſpanus in cap. per veſtras. ꝗ. not. de do. inter virũ & vxor. Font.

Cautio nõ ſufficit vbi requiritur ſatisfactio.

No. quòd dicitur fieri iniuria iudici cui⁹ iuriſdictio turbatur vel impeditur: & ꝙ illi tenetur de iniuria turbãs vel impediens Dom.

† Quæ ſint illæ cauſæ, not. in cap. licet. de foro competẽ. in ant. Bar. in extraua. ad reprimendã. in verbo, denunciatione.



carpentarij, pilearij, & alij mechanici, vt non faciant obſequia clericis: niſi ipſi clerici velint contribuere ad tallias: & ſic indirectè cõpellunt clericos ad ſoluendũ tallias: nam ſine obſequiis illorum nõ poſſent clerici viuere. vtrũ ſint puniẽdi aliqua pœna? Reſpondetur ꝙ ſic. nam ipſo facto ſunt excõmunicati. No. ꝙ prohibitio directa ad ſubditos ex qua indirectè præiudicatur clericis quo ad ipſorum libertatẽ, nõ tenet. Gloſ. ſequẽs recitetur ꝑ obiectionẽ.

a *Subditis*. Licet ſolis ſubditis imperarent: tamen clericis cõpetebat actio de dolo ad ſuum damnũ cõſequendũ: quæ competit quotieſcunque aliquid dolo fit, & alia actio deficit. ff. de dolo. l. j. Vide quod poſt Innocen. dixi. ſ. de priuileg. quanto.

b *Libertatis*. Iſti licet quo ad verba nõ viderentur infringere libertatẽ: tamẽ infringebãt quo ad mentẽ, faciendo fraudem de perſona ad perſonã. de quo dic vt xiiij. q. iij. plerique. ſ. de priuileg. quanto. ff. de legi. cõtra. j. de reg. iuris. c. vlt. & contra tales habebas ꝓuiſum. ſ. de ſentẽtia excõ. grauẽ. ADDITIO. Hic vt dixit gloſ. fiebat fraus de perſona in perſonam Concordat. ff. ſi quis aliquem teſt. prohi. l. j. & ij. vbi prohibens notarium vel teſtes intrare, prohibuiſſe dicitur teſtatorem. ad idem. ff. de itine. actuque. l. veteres. vbi prohibens portari neceſſaria ad reficiendum iter, dicitur refectionem prohibuiſſe. Ioan. And.

c *Subiacere*. In ſtatutarijs, poteſtatibus, conſulibus, & ſcriptoribus ſtatutorũ quæ ſunt cõtra libertatẽ eccleſiæ: dic vt ſ. de ſentẽ. excõ. nouerint. ADDITIO. Et quomodo dicatur eccleſiæ libertas infringi, ibi ſcripſi poſt Innoc. Io. And.

*Domini temporales prohibentes ſubditis ne cum perſonis eccleſiaſticis contrahant, vel communia obſequia exhibeant: ipſo facto excommunicationem incurrũt, hoc dicit. Domi.*

CAPITVLVM V.

EOs qui temporale dominium obtinẽtes, ſuis ſubditis [a] ne prelatis aut clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis quidquam vendant, aut emãt aliquid ab eiſdẽ, neq; ipſis bladum molãt, coquant panem, aut alia obſequia exhibere pręſumant, aliquãdo interdicunt (cùm talia in derogationẽ libertatis [b] eccleſiaſticæ pręſumantur) eoipſo excommunicationis ſentẽtiæ decernimus ſubiacere [c].

NE CLERICI VEL MOnachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

Bonifacius octauus.

*Capitulum, ſuper ſpecula, prohibẽs audientiam legum vel phyſicæ, nõ includit parochiales eccleſias habẽtes, niſi ſint plebaniæ habentes ſub ſe capellas in quibus clerici perpetuò inſtituuntur. h. d. Domi.*

CAPVT I.

STatutum [d] felicis recordationis Honorij Papæ tertij prædeceſſoris noſtri, quod decanis, archidiaconis, præpoſitis, plebanis [e], cantoribus, & aliis clericis habentibus perſonatus, audire leges [f] vel phyſicam [g] interdicit: ad eos qui parochiales eccleſias obtinere noſcuntur, piæ memorię Clementis [h] Papę quarti prędeceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes, declaramus [i] pręſentis conſtitutionis oraculo ratione [k] eccleſiarum huiuſmodi non extendi:

Niſi eædem eccleſiæ fuerint plebaniæ ſub ſe capellas [l] habentes, in quibus inſtituantur clerici perpetui [m] nequeũtes ab ipſis [n] abſque cauſa rationabili [o] amoueri.

Idem.

NE CLERICI VEL MONACHI SECVlaribus negotijs ſe immiſceant.

Dictum fuit. ſ. per diſcurſum titulorum præcedentium de clericis & eorum priuilegijs: verum quia clerici perdũt ſua priuilegia immiſcendo ſe ſecularibus negotiis: ideo ad nos informandum ponit Romanus pontifex rubricam, Ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

STatutum. } Ponit declarationem veteris iuris, primò dans regulã. ſecũdò caſum exceptũ ibi, Niſi. CASVS. Dicitur in capitulo, ſuper ſpecula e. tit. in anti. ꝙ clerici obtinentes dignitatẽ vel perſonatũ, non debent audire leges vel phyſicã: & ibi imponitur certa pœna contrafacientibus. poſtea emanauit cõſtitutio Clemẽtis Papæ quæ extendit illud capitulũ ad rectores eccleſiarũ parochialiũ: vt rectores parochialiũ eccleſiarum qui audiunt leges vel phyſicã, incurrerẽt pœnã capituli, ſuper ſpecula. Sed quæritur, vtrũ illa cõſtitutio Clementis papæ intelligatur indiſtinctè de quibuſcũq; rectoribus eccleſiarũ parochialiũ? Reſpon. ꝙ non: ſed ſolũ intelligitur de rectoribus eccleſiarũ parochialium, quæ ſonant in nomẽ plebaniæ, id eſt, quæ ſub ſe habẽt capellas: in quibus capellis inſtituũtur vicarij perpetui qui nõ poſſunt ad tẽpus remoueri: ſicut in his partibus põt poni exemplũ in archipresbyteris. Alij autẽ rectores eccleſiarũ qui ſub ſe non habẽt capellã, dũmodo non ſint ſacerdotes, poſſunt audire leges vel phyſicam. No. primò ꝙ nõ eſt licitũ decanis, archidiaconis, præpoſitis, cãtoribus, & aliis obtinẽtibus dignitates audire leges vel phyſicã: tamẽ cum talibus põt papa diſpẽſare, & quotidie diſpẽſat. No. ꝙ rectores eccleſiarũ parochialiũ qui ſub ſe nõ habẽt capellas, dũmodo non ſint ſacerdotes: licite poſsũt audire leges. Quæritur, quare iſti qui habẽt dignitatẽ, vt ſunt decani, præpoſiti, archidiaconi, nõ poſſunt audire leges vel phyſicã? Dicẽdum eſt ꝙ iſtud fuit ordinatũ vt liberius vacẽt ſtudio theologię & iuris canonici: quę meli⁹ cõgruũt ſuo ſtatui ꝗ leges vel phyſica. vt dicto c. ſuper ſpecula. Nota ꝙ rector eccleſiæ parochialis quę ſub ſe nõ habet capellã, pendente anno quo ꝓmoueri debet ad ſacerdotiũ, licite poteſt audire leges, vel etiã durãte ſeptẽnio quod habet ad ſacerdotiũ, & nõ promouendi ad ſacerdotiũ.

d *Statutum*. ſupra eod. ſuper ſpecula.

e *Plebanis*. quod intellige vt dicitur. j.

f *Leges*. non [a] enim debent velle videri ſecularium vel foreſium diſceptationum periti. C. de epi. et cle. repetita.

g *Phyſicam*. non debet hoc facere ſub ſpecie curandorum languentium fratrũ. ſ. eo. nõ magnopere.

h *Clementis*. quam non habemus, ſed eius mentem hic inſerit: & incipiebat, habito cum fratribus noſtris conſilio.

Gloſ. ſeq. dicit quorum opinionem approbat & reprobat: & rationib⁹ opinionis reprobatę reſpõ.

i *Declaramus*. Not. approbatam opinionem Goffr. qui hoc dicebat in ſum. huius tit. in fine. & concordat Pet. de Samp. & Abbas. & eſt ratio: quia conſtitutio illa pœnalis erat, & ideo reſtringẽda. j. de reg. iu. in pœnis. cũ ſuis concordãtiis. nõ ob. ſupra de elect. dudum. ij. vbi dicitur ꝙ idem iudicium &c. quia illud habet locũ in caſu ipſius decretalis: ſcilicet quo ad pluralitatẽ. Item quo ad ordines: vides enim ꝙ archidiaconus nõ cogitur niſi quo ad diaconatũ. de elec. cum in cũctis. in an. ergo nec habẽs curã animarũ: ſed hoc eſt falſum: vt. ſ. e. lib. de elec. licet canõ. Reprobata eſt aũt opinio Ber. Inno. ſecundũ quoſdã libros, & Hoſti. qui dicebãt contrariũ propter dictã decretalẽ, dudũ. Item ex eo ꝙ quis habet curã, ſacerdos fieri debet: ſed ſacerdotes prohibentur per ipſam decretalẽ Honorij: ergo & curã habẽtes. Itẽ ex eo ꝙ cõſtitutio fauorabilis erat: & ſic amplĩãda. j. de reg. iur. odia. Itẽ ex eo ꝙ prædicare tenetur: vt in cle. dudũ. §. huiuſmodi. de ſepul. & ſic debet eſſe ſacerdos. xvj. q. j. adiicimus. ſed presbyteri ex ordine nõ ex cura, cõprehenduntur cõſtitutione Honorij: & interdũ de neceſsitate nõ habent fieri ſacerdotes rectores parochialiũ eccleſiarum: vt. ſ. e. lib. de electione. ſtatutum. vel pone ꝙ annus non eſt elapſus. Vel pone ſecum diſpenſatum per decretalẽ ſupra. e. lib. de elect. cùm ex eo.

k *Ratione*. quaſi diceret: ſi haberent diſpenſatiuè vel alio modo perſonatum cum illis eccleſijs, bene tenentur conſtitutione: vel ſi eſſent presbyteri, tenentur: non ratione eccleſiæ, ſed ordinis: vt ſupra dixi.

Glo. ſeq. quærit, arg. & ſoluit. cõtrario argumẽto reſpõdet.

l *Capellas*. quid ſi vnicã habet capellã? Si arguamus à verbis, ſaltẽ duæ debent eſſe. ad hoc. j. de reg. iur. pluralis. cum ſuis concor. ad hoc de deci. ad audientiã. tutius videtur contrarium tenere. ad hoc. ff. vi bo. rap. l. prætor ait. j. §. homines. inſti. e. tit. in prin. ad idẽ ſupra e. lib. de elec. c. pen. j. reſpon. ſ. de priui. vt priuilegia ibi, aperiantur eccleſiæ. id eſt, eccleſia. j. diſtin. omnes leges. cum ſuis concor. & ij. q. j. in primis. nec obſt. ar. à verbis: quia non dicit hoc, niſi fuerit plebania habẽs capellas, ſed dicitur in plurali plebaniæ habentes capellas: & pluralitatẽ capellarũ ad pluralitatẽ plebaniarũ referã, arg. prædi. decr. vt priuilegia. ADDITIO. Hoc videtur tenere Guli. in Spe. e. tit. poſt prin. vbi dicit quòd plebania eſt habens diuerſas capellas in quibus &c. Ioan. Mona. dicit hic quòd ex quo plebania habet capellas perpetuas, reputatur dignitas. Archid. nil dicit de hoc. Ioan. Andr.

m *Perpetui*. ſupra e. lib. de capel. mona. c. vnico.

n *Ab ipſis*. ſcilicet plebaniis vel capellaniis, & melius.

o *Abſq; cauſa rationabili*. de capel. mona. c. vnico. vbi de hoc.

VT *periculoſa*. } Primò, cauſa premiſſa ponit duplicẽ inhibitionẽ. Secundò, pœnã tranſgreſſorũ: ibi, Si quis. Tertiò ibi, Doctores. illã declarat in doctoribus locum habere.

Tracta

Continuatio domini Hebe.

a Vide doct. e. tit. ca. ſuper ſpecula. & ibi Panor. nam iſta gl. ratio tantum valet ſicut d. ca. ſuper ſpecula. imò propter regionẽ temporalium quod habet eccleſia, eſt vtile ſcire leges, arg. ca. ſi in adiutoriũ. x. diſt. & glo. cap. ad hoc 38. diſt. nulli ſacerdotum. & qui ſcit canones & leges ille verè ſcit iura. Bal. ca. quã cauſam. de teſti. in ij. col. Fetan⁹. No. primò argu. quòd plebani habent inſtituere rectores in capellis exiſtẽtibus in eorũ plebanatu. de quo de eccle. ædifi. ad audientiam. No. ſecũdò argu. quòd etiam inferiores ab epiſcopis in capellis ſibi ſubiectis poſſunt deſtituere rectores. de quo de bar. v. t. cum ex iniũcto. de priui. cũ & plãtare. §. in eccleſiis. Domi.

Leges an ſit licitũ audire clerico obtinẽti eccleſiã parochialem habentem ſub ſe vnicam capellã tantum.

Universidad de Deusto Biblioteca



Tracta fuit de extrauaganti, grauis & dolore non vacua. quæ fuit Innoc. ſed verſic. nec accedat. additus fuit vſque ad verſi. ſi quis autem. Ioan. And. ADDITIO. Et dic periculoſa, animabus ipſorum vagantium. ſ. de reg. ca. ſi. Et etiam periculoſa propter exēpli perniciē. de elect. cùm dilectus. §. nos verò. de vo. magnæ. in an. Ioannes And.

*Excommunicatus eſt ipſo facto religioſus profeſſus habitum temerariè dimittens, vel ad quæcunque ſtudia accedens non obtenta licentia prælati & conuentus. Doctores ſcienter docentes, vel in ſcholis retinentes ad leges vel phyſicam tales religioſos, ſimiliter excommunicationem incurrunt. hoc dicit. Domin.*

CAPITVLVM II.

VT periculoſa religioſis euagādi materia ſubtrahatur, diſtrictius inhibemus ne decætero aliquis quancunque [a] religionem tacitè vel expreſsè [b] profeſſus [c], in ſcholis vel alibi temerè [d] habitum religionis ſuæ dimittat: nec accedat ad quæuis ſtudia literarum, niſi à ſuo prælato cum conſilio ſui conuentus [e] vel maioris partis eiuſdem ſibi eundi ad ſtudium licentia [f] primitus ſit cōceſſa.

B Si quis autem horum [g] temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto [h]. Doctores quoque ſiue magiſtri qui religioſos habitu ſuo dimiſſo [i] leges vel phyſicam audientes ſcienter [k] docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere [l]: ſimili [m] eo ipſo ſint ſententia innodati.

Idem.

CASVS. Aliquis religioſus qui erat bene diſpoſitus ad ſtudium, cupiēs margaritam ſcientiæ inuenire, dimiſit ſuū monaſterium ſua auctoritate priuata (verius magis temeritate) & iuit ad ſtudium generale abſque licētia ſui prælati. vtrum poſſit licitè exercere ſtudium? Reſpondetur quòd non: quia religioſus nil agere pōt. ſine licentia ſui prælati: & prælatus ſuus poteſt ei dare licentiam cum cōſilio ſui conuentus. Sed quid, ponamus retēto eodem themate, quòd religioſus abſque licentia ſui prælati acceſsit ad ſtudium generale: ipſe autem dubitans quòd non admitteretur niſi oſtenderet licentiam ſui prælati, dimiſit habitum ſuum vt non poſſet cognoſci eſſe monachus. vtrum puniatur aliqua pœna? Reſpon. quòd ſic: nam ipſo facto incurrit ſentētiam excommunicationis. Et etiam doctor qui illum admittit in auditorio ſuo, & illum non expellit, eſt ipſo facto excommunicatus. No. primò ex iſto ca. quòd religioſus fauore ſtudij non poteſt dimittere monaſterium ſine licentia ſui prælati. Sed quis dicetur eius prælatus quo ad iſtam licentiam dandam, vtrum ſuus epiſcopus? Dicendum quòd non: licet dicamus quòd epiſcopus regulariter concurrit cum inferioribus prælatis: vt in cap. cum ab eccleſiarum. de offic. ordi. in an. & l. ſi. C. de iuriſdi. om. iudi. vbi dicitur quòd quodlibet collegium poteſt ſibi conſtituere & eligere rectorem qui cognoſcit perſonas de illo collegio: tamen datur actori optio cōueniendi reum coram illo rectore collegij, vel coram ordinario loci: ideo ad dandam iſtam licentiam abbas dicitur prælatus religioſi. Sed quid ſi abbas nolit dare licentiam, an poſsit recurſus haberi ad epiſcopum? Reſpondetur ꝙ ſic, ſi abbas non ſit exemptus à iuriſdictione epiſcopi: ſi autē ſit exemptus, recurrendum eſſet ad papam: imò dicunt plus doctores quòd epiſcopus vel ſuperior poterit illi abbati præfigere certum terminum, intra quem det illi religioſo licentiam vt poſsit ſtudere, cum cōminatione ꝙ niſi intra illud tēpus ſibi licentiā contulerit, quòd tempore illo elapſo epiſcopus conferet.

*Not. primò quòd monach⁹ etiā ex cauſa legitima non poteſt ſe abſentare à monaſterio ſine licentia abbatis, & cōſilio cōuentus.*

*No. ſecūdò quòd apoſtata religionis per dimiſsionē habitus incurrit excōmunicationē ipſo iure. cōcor. ſūt in gloſ. Domi.*

*Religioſus etiā fauore ſtudij non poteſt monaſteriū dimittere ſine licētia prælati.*

a *Quācunque.* dum tamen approbatā. ſ. de vo. cap. vno. e. lib.

b. *Vel expreſſè.* ſ. eod. lib. de regula. cap. j. & iij. & in caſu iſto inter expreſſam profeſsionem & tacitā non eſt differentia: ſicut alibi eſt. ſ. eod. lib. de elect. nullus. & cap. indemnitatibus. ADDITIO. Dicebat Hoſtien. ſupra eod. cap. iij. vtrunque, ſcilicet vt tacitè profeſſus non eligatur, & hac conſtitutione adſtringatur, introductum in fauorem religionis, & animarum ſalutem. Ioan. And.

c *Profeſſus.* Nota, profeſſus non poteſt redire ad ſeculum: quod dic vt ſupra de regula. conſulti.

*Recit. poteſt per obiect. & ſolutionem.*

d *Temerè.* ex cauſa enim licet habitum transformare ſi iuſta ſit, puta timor ſupra de vita & honeſt. cle. clerici. in anti. in gloſſ. clericici arma.

e *Conuentus.* alibi dat prælatus licentiam ſine requiſitione conuentus ſupra eod. lib. de elect. ſi religioſus. ij. reſponſo. ſed illud fauore eccleſiarum vacantium. ad idem ſupra de teſta. cap. vlti. & illud fauore vltimarum voluntatum: & quia pium eſt executionis teſtamentorum onus.

f *Licentia.* & tūc poteſt omnia ſine quibus in ſtudio cōmodè eſſe non poſſet. ꝙ dic vt no. ij. quæſt. vij. cùm paſtoris. de accu. ex parte. ADDITIO. Et ꝙ ibi not. in ſi. penult. gloſſ. pro neceſsitate monachi monaſterium obligari intelligit Archidiac. niſi actum fuiſſet quòd alius monacho ſumptus inueniret: puta propinquus vel amicus &c. Ioannes And.

g *Horum.* id eſt quòd apoſtata, dimittendo habitum, vel quia vadit ad ſtudium ſine licentia.

*Apoſtata an ſit ipſo iure excommunicatus.*

h *Ipſo facto.* ſpeciale in religioſo apoſtata: quia aliàs apoſtata nō eſt excōmunicatus, ſed eſt excōmunicandus ſecūdum quod no. Innocen. & Ber. xxiij. diſtinct. ſi quis ex clericis. de

A vita & honeſt. cleri. ſi quis ex clericis. de apo. capi. iij.

i *Dimiſſo.* quid ſi non dimiſerit habitum? Videtur ꝙ tunc doctores non ſint excōmunicati: quia hæc pœna nō eſt ampliãda. j. de reg. iur. in pœnis. Dic cōtra, quia communicāt in crimine. & ſic eadem & non minori excōmunicatione ligātur. de ſenten. excōmu. nuper. & ca. ſi concubinæ. & in hoc poterit dici hoc potius venire ad declarationē iuris veteris, ꝙ nouū caſum ponere. ADDITIO. Idē, ſcilicet ꝙ doctores ipſos religioſos docentes & retinentes habito etiam nō dimiſſo, ſint excōmunicati, ſequitur Archi. & hoc teneat ſaltē poſtquam monach⁹ incidit vt ſic cōmunicet iam excommunicato in crimine pro quo ligatus eſt. ſuper quo vide quod dixi de ſent. excō. cōtingit. j. Ioānes And.

*Quærit. argu. negatiue, ſol. cōtrarium.*

k *Scienter.* vbi incederēt in habitu, nō haberet locū ignorãtia veriſimiliter. Sed vbi dimiſerant habitū, probabiliter poterant ignorare. ADDITIO. Bene tamen eſſe poſſet tãta multitudo ſcholarium & cautela monachi tempeſtiuè intrantis, & in occulto ſcholaris loco manentis, quòd licet in habitu intraret, excuſaretur doctor: & maximè vbi de habitu indiſtinctiſsimè loqueremur, de quo ſupra e. lib. de reg. c. j. vbi in fine. Ioan. Andreæ.

Gloſſ. ſeq. primò ſol. vnum dubiū. ſecundò quærit & ſoluit. tertiò iterum quærit & ſol.

l *Retinere.* Not. officiū doctoris ſcholarē de ſcholis expellere. & per id quod dicit retinere, dicas ꝙ licet doctor ſciat [a] monachum habentem domum iuxta ſcholas doctoris in do-C mo propria quam inhabitat audire, excōmunicatus non eſt. [b] iam enim inhibere nō poſſet quin ſiet in domo propria. & facit quod dixi. j. de reg. iur. locupletari. Quid ſi monachus non vult exire ſcholas? Videtur per hanc literam ꝙ licitè vi poſsit expelli. ad hoc de ſent. excom. veniens. in anti. & hoc maximè ſi vera eſſet opinio, ꝙ excōmunicatus non gauderet priuilegio canonis: quod non eſt verum, ſecundum Ioan. Bern. & Hoſtiē. qui de hoc not. xvij. quæſt. iiij. ſi quis deinceps. de ſenten. excōmu. cōtingit. j. Quid ſi nō poteſt expelli? Exeat ſcholas doctor, ad inſtar eius quod dicim⁹ cùm excommunicatus intrat eccleſiam: vt not. xj. quæſt. iij. ſicut apoſtoli. & per modernos ſupra de ſenten. excōmunic. nuper.

*a Idem Io. Mo. et Archidi.*

*b Ipſe doctor. ſecus enim in monacho cui prohibitur auditus & ſtudium. ſ. e. cap. ſi. Io. And.*

m *Simili.* Quia cōmunicant in crimine, vt dixi. & quia conditor ſibi nō reſeruauit abſolutionē, aliis indulſiſſe videtur. ſ. de ſent. excom. nuper. & facit quod not. ſ. eod. ſuper ſpecula.

EPiſcopus.) Ponit dictum: cuius cauſam reddens ſoluit obſtaculum ibi, Nam licet. Emanauit ad declarationem eorum quæ notant Ber. Innocen. & moderni ſupra eo. clericis. vbi videbatur gloſ. & Hoſtien. ſentire ꝙ generalem vicariū vel balliuum poſſet dare ad talia: ſed non ſpecialem. Sed ex verbis ipſorum olim tenebam cōtrarium: nam dicunt quòd D ſi appelletur in tali cauſa, debet appellari ad ipſum prelatum, & ipſe alij delegabit: ergo etiam ſecundū eos ſpecialiter poterat delegare. Quid iuris ergo de prælatis temporalem iuriſdictionem habentibus: habes hic, & quomodo eam committere poſsint. Quid iuris de clericis iniuriam paſsis, & quomodo de ipſa conqueri poſſunt? habes. j. de homi. prelatis. ADDITIO. Conformiter ad glo. & Hoſtien. ſ. eod. clericis, dicebat Goffr. de Rap. in archiepiſcopatu quòd conſulebat prælato habenti iuriſdictionem temporalem quòd nō committat in ſpecie laico puniendum corporaliter: ſed generaliter deleget cauſarum vniuerſitatem quæ ſunt ad pœnam ſanguinis. Et ſi Goffr. intellexit quòd non exprimat de pœna corporali inferenda in ſpeciali conceſsione, hæc decretalis non reſiſtit huic conſilio. Ioan. And.

*Diuiſio.*

CASVS. Epiſcopus Picta. vel aliquis abbas vel alius clericus prelatus qui habebat iuriſdictionem tēporalem, deputauit aliquem balliuum vel iudicē ad illam iuriſdictionē exercendā: deinde cùm dictus balliu⁹ vel iudex haberet in ſuis carceribus vel vinculis aliquem malefactorē: ipſe prælatus clericus dicto iudici vel balliuo mandauit vt de tali malefactore faceret bonā iuſtitiā. vnde iudex iſte vel balliu⁹ ſecularis magis excitat⁹ ex iuſsione domini ſui talem reū & criminoſum



minoſum condemnauit vltimo ſupplicio: vtrum epiſcopus vel alius prelatus ex hoc incurrat aliquam irregularitatem? Reſpondet quòd non, dummodo non mandauerit vt illum condemnaret vltimo ſupplicio: ſed ſolùm mandauerit vt faceret bonam iuſtitiam. Nam ſi iudex ſecularis exceſsit, non eſt imputandum ipſi epiſcopo vel prelato.

*Clericus in loco temporalis iuriſdictionis ſuæ ſuper delicto ibi commiſſo delegans, vt veritate inquiſita iuſtitiam exequatur: irregularis non efficitur, licet pœna ſanguinis inferatur. h. d. Dominicus.*

CAPITVLVM III.

EPiſcopus ſeu quicunque alius prælatus vel clericus iuriſdictionem obtinens temporalem: ſi homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua commiſſo, balliuo ſuo aut alij B cuicunque iniungat, vt ſuper hoc [a] veritatem inquirens, iuſtitiæ debitum exequatur: irregularis cenſeri non debet, quamuis ipſe balliuus vel alius contra malefactores ad pœnam ſanguinis proceſſerit iuſtitia mediante [b]. Nam licet clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat [c], cas tamē (cùm iuriſdictionem obtinēt temporalem) debent & poſſunt [d] metu irregularitatis ceſſante aliis delegare.

FINIS LIBRI III.

LIBER QVARTVS. DE SPONSALIBVS & matrimoniis.

Bonifacius octauus.

*Sponſalia pura & certa ex conſenſu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicam honeſtatem, quæ habet dirimere ſequentia ſponſalia, ſed non præcedentia.*

CAPIT. VNICVM.

EX ſponſalibus puris [e] & certis [f] etiam ſi conſanguinitatis [g], affinitatis [h], frigi-

Not. primò hic optimum tex. quòd delegatus inferioris à principe, poteſt exequi ſententiam ſuam ſi hoc in commiſsione exprimatur. de quo de foro competē. in anti. ſi quis cōtra clericum. Not. ſecundò caſum in quo quis poteſt per alium quod non poteſt per ſeipſum. de quo infra de regu. iur. poteſt quis. Domi.

Gloſ. ſeq. infert & ponit dictū Hoſtien.

a *Super hoc.* maleficio. ergo & ſpecialiter committit: dicit Hoſtien. ſupra e. clericis. quod ſibi placeret quòd aut daretur clericis licentia tales cauſas iudicãdi per ſeipſos, aut talium cauſarū poteſtas ipſis clericis tolleretur, cùm commiſsio ſit contra ius. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. l. j. ADDITIO. Intelligas hoc dictum per id quod no. de rap. in archiepiſcopatu. in vlt. gloſ. nam ſaltem vltimum ſupplicium & membri mutilatio non delegantur etiam iure authenticorum. & de his committendis agitur hic principaliter: vt dixi in textu.

*Prælatus iuriſdictionē obtinens temporalē, poteſt etiā ſpecialiter cauſam criminalem delegare.*

Gloſ. ſequens quærit & ſoluit, & argumento contrario reſpondet. Ioan. Andreæ.

b *Iuſtitia mediante.* Quid ſi contra iuſtitiam? Dic idem [a]: Nam epiſcopus qui mandauit iuſtitiam fieri, non eſt in culpa ſi iuſtitiarius delinquat. & abſit quòd ea quæ propter licitum & bonum &c. xxiij. quæſt. v. de occidendis non ob. j. de homi. is qui mandat. quia ibi culpa præceſsit: & caſus qui culpam ſequitur, bene imputatur. de hoc plene de homi. ſicut dignum. in antiq. hic nulla culpa præceſsit.

*a Concor. Arc. alleg. quòd in generali mādato nō venit aliquid illicitū. concor. quod ſcripſi ſupra ina. j. ca. vlt. circa medium magnæ gloſſæ. Io. And.*

c *Non liceat.* ſupra eod. clericis. & cap. ſententiam.

d *Poſſunt.* Ergo poteſt quis per alium quod non per ſe. de hoc dixi infra de regu. iur. poteſt quis. Ioannes Andreæ.

FINIS LIBRI TERTII.

DE SPONSALIBVS & matrimoniis.

*Cōtinuatio domini Hebe.*

Viſum fuit ſuprà in tribus libris præcedentibus de illis quæ ſpectant ad clericos: nunc videndum eſt de illis quæ ſpectant ad laicos: videlicet de matrimonijs: ideo merito annectitur rubrica de ſponſalibus & matrimoniis.

*Diuiſio.*

EX ſponſalibus.) Sunt duæ partes. Prima tractat de ſponſalibus puris. Primò in genere. Secundò in ſpecie: ibi, Quare. Secunda tractat de conditionalibus: ibi, Ille verò. Ioan. Andr. Emanauit D ad declarationem eorum quæ not. xxvij. quæſt. ij. ſi quis deſponſauerit. ij. ſupra eo. tit. ad audientiam. Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt quid ſit publicæ honeſtatis iuſtitia. Vnde iuſtitia publicæ honeſtatis eſt quoddam impedimentum quod impedit matrimonium cōtrahendum, & dirimit iam contractum, quod oritur ex conſenſu preſtito in ſponſalibus: vt ſi monachus contrahat cum aliqua, tunc conſanguineus monachi non poterit contrahere cum illa: publice enim honeſtum eſt, ex quo monachus conſenſit in illam, quòd aliquis conſanguineus monachi eam habere non poſsit. Et fuit introductum hoc impedimentum propter honeſtatem duntaxat. de hoc per Panor. in cap. iuuenis. eo. titu. in anti. CASVS. Aliquis Titius contraxit ſponſalia cum aliqua Berta ſic dicendo, promitto & iuro quòd ego accipiam te in vxorem: & econuerſo illa Berta promiſit & iurauit illum Titium accipere in virum. tractu temporis Titius contraxit ſecunda ſponſalia cum conſanguinea Bertæ: & ſic orta fuit iuſtitia publicæ honeſtatis inter Titium & conſanguineas ipſius Bertæ, & inter Bertam & conſanguineos Titij. Quæritur vtrum Titius poterit

A contrahere matrimonium cum iſta ſecunda ſponſa? Reſpondetur quòd non, obſtante impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quod eſt ſufficiens impedimentum ad impediendum matrimonium contrahendum: & ſi de facto contraheret cum ſecunda, dirimeretur iſtud matrimonium vigore iſtius impedimenti: & non obſtante iſta ſecunda ſponſa, poterit & debebit Titius contrahere cum Berta. Sed quid, ponamus quòd Titius contraxit ſponſalia cum Berta ſub aliqua conditione. poſtea pendente cōditione contraxit matrimonium de præſenti cum cōſanguinea Bertæ. vtrum per iſtud matrimonium de præſenti fuerint ſoluta priora ſponſalia? Reſpondetur ꝙ ſic: quia per ſponſalia conditionalia nō contrahitur iuſtitia publicæ honeſtatis. Secus ſi ſponſalia eſſent certa & purè contracta: quia cùm ex illis oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, non frangerentur priora ſponſalia: imò Titius compelleretur contrahere cum Berta cum qua primò contraxit ſponſalia: vt dictum fuit in prima parte huius capituli. Nota primò quòd publica honeſtas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum.

Nota quòd antequam ex ſponſalibus oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, requiritur quòd ſponſalia ſint pura & certa. Nota quòd ex ſponſalibus nullis, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus, oritur publica honeſtas: ideo ſi monachus vel presbyter contraheret, aliquis ex conſangui-C neis monachi vel presbyteri non poſſet eam habere in vxorem: ex quo illa ſponſalia non fuerunt nulla ex defectu conſenſus: quia monachus habet conſenſum: quia conſenſus eſt de iure naturali. in l. j. ff. de pact. ideo illa ſponſalia nō ſunt nulla ex defectu conſenſus: ſed ſunt nulla propter ſuſceptionem ſacri ordinis. Nota quòd ſi quis contraxit ſponſalia de futuro: poſtea contrahat per verba de præſenti cum conſanguinea primæ ſponſæ: debet remanere cum prima. Sed quid ſi ipſe cognouit ſecundam? Dicendum quòd neutram debet habere non primam, propter affinitatem ſubſecutam: quia contrahendo cum ſecunda & eam cognoſcendo, contracta fuit conſanguinitas cum prima. Et licet affinitas ſuperueniens non dirimat matrimonium: tamen dirimit ſponſalia. nec habebit ſecundam propter impedimentum publicæ honeſtatis. No. vlterius ibi, Ille verò. quòd ſi quis contrahat ſponſalia conditionalia, quia promiſit aliquam accipere in vxorem ſub aliqua cōditione honeſta & licita: (quia ſi eſſet conditio turpis, tunc ſponſalia remanerent pura) iſta conditio honeſta licita ſuſpendit effectum. Si ergo ſponſus contrahat per verba de præſenti cum conſanguinea primæ ſponſæ, habebit ſecundam, puta cōſanguineam primæ ſpon-D ſæ: quia fuit contracta publica honeſtas. Sed quid ſi contraxit cum conſanguinea primæ ſponſæ per verba de futuro: quia ſi contraxiſſet per verba de præſenti cum iſta ſecunda, non eſt dubium: quia debeo habere iſtam ſecundam & non primam? Reſpondet glo. ꝙ idem eſſet ſicut ſi contraxiſſem cum ſecunda per verba de præſenti: quia ex quo inter me & ſecundam non eſt impedimentum, ſum obligatus ſecundæ & non primæ. Nota quatuor impedimenta quæ inducunt nullitatem ſponſaliorū reſpectu vinculi matrimonialis. hæc ſunt expreſſa in textu. Nota ꝙ affinitas inducit nullitatem, ſicut conſanguinitas. de quo conſan. & affi. non debet. Do.

*Sponſalia contrahens cum duab⁹ conſanguineis, ſi ſecūdam cognoſcat, neutrā habebit.*

*Sponſalia cōditionalia cum aliqua nō impediūt matrimonium cū eius conſanguinea.*

e *Puris.* conditionalia non inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam: vt dicitur in fine.

f *Certis.* vt ſi promiſit ducere Bertam filiam Titij. incerta ſunt quando promiſit ducere vnam ex filiabus Titij. ad hoc ſupra eod. cap. ex literis. ij.

g *Conſanguinitatis.* ſcilicet intra gradum quartum. ſ. de cōſang. non debet. & iſte erat caſus ſupra eo. ad audientiam.

h *Affinitatis.* in primo genere & quarto gradu vel citeriori. ſ. de cōſang. & affi. nō debet. & tūc talis affinitas annullat matrimonium quando preceſsit: ſecus ſi ſecuta fuerit. de eo qui cogno.

*Affinitas in primo genere impe-*

Universidad de Deusto Biblioteca



ditatis, [a] religionis, [b] aut alia quauis [c] ratione ſint nulla, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus, [d] † oritur efficax † ad impediendum & dirimendum ſequentia ſponſalia vel matrimonia, non autem ad præcedentia diſſoluendum, [e] impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis. [f] Quare ille qui ſponſalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem fecit, [g] ex priorum ſponſaliorum vigore (quibus per publicæ honeſtatis iuſtitiam ex ſecundis ſponſalibus ſubſecutam minime derogatur [h]) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus [i].

*Publicam honeſtatem non inducunt ſponſalia conditionalia ante conditionis euentum. hoc dicit. Ioan. And.*

Ille verò [k] qui ſponſalia cum aliqua muliere † ſub conditione † contraxit, ſi poſtmodum ante [l] conditionis euentum cum alia prioris conſanguinea per verba contraxerit de præſenti, [m] cum ſecunda remanere debebit: cum ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem [n] extantem, ſicuti conſenſum non habentibus, & incertis, nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oriatur.

*dit & dirimit matrimonium.* cogno.conſan.vxo.ſuæ.diſcretionem.

a *Frigiditatis.* ſupra de frigi.per totum. ADDITIO. Et vide diſtinctionē q́ ſcripſi eo.ti.de fri.c.fraternitatis.in fi.Io. An.

b *Religionis* præcedentis & approbatæ,ſ.de vo. cap.vnico. quia tunc nullum eſt matrimonium vel ſpōſalia. ſi ſequitur, tunc diſſoluit ſponſalia, vt ſupra de conuer.coniu.ex publico.&.cap. ij.

c *Alia quauis.* ſicut dicebat prædict' canō.xxvij.q. ij. ſi quis deſpōſauerit. Et multæ aliæ cauſæ repeRiuntur, puta votum ſolenne, cognatio ſpiritalis & legalis,& reliqua impedimenta,vt dixi in ſumma. iiij.lib.

*† Not. hic Dom. Phil. q́ actus iure naturali aliquis,poteſt iure poſitiuo effici nullus, & ſic probat hic Innocen.c. ſi. ſ. de cleri. excom. mi. dicens q́ electio iure poſitiuo nulla, poſſet iure naturali eſſe aliqua. Fonta.*

d *Conſenſus.* puta contracta ab infante vel furioſo ſupra eo. dilectus. & de deſpō. impu. literas.&. cap. acceſsit. ADDITIO. Vel per iocū, vbi iocus eſt potens ſecundum Vin. qui ſic no. eo.titu.ad audientiā. & Archi.hic. ad hoc. xxij.q.ij.ne quis.verſi.illud autem. facit. ſupra de ſen.excom.cap.j.& quod ſcripſi de deſpon.impube. duo pueri.ſuper.v.gloſ. Ioan.And.

*† Supplet de Anch. ſi contractus fuit initus per errorem facti probabilē. qua ſuppletio, quidquid dicat Phil mihi valde probatur. Fonta.*

e *Diſſoluendum.* bene ergo [a] dicebant Hu.Io.& ſui ſequaces, qui dicebant monachum,ſacerdotem, frigidum, & ſimiles perſonas contrahendo cum aliqua,impedire omnes conſanguineos contrahere cum eadem, vt no. in prædi. c. ſi quis deſponſauerit.

*a Sequitur de Ancha. Fonta.*

f *Publicæ honeſtatis.* ſ.eo.ſponſam.Publicè enim honeſtum eſt,ex quo conſanguineus meus viuēs vel mortuus cōſenſerit in Bertam, quòd ego illam habere non poſſum. ADDITIO. Vide quod ſcripſi de hoc impedimento publicę honeſtatis in tractatu ſuper ipſo habito in cōcilio Lugdunenſi.in decr.non debet.de conſangui.& affi.ſuper glo.vt melius.

*Sponſalia quid ſint.*

g *Idem fecit.* ſcilicet quia ſponſalia cōtraxerit.ſponſalia verò ſunt futurarum nuptiarum promiſsio.ff.eo.titu.l.j. xxx.q.v. noſtrates.vnde aduerte ſi cum prima contraxerit de futuro, & poſtmodum cum ſecunda conſanguinea in prohibito gradu eodē modo contraxit,& ſecundā cognouit, nec primam habere poterit propter affinitatem ſuperuenietem,quæ ſoluit ſponſalia de futuro,vt.ſ. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ.veniens.j.& ca.ex literis.ſecundam habere non poterit, quia publicæ honeſtatis iuſtitia illum contractum impedit & dirimit,vt ſupra proxi.reſponſo.

*Reci. per obiectionem.*

h *Derogatur.* Nota quòd licet ſuperueniens affinitas diſſoluat ſponſalia de futuro,ſuperueniens tamen iuſtitia publicæ honeſtatis ipſa nōn diſſoluit,& merito.ſecunda enim ſpōſalia tolluntur per publicæ honeſtatis iuſtitiam ex primis inductam,non ergo ex ſecundis poteſt eſſe honeſtas quæ tollat primam.& eſt ſim.lvij.diſt.ſi quis.

i *Obligatus.* niſi cum alia non ipſius cōſanguinea contraheret per verba de præſenti.ſ.eo. ſi inter. vel ſuperueniret aliquod de iis impedimentis quæ dixi in ſummula circa prin.

Gloſſa ſequens dicit quid approbat & reprobat ille.§.

k *Ille verò.* reprobatur opinio Innocen.no. de ſpon.duorū. c.j.vbi dicebat quòd per ſponſalia ſub conditione contracta inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia.Hoſtien. contra ſupra eo.ad audientiam.Ioannes Andreæ.

l *Ante.* ſecus ſi poſt, quia tunc non deeſſet conſenſus, ſed eſſet perinde ac ſi à principio purè contraxiſſet.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

*Sponſalia contracta ſub conditione quæ habetur pro nō adiecta, inducunt impedimentum publicæ honeſtatis.*

m *Præſenti.* quid ſi contrahit cum conſanguinea primæ, de qua loquitur litera,per verba de futuro,nunquid ſoluta ſunt prima ſponſalia conditionalia? Credo quòd ſic.ſi enim prima ſponſalia inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam per iuſtitiam publicæ honeſtatis ſuperuenientem, ex ſecundis non ſoluantur, vt infra proxi. reſpon. ſed ſi per prima non inducitur iuſtitia,puto quòd per iuſtitiam ſuperuenientem ex ſecundis bene ſoluantur prima, licet in veritate prima ſponſalia dicenda non ſint, ex quo conſenſus defecerat, vt hic.ſic enim eſt in aliis impedimentis ſupra de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ veniens. cum ſi. vnde ſi poſt ſecundum contractum ſuperueniat conditio, dico quòd primum matrimonium cōſummare non poteſt. publica enim honeſtas non inſurgit à die contractus, ſed à die conditionis: & ideo publica honeſtas quæ præuenit conditionem, habet matrimonium impedire & dirimere, vt ſupra.j. reſpon. cum per hoc reddatur inhabilis primæ. de iureiuran. quemadmodum.

*† Not. dohic illā dici mulierē, quæ nondū matrimonio copulata eſt. Fōt.*

Gloſſa ſequēs primò ſoluit duo dubia. demum ponit opinio. Hoſtien. quæ recitetur per quæſtionem.

*† De futuro, quia de præſenti vel de præterito non ſuſpendit actū. l. cum ad præſens. ff. ſi certū pe. Font.*

n *Conditionem.* Hæc vera intelligas niſi interueniat carnis copula, [b] quia tunc receditur à cōditione.de condi.ap.de illis. Et de hoc ſatis eo. tit.per tuas. Et ſic eſſet ibi conſenſus & matrimonium. vnde tum propter affinitatem, tum propter iuſtitiam non teneret matrimonium poſtea cum conſanguinea contractum. & intellige de conditione honeſta, non de tali quæ habeatur pro non adiecta ſupra de condi.ap. cap. vlti. quia illæ inducerent publicam honeſtatem,ac ſi purè contracta fuiſſent. [c] & not. Hoſtien ſupra eo.ad audientiam.quod ſi quis ſub tali conditione contrahat cum aliqua,promitto quòd te ducam in vxorem ſi Deo & eccleſię placuerit.poſtea comperto impedimento, & ſolutis ſponſalibus, contrahat cum conſanguinea illius, tenet contractus. & licet hæc conditio intelligatur etiam ſi non apponatur, tamen quando non exprimitur, conſenſus purus remanet. conditiones enim tacitæ non faciunt obligationem conditionalem.ff.de condi.& demon. l.cōditiones extrinſecus.& not.de iureiur. quemadmodum. tacitum tamen ſi exprimatur, facit rem conditionalem [d]. ff. de lega.j.ſi ita legatum.§.j. vbi conditio, ſi volet, poſita in perſona legatarij, facit conditionale legatum. vide quod not.ff.de condi.& demon.l.aliquando. Et expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent.ff.de reg.iur.expreſſa.

*b Si tamen ſponſalibus fuerit renūciatum, aut ſpōſa publicè fornicata cū aliis fuerit, tunc ſequens copula nō inducit matrimonium c. quemadmodum. de iureiur. Feli.c.cum M. de conſtit. col.pe. idē ſi conditio iſta ponatur,ducā te in vxorem, vel dabo tibi centum. poſt copulā liberatur dādo centū. Aſta. in ſua ſum.2.parte.lib.8.ar.2.ti.4. circa ſi. Fōta.*

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

Dictum fuit ſupra titu. proxi. de quodam impedimento quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum,ſcilicet impedimento publicæ honeſtatis.nunc videndum eſt de impedimento ætatis. Nam impuberes non poſſunt contrahere matrimonium de præſenti, ſiue ſponſalia de præſenti, ideo ponitur rubrica de deſponſatione impuberum. Vnde ſciendum quòd ſponſalia dicuntur à ſpondeo,ſpondes, quod eſt promitto. l. j. &. ij. ff. de ſpon. ideo quando quis promittit aliquam accipere in vxorem, dicuntur propriè ſponſalia, ſed matrimonium impropriè appellatur ſponſalia: ſed ideo appellatur ſponſalia, quia ſponſus promittit contrahere matrimonium carnaliter.

*c Idem intelligas de conditione de futuro, nō de præſenti vel præterito, quod probat Io. Mo. per hāc literam quæ dicit, ante cōditionem &c. Ioan. And.*

S*I infantes adinuicem.* Sunt tres partes. Prima tractat de ſponſalibus contractis per infantes ambos vel alterum. Secunda ibi, Idem quoque. de matrimonio contracto per impuberes. Tertia ibi, Porrò. de ſponſalibus contractis per parentes pro filiis. & iſtud ſufficiat pro diuiſione & ſumma, quia ſummando non poteſt breuius recitari. ADDITIO. Realem enim & pulcherrimam formam habuit hæc decretalis. determinat autem principium notata. xxx. quæſtio. ij. cap. vnico. & ſupra eo. literas. aliæ diuerſæ determinationes infra ponuntur in gloſ. Ioan. Andr. CASVS. Duo infantes contraxerunt ſponſalia per verba de futuro, puta maſculus promiſit quòd fœminam acciperet in vxorem, & fœmina promiſit quòd maſculum acciperet in virum. certum eſt quòd non tenent ſponſalia propter defectum ætatis. Sed quid? ponamus quòd ipſi infantes ſic ſteterunt vſque ad octauum annum, vtrum ex curſu temporis validentur ſponſalia? Reſpondetur quòd ex ſolo curſu temporis ſponſalia non aſſumunt vires, niſi verbo fuerint validata, vt quia maſculus vocat eam ſponſam, & econuerſo illa vocat maſculum ſponſum: & tunc verbo validantur ſponſalia. vel etiam facto validantur, quia in illis partibus ſponſus cōſueuerat dare aliqua iocalia ſponſæ, & iſtud faciebant iſti iuuenes. tunc enim ratificantur ſponſalia, & aſſumunt vires. Idē dicendum

*d Sequūtur doc. legiſtæ tractant in l. item aliquando. ff. de cōdi. & demonſtra gl. in l. item quia. ff de pac. Font.*



dicendum eſt de impuberibus reſpectu matrimonij quando iſti impuberes ſunt tales in quibus ætas non ſupplet malitiam.nam ſolo curſu temporis nō ratificatur matrimonium, niſi verbo fuerit validatum matrimonium,puta quia maſculus vocabat eam vxorem, vel oſculabatur, vel alia faciebat quæ ſolent facere vir & vxor:tunc enim ex illo actu matrimonium aſſumit vires. Sed quid? ponamus quòd pater Titij cōtraxit ſponſalia pro filio ſuo,vtrum filius ſit obligatus, & vtrū ex illis ſponſalibus oriatur ius publicæ honeſtatis,ac ſi filius contraxiſſet in eius propria perſona? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione, aut filius ratificauit illa ſponſalia, & tunc oritur ex illa ratificatione impedimentum publicæ honeſtatis, ac ſi idem filius perſonaliter contraxiſſet.aut filius non ratificauit illa ſponſalia, & ſic non conſenſit expreſſe nec tacite, & tunc nō eſt obligatus, nec oritur ius publicę honeſtatis. Nota primò quòd minores ſeptēnio, & ſic infantes, non poſſunt contrahere ſponſalia per verba de futuro, multo minus matrimonium cōtrahere poſſunt. Et ratio huius eſt, quia in ſponſalibus requiritur conſenſus, modo infantes non habent conſenſum, quia ætas illa quid videat, ignorat. l. prima C. de fal.mone. Nota, ſponſalia nulla ex defectu conſenſus, non conualeſcunt per diuturnitatem temporis, niſi fuerint ratificata verbo vel ſigno.

*Sponſalia per minores 7. annis cōtrahi nō poſſunt.*

DE DESPONSATIONE impuberum.

Bonifacius octauus.

*Sponſalia amborum infantium vel alterius tantum per ſuperuenientiam maioris ætatis non validantur, nec publicam honeſtatem inducunt, niſi fuerint ratificata tacitè vel expreſſè. hoc dicit vſque § idem quoque. Dominicus.*

CAPITVLVM VNICVM.

SI infantes [a] adinuicē vel vnus maior ſeptennio [b] & alter minor ſponſalia contraxerint ipſi, vel parentes pro eis: [c] niſi per cohabitationem eorum mutuam, ſeu aliàs verbo [d] vel facto [e] ipſorum liquidò appareat eoſdem in eadem voluntate factos maiores ſeptēnio perdurare, ſponſalia huiuſmodi quę ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minimè conualeſcunt: [f] & ideo cum ſint nulla ratione defectus cōſenſus, publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt. [g]

*Sponſalia per verba de præſenti contracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberes non proximos pubertati, valent vt ſponſalia de futuro: nec in matrimonium tranſeunt ex ſola perſeuerantia ætatis, niſi aliter approbentur: inducunt tamen publicam honeſtatem, hoc dicit. Domi.*

Idem quoque ſi pubes & impubes vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non ſupplebat [h], per verba contraxerint de præſenti. ſponſalia enim illa quæ iuris interpretatione tantùm fuerunt ſponſalia de futuro [i] (licet verba conſenſum exprimentia de præſenti haberent, & matrimonium [k] contrahere intenderent contrahentes) per aduentum pubertatis in matrimoniū nō tranſeunt de præſenti: nec matrimonium (q́ vt matrimonium ætate nō tenuit prohibēte) per lapſum dicti tēporis conualeſcit, niſi per carnis copulā ſubſecutā, vel aliquem modum alium [l]

Nota quòd impuberes non poſſunt contrahere per verba de præſenti. fallit ſi malitia ſupplet ætatem. Quæritur qualiter poteſt cognoſci quòd malitia ſupplet ætatem? Dicit Hoſtien. quòd requiritur quòd ſe cognoſcant carnaliter. ſed iſtud non placet gloſſæ, nec doctoribus, quia poteſt eſſe quòd aliquis iuuenis intra xiiij. annum cognouit alias mulieres carnaliter, & iſta ſponſa fuit cognita ab aliis maſculis, & ſic conſtat quòd iſti iuuenes ſunt potentes ad coitum, nec refert an ſponſa fuerit cognita per ſponſum, vel non. Nota quòd matrimonium non aſſumit vires adueniente pubertate, niſi per aliquod ſignum appareat de ipſorum conſenſu.

*Aetatem ſupplers per malitiam, qualiter cognoſci poterit.*

Nota quòd ſi pater cōtrahat matrimonium pro filio præſente & non contradicente, videtur conſentire. Et ſic tacens videtur conſentire, licet agatur de actu oneroſo. Regulariter autem in actu oneroſo tacens non habetur pro conſentiente. l. filius familias. ff. de procura. ſed tamen hic licet agatur de actu oneroſo, tacens habetur pro conſentiente. Vnde ſicut exiſtens in mari exponit ſe infinitis periculis, ſimiliter contrahentes matrimonium exponunt ſe infinitis periculis. Nota quòd pater non poteſt filium ignorantem vel inuitum obligare, nec ex illo contractu oritur aliqua actio contra filium. Nota quòd vbi datur permiſtio habilis cum inhabili, vitiatur actus quando requiritur concurſus habilitatis in vtroque: de quo infra in regul. vtile. de regulis iuris. Nota tres modos quibus probantur minores ratificare ſponſalia quæ non tenuerant. Dominicus.

*Filius videtur conſentire matrimonio per patrem ipſo præſente cōtracto.*

a *Infantes.* hi ſponſalia contrahere non poſſunt, cum ætas illa quid videat, ignoret. C. de fal.mone. l.j. ad hoc ſupra eodem lib. de tempo.ordi.nullus. C. de iure deliberan. ſi infanti. & xxx.quæſt.ij.§.j. Ioan.And.

*Infans quid videat ignorat.*

Gloſſa ſequens notat differentiam inter infantem & impuberem.

b *Septennio.* Nota quòd licet quo ad pubertatem ſit in ſexu differentia in numero annorum ſupra eo. puberes. & cap. continebatur. quo ad infantiam ſecus, quia vterque infans minor ſeptennio, vt hic, & ſupra eo. literas. & cap. acceſſit. ADDITIO. In ſexu eſt differentia quo ad pubertatem inchoandam. In finienda enim non eſt in ſexu differentia. In vtroque enim ſexu finitur pubertas & cura finito vigeſimoquinto anno. C. ſi minor ſe ma.dixerit. l. j. C. ſi ma. facialie.fa.ſine decre.ratam ha.l.fina.inſtitu.de cura.in princip. Ioan. Andreæ.

c *Eis.* ignorantibus vel ſcientibus non curo, ſed aliter in maioribus, vt infra. §. porrò. Ioannes Andreæ.

d *Verbo.* quia poſt ſeptennium adinuicem vocant ſe ſponſos.

e *Vel facto.* vt quia poſt ſeptennium ſecum iacet, vel eam oſculatur vt ſponſus, vel his ſimilibus. & ſic nō refert an quid fiat verbo, vel facto. de ap. dilecti. j. &. ca. vt noſtrum. & ad hoc concord. de reſtitu. ſpo. ex parte.

*Sponſalia contracta ante ſeptēnium ratificatur verbo vel facto, puta oſculando ſpōſam poſt ſeptēnium.*

f *Conualeſcunt.* infra de re.iur. non firmatur. Et intellige per hoc cap. ſolutionem quam dixi infra de regu. iur. non firmatur ſupra eod. lib. ſcilicet quòd ſolo temporis tractu non firmatur quod à principio non valebat: ſed nouo ſubſequenti conſenſu interdum tacito, interdum expreſſo bene, vt hic vides: & ibi plenius dixi. ADDITIO. Ioannes Mona. dicit conſenſu vero vel præſumpto. alleg. ff. loca. item quæritur. §. fina. & l. ſequen. Ioan. And.

g *Non inducunt.* ſupra eo. ca. proxi.

Gloſſa ſequens not. pro opi. Gof. contra opi. Tancre. quam etiam improbat per rationem.

h *Supplebat.* ſupra de ſpon. veniens. & cap. ad id quod ſupra eo. puberes & cap. de illis. Et ſic not. quòd ſi malitia ſuppleat ætatem, contrahere poterunt matrimonium. & concord. ſupra eo. cap. vlti. & cap. de illis. & eſt hoc contra opi. Tan. & Hoſtien. [a] qui dixerunt in prædic. decret. de illis. quod ad hoc vt teneat matrimonium contractum inter minores in quibus malitia ſupplet ætatem, requiritur quòd inuicem ſe cognouerint, cum de hoc aliter conſtare non poſſit, ex quo ſunt minores. Sed Gof. ibi contra. cui concord. Bernar. Innocen. & Abb. & hoc verum, & hic approbatur. Quid ſi puer minor xiiij. annis multas mulieres cognouit, & mulier minor xij. annis à pluribus eſt cognita? Hi contrahunt matrimonium. {Simul vel cum diuerſis, non curo.} Quis hebes diceret tale matrimonium præter carnalem adinuicem copulam non tenere? Ioan. And.

*a Quæ adhuc hic placet Archid. Ioan. And.*

Gloſſa ſequens dicit quid approbat, & illud coadiuuat.

i *De futuro.* Approbatur quòd not. Ala. Tā. Ber. Goff. Innocen. & Hoſti. ſupra eo. à nobis. Probatur olim hoc per decret. cap. atteſtationes. & cap. vlti. & ſupra de condi. appoſitis, ſuper eo. Sæpe enim extra id quod agitur, tacita naſcitur obligatio. ff. commodati ſi is qui commodatum. §. vltimo. ADDITIO. Ad ſupradicta inducitur quòd non ſemper verba de præſenti habent conſenſum de præſenti. Ioannes Andreas.

k *Matrimonium.* Et nō ſponſalia. vnde non videbantur ſponſalia. ad hoc ſupra de offic. delega. cū ſuper. in anti. ff. de ſpōſa. quæſitum. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum intereſt. nec matrimonium, quia ætas prohibebat, ſed primum falſum, vt hic vides. Et ſic no. illud generale, Si non valet vt ago, valeat vt valere poteſt. ſupra eo. à nobis.

l *Modum alium.* Vt quia ſimul cohabitauerunt, vel ſe coniuges nominabāt, & amplexabātur vt cōiuges. ADDITIO. Hic patet ſpōſalia de futuro tranſire in matrimonium præter carnalem copulā. contra de matri. contrac. cap. j. Archid. ſignat, ſed non ſoluit. Tu dic vt ibi ſcripſi ſuper verbo, amplexata. quòd ſponſalia de futuro verbis & mente contrahentium per amplexus, oſcula, & his ſimilia, non tranſeunt in matrimonium, vt ibi. Nec mirum, quia nec per nexum carnalis copulæ

*Sponſalia de futuro, quandoque ſine copula trāſeunt in matrimonium.*

contrahentes eoſdem cum eiuſdem perſeuerantia voluntatis ad pubertatis [a] tempora perueniſſe conſtiterit euidenter. per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non ſicuti agebatur, publicæ honeſtatis iuſtitia eſt inducta.

*Sponſalia pro abſentibus filijs non tenent: niſi ipſis præſentibus, vel niſi approbauerint tacitè vel expreſsè ex poſt facto. hoc dicit. Dominicus.*

Porrò [b] ex ſponſalibus quæ parentes pro filiis [c] puberibus vel impuberibus plerunque contrahunt, ipſi filij ſi expreſsè conſenſerint vel tacitè, vt ſi præſentes fuerint nec contradixerint [d], obligantur: & ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis.

Et eſt idem ſi filij tempore ſponſaliorum abſentes & etiã ignorantes eadem ſponſalia [e] pòſt ſcientes ratificauerunt tacitè † vel expreſsè: aliàs ex ſponſalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipſi filij obligãtur, nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde ſurgit [f].

copulæ tranſeunt: vt ſuprà de ſpõ. cap. ſi. Sed illa quæ verbis & mente contrahentium ſunt de preſenti, tamen iuris interpretatione ſunt de futuro: bene tranſeunt in matrimonium præter copulam, per oſcula, amplexus, & ſimilia interuenientia poſt tempus pubertatis: vt hic. vtroque enim caſu conſenſ⁹ fortificat quod agebatur. Ioan. And.

a *Pubertatis.* Statim ergo fugere debet quam cito poteſt. quod dic vt ſuprà de ſpon. ad id quid. & reprobatur opi. Pet. de Samp. not. ſuprà eod. titu. cap. vlti. per Abbatem. Additio. Vt ibi ſcripſi in fi. Ioan. Andr.

b *Porrò.* Declarat nota. per Innocen. & Hoſtien. ſuprà de reſtitu. ſpolia. ex parte.

c *Pro filijs.* Non eis mandantibus: quia tunc idem eſt ac ſi ipſi contraherent. ſuprà eod libro de procura. cap. vltimo.

d *Contradixerint.* Ergo qui tacet, hoc caſu non conſentit infra de regu. iur. qui tacet. cum ſuis concordan. Additio. Cùm hic agitur de re naturaliter appetibili. Ioannes Mona.

Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, & ponit opinionem Hoſtien. & contrariam Innocen. & primam approbat.

e *Sponſalia.* Contracta per parentes. & idem eadem ratione intelligas de quolibet alio. ſuprà de ſpon. ad id quod. & ſuprà de matri. contrac. contra interdic. eccle. cap. j. quod huic bene concor. & hoc ibi tenet Hoſtien. ſed Innocen. ibi not. contrariam: dicens ſpeciale in patre, vt nomine filiæ preſentis & non contradicentis poſſit ſponſalia contrahere ff. de ſponſa. ſed ea quæ patris. & l. ſeq. C. de nup. viduæ. ſecus in tutore. ff. de ſpon. ſi puellæ. & non ob. de ſpon. ad id quod [a]. quia ibi interuenit carnis copula: alias ſecus ſecundum eum: ſed verius videtur quod dicit Hoſtien. licet Ber. videatur ibi tenere opinionem Innocen. & quòd decretalis illa non loquatur de expreſſo conſenſu, probatur: quia quare poſuiſſet papa ibi verba quæ ſapiunt tacitum conſenſum? Item non inuenimus quòd paternus conſenſus aliquid in contractu matrimoniali impuberis operetur aliàs quàm in præcedentibus caſibus.

*a Hæc loquitur in vitrico, ſequens in fratre. de creta. ex parte. ſuperius allega. in patruo. Ioan. And.*

f *Surgit.* Reprobatur opinio Ray. in ſumma. de ſponſal. §. pone quòd. & Petri de Samp. & Abbatis ſuprà eod. titu. capit. prima qui per illud capitulum dicebant cùm ibi dicatur quòd pater filium non adultum poteſt cui vult matrimonio tradere: quòd ex ſponſalibus contractis à patre etiam filio non conſentiente, oriebatur iuſtitia. & nitebantur idem probare per decretalem ſuprà eodem, acceſsit. ad finem, quæ non facit, vt ibi not. approbatur tamen opinio Innocentij & Hoſtienſis qui hoc ibi notant. & erat caſus expreſſus vigeſimaoctaua quæſtione. ij. lex diuinæ. palea eſt. Ioannes Andreæ.

*† Intellige tamẽ quod aliud factũ concurrat cum illa taciturnitate, ſcilicet copula aut aliud ſimile. Ioann: Andreæ. de Anch. adde notata Bar. in l. quo enim. ff. rem rat. habe. Font.*

## DE COGNATIONE ſpiritali.

*Continuatio.* Viſum eſt ſuprà de duobus impedimentis quæ impediunt matrimonium: verùm quia cognatio ſpiritalis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: ideo annectit rubricam, de cognatione ſpiritali.

### Bonifacius octauus.

*Inter baptizatum & leuantem, filios & vxorem leuantis antè carnaliter cognitam, & ſuſcipientem & patrem & matrem ſuſcepti, & ſimiliter de baptizante, ſpiritalis contrahitur cognatio. hoc dicit vſque ad §. ex confirmatione. Dominicus.*

#### CAPVT I.

Nedum inter baptizatum [g] & illum † qui eum ſuſcepit de baptiſmo, ac inter eundem baptizatum & ſuſcipientis filios & vxorẽ [h] ante ſuſceptionem carnaliter cognitam [i] ab eodem: imò

*Diuiſio.* Nedum.) Poteſt diuidi in tres partes. Primò ponit quatuor ſpiritales cognationes prouenientes ex leuatione in baptiſmo. Secunda ibi, Et eadem. ponit totidem quæ ex baptizatione proueniunt. Tertia illas omnes repetit in confirmatione: ibi, Ex confirmatione. ſecũdum Ioannem And. Casvs. Titius Bertam leuauit de ſacro fonte: non eſt dubium quod inter leuantem, & Titium ſuſcipientem, & Bertam leuatam, id eſt ſuſceptam, contrahitur cognatio ſpiritalis. Sed verum inter alias perſonas contrahatur cognatio ſpiritalis: ſcilicet inter baptizatum & filios leuãtis patrini? Item inter baptizatum & vxorem leuantis patrini, ſcilicet antè cognitam carnaliter? Imò etiam contrahitur cognatio ſpiritalis inter ſuſcipientem & patrem & matrem ipſius baptizati qui appellantur compatres. Or ſanctiſsime pater, vidi de aliquibus perſonis inter quas contrahitur cognatio ſpiritalis: ſed bene vellem informari à ſanctitate veſtra de effectu ipſius cognationis? Reſpondetur quòd effectus cognationis ſpiritalis eſt: quia impedit matrimonium contrahẽdum, & dirimit iam contractũ: hoc eſt, illi inter quos eſt cognatio ſpiritalis non debent contrahere: & ſi de facto contrahãt, debent abinuicem ſeparari: quia non tenet matrimonium. Et ſic non poteſt cõtrahi matrimonium inter filiolum & vxorem patrini, nec inter compatres. Sed ſanctiſsime pater, vtrum inter alias perſonas cõtrahatur cognatio ſpiritalis? Reſpondet Roma. põti. quòd ſic: dicens quod illa quæ fuerunt dicta de leuante & leuato, debent etiam intelligi de baptizãte & baptizato: vt ponamus quòd laic⁹ in caſu neceſsitatis baptizauit Bertã: certè non poterit illam habere in vxorem. Et idem dicẽdum eſt de ſacramento confirmationis: vt aliquis tenens Bertam in ſacramento confirmationis, non poteſt illam habere in vxorem. De confirmante non eſt dubium: quia alia ratione non poteſt contrahere, quia eſt epiſcopus. Secus eſt dicendum in aliis ſacramentis eccleſiæ: quia per illa non contrahitur cognatio ſpiritalis. Nota quòd cognatio ſpiritalis contrahitur inter leuantem & leuatum: vnde iura communiter vtuntur iſtis verbis, leuans, leuatus: quia olim quando pueri baptizabantur, immergebantur per baptizantem in aqua, & patrini illos leuabant. ſed quia fuit compertum quòd plures qui immergebantur, exinde moriebantur: fuit ordinatum quòd aqua ſolum ſpargeretur ſuper caput baptizandi. Nota quòd inter leuatos & filios leuantis, item inter leuatum & vxorem leuantis, cognatio ſpiritalis contrahitur: ita quòd vxor leuantis dicitur matrina leuati: nam vir communicat vxori actiones ſpiritales. Item eodem modo cognatio ſpiritalis inter compatres. Item inter baptizatum, & baptizantem, & vxorem & filios baptizantis. Not. quòd ex ſacramento confirmationis contrahitur cognatio ſpiritalis. Not. quòd leuatus de ſacro fonte non poteſt contrahere matrimonium cum aliquo ex filiis leuantis: nec diſtinguitur an fuerint nati ante vel poſt baptiſmum. de quo ſupra eod. cap. j. & cap. ſuper eo. Not. quòd iiſdem modis quibus contrahitur ſpiritalis cognatio inter leuantes & leuatos, contrahitur inter baptizantem & baptizatum. Domi.

*† Procedit ſi ille eſt chriſtianus 30. q. j. ca. ij. de cõſec. diſtin. 4. in baptiſmate. Io. And. in regu. ex eo: j. de regu. iur. an talis ſuccedendo excludit fiſcũ, de Ancha. remittit ad not. in. l. quò tutela, aliàs Quintus Mutius ff. de regu. iur. Font.*

g *Nedum inter baptizatum.* cognationem ſpiritalem &c. quod eſt infrà.

h *Vxorem.* nunquid idem de concubina leuantis prius cognita? de hoc xxx. quæſtione. iiij. ſi quis vnus. in vlti. gloſ. Additio. Et dixi poſt Innocen. ſupra eod. Martinus. vbi ipſe recitat opi. contrarias, nil approbans. Archidi. hic tenebat quòd non contrahatur per rationem quam ponit in gloſ. fi. Ad decre. contracto. ſupra eod. reſpondendum quòd loquitur ſecundum opi. mulierum: vt ibi dixi. Ad id quod dicitur de affinitate, reſpondendum quod illud in vinculum carnale: quod per carnalia & illicita cõtrahi poteſt. Ioã. And.

*Cognatio ſpiritalis an cõtrahatur cum concubina leuãtis aliquem de ſacro fonte.*

i *Cognitam.* ſecus ſi poſt fiat vxor: vel ſi prius erat vxor, poſt & non primo carnaliter ſit cognita: quia per vnionem carnis ſequentem non poteſt tranſire in vnionem ſpiritus præcedẽtem trigeſima. q. quarta, poſt vxoris. vir ergo & vxor ſibi communicant actiones ſpiritales trigeſima, quæſtione quarta, ſi quis vnus, ſupra e. titut. Martinus. licet non paſsiones. vnde ſi filius alterius tantùm leuetur de ſacro fonte: leuans alteri cuius filius non eſt, compater non eſt: vt. j. cod. probatur. quod dic vt no. ſ. eod. Martinus. & xxx. quæſt. iiij. in ſumma. Et dicebat Gof. quòd illud quod agit pars corporis, æquum eſt vt alteri parti communicetur: ſed nõ [illegible] commu-



etiam inter ſuſcipientem [a] patremq; baptizati & matrẽ, [b] cognationem ſpiritalem [c] in baptiſmo contrahi iure conſtat: quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit pòſt contractum [d]. Et eadem [e] quæ de ſuſcipiente ſunt dicta, ſunt etiam de baptizante cenſenda.

*Confirmatio frontis inducit ſpiritalem cognationem ſicut baptiſma. hoc dicit. Dominicus.*

Ex confirmatione quoque ſeu frontis [f] chriſmatione ſpiritalis cognatio eiſdem modis [g] contrahitur, matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & dirimens pòſt contracta.

### Idem.

*Compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimonium: ſed non dirimit. Ioannes Andr.*

#### CAPITVLVM II.

Per catechiſmum qui præcedit baptiſmum ſacramentorum fundamentum & ianuam [h] reliquorum, cognatio ſpiritalis contrahitur: per quam contrahendum matrimonium impeditur, Vt ex prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ tertij decretali [i] colligitur euidenter. dicendo enim quòd talis res vix [k] contrahendo matrimonio impedimẽtum afferret, velle videtur quòd afferat. nam quod vix fit, fieri tamen dubium non exiſtit [l]. Per illam tamen cognationem matrimonium poſt eam contractum minimè ſeparatur [m].

### Idem.

*Vnus tantùm interuenire debet in leuatione infantis de ſacro fonte, vel chriſmatione frontis: tamen ſi plures interueniunt, cognationem contrahunt ſpiritalem. Et ex alijs ſacramentis cognatio non contrahitur. hoc dicit. Domi.*

#### CAPITVLVM III.

Qvamuis non plures † quàm vnus [n] vir, vel vna mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, iuxta ſacrorum canonum inſtituta [o]: ſi tamẽ plures acceſſerint, ſpiritalis cognatio inde contra-

cõmunicatur alteri, quod in perſona filij alterius tãtùm agitur: & iſta ſit ratio. Vel dic quòd ſatis eſt leuanti habere commatrem, matrem ipſius leuati. Et nota quòd ſi leuans primò cognouerat vxorem, non eſt curandum an poſt compaternitatem cognouerit vel non: licet Gratianus cõtra. xxx. quæſt. iiij. §. notandum.

a *Suſcipientem.* ſupple & vxorem eius prius carnaliter cognitam. xxx. quæſt. iiij. ſi quis vnus. ſ. eo. titu. Martinus.

b *Et matrem.* Nota, non dixit patrem baptizati & eius vxorem, imò dixit matrem. ſi igitur de prima vxore vel concubina vir procreet filium: ille qui leuat filium, eſt compater concubinæ & viri, ſed non eius vxoris: vt ſuprà dixi.

c *Spiritalem.* quæ dignior eſt quàm carnalis. xxx. quæſt. iij. cap. j. ij. & iij. Et eſt cognatio ſpiritalis, attinentia proueniens ex ſacramẽti datione, vel ad id detentione. eſt etiã cognatio carnalis & legalis: de quibus nil ad propoſitum.

*Cognatio ſpiritalis quid ſit.*

d *Contractum.* ſi igitur leuans & leuatus, vel leuatus & filius leuantis, vel leuatus & vxor leuantis ante cognita, vel leuans [a] & parentes leuati cõtrahunt, non tenet matrimonium. Scire debes quòd pater ſpiritalis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritalis, bene tenet matrimonium. xxx. q. iij. ca. vlt. & vt ibi not. Ioan. bene poteſt pater ſumere filiam ſpiritalem filij carnalis, & econuerſo, ſcilicet filiam carnalem filij ſpiritalis: quia licet cognatio ſpiritalis de patre ad filios deſcendat: vt. ſ. eod. c. j. & cap. ſuper eo. non tamen aſcendit: cùm cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium eſt. ſ. de ſpon. cùm apud.

*a Vel ipſi⁹ vxor prius cognita. Ioannes And.*

e *Eadem.* vt ſcilicet ſi baptizans & baptizatus, vel baptizatus & filij baptizantis, vel baptizatus & vxor baptizantis prius cognita, vel baptizans & parentes baptizati matrimonium contraxerint, non teneat. ad hoc. ſ. eodem. titu. ca. vlti. & non eſt ita in eo qui recipitur ad pœnitentiam: vt ibi not. & xxx. quæſt. j. omnes quos. & eſt expreſſum. j. eodem cap. vlti. in fin. Additio. Vel ipſius vxor prius cognita. Ioan. Andr.

f *Frontis.* hoc fit à ſolo epiſcopo. de conſecr. diſtinc. v. manus. ſuprà de conſuetu. quanto. in vertice autem chriſmant presbyteri. de conſecr. diſtin. iiij. presbyteri. Sine ſacramento confirmationis non dicitur quis verus chriſtianus. de conſecrat. diſtinct. v. cap. j. Additio. Confirmatio iſta debet fieri in fronte: vt hic. locus eſt enim de ſubſtantia ſacramenti. remittit Archid. de conſecr. diſtinct. v. nouiſsimè. Ioannes Andr.

*Chriſmatio frontis fit à ſolo epiſcopo.*

g *Eiſdem modis.* ſcilicet inter confirmatum & ſuſcipientem, & confirmatum & filios ſuſcipientis, & confirmatum & vxorem ſuſcipientis prius cognitam, & ſuſcipientem & parentes confirmati, parentes confirmati & vxorem ſuſcipientis prius cognitam. Item inter ipſum confirmantem [b] & confirmatum: & confirmatum & filios confirmantis, & eius vxorem prius cognitam, & ipſum confirmantem & parentes confirmati. hoc vult dicere, eiſdem modis. vnde. xx. ſunt caſus prohibiti ex hac cognatione, quos numeraui in ſumma quarti libri. Additio. Nec eſt plures reperire qui dirimant. j. cap. proxi. Iſti autem omnes pertinent ad paternitatem & filiationem, aut fraternitatem, aut ad compaternitatem: [illegible] in his tribus conſiſtit omnis cognatio ſpiritalis: non [illegible] habemus auos vel nepotes ſpiritales. & vide quod ſcri[illegible] eodem titu. ſuper rubrica. & cap. Martinus. in fin. Ioan. Andr.

*b Et ipſum vxorẽ pri⁹ cognitam. Ioan. And.*

*Cognatio ſpiritalis pertinet ad paternitatem & filiationem, fraternitatem, ſeu cõpaternitatem, auos autem ſpirĩtales nõ habemus.*

Per catechiſmum.) Pon[illegible]tum quod ſecundò probat ibi. Vt ex prædeceſſoris. [illegible] illud determinat ibi, Per illã. Sextus.

Terminantur not. xxx. quæſt. j. ca. j. ſ. eo. tit. contracto. Catechiſmus dicitur à catechizo, quod eſt idem quod inſtruo. vnde ante baptiſmũ inſtrui debent baptizandi in fide, adulti præcipuè. de conſecr. diſtin. iiij. ante. xx. Additio. Secũdum Hugo. catechizare græcũ, idẽ quod adiurare: ſicut de exorciſmis dicimus quòd in eis fit adiuratio. de conſecrat. diſtin. iiij. ſiue paruuli. & ca. ſicut noſtis. Ioan. And.

Per catechiſmum contrahitur cognatio ſpiritalis, eius tamen effectus eſt impedire matrimoniũ contrahendum: non autem dirimit iam contractum. Vnde ſciendum quòd catechiſmus eſt inſtructio quæ fit communiter hodie ante fores eccleſiæ: vbi interrogabatur de articulis fidei: & propriè deberet fieri ſolis adultis. Casvs. Ego tenui puellam ante fores eccleſiæ antequàm portaretur ad fontes. poſtea quãdo fuit baptizata, nõ tenui eam ſuper fontes. vtrũ inter me & ipſam & filios meos ſit contracta cognatio ſpiritalis? Reſpondetur quòd ſic: ſed non eſt tãti effectus ſicut illa cognatio ſpiritalis quę contrahitur in baptiſmo: quia iſta impedit matrimonium contrahendum: ſed non dirimit iam contractum: hoc eſt, non debemus contrahere: & ſi durantibus bannis aliquis ſe opponeret, & allegaretur cognatio ſpiritalis, impediretur matrimonium. ſed ſi non allegaretur iſta cognatio ſpiritalis, & ſi de facto contraheremus, non dirimeretur poſtea iſtud matrimonium. Not. quòd baptiſmus eſt fons & origo omnium ſacramentorũ. cap. veniens. de presbytero non bapti. in anti.

Nota quòd baptiſmus eſt fundamentum aliorum ſacramentorum. concord. ſunt in gloſ. quem tamẽ præcedere debet catechiſmus. Nota quòd illud dicitur euidenter probari, quod colligitur ex determinatione iuris. Domi.

h *Et ianuam.* xxxij. diſtinct. §. verum. ſ. de presby. non bapti. cap. veniens.

i *Decretali.* ſ. eod. contracto.

k *Res vix.* ſcilicet compaternitas in catechiſmis contracta. Additio. De hoc. xciij. diſtinc. miratus. in princ. & xij. quæſt. ij. hęc huius. iuxta fi. ſic ponitur. xix. diſtin. in memoriam. in princ. de cle. non reſi. conquerente. Ioan. Andr.

l *Exiſtit.* ff. de iudi. l. vix certis. ad idem. xv. quæſt. j. merito. Ioan. Andr.

m *Minimè ſeparatur.* Ad idem. ſ. eod. lib. de vo. ca. vnico. ſ. de iureiuran. quemadmodum. cum ſimilibus. Ioan. And.

Qvamuis.) Sunt tria dicta quæ ſatis patent. No. hoc Hoſtien. ſ. eo. Martinus. Casvs. Duo aliquam puellam ſuper ſacros fontes tenuerunt, cùm baptizans proferret iſta verba: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, cum aſperſione aquæ. Vtrum inter omnes iſtos contrahatur cognatio ſpiritalis? Reſpondetur quod ſic. Idem eſt in ſacramento confirmationis: licet ſufficeret quod vnus leuaret. Secus eſt in alijs ſacramentis. Nota quòd vnus tantùm debet interuenire in leuatione baptiſmi, & quòd mulier poteſt leuare infantem. Nota etiam quòd licet prohibeatur actus à iure, tamen factus tenet. ad hoc. ſ. cap. proxi. Domi.

n *Vnus.* Imò ſi vrgeret neceſsitas, in catechiſmo & baptiſmo & confirmatione vnus poteſt eſſe patrinus: licet hoc non habeat conſuetudo Romana. de conſecra. diſtin. iiij. in catechiſmo.

o *Inſtituta.* de conſecratio. diſtinct. iiij. non plures. & potuit eſſe ratio quæ redditur in adoptione vel cognatione legali, quæ imitatur naturam: & ſic ſpiritalis cognatio habet imitari naturam, vel cognationem carnalem: vt ſcilicet vnus ſolus ſit in ſacramento patrinus. Sed cõtra. xxx. quæſt. iiij. quod autem.

*† Plures dicuntur ſuſcipere, ſi vn⁹ tenet infantem, alij linteũ in quo inuolut⁹ eſt infans. Ioã. And. text. eſt in l. ad teſtiũ. §. fi. ff. de teſtamen. facit ad quæſt. ſi fiat linteũ, veſtibus clerici iniuria, an incurritur canõ, ſi quis ſuadente. docto. in c. nuper. de ſent. excõ. ad quæ Baua. inſtit. de teſta. §. iij. pulcherrima ponit. Font.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



autem .Sol.vt ibi no.&.ſupra eod.titu. cap.vlt.
a *Contrahitur.* Scilicet cum omnibus:& ſic multa fieri prohibentur, quæ facta tenent. ſuprà eod. c.proxi. ADDITIO. Pereant tamen contrafacientes, quia faciunt contra prohibitionẽ canonis, non plures. & iſtius decretalis, ſecundum Archidiac. puto quòd vbi conſuetudo non reſiſtit, & fortius ſi aſsiſtit, leuis ſit culpa: & ſic leuiter indulgenda. de accuſa. cum dilecti. Ioannes Andreæ.

hitur a: matrimonia contrahenda impediens, & etiam pòſt contracta diſſoluens. De confirmatione inſuper, quantum ad hoc, idem b iudicium eſt habendũ. Ex datione verò aliorũ ſacramẽtorum c, cognatio ſpiritalis nequaquã oritur, quæ matrimonium impediat vel diſſoluat.

A b *Idem.* ſcilicet vt plures in cõfirmatione tenere nõ debeãt: tamen ſi teneant, omnes ſunt compatres vel compatrini.

Gloſ. ſeq. enumerat ſacramenta, & rationem reddit.
c *Sacramentorum.* ſcilicet pœnitẽtiæ, corporis Chriſti, extremæ vnctionis, ordinis, cõiugij. Renaſcimur enim in baptiſmo a: & chriſmatio frõtis illã cõfirmat: quod nõ eſt in alijs ſacramentis: & ideo per iſta ſpiritalis cõtrahitur cõpaternitas, nõ per illa. de hoc not. xxx. q. j. omnes. &. §. e. ca. vlti. Ioan. Andr.

*a Sub quo includitur catechiſmus, qui etiã per ſe nõ eſt de ſeptẽ ſacramentis.*

*Additio vtriuſque arboris hic inſertæ laudabitur. Et qui coniugiorum materiam attenderint: dicent quòd apta ſit additio.*

# DECLARATIO ARBORIS CONSANGVINITATIS.

CIRCA LECTVRAM ARBOris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus: Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum, & verſuum obſcuritatem, aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuẽtionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima fieret: antiquorum ſcripta reuolui: & prout expedire credidi, compilaui. Primò quærens ad vtranque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundò an ſit authentica. Tertiò ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis. Primæ quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. probatio enim ad oculum, alias vincit. inſtit. de gradi. §. agnationis. xxvij. queſt. j. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti quædã melius percipiuntur quàm elocutione. de dona. apoſtolicæ. ver. ſi. Hinc eſt quòd agrorum menſio ſubijcitur oculis. xvj. quæſt. iij. inter. de præſcri. quia indicante. Cod. fi. reg. leg. iij. Ventris inſpectio, an mulier ſit prægnans. ff. de ven. inſpi. l. j. in princ. Locorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit virgo. de proba. propoſuiſti. an arcta. de fri. & ma. fraternitatis. vel aliter impedita. eodem titu. ex literis. Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio. ff. de fer. leg. ij. Et literæ papales an ſint veræ vel falſæ. de cri. fal. licet.

*Oculis multa ſubijciuntur.*

Ad ſecundum dic quòd arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſido. & Alexand. xxxv. quæſt. v. cap. j. ij. & vlt.

Ad tertium dic quòd quia in decretis de conſanguinitate & affinitate tractatur: vtile fuit ibi arborem ponere. & quia in decretalibus eſt idem tractatus: & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validum ſatiſque famoſum, quod repetita lectio probat. Cod. de emendatio. Iu. Co. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatũ nouorum iurium antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primò quæritur quid ſit conſanguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundò quæritur quomodo arbor formetur: & quare ſic formetur: & quare ſic punctetur. & interſeremus regulas per quas cognoſcuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones. Ad primum dico quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum: quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas quaſi ſanguinis vnitas: à con, & ſanguine: quia de communi

*Cõſanguinitatis definitio.*

B ſanguine deſcendunt. Et quo ad probationem coniugij non diſtinguo an tales cõſanguinei ſint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario: quod eſt expreſſum ſuprà de probatio. per tuas. Linea verò eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. Et eſt triplex linea, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium, & collateralium: vt infrà patebit, & ff. de gradi. leg. j. & l. iuriſconſultus. Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. §. gradus. Formatur autem ſic arbor. Primò vide cellulas aſcendentium. ſecundò deſcendentium: demum collateralium. Aſcende ſuper cellulam vacuam: quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere: cùm aliæ cellulæ (exceptis ijs quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filij: & ſic de ſingulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Proteum: alij Truncum.

*Lineæ definitio et eius multiplicitas.*

*Gradus deſcriptio.*

*Arboris cõſanguinitatis formatio.*

C Nos autem à nomine Bidelli noſtri vocemus eam Petrucium. Et ſcire debes quòd competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diuiderentur directè per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus proauus &c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia proauia &c. quia poſiti à latere dextro deſcendunt à maribus, & econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens, pater mater: & ſuprà vnum punctum, & infra vnum. Supra illam eſt cellula auus auia: continens duo puncta tam ſupra quàm infra. Supra illam eſt cellula proauus proauia: habens vtrinque tria puncta. Supra illam eſt cellula abauus abauia: habens quatuor puncta ſupra, & quatuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filium filiam: & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem: & duo puncta vtrinque. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſimiliter infra & ſupra. Sub illa abnepotem & abneptem: & quatuor puncta vtrinque. Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quòd punctorum numeratio eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam: & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundum ius ciuile &c.

D Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis verò in inferiori: vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum quo inſtruimur in matrimonijs quę licitè contrahi poſſint nécne: & cùm matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipuè lex minor eſt canone. ſuprà de ſecun. nup. cap. vlti. & penult. Vides autem ex punctuatione prædicta quòd in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrunque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

*Ius canonicum eſt excellentius ciuili.*

Ad inue-



Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrunque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio: vtroque computato & intermedijs, quinque ſunt perſonæ: deme vnam: quatuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas: & ſic quatuor ſunt gradus. Si velles ſcire quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quòd iſte P. nõ habet totam ſuam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes: quatuor auos: octo proauos: ſedecim abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſsibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere. Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffr. in ſum. de conſan. & affi. §. item quantum. quòd non, per decre. non debet. eodem titulo, quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicũt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc. xxxv. quæſtio. iij. progeniem. & duobus capitulis ſeq. in quibus dicitur quòd olim non ſolum vſque ad ſecundum gradum, ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſtitu. de nup. §. j. ff. de rit. nup. leg. nuptiæ. & hoc verum puto. Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrem & ſororem: & cauſa breuitatis proſequendo ſolùm partem mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta, reliqua intelligitur: quod per ſe patet: dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges. Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. & iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus: & ſoror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu: frater patruelis etiam ſecundo gradu: filius in tertio: nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio: frater patruelis in quarto: filius in quinto: nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem: & habet filios patruum magnum, amitam magnam: auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus propior ſobrina: ex illa horum filius filia: ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu: ergo à patruo tertio, & à propiori ſobrino tertio: & à filio tertio: & à nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. ſecundum leges verò diſtat P. à patruo magno quarto: à propiori ſobrino quinto: & à filio ſexto: & nepote ſeptimo: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filijs, ſcilicet propatruo, proauo & proauunculo. de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia: ex illa, horum nepos neptis: ex illa, eorundem pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu: quia P. diſtat à ſtipite in quarto gradu: & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis: ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat. v. filius. vj. nepos. vij. pronepos. viij. & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. hoc ſecundum canones. Exemplum pone quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. Secundum leges verò aliter eſt. & ſic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis & ex punctatione quod prædicti P. & pronepos propatrui diſtant. viij. Et inſurgit illa diuerſitas: quia ſecundum leges quælibet per-

*Regula lineæ rectæ.*

*Coniugalis prohibitio in recta linea eſt perpetua.*

*Præſentem materiam explicat breuiter Stephanus de Coſta. latius Io. Zintzobolt in arbore. et ſcias quòd ſicut ca. matrimonialia ſeruãtur ab imperio. gl. §. ſexto gradu. inſtit. de gradi. ca. ſina. de ſecũ. nup. & beneficialia, glo. ca. cum vos. ij. de officio. ordi. ita li. de ſucceſſione loquẽtes ab eccleſia. ca. cauſam. ij. per venerabilẽ. qui filij ſint legi. cũ haberet. de eo qui dux. in matri. Fõt.*

*Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.*



A ſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus. ſecundum canones verò duæ perſonæ faciunt vnum gradum. vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecũdum leges. ſed computatio eorum ob aliud fit quàm noſtra. xxxv. quæſt. v. cap. ij. Bene ergo dicitur ſecundum leges quòd in æquali linea collateralium, ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis, non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda vel. iiij. diſparis numeri. j. vel. iij. In prima ij. gradus. in ſecunda. iiij. in tertia. vj. in quarta. viij. quod non eſt ſecundum canones: quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis. Nunc reſtat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui. iiij. & idem in deſcendentibus vſque ad lineam æqualitatis. & hoc eſt quod dicimus quòd perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis, non creſcit gradus: quia propatruus filius

B eius nepos & pronepos omnes diſtant. iiij. gradu à P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus. Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. vnde P. à ſtipite diſtat. iiij. à propatruo. v. à filio. vj. à nepote. vij. à pronepote. viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quòd P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat enim à ſummo, ſcilicet abauo: ab imo, ſcilicet abnepote, ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: à medijs citeriori: per quod ſatis patet quòd cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus, vt puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris procrearet filiam: poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu: remanet tamen conſanguinitas. prohibitio enim quę per ius poſitiuum proceſſerat, potuit tolli: ſed naturalia ſunt immutabilia. v. diſtinct. in princ. Scire debes quòd communiter dicunt doct. quòd abauus & proauus & auus ſunt bigami: dicentes quòd ſi non eſſent bigami, non poſſent filij eorum coniungi, cùm eſſent fratres. ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de alijs cellulis du-

C plicibus, quòd perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quatuor perſonas: ac ſi diceretur propatruus & vxor. proamita & maritus. vnde duplicatio poſita fuit vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu: non vt eos coniuges denotaret. Sciendum eſt etiam quòd in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando: Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali: & ego poſſum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiuè: Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus, negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio vel citeriori: qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius qui eſt in quarto gradu: & non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo. Demum quæritur an collaterales quorum vnus eſt in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus, poſſint adinuicem contrahere? Dicit Hoſtien. quòd non. & hoc not. ſuprà eodem quòd dilectio. & cap. tua. & in ſum. huius titu. de conſan. §. nunquid. in. v. & j. quod per ſua argumenta nititur probare, ſic ſcilicet, pater &

D filius vna perſona cenſentur. Cod. de impu. & alijs ſub. l. vlti. ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite: ſic nec cum filijs ſtipitis. bene facit prædicta decre. tua. vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Ber. quod colligitur ex gloſſ. quam ponit ſuprà eodem titu. cap. vlti. & Ra. & Ioannes de Deo. & hoc eſt veriſſimum: quod probant verba regulæ poſitæ ſuprà eodem cap. vlti. cum dicit ibi deſcendentium ab eodem. ſed certum eſt quòd propatruus deſcendit à ſtipite. Præterea aut dicis quòd eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcendentium, aut collateralium? de primo patet negando quòd certum eſt filium P. non deſcendiſſe à propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt quòd iſti diſtant quinto. quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere: non video. Ioannes Andr.

*Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.*

*Regula canonica in linea inæquali.*

*Regula ciuilis in linea inæquali.*

*Quæſtio notabilis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Non gignunt dextros qui ſunt in parte ſiniſtra.
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.




## Ioannis Chappuis carmen in huius arboris laudem.

ORbibus arboream plenis attende figuram:
Et gemini iuris vtile dogma feres.
Qui ſint affines, generis qui ſanguine iuncti:
Quo perſona gradu quæque locanda, ſcies.
Obicis ignaros ſponſalis credere fas eſt,
Arboris auricomæ quos latuere gradus.

Multa dies, variusque labos huiuſce parauit
Artis notitiam: quæ modò clara patet.
Ioanni celebres Andreæ dentur honores:
Arboreos fructus quo mediante legis.
Fructiferos teneræ poterunt contingere ramos
Dextræ: ni mens ſit frigore tacta pigro.



Sanguinis affines arbor præſens reſerabit.
Huicque vias faciles prima figura dabit.




*In matrimonialibus*
*Leges cedunt canonibus.*
*His dicuntur ancillari,*
*Si crimen debet taxari.*

RAmifera cunctos affines arbore noſces.
Carnalis fœdus copula tale dabit.
Illicitus, licitúſve tibi coitus creat iſtos
Nexus: vt noſtri dogmata iuris habent.
Pontificum iuri ciuiles cedite leges:
Huic vos peccati cauſa ſubeſſe facit.
Pontificum ſcitis nunquam præſcribere leges,
Aſt ancillari plurima ſcripta probant.

Vt Phœbus Phœben, magnúque minus ſuperabis
Lumen: ſic anteit ciuica iura canon.
Ars iuris magna eſt, ſed longè maior eorum
Vis canonum, quos dat pontificalis apex.
Hi ſiquidem cunctis animas & corpora ſeruant:
Huic debent omnes ſubdere colla iugo.
Hos tu ſi quondam ſeruaſſes Sardanapale,
Non tua tot probris obruta fama foret.

Universidad de Deusto Biblioteca



# DECLARATIO ARBORIS AFFINITATIS.

AD ARBOREM AFFINITAtis & eius materiam tranſeamus. Et primò videndum eſt quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponamus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

*Affinitatis definitio.*

Eſt autem affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptijs. & requiritur ſecundum leges quòd legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facilè. §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit: vt in ea. l. §. affines.

*Affinitas per coitum nefariũ contrahitur.*

Sed quòd per fornicarium coitum & inceſtuoſum ſecundum nos cõtrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. ca. diſcretionem. & eod. titu. cap. penult. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff. de gradi. l. iuriſconſultus in princ. & ff. de teſti. l. iij. & iiij. q. iij. §. item in criminali. verſic. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc quòd concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis, vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam: omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona qua mediante cõtrahitur. xxxv. q. x. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria quæ fit extra clauſtra pudoris. xxxv. q. iij. extraordinaria. & adde quod ibi not. Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico, quia ſi mortua eſt vxor tua & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat quod poſſis contrahere cum illa non obſtante ꝙ ſit tibi affinis in tali gradu, per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi quod poſſis cum tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo quod deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu, & non obſtante quod eſt tibi affinis in quarto pro eo quod dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti: & tunc matrimonium procedere poterit. Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus.

*Affinitatis genus per quã regulam cognoſcitur.*

Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere. ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu. ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plenè tradidit extra de conſan. & affi. ca. non debet. hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, ille attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodẽ gradu. Eſt igitur videre de gradibus.

*Affinitatis gradus computãtur ſicut gradus conſanguinitatis.*

Certum eſt quod affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum, ſed computantur gradus affinitatis ſecũdum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas quas tradidi in proxima arbore: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Nunc formemus arbo-

A rem. In medio arboris ſunt quatuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primò quæritur quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundò quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis: & ſic de ſingulis. Ad primum dic hoc fuiſſe vt detur intelligi quod affinitas oritur ex conſanguinitate, & quod ab vtroque ſexu virili & fœmineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatẽ referatur. vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, & frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de alijs.

*Arboris affinitatis formatio.*

Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens. in prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quatuor cellulas: in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta: in ſecunda vxor filij fratris: in tertia vxor nepotis fratris: in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quatuor cellulæ, quarum prima ſoror, ſe-

B cunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt aliæ quatuor, prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponũtur etiam aliæ duę cellulæ, vna à latere dextro cõtinens relictus relictæ fratris. à ſiniſtris, relicta relicti ſororis, quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum genera affinitatis quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri ſororis, in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa quæ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula vxoris fratris: in qua idem ſcribitur.

*Quæſtio.*

Circa hoc quæro quare in cellula vxor fratris ſcribitur olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulam quæ ponitur ad dorſum illius. quæ. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris vult cõtrahere cum ſorore, nunquid poteſt? Olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu: hodie verò poteſt. Idem ſit repetitum quo ad cellulam viri vxoris. Ad cognoſ-

C cendum ergo gradus affinitatis & genus tã per formam arboris q̃ ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralem.

*Regula magiſtralis gradus affinitatis & genus manifeſtans.*

Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem cõtrahitur affinitas primi generis & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri & mulieris, & nõ viri & vxoris, collige ex ijs quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierẽ. extra de conſan. & affi. quod ſuper his. Primi generis quare dixerim, etiam ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. vide hoc in arbore. nam frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis, & ſic vxor fratris ſorori, & ſic filia

D ſororis eſt filio fratris, & ipſi fratri in ſecundo gradu conſanguinitatis, maritus eius in ſecundo gradu affinitatis, & econuerſò, & ſic in reliquis. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri & omnibus deſcendẽtibus qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu conſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. Qui ſunt in arbore, ideo dixi, quia ſi pronepos fratris haberet filiũ, ille excederet lineam æqualitatis, & ſic attinet quinto gradu ſecundũ regulas traditas in proxima arbore. Poſt hoc notãdum eſt, illud præciſè non ſequitur, ergo & tu ſumus affines: ergo filius quẽ procreo, eſt tibi affinis.

*Affinitas per notabilia declaratur.*

Nã interdũ filius meus mutat genus attinẽtiæ, quia ego ſum tibi affinis, & ipſe cõſanguineus. interdũ nil attinet tibi, interdũ mutat gradũ, interdum nec mutat genus nec gradũ. Exemplum: ſi ego & tu ſumus affines, per appoſitionẽ mei, quia ſcilicet cõtraxi cum cõſanguinea tua,

ſi ex



ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo, ille eſt tibi conſanguineus, non affinis. ſed ſi ego maritus conſanguineę tuę ex alia muliere filiũ procreo, ille nec eſt tibi conſanguineus, nec affinis. Si verò tu cõſanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis. ſed ſi tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipſa in ſecundo vel primo: tunc ipſe filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si verò tu & vxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali, ſed vxor mea erat remotior, vt quia ipſa in tertio, & tu in ſecundo: tunc filius tuus nõ mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipſe affinis. tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item nota quod iſtud etiam nõ ſequitur, ego & tu ſumus affines, & ego non poſſum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia ſi habeam conſanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea quam habui ex alia muliere, quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris: ſed inter virum & conſanguineos mulieris, & inter mulierem & conſanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de conſang. & affi. quod ſuper his. Sed ego non poſſum contrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartum gradum, vt quia eſſet in quinto. & eſt ſimile ſecundum quod dixi ſupra in proxima arbore circa finem.

*Affinitatis prohibitio inter aſcendentes & deſcendentes eſt perpetua.*

Nunc quæritur an affinitas inter aſcendentes & deſcendentes habeat perpetuã prohibitionem, an extendatur tantũ vſque ad quartum gradum? Et ſi teneremus opi. Goff. de qua dixi ſuprà in arbore proxima circa medium, diceremus quod vſque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus quod prohibitio ſit perpetua. Dicit enim text. quod ita abſtinere debemus à conſanguineis vxoris vt à proprijs. extra de conſang. & affi. c. j. xxxv. q. iij. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes & deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem inſtit. de nup. §. affinitatis. & dicit lex quod tales af-

A fines aſcendentes & deſcendentes habentur loco parentum & liberorum. ff. de gradi. leg. non facile. §. & retro. in fin. Eodem modo poſſet formari quæſtio de affinibus quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſanguineis dixi. ſ. in arbore proxima in fi. An autem liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas, ſcilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſſint, de hoc vide no. extra de conſan. & affi. cap. non debet.

*Conſanguinei et affines quo iure prohibẽtur coniungi.*

Vltimo quæritur ad vtranque arborem an prohibitio conſanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias quod olim propter neceſſitatem frater neceſſario habuit contrahere cum ſorore, & conſanguinei cum conſanguineis. vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noë. In Leuitico verò prohibitæ fuerunt fere duodecim perſonæ, quas vide no. extra de reſtitu. ſpol. literas. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit conſanguineos & affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu & citeriori, quæ prohibitio poſtea vſque ad quartum gradum eſt reſtri-

B cta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibuſdam alijs prohibitionibus, vt ibi patet. Reuocatio verò fuit ex cauſa quæ ibi ponitur, & ſupra de teſti. cap. licet ex quadam. per quod patet quòd prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo. Ratio verò prohibitionis ſumitur. xxxv. quæſtio. j. §. j. cap. j. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherem cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, vir & frater &c. Sed ſi alium habeo patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas protenderet: in qua vniuerſi fideles & præcipuè ſtudentes continuè perſeuerent per gratiam eius qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS LIB. QVARTI.

DE ACCVSATIONIBVS &c.

*Continuatio domini Heliæ.*

Dictum fuit. ſ. quo ordine ſunt tractandæ & definiendæ cauſæ pecuniariæ & etiam ſpiritales. Verùm quia etiam ſunt cauſæ criminales: ideo de ipſis eſt nunc videndum. Et quia in cauſis criminalibus ſolet procedi quandoque per viã ac-

C cuſationis, quandoq; per viam inquiſitionis, & per officiũ iudicis, quandoq; etiã per viã denuntiationis: ideo ponit rubricã de accuſationib⁹, inquiſitionibus, & denuntiationibus.

## Liber quintus.

## DE ACCVSATIONIbus, inquiſitionibus, & denuntiationibus.

### Bonifacius octauus.

*Ex confeſſione coram delegato inquirente ſuper certis criminibus deputato facta, punitur confitens licet dicat ſe prius diffamatum non fuiſſe, vel inquiſitionis capitula non habuiſſe. h. d. Domi.*

CAPITVLVM I.

POſtquam coram eo qui cõtra te ſuper certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus, eadem crimina fuiſti confeſſus [a], fruſtra con-

POſtquã.) Tollit duas exceptiões inquiſiti qui confeſſus eſt crimen. Secunda ibi, Vel quòd. Iſta decretalis & ſequens emanauerunt ad declarationem decretalis. ſ. e. qualiter. j. & ij. & c. cum oporteat. & c. ad petitionem. ibi, in dictarum &c. & corriguntur opiniones Hoſt. no. in c. qualiter. j. in j. glo. vltra vnam columnã. ver. quid ſi inquiſitor. & in. ij. glo. & quod no. in c. cũ oporteat. ſuper verbo, ſubdito. verſi. quæritur ſi inquiſitor. ſimiliter & in ſecundo qualiter. ſuper verbo, fuerit. & ſuper verbo, legitimè. & facit ꝙ not.

D Guil. in Specu. titu. de inquiſito. §. nunc tractemus. ver. quid ſi inquiſitor permiſſim. Ioan. And. Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendũ illud quod habetur in c. qualiter & quãdo. e. tit. in anti. videlicet ꝙ antequã iudex ex officio ſuo cõtra aliquẽ procedat per inquiſitionẽ, debet primò ille cõtra quẽ proceditur, eſſe diffamatus: quia infamia debet præcedere inquiſitionẽ, ſicut monitio charitatiua debet præcedere denuntiationem, ita quòd ſi iudex procedat per viã inquiſitionis cõtra aliquem nõ diffamatum, poteſt ille contra quem proceditur per inquiſitionẽ, dicere: Domine iudex nõ poteſtis procedere contra me per viam inquiſitionis: quia non cõmiſi tale crimen: & poſito & nõ confeſſo quòd tale crimẽ commiſiſſem, adhuc nõ poteſtis procedere contra me: quia de tali crimine nõ ſum diffamatus. Itẽ dicitur in dicto. c. qualiter. quòd iudex debet exhibere capitula ſuper quibus vult inquirere: ita quòd ille cõtra quem proceditur, non tenetur reſpõdere ad interrogationem iudicis, niſi prius ſibi traditis capitulis ſuper quibus fuit diffamatus. CASVS. Cum non eſſem diffamatus de crimine furti, de homicidio, vel de alio crimine, imò iſtud crimen erat occultum: iudex meus ordinarius incepit inquirere contra me, & pro faciendo inquiſitionem fecit me vocari & citari ex officio vt comparerem perſonaliter. in die aſſignata comparui perſonaliter. iudex me interrogauit ſuper crimine furti vel homicidij. illud crimen fui confeſſus. poſtea cum iudex vellet me punire ſecundum exigentiam criminis, propoſui ꝙ non eram diffamatus de illo crimine: item quod ipſe non exhibuerat mihi capitulum: vtrum ſim nunc admittendus ad proponendum iſta? Reſpondetur quod non: quia antequam iudex me interrogaſſet, debebã iſta proponere: & ſi noluiſſet me admittere, debebam appellare: & ſic forma tradita in capitulo qualiter, non eſt ſubſtantialis: ideo poteſt omitti tacite vel expreſſe: vt hic textus.

*Not. quòd copia capitulorum inquiſitionis debet tradi inquiſito antequam iudex incipiat inquirere de veritate criminis. de quo. ſ. eod. qualiter. 2. §. debet.*

Nota primò quòd in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis. quod verum eſt in cognoſcendo: ſed bene in condemnando. Nota quòd contra confitentem eſt ferenda ſententia in ſcriptis, quod verum eſt ſi lis fuerit conteſtata, vel oblatus libellus in ſcriptis: ſed ſi ſolum fuit propoſita petitio, bene ferenda eſt ſententia: ſed non in ſcriptis: ſed ſecundum formam traditam in leg. ij. Cod. de ſententijs ex breuiculo recitam. ſed dixi non eſt ferenda in ſcriptis, nec ſolenniter: ſed ſufficit ſi verbo feratur: & in iure vocatur præceptum de non ſoluendo: vt eſt gloſſa notabilis in leg. ſi debitori. ff. de iudic.

*Do. Sententia an ſit contra confitentem in ſcriptis ferenda.*

Nota effectum principalem huius cap. quòd iudex non debet contra aliquem inquirere, niſi ſit de crimine diffamatus: & poteſt ille contra quem inquiritur, allegare & proponere quòd non eſt diffamatus: & hodie communiter prius aliquis citatur ex officio ſuper crimine, & ſit inquiſitio & examinatio ſiue informatio ſecreta: & factis informationibus ſi conſtet iudici quòd talis eſt diffamatus ſuper illo crimine, iudex præcipit vt citetur ad comparendum perſonaliter: & ſi compareat, debent illi tradi capitula ſuper his de quibus debet fieri inquiſitio: iuxta cap. qualiter allegatum. Nota vnum præambulum requiſitum ad inquiſitionem: vt videlicet primò diſcutiatur ſuper infamia. Ad hoc ſuprà eodem titu. qualiter. ij. & cap. inquiſitionis. §. ad hæc. & ca. licet Heli. de ſimo. cum ſimilibus.

*Inquiſitio non fiat niſi infamia præcedat.*

a *Fuiſti cõfeſſus.* Nullę igitur ſunt partes iudicis niſi vt ferat ſenten-

*Cõfeſſio in dicialis inducit notorium.*

ſententiam. quid enim quæremus de infamia vel capitulis, ex quo claret de crimine.xxiiij. quæſt.iij. ecce. de elect. per inquiſitionem.de confeſ.cùm ſuper.in an.ff.de iudi. ſi debitori.Iam enim eſt notorium crimen. de coha. cle. & mu. veſtra.&c. Additio. De reuocanda confeſsione dixi in text.in princ.magnæ glo.Ioan.Andr.

A non eſt verum,vt hîc vides: imò tacendo tacitè iuri ſuo renuntiat.j.de reg.iur.qui tacet.& dixi de hoc eod. titu.is qui tacet. Reclamare igitur debuit, & petere prius inquiri ſuper inquiſitione infamiæ: & ſi hoc non fieret,debuit appellare: vt dixi.ſ. cap.proxi.

a *Iuſtitia.*ſcilicet imponendo pœnam à iure ſtatutam, vel arbitrariã, ſi nulla pœna eſt ſtatuta.ſ. de offic.deleg. de cauſis. Additio.Archid. alleg.ij.quæſtio.iij.§. notandum.& de pœ. diſtin. j. menſuram. Ioan.Andr.

Gloſ.ſeq. rationẽ reddit.reci. opin.cõtrariã, cui reſpondet.

b *Fuerunt.* Si infamatus non erat, ad inquiſitionem procedi non debuit veritatis: vt in prædictis iuribus: ſed ille debuit appellare & non reſpondere, vnde imputet ſibi[a]. idẽ dico de capitulis quę tradi debuerunt.ſ. e. qualiter.ij.§.debet.ſi petita nõ fuerunt, & confeſſus eſt crimẽ, ſibi imputet: potuit enim iuri pro ſe introducto renuntiare,& tunc tacitè renuntiat. Ad hoc.ff.de procur. Pomponius.§.tati.Sed Hoſtien.contra.in prædicta decret. qualiter.j.per.l.ff.de procur.filius.§. inuitus.& hunc dicebat caſum ipſius decre.& decre.eod.titu.ad petitionem. nam ibi præſente & non contradicente illo contra quem inquirebatur, non fuerat ſeruatus ordo qui debuerat ſeruari. vnde proceſſus caſſari mandatur: ſed de alio ordine intelligatur: vt ibi nõ in ſi.aiij.[b] gloſ.

*Inquiſitio nõ debet fieri non præcedente diffamatione: aliàs poteſt appellari.*
*a Gl.ſequitur Plat. ad quod facit no.in l. or ei de rei vendi.c. de nary.C. de in.de reſtitu. ſpolia.Fon.*
*Nota quòd inquiſitio infamiæ nõ eſt de ſubſtãtia inquiſitionis. de quo.ſ. cap. proxi. Do. b Idem Do. Fant.*

feſsionem tuam, quo minus puniaris ex ea prout iuſtitia[a] ſuadebit, eo prætextu impugnare contendis, quòd ſuper eiſdem criminibus non fueras antea diffamat[9], Vel quòd per eundem inquiſitorem capitula ſuper quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt[b].

ſuper hoc excipiente:infamię inquiſitione omiſſa,ad veritatem eorundem criminum inquirendam: proceſſum huiuſmodi ex eo quòd non fuit de infamia primitus[e] inquiſitum, vlterius impugnare nequibus[f].

e *Primitus.*id eſt antequam quæreretur de veritate.

f *Nequibus.*Non ergo ordo iſte ita eſt de ſubſtantia[c],quòd ei renuntiare non poſsit. Facit.ſupra de fer.cap. vlti. & quod no.ſ. de offic.deleg. de cauſis.

*c Vide quod dixi ſuprà c.proxi. ſuper vlti. gl. Ioan. And.*

## Idem.

*Valet inquiſitio facta ſuper veritate criminum omiſſa inquiſitione infamiæ, ſi reus præſens tacuit. hoc. dicit.ſecundum. Ioan.Andr.*

### CAPITVLVM II.

SI is cui contra te commiſſa fuerat[c] ſimpliciter inquiſitio ſuper certis criminibus facięda,proceſſerit te pręſente, nec reclamãte[d], aut quicquã

## DE HAERETICIS.

Gregorius ix. Remẽſi archiepiſcopo,& ſuis ſuffraganeis.

B

*Propter crimen hæreſis clericum in quibuſcunque ſacris ordinibus conſtitutum ſolus eius epiſcopus degradare poterit. hoc dicit Dom.*

### CAPITVLVM I.

QVoniam epiſcoporum numerus ad degradationẽ clericorum à canonibus[g] conſtitutus,non poteſt

DE HAERETICIS.

Dictum fuit ſuprà de modis quibus ꝓceditur ad inquirendum de veritate criminis: nunc videndũ eſt de ipſis criminibus. verum quia inter crimina crimen hæreſis eſt maius, quia per ipſum offenditur diuina maieſtas: ideo primò de ipſo eſt videndũ. Nã iſtud crimen eſt grauius crimẽ quàm ſit crimen læſæ maieſtatis: quia grauius eſt lædere diuinam maieſtatem, quàm humanam. in auth. vt non luxurientur homines contra naturam.§.j.j.reſpon.coll.vj.

QVoniam.} Præmittit cauſam iuris noui quod ſtatuitur ibi, Concedimus.Incipiebat, & ſi contra, & bene de medietate decurtata eſt. Præſupponendum eſt pro intellectu huius.cap.quòd cum quis presbyter perpetrauit aliquod delictum dignum degradatione, puta quia commiſit homicidium per inſidias penſatas: quod eſt dignum degradatione: vt in.ca.j. de homicidio.in an.vel commiſit aliud crimen quod eſt dignum degradatione: certum eſt quòd epiſcopus ſolus non poteſt eum degradare: ſed debet ſecum vocare ſex epiſcopos. Casvs. Aliquis ſacerdos cecidit in hæreſim male ſentiendo de fide,& ſic eſt hæreticus. Pœna hæreſis eſt, ſi nunquam aliàs inciderat in hæreſim,quòd degradetur,& poſtea perpetuò immuretur,vt agat perpetuam pœnitẽtiam in pane triſtitiæ,& aqua doloris. Si autem poſtea liberetur, fortè propter iucundum aduentum principis, & relabatur in hæreſim: eſt dandus curiæ ſeculari, vt ignibus ſubijciatur. Sed vtrum ad degradationem ſacerdotis ſufficiat ſolus proprius epiſcopus,vel vtrum requiratur quod vocentur ſex epiſcopi? Reſpon. Ro.pon.quod ſolus proprius epiſcopus conuocatis abbatibus & alijs honeſtis perſonis ſuę diœceſis poterit talem ſacerdotem hæreticum degradare,& dare curiæ ſeculari ſi iterum inciderit in hæreſim. Si autem non inciderit niſi ſemel in hæreſim, poterit eum degradare, & perpetuò immurare. & iſtud eſt ſpeciale in crimine hæreſis.Secus eſt in alijs criminibus in quibus requiritur quòd interueniant ſex epiſcopi. Not.primò iuncta glo.& iuribus quæ allegat,quòd ſi ſacerdos labatur in hæreſim, pro delicto debet degradari,non autem debet tradi curiæ ſeculari: ſed eſt immurandus,id eſt perpetuo carceri tradendus, vt agat pœnitentiam in pane triſtitiæ,& aqua doloris.Vnde iſte carcer nõ debet eſſe ita arctus quòd abbreuiet dies iſtius incarcerati: quia ſatis eſt quòd viuat in pane triſtitiæ, & aqua doloris. ideo dicunt doctores quòd prælati qui tales carceres abbreuiantes vitam hominis deputant, non euadunt notam irregularitatis. No.ꝙ vbi clericus eſt relapſus in hæreſim, eſt tradendus curiæ ſeculari vt comburatur. nam hæc eſt pœna hæreticorum.l.iij.C.de hæreti.No.caſum in quo ſolus epiſcopus poteſt presbyterum vel clericum in ſacris conſtitutum degradare,ita quòd nõ tenetur ſecum adhibere numerum epiſcoporũ requiſitorum ad degradationem clerici:veruntamen debet ſecũ adhibere ſuum capitulum, & honeſtas perſonas ſuæ diœceſis,ſicut ſunt abbates. No.ꝙ clericus pro hæreſi degradatur,etiam ſi non ſit tradendus curiæ ſeculari,ſed tantùm deputandus perpetuo carceri Domi.

C

*Sacerdos labens in hæreſim, qualiter eſt puniendus.*
*Epiſcopus ſolus clericũ hæreticũ degradare poteſt.*

g *Canonibus.*xv.q.vij ſi quis tumidus.& duobus. cap.ſeq.& debent eſſe ſex in degradatione presbyteri,tres in degradatione

*Degradatio vt fiat.*

SI is.} Non diuiditur. Additio. Et vt dicit Ioan.Mon. iſtius cap.& præcedentis eadem eſt ratio: quia vtrobique renuntiatum eſt proceſſui,qui penitus præmitti debuiſſet,ſi petitus fuiſſet.Ioan.And.Casvs. Papa commiſit alicui inquiſitionem ſimpliciter faciendam ſuper aliquo crimine. & fuit facta inquiſitio ad requeſtam alterius,non autem ex officio.certum eſt quòd ille inquiſitor debet facere duos proceſſus.Primum ſuper infamia,an ille ſit diffamatus: & ſi per inquiſitionem reperiat eum non diffamatum, non procedet ad inquirendum de veritate criminis. Si verò reperiat eum diffamatum: tunc procedet ipſe ad inquirendum & interrogandum de veritate criminis. Sed ponamus,quòd inquiſitor omiſit iſtum ordinem: quia primò fecit inquiſitionem ſuper veritate criminis,& criminoſus non oppoſuit quòd debebat primò facere inquiſitionem ſuper infamia. poſtea inquiſitione facta ſuper veritate criminis,ipſe contra quem facta fuerat inquiſitio,voluit allegare quòd primò debebat iudex inquirere ſuper infamia quàm ſuper veritate criminis. an ſit admittendus ad proponendum & allegandum quòd proceſſus non valet, quia fuit omiſſus primus proceſſus ſuper infamia? Reſpondetur quòd non: quia eſt ſibi imputandum quare paſſus eſt inquiri de veritate criminis priuſquam conſtaret de infamia: quia cum iſtud fuerit introductum in fauorem ſui,potuit illi fauori renuntiare. Et ſic iſta forma non eſt de ſubſtantia proceſſus: quia licèt debuerit ſeruari: ſi tamen non opponatur,non minus valet proceſſus. Nota quòd licet de iure certa forma debeat ſeruari in procedendo: ſi tamen non ſeruatur,& pars tacet: valet proceſſus: de quo.ſ. c.proxi.ſuper gloſſã ſi.

D

Gloſſa ſeq.diſtinguit,quærit,& remittit.

c *Fuerat.*ad petitionem alicuius: quia ſi papa proprio motu committit inquiſitionem criminum alicuius, iam illum approbat infamatum: cum epiſcopus & metropolitanus procedant etiam ad inquiſitionẽ omiſſo tali articulo.ij. quæſt. v. omnibus.ſ.eod.titu.ſicut olim.ſed ſi ad petitionem alterius commiſerit: tunc prius inquiret inquiſitor de infamia. Hoc tenet Innoc.ſ.eod.titu.cum oporteat. Quid ſi ille qui literas inquiſitionis impetrat, ſit excommunicatus? Dixi.ſ.eodem lib.de reſcrip.c.j.&c.

*Ponit dictũ Hoſt. quod improbat.*

d *Reclamante.*Dicebat Hoſtien.in ſupradictis glo. quòd taciturnitas habebatur hic ꝓ diſſenſu & contradictione,quod



one diaconi, & ita de ſubdiacono videtur: vt.ſ.de ſer. non ord.miramur.

a *Facili.*Bene eſt poſsibile: ſed non facile.lex enim non debet eſſe impoſsibilis.iiij.diſt.erit autem.

b *Pro hæreſi.*In alijs igitur criminibus ſi immineret degradatio facienda, ſeruẽtur antiqua iura:quia in hoc crimine hoc introductum eſt ſpeciale.Ad idem.j.eod. in fidei.

c *Relinquẽdus.* Quod dic[a] vt ſuprà de ver. ſignifi. nouimus. & j.de pœ.ca.ij.

d *Immurandus.*ſ.eo. excõmunicamus. ij. in ſi.& j.eod.accuſatus.in ſi.& c.vt commiſſi. verſ. & illorũ. Ioan.Andreæ.

e *Solus epiſcopus.*Excludit epiſcopos, nõ capitulum ſuum. Ad idem.xv.q. vij. ſi autem.&.§.ſeq.&. ca.epiſcopus.xviij.q.ij.c. nullam. Additio. Idem ſcilicet quòd non excludatur capitulum: tenet Ioan. Mon.ſed Archid.intelligit hoc verum in examinatione & definitione cauſæ: in actu degradatiõis ſufficiat ſeruare quod hic dicitur.circa hoc vide quod ſatis dicam in decretali.ij.j. de pœ.ſuper ver.numero.Ioan.And.

*Nota quòd per verbum cõcedimus, indulgetur aliquid quod eſt cõtra ius commune.*
*† Nota hîc quòd propter difficultatem relaxatur iuris ſolennitas. facit.c.1. ſ. eod.& quæ hîc allegat Anchar. cui addo. l. 1.§ ſi.ff. de ven.in poſ. Fonta.*
g *Poſtmodum.* Ex interuallo: vt ſit hoc ſpeciale fauore catholicæ fidei: aliàs nil eſſet hic fauoris: vt. ſupra de teſti. co. præterea.

h *Indicijs.* ſic. ſ. eod. in fidei. & ſic per indicia ſtatur pbationi. & de hoc. ſ. qui ſi. ſint legi. tranſmiſſæ. ADDITIO. Et. ſ. eodem excommunicamus. §. vlti. de cleri. pere. inter quatuor. de homi. pro humani. in fi. Ioā. Andr.

i *Aliud obſiſtat.* ſcilicet quàm prædictū periurium. vnde ſi de falſo redarguerentur, non ſtabitur eorum dicto. de teſtib. ex tenore.

k *Priuilegiatum.* Nota magis priuilegiatum anteponi. ſ. de offic. lega. volentes. xxj. diſtinc. denique. ff. de offic. procon. l. vlti.

l *Apoſtolica.* multo minus alij. Idem Archidiac.

m *Saperent.* ſicut eſt circa aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorum reſponſa ſuſcipere. xxvj. q. ij. hi qui. & quæſt. iiij. igitur. vel aſſociant ſibi propter ſortes exercendas hæreticos, vt faciant prædicta cum corpore vel ſanguine Chriſti. vel in ſortibus vt poſſint habere reſponſa, puerum rebaptizant: vel his ſimilia.

*Rei. i. per quæ Hæreſim ſaperi: manifeſt è qui dicitur.*

Gloſ. ſeq. recitetur per obiectionem & ſolutionem.

n *Manifeſte.* In dubio ergo hoc caſu non habent iuriſdictionem: & licet aliàs D iudex cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicatur iuriſdictionem habere. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. quæ in ordinario loquitur: hic tamen, niſi id manifeſte appareat, ſe non intromittit. & eſt ſi. ſupra eod. lib. de cenſi. cap. j. §. notoria. & j. de pœ. cap. j. ſupra de offic. deleg. cap. vlt. Idem Ioan. Mon. & Archidiac.

o *Et contra illos.* q. d. multò minus ſi contra alios.

p *Offendiculum.* Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. & ſæpe qui ad vtrunque feſtinat, neutrum bene peragit. xvj. quæ. j. presbyteros. & C. de aſſeſſo. nemo.

Gloſſa ſeq. ſignat contrarium & ſoluit.

q *Hæreticos.* Contra. ſupra eod. titu. cap. penult. vbi defenſores & fautores hæreticorum hæretici ſunt. Solu. non in fauente & defendente, ſed in credente loquitur ibi. ADDITIO. Idem Ioan. Monachus.

r *Ad ſalutem.* vt puta vt fundaret vel ædificaret eccleſiam, hoſpitale, vel alium pium locum, vel faceret ſimile pium opus: vt in authentic. de eccleſiaſticis titu. §. ſi quis ædificationem. col. ix.

ſ *Temporalibus.* hoc dicit: quia ſecus ſi in ieiunijs, vigilijs, orationibus, vel ſimilibus conſtiterit illa pœnitentia. idem eſſet ſi non poſſet illud iniunctum, licet ſaluſiferum, expleri



*Ieiunia per alios impleri poſſunt.*

pleri per alium: ſicut eſſet theologiam audire vel ſimilia. ADDITIO. Licet ieiunia de quibus ſupra, per cognatos poſſunt impleri: vt dicit Ioan. Mo. xiij. quæſt. ij. animæ. non tamen ſunt in bonis temporalibus exequenda. vnde bis com petit hoc exemplum.

A fauore fidei. Not. ibi, Si verò. quòd res tranſit cum onere ſuo reali, ad quemcunque poſſeſſorem vel ſucceſſorem perueniat res ipſa. & ad hoc allegatur iſte. §. vt ſi res tua ſit mihi obligata & hypothecata: licet rem illam alienes, tamen remanet mihi obligata: & poterò agere hypothecaria.

tores cogi debent hæredes [a] vel alij ad quos cum ſuo onere [b] bona huiuſmodi deuenerunt. Porrò ſi propter huiuſmodi hæreticorum receptationem, defenſionem, ſeu fauorem quis ad faciendam pœnitentiam, quam inquiſitores ipſi iniungere vellent, bona ſua obligauerit eiſdem: & antequam ei pœnitentia iniungeretur deceſſerit: eius hæredibus non eſt ſatisfactio pro extincto [c] iam crimine iniungenda.

*Poſt mortem hæretici declarari poteſt eum hæreticum fuiſſe, ad finem confiſcandi. Domi.*

In eo verò caſu [d] quo hæredes ad ſucceſsionem non debent ob hęreſim ſui auctoris admitti: non obſtante quòd auctore ipſo viuente hoc non fuerit (interueniente ipſius morte) per ſententiam declaratum, ad confiſcationem bonorū poſt mortem [e] eiuſdem nihilominus procedatur.

*Clerici inſtruentes teſtes ne inquiſitores veritatem inueſtigent, puniri poſſunt per eos: & religioſi grauius puniuntur. hoc dicit. Domi.*

Sacerdotes inſuper, & alij clerici qui negotium inquiſitionis inſtruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes, de celanda veritate, vel dicenda falſitate, ſeu eos indebitè liberando inuenti fuerint impedire [f]: cùm nō ſit dubium B eos ipſa facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per inquiſitores à talibus compeſci poſſunt, & pœna debita caſtigari [g] tam per captionem perſonarum quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis [h].

Religioſi [i] etiam ſunt immurationis [k] † pœna vel alia grauius puniendi quàm ſeculares [l], ſi inuenti fuerint in hæreſi vel conſimilibus [m] deliquiſſe.

Vrbanus quartus.

*Non valent ſtatuta per quæ inquiſitoris hæreſis officium impeditur, vel retardatur.* C

a *Hæredes.* xij. quæſt. ij. epiſcopus qui filios. de ſepul. ca. vlti. de rap. in literis. & de ſenten. excommun. à nobis. & in his omnibus de hoc Ioann. Andr.

b *Onere.* xvj. quæſt. j. ſi quis laicus. de deci. paſtoralis. & cap. cùm non ſit. Cod. de ſeruit. & aqua. l. & in prouinciali. ſupra de pign. ex literis.

*Caſus literalis domini Heliæ.*

PORRO. Iſte. §. legitur vſque ad finem capituli, & in eo caſus ſic figuratur. Aliquis recepit in domo ſua aliquos hæreticos quos ſciebat hæreticos, vel aliàs eis auxiliū præſtitit: tamen non erat hęreticus. certum eſt quòd venit grauiter puniendus: vt per totam rubricam. Cod. de receptatoribus; quia (vt ibi dicitur) ſine illis latrones diu latere non poſſunt. Or ponamus quòd ipſe receptator hæreticorum fuit conuictus: & fuit ei aliqua pœna iniuncta quæ conſiſtebat in temporalibus, puta quòd ipſe ædificaret eccleſiam. nondum eccleſia ædificata, ſed tamen incepta, ipſe receptator mortuus eſt. vtrum ſui hæredes poſſunt compelli ad complendum huiuſmodi pœnitentiam quæ conſiſtit in temporalibus? Reſpondet Rom. pont. quòd ſic. nam bona ſua fuerunt tacite obligata ad complendum dictam pœnitentiam. Ideo ſi quis fuit accuſatus de hæreſi, & pendente accuſatione moritur, nō eſt extinctum crimen: ſed contra hæredes poteſt cauſa proſequi ad finem quòd bona ſua fiſco applicentur. nam ex quo lapſus eſt in hæreſim, perdidit omnia bona ſua: & fiſcus incepit eſſe dominus. Item ad alium finem, vt memoria ipſius defuncti damnetur: imò ſi durante vita hæretici non fuiſſet incepta accuſatio, poſt mortem eius poſſet accuſari ad iſtum finem vt memoria eius damnetur, & bona eius fiſco applicentur. Poſtea in fine. cap. dicitur quòd clerici non debent dare inſtructiones hæreticis qualiter ibi reſpondebunt ad ſingula cap. ſibi propoſita per inquiſitores. quod ſi fecerint: poterunt inquiſitores tales clericos incarcerare, vel aliàs punire ſecundum quod eis videbitur. Not. primò ex iſto cap. iuncta glo. quòd aliquis non dicitur relapſus in hæreſim, niſi conſtet eum plenè D & perfectè incidiſſe in hæreſim: quia de hoc fuit conuictus: ſed non dicitur verè relapſus, ſi prius erat ſolummodo præſumptio contra ipſum: ſed dicitur fictè relapſus: tamen eſt puniendus pœna relapſorum ac ſi eſſet verè relapſus. Not. vlterius ex. §. cùm verò, quòd ſi quis errauerit in vno articulo fidei, vel in vno ſacramento eccleſiæ, vel in vna ſecta hæreticorum, & abiurauerit hæreſim ſpecialiter, puta quia abiurauerit ſuam hęreſim in vno articulo fidei, aut ſacramēto eccleſiæ, aut in alia ſecta. ſi poſtea labatur in alio articulo, vel ſacramento, vel in alia ſecta hæreticorum, non dicitur relapſus, ſed tantummodo lapſus. ſecus ſi abiuraſſet generaliter & ſimpliciter ſuam hæreſim. Not. ibi. Ille quoque. quòd ſi quis fuit conuictus de hæreſi, & illam abdicauerit: ſi poſtea receptet hæreticos, cenſetur occulte relapſus: licet apertè non conſtet quòd credat eorum errori. nam ex conſequentia prioris erroris præſumptio eſt quòd credit errori ipſorum, & cenſetur relapſus. No. in. §. licet. quòd teſtis non ſolum deierat dicendo falſum: ſed etiam celando veritatem. Item nota caſum in quo teſtis periurus admittitur ad teſtificandum. Item nota caſum in quo teſtis ex interuallo poteſt dictum ſuum corrigere, licet regulariter contra. ſed iſtud eſt

*Relapſus in hæreſim quando dicatur quis. Errans in vno articulo, ſi poſt abiurationem labatur in alio, non ob id dicitur relapſus.*

*Crimina morte extinguūtur.*

c *Extincto.* crimina extinguūtur morte: vt xxiij. diſtinc. quorundā. xxxiij. quæſt. ij. admonere. ff. de ijs qui mor. ſi. conſci. l. vlt. ex quo igitur extinctum eſt crimen, & pœnitentia non eſt impoſita pro crimine iā extincto, nō imponatur vlterius.

d *Caſu.* ſcilicet quia non fuit redincorporatus vnitati eccleſiæ.

e *Poſt mortē.* xxiiij. quæſt. ij. ſane ij. & C. ad leg. Iul. maie. l. vlti. [a] intellige hoc vſque ad xl. annos. nam poſtea abdicari non poterūt etiam à Ro. eccleſia à filijs catholicis, qui illa tanto tempore bona fide poſſederunt. quod verum eſt ſi parentes catholici putabātur: vt. ſ. eod. lib. de præſcrip. cap. vlti.

*a Hæc lex pbat idem in crimine leſæ maieſtatis. Ioan. Andr.*

f *Impedire.* manifeſtè vel non manifeſtè: dummodo hoc conſtare poſsit.

g *Caſtigari.* ſic. j. de pœn. Romana. ADDITIO. idem Ioā. Monac. & Archidia. caueant tamen epiſcopus & inquiſitores ne impedimentum officij falſò imponant alicui. quod dic vt in cle. eod. titu. ca. j. §. pen. Ioan. And.

*† Quæ ſit illa, dixi. ſ. ad c. 1. & iſta pœna eſt de cc. nō. ll. inuenta. l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœ. c. quāuis. de pœ. j. & eo. Ana. c. ā nobis. in t. col. de apoſta. Fontan.*

h *Delinquentis.* nam grauius delictum eſt grauius vindicandum. xxiiij. quæſt. j. non afferamus. ſ. de exceſ. præla. tanta & in æqualibus delictis æquales ſunt pœnæ. j. titu. proxi. cap. vnico, in fi.

i *Religioſi.* iſti ſi reperiantur hæretici, non ſunt dicendi religioſi, ſed religionis obumbratione fucati. ſ. eod. titu. ad abolendam. §. j. &c.

*Religioſi hæretici nō debent dici religioſi.*

k *Immurationis.* ſ. eod. titu. cap. penult.

l *Seculares.* ſcilicet clerici vel laici. & concor. optime. ſ. ne cleri. vel monac. ca. ſed nec.

m *Conſimilibus.* de quibus vidiſti ſuprà proxi. §.

STatutum.] Primò irritat ſtatutum per quod directè vel indirectè impeditur vel retardatur inquiſitionis officium. Secundo ibi, ipſiuſque, officiales ad quos ſpectat, iubet excommunicari ſi illud non reuocent vel temperent. ADDITIO. Dicit Archid. quòd olim incipiebat, multorum. & fuit multum abbreuiata. & aliud hic non gloſſat. Io. Monac. dicit quòd inter terminos iſtius decre. & ſ. proxi. §. ſacerdotes. non cadit iuris diuerſitas: cùm tam laici quàm clerici obſecuti ſint inquiſitionis officio. & hoc minus dubium: quia ibi fit vt à priuato, hic autem vt à iudice, quod eſt grauius. Ioā. Andr. CASVS. Communitas huius ciuitatis fecit vnum ſtatutum, per quod ſtatutum impeditur inquiſitio contra hæreticos facienda: quia fecit ſtatutum ne aliquis ciuis poſſet de crimine hæreſis accuſari, vel ne aliquis ciuis huius ciuitatis poſſet ferre teſtimonium in crimine hæreſis. Quæritur quale erit officium inquiſitoris fidei à ſede apoſtolica deputati circa tollendum huiuſmodi ſtatutum? Reſpondetur quòd ipſe inquiſitor fidei conuocabit ciues, & eos compellet vt ſibi exhibeant illud ſtatutum, & ſi videat quòd per illud ſtatutum impediatur inquiſitio prauitatis hæreticæ: poterit compellere ciues ad tollendum & rumpendum illud ſtatutum, vel ad modificandum illud ſtatutum: vt non tollatur inquiſitio hæreticæ prauitatis. Not. primò argu. quòd quælibet vniuerſitas poteſt ſibi facere ſtatuta. de quo. ſupra de conſt. cùm omnes. Nota ſecundò quòd ordinarius loci poteſt petere editiones ſtatutorum laicorum, vt videat ſi ſint aliqua contra fidem catholicam. Domi.

Directè.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Directè*. puta ne aliquis ciuis illius loci accuſari poſsit, vel contra eum inquiri ſuper crimine hæreſis, vel quod nullus cõtra aliũ de crimine hæreſis audeat teſtificari, vel his ſimilia.

Gloſſæ duę ſequẽtes notant duo, & in ſecũdo fit remiſsio.

b *Indirectè*. puta vt nullus poſsit de aliquo crimine puniri ab aliquo quàm à poteſtate, vel vt nullus alius quàm poteſtas poſsit aliquem capere vel capi facere, vel vt nullus niſi ſit de familia poteſtatis, poſſit arma portare, vel his ſimilia.

### CAPITVLVM IX.

Statutum ciuitatis, caſtri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquiſitionis hæreticæ prauitatis directè [a] vel indirectè,[b] ne in eo liberè procedi valeat, contigerit impediri, vel quomodolibet retardari,[c] nullius exiſtere firmitatis: Ipſiusque ciuitatis vel loci dominum, poteſtatem, capitaneum, cõſules, vel rectores, per quem vel quos B eadem ciuitas ſeu locus regitur, quocunque nomine [d] cẽſeantur, ad ſtatutum huiuſmodi loci diœceſano vel eius vicario, aut inquiſitori ſeu inquiſitoribus ſabis præfatæ, ſine moræ [e] diſpendio † exhibendum, & ſi tale [f] inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel ſaltem catenus moderandum, quòd per illud inquiſitionis proceſſus non impediantur, vel aliquatenus retardentur,[g] per cenſuram eccleſiaſticam decernimus compellendos.[h]

C Clemens quartus inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

*Officium inquiſitoris hæreſis morte cõcedentis nõ expirat etiam quo ad negotia prius non cœpta vel exorta. hoc dicit.*

### CAPITVLVM X.

Ne aliqui dubitationem ſolicitam excitantes, in dubium reuocent an officiũ inquiſitionis hæreticæ prauitatis ſolicitudini veſtræ intra certos limites ab apoſtolica ſede † cõmiſſum expiret [i] per mortem Romani pontificis qui cõmiſit: Præſenti declaramus edicto, ipſum officium non ſolũ quo ad negotia B viuente mandatore incepta,[k] immo etiam quo ad integra & non cœpta,[l] & quod plus eſt, quantum ad ea quæ tunc nequaquam emerſerant,[m] in fauorem [n] fidei poſt committentis obitum perdurare.

Idem eiſdem.

*Informat inquiſitores ad Deum, vt eius timorem hominum metui anteponant in procedendo ſimul vel ſeparatim contra hæreticos & ſuos fautores, & etiam in eos abſoluendo cum verè redierint.*

### CAPITVLVM XI.

Vt officium inquiſitionis contra hæreticos in C prouincia [o] in qua vobis idem officium eſt commiſſum auctoritate apoſtolica, poſsitis efficacius adimplere, diſcretioni veſtræ per apoſtolica

c *Retardari*. not. cõtra generale illud, quod differtur, non aufertur. xiiij. q. vj. c. j.

*Auferri non dicitur quod differtur.*

d *Nomine*. ſ. eo. li. de elec. fundamenta.

e *Moræ*. Not. morã vitandam de hoc dixi. ſ. de elect. ca. vlti. ADDITIO. Cõcor. cõſtitutio Io. execrabilis. §. qui verò. & §. porrò. Ioan. Andr.

f *Tale*. ſcilicet quod directè vel indirectè ſpediat vel retardet.

*† Faciunt hæc per doc. c. ſi. ſ. eo. de immuni. eccle. dicentes quod epiſcop. cogit laicos fateri quod nõ intendunt ſtatutu ſuu præiudicare eccleſiæ. arg. gl. 2. c. peruenit. de arbit. & qua not. Archi. 2. q. 3. ca. quæ Lotharius. Fonta.*

g *Retardentur*. vnde ſtatuto de non portandis armis excipietur inquiſitorum familia, & his ſimilia. ADDITIO. Non tamen debent inquiſitores abuti cõceſsione portationis armorum, vt in cle. eo. tit. cap. nolentes.

h *Compellendos*. ſic. ſ. de iureiur. ca. licet. de excep. c. vlti. infra de ſentẽ. excom. decernimus.

*Diuiſio.*

Ne *aliqui*.) Primò ponit dubium, quod ſecundò declarat ibi, Præſenti.[a] Sicut officiũ legati nõ expirat re integra mortuo papa, vt. ſ. de offi. leg. c. ij. ſic & officiũ inquiſitoris hæreticæ prauitatis in fauorẽ fidei re integra nõ expirat, vt hic. ADDITIO. Et intellige de inquiſitore dato ſimpliciter. nã ſi cũ clauſula, & vſque ad voluntatis beneplacitum, diſtingue vt. ſ. eo. lib. de reſcrip. ſi gratioſè. Ioan. And.

*a Et eiuſdem Clemẽtis fuit decret. ne aliqui. j. de priui. Ioan. Andr.*

Pro intellectu huius. c. eſt præſupponendum primò illud quod habetur in ca. gratum. de offic. deleg. in anti. videlicet quòd iuriſdictio delegata expirat morte mandantis, re exiſtente integra. Item ſecundò eſt præſupponendum quod inquiſitores fidei à ſede apoſtolica deputati habẽt iuriſdictionem delegatam. CASVS. Papa deputauit aliquem inquiſitorem in prouincia Burdegalen. iſte inquiſitor cœpit inquirere contra aliquos qui erant ſuſpecti de crimine hæreſis: vel nõ incepit inquirere nec exercere ſuam iuriſdictionem delegatam. poſtea hoc pẽdente papa mortuus eſt. nunquid eſt expirata iuriſdictio inquiſitoris ad minus quo ad cauſas non inceptas? Videtur quòd ſic per dictum. c. gratum. allegatum in preſuppoſitione. Reſpon. Roma. ponti. dicens, quod fauore fidei ipſe ſtatuit & ordinat vt per mortem papę non ſit extincta iuriſdictio inquiſitoris, etiam ſi crimen hæreſis nondum erat ortum, puta quia tempore mortis papæ Titius non erat hæreticus, poſtea mortuo papa incepit eſſe hæreticus male ſentiendo de fide. certè inquiſitor poterit inquirere de iſto crimine, & Titium punire. & hoc eſt fauore fidei. Nota primò arg. quòd conceſsio facta ſub nomine ſummi Romani ponti. videtur facta contemplatione dignitatis, & non contẽplatione nominis proprij. de quo ſ. eod. lib. de reſcrip. ſi gratioſè. Nota ſecundò quòd multa ſtatuuntur pro fauore fidei contra regulas iuris cõmunis. Dom.

i *Expiret*. ſicut poteſtas delegatorum datorum ad cauſas. ſupra de offic. deleg. licet vndique & c. gratum. & cap. relatum.

k *Incepta*. de quibus non dubitabatur per iura proximè inducta. & no. incepta, quia per quemlibet iudicialem actum etiam præter citationem iuriſdictio perpetuatur, vt dici ſolet in decre. de offi. deleg. licet, vti non cœperit.

A l *Non cœpta*. No. quia ſi hoc eſſet ſpeciale fauore fidei catholicę, vt. j. dicitur, ergo vbi nõ eſt fauor eius, contrariũ eſt regulare. & ſic nota terminatã queſtionem no. ſ. de offi. deleg. licet. qua quæritur an perpetuatio facta in vno articulo, perpetuetur in alijs per eaſdem literas delegato cõmiſsis. ad idẽ ſ. eo. lib. de offic. deleg. ca. vlti. §. officiũ. & eſt in hoc differentia inter iſtũ inquiſitorem & cõſeruatorem, vt ibi patet.

*Nota ad queſtionẽ iuriſdictio perpetuata in vno articulo, an cenſeatur perpetuata in alijs articulis.*

m *Emerſerant*. vt ſi tempore mortis papę nõ erat Titius hæreticus, poſtea lapſus ſenſerit hæreſim, de hoc poterit cognoſcere inquiſitor.

n *Fauorem*. ſic. ſ. eo. in fidei fauorẽ. &. ſ. eo. accuſatus. §. licèt. cum ſi. in hoc tit.

*† Sed ab alio commiſſum expirat, ait Do. per glo. cle. 1. de iure pa. item hic tex. exorbitat à iure cõmuni. ergo quæ à iure. j. de reg. iu. Phi. contra, cũ verſetur hic fauor fidei. ar. not. c. ſi. ſ. de ſimo. & Io. An. c. pe. qui ſi. ſint legi. Fonta.*

Vt *officium*.) Diuiditur in tres partes. Secũda ibi, Verum. Tertia ibi, Compeſcẽdi. ADDITIO. Et dicit Archi. quod olim incipiebat, licet. Ioan. Andr. Io. Mo. qui diuidit decre. in quatuor partes, de hac facit partem ſecundam, ibi: Si verò. in alijs concordat. Ioan. Andr. Præſupponamus primò illud quod habetur in ca. cum cauſam. de offi. deleg. in an. videlicet quod ſi à ſede apoſtolica committatur aliqua cauſa ſimpliciter duobus iudicibus delegatis, vnus non poteſt procedere abſque alio: & ſi procedat, ſuus proceſſus erit nullus. CASVS. Papa in prouincia Burdegalen. deputauit duos vel tres inquiſitores fidei ſimpliciter. vnus illorum inquiſitorum alio non conſulto cœpit inquirere contra aliquos hæreticos vel fautores & receptatores hæreticorum. pro parte illius contra quem inquirebatur, fuit oppoſitum & allegatũ, quod ipſe ſolus non poterat procedere, quia ipſe & alij duo inquiſitores fidei fuerant ſimpliciter deputati, & ſic non poteſt procedere ſolus abſque alijs, per ca. cum cauſam. alleg. & quod ſi vellet procedere ad vlteriora contra ipſum, quod ipſe appellaret. Vnde conſultus Ro. pon. reſpõdit, quod fauore fidei ordinat, ſi cõmittatur officium inquiſitionis fidei duobus vel pluribus inquiſitoribus ſimpliciter cõtra hæreticos vel eorum fautores ſiue receptatores, omnes inquiſitores ſimul vel ſeparatim poterunt procedere ſecundum quod eis videbitur quod cauſa hæreſis poterit melius tractari. Sed ponaD mus quod aliquis ſuſpectus de hæreſi, vel fautor & receptator hæreticorum, non potuit ad plenum conuinci de hæreſi, verũtamen erat ſuſpectus. inquiſitor indicit ſibi purgationem, ipſe autem ad iudicium inquiſitoris ſe purgauit cum abiuratione ſuæ hæreſis. poſtea iſte vult redire ad vnitatem eccleſiæ, vtrum ſit recipiendus? Reſpon. quod ſic, tamen inquiſitor debet eſſe cautus, & videre an tales redeuntes ad vnitatem eccleſiæ fingant ſe redire, & ne decipiant ipſos inquiſitores ſub ſpecie agni. hoc dicit vſque ad. §. verum. Not. primò quod ſi aliqua cauſa à ſede apo. committatur pluribus ſimpliciter, vnus delegatus non poteſt in cauſa procedere ſine alio: & ſi procedat, poteſt pars aduerſa appellare. Illud colligitur ex illo ca. argumento à ſpeciali: quia ſi ſpeciale ſit fauore fidei vt in cauſa hæreſis vnus inquiſitorum deputatorum ſimpliciter poſsit ſolus de cauſa cognoſcere, ergo ius commune eſt in contrarium. Not. quòd ſi hæreticus abiuret hæreſim, & velit redire ad eccleſiam, eccleſia non debet ſibi claudere gremium. Not. quòd talis hæreticus rediens ad eccleſiam, eſt abſoluendus ſecundum formam traditam in. c. cum deſideres. de ſenten. excommu. in an.

*Delegatus vnus ſine alio nõ procedit, ſi cauſa pluribus eſt ſimpliciter commiſſa.*

o *Prouincia*. inſpicit factum, quia idem ſi in ciuitate, diœceſi, vel alio certo loco.

Vbique.



A ſcripta mandamus, quatenus vbique [a] in præfata prouincia ſimul vel ſeparatim [b] aut ſingulariter (prout negotij vtilitas ſuadebit) cõtra hęreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum, necnon contra infamatos de hæreſi vel ſuſpectos, iuxta ſanctiones canonicas (hominum metu diuino [c] timori poſtpoſito) procedatis.[d] Si verò aliquis ex prædictis hæretica labe [e] primitus abiurata, redire B voluerit ad eccleſiæ vnitatem, ei iuxta formam [f] eccleſiæ [g] abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidem quod iniungi talibus conſueuit:[h] prouiſo ſolerter ne ſimulata [i] conuerſione redeãt fraudulenter, & vos (immo ſeipſos) fallentes,[k] ſub agni ſpecie lupum [l] gerant.

*Inſtruit inquiſitores in modo examinationis teſtium, & in perſonis quæ teſtificata ſcribere debeant. hoc dicit.*

Verùm [m] quia in tã graui crimine cum multa oportet cautela procedi (vt in reos ſine vllo proferatur errore C duræ ac dignæ ſeueritas vltionis) volumus & mandamus, vt in examinatione teſtiũ quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas [n] religioſas & diſcretas [o] perſonas, in quarum pręſentia per publicam (ſi commodè poteſtis habere) perſonam, aut per duos viros idoneos [p] fideliter eorundem depoſitiones teſtium cõſcribantur. Ad conſcribendas quoque huiuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia quæ in cõmiſſo vobis officio ad ſcriniarij ſeu tabellionis officiũ pertinent, teneri diſtrictè præcipimus, cùm per vos fuerint B requiſiti, omnes & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent in ſeculo, tabellionatus officiũ habuiſſe aut exercuiſſe noſcuntur, & illos etiã quibus idem tabellionatus officium ratione præfati negotij fidei fuit ab apoſtolica ſede commiſſum, & in poſterum committetur, concedẽtes huiuſmodi fratribus necnon & aliis religioſis quibuſlibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſeculo, tabellionatus officium habuerunt & exercuerũt, quibuſuis etiam clericis ſecularibus officium ipſum habentibus (etiam ſi ijdẽ fratres reliC gioſi & clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti) exercendi liberè officium ipſum quo ad prę miſſa,[q] non obſtante ſtatuto aliquo cõtrario canonis [r] vel ordinis quocunque vallato munimine poteſtatem.

*Inſtruit inquiſitores circa perſonas per-*

a *Vbique*. ſic ordinarius in qualibet parte diœceſis ſuæ poteſt cauſas audire: & pro tribunali ſedere. ſ. eo. lib. de offi. ordi. cùm epiſcopus. ad idem de offi. leg. nouit.

Gloſſa ſequens ponit regulam contrariam. dat ſimile, & illud determinat.

b *Separatim*. regulariter contra, niſi ex forma cõmiſsionis id habeat. ſ. de offic. delega. cauſam. & c. cùm plures. ſ. eo. lib. Sed eſt hoc ſpeciale fauore fidei, vt efficacius & c. vt ſ. dixi. & æquiparantur in hac parte ordinarijs quorum quilibet per ſe procedere poteſt. ff. de offi. procon. l. j. quod de ordinarijs intellige qui inſolidũ iuriſdictionẽ habẽt: ſicut eſt in ſcholarib. epiſcopis, magiſtris, & doctorib. C. ne fil. pro patre. authẽtica, habita. ſecus in iis qui non habẽt inſolidum, ſicut eſt cùm capitulum cognoſcit: quia tũc quilibet ſingularis per ſe non eſt iudex. ad hoc quod no. xv. q. vij. epiſcopus nulli. & de offi. ord. irrefragabili. & concor. ad hanc decre. j. eo. per hoc Io. And.

*Doctores & epiſcopi habent iuriſdictionẽ in ſcholares, & inſolidum.*

c *Diuino*. xj. q. iij. c. Iulianus. ſic. ſ. eo. li. de immunita. eccle. clericis. ad idẽ ſupra eo. vergentis. ADDITIO. Et c. à nobis. ij. in ſin. Archid. hic tractat an valeat abſolutio nõ ſeruata forma. & tenet quod valet. & vide in pręall. c. cũ deſideres. Ioã.

d *Procedatis*. hodie reſtricta eſt poteſtas inquiſitorũ in quibuſdã per cle. ti. multorũ.

e *Labe*. generaliter vel ſimpliciter. Vel dic ea de qua ſuſpectus vel conuictus erat. de hoc dixi ſupra eo. accuſatus. §. j. Ioan. And.

f *Formam*. xj. q. iij. cũ aliquis. ſ. de ſentẽ. excõ. cũ deſideres.

g *Eccleſiæ*. quæ gremium non claudit. ſ. eo. ſuper eo.

h *Conſueuit*. j. q. vij. quoties cordis. & c. ſaluberrimum. de cõſecra. diſtin. ij. ego Berengarius.

i *Simulata*. xxvij. diſt. quod interrogaſti. j. q. j. ſicut ficti. xxij. q. v. cauete. eſt tamen interdum vtilis ſimulatio. xxij. q. ij. vtilem. & dic de hoc vt ibi, & xxiij. q. j. officij.

k *Fallentes*. mentiri Deo poſſunt: fallere autem ipſum non poſſunt. de conſecra. diſt. ij. panem de altari.

l *Lupum*. ſ. de renun. niſi. §. propter malitiam. & xxiij. q. iiij. tres perſonas. lxxxj. diſt. oportet. Ioan. And.

m VERVM QVIA. Iſte. §. legitur vſque ad. §. cõpeſcendi. Et in eo Caſus ſic figuratur. Aliquis inquiſitor hereticæ prauitatis à ſede apo. deputatus contra aliquẽ ſuſpectũ de hęreſi cœpit inquirere. ipſum vocari fecit ad cõparẽdũ corã ſe reſpõſurum de fide: qui cõparuit in die ſibi aſsignata. fuerũt adducti teſtes. Queritur quã cautelã debet habere iudex in examinãdo teſtes, vtrũ poſsit illos examinare in pręſentia ſolius notarij, vel loco eius in pręſentia duarũ honeſtarũ perſonarũ, quẽadmodũ fit in aliis cauſis: vt in ca. quoniã contra falſã. de proba. i anti. vel vltra illas duas perſonas debeat adhibere alias duas perſonas honeſtas? Reſpõ. Ro. pon. quod in crimine hęreſis debẽt examinari teſtes in pręſentia notarij, vel loco eius in pręſentia duarũ perſonarũ: & vltrà debẽt adhiberi duę aliæ honeſtę perſonę: ita quod notarius poſtquã legerit depoſitiones teſtiũ, debet legere coram illis perſonis atteſtationes & dicta teſtiũ: quæ perſonæ habebunt approbare quòd ipſe fideliter redegit in ſcriptis dicta ipſorũ teſtium. Or ſan-

A ctiſsime pater, dicitur in c. ſicut. ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. quòd ſi notarius vel tabellio efficiatur religioſus, non debet amplius exercere officiũ tabellionatus vel notariatus. Sed vtrũ in negotio fidei poſsit religioſus exercere officium notariatus, hoc eſt vtrum poſſit redigere in ſcriptis dicta expoſitiones teſtium examinatorũ in cauſa hæreſis? Reſpõ. Ro. põ. quòd ſic: non obſtante quocunque ſtatuto vel iure ſuæ religionis ſeu ordinis, puta ſi habeant ſtatutum quòd nullus religioſus in quocũque negotio poſsit exercere officũ notarij vel tabellionis.

Not. ex hoc §. verũ. ibi, (religioſas & diſcretas.) quòd iſta coniunctio copulatiua &, ponitur expoſitiue pro id eſt. nam nõ requiritur quòd illæ perſonæ ſint religioſæ, dummodo ſint diſcretę & honeſtæ. Not. vlterius quod acta iudicis non requirunt teſtium inſcriptionem. c. quoniam contra falſam. de proba. in anti. Secus eſſet dicendũ in actis extraiudiciariis: quia ſubſcriptio eſt de ſubſtantia inſtrumenti. veruntamen in actis extraiudicariis quando ſunt duo notarij, non requirũtur teſtes: quia vnus notarius ęquipollet duobus teſtibus. l. dominæ. ff. de teſti. No. quod ratione fidei teſtes in cauſa hæreſis ſunt examinandi in præſentia duarũ honeſtarũ perſonarum. Ratio ſpecialitatis eſt quia agitur de maiori præiudicio: ideo cũ maiori cautela eſt procedendum. No. ſi notarius efficiatur religioſus vel presbyter, non poteſt exercere officium notarij: quia iſtud officiũ eſt ſeculare, nam ſpecialiter fauore fidei religioſus vel presbyter poteſt exercere officiũ notarij in cauſa hæreſis: ergo ius commune eſt in contrarium.

*Acta iudiciaria non requirunt teſtium inſcriptionẽ.*

*Teſtes in cauſa hæreſis coram duab. perſonis honeſtis ſunt examinãdi.*

n *Duas*. Integrum enim eſt iudicium quod plurimorũ ſententiis confirmatur. ſ. de offi. deleg. prudentiam. & ad idem xx. diſt. de quibus.

D o *Diſcretas*. Semper enim qui graues cauſas eccleſiaſticas audiunt, debent eſſe diſcreti. ſ. de conſang. & affini. c. j.

p *Idoneos*. ſic ſuprà de proba. quoniam contra falſam. & dic vt ibi. ADDITIO. Et in extrauag. debent. quàm alleg. ſequens gloſ. Ioan. And.

Gloſſa ſequens no. ad q. de tabellione facto monacho & c. & ponit opi. Guli.

q *Præmiſſa*. Per hanc literam bene patet quòd tabellio factus monachus non poteſt exercere quo ad alia tabellionatus officium, & hoc etiam bene patet ex extrauaganti Bonifacij, debent ſuperioribus. de offic. ordi. circa medium decre. & idem probabamus olim per decre. ſupra ne cleri. vel mo. ſicut per. l. Cod. de ſacroſanct. eccle. l. antepe. xvj. quæſt. j. §. nouarum. C. de epiſco. & cleri. l. placet. not. tamẽ Guli. in Specu. de ſtatu monac. verſi. xxvij. quòd veteres rogationes complebit: ſed nouas non aſſumet. ff. fami. erciſ. l. alienationes. ff. de poſtulan. l. j. §. caſum. ff. de negoc. geſt. nam & ſeruus. §. ſi vno. ad idem ſupra de Iudæis, Iudæi de ciuitate, cum ſimilibus.

*Notarius effectus monachus an poſsit veteres rogationes cõplere.*

r *Canonis*. ſ. ne clerici vel monachi. ſicut te.

COMPESCENDI.

Iſte §. legitur cauſa breuitatis vſque ad ſin. cap. Et in eo caſus ſic figu-

ſic figuratur. Papa deputauit inquiſitorem in ciuitate Picta. eſt aliquis hæreticus qui fuit conuictus de hæreſi: vnde inquiſitor conuocauit populum ad prædicandum hæretico: ſuperuenerunt quæſtores qui portabant indulgentias, & voluerunt facere quæſtam illo tempore quo populus erat congregatus ad prædicandū hæretico. nunquid inquiſitor poteſt inhibere quæſtoribus vt tempore illo non exerceant officiū quæſturę, quouſque ſit finitus ſermo inquiſitoris? Reſpon. Ro. pon. ꝙ ſic: & illos quæſtores ad hoc faciendum poterit compellere cenſura eccleſiaſtica, remota appellatione. Sed ponamus ꝙ inquiſitor non poteſt capere aliquē hæreticum propter impotentiam, quia ſunt aliqui qui impediunt ne hæreticus poſsit capi. nunquid inquiſitor poterit inuocare brachiū ſeculare ad capiendū iſtos impedientes ne hæretici poſsint capi? Reſpondet ꝙ ſic, dicens vlterius ꝙ ipſe ordinet vt poteſtates ſeculares obſeruent & faciant obſeruari à ſuis ſubditis conſtitutiones factas cōtra hæreticos, vel eorum fautores vel receptatores: & ꝙ ad illud faciendum ordinarij locorum vel inquiſitores hæreticæ prauitatis cōpellāt ipſos iudices vel poteſtates ſeculares mediante ipſorū iudicum ſecularium & poteſtatū iuramēto. Sed qd ſi ipſi poteſtates & iudices ſeculares noluerint pſtare huiuſmodi iurādū ꝙ obſeruabunt, & à ſubditis ſuis facient obſeruari cōſtitutiones factas p ſedē apoſtolicā cōtra hereticos vel fautores eorū, vel etiā cōſtitutiones à ſede apoſtolica approbatas? Reſpō. ꝙ ipſi ſunt priuādi officio & regimine ſuę dignitatis, & tanquā infames & fautores hæreticorum ſunt habendi. hoc dicit in lōgum. No. ꝙ quis non eſt trahendus extra ſuam diœceſim vltra duas dietas. c. nonnulli. ſ. de reſcrip. Sed vtrum ſit correctum. c. ſtatutum. ſ. eo. lib. de reſcrip. quod. c. loquitur de vna dieta? Dicendum eſt quòd non niſi inquantum ad iſtum articulū, & hoc fauore fidei. & eſt ſpeciale hic in fide. nam illud. c. ſtatutum. loquitur generaliter. No. vlterius quale debet eſſe officium quæſtoris, videlicet ꝙ non debet prædicare, ſed ſimpliciter debet exponere ſuas indulgentias, & requirere à populo charitatiua ſubſidia. Et iſtud verū quòd quæſtor non debet prędicare, niſi alio iure eſſet ſibi pmiſſum. No. ꝙ inquiſitor hęreticæ prauitatis poteſt quæſtorib⁹ inhibere ne faciant queſtā tēpore quo vacat pro fide, & ipſum oportet facere cōgregationem populi. No. quòd inquiſitor poteſt inuocare brachiū ſeculare ad capiēdū illos qui impediūt ne hæretici poſſint capi. No. ꝙ ſi iudices ſeculares nolint prẹſtare auxilium inquiſitoribus ad capiendum hæreticos vel eorū fautores, ſunt ipſi iudices ſuſpecti de hæreſi, & priuantur iudicatura.

*† Hic papa videtur imponere legē ſucceſſori, contra c. ſi. de reſcript. ſ. eo. & loquitur hic textus de priuilegio perſonæ & ordinis. ſecundum Lapum. alleg. ſua. 106. citatum per Phi. Font.*

*Quæſtorū officium quale eſſe debet.*

*Hæreticos capere nolentes: de hæreſi ſunt ſuſpecti.*

a *Præmiſſa.* hoc eſt regulare vt dixi, vt. xij. q. ij. ca. indignè. de ſenten. excom. ſacro. in an. Ioan. And.

b *Poſtpoſita.* quid hoc operetur, habes. ſ. de appel. paſtoralis. & no. eo. titu. vt debitus.

c *Ipſos.* ſcilicet quæſtuarios.

*quas impediri poſſet vel differri inquiſitionis negotium. hoc dicit.*

Compeſcendi preterea monitione præmiſſa [a] per cenſuram eccleſiaſticā appellatione poſtpoſita [b], prędicatores quęſtuarios (vbi cōtigerit pro inquiſitionis ſeu fidei negotio congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio, quod ad ipſos [c] nullatenus pertinet (quorum intereſt tantum charitatiua ſubſidia ſuppliciter petere, ac indulgentiam ſi fortè habent exponere) liberam vobis & ſingulis veſtrum concedimus auctoritate præſentiū facultatem [d]. Denique vt circa præmiſſa plenè vobis & ſingulis veſtrū correctionis expedita & inuiolabilis adſit auctoritas, volumus vt ea omnia viriliter exequamini, ſi opus fuerit, inuocato auxilio [e] brachij ſecularis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: Non obſtantibus aliquibus priuilegiis vel indulgentiis quibuſcunque perſonis cuiuſuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, comitatibus, vel vniuerſitatibus ciuitatum & locorum ſpecialiter vel generaliter ſub quacūque verborum expreſsiōe vel forma à memorata ſede cōceſſis, vel in poſterum † cōcedēdis, cū ex huiuſmodi vel aliis priuilegiis vel indulgētiis nullum vobis in tātæ pietatis negotio velimus obſtaculū interponi, & conſtitutione de duabus diætis [f] edita in concilio generali. Statuimus inſuper vt poteſtas, capitaneus, ſeu rector, vel cōſules, ſeu quiuis alij qui ciuitati præſunt vel loco alteri ad præſens, aut præerunt in futurum, ad requiſitionem diœceſanorum, vel vicariorum ſuorum, ſeu inquiſitorum hæreticæ prauitatis, iurent præcisè attendere inuiolabiliter & obſeruare, ac facere à ſuis ſubditis obſeruari toto tempore ſui regiminis in terris ſuæ iuriſdictioni regiminive ſubiectis [g] conſtitutiones contra hæretitos, credentes, receptatores, fautores & defenſores eorum, ipſorúque filios & nepotes à ſede apoſtolica promulgatas, ac etiā approbatas [h]: quas qui iurare noluerit & ſeruare, vt infamis & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus, officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec vlterius poteſtas, capitaneus, conſul, vel rector habeatur in aliquo, aut decætero in aliquam dignitatem vel officium publicū [i] vlterius aſſumatur: & quæ vt poteſtas, balliuus, conſul vel rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

Bonifacius octauus inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

d *Facultatem.* hoc vult dicere, quòd ſi facta per inquiſitores congregatione pro negotio fidei veniant aliqui de Rungiualli, vel alij quæſtuarij, & velint ibi prædicare: poſſunt cōpelli per cenſuram eccleſiaſticam deſiſtere.

e *Auxilio.* xxiij. q. v. prodeſt. de offi. ord. c. j.

Gloſſ. ſeq. allegat. quærit. ar. pro. ſoluit contrarium.

f *Duabus diætis.* ſ. de reſcriptio. nonnulli. Quid dicem⁹ de noua decre. ſ. eo. li. ſtatutum. de reſcriptis? Vides quòd iſta decre. fuit Clementis: & ſic quo ad hoc videtur iſta decre. per illam correcta, cūm ſit poſterior. ad idē ſ. eo. lib. de cōſtit. c. j. cum ſuis cōcordā. Contrarium dico [a]: quia decre. illa locū habet in literis impetratis à parte contra partē: licet in conſeruatoribus locum habeat: vt ſ. eo. li. de offi. dele. ca. vlt. §. cōſeruatores. Sed iſtud eſt quoddam ſpeciale fidei fauore, quod non tollitur per generalem cōſtitutionē, licet poſtea ſubſecutam [b]. ad hoc. j. de reg. iu. generi. & ꝙ ibi dixi. Ioā. And.

g *Subiectis.* quia extra territoriū ius dicenti impune nō paretur. de conſti. c. ij. ſ. e. li. ff. de iuriſ. om. iud. l. vl. & hoc quod hic dicitur, habebamus. ſ. c. excommunicamus. j. §. moneātur.

h *Approbatas.* omnia enim noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impertimur. C. de vete. iur. enuc. leg. j. §. ſed neque. & ſ. eo. lib. de præben. ſi apoſtolic. Ioan. And.

i *Publicum.* ſic j. de pœn. felicis. & j. c. prox.

*a Idem Io. Mo. & Archidia.*

*b Ratio eſt: quia inter iſtas conſtitutiones non eſt prioritas neque poſteritas: ſimul enim approbatæ ſunt. facit ad hoc ſecundū Do. tex. & glo. l. ij. C. de teſtamētis. ſu. Fontanus.*

Vt *commiſſi vobis.* Ponit ſeptem vtilia pro exhibendo officio inquiſitorum. Secundū ibi, Aduocandi. Tertiū, ibi, Conuocandi. Quartū ibi, Et contra illos. Quintum ibi, Necnon. Sextum ibi, Priuādi. Septimum ibi, Sunt autem. Domi. *Diuiſio.*

Hic incipiūt dec. Bonif. & habēt quidā hic rubricā de inquiſitorib⁹ hęreticę prauitatis, ſed nō debet hic eſſe rubrica: & fuit error ſcribētiū ex ſupſcriptione pueniēs: qui putauerūt ꝙ Boniſa. viij. eſſet ſuperſcriptio, & reſiduū eſſet rubrica.

CASVS. Papa deputauit inquiſitorem hæreticæ prauitatis in prouincia Burdegalen. quęritur de poteſtate ipſius inquiſitoris: vtrum poterit publicare & publicari facere excōmunicationes quas protulit in hæreticos & eorum fautores: puta quòd aliquis hæreticus fuit citatus vt veniret peremptoriè & perſonaliter reſponſurus de fide coram tali inquiſitore. in die aſsignata non comparuit: vnde inquiſitor reputauit eum contumacem, & tanquā contumacem excommunicauit. nūquid inquiſitor iſtā excōmunicationē poterit publicare in prouincia Burdeg. in qua eſt deputatus inquiſitor? Reſpō. Ro. pon. dicēs quod vt facili⁹ cauſa hęreſis poſsit examinari, & veritas ſup crimine hereſis poſsit haberi, ſtatuit & ordinauit vt inquiſitor poſsit hæreticos citari facere per alios, & ſentētias à ſe latas poſsit executioni facere demādari: & vlteri⁹ quod poſsit vocare peritos vt ſibi aſsiſtāt & prębeant ei cōſiliū, qualiter ipſe debeat procedere ad prolationē ſententiarū cōtra hæreticos. Itē quod inquiſitor habeat poteſtatem conuocandi populū ad prædicandū cōtra hęreticos vel



vel eorū fautores. Sed ponamus quòd aliquis hæreticus incidit in hæreſim in prouincia Burdegal. poſtea ſe tranſtulit ad prouinciam Turon. nunquid iſte inquiſitor deputatus in pࠁuincia Burdeg. poterit ipſum pſequi etiā in puincia Turon? Reſpō. Ro. pō. quòd ſic. & vt facilius poſsit veritas criminis haberi, poterit inquiſitor præcipere quibuſcunque perſonis vt apud eum producant & exhibeant libros ſiue proceſſus & regiſtra facta cōtra hęreti. Itē poterit mitigare vel cōmutare pœnas hęreticorum qui fuerunt cōdemnati ad perpetuā immutationē vel aliā pœnā, ſecundum ꝙ videbitur ei expediens. Sed ponamus quòd aliquis cleric⁹ beneficiatus incidit in hęreſim, & coram inquiſitore fuit conuictus. nūquid inquiſitor poterit talē hęreticū priuare quibuſcunq; beneficiis ſuis? Reſpon. ꝙ ſic, dumtamen illud faciat cum cōſilio epiſcopi ſiue diœceſani: vel ſi diœceſan⁹ fuerit abſens, quòd faciat illā priuationem cum cōſilio vicariorum ipſius epiſcopi. Et iſtud verū, quòd requirendi ſunt epiſcopi vel eorū vicarij in priuatione hæreticorum vel eorū fautorū & receptatorū à beneficiis & aliis dignitatib⁹ eccleſiaſticis, niſi dicti epiſcopi vel vicarij ſciēter cōtuliſſent huiuſmodi beneficia prædictis hæreticis vel eorū fautorib⁹ & receptatoribus, nā tūc non eſſent requirendi, imò abſque conſilio eorū poſſet inquiſitor tales hæreticos vel fautores priuare dictis beneficiis & dignitatib⁹ eccleſiaſticis. No. quòd inquiſitor hęreticę prauitatis poteſt cōmittere aliis, vt ipſi publicè denūtient ſententias excōmunicationis quas ipſe inquiſitor cōtra hæreticos protulit. Ratio dubitādi fuit, quia videbatur quòd inquiſitor hoc facere nō poſſet, eo ꝙ videtur electa induſtria ſuæ perſonæ. c. vlt. ſ. de offi. dele. Sed ratio decidendi fuit fauor fidei, vt in prin. hui⁹ c. dicitur. Not. quòd vbi criminoſus inuenitur, poteſt ibi de crimine cōueniri. l. C. vbi de crimine agi opor. Not. quòd cū inquiſitor priuat hæreticū & filios hæreticorū beneficiis & dignitatibus eccleſiaſticis, requiritur conſilium diœceſani: quia ſicut inſtitutio in beneficiis eccleſiaſticis fit cū auctoritate epiſcopi, ita ſimiliter deſtitutio debet fieri cū conſilio ipſius. c. cū ex iniuncto. eo. tit. in anti. Secus eſſet dicendum cū inquiſitor priuat aliquem officiis publicis, quia tunc non requiritur cōſilium epiſcopi. No. vlterius quòd ſi epiſcop⁹ ſciēter contulerit beneficiū eccleſiaſticū alicui hęretico vel eius filio, poterit inquiſitor fidei talem hæreticum vel eius filiū priuare dicto beneficio abſq; cōſilio epiſcopi. Verūtamē dicit gloſ. ꝙ nō pſumitur quòd epiſcopus ſciēter cōtulerit beneficiū eccleſiaſticum tali hęretico, imò præſumitur quòd ignorabat ipſum fuiſſe hæreticum. c. præſumitur. j. de reg. iur.

*Ratio dubitandi.*

*Ratio decidendi.*

*Hæreticis beneficia an auferri poſſint per inquiſitores ſine conſilio diœceſani.*

a *Veſtigiis.* in diuerſis cōmiſsionibus, quas ſuis temporibus fecerant inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Ioan. And.

b *Singulis.* poſſunt enim procedere ſimul & diuiſim. ſ. c. proxi. in prin. Ioannes Andreas.

c *Sententiarum.* has etiam committunt cōſeruatores, ſed de

*Comprehendit iſta decr. plura vtilia pro expediendo officio inquiſitorum. dat enim eis poteſtatem committendi citationes, & ſententiarum denuntiationes. dat poteſtatem vocandi peritos, clerū & populum vt eis aſſiſtant. dat poteſtatem procedendi contra illos qui de ſua in aliam prouinciam ſe tranſtulerunt. dat poteſtatem repetendi libros & proceſſus, commutandi & mitigandi pœnas, priuandi & priuatos nuntiandi officiis & honoribus hæreticos, fautores & defenſores eorum, ita tamen quòd hoc fiet de diœceſanorum, vel in eorum abſentia vicariorum ſuorum conſilio: niſi iidem ſcienter talibus beneficia contuliſſent. hoc dicit Ioan. Andr.*

CAPITVLVM XII.

VT commiſſi vobis officij debitum vtilius & vberius exequamini, ſanctę memoriæ Innoc. Alexan. & Clementis prædeceſſorū noſtrorum veſtigiis [a] inhærentes, vobis & veſtrum ſingulis [b] committendi citationes & denunciationes ſententiarum [c] quas in quoſlibet hæreticos, credētes, receptatores, defenſores, & fautores eorum tuleritis [d]: Aduocandi quoque prout expedierit, [e] peritos quoſlibet vt vobis aſsiſtant, & in huiuſmodi ferendis ſententiis prębeant cōſilium opportunum: ac eis quòd ſuper his vobis humiliter pareant, in virtute obedientiæ iniungendi: Conuocandi etiam clerum & populum, ciuitatum, caſtrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei videritis expedire.) Et cōtra illos quos in prouincia in qua vobis inquiſitionis officium eſt commiſſum, hæreſis crimen conſtiterit commiſiſſe (licet ad alias partes ſe transferendos duxerint procedendi: [f] Necnon faciendi à quibuſlibet [g] aſsignari vobis libros ſeu quaternos & alia ſcripta in quibus inquiſitiones factæ ac pceſſus per quoſcunque auctoritate ſedis apoſtolicæ vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur: & illorum qui veſtris mandatis obediētes humiliter ſtant propter hæreſim in carcere vel muro recluſi, pœnam vnà cum prælatis quorum iuriſdictioni ſubſunt mitigandi vel mutandi, [h] cùm videritis expedire: Priuandi præterea vel priuatos nuntiandi dignitatibus ac aliis beneficiis eccleſiaſticis de diœceſanorum vel eis abſentibus vicariorum ſuorum conſilio: & officiis publicis ac honoribus [i] quibuſcunque eoſdem hæreticos, credentes, receptatores & defenſores ipſorum, eorumque filios & nepotes, plenam concedimus facultatem.

Sunt autem diœceſani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficiis & huiuſmodi requirendi: Niſi fortè conſtaret legitimè, quòd iidem ſcienter [k] huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent. tunc enim eos in his requirendos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo iudice puniendos. [l]

inquiſitoribus maior erat dubitatio, quia illorum miniſteriū videtur electum. ſ. de offi. deleg. c. vlt.

d *Toleritis.* Vide j. circa finem c. ibi, plenam concedimus facultatem. & hoc idem repetas in ſi. cuiuſlibet verſi.

e *Expedierit.* ſic ſ. c. j. & c. prox. §. verū. & j. eo. c. vlt. Io. And.

ADDITIO. Cūm enim ibi dicatur ꝙ oportet cū multa cautela procedi, ad tātā cautelam ſunt peritorum cōſilia opportuna. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. quęrit & ſoluit.

f *Procedendi.* Quid in caſu conuerſo, in eo. ſ. qui alibi crimē hæreſis commiſit, & modo eſt in prouincia huius inquiſitoris: Dic quòd poterit cognoſcere [a]: quia vbi inuenitur, conuenitur quis de crimine. C. vbi de cri. agi opo. l. j. & ſic ſecūdū hoc eſſet reperire ꝙ interdū duo inquiſitores cognoſcerent. Pone peccauit in Rauenati, & trāſiuit ad Mediolanū ſecundū hoc Rauēnas & Mediolan. poterit cognoſcere: nec eſt mirū: vt j. e. ca. per hoc.

ADDITIO. Forſan peccauit adorando vel degradizando. hoc dico: quia vbicūque ſit male credēs, ibi peccat. & vide ꝙ poſt Ia. & Pe. no. Cy. C. de ſum. tri. l. j. in ſi. Ioan. And.

g *Quibuſlibet.* Siue ſint ipſi ſcribentes, vel alij ad quos quomodocunque deuenerint dicta ſcripta.

h *Vel mutādi.* Regulariter cōtra ff. de re. iu. l. Paulus. & l. acta. §. j. & ſ. de offi. dele. in literis functus eſt enim iudex officio ſuo iudicando bene vel male: vt ibi. Ioā. Andr.

Gloſ. ſeq. exponit diſtinguendo.

*a Et illud omiſit quaſi indubitatum. Ioan. Andr.*

*Ratio per contrarium & ſol.*

i *Honoribus.* No. in ea parte qua priuat vel priuatos denuntiat dignitatibus eccleſiaſticis & eccleſiaſticis beneficiis, requiritur conſiliū diœceſani, vel eo abſente eius vicarij: quia ſicut inſtitutio fit eis auctorizantibus: ſic etiā debet fieri deſtitutio. in an. de inſti. ex frequentibus. de hæreticis, cūm ex iniuncto. in ſi. ſed cum priuat officiis publicis & honoribus, non requiritur cōſilium eorum: vt patet ex ordinatione illi⁹ literæ: & ideo, quia ceſſet in illis ſuperior ratio. Ioan. And.

ADDITIO. Sed hodie dic vt in cle. eo. tit. multorū. Io. And.

k *Scienter.* ſi ſ. c. c. ij. ad hoc. & j. c. decreuit. & pſumem⁹ ignorare, niſi probētur ſcire. j. de re. iur. pſumitur. ff. de proba. verius. quod ſane intelligas vt not. in dicta regu. præſumitur.

l *Puniendos.* j. quia vnde debetur pœna, nō venit præmiū. ff. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. j. & ij. in ſi. xvj. q. j. c. legi. cum ſi.

*Allegat duas concordan. & quæſtionē ſoluit.*

COntra. j. Primò ſoluit dubiū, quod ſecundo fortificat ibi, etiā ſi. tertio illud ampliat ibi, Et ſicut. Præſupponendū pro intellectu huius c. quòd ſi quis baptizetur coactè, quia per violentiā fuit portatus ſupra fontes, & fuit immerſus cū prolatione verborum, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: talis non recipit ſacramētū baptiſmi. Secus ſi coactio eſſet conditionalis, puta propter metū mortis, vel cruciatus corporis conſenſit vt baptizaretur: tunc enim licet fuerit coactus, tamen recipit ſacramentum baptiſmi. Idē eſt præſupponendum quòd per ſacramentum baptiſmi obligantur infantes, & etiam ignorantes: vt in capi. maiores. de

Universidad de Deusto Biblioteca



baptiſmo,in anti. CASVS. Aliquis Titius Chriſtianus abnegato Chriſto, & fide Chriſtiana, ſe trāſtulit ad ritum Iudęorum. vnde inquiſitor fidei fecit ipſum conueniri corā ſe citatione formata vt veniret reſpōſurus de fide. & fuerunt contra eum producti teſtes, qui depoſuerunt quod aliàs ſuſceperat ſacramentū baptiſmi, ſed poſtea illi renuntiauerat, & ſe trāſtulerat ad ritum Iudaicū. ipſe autem ad ſui excuſationē propoſuit ꝙ per coactionem fuerat cōpulſus ſuſcipere ſacramentū baptiſmi, & quòd ob hanc cauſam non fuerat obligat⁹ fidei chriſtianę. Vnde inquiſitor dubitauit vtrū contra iſtū poſſet procedere tanquā contra hæreticum. Conſuluit Ro.pont. qui cōſultus reſpondit cum diſtinct. aut iſte dū fuit baptizatus, fuit preciſè coactus ad ſuſcipiēdum baptiſmū. tūc nō eſt procedendum cōtra talem vt hæreticum. aut non fuit præciſè coact⁹, ſed metu mortis ſuſcepit ſacramētum baptiſmi, & tūc dicit Ro.pon. quòd tam ipſe quàm eius fautores & receptatores ſunt tanquā hęretici condemnandi. Idem dicendum eſt de infante minore ſeptennio, qui à parentibus ſuis vel aliis fuit portatus ſupra fontes vt baptizaretur. nam ſi renuntiet fidei chriſtianæ, contra ipſum & ſuos fautores poterit inquiſitor fidei procedere tanquam contra hæreticum. Not. principalem effectum huius c. quòd Chriſtiani tranſeuntes ad ritum Iudæorum, ſunt hæretici cenſendi, & tanquam hæretici ſunt puniendi. Not. vlterius quòd infantes baptizati ante ſeptennium, licet ignorent quid agant, tamen per ſacramentum baptiſmi obligantur ad fidem chriſtianam obſeruandam: & ſic ad ſacramentū baptiſmi obligantur etiam ignorantes.

*Not. primò quòd Iudæus baptizatus in infantia, cōpellitur ſeruare fidem catholicam.*

*No. ſecundò quòd metus cadens etiam in conſtantem, imprimit effectū baptiſmi, quando nō eſt præciſus. vide de bapti. maiores. Domi.*

*Baptiſmus obligat etiā infantes ad fidē ſeruandā.*

## Idem.

*Chriſtiani ad Iudaiſmum tranſeuntes & redeuntes, hæretici reputātur. hoc dicit ſecundum Zen.*

### CAPITVLVM XIII.

CONtra Chriſtianos qui ad ritum tranſierint vel redierint [a] Iudęorum, etiam ſi huiuſmodi redeuntes, dum erāt infantes, [b] aut mortis metu, non tamen abſolutè [c] aut præciſè coacti, baptizati fuerunt, erit tanquam cōtra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſsi, aut per Chriſtianos ſeu Iudæos [d] conuicti: Et ſicut cōtra fautores, receptatores & defenſores hæreticorum, ſic contra fautores, receptatores & defenſores talium, procedendum. [e]

a *Redierint.* forte prius fuerant Iudæi, poſtea facti ſunt Chriſtiani. iſti dicuntur redire. hi qui nunquam fuerant Iudęi, ſed ſemper Chriſtiani, illi dicuntur tranſire. ADDITIO. Et ſciendum quòd contra ſecundos habetur in officio inquiſitionis litera Clementis quarti data Viterbij, pontificatus ſui anno tertio. Contra vtroſque litera Gregorij. x. data Lugduni ſuo anno ſecundo. & vtraque incipit, Turbato corde. & ambæ mandabant inquiſitoribus quod hic dicitur. Item in vtraque ſequebatur ſic, Iudæos autem qui Chriſtianos vtriuſque ſexus ad eorum ritum execrabilem haſtenus induxerūt, aut inueneritis decætero inducentes, pœna debita puniatis, contradictores &c. inuocata &c. Conſtat autem quod decre. vlt. j. eo. tit. in fi. reſeruat mandata prędeceſſorum iſtius libri conſtitutionibus non obſtantia. vbi autem prędicta litera nō eſſet, videretur quod Iudæi talia facientes non caderent in officium inquiſitorum. Sicut enim non cadunt propter hæreſim, cum conſtet eos large hæreticos, quia non credunt articulos fidei, maximè reſpicientes humanitatem Chriſti, vt not. xxiiij. q. iij. c. illi qui. §. quia verò. ſic nec propriè cadit in eos fautoria &c. Ioan. Andr.

*Gloſſ. ſeq. obijcit & ſoluit.*

Gloſſa ſequens reci. per ſtinctionem & quæſtionem.

b *Infantes.* ſcilicet minores ſeptennio, vnde videbantur nō obligati ad fidem, quia ætas illa ignorat quid videat [a]. C. de fal. mone. l. j. vnde nec ſponſalia tales contrahere poſſunt. ſ. eo. lib. de ſpon. c. vnico, ſed contrarium eſt verum, quia tali ſacramento obligati ſunt etiam ignorantes. ſupra de bap. maiores. de conſe. di. iiij. quæris. {Et ratio ibi patet in parte prima. & not. de hoc ea. di. nihil.} Sicut & punitur etiam ignoranter rebaptizatus. ea. diſt. qui bis. & c. ſeq. ADDITIO. Per baptiſmum obligantur nō ſolùm ignorantes, ſed etiam furioſi, dummodo non obſtet præcedens contraria voluntas, vt ibi. Ioan. Andr.

*a Quo ad hoc, quòd non punatur vt maior, dicit Ioan. Ma.*

c *Abſolutè.* ergo abſolutè coactus non recipit ſacramentum baptiſmi, ſed conditionaliter & metu mortis coactus bene xlv. diſt. de Iudæis. ſupra de bap. maiores. coacta enim voluntas, voluntas eſt. xv. q. j. meritò quæritur. Eſt autem abſoluta coactio, cum quis renitens inuitus & reclamans fertur ad fontes, & cum verborum prolatione immergitur. & eſt ſi. 50. diſtin. presbyteros. ſupra quod metus cauſa, c. ſacris. vbi de hoc in j. glo. Ioan. Andr.

*Recit. per obiect. & ſolut.*

*Coactio abſoluta quid ſit.*

d *Iudæos.* non ergo poſſunt iſti ſe iuuare per profeſsionem quam contempſerūt. C. de apoſta. l. hi qui ſanctam. licet aliàs infidelis non recipiatur ad teſtimoniū ſ. de teſti. c. j. Io. And.

e *Procedendum.* erit ne per illud capitulum canon ille correctus, j. q. iij. Iudæi. vbi dicitur quod bona Iudæorum deuoluuntur ad catholicos filios, ſed bona hæreticorū ſunt confiſcata. j. eo. cum ſecundum. quia correctio iurium eſt vitanda. Dicendum videtur quòd nō, vt iſtud ca. loquatur de pœna perſonali, non de damnatione bonorum: maximè quia hæc noua iura quando corrigere intendunt, hoc exprimūt ſupra de conceſ. preben. c. ij. j. de ſenten. excom. c. vlt. Contra videtur, cùm apertè dicat eos puniendos vt hæreticos, ergo ipſorum bona non deuoluuntur ad filios. j. eo. cum ſecūdum. quod tutius videtur. [b] Nec neceſſe eſt vt noua lex corrigens præcedentē de illa faciat mentionem ſupra eo. lib. de conſt. c. Ioan. And. ADDITIO. Quod ibi loquitur de Iudæis præuaricantibus in Chriſtum, intelligitur de alia præuaricatione, non de iſta de qua loquitur hoc. c. Ad id. xj. q. ij. relatum. & q. iij. exiſtimant. ſecundum Archid.

*Quærit, argu. negatiuè, ſoluit cōtrarium.*

*b Idem Archid.*

## Idem.

*Non confiſcantur dotes vxorum innocentium propter hæreſim maritorum. hoc dicit ſecundum Zen.*

### CAPITVLVM XIIII.

DEcreuit [f] felicis recordationis Inno. papa quartus, quòd propter hęreſim maritorum, vxorum catholicarum dotes non debeant confiſcari: [g] Quod intelligēdum fore cenſemus, niſi fortè mulieres ipſæ cum viris matrimonia contraxiſſent, quos hæreticos tunc [h] ſciebant.

## Idem.

*Filij hæreticorum vſque ad ſecundam lineam paternam, ad primā verò maternam, ſunt inhabiles ad beneficium eccleſiaſticum vel officium ſeculare, ſi patres ante mortem eccleſiæ redincorporati non fuerint. hoc dicit ſecundum Dominicum.*

DEcreuit.} Ponit dictum quod ſecundo determinat ibi, Quod intelligendum. Ioan. Andr. CASVS. Innocentius quartus in quibuſdam ſuis commiſsionibus dicebat quod propter hæreſim maritorum non debent dotes mulierū confiſcari. Quæritur vtrum iſtud ſit verum indiſtinctè? Reſpondit Rom. pont. quòd non, imò fallit quando mulier ſcienter contraxit matrimonium cum hæretico, quia tunc etiam dos ſua debet confiſcari, imò ipſa eſt de hæreſi ſuſpecta, & tanquā contra de hæreſi ſuſpectam poteſt contra ipſam procedi. Not primò quòd ſi maritus committat crimen dignum confiſcatione bonorum, non comprehenditur dos mulieris, ſed à bonis ipſis deducenda eſt ipſa dos. No. vlterius quòd mulier contrahens matrimonium cum hæretico, eſt ſuſpecta de hæreſi: ideo contra ipſam vt contra ſuſpectam de hæreſi eſt procedendum, & ideo ipſa perdit ſuam dotem.

*Dos mulieris non confiſcatur cōfiſcatis bonis mariti.*

f *Decreuit.* in commmiſsionibus per eum factis ſuper hæretica prauitate.

g *Confiſcari.* vt ſic mulier mariti odio non grauetur. j. de re. iur. non debet. cum ſuis concor. quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro mari. per totum. niſi in cauſa primipilarij. C. in quibus cau. pig. vel hypo. contra. l. ſacris. ADDITIO. Vide de conſue. c. pe. in antepe. glo.

h *Tunc.* ſcilicet tempore contractus. ergo ſi tunc ignorabāt, licet poſtea ſciuerint, non habet locum pœna, vt ſic inſpiciatur initium. ſ. de emptio. & vendi. cum dilecti. [c] Præſumuntur autem ignorare, niſi probentur ſcire. ff. de proba. verius. de hoc. ſ. c. ij. & j. de re. iur. præſumitur. Ioan. And.

*Soluit duo dubia.*

*c Idem Archi. qui etiam allegat de elec. dudum. & facit hoc ad not. in cle. de conſan. & affinit. tot. qui. in. 3. gl. Ioan. Andr.*

STatutum.} Primò ponit ius antiquum. Secundò duas determinationes ipſius. Prima ibi, Primum. Secunda ibi, Hoc ſane. Ioan. Andr. CASVS. Iure cautum eſt quod ſi quis efficiatur hæreticus, quòd filij ſui puniuntur pro delicto patris, ita quod ipſi filij ſunt incapaces quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, & dignitatum etiam ſecularium: & hoc vſque ad ſecundam generationem. Quæritur qualiter illud intelligatur? Reſpon. Rom. pont. quòd intelligitur in deſcendentibus per lineam maſculinam, quòd ſunt incapaces beneficiorum eccleſiaſticorum vſque ad ſecundam generationem: ſed alij liberi non deſcendentes per lineam maſculinā, non ſunt incapaces vſque ad ſecundā generationē: ſed ſolùm vſque ad primā generationem. Et ſecundum gl. eſt ſenſus. Titius eſt de hęreſi conuictus, habet filium & filiā, ex filio habet nepotē, & etiam ex filia habet alium nepotem, vtrū nepos ex filia ſit incapax beneficiorū eccleſiaſticorū, vel dignitatū ſecularium? Reſpon. ꝙ nō, ſed ſolū nepos deſcēdēs ex filio eſt incapax illorū beneficiorū eccleſiaſticorū & dignitatū ſecularium. Vel etiā ponamus ꝙ mulier hæretica habet filium, ex eo nepotē, certè ſolus filius eſt incapax, & ideo nepos non ſubiacet prohibitioni. Sed vtrum iſtud ſit verū indiſtinctè, quòd filij hæreticorum puniuntur vſque ad primam vel ſecundam generationem, ſiue pater eorum deceſſerit in errore ſuo, ſiue ſit emendatus & correctus, & ſic incorporatus eccleſiæ: Reſpon. quòd non, ſed illud intelligitur de illis qui in errore ſuo deceſſerint, non autem de illis qui fuerunt emendati & incorporati eccleſię. No. primò vnum caſum in quo filius punitur ꝓ delicto patris, puta quādo pater fuit hęreticus. Idem eſt in crimine læſę maieſtatis. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. vbi dicitur, ſi quis cōmittat crimē læſæ maieſtatis, quia machinatus eſt in mortem principis vel ſuorum conſiliariorū, q ſunt pars lateris ipſius principis, debet decapitari, & bona ſua debent confiſcari & applicari fiſco: & filij ſui puniūtur, quia ſunt incapaces cuiuſcunq; doni, ſicut doni legati etiam paſsiuè, quia vt ibi dicitur, debent eſſe fœtidi, & debiles, vt vita ſit eis tædiū, & mors ſolatiū. Simile eſt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vt hic. Not. vlterius quod dictio vſq;, ſtat incluſiuè, quia dicit vſque ad ſecundum gradum, & tamē ipſe ſecundus gradus comprehenditur. Eſt iſtud aliquando eſt in facto, vt ſi vendam tibi aliquam petiam terræ vſque ad talem arborem, aliquando eſt quæſtio vtrum arbor ſit incluſa, vel excluſa.

*Filius propter patrē in quibuſdam criminibus punitur.*

*Vſq;, quādoque ſtat incluſiue.*





### CAPITVLVM XV.

STatutum felicis recordationis Innocentij [a] & Alexandri [b] prædeceſſorum noſtrorum, ne videlicet hęretici, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorū, ipſorumque filij vſque ad ſecundā generationē ad aliquod beneficium eccleſiaſticū, ſeu publicum officium admittātur, ꝙ ſi ſecus actum fuerit, ſit irritum & inane: [c] Primum & ſecundum gradum per paternā lineā cōprehēdere declaramus, per maternā verò ad primū [d] duntaxat volumus [e] hoc extēdi. Hoc ſanè de filiis & nepotibus hęreticorum, credentiū, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligēdum eſſe [f] videtur: nō autem illorū quos emendatos eſſe conſtiterit, & redincorporatos [g] eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum eccleſiæ pœnitētiam recepiſſe, quā ipſi vel iā perfecerunt, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, [h] vel parati [i] fuerint ad recipiendam eandem.

a *Innocentij.* ſi loquatur de quarto, habebamus id in commiſsionibus per eum factis, vt dixi ſ. ca. proxi. Si dicamus de tertio, poſſet loqui de decr. ſ. eo. vergentis. & c. excommunicamus. §. credentes.

*Reci. per q. de quo Innocētio.*

b *Alexandri.* iiij. ſ. eo. tit. & li. quicunque. §. hæretici.

Gloſſa ſeq. dicit quid declarat. ſecundò literam exponit & declarat. dicit gloſſam Accur. reprobatam, & dat regulam. tertiò obiicit & ſoluit.

c *Inane.* hucuſque durat antiqua cōſtitutio, modo ſequitur declaratio, in qua declarantur no. per Hoſti. ſ. eo. vergēns. & hanc declarationem ſic intelligo. Si Titius fuerit hæreticus, receptator, fautor, vel defenſor, & habuit filium & filiam, vterque ipſorum ſubiacet prohibitioni. & ſi ille filius habeat filium, ipſe nepos ex filio prohibitioni ſubiacet. ſed ſi filia habeat filium, nepos ex filia non ſubiacet huic prohibitioni. Item ſi mulier aliqua eſt hæretica, & habeat filios, ſoli filij includuntur hac prohibitione: ſed nepotes ex filiis non. & hoc intendit hæc declaratio. Et hoc ſecundo caſu cum mater fuit hæretica, intelligas verum ſi pater fuit catholicus, vt eius reſpectus non habeatur. & facit in hoc id quod no. Accur. Cod. ad leg. Iul. ma. l. quiſquis. vbi dicit quòd eadem eſt pœna cùm mulier committit crimen læſæ maieſtatis quo ad deſcendentes, ſicut cum vir. Eſt tamen ſciendum quòd vbi aliàs nō caueretur de deſcēdentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per ſententiam iuris vel hominis, vt infra de pœ. vbicunque. ſed quòd filij etiam filiarum includerētur, videtur probari per decr. ſupra de pœnis, in quibuſdā §. ſacri. vbi punit poſteritates. & j. tit. proxi. c. vnico. & videbantur illi puniri & per verba & per mētem. per verba, quia ſunt deſcendentes, & à verborum ſignificatione non eſt recedendum. ff. de leg. iij. l. non aliter. & differentia agnationis & cognationis hodie ſublata videtur in auth. col. ix. de hæred. quæ ab inteſta. defer. & de mente idem videbatur, quia voluerat conſtitutio punire hæreticum in filiis. xxiiij. q. iij. c. cum ergo. §. ſed qui. & ff. quod me. cau. l. iſti quidem. ſi enim ex vnica filia nepotem haberet, & ille non includeretur, non puniretur in filiis. idem videtur de mente. ideo ne quis ducat filiam hæretici in vxorem. ſicut enim vir infidelis ſaluatur per mulierem fidelem, ſic & dānari poſſet. Arg. de diuor. gaudemus. Vnde qui emit mancipia, de origine ſolet quærere. ff. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ſed de iure ſecus eſt, vt in prædicta decr. vbicunque. j. de pœnis. niſi vbi aliud cauetur, vt hic. & bene facit. ff. de ſena. l. liberos. vbi dicitur ſenatores vocari debere ipſos ſenatores & filios eorū & nepotes natos ex eis. nepotes verò ex filiabus nati, ſenatores non dicentur, ſed patris ſui conditionem ſequentur.

*Mulieris hæreticæ filij puniūtur, nō autem nepotes.*

d *Ad primum.* & ſecundū gradum. i. filios & nepotes. & hoc patet etiā ex §. ſeq. & ſ. eo. tit. & li. vt cōmiſsi. ad finem. & eſt caſus quo filius punitur propter delictum patris. de hoc dixi ſ. e. tit. & li. c. ij. §. hæretici, in gloſ. filij.

Gloſ. ſeq. primò facit vim in verbis textus. ſecundò arg. ad quæſtionem.

e *Volumus.* ſ. dixit declaramus, hic dicit volumus: qa in quantum punit deſcendētes per maſculinum, declarat ius vet⁹. in quantum deſcendentes per fœmininum, ſtatuit ius nouū. ad idē j. de pœ. vbicunque. Et bene facit hęc litera ad quęſtionem qua queritur an filij illegitimi includantur hac prohibitione? & videtur ꝙ non, quia nō ſunt in patris poteſtate. inſt. de nup. circa finē. ſed quòd poteſtas nil operetur, probat hæc litera, quæ punit deſcendētes per maternam lineā primi gradus, cū tamē filius in poteſtate matris non ſit. & hoc [a] æquum, ne plus habeat luxuria quàm caſtitas. in auth. de reſti. & ea quæ pa. in fin. coll. iiij. vide de biga. quia circa. ſuper glo. j. licet interdum ſecus. ſupra de biga. quia circa. verum eſt tamen quòd iſti alio cap. prohibētur & à ſucceſsione, vt ſ. qui fi. ſint legi. per venerabilem. in fin. & ab honoribus. lvj. diſt. per totum ſupra de fil. presby. per totum.

*a Idem Io. And. Phil. notātes ex gl. quādoque appellatione filiorum venire illegitimos. Bal. in l. pronūtiatio. ff. de verb. ſigni. Imo in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. pulchre Hippo. l. infans ff. de ſicar. Font.*

f *Eſſe.* nunc, quia viuunt.

g *Redincorporatos.* quia lapſi fuerāt ſimpliciter, non relapſi. de quo dic vt ſupra eo. tit. & lib. accuſatus.

h *Inſiſtūt.* ad hoc. ſ. de tēpo. ord. ex tenore. & ſ. de furt. c. vlt.

i *Parati.* ex quo non ſtat per eos, non eis debet imputari. de hoc ſupra de eo qui mit. in poſ. c. j. & ij.

## Idem.

*Inquiſitor papæ ſuper hæreſi, ſine ſpeciali mandato non requirit contra epiſcopum: ſed ſi eum culpabilem ſciuerit, nuntiabit papæ. hoc dicit, Ioan. Andr.*

### CAPIT. XVI.

INquiſitores hæreticæ prauitatis ab apoſtolica ſede ſeu alio vel aliis quibuſlibet [k] deputati, de huiuſmodi crimine inquirere contra epiſcopos nequeunt, aut eius prætextu ꝓcedere cōtra eos: Niſi in literis cōmiſsionis apoſtolicæ [l] quòd hoc poſsint,

INquiſitores.} Primò ponit dictum, à quo vnum caſum excipit ibi. Niſi. ſecundò inquiſitores informat quando exceptio locum non habeat ibi, Si tamen. Ioan. And. CASVS. Papa deputauit aliquos inquiſitores in prouincia Burdegalenſi ſub forma, Mandamus vt auctoritate apoſtolica poſsitis inquirere de prauitate hæretica cōtra quaſcunque perſonas cuiuſcunque dignitatis auctoritatis vel prerogatiuæ exiſtāt. vtrum inquiſitores virtute iſtorum verborum generaliū poſſint inquirere contra epiſcopos? Reſpon. quòd non, niſi ſpecialiter fuerit eis data facultas inquirendi contra epiſcopos, ita quòd nō ſufficiunt verba quātumcunque generalia. ideo licet inquiſitores ſciant aliquē epiſcopum hæreticum, non poterunt virtute ſuæ commiſsionis inquirere contra epiſcopum, ſed poterūt & debebunt illud denuntiare Romano pōtifici, vt det eiſdem inquiſitoribus facultatem ſpecialem inquirendi cōtra epiſcopos, vel vt aliis committat illud negotium, vel vt aliàs faciat ſecundū quod ſibi videbitur. No. primò quòd in conſtitutione odioſa nō comprehendūtur epiſcopi, niſi fiat expreſſa mentio de ipſis. No. quòd vbi requiritur expreſſa mētio alicuius, nō ſufficit mētio generalis quātumcunque fiat per verba generalia quæ videntur comprehendere perſonam de qua debet fieri expreſſa mentio.

k *Quibuſlibet.* de quibus minus dubitatur.

Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.

l *Apoſtolicæ.* No. hanc literam nō dicit in literis cōmiſsionis apoſtolicæ, vel aliorū à quibus deputati fuerint, ſecundū quod dixerat in prin. [b] per quod omiſſum videtur quòd inquiſitor deputatus ab alio quam à papa, etiā ſi habet expreſſum mandatum, inquirere non poſsit contra epiſcopum, & licet antiqua iura dicant ꝙ ſynodus audit cauſam criminalē epiſcopi, licet definitionem papę reſeruēt. iij. q. vj. accuſatus. & c. ſeq. v. q. iiij. duodecim. tamen committere nō poterūt in hoc caſu. & iſti inquiſitores nō poterunt inquirere, etiam vt inſtructā remittant cauſam. ſ. de ap. conſtitutis. quia non ſolū definitio, ſed ꝓceſſus & inquiſitio eſt ipſis interdicta ꝓ hoc, c. ADDITIO. Concor. j. eo. vt inquiſitionis. §. prohibem⁹. & quod ibi no. in gloſ. ij in fin. Ioan. Andr.

*b Vt ſimile in clemen. de preben. per literas. vt ibi not. in glo. antepe & ibi remittā. Idem Ioan. Mona. & Archid. Ioan. And.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



a *Expreſsè.* quantumcunque igitur ſint verba expreſſa generalia: puta vt inquirere poſsit contra quoſcunque cuiuſcunque conditionis, dignitatis, aut ſtatus, non inquireret contra epiſcopos, niſi id exprimatur, propter prærogatiuam epiſcoporum. ad idem. ỹ. de ſent. excommu. quia periculoſum.

b *Nuntiare.* quàm cito poterunt propter periculũ quod ex facto poſſet inſurgere. concor. ṡ. eod. lib. de cleri. ægro. c. vnico.

P*er hoc quod negotium.* } Tres ſunt partes quæ patēt. Secunda ibi, Verũ. Tertia ibi, Siue. Ioã. And. CASVS. Papa deputauit inquiſitorem in diœceſi Pictauen. cõmittendo ſibi facultatem inquirendi generaliter cõtra quoſcunque hereticos. vtrum papa per illã cõmiſsionem videatur ademiſſe poteſtatem ordinario iudici, vt non poſsit inquirere contra hæreticos? Videtur quòd ſic, per c. ſtuduiſti. de offi. leg. in anti. vbi ſi papa mãdet alicui legato cognitionẽ alicui⁹ cauſæ ſpectantis ad iuriſdictionem iudicis ordinarij, videtur illam adimere à iudice ordinario, ita quòd manus ipſius ordinarij ſint clauſæ, vt nõ poſſit de illa cauſa cognoſcere. ſic in propoſito videbatur in negotio fidei cum papa committit alicui inquiſitori negotium fidei, quòd videatur cognitionem illius ademiſſe à iuriſdictione iudicis ordinarij. Hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus pontifex in contrarium, quod per hoc non eſt ſuſpenſa neque ligata iuriſdictio iudicis ordinarij: & inter ipſos non eſt locus preuentioni, imò quilibet ipſorum poterit per ſe cognoſcere, contra. c. diſpendia. ṡ. de reſcriptis. iſtomet libro. & iſtud fuit ordinatum in fauorem fidei. Sed ponamus quod ordinarius loci cœpit inquirere & procedere cõtra aliquẽ hereticũ, vtrum contra eundem & eodem tempore poſſit inquiſitor inquirere & procedere? Reſpon. ꝙ ſic. & ſi velint, poſſunt ſimul procedere. ſed ſi velint poſſunt ſeparare & ſeparatim procedere. Sed demum concluſo & renuntiato in cauſa, debent inquiſitor & ordinarius conuenire in eodẽ loco, & communicare ſuos proceſſus. Et ſi poſſunt conuenire in eadem ſententia, certum eſt quòd habent ferre ſententiã. ſi verò non poſſunt concordare, debent referre ad papam. No. ibi, Sede apoſtolica. quòd ordinarius procedens contra aliquem hæreticum, debet obſeruare illum ordinem quem obſeruaret inquiſitor deputatus à ſede apoſtolica. Sed quæritur, quis eſt ille ordo quẽ obſeruaret inquiſitor papæ? Reſpondit quòd partim eſt expreſſus in corpore iuris communis, & partim eſt expreſſus in ſua commiſsione. Nota vt dicitur in c. ad abolendam. eo. ti. in anti. quod ſi exempti ſint ſuſpecti de hæreſi, papa facit ordinarios ſuos delegatos tanquam ad aliud crimen hæreſis, vt auctoritate apoſtolica non ordinaria procedant contra tales exemptos: ſed quantum ad non exemptos, ipſi procedant auctoritate ordinaria.

*Inquiſitor hæreſis quem ordinẽ ſeruare debet.*

Gloſſa ſequens notat à contrario.

continetur expreſsè.ᵃ Si tamen inquiſitores ipſi epiſcopos vel alios ſuperiores prælatos ſciuerint vel inuenerint circa crimen hæreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere vel ſuſpectos, id tenebuntur ſedi apoſtolicæ nuntiare.ᵇ

## Idem.

*Non derogatur ordinariis ſuper proceſſu hæreticorum, licet papa generaliter alteri deleget. Et ſuper eodem facto epiſcopus & inquiſitor poſſunt procedere communiter vel diuiſim, vel proferre ſententiam: in qua ſi diſcordant, debent papæ referre. Et epiſcopi qualitercunq; procedãt, debent ſeruare modum inquiſitoribus impoſitum. hoc dicit Dom.*

CAPITVLVM XVII.

PEr hoc quòd negotiũ hæreticæ prauitatis alicui vel aliquibus ab apoſtolica ſede generaliter ᶜ in aliqua prouincia, ciuitate, vel diœceſi delegatur, diœceſanis epiſcopis quin & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent)ᵈ in eodẽ ꝓcedere valeãt, noluimus derogari. Verũ vt dictum inquiſitiõis negotiũ efficaci⁹, melius, vtiliuſq; ꝓcedat, cõcedimus ꝙ ꝑ epiſcopos ipſos & per inquiſitores de facto eodẽ inquiri valeat cõmuniter vel diuiſim:ᵉ & ſi diuiſim ꝓceſſerint, teneanturᶠ ſibi inuicẽ cõmunicare ꝓceſſus, vt per hoc poſsit melius veritas inueniri.ᵍ & niſi hoc caſu inquiſitores in ſententię ꝓlatione diœceſanis vel ecõtra duxerit deferendũ,ʰ per vtroſque ſimul ſentẽtiaⁱ proferatur. in qua ferenda ſi nõ cõuenerint, per vtroſque negotiũ ſufficienter inſtructũ ad ſedem apoſtolicã remittatur.ᵏ Siue autem ordinaria ſiue delegata epiſcopi poteſtate procedant, illũ in procedendo modum obſeruent, quem inquiſitores poſſunt & debent per iura communia,ˡ vel per ſpeciales conceſsiones ſeu ordinationes ᵐ ſedis apoſtolicæ obſeruare.

c *Generaliter.* bene dicit, quia ſecus eſſet ſi fieret de certis criminibus & perſonæ ſpecialis commiſsio. quantũ. n. ad illã cauſam præiudicaretur ordinariȩ poteſtati, vt ṡ. de offi. del. ſtuduiſti. quia generi ꝑ ſpeciẽ &c. ỹ. de reg. iu. generi cũ ſuis cõcor. ADDITIO. Idem cum glo. tenet Archid. & idem Io. Monac. licet prius effuderit multa verba &c. Ioan. Andr.

Gl. ſeq. ſpecificat dupliciter delegationẽ hominis & iuris.

d *Delegata ſi habent.* fortè habent delegatã ab homine, quod accidit in ordinario cũ papa ſibi cõmittit crimen. ſecus ſi eũ monet ad ſuum officium excitando. quod dic vt ṡ. de offi. ordi. licet. & c. graue. vel habent delegatã à iure, ſicut eſt videre in hoc crimine ſuper exemptos. ṡ. eo. tit. ad abolendã. in fine.

e *Diuiſim.* & ſic plures inquiſitores communiter & diuiſim de hoc crimine cognoſcere poſſunt. ṡ. eo. ti. & lib. vt officiũ. ſaluo eo quod dicitur. ỹ. eo. multorum in cle.

f *Teneantur.* Nota quod non dicit, poſsint. vnde non relinquitur eorum voluntati, cum ius hoc neceſsitati ſubiiciat. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. alleg. duas concor. quærit, & ſoluit.

g *Veritas inueniri.* ad quod elaborare iudex debet. xiiij. q. ij. quanquam. ſupra de probat. quoniam. cõtra. Sed quid dices ſi proceſſus iſti inueniantur eſſe contrarij? tunc ipſi cõſiderabunt qui verò proximiora loquantur, & per ipſorum dicta ſe iudices informabunt. ſupra de teſti. in noſtra. ff. de teſti. l. iij. ix. diſtinct. ego ſolus. Si autem epiſcopus ſecundum ſuũ pronuntiare vult ꝓceſſum, inquiſitor ſecundum ſuũ, quid iuris, ỹ. ſequitur.

h *Deferendũ.* ad idẽ ṡ. de reſcri. paſtoralis.

Gloſ. ſeq. ſoluit cõtrarium.

i *Sententia.* licet ergo de vnius delicto inquiratur per plures etiam diuiſim, vnica tamen ſententia fertur. Et ſic non ob. ſupra de offic. leg. licet. ff. nau. cau. ſta. licet. vbi dicitur quod de delicto vnius ſæpius non quæritur, quia illa loquuntur quando iam pronuntiatum eſt. quod dic vt not. ij. quæſt. v. habet hoc propriũ. & ſupra de accu. de his. ADDITIO. Idem tenet Ioan. Mon. & Archi. qui alleg. no. per Innoc. de pur. cano. c. penult. Ioan. And.

k *Remittatur.* quid iuris aliàs cùm iudices diſcordant, habetur. ſupra de re iudi. c. vlti.

l *Iura communia.* ṡ. & ỹ. hoc eo. tit.

m *Ordinationes.* etiam hoc volumine non inſertas, dummodo non his conſtitutionibus contrarias. ỹ. eo. c. vlt. in fin. ſunt enim ibi reſeruatæ, & de his loquitur proœmiũ huius li. in fi.

VT *inquiſitionis.* } Primò approbat, & ſeruari præcipit leges canonibus non contrarias per Fridericum contra hæreticos promulgatas. Secundò præcipit rectores locorum parẽre inquiſitoribus, ordinario vel alteri eorum in inueſtigatione, captione, cuſtodia, & punitione hæreticorum & fautorum ſuorum, eorum proclamationibus vel appellationibus non obſtantibus, ita tamen quòd de illo crimine (cùm ſit merè eccleſiaſticum) nec iudicent nec cognoſcant, nec ob hoc captos ſine licentia relaxent, nec exequi detrectent, vel ipſorum proceſſus impediant. Contrafacientes, & non parẽtes, & eorum fautores excommunicat. quam ſi per annum ſuſtinuerint, vult eos vt hæreticos condemnari. hoc dicit Ioan. And. Iudices ſeculares tenentur obedire in negotio fidei epiſcopis & inquiſitoribus, præcipuè in iis de quibus in litera. Item crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticum: ideo iudex ſecularis de eo nullo modo poteſt cognoſcere, nec principaliter nec incidenter. hoc dicit. CASVS. Epiſcopus Pict. vel inquiſitor à ſede apoſtolica deputatus vult contra aliquem hæreticum procedere, fortè ad ipſius captionẽ & incarcerationem. videt ipſe epiſcopus vel inquiſitor quòd non eſt ſufficiens ad ipſum capiendum. requirit iudicẽ ſecularem vt ſibi præbeat auxilium. vtrum iudices ſeculares teneantur obedire epiſcopo vel inquiſitori ſedis apoſtolicȩ in captione & incarceratione ſuſpectorum de fide? Reſpõ. Ro. pon. dicens quòd leges factas à Friderico Imperatore, inquantum reſpiciunt fauorẽ fidei, illas approbat: poſtea præcipit vt iudices ſeculares in prædictis pareãt & intendant epiſcopis & inquiſitoribus fidei à ſede apoſtolica deputatis. Sed quæritur vtrum iudices ſeculares poſsint de iſto crimine cognoſcere ſaltem cõtra mere laicum? Reſpondetur ꝙ nõ, quia crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticum, hoc eſt, crimen hæreſis eſt mere de foro eccleſiaſtico, & ideo iudices ſeculares nõ poterũt de eo cognoſcere, nec principaliter neque incidẽter. Poſtea imponitur pœna poteſtatibus ſecularibus facientibus contra iſtam conſtitutionẽ. {Olim.} Not. quòd Fridericus



fuit aliàs Imperator Romanus, ſed poſtea per Innocentium quartum fuit depoſitus eò quod erat ſchiſmaticus. c. apoſtolicȩ. ṡ. de re iu. eo. li. {Terminetur.} Si epiſcopus vel inquiſitor habeat carcerẽ, poteſt eligere vt ſuſpectus de hæreſi reponatur in ſuo carcere, vel in carcere iudicis ſecularis: & pro captione & cõductione hęreticorũ poteſt requirere poteſtatem ſecularẽ, vt ſibi præbeat auxiliũ circa ſuſpectos de hęreſi: ſed tamen poteſtas ſecularis nõ adhibebit cuſtodiã ad cuſtodiendum iſtos ſuſpectos: ſed ipſe epiſcopus vel inquiſitor. {Indilatè.} Vnde ſentẽtia lata in cauſa criminali poteſt mandari executioni ſtatim nõ expectato lapſu decem dierum: ideo dicit textus indilatè. Veruntamen tenet Panor. quod etiã in cauſa criminali nõ debet ſententia exequi, niſi prius lapſis decem diebus: licet iſtud non ſeruetur: imò illa die qua fuit lata ſententia, demãdatur executioni. {De hoc crimine.} Iſtud crimen eſt mere de foro eccleſiaſtico. ſacrilegiũ eſt miſti fori: ideo ſi laicus ſit ſacrilegus, poteſt accuſari coram iudice eccleſiaſtico vel ſeculari: ſed inter eos eſt locus præuentionis: iuxta not. in c. cũ ſit generale. de foro cõpet. No. ex iſto ca. principalem effectũ ad quem emanauit præſens ca. videlicet quod ſi epiſcopus vel inquiſitor prauitatis hæreticæ cognoſcat ſe impotentem ad capiendum ſuſpectũ de hæreſi vel alium malefactorẽ, poteſt requirere iudicẽ ſecularẽ: & quod plus eſt, poterit eum monere ſub pœna excõmun. & poteſtas ſecularis tenetur ſibi imperiri auxiliũ. Idem dicẽdum eſt contra, vt ſi poteſtas ſecularis habeat aliquem ſubditum quem non poteſt comprimere, ſi ille ſubditus poteſtatis ſecularis timeat excommunicationem, poteſt iudex ſecularis requirere iudicem eccleſiaſticũ vt talem ſuũ ſubditũ excõmunicet: & hoc facere tenebitur ipſe iudex eccleſiaſticus. cap. j. de off. or. in anti. Not. quòd iudex ſecularis tenetur ſuſpectum de hæreſi capere & ducere ad carceres. & iſtud eſt neceſſarium in hoc regno: quia epiſcopus non habet territoriũ: ideo non poteſt facere captionem niſi malefactor eſſet intra domos epiſcopales. Not. vnum caſum in quo iudex ſecularis non poteſt ſuum ſubditum, puta mere laicum, condemnare: videlicet quando crimen eſt mere eccleſiaſticum: vt ſi ſit crimen hæreſis. No. vlterius quòd iudices ſeculares facientes cõtra iſtã conſtitutionem ſunt excommunicati: tamen ab illa excõmunicatione poterit iudex ordinarius abſoluere, ex quo papa non reſeruauit ſibi abſolutionem. c. nuper. de ſenten. excõm. in anti. Not. quòd iudex ſecularis ſi illam communicationis ſententiam ſuſtinuerit per annum, corde & animo induratus, eſt cenſendus hæreticus: & tanquam hæreticus poterit condemnari.

*Hæreticus aut de hæreſi ſuſpectus, poteſt poni in carcere eccleſiaſtico vel ſeculari.*

*Sententia lata in cauſa criminali an poſſit ſtatim executioni demandari.*

*† Ecce quòd papa quaſdã ll. tantũ probat. vnde de Anchar. loquitur hic quando licet partim probare & in parte reprobare cõfeſsiones, ratiocinia negotiorũ, inſtrumenta: remittẽs ad ſtat. in l. Aurelius. §. idẽ quæſiu. ff. de li. lega. l. in cauſæ. ff. de procur. Inno. c. cum venerabi. lis. de excep. Font.*

*Crimen merè eccleſiaſticum impedit condemnationem iudicis ſecularis.*

## Idem.

*Epiſcopis & inquiſitoribus hæreſis non reſiſtant ſed omnino pareant domini temporales, & de eo crimine non cognoſcant: aliàs prout dicitur hic puniuntur. hoc dicit ſecundum Zenz.*

CAPITVLVM XVIII.

VT inquiſitionis negotiũ contra hæreticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei noſtris temporibus proſperetur, leges † quaſdam ᵃ per Friderichũ olim Romanorum Imperatorem tunc ᵇ in deuotione Romanæ perſiſtentẽ eccleſiæ ꝓmulgatas, quatenus ᶜ Dei & eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promouent, & hæreticorum exterminium proſequuntur, & ſtatutis canonicis non obſiſtunt, approbantes, & obſeruari volentes: vniuerſos ſeculi poteſtates & dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatũ, aliorumque locorum rectores, quibuſcunque dignitatibus vel officiis aut nominibus ᵈ cenſeãtur, requirimus & monemus, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles ᵉ, ita pro defenſione fidei diœceſanis epiſcopis & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis à ſede apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis pareant, & intendant in hęreticorum, credentium, fautorum, receptatorum & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, cùm ab eis fuerint requiſiti: & vt pręfatas perſonas peſtiferas in poteſtatem ſeu carcerem epiſcoporum, aut inquiſitorũ dictorum, vel ad locum de quo ipſi vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorundem dominorum poteſtatem, vel rectorum diſtrictum ducant, vel duci faciant ſine mora: vbi per viros catholicos ᶠ à præfatis epiſcopis, ſeu inquiſitoribus vel eorum aliquo ᵍ deputatos ſub arcta & diligenti cuſtodia teneantur, donec eorum negotium per eccleſiæ iudicium terminetur. Vtque de hęreſi à diœceſano epiſcopo vel inquiſitore ſeu inquiſitoribus condemnatos, præfati poteſtates, domini temporales, ſiue rectores, vel eorũ officiales ſeu nuntij ſibi relictos ſtatim recipiant indilatè ʰ animaduerſione debita puniendos ⁱ: non obſtantibus appellationibus ſeu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum: cùm tam ſecundum ordinationem ᵏ prædeceſſorum noſtrorum, quàm ſecundum legem imperialem ˡ, appellationis & proclamationis beneficium expreſsè ſit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus interdictum. Prohibemus quoque diſtrictius poteſtatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorundemque officialibus ſupradictis ne ipſi de hoc crimine (cùm merè ſit eccleſiaſticum) quoquo modo ᵐ cognoſcant ⁿ vel iudicent, ſiue captos pro eodem crimine abſque dictorum epiſcoporũ ſiue inquiſitorum, aut ſaltem alterius eorundem licentia vel mãdato à carcere liberẽt, aut executionem ſibi pro huiuſ-

a *Leges quaſdam.* has leges fertur quòd Clemens ſub bulla Sextus.

redegerat ᵃ, ſed eas aliter non habemus quo ad verba, habemus tamen quaſdam authen. Friderichi: de quibus etiam forſitan intellexit hic Bonifacius. C. de epi. audi. authen. ſtatuimus. ſignata ſuper. l. iubemus. C. de hære. & Maniche. authẽ. credentes. authẽ. ſi verò dominus. & auth. Gazaros. habebamus etiã olim quãdã ipſius conſtitutionẽ in quinta cõpilatiõe quæ incipiebat, hac edictali. aliàs hac decretali. & erat ſub tit. de conſti. & eadẽ cõpilatio quæ incipiebat, Gazaros. ſub tit. de hæreticis.

*a Cum certis modificationibus & adiectionibus. Ioan. Mon. & Archid.*

b *Tunc.* hoc dicit, quia poſtea receſsit à deuotione Romanæ eccleſiæ: & per Inno. quartũ in cõcilio fuit depoſitus ob certas cauſas. ſupra e. lib. de re iu. ad apoſtolicæ.

c *Quatenus.* ergo alias non approbat: quæ non tenent. cõcor. x. diſt. c. j. & facit quod no. xxxvij. di. ſi quid veri. xix. diſt. c. j.

d *Nominibus.* cõcordat. ṡ. de elect. fundamenta. eo. lib.

e *Fideles.* quis enim fidelis qui non doleat fide læſa? ỹ. de pœnis. felicis. ad fi.

f *Catholicos.* vnde non per Iudæos hæreticos vel paganos, qui quo ad prædicta ſuſpecti ſunt. & eſt ſi. ſupra de Iudæis. cap. pen.

g *Vel eorum aliquo.* hodie dic vt in cle. e. ti. multorum. §. ſane. & §. ſeq.

h *Indilatè.* No. quod ſententia lata ſuper crimine, ſtatim dilatione poſtpoſita mandãda eſt executioni. quod idẽ probatur. ij. q. j. ſicut. de pœnit. diſt. j. Adam. fallit in caſibus not. xj. q. iij. cum apud. Quid iuris de aliis ſententiis latis ſuper perſonalibus vel realibus, actionibus, no. ṡ. de offic. deleg. quærenti.

i *Puniendos.* quid ſi inquiſitor & ordinarius diſcordant in mandato: quia vnus mandat puniri per ſe condemnatum, alter mandat relaxari per ſe abſolutum: ſatis videtur ſuperſedendũ donec conſulatur papa. ṡ. c. prox. ADDITIO. Vide quod hic dixi ſuper ver. alterius. Ioan. And.

*Inquiſitor hæreſis & epiſcopus ſi diſcordãt in mandato: vt quia vnus condemnat, & alter abſoluit: quid iuris.*

k *Ordinationem.* de ordinationibus loquitur Innoc. Alexan. & Clemens: quæ ſunt reſeruatæ. ỹ. c. vlt.

l *Imperialem.* ipſius Friderichi, quam non habemus: ſed approbata eſt. ṡ. in princ. Ioan. Andr.

m *Quoquo modo.* id eſt, principaliter vel incidenter. concor. ſupra de or. cog. tuam. ṡ. qui filij ſint legi. lator cum ſi. alias tamen cognoſcit iudex ᵇ incidenter quod non cognoſcit principaliter. C. de indi. quoties. ṡ. de reſti. in integ. c. pen. cũ ſuis concor.

*b Aliàs inſe capax: quem facit incapacem magnitudo cauſæ ſecũdum Ioan. Mona. Ponit regulam, et tres caſus exceptos.*

n *Cognoſcant.* No. ꝙ licet regulariter de qua re iudex cognoſcit pronuntiare debeat. ff. de iudi. de qua re. ṡ. de cau. poſ. cùm ſuper. tamen hoc fallit interdum: ſicut cùm delegãs reſeruat prolationẽ ſententiæ. ṡ. de offic. dele. ſuper queſtionũ. ſynodus cognoſcit de cauſa criminali epiſcopi, & non pronuntiat. iij. q. vj. accuſatus. & c. ſeq. v. q. iiij. duodecim. idem in caſu. ṡ. de reſcri. cùm contingat. vbi ad ſui inſtructionem de iuriſdictione cognoſcit is qui ſuper illa non pronuntiat.

Hic tamen vtrunque expreſsè vetatur, ſcilicet cognitio & pronuntiatio: quia iudex huius rei nõ eſt capax. & concord. j.de ſenten.excommun.ſi iudex. Et ſupra eo.inquiſitores.vt ibi no.in fine tertiæ gloſ.

a *Indirectè*.ad idem.ſ.eo.tit.& lib.ſtatutum.j.Ioan.And.

A k *Conſortibus*. delicti:vt quia comitati ſunt raptorẽ in inuaſione vel rapina:vt in prædicta.l. vnica. C.de rap. virg.l.vnica.§.pœnas autem.

l *Ipſo iure*.propter hoc facit ad propoſitum:& habes hoc in authen.de rapt.mu.quæ ra.nu.in fi.coll.ix.

modi crimine diœceſano vel inquiſitoribus ſeu inquiſitore iniunctam, promptè (prout ad ſuum ſpectat officium) facere ſeu adimplere detrectẽt: vel aliàs diœceſanorum aut inquiſitorum iudicium, ſententiam ſeu proceſſum, directè vel indirectè [a] impedire præſumant. Si quis verò de prædictis poteſtatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorũ officialibus, ſeu balliuis contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpefatis diœceſano epiſcopo B vel inquiſitoribus incumbenti ſe opponere fortè præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire, necnon & qui ſcienter [b] in prædictis dederit auxilium, conſilium vel fauorem, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum [c]: quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condẽnetur [d].

Idem.

*Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehenſio bonorum fieri non debet per dominum ſecularem, niſi prius pronuntiatum fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum qui hoc poſsit. Ioannes Andreæ.* C

CAPITVLVM XIX.

CVm ſecundum leges ciuiles, nefarias, naturæ [e] contrarias, inceſtas nuptias contrahentes, eoipſo [f] ſuarum dominium rerum perdant [g]: Et mulier [h] humanam legem [i] tranſgrediens, & (præſertim parentibus ſuis non conſentientibus) raptoris nuptias eligens, bona omnia quę per legem ſibi obuenerant à raptore, ac aliis conſortibus [k] raptus, ipſo iure [l] amittat, certoque caſu [m] deferantur in fiſcum: Ac etiam illicitas [n] ſpecies tranſuehens,

Aut rerum vectarum profeſsionem omittens [o], earundem ſpecierum & rerũ proprietate hoc ipſo priuetur, & fiſco rerum & ſpecierum dictarum proprietas acquiratur: Bona hæreticorum [p] (qui grauius [q], horribilius, ac deteſtabilius quàm prædicti [r] delinquunt) ipſo iure [s] de fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata. Confiſcationis tamen huiuſmodi C executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri nõ debet per principes aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papæ prędeceſſoris no-

b *Scienter*. ignorantes ergo non ligat cõſtitutio. ad idem ſ.e.tit.& lib. c.ij.in prin.& ca.vt commiſsi. in fi.& ca.decreuit.

*Soluit quæſtionem.* c *Percuſſum*. No.canonem latæ ſententię: & quia non reſeruat abſolutionem papæ, ordinarius abſoluere poterit. de ſentẽ. excõmu.nuper. in anti.

d *Condemnetur*. ad idem ſupra eo.titu.& lib.cũ contumacia.

*Diuiſio.* CVm ſecundum. ) Duę ſunt partes. Prima loquitur de confiſcatione. Secunda de apprehẽſione: ibi, Confiſcationis. Et prima facit duo: inducit enim tria vel quatuor argumenta legalia ex quibus cõcludit ibi, Bona. Secundum argumentũ ibi, Et mulier. Tertium ibi, Ac etiam. Quartũ ibi, Aut rerum. Ioan. And. Præmitte pro euidentia quod habetur. ſupra e.tit. excommunicamus.j.& ij.reſpon. vbi dicitur quod bona hæricorũ confiſcantur. Do. C A S V S. Aliquis Titius qui plura bona poſsidebat in diuerſis territoriis, diabolo ſuggerente & inſtigãte fuit lapſus in hæreſim. nunquid ipſo facto perdit dominium ſuorum bonorum, & dominium ipſorum tranſit in fiſcum? & quod iſtud ſit verũ, oſtendit Romanus pontifex triplici argumento legali. Nã papa hic enumerat tria crimina in quibus ipſo facto fit confiſcatio bonorũ: ergo multò magis in crimine hæreſis: quod eſt maius crimen quàm ſint illa tria crimina. Sed ſanctiſsime pater, vtrum fiſcus poſsit capere illa bona tanquam ſua antequam Titius ſit de crimine condemnatus? Reſpondetur ꝙ primò oportet quòd ipſe Titius per ſuum iudicem ordinarium qui eſt ſuus iudex competẽs, fuerit hæreticus declaratus: & tunc demum facta declaratione poterit fiſcus occupare illa bona. Not. primò quòd nuptiæ contractæ cum cõſanguineis, dicũtur eſſe contra ius naturale. Not. ſecundò quòd Imperator poteſt auferre dominium rerum ſingulis perſonis cauſa legitima ſubſiſtente. Vide Inno. de conſti. quæ in eccleſiarum. Do.

*Peccatum contra naturam eſt peſsimum: & ſi totus mundus eo vteretur, non eſſet excuſatio.* e *Naturæ contrarias*. in quibus ſexus perdit formam: & ſcelus eſt tale quòd non proficit ſcire: Venus mutatur in aliam formam. Cod. de adul. l. cum vir. & omnium carnalium criminum peſsimum eſt vſus contra naturam. xxxij. q.vij. adulterij. & ſi totus mundus vteretur illo vitio, non excuſat. ea.cau. & q.flagitis.

f *Eoipſo*. propter hoc facit ad propoſitum.

g *Perdant*. Cod. de inceſt. nup. l. cum ancillis. & l.ſeq. & l.ſi quis. ff. de rit. nup. l. inceſtæ. & inſtitut. de nup. §. ſi aduerſus.

h *Et mulier*. repete, & cùm ſecundũ leges ciuiles mulier &c. quare hoc dicam, videbis.j.& dic mulier, ingenua. C.de rap. virgi.l.vnica. §. & ſi quidem. In ancillis enim & libertinis nõ habet locum pœna bonorum: vt ibi.

i *Humanam legem*. C.de raptu virginum.l.vnica. & bene dicit humanam, id eſt ciuilem: quia ſecundum canonum legem ſecus: rapta enim ſecundum nos licitè contrahit cum raptore, ſi prior diſſenſus tranſeat in conſenſum. trigeſima ſexta quæſtione ſecunda. tria. & cap. ſeq. & ſupra de rap.cap.pen. & vlt.

Gloſ. ſeq. primò exponit literam, ſecundò quærit. ponit opinio Io.& contrarium ſoluit.

m *Certoq; caſu*. cum parentes mulieris nõ ſuperſunt, nec alter eorum: vel ſuperſunt ipſi, vel alter conſenſerit talibus nuptiis, hoc caſu bona deuoluuntur ad fiſcum: vt in prædicta authen. de rap. mulier. in fi. Sed nunquid de iure canonico habebit locum hæc pœna: cùm ſecundum canones licite contrahat: vt ſupra dixi: No. Ioan. [a] xxxvj. quæſtio. ij.de puellis. alleg. §. quibus. quòd pœna iſta locum non habebit ſecundum canones ſecundum quos ceſſat interdictum: niſi cùm ſponſa alterius rapitur. xxvij.quæ.ij. ſtatutum. & accedat quod not.ij.queſt.iij. §. notandum. in fi. de ſecun.nup.ca.penult. & vlti. & ſecundum hoc bene dixi. ſ. repete, & cum ſecundũ leges ciuiles: quia ſecundum canones cõtra. Sed ſatis videtur quòd licet ſecundum nos teneat matrimonium, pœna legis habeat locum in iis quę nõ eſſent de tẽporali iuriſdictione eccleſiæ. cum enim illa ibi tractet de lucro captando, non de diminutione ſui patrimonij: & pœna illa ſibi per legem obueniat: quare lex eo quod confert, priuare non poteſt [b]? & accedat quod dixi.j.de reg.iur.cap.ij.ſecus fortè in pœna de qua in prædicta decre.vlt.de ſecun.nup.ibi enim priuat lex eo quod nõ contulit. Facit.ff.de adop.ſi arrogator. Ioan. And.

*a Quod hic videtur placere Archid. Ioan. And.*

*Canones ſeruandi ſunt etiam inter eos qui ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ.*

*b Quaſi ſub conditione tulerit ſi raptori non nubat.*

n *Illicitas*. vt is qui defert arma, ferrum, & lignamina Sarracenis. de Iudæis, ita quorundam Ioan. And.

o *Omittens*. hoc habet locum in priuato. ff. de vectiga. l. fin: §.diuus. in milite non: vt Co. eod.tit.l.iij.& habes hoc quod hic dicitur. ff. eod. titu. l. commiſſa. Cod. eo.tit. l. omnium. & l. ſi quis.

p *Bona hæreticorum* ſecus in bonis eccleſiarũ in quibus intitulati erant ipſi hæretici: vt in cle. eo.tit.volentes. poſt prin- D cipium. Ioan. And.

q *Grauius*. ergo ſunt grauius puniendi. xxiiij.q. j. non afferamus.

r *Quàm prædicti*. ſcilicet contrahens nefarias nuptias: rapta quæ cum raptore contraxit: tranſuehens illicitas ſpecies: vel rerum vectarum profeſsionem omittens. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. dicit determinatum antiquum dubium: & dicit à quo tempore cauſam prorogat argu. ad quæſtionem, & remittit.

ſ *Ipſo iure*. determinatũ ſit ergo quod olim dubitabatur per decr. ſ.e. excõmunicamus j ij. reſponſo. vbi dicebatur ita ꝙ bona damnatorum ſi laici fuerint, confiſcentur. intelligamus ergo confiſcẽtur ipſo iure: vt hic vides. & intelligo ipſo iure confiſcata à tempore commiſsi criminis. C. eo.tit. l.iiij. Idem dico in crimine læſæ maieſtatis. ff. de dona. l. donationes. ſecus eſt in aliis criminibus. ff. de dona. l. poſt contractũ [c]. Et puto confiſcationem hanc locũ habere etiam ſi ille catholicos filios habeat: & iſte textus nõ diſtinguit: ſuper hoc tamẽ fuerunt opinio. not. ſ. eo.tit. vergẽtis. A D D I T I O. Bona damnatorum de hereſi, ſunt ipſo iure confiſcata à tempore commiſsi criminis, intantum ꝙ vendicantur ipſa bona per officium

*c Si tamẽ alienatio facta eſſet per volentem cõmittere maleficium quod poſtea commiſit: vt in Spec. de dona. verſic. Item pone aliquis. & quod ibi dixi Ioan. And.*



ciam vel fiſcũ de manibus poſſeſſoris nullo dato pretio per A quotcunque manus tranſiuerint, vel aliquid loco pretij eſſet in bonis hæretici. Argu. ff. ſolu. matri. ſi cùm dotem. §. fi. & l. ſeq. ff. de leg. ij. l. Imperator. & l. ſeq. & c. Ioan. And.

a *Declarationem*. quam hodie non habemus.

A Nota primò quòḍ declarans non dicitur addere: cum hic ponantur iſta verba tanquam diuerſa. vide tex. in clemen. ij. de elect. Nota ſecundò arg. quòd in cauſis vbi proceditur ſimpliciter & de plano, non admittuntur aduocati: & ſic à contrario. ſecus videtur in plenariis, cùm tex. non prohibeat intereſſentiam, ſed ipſorum ſtrepitum.

*Aduocati non admittuntur in cauſis ſummariis.*

ſtri declarationẽ [a]) antequam per epiſcopum loci vel aliam perſonam eccleſiaſticã [b] quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuit promulgata.

Idem.

*In cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter & de plano: & dicta teſtium & accuſatorum non publicantur, ſi periculum timeatur. h. d. ſecundum Zen.*

CAPITVLVM XX.

STatuta quædã [c] felicis recordationis Innocẽtij, Alexandri, & Clementis [d] prædeceſſorum noſtrorũ quibuſdã B declaratis & additis recenſentes: cõcedimus quòd in inquiſitionis hęreticę prauitatis negotio [e] ꝓcedi poſsit [f] ſimpliciter & de plano, † & abſque aduocatorum, ac iudiciorum ſtrepitu & figura [g]. Iubemus tamen ꝙ ſi accuſatoribus vel teſtibus in cauſſa hæreſis interuenientibus, ſeu deponẽtibus (ꝓpter potentiã perſonarum cõtra quas inquiritur) B videant epiſcopus vel inquiſito-

b *Eccleſiaſticam*. ſecularis enim ſup hoc eccleſiaſtico crimine iudicare non poteſt. ſ.c.proxi.§.penult.

STatuta. ) In prima parte vſque ibi. Iubemus. concedit in negotio inquiſitionis hæreticæ prauitatis procedi poſſe ſimpliciter & de plano. In ſecunda dicit quid iuris ſi ex publicatione nominũ accuſatorum & teſtiũ ipſis periculũ immineret: & quid ſi non immineret: & fictiones [a] vitare precipit, ne dicatur periculum vbi non eſt: vel ecõuerſo. In tertia ibi, Conſtitutiones. ſtatuta prædeceſſorum ſuorũ ſuper hoc negotio edita, his conſtitutionibus non aduerſa, corroborat. Ioan. And. Iſtud capitulum diuiditur in tres partes. In prima parte oſtendit quòd in cauſa hæreſis eſt procedendum ſummariè & de plano ſine figura & ſtrepitu iudicij. In ſecunda parte ibi. Iubemus. oſtendit qualiter in cauſa hæreſis ſit procedendum, ſi immineat periculum accuſatoris & teſtium. In tertia verò parte ibi, Conſtitutiones. confirmat conſtitutiones ſuorum prædeceſſorũ. C A S V S. Certum eſt quod à iure communi eſt certus ordo iudiciarius introductus qui debet obſeruari in examinatione cauſarum tam ciuilium quàm criminalium: videlicet vt offeratur libellus, iuretur de calumnia, fiat litis conteſtatio: vt ſupra de litis conteſtatione cap. vnico. in anti. & in authen. offeratur libellus. Cod. de litis cõteſtatione. Item quòd quædam ſunt de ſubſtantia iudicij ordinarij, ita quòd ſine illis proceſſus non valeret. Sed vtrum iſta ſint obſeruanda in crimine hæreſis, cùm iudex procedit contra hæreticum? Reſpon. quòd non, imò contra hæreti- C cum poterit iudex procedere ſine figura & ſtrepitu iudicij. Vnde iſta verba, ſine figura & ſtrepitu iudicij, important vt poſsit procedere ſine datione libelli in ſcriptis concludentis. ſed tamen debet fieri petitio verbalis ſcripta apud acta. Item illa verba important vt poſsit procedi ſine litis conteſtatione, vt probata veritate criminis, fiat condemnatio: tamen ſi reus compareat, eſt fienda litis conteſtatio. Item non debent omitti probationes: tamen dilationes breuiores poſſunt tradi. de hoc videatis latius in clemen. ſæpe. de verb. ſignific. Or ſanctiſsime pater, certum eſt vt habetur in ca. qualiter & quando. de accu. in anti. quod quando contra aliquem criminoſum proceditur per viam accuſationis vel inquiſitionis, debent ſibi exhiberi capitula ſuper quibus accuſatur, vel contra ipſum inquiritur. Item nomina & dicta teſtium contra ipſum productorum, & etiam nomina accuſatorum. Sed quid ſi aliquis accuſetur de hæreſi: an iudex teneatur accuſato tradere nomina accuſatoris & teſtium contra ipſum productorum & examinatorum? Reſpondet Roman. ponti. cum diſtinctione: aut imminet periculum accuſatori vel teſtibus, aut eorum conſanguineis, quia iſte accuſatus de hæreſi habet amicos potentes qui poſſent reprimere vel moleſtare accuſatorem, vel teſtes, vel eorum conſanguineos: tunc D iudex non debebit tradere accuſato nomina accuſatoris neque teſtium: ſed tenebitur illa oſtendere aliis perſonis, videlicet inquiſitori ſi epiſcopus procedat contra ſuſpectum de hæreſi. Si verò inquiſitor procedat: tunc tradat nomina accuſatoris vel teſtium epiſcopo, vel eius vicario, ſi ipſe epiſcopus fuerit abſens, & aliis perſonis honeſtis. Sed ponamus quòd inquiſitor timet quòd epiſcopus vel eius vicarius, aut illæ perſonæ honeſtæ reuelent parentibus & amicis hæretici nomina accuſatoris & teſtium, vel alia ſecreta? Reſpondetur quòd inquiſitor poterit in eos ferre excommunicationem caſu quo reuelabunt ſecreta, dicendo hoc modo, profero in vos ſententiam excommunicationis, quam incurretis ipſo facto quoties reuelabitis ſecreta iſta. Si autem epiſcopus vel inquiſitor videat periculum non imminere, poterit exhibere accuſato nomina accuſatoris & teſtium: & etiam dicta & depoſitiones teſtium: & ſic epiſcopus debet habere rectam conſcientiam, vt iudicet periculum eſſe vbi eſt, & non eſſe vbi non eſt: videlicet cùm videat quòd non imminet periculum, faciat exhibere nomina, & dicta teſtiũ. Si autem videat imminere periculum, non faciat exhibere.

*a Io. Mo. qui facit quatuor partes, de hac parte facit tertiam. Ioan. And.*

*Sine figura & ſtrepitu iudicij quid important.*

Not. ex §. iubemus. quòd in cauſis debet fieri publicatio nominũ teſtium, etiam ſi immineat periculum graue contra tales perſonas: quia eſt ſpeciale in cauſa inquiſitionis: contrarium eſt regulare.

c *Quædã*. aliàs quõdam: alias quædam.

d *Clementis*. iſte & alij hic expreſsi multũ ampliauerunt officiũ inquiſitionis: intantũ quòd quia tendebat ad noxam, habuit reſtringi per alium Clementem in cle. eo. tit. c. j. & ij. Ioan. And.

e *Negotio*. idem in aliis quatuor caſibus qui habentur in clemen. de iudi. diſpendioſam.

f *Poſsit*. non dicit per quos: intelligo ergo & per inquiſitores deputatos à papa, & per ordinarios, & per delegatos ad hoc. eo. tit. per totum in fi.

Gloſſ. ſeq. primò ponit diſtinctionem modernorum hodie terminatam per cle. ſecundò quærit. arg. pro & contra, & ſoluit.

VSurarum voraginẽ.} Lex dicit vſurarũ dulcedinẽ[a].ff.de iis quæ in frau. credi.l. ait prætor.§. ſi quid in fraudẽ. ver.ſi verò. ADDITIO. Dicit Fran. ꝙ hęc conſtitutio facta fuit ꝓpter Florẽtinos, Senenſes, Piſtorienſes, Lucanos, Aſtenſes: qui circuibãt diuerſas ꝓuincias ad exercendũ vſuras immoderatas: & quia per multos prælatos & principes recipiebãtur: ideo hic prouiſum. Ioan. And. CASVS. Statutum fuit in conc. Later. quòd habetur in cap. quia in omnibus.e.tit. in anti. ꝙ vſurarij manifeſti in vita, nõ debent admitti ad communionem: & poſt mortem non debent admitti ad eccleſiaſticam ſepulturam. Item quòd rectores eccleſiarum parochialium non debent admittere oblationes talium vſurariorum manifeſtorum. Vlterius dicitur quòd clerici admittentes vſurarios manifeſtos ad communionem vel ad eccleſiaſticam ſepulturam, vel recipientes eorum oblationes, ſunt ſuſpenſi ab officio ſuo. Sed vtrum puniantur alia pœna? Reſpondetur quòd ſic, ſcilicet pœna maledictionis æternæ: quia peccant mortaliter. Mandat enim papa illam conſtitutionem concilij Lateran. obſeruari ſub interminatione æternæ maledictionis, hoc eſt, ſub pœna peccati mortalis. Et ſic presbyter admittens vſurarium manifeſtum ad communionem altaris, vel ad eccleſiaſticam ſepulturam, vel recipiens eius oblationes, peccat mortaliter. Sed vtrum ſint alia remedia inuenta ad compeſcendum iſtud crimẽ vſurarum? Reſpon. quòd ſic. nam vt ceſſet iſtud crimen vſurarum, ſtatuit Rom.pont. vt nulla perſona eccleſiaſtica, ſiue ſit collegium vel vniuerſitas, vel etiam perſona particularis, admittat vſurarios manifeſtos, nec patiatur quòd ipſi exerceant vſuras in ſuis locis & terris, ſiue in eis collocent locum ad exercendum vſuras: imò clerici cõpellent tales vſurarios intra tres menſes: aliàs incurrunt pœnas hic contentas. nam ſi ſint epiſcopi, ſunt ipſo facto ſuſpẽſi. Si verò ſint inferiores prælati, incurrunt ſententiam excõmunicationis, niſi eos expellant intra tres menſes à ſuis terris. Si autem illæ terrę pertineant ad collegium vel ad vniuerſitatem eccleſiaſticam, ſunt interdictæ quouſque fuerint expulſi dicti vſurarij. Sed quid de dominis temporalibus, vtrũ temporalis dominus non debeat permittere tales vſurarios manifeſtos, vt ipſi locent domos in ſuis terris? Reſpon. ꝙ illud quod dictum fuit de ſententiis ſuſpẽſionis, interdicti, vel excõmunicationis, habet locũ in perſonis eccleſiaſticis: ſed laici non incurrũt illas pœnas ipſo facto: verũtamen poterũt per ordinarios cõpelli vt tales vſurarios à ſuis terris expellãt: aliàs poterunt illos excõmunicare. Et excommunicatio reſpectu laicorũ non eſt canõ latæ ſententiæ: ſed ferendæ, ſecũdum communẽ opinionem. Nam dictio cæterũ, eſt aduerſatiua, quæ nõ eſſet niſi ſic intelligeretur. {Alienigenas} id eſt alios nõ oriundos de terris ſuis. {Conducere} Et ſic nõ prohibet quin vſurarius poſsit locare domũ: dummodo nõ exerceat vſuras in illis terris, licet alibi per ſuos fautores exerceat. {Cæterum} ponit qua pœna puniendi ſunt laici qui tolerant alienigenas exercere vſuras ſuas in ſua iuriſdictione. {Ordinarios} id eſt diœceſanos. {Compeſcantur} id eſt moneantur & excõmunicẽtur, vel etiã ſuſpẽdantur. c.qui p cenſurã.de verb.ſign.in anti. Not. primò ex iſto c.iuncto c.quia in omnibus.alleg. ꝙ recipiens vſurariũ manifeſtum ad communionẽ altaris, peccat mortaliter. Idẽ eſt dicẽdũ de illo qui vſurarium manifeſtum tradit eccleſiaſticę ſepulturæ: vel qui oblationes ſuas recipit. vnde illud ca. aggrauat pœnã illorũ qui admittunt manifeſtos vſurarios ad communionem altaris vel eccleſiaſticã ſepulturã, vel qui recipiũt eorũ oblationẽ: quia dicit ꝙ peccãt mortaliter. Et ſic addit ad cap. quia in omnibus. alligatum. Sed qualiter iſtud intelligitur quod clerici non debẽt recipere tales manifeſtos vſurarios ad communionem? Aliqui exponunt ad communionẽ, id eſt, nõ debent eis tradere corpus Chriſti. Alij dicunt quòd non debẽt recipere ad communionẽ, id eſt ad auditionem diuinorũ ſeruitiorũ, ſed eos debent ab eccleſia expellere quando dicũtur diuina officia, ſicut expelluntur excõmunicati. Dicit Panor. quòd iſte intellectus eſt verus, & de iure procedit. Sed quæritur qui dicuntur vſurarij manifeſti? Gloſ. dicit quòd vſurarius manifeſt⁹ dicitur ille qui de illo crimine fuit cõuictus vel confeſſus. & ſic manifeſtum accipitur pro notorio notorietate iuris: quia notorium crimẽ dicitur, quando quis illud crimen fuit confeſſus indifferenter, vel de illo fuit conuictus. Vel dicendũ eſt quòd manifeſtus hic accipitur ꝓ notorio notorietate facti: qa tenet bãcã publicã ad vſurã, & offert ſe cuilibet volẽti recipere pecuniã ſub vſuris. No. ibi, aderit. quòd legiſlator debet ſubditis ſuis tollere libertatẽ delinquendi. quod eſt contra plures qui per ſtatuta ſua diminuunt pœnas à iure introductas pro delicto. vnde talia ſtatuta non debent valere: quia inuitãt homines ad delinquendũ. Nam quantò minores pœnæ pro delicto imponuntur, tantò homines habent maiorẽ libertatẽ delinquẽdi. No. principalem effectũ huius ca. quòd habentes temporalem iuriſdictionem, ſiue ſint clerici, ſiue laici, non debent permittere quòd in terris ſuis alienigenæ locent domos ad exercendum vſuras: imò ſi ſciant tales iam conduxiſſe, debent expellere intra tres menſes. Quid de indigenis? Reſpon. gloſ. quòd cùm iſtud cap. ſit pœnale, non ſe extendit ad indigenas, ſed ſolùm ad alienigenas. Rationem diuerſitatis ponit gloſ. quòd indigenæ expellerentur cum maiori ſcandalo: nam eorum parentes ſcandalizarentur. Item quòd alienigenæ non habent talem affectionem ad illos inter quos ſe collocauerunt: ita quod inhumanius conſueuerunt ab eis extorquere pecunias, quàm indigenæ. Ex hoc tamen non ſequitur quin aliæ pœnæ poſsint exerceri in indigenis, videlicet pœnæ ca. quia in omnibus. eo. tit. in anti. c. cùm tu.& ca. præterea. eod. tit.

a Dulcedo dicitur in recipiente, vorago dicitur in ſoluente. Ioã. And.

Vſurarium manifeſtũ recipiẽs ad cõmunionẽ vel ſepulturã, mortaliter peccat.

Vſurarij manifeſti qui dicantur.

Vſuras nullus permittat in terris ſuis exerceri.

## DE VSVRIS.

### Gregorius decimus in generali Concilio Lugdunenſi.

*Primò innouat & obſeruari præcipit Lateranen. concil. contra vſurarios editum vſque ad ver. & quia. Vbi præcipit omnibus dominis & vniuerſitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris ſuis conducere domos ad exercendum fœnus, vel conductas habere, & quòd aliquis eis ad hoc domos non locet, vſque ad verſic. qui verò. Vbi imponit pœnam clericis contra facientibus vſque ad verſicul. cæterum. Vbi imponit pœnam laicis, & hoc facit vſque in finem. Ioannes Andreas.*

### CAPIT. I.

VSurarum voraginem (quæ animas[a] deuorat, & facultates[b] exhaurit) compeſcere cupientes, conſtitutionem[c] Lateranenſis concilij contra vſurarios editam ſub diuinæ maledictionis[d] interminatione præcipimus inuiolabiliter obſeruari. Et quia quo[e] minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eo[f] magis adimetur[g] fœnus exercendi libertas: hac generali conſtitutione ſancimus, vt nec collegium[h], nec alia vniuerſitas, vel ſingularis perſona cuiuſcunque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, alienigenas[i] & alios non oriundos de terris ipſorũ publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare

a *Animas.* recipientium. & bene deuorat[b] animas ipſorum: quia prohibitæ ſunt vſuræ in nouo & veteri teſtamento, & iure canonico. xiiij.q.iij.& iiij. per totum. ſ.eo. per totum. & fortè hodie iure ciuili ſecundum ea quæ not. ſ. eo. quia in omnibus.

b Lucan⁹. Hinc vſura vorax, auidumq́; in tempore fœnus. Ioã. And.

b *Facultates.* ſoluentium ſupra eo.tit. quanto.

c *Conſtitutionem.* ſupra eo.tit. quia in omnibus. quæ prohibet vſurarios manifeſtos ad communionem altaris admitti: præcipit oblationes eorum non recipi: & in morte illis denegat eccleſiaſticam ſepulturam: & clericos contrafacientes punit. & j. de ſepul. eos. in cle.

d *Maledictionis.* id eſt pœnæ æternæ, quæ pro mortali tantùm debetur. xxiiij.q.iij. Deus quando.

e *Quo.* id eſt quanto.

f *Eo.* id eſt tanto. ſic ſupra de conſtitutione cùm M. in prin.

g *Adimetur.* No. quòd tollenda eſt occaſio delinq. ff. de vſufructu. l. æquiſsimũ. & vtilius eſurienti panis tollitur &c. v.q. v. nõ omnis. ad idẽ ſ. de cohab. cler. & mulie. c.j. ADDITIO. Et ſ. eo. li. de ſtatu mona. c. vnico. in fi. j. reſpõ. Ioã. Mo. alleg. C. de lati. li. tol. l.j. §. ſed nec furandi. Archi. alleg. xiiij. q. iiij. nec hoc prætereundum quoque. Ioan. And.

Occaſio delinquendi tollenda eſt.

h *Collegium.* dictum à colligendo. & de hoc ſ.e. de ele. ca.j. de excel. præla. dilecta. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. l.j. §. quibus.

Gloſ. ſeq. recit. per quæſtionẽ rationis, ſecundò per quæſt. quid ſi ſit ciuis vel incola. tertiò, quis dicatur oriundus. in fi. de differentia quinque verborum remittit.

i *Alienigenas.* hæc ergo conſtitutio nõ extẽditur ad indigenas[c]: & tamen illi ſunt aliàs pœnis vſurariorum puniendi. & potuit eſſe ratio: quia maius ſcandalum eſt in alienigena vſuras exercẽte, quã in indigena: & minus ſcãdalũ in expulſione illius quàm iſtius: & magis cõſueuerunt vereri inter ſuos exer-

c Secundũ Gubel. & Gar. & dicit Franciſ. ſe habuiſſe à compoſitoribus huius cõſtitutionis apud Lugdunũ. Ioan. And.

Universidad de Deusto Biblioteca



exercere fœnus quàm inter extraneos: & ideo fuit magis prouidendum. & dato quòd iſti alienigenæ eſſent ciues vel incolæ, locum habet hæc conſtitutio in eis, ſecundum Guli. idem Fran. & Ioan. Mo. Et hoc fortè voluit repetio verbi, & alios non oriundos. vt dicamus alienigenas etiam ſi ſunt ciues vel incolæ: & alios etiam qui ciues vel incolæ non ſunt.

*Oriundus de ciuitate quis dicatur*

Oriundus autem de ciuitate dicitur is qui ibi vel in vico ciuitatis illius ortus eſt. ff. ad munic. l. qui ex vico. vel etiam ſi pater eius inde originem duxit. C. eo. tit. l. aſſumptio. §. filius. & C. li. x. de munici. & origi. l. j. & l. filios. Quæ autem differentia ſit inter ciuem, municipem, accolam, aduenam, & incolam: no. ff. ad munici. l. j. & C. de incol. l. ciues. lib. x. Archi. alle. ff. de verbo. ſignifi. pupillus. §. incol. & §. aduena. & C. de la. li. tol. l. j. in princ. Ioan. Andr. ADDITIO. Oriundus de ciuitate dicitur qui ibi ortus eſt, vel cuius pater inde originem duxit. Non ſic in auo. aliàs inquirendus eſſet ager Damaſcenus vbi natus eſt Adam: vt not. in præalleg. §. filius. & in præallegata l. filios. & vide ſupra eodem libro de ſepul. is qui. ſuper gloſ. ij. Ioan. Andr.

permittant: ſed huiuſmodi vſurarios manifeſtos [a] omnes intra tres menſes [b] de terris ſuis expellant [c], nunquam aliquos tales decætero admiſſuri: nemo illis ad fœnus [d] exercendum domos locet, vel ſub alio titulo [e] quocunque concedat. Qui verò contrafecerint [f], ſi perſonæ fuerint eccleſiaſticæ, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi [g], ſuſpenſionis: minores verò perſonæ [h] ſingulares, excommunicationis: ſi autem collegium ſeu alia vniuerſitas, interdicti [i] ſententiam ipſo facto ſe nouerint incurſuros. Quam [k] per menſem animo ſuſtinuerint [l] indurato, terræ ipſorum [m] (quandiu [n] in eis ijdem vſurarij commorantur) extunc [o] eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Cæterùm ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab huiuſmodi exceſſu (omni ceſſante [p] priuilegio) per cenſuram [q] eccleſiaſticam compeſcantur.

## Idem.

*Manifeſtis vſurariis, licet mandauerint vſuras reſtitui, eccleſiaſtica ſepultura negabitur, niſi primò ſatisfiat: vel ſecundum formam huius decre. idoneè caueatur. Sepelientes eos contra hanc conſtitutionem, Latera. concil. pœnam incurrunt. Teſtamenta ipſorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis intereſſe, vel eos abſoluere, vel ad confeſſionem admittere. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

Gloſſa ſequens reci. per quæſtio. qui ſint manifeſti.

*Manifeſti qui dicuntur.*

a *Manifeſtos.* manifeſti dicuntur illi de quibus notoriũ eſt de iure: vt quia confeſſi vel condẽnati, vel de facto: vel quia habent operis euidentiam, quæ nulla tergiuerſatione poſſet celari: vt quia tenet altare ſuum paratum. poterit autem epiſcopus eos publicare ſi conuicti fuerint, vel confeſſi coram ipſo: vel ſi contra eos fiat probatio teſtium: vel ſint certa argumenta cum fama. ſ. eodem, cùm tu. & cap. cùm in diœceſi. ADDITIO. Et hoc dicit Archidia. ſufficere quo ad conſtitutionem iſtam per eadem iura. dat ſimile in hęreticis, de hęre. excommunicamus. §. j. & in adulterio, ſupra de adul. maritis. Ioan. And.

b *Tres menſes.* ergo tempus duorum menſium quo à tẽpore publicationis regulariter ligat cõſtitutio. de hoc. ſ. de poſtu. cap. j. interdum augetur, interdũ diminuitur: vt hic, & ſ. eo. lib. de præben. cùm ſingula. de hoc. j. in fi. li. ſuper data.

Gloſſa ſequens dat tria ſimilia, reliquum per quæſtionẽ.

*Doctor monachum audientem leges vel phyſicam, de ſcholis ſuis expellere debet.*

c *Expellant.* ſic doctor monachum audientẽ leges vel phyſicam de ſcholis ſuis expellere debet. ſupra eo. ne cle. vel mona. cap. j. in fi. ſic & lenones debent de ciuitatibus expelli. in authẽ. de lenonib. §. ſancimus igitur. colla. ij. & leproſi, de cõiugio lepro. c. j. & propter ſimplicẽ alicuius denuntiationẽ non debet dominus terræ eũ qui dicitur eſſe talis, expellere: ſed tũc debet inquirere: & ſi verũ eſſe repererit, expellere. ſ. de offi. ordi. cap. j. ff. de offi. præſi. l. præſes. prouideat autẽ in his conſcientiæ ſuæ. ſi. ſupra de hære. cap. vlt. ADDITIO. Dicit Clericus Piſanus quòd permitti poſſet bannum, quòd omnes fœneratores alienigenæ intra certã diem exirent terram ſub certa pœna alleg. de clandeſti. deſpon. cum inhibitio. qui ma. ac. poſſ. qui in tua. Ioan. Andr.

*Quærit & ſoluit.*

d *Ad fœnus.* quid ergo ſi aliquis locauit domum alicui vſurario quem vſurarium ignorabat: vel non locauit ad exercendum fœnus? Dic quòd probabilis ignorantia illum excuſabit. ff. loca. ſi quis ignorans. ſupra de ſen. excom. ſi verò. ij. & ca. in audientia. in dubio tamen præſumuntur ad hoc conducere, ſi conſueuerunt vſuras exercere [a]. ff. de accuſa. l. ſi cui. quia ſemel malus &c. j. de regu. iur. ſemel. & ex quo ſcit, debet eum repellere. ſ. de loca. propter. quia peruersè conuerſatur in ea: vt ibi &c.

*a Sentit gl. ſecundum Phi. ſi ſcienter locet vſurario, non poterit eũ expellere. idẽ ſi meretricibus. vide nota in l. non aliter.*

Gloſſa ſequens exemplificat, prorogat. in quæſt. argu. negatiuè, & ponit opi. Guli.

e *Titulo.* puta pignoris, commodati, depoſiti, precarij, & huiuſmodi: & idem ſi ſine vllo titulo illum ibi ſineret eſſe. xlv. diſt. recedite. ſed ſi vẽdit, donat, vel permutat: non videtur habere locum hæc conſtitutio per verbum, concedat: quod ſolus vſus conceſſionẽ non dominij tranſlationẽ notare videtur [b]. Sed Guli. dixit idẽ ſi manifeſtè apparet quòd ad exercendum fœnus vult accipere: quia præſumitur etiam in fraudem agi. ſupra de pigno. illo. & de emp. & vendi. ad noſtram. nam verbum concedo, eſt generale: & accipitur ſecundũ naturam contractus cui adijcitur argu. ff. loca. l. ſi vno. & hi etiam ſunt tituli. ff. & C. pro emptore. & pro donato. ADDITIO. Hoc quod tenet Guli. placet Archidiaco. qui dicit ꝙ idẽ tenuit Ioã. de Gerſona magiſter ſuus. Ioannes Andr.

*ff. de vſu & habita. tamen expellent vicini inhoneſtas iſtas perſonas. Paul. in l. nullus. C. de ſum. tri. Sal. Bald. milites. C. loca. Font. b Ad idem relatiuum alio, niſi dicas quòd amplias per illud, quocunq. ſa. quod no. t. ſ. e. lib. de reli. do. c. vnico. ſuper verb. cæterorum. Ioan.*

f *Contrafecerint.* ſcilicet talibus locando, vel permittendo habere domos conductas, vel non expellendo intra tres menſes. nec ob verbum, cõtrafecerint: quia & qui non facit, facere videtur. ff. de regulis iuris, qui non facit. ADDITIO. Concor. ſupra eo. li. de hære. vt inquiſitionis. §. vlt. in prin. Ioan. Andr.

g *Epiſcopi.* niſi fuiſſent expreſſi, nõ incurrerent hanc pœnam. j. de ſen. excõmu. quia periculoſum.

h *Minores verò perſonæ.* repete eccleſiaſticæ.

## CAPITVLVM II.

*Excommunicatio non fertur in collegium.*

i *Interdicti.* in vniuerſitatem enim vel collegium nõ fertur excõmunicationis ſententia, ne contingat innoxios irretiri. j. de ſen. excom. Romana. §. vniuerſitatem.

k *Quam.* Intellexit Guli. ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

l *Suſtinuerint.* ſcilicet prælati, ſingulares perſonæ, collegiũ ſeu vniuerſitas.

m *Ipſorum.* ſcilicet prælatorum, clericorum, collegiorum, ſeu vniuerſitatum: & dic, id eſt ipſorum iuriſdictioni ſubiectæ: & ſic punitur alter pro alterius delicto. quod dic vt prima quæſtione quarta in ſum. xxiiij. quæſtio. tertia in ſum. ADDITIO. Quod hic no. Gar. & Ioann. Monac. Ioannes Andreas.

n *Quandiu.* illis ergo recedentibus ceſſabit interdictum. lxxxj. diſt. ſi qui. de hoc ſupra de ma. contra cap. vlt. ſ. de ſpõ. non eſt.

o *Extunc.* extremum tempus menſis deſignat. ff. de condi. & demonſtratio. l. ſi is. §. ſi ita. Ioan. And.

p *Ceſſante.* ſic ſupra de hæret. ad abolendam. in fin. Cod. vbi de cri. agi opor. authen. qua in prouincia. reatus enim omnem honorem excludit. Cod. vbi ſena. vel cla. l. j. de priuileg. capi. j.

*Ratio eſt edenda à capite. Patere legem quam tuleris.*

q *Cenſuram.* ſuprà de verborum ſignifi. quęrenti. ſed quia à capite edenda eſt ratio. ff. de eden. l. argentarius. §. j. & quia pati debet quis legem quam ipſe tulerit. ff. quod quiſque iuris. l. prima. ſupra de conſtitutionib. cùm omnes. hanc conſtitutionem primò debebat in ſua curia facere obſeruari. decet enim eum ſecundum leges viuere. C. de legi. digna vox. ADDITIO. Secundum Guli. qui allegat quod de Chriſto legitur, quòd legẽm quã dederat, carnaliter impleuit. xxv. q. j. ca. ideo. §. ſi ergo. circa medium. ſubdit quòd ſæpe ſubditi conqueruntur quod alligantur eis onera importabilia, quæ imponentes, digito ſuo tangere nolunt. vigeſimaſexta quęſtione ſeptima alligant. Ioan. Andr.

*Diuiſio.*

QVanquam. Tres partes ſecundum Gar. & Ioan. Mona. primò prouidet quando ſint ſepeliendi vſurarij manifeſti. ſecundò ibi, Omnes. punit facientes contrarium. tertio ibi, Nullus. ponit duas prohibitiones, & irritat teſtamenta. ADDITIO. Et dicit Boati. quòd præcedens reſpicit alienigenas: iſta verò omnes. Dic ſecundum Fran. ꝙ decre. præcedens prouidit ne exigantur vſurę: iſta prouidet vt exactę reſtituantur. Et ſubdit ꝙ hæc cõſtitutio vt theſaurus eſt obſeruanda, per quam ad reſtitutionem vſurarũ indirectè vſurarij cõpelluntur. & repete quod dixi. ſ. eo. li. de fo. compe. Ramana. §. contrahentes. in prin. Ioan. And. Pro intellectu iſtius c. eſt præſupponendũ quod habetur in c. præterea. & in c. quia in omnibus. eodẽ titu. in ant. videlicet quod vſurarius manifeſtus non debet tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ. ſecus ſi vſuras reſtituerit, vel reſtitui mãdauerit in teſtamẽto. CASVS. Titius vſurarius manifeſtus veniẽs ad mortẽ, in teſtamẽto ſuo ante mortẽ præcepit hæredibus ſuis vt ipſi reſtituerent vſuras illis



ras illis perſonis à quibus eas acceperat. deinde mortuus eſt. eo mortuo hæredes ſui voluerunt eum tradere ſeu tradi facere eccleſiaſticæ ſepulturæ. dicebant creditores vſurarij à quibus ipſe Titius acceperat vſuras, quòd erat ſibi deneganda eccleſiaſtica ſepultura, donec & quouſque ipſi hæredes reſtituiſſent vſuras quas Titius defunctus acceperat. dubitatur quid iuris ſit. Vnde conſultus papa reſpondet, quod ipſe defunctus non debet ſepeliri neque tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ donec ſui hæredes tradant & reſtituant vſuras illis perſonis à quibus fuerunt extortæ: vel præſtent cautionem cum fideiuſſoribus vel pignoribus: & ſic reddant creditores certos de pecunijs recuperandis & habendis. Sed quibus præſtabitur iſta idonea cautio? Reſpondet quòd illis à quibus fuerunt extortæ vſuræ, ſi ſint præſentes. Sed quid ſi ſint abſentes? Reſpondet quòd tunc præſtabitur iſta cautio epiſcopo vel eius vicario: vel rectori eccleſiæ parochialis qui ſtipulabitur pro abſente de vſuris reſtituendis: ita quòd abſenti acquiretur actio ac ſi ipſe præſens ſtipulatus fuiſſet vſuras ſibi tradi. Sed vellem informari, quam ſummam debebit continere iſta cautio? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione. aut certum eſt quantum à quolibet eſt receptum pro vſuris: & tunc illud debebit continere iſta idonea cautio: puta promitto reſtituere tali decem ſcuta, quæ talis pro quo fideiubeo, accepit pro vſuris: & tali quinque ſcuta: & ſic de ceteris. aut non eſt certum quantum à quolibet fuit receptum pro vſuris: tunc cautio iſta debet continere ſummam ad arbitrium epiſcopi vel vicarij, vel rectoris eccleſiæ parochialis: & debet ſcribi quot annis ipſe exercuit vſuras, & quantum ſingulis annis potuit accipere pro vſuris. Saluo quòd ſi appareat plus vel minus receptum fuiſſe pro vſuris, illud plus vel minus reſtituetur. Poſtea ſtatuit quòd nullus vſurarius poſſit teſtari: nec aliquis interſit eorum teſtamentis, niſi facta fuerit ſatisfactio vſurarum: vt dictum eſt. {Seruo publico.} id eſt notario. {Arbitrio.} ſi male arbitrentur dictæ perſonæ, tunc tenentur de malo arbitrio: & male arbitrantes de ſuo reſtituere tenentur. {Subiacere.} non intelligitur quòd ſi religioſi admittant vſurarium ad eccleſiaſticam ſepulturam, quod ipſi ſunt priuati communione altaris: ſed ipſi incurrunt pœnas ſuſpenſionis & excommunicationis editas per c. quia in omnibus. eo. titu. in anti. vt iſtud ca. addat ad illud ca. quia in omnibus. videlicet quòd ſi vſurarius ordinauerit vſuras reſtitui, non debet ſepeliri niſi prius præſtita cautione cum fideiuſſoribus vel pignoribus. {Nullus interſit.} in teſtamento vſurariorum. Nota primò quòd hæc decre. non habet locum niſi in manifeſtis vſurarijs. Nota ſecũdò quòd indiſtincta dicitur diſpoſitio quæ fit in genere, nõ expreſſa certa ſpecie. ad hoc de reg. iur. c. j. eo. lib. Domi.

*† Supple cũ effectu: ideo ſit cautus, dicunt Io. An. Do. aduocatus ne in iſto caſu ſimpliciter formet articulum, quòd mutuauit ad vſuras quia in mutuantibus tantum, niſi probatur recepiſſe, text. nõ loquitur. ſicut no. in ſimili. ſ. tit. proxi. ca. j. & promiſſio de dando nõ concludit dationẽ. 1. q. 1. ras. Font.*

QVanquã vſurarij manifeſti [a] de vſuris quas receperat †, ſatisfieri [b] expreſſa quantitate vel indiſtinctè [c] in vltima voluntate mandauerint [d]: nihilominus tamẽ eis eccleſiaſtica ſepultura denegetur, [e] donec de vſuris ipſis fuerit (prout patiũtur facultates eorum [f]) plenariè ſatisfactum: vel illis quibus [g] facienda eſt reſtitutio, ſi præſto [h] ſint ipſi, aut alijs qui eis poſſint acquirere [i], vel eis

Gloſſa ſeq. de quæſtione remittit, & ſoluit.

*Manifeſt' vſurarius. a Idem ſi corã notario. Ph. F. ö. b Quia aliud ſi clã deſtin. Phi. Font.*

a *Manifeſti.* qui dicantur vſurarij manifeſti: dixi ſuprà cap. proxi. Tamen quo ad caſum noſtrum ſatis poſſet etiam dici manifeſtus, ſi coram ſacerdote [a] & teſtibus publicè fateatur [b] ſe vſurarium, & vſuras reſtitui mandat: fortè libros rationum tradens ſecundum Guli. ad quos edendos cum de vſuris agitur, hodie cogi poteſt per cle. ex graui. eo. tit. §. cæterum. vide quod dicam j. ſuper glo. antepẽ. Io. And. ADDITIO. Vſurarius poteſt dici manifeſtus, ſi fatetur ſe vſurarium publicè coram teſtibus & ſacerdote qui eſt iudex illius quo ad reſpiciẽdum forum animæ. de pœ. diſt. j. quem pœnitet. vltra mediũ. verſi. quare qui. & diſt. vj. c. j. vltra medium. verſi. caueant. xj. q. iij. abſit.

b *Satisfieri.* debet autem ſatisfieri ei à quo pecunia eſt extorta, vel eius hæredi. illis non extantibus, vel non petentibus, vel non curantibus: pauperibus erogabitur ſ. eod. cum tu. & c. Michaël. dicit tamen Guli. quòd hoc caſu debet publicè proponi edictum in locis à quorum incolis ſunt extortæ, quòd omnes à quibus extortæ ſunt, veniant. & ſi aliqui appareant quibus fides eſt adhibenda, potius reſtituetur illis, quam pauperibus erogetur. ad hoc facit de homi. ſicut dignum. §. eos.

c *Indiſtinctè.* id eſt non expreſſa aliqua quantitate: quia mãdauit in genere reſtitui quæcunque extorſerat per vſurariã prauitatem.

Gloſſa ſequens primò ponit quid dedit cauſſam conſtitutioni: ſecundò de vſurario non mandante notat duo.

d *Mandauerint.* dicebat Lateranen. concili. ſuprà eod. cap. iij. quòd vſurarij ſi in hoc peccato decedebant, non admittebantur ad eccleſiaſticam ſepulturam: ex quo autem mandauerant de reſtituendo, non decedebant in illo peccato: & ſic non habebat locum pœna conſtitutionis. huic ergo eluſioni [c] prouidit hic Grego. Et ſcire debes quòd dato quòd vſurarius de reſtituendo non mandet: hæres nihilominus reſtituere tenetur. ſuprà eod. tua nos. vbi de hoc: etiam ſi ad hæredem de vſuris nihil peruenerit: tenetur tamen inquantum ſe extẽdunt vires hęreditatis, quod dic vt xij. quæſtio. ij. epiſcopus qui filios. ſ. de ſepul. c. vlt. ſi autem vſurarius reſtitui non mandet, licet hæres paratus ſit reſtituere: denegabitur illi ſepultura, cũ in peccato deceſſerit: niſi alias de mortui cõtritione appareret. xxvj. q. vj. qui recedunt. ſupra de ſententia excommunicationis, à nobis. ij. ADDITIO. Hæres vſurarij tenetur ſecundum vires hæreditatis, & non vltra: ſi fecit inuentarium. C. de iure delibe. ſcimus. & in auth. en. de hære. & fal. §. hinc nobis. ſecundum Guhel.

*c Dicebat hic Guiel. quòd iſti fœneratores de Tuſcia dicebant quòd ſolum vltimus de genere damnabitur, ex quo omnes prædeceſſores mandauerãt vſuras reſtitui. Io. An.*

Gloſſa ſeq. notat, inducens duo iura. ſecũdò dupliciter obijcit & ſoluit.

*Mandans ſoluere, an videatur ſoluere.*

e *Denegetur.* eſt ergo hic opus facto, ſcilicet reſtitutione vſurarum vel cautione. nec ſatis eſt hic bene velle. lxxxvj. diſtinct. non ſatis. quia & verba ſunt cum effectu intelligenda. ſupra de cler. non reſi. relatũ. Sed nónne qui mandat, ſoluere videtur. ff. de ſolu. l. qui mandat. ergo mandatum hoc ſufficere deberet? ſed illud locum habet facta ſolutione per mãdatarium, qui enim per alium facit, per ſe facere videtur. infra de reg. iur. qui per alium. ſed videtur quòd ex quo iſte {de quo loquitur text. qui ſcilicet mandauit vſuras reſtitui} peccatum confeſſus eſt, & ſic diuino iudicio iam relictus, ſepultura priuandus non ſit. 50. diſtinctio. ponderet. ibi, peccator in quacunque die &c. ſed imponitur hæc pœna [d] non quòd de ſalute ipſius deſperetur propter hoc: quia ſepultura nec prodeſt nec nocet quo ad Deum. ſ. de ſepul. ſacris. & eſt ſi. ſ. de rap. ſuper eo.

*d Secundũ Guli. hoc tamen intellige de eo qui neſciebat ſe ad plus teneri: vel non potuit plus facere quàm mandare. Ioan. And.*

Gloſſa ſeq. declarat textum. ſecundò quærit, opin. ponit, & ſoluit.

f *Facultates eorũ.* paupertas igitur excuſat. quod verum eſt, ſi ſit nota. ſupra eod. cum tu. vnde ſi nihil poteſt reſtituere, nihil reſtituat. ſi partem, illam reſtituat. {Et totam, non habita ratione ne egeat: vt nota. eodem titu. cum tu, in gloſſa antepen. & ibi dixi qui concordant illi gloſſæ quod hic Archidia.} vnde prius deducentur vſuræ tanquam æs alienum, quàm ſoluantur legata, & alia quæ relicta ſunt titulo lucratiuo. intelligitur enim hæreditas ære alieno deducto. C. de lega. l. ſi vniuerſæ. Quæri ſolet an hæres vſurarij quando hęreditas non ſufficit, ſatisfacere debeat primò venientibus? dixit Guliel. [e] quòd non: immo fiet eis & alijs ſatiſfactio pro rata vnumquemque contingente. argum. ſupra de teſta. relatum. ij. in fi. ff. de pact. l. ſi plures. ſatis videretur hoc caſu haberi debere conſiderationem temporis: vt ille qui prius ſoluit vſuras, recipiat quod ſuum eſt integraliter: & ſic de ſingulis ſecũdum regulam. j. de reg. iur. qui prior. cùm iſtorum par ſit cauſa: vt ibi dixi. & in hypotheca hoc conſideramus. C. qui po. in pig. ha. l. ſi fundus. ſed videntur eſſe bona vſurarij hypothecata. ſ. eod. cum tu. Et not. ſ. eod. tua. in prima glo. Ioann. Andreæ.

*e Idem Clericus piſanus & Archid.*

g *Vel illis quibus.* tolle hic literam quæ eſt infra bene per duodecim lineas: ibi, idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum illis, quibus & cetera vſque ibi, de ipſa parochia. poſtea accipe quod eſt infra, aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato. deinde redeas ſupra quibus quidem & cetera.

h *Si præſto.* id eſt præſentes.

Gloſ. ſeq. primò exemplificat. ſecundò quærit. arg. pro & contra. & ſol. diſtinguendo.

*Procurator vtrum acquirat obligationem perſonalem domino ſuo.*

i *Poſſint acquirere.* vt ſerui proprij, filij in poteſtate patris, ſerui in quibus habemus vſumfructum, ſerui alieni bona fide poſſeſſi, & liberi homines quos bona fide poſſidemus vt ſeruos. inſtitut. per quas perſonas nobis acquiritur, per totum. ff. de acquirend. rerum do. l. acquiritur. Sed nunquid procurator domino abſente hanc perſonalem obligationem acquiret? Et videtur quòd ſic: quia procurator quod ex re domini acquirit, domino acquirit. ff. de procurat. l. procurator. In contrarium videtur. Si enim procurator pro pecunia domini quam mutuat, fideiuſſores recipit, domino non acquiret perſonalem contra fideiuſſorem: niſi dominus ſit priuilegiata perſona. ff. ſi cert. petatur. l. pecunia. Item ſi procurator ſtipulatur de euictione, non acquirit. ff. de acquirenda poſſeſſ. l. poſſeſ-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



ſio quoque.§.& ſi poſſeſsio.Dixit Gar.[a] ſic diſtinguendum. aut procurator ſtipulatur in iudicijs, aut in contractibus. Si in iudicijs,ſemper acquirit domino abſenti vtilem.ff.de procu.l.ſi procurator.Si in contractibus : aut præſente domino, aut abſente.Si præſente,acquirit vtilem.ff. de verbo. obliga. procuratori præſenti. Si abſenti , aut ex re domini:vt quia ſtipulatur penſionem dom' domini, & tūc acquirit domino vtilem. ff. de procur. l. quod procurator. Si autem extra rem domini , aut dominus eſt perſona priuilegiata:vt miles,pupillus,vel adult' : & tūc acquirit vtilem. ff. ſi cer.pe.l.ſi pecuniam. Aut nō eſt dominus perſona priuilegiata: & tunc domino nil acquirit , ſed tenetur per actionem mandati cedere actionē. ff.de acq.poſ.l.poſſeſ ſio quoque. §.& ſi poſſeſsio. Et dicitur procurator tunc ex re domini ſtipulari, quando acceſſoria prouenientia ex re domini ſtipulatur : vt penſionem domus,fructus, & ſimilia. Extra rem, quādo ſtipulatur ipſam rem , vel aliquid extraneum non proueniens ex re. in hoc ergo caſu ſecundum eum cùm ſtipuletur rem ipſam principalem domino debitam,ſcilicet vſuras : quæ licet ſint acceſſoriæ quo ad recipientem,quo ad ſoluentem & poſtea repetentem ſunt ipſa res principalis,quę ſunt ipſa res debita repetenti: procurator non acquiret domino : per d.l. poſſeſsio quoque. §. fin. ff. de acquirenda poſſeſs. ADDITIO. In fructibus de quibus loquitur hæc glo. quin procurator poſsit illos ſtipulari domino,non dubitatur. Sed de penſione quæ non germinat,ſed ex contractu debetur: communiter legiſtæ contra:niſi in ſubſidium.alleg. ff.de inſtito. l.j.& de exer.l.j.§.ſed ex contrario.& idem Fran.Acc.in l.Iulianus alias inter eum. §. ſi procurator. ff.de act. emp. ſimile quod ſcripſi de deci.paſtoralis.ſuper.j.glo. Ioan.Andr.

*a Et poſt eū Io. Mo. Gul.remittit ad no. in prædic. l.quod procurator.ff. de procurat. & in Spe. de procurat. §.vt autem ver. & not. q; large. Ioā. And.*

Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia : ſcilicet de quo loco , & quo ordinario.

a *Loci ordinario.* intelligas de loco in quo degit vſurarius. Et per ordinarium intelligas epiſcopum de iure : licet idem in decano, archipresbytero, vel abbate : quia alias de conſuetudine iuriſdictionem haberet in ſpiritalibus,ſecundum Guli.& vide quod ſcripſi de teſta.c.Ioannes. ſuper ver. diœceſanum. Et non eſt mirum ſi per ordinarium vel eius vicarium actio acquiratur, cùm etiam ſi ipſe det aliquem qui recipiat cautionem,vtilis actio acquiratur per illū. ff. rem pup. ſal.ſo.l.iij.

*Ordinari' quis dicatur.*

Gloſſa ſequens alleg. concordan.reddit rationem,& prorogat.

b *Parochiæ.* ſic ſuprà de conuer.coniug.dudum. Eſt enim illa publica perſona.j.diſtinct.ius publicum.& quod dicit de rectore parochiæ in qua teſtator habitat:intelligas idē multò fortius de rectore parochiæ illius cui facienda eſt reſtitutio. ei enim acquirit , cùm quaſi iudex & miniſter ſuus ſit, ſecundum Gar. Io. Mo. & Archid. ff. de in ius vocan.l.cum pro quo.

*Rector parochialis dicitur publica perſona.*

c *Parochia.* Quia magis creditur indigenis notis , quàm extraneis ignotis.in authen.colla.vj.de teſti.§. ſi verò ignoti.ſupra de elect.poſtquam.& erunt ſaltem duo. j.de reg.iur. pluralis.vt per eos ſi opus fuerit,cautio probari poſsit. ADDITIO. Dicit Archid.quòd ſint de parochia, non putat de ſubſtantia, ſed de bene eſſe . vnde ſufficiet quòd ſint idonei. alleg.ad hoc.iiij.q.iij.c.ſi teſtes.§.ad fidem. iij.quæſt.ix.cap. teſtes.§.ſi debitū.& quod no.iij.queſt.v.canonica.in j. gloſſ. Ioan. And.

d *Quibus quidem.* Interpoſitio eſt quæ circa tabellionem non ponitur:quia de illo non dubitabatur.

e *Illis.* A quibus ſcilicet vſuræ fuerunt extortæ,vel eorum hæredibus vel ſucceſſoribus.

f *Perinde.* id eſt ex tali ſtipulatione: aliàs perinde , id eſt ac ſi ipſi idem ſtipularentur.

g *Seruo publico.* id eſt tabellioni, ſic dicto,quia publicū exercet officium,non quòd ſit ſeruus. C.de Tab.l.generali.lib.x. ADDITIO.Concor.ff.de adop.nō aliter. & ff. de mag.con.

*Tabellio dicitur ſeruus publicus.*

abſentibus loci ordinario [a] aut eius vices gerenti, ſiue rectori parochiæ [b] in qua teſtator habitat , coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia [c]: (quibus quidem [d] ordinario vicario & rectori prædicto modo cautionem huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis auctoritate recipere : ita quòd illis [e] perinde [f] actio acquiratur ) aut ſeruo publico [g] de ipſius ordinarij mandato [h] B idoneè [i] de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterùm ſi receptarum vſurarum ſit quátitas manifeſta, illam [k] ſemper in cautione prædicta exprimi volumus : alioquin [l] aliam recipientis cautionem huiuſmodi arbitrio moderandam , ipſe tamen ſcienter non minorem , quàm veriſimiliter creditur , moderetur: & ſi ſecus fecerit , ad ſatisfactionem reſidui teneatur. [m] Omnes autem religioſos & alios qui manifeſtos vſurarios contra præſentis ſanctionis formam ad eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturam , pœnæ [n] Lateranenſis concilij contra vſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere.[o] Nullus manifeſtorū vſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſsionem

A l.j.§.penul.cum concor. Ioann. Andr.

h *Mandato.* Ergo tabellio hoc caſu non acquirit actionem extraneo ex ſua ſtipulatione,niſi eā faciat de ordinarij mandato.& idē videtur dicere antiqua lex.ff. rem pup.ſal. ſo.l.ij. ibi,profecto dicemus ſeruum publicum apud prætorem ſtipulari debere.

Gloſ. ſequens primò ſoluit duo dubia , quæ cautio ſit idonea , & quid ſi idoneam dare nō poteſt . ſecundò ſoluit. tertio ſoluit alia duo dubia.

i *Idoneè.* Nomine idonee , pignora vel fideiuſſores intelligε.ff.manda. ſi mandato Titij. §. ſi. aliàs verbū cautionis,nudā promiſsionē deſignat. C.de verb.ſigni.ſancimus. ſi autē pignora vel fideiuſſores dare non poteſt, iuret ſe pignora vel fideiuſſores dare non poſſe , & ſe facturum quod cauet. C.de epiſc. & cler.in authen. generaliter. ſ.de dona.inter virum & vxo.per veſtras. inſti. de ſatiſda. §. ſed hodie. j.de ſent.excomm.c. vlt. §.illis etiam. hoc maximè quando ſic eſt veriſimile,cum ſcilicet aliam dare non poſſe. Sed cùm ſoluentes vſuras habeant actionem ad repetendū: quare ſic ſolicitus fuit hic papa prouidere illis per cautionis remedium? Sol.ideo,vt haberent plura auxilia. ff. de lib. leg. l.iij. Item quia magis ſunt ſecuri per fideiuſſores vel pignora.ff.qui ſatiſd.cogan. l.j. & ſit hoc non tantum in fauorem illorum quantum in odium vſurariorū. Et ſcire debes, q; ſi recepta huiuſmodi cautione nomine eorum quorum intereſt,vſurarius manifeſtus vſuras repetit,non audietur.ſ. eod.quia fruſtra. Et poſſet in animarum fauorem epiſcopus iſtas vſuras recipere, & ſoluere illis a quibus iſte petitor extorſerat. {Alleg.Ioann.Monac.ff. de nego. geſt. ſi liber homo.in ſi.de pigno.acti.l.ſolutum.§.ſolutam.} Et idem ſecundum Guli. & Gar.[b] ſi non eſſet manifeſtus , & hoc probare poſſet, petitorem ſcilicet vſurarium . ſi autem iſte vſurarius qui ſic ſatiſdedit, conualuit:tenebitur ex ſatiſdatione ſecundum eos:quia etſi non ſatiſdediſſet, tenebatur. ſ.eo.cum tu. & ſi petitor eſſet notorius vſurarius, etiam ſi hæres non exciperet,dixerunt prædicti doctores quòd ex officio ſuo iudex eum repellet.ſ.de excep. exceptionē. ff.de poſtu.l.quos prohibet . ſecus ſi notorius vel manifeſtus non eſſet.

*Cautionis nomine quid contineatur.*

*b Idē Bernar.eod.ti. quia fruſtra . ad finem.2.glo. Ioan. And.*

k *Illam.* ſcilicet quantitatem manifeſtam.

Gloſ.ſeq.exponit,quærit,& ſoluit.

l *Alioquin.* id eſt ſi quantitas manifeſta non apparet,& repete.exprimi volumus aliā. Sed quomodo fiet expreſsio & moderatio de qua loquitur iſte ver? Reſpondeo, conſiderabit iudex quanto tempore ille vſuras exercuit, & quantum nūc habet in bonis,& quantum habebat tempore quo fœnerare incepit.& ſuper hoc conſiderabitur fama viciniæ, & an alias mercationes exercuerit,& an in eis fortuna ei proſpere ceſſerit,& an fuerit improbus exactor, an curialis fœnerator. hæ & ſimiles circunſtantiæ ſunt circa hoc conſiderandæ : & ſe- D cundum eas magis vel minus arbitrandum. C. de bonis quæ liber,cùm oportet.§.j.xxij.q.v.hoc videtur.

m *Teneatur.* Propter ſui malitiam parti læſæ reſarcire tenetur.C.ſi tu.vel cu.inter.l.etiā. & facit litem ſuam.ſ.eo.lib. de re iudic.cum æterni. inſtit.de obli. quæ ex quaſi delic. in princ. Et ſi nullam quantitatem moderatur , tunc tenetur in totum : nam & reſidui commemoratio totum admittit. C.de hæred.inſti.l.ij.ff.de verb.ſig.l.cæterorum. caute ergo faciet ſi in cautione certam veriſimilem exprimit quantitatem : & adijcit quòd etiam vltra illud ſatisfiet , inquantum conſtabit eum vſurarum ratione teneri. ADDITIO. Idem conſuluit Guli.Cleri. & Archid.

n *Pœna.* ſupple ſtatutæ in Lateranenſi concilio, edito ſupple contra vſurarios . hoc dico , quia hic non habet locum pœna contra vſurarios ſtatuta,ſed habet locum pœna ſtatuta in recipientes eos ad oblationes & eccleſiaſticam ſepulturam.

o *Subiacere.* hodie ſunt excommunicati ipſo facto,non obſtantibus exceptionibus vel priuilegijs,per cle.de ſepul.eos qui.

*Abſoluat.*



a *Abſoluat.* etiam ab aliis peccatis. xxiiij.quæſt. ij. legatur. quod patet:quia nec ad confeſsionem debent admitti: vt ſuprà dixi:nec dimittitur peccatum &c. infra de reg. iur. peccatum . caueant ergo religioſi qui interdum de præda plus quàm de anima ſoliciti ſunt.

Gloſſ.ſeq. exponit literā. ſecundò quærit.arg. pro. & ſoluit contrariū. tertiò ſoluit obiectionē.quartò quærit. ponit opi. ſed aliter ſoluit.

b *Aliter facta.* ſcilicet nō facta ſatisfactione , nec præſtita idonea cautione. Quid dices de codicillis? Videtur quòd valeāt : diuerſa enim ſunt.C.de codicil.l.ſi idem . & hæc conſtitutio eſt pœnalis:ergo eſt reſtringenda. ſupra eo.lib. de elec. ſtatutum . & prohibitis maioribus minora petere nō prohibetur. ff. de ſeruis expor. l. cui. qui filij ſint legi. per venerabilem. circa princ. Dic contra ſecundum Guli. & Gar.Ioann. Mo. & Archi. Et hoc patet ex principio, vbi dixit in vltima voluntate . & Arch. ſupra de teſta. cum eſſes , quia large codicilli ſunt teſtamentum:quia mentis teſtatio.xiij.q.ij.c.placuit. §. ſed aliud. inſti.de teſta.in princ.ff.de iure codicil. l.conficiuntur.&.l. ab inteſtato.alias facile eſſet conſtitutionē hanc in hoc eludere.& dic idem [a] de qualibet vltima volūtate : & quia iſtud crimen eccleſiaſticum eſt,potuit papa irritare teſtaméta laicorum [b] per quæ in alios transferebantur bona, & fiebat durior conditio exactorum: erit ergo quod euincere valebunt & habere.ſ.vt lit.pen.eccleſia.j.in ſi.habet enim ratione huius criminis iuriſdictionem in talibus, ſupra de iudic.nouit. ſupra qui filij ſint legi.per venerabilem ſupra eod.lib.de foro compe.cap.vlti.Quid ſi primò teſtamentum fecit , poſtea cauit? Dixit hic Gar.& etiam Io.Mo.quòd non firmatur per hoc teſtamentum:quia ab initio non valuit: vt infra de reg. iur.non firmatur.cum ſuis concord.[c] Satis videtur ſufficere ſi ante mortem cauit : cùm teſtamentum morte firmetur. ſupra de celebr.miſſ.cum Marthæ. Nec ob. regula, non firmatur. quæ de ſolo tractu temporis loquitur. ADDITIO. Communiter legiſtæ non reciperent hoc dictum per leges. ff.de teſta.ſuperius allega.& hoc eſt in teſtamentis: in codicillis bene.ff.de leg.iij.l.j. §.j. & vide quod ibi no.& ff.de bo. poſ.ſecundum tabul.l.j.§. exigit. Ioan.And.

*a Placet Io.An.Vbi. & alijs. Font.*

*b Secundū Guliel. & Gar.& idē Io. Mo.*

*c Specialiter allega. Gar. et Io. Mon.ff. de teſta.l.4.et l. eius qui apud hoſtes. & l. ſi filiusfamilias. Ioan. And. vide quæ no.cle. l. de ſepul. Font.*

admittat,ſiue ipſos abſoluat:[a] niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum viribus facultatū præſtent vt præmittitur idoneā cautionē.

Teſtamenta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter facta [b] non valeant,ſed ſint irrita ipſo iure.

## DE EXCESSIBVS PRAElatorum & ſubditorum.*

** in exempl. noſtro ſcrip. legitur, & aliorū priuilegiatorū.*

### Bonifacius octauus.

*Mendicantes non poſſunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua abenare vel mutare abſque ſpeciali licentia papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio. h.d. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM VNICVM.

CVm ex eo quòd prædicatores, minores, & religioſi alij mendicantes, [c] in ciuitatibus , caſtris, villis,aut alijs locis ad habitādum [d] domos vel loca de nouo ſuſcipiunt, ſeu olim ſuſcepta dimittunt, ſe ibidem ad B alia transferentes , diuerſa ſcādala [e] quandoq; proueniant, & frequentes clamores ad ſedem apoſtolicam perferātur:

## DE EXCESSIBVS PRAELATORVM & ſubditorum.

Dictum fuit ſuprà per diſcurſum titulorum præcedentiū de varijs delictis ſubditorum:ſed ne prælati ſuperbirent, ponit nunc generalem rubricam de delictis tam prælatorum quàm ſubditorum.

*Diuiſio.*

CVm ex.} Tria facit. Primò ponit prooemium. Secundò prohibitionem cum decreto:ibi. Nos ſuper hoc. Tertiò prohibitionis determinationem:ibi, Per hoc. Determinat autem hæc decretalis not.ſupra eod.nimis. ij.in verſic.ad hoc. D CASVS. Significatum fuit domino papæ quòd fratres prædicatores vel minores,vel alij mendicantes plura loca de nouo acquirebāt , recipiendo illa titulo donationis à dominis locorum : & in illis locis nouos conuentus ædificabant, mittendo religioſos aliorum conuentuum ad illum locum. vnde inſurgebant magna ſcandala. Epropter ſupplicatum fuit domino papæ vt de remedio dignaretur prouidere opportuno. Qui papa volens obuiare futuris ſcandalis , ordinauit quòd mendicantes non acquirerēt noua loca,nec mutarent : ſed eſſent contenti ſuis locis acquiſitis & ædificatis ante iſtam conſtitutionem : niſi obtenta licentia à papa , & quòd in licentia papæ ponatur iſta clauſula : non obſtante conſtitutione, cùm ex eo.de exceſſ. præla. & ſubdi. ita quòd apponat clauſulam derogatoriam ad iſtam conſtitutionem. Et hoc locum habet quando iſti mendicantes vellent locum acquirere in locis populoſis,puta in ciuitatibus. ſi autem in eremo vellent ducere vitam eremiticam, tunc iſta conſtitutio non extenditur ad illa loca:& ſic mendicantes ſine licentia ſpeciali ipſius Romani pontificis poſſunt de nouo acquirere loca in eremo ad habitandum , & ibi ædificare orato- A rium. {Scandala.} inter ipſos & rectores eccleſiarum parochialium : nam iſti mendicantes habent mille modos ad attrahendum ad ſe populum : ideo dum erant prope eccleſiam parochialem , inſligebant damna eccleſiæ parochiali quantum ad commodum burſale ; & propter iſta damna inſurgebāt magna ſcādala inter rectores eccleſiarum parochialium , & ipſos mendicantes : ideo ſupplicatum fuit domino papæ , vt de remedio dignaretur prouidere opportuno : qui Romanus pontifex prouidit vt ſequitur. {Loco} populoſo . alias obſtaret verſiculus ſequens . {Mutare.} Sed vtrum poſsint mutare loca acquiſita cum licentia papæ: quia mendicantes diu obtinuerunt à ſede apoſtolica vt poſſent in hac ciuitate ædificare conuentum , cùm ibi nullus eſſet conuentus fratrum mendicantium : tunc volunt mutare ad alium locum forte extra ciuitatem : vtrum reſpectu mutationis requiratur noua licentia papæ ? textus iſte dicit quòd non : ſed de hoc dicam ſtatim. {In eremo} & in locis non populoſis. Nota principaliter quòd mendicantes licet eorum religio ſit approbata, tamen non poſſunt nouum conuentum ædificare ſine ſpeciali licentia papæ , nec noua loca acquirere : & hoc propter ſcandala quæ ex huiuſmodi noua acquiſitione oriebantur inter ipſos & rectores eccleſiarum parochialium quibus appropinquabant . Nota vlterius quòd mendicantes non poſſunt antiqua loca ſibi à ſede apoſtolica conceſſa mutare transferendo de vno loco ad alium , abſque ſpeciali licentia papæ . nō eſt dubium de locis acquiſitis C ante iſtam . Sed quid de locis acquiſitis poſt iſtam conſtitutionem ? Hæc conſtitutio fuit diſputata Bonon. nam Bonon. habent de more , quando inſurgit aliquod dubium ſuper aliqua re , quòd tenentur illud dubium diſputare publicè . nam fratres minores de obſeruantia inceperunt ædificare ad latus cuiuſdam montis,qui dicitur mons beatæ Mariæ,iuxta Bononiam: & inceperunt ædificare in parte montis vbi vigebat ventus Auſtralis : & ideo voluerunt tranſire ad aliam partem montis . dubitatum fuit an poſſent. Dicit Dominicus de ſancto Geminiano quòd ille qui diſputauit illam quæſtionem , tenuit quòd ipſi minores de obſeruantia non poterant tranſire ad illam partem montis ſine ſpeciali licentia papæ . ſed tamen iſte textus facit contra : quia dicit hactenus,id eſt vſque ad hanc conſtitutionem : & cum iſta conſtitutio ſit pœnalis , debet intelligi in ſuis proprijs terminis ; ideo putat Dominicus de ſancto Geminiano , quòd abſque licentia Romani pontificis ipſi minores poſſunt mutare locum de vna parte montis ad aliam partem. {Eremiticam.} & ſic mendicantes poſſunt eligere vitam eremiticam, de conſenſu tamen ſuorum prælatorum ; nec requiritur : conſenſus conuentus : & in eremo poſſunt acquirere nouum locum : nec requiritur licentia papæ ; quia in eremo non eſt multitudo populi , ideo ceſſat ſcandalum in litera . Nota etiam quòd ille qui eſt prohibitus nouum locum acquirere , non videtur prohibitus antiquum cum nouo permutare . Textus tamen poſſet induci in contrarium , cùm hic iſta æquali prohibitioni ſubiaceant . Nota finaliter hic tres titulos , qui concludunt alienationem rei vide de rebus eccleſiæ non alienan.nulli. Do.

*Loca antiqua nō poſſunt mendicātes mutare propria auctoritate.*

c *Mendicantes.* hi dicuntur mendicantes,quibus victum tribuit incerta mēdicitas:& qui reditus aut poſſeſsiones ex regula vel conſtitutionibus habere non poſſunt. ſ. eod. lib.de reli.do.ca.vnico. & quo ad caſum decre. noſtræ in omnibus mendicantibus idem ius.concor.ſ.eod.lib.de regula,conſtitutionem.qui enim ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiūt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam.ſ.de ſtatu mo.recolētes.

*Mendicātes qui dicantur.*

Gloſſa ſeq.notat,quærit, & remittit.

d *Ad habitandum.* No. quia de locis acquiſitis ad habitandum tantùm ſit hic prohibitio: ergo alias quàm ad habitandū bene poſſunt loca acquirere.Sed quomodo , ex quo ſunt mendicantes? Dic vt dixi.ſ.eod.lib.de relig.do.cap. vnico.in glo.veterem.

e *Scandala.* bene ergo fecit hic prouidendo : quia ſui officij eſt ſcandala remouere. ſ.eod lib.de offic.leg.ca.j.

Nos ſuper hoc prouidere volentes, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps [a] aliquis vel aliqui de prædictis quibuſcunque ſuper hoc priuilegijs muniti exiſtant (quæ ipſis contra tenorem conſtitutionis præſentis nullatenus volumus ſuffragari [b]) † in aliqua ciuitate, caſtro, villa, ſeu loco quocunque ad habitandum, domos, vel loca quæcunque de nouo recipere, ſeu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis aut cuiuſuis alienationis [c] titulo quocunque in alios transferre præſumant abſque ſedis apoſtolicæ licentia † ſpeciali, plenam & expreſſam faciente de prohibitione huiuſmodi mentionem: [d] ſi ſecus egerint, irritum decernentes. [e] Per hoc tamen eis qui vitam duxerint eremiticam ſeu ſolitariam eligendam [f] de maiorum ſuorum licentia, [g] quin cellas, manſiones ſeu habitacula in eremo, ſiue locis vbi non ſit hominum habitatio de propinquo, [h] poſſint acquirere ac mutare, non intelligimus interdictum.

## DE PRIVILEGIIS.

Innocentius quartus in cōcilio generali Lugdunen.

*Exempti vel priuilegiati vt nō teneantur niſi ſub certo iudice reſpōdere ratione delicti, cōtractus aut rei, ſi hæc ſint inita vel ſita in loco non exempto, conueniuntur coram ordinario: ſed ratione domicilij non.*

a *Deinceps.* futura igitur comprehendit hæc conſtitutio. olim enim hic prohibitum licebat: vt ſuprà eo. nimis.ij.ver. ad hoc.

b *Suffragari.* ergo papa priuilegium ſuum reuocare, moderari, & in totū tollere poteſt: licet deceat eius priuilegiū eſſe manſurum. j.de reg. iu.decet. vbi de hoc.

*Alienatio quid contineat.*

c *Alienationis.* intelligo etiam per quam non trāsferatur dominium: cùm ſic largè loquatur, dicēdo cuiuſlibet, ad idem.ſ. de reb. eccle. non alie.nulli. & C.de reb. alie. non alie.l.ſancimus. licet interdum ſumatur ſolū pro eo cōtractu quo transfertur dominium. C. de fun. do.l.j. Ioann. Andreæ.

*† Dominicus no. hic quòd non valet priuilegiū cōtra ius cōmune, niſi adſit derogatoria. Feli.ſ. de reſcrip.nōnulli. col. 12. Font.*

*† Per iſtud excluditur hic legatus de latere. Phi.Font.*

d *Mentionem.* Ergo neceſſe eſt de iure cōmuni in reſcripto fieri mentionem, de quo dic vt.ſ.eod.lib. de conſtit.c.j. in glo. quę incipit, eſt cōtra. ADDITIO. Ibi etiā de hoc no. Archid. ponēs ad literā quod dicit in Spec. de inſtru. edi. §. nūc autē. verſic. & ſcias. vbi de priuileg. loquitur, & de reſcript. vide de reſcript. præſenti. §. ratione cauſæ. verſic. item quòd eſt contra ius. Ioannes Andreæ.

e *Decernentes.* Hodie tranſgreſſores ſunt ipſo facto excommunicati per cle.de pœnis, cupientes. j.reſponſo.

f *Eligendam.* Iſti ſunt digni conuenienti honore xvj. quæſt. j.qui verè & purè. & an tales ſubſint epiſcopo, ibi not. & poſſunt eremitæ aliàs nō religioſi habere proprium. xix.quæſt. iij. §.econtra Paulus.

*Religioſus mendicans, de licentia ſui prælati poteſt vitā eremiticā eligere.*

g *Licentia.* Ergo nota quòd religioſus mendicans de licentia prælati ſui poteſt vitam eremiticam eligere. ADDITIO. Vide quod dixi in anti, de reg.ſane.in fi. vltimę gloſſæ. Ioannes Andreas.

h *De propinquo.* De hoc. j.de verborum ſignificatione. cap. penult. Ioan. Andr.

## DE PRIVILEGIIS.

Dictum fuit ſuprà de exceſſibus prælatorum: verùm quia multoties exceſſus prælatorum præſtant cauſam vt ſubditi obtineant à papa priuilegium exemptionis, eo quòd prælati grauant ſubditos: ideo poſt rubricam de exceſſibus prælatorum, annectit rubricam de priuilegijs. Vnde hæc rubrica non ſolùm tractat de priuilegijs exemptionis, ſed de pluribus alijs. ſed occaſione ſumpta à priuilegijs exēptionis tractat generaliter de omnibus priuilegijs.

*Diuiſio:*

Volentes.} Primò præmiſſo prooemio vel exordio ponit declarationem circa priuilegium exemptionis. & declarationi obijcit & ſoluit & proteſtatur. Secundò declarationem prorogat ad priuilegium de certo iudice. Tertiò determinat quid iuris de priuilegio quod eximit à pœna cenſuræ. Secunda ibi, Et idipſum. Tertia ibi, in eos. Sed Ioā. Mon. qui diuidit in quinque partes, de exordio facit primam, de obiectione & ſolutione tertiam. [a] Determinat autē hæc decretal. diffusè nota. vj.quæſt.iij.cap.vlti. & ſuprà eodem titu. tuarum. ADDITIO. Et quæ not. Innocentius ſuprà eodem recepimus. & Hoſtienſis in ſumma huius titu.§.fin. ſub §.ſed & dici poſſet, & eius excuſat prolixitatem ibi poſitam: dicens quòd ante hanc conſtitutionem totum illud ſcripſerat: & ſe extollit quòd iura noua pro magna parte ſuas opiniones approbant. Ioan. Andr. CASVS. Canonici eccleſiæ beatiſsimi Hilarij maioris Pictaui. obtinuerunt priuilegium à ſede apoſtolica vt eſſent exempti à iuriſdictione epiſcopi Pictauenſis: ſed immediatè eſſent ſubiecti eccleſiæ Romanæ, datis ſibi certis conſeruatoribus. Iſti exempti perpetrauerunt delictum in diœceſi Pictauenſi in loco non exempto, ſed extra locum exemptum: pro quo fuerunt conuenti coram epiſcopo Pictauenſi vel eius officiali habente ad hoc ſpecialem poteſtatem. Nam ex generali commiſsione non poſſet officialis epiſcopi inquirere de criminibus niſi haberet ad hoc ſpecialem poteſtatem ab epiſcopo. Iſte conuentus coram officiali Pictauenſi propoſuit quòd non tenebatur litigare coram officiali Pictauenſi, eo & pro eo quòd erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi Pictauenſis: & ideo petebat remitti ad ſuum iudicem, & conſeruatorem ſuorum priuilegiorum. Pro parte promotoris cauſarum officij fuit propoſitū quòd non debebat remitti ad ſuum iudicē: quia ceſſabat priuilegiū propter delictum in loco non exempto perpetratum. Dubitatum fuit, an deberet remitti ad ſuum iudicem. Vnde papa conſultus reſpondet quòd non; ſed tenetur litigare corā epiſcopo, & puniri ſecundum ordinationem epiſcopi. Idem ſi exemptus conueniatur pro contractu celebrato vel pro re exiſtente extra locū exemptum. Sed quid ſanctiſsime pater, vtrum ex iſtis tribus modis priuilegiū exemptionis de nihilo ſibi ſeruiat? Reſpondet quòd non erit priuilegium inutile: ſed de multis ſibi ſeruiet. Nam poſito quòd exemptus deliquit vel contraxit in loco exempto, qui locus eſt intra limites diœceſis epiſcopi loci, & exemptus habet domicilium intra diœceſim Pictauenſem, & ita tamen deliquit vel contraxit in loco exempto: licet ratione domicilij poſſet aliàs conueniri coram ordinario: tamen nō poterit propter priuilegium ſuum. Item ponamus quòd exemptus deliquit vel contraxit vel poſsidet rem extra locum exemptum, & etiam extra diœceſim illius epiſcopi intra cuius limites habet domicilium: tunc ratione domicilij poſſet coram illo epiſcopo conueniri intra cuius limites habet domicilium, & poſſet eum punire, niſi iudex delicti eum requirat: ſed tamen quia eſt priuilegiatus, non poterit coram illo epiſcopo conueniri ratione domicilij. Idem dicendum eſt ratione contractus vel rei exiſtentis extra locum exemptum, & diœceſim intra quam habet domicilium. Sed ſi deliquit extra locum exemptum, ſcilicet in diœceſi in qua habet domicilium, ſi iſta duo concurrant, ceſſabit priuilegium exemptionis. Sed ponamus quòd aliquis impetrauit priuilegium à ſede apoſtolica vt non poſſet conueniri, nec teneretur reſpondere niſi ſub certo iudice: vtrum in tribus dictis caſibus poſsit conueniri coram alio iudice? Reſpondet quòd ſic, videlicet concurrentibus duobus: videlicet domicilium & delictum, vel domicilium & contractus, vel domicilium & res. tunc enim in his duobus caſibus poterunt conueniri coram iudice domicilij. Sed ponamus quòd aliqua eccleſia obtinuit priuilegium, vt religioſi illius eccleſiæ non poſſent à quocunque iudice ſuſpendi, interdici, vel excommunicari: vtrum poſsint ſuſpendi, interdici, vel excommunicari ab ordinario ſi conueniantur pro delicto, contractu, vel pro re? Reſpondet Romanus pontifex quòd non, ad quemcunque locum ſe transferant, niſi ſe transferrent ad certum prioratum: tunc poſſent ab ordinario ſuſpendi, interdici, vel excommunicari quandiu in tali prioratu tolerarentur: licet illi prioratus ſint renouabiles ad nutum prælati. {Volentes.} Textus exigit vt ſi delictum habeat certam pœnam, imponatur illa pœna. ſi autem non habeat certam pœnam, imponatur pœna extraordinaria: vel ſicut ius exigit: vt ſi contumaces fuerint, excommunicentur, vel mittantur in poſſeſsionem: iuxta illa quæ habentur in cap. quoniam frequenter. ſuprà vt lite non conteſtata. {Non vtique} id eſt non carent omni commodo exemptionis. & reſpondet tacitæ quæſtioni. quaſi dicat, non carebit omnino commodo exemptionis: vt dixi in caſus poſitione: videlicet ſi domicilium ſit in diœceſi, & deliquit alibi, non poſſet conueniri in loco domicilij: licet aliàs ceſſante priuilegio ibi poſſet conueniri. Item ſi deliquit extra diœceſim, & extra locum exemptum: ſi domicilium ſit in diœceſi, non poterit ibi ratione domicilij conueniri. Item ſi exemptus deliquit extra locum exem-

*a Et dicebat Franc. quòd iſta decre. vocari poterat priuilegiorum interpretatrix.*

*No. tres caſus in quib⁹ aliàs nō ſubiectus ſortitur forum in loco. vide de foro cōpe. ca.ſi.De.*



CAPITVLVM I.

Volentes libertatē quam nōnullis apoſtolica ſedes priuilegio exēptionis [a] indulſit, ſic integrā obſeruari, vt & illam alij non infringant, [b] & ipſi eius limites non excedant [c], † declaratione irrefragabili definimus, quantumcunque ſic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti ſiue contractus, aut rei [d] de qua contra ipſos agitur, ritè poſſunt coram locorū ordinariis conueniri, & illi quoad hoc [e] ſuam in ipſos iuriſdictionem (prout ius exigit) exercere. Nunquid ergo [f] carent omnino in his commodo libertatis? non vtique: quia nec corā ordinarijs ipſis, dummodo ſit in loco exempto [g] commiſſum delictum, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec vbi domicilium habent, ſi alibi delinquant vel cōtrahant, aut res ipſa conſiſtat, conueniri poſſunt aliquaten⁹ ſuper iſtis: nec domiciliorum prætextu locorum diœceſani, ſi vbi deliquerunt vel cōtraxerūt, aut res ipſa conſiſtit, illi conueniantur, remittendi eos illuc, vel ipſis vt illic reſpondeant, iniungendi habeant aliquam poteſtatem: ſaluis nihilominus caſibus alijs in quibus eos epiſcoporū iuriſdictioni ſubeſſe canonica præcipiunt inſtituta [h]. Et idipſum [i] decernimus circa illos [k] quibus vt non niſi ſub vno certo [l] iudice teneantur de ſe conquerentibus reſpondere, apoſtolico priuilegio eſt cōceſſum.

*Monaſterio priuilegiato vt eius monachi à quocūque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, ceſſat in illis ordinariorum iuriſdictio quo ad illa: niſi illi monachi mitterentur ad prioratus ſubiectos ordinarijs: quia tunc etiam licet vtrobique ſint monachi, ordinarij etiam quo ad prædicta illos iudicant quamdiu ibi manent h.d.*

In eos [m] autem quibus ne interdici, ſuſpendi vel excommunicari à quoquam valeāt, à ſede apoſtolica eſt indultū: ſicut ſunt religioſi quamplures, in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam epiſcopus vel archiepiſcop⁹ monaſteriorum ſuorum monachos pro vlla cauſa, vllòue loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat: iidem ordinarij iuriſdictionem ſuam quantum ad iſta, [n] vbicūque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt: Niſi forſan ipſi monachi ad monaſteriorum ſuorum prioratus ordinarijs eiſdem ſubiectos (vt vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquā proprij

ptum & extra diœceſim domicilij: ſi iudex delicti petat fieri ad ipſum remiſsionem: iudex domicilij non poterit in eum exercere ſuam iuriſdictionem, id eſt, non poterit talem capere nec mittere ad iudicem delicti: quod facere poſſet ſi iſte non haberet priuilegium exemptionis. Item ſi iudex contractus requirat iudicem domicilij vt faciat citari talem vt comparere habeat coram iudice contractus, non poterit iudex domicilij iſtud facere obſtante priuilegio exemptionis. & in omnibus iſtis habet cōmodū priuilegiū exemptionis. No. primò q ſi exēptus delinquat extra locum exemptum, poteſt cōueniri coram ordinario: dum tamen delinquat in diœceſi ordinarij. & iſtud verum: niſi aliud diceretur in priuilegio exemptionis. Nā iſte text. intelligitur quando papa dixit in priuilegio ſuo, talem eccleſiam cū miniſtris ſuis eximimus à iuriſdictione ordinarij. Sed vt dicit Io. An. in nouella, plures eccleſiæ habent ampliora priuilegia: videlicet vt non poſsint conueniri coram ordinarijs niſi coram certo iudice etiam pro delicto vel cōtractu vel re exiſtente in diœceſi ordinarij: tūc valerēt talia priuilegia: dum tamen apponatur clauſula derogatiua ad iſtam conſtitutionem. Sed adhuc eſt quæſtio vtrū ſufficeret ſi papa diceret, non obſtante cōſtitutione Innocentij quarti? Quidam dicunt quòd non: quia illa conſtitutio aliàs prohibuit illud quod iſta prohibet: ſed illa fuit declarata per iſtam. Communis opinio eſt ſufficere dicere, non obſtante conſtitutione Innocentij quarti in concilio Lugdunenſi.

*Exemptus delinquens in loco non exempto, conuenitur coram ordinario.*

*† No. quòd priuilegiatus nō debet excedere metas priuilegiorū. ad hoc ſ. eod. ſane & ca. porro.*

Gloſſa ſequēs reci. per duas quæſtiones, in quarum prima remittit.

a *Exemptionis.* Per quæ verba dicatur data exemptio, videbis infra eodem titu. ſi papa. & propriè apoſto. ſedis eſt eximere. decimaſexta quæſtio. prima. frater. ix. quæſtio. iij. nunc verò. ADDITIO. Vnde legatus etiā de latere hoc non poſſet. ſuprà de confir. vti cap. ſi. vt dicit Abbas. nec epiſcopus. de exceſ. præla. c.ij. nec archiepiſcopus. eod. titu. ſicut vnire. Ioan. And.

b *Infringant.* iſti ſeueritate eccleſiaſtica coërcēntur. ſ. eod. quanto & papa ſolet talium priuilegia decurtare. ſ.e. dilecti.

c *Excedant.* ſ.eo. porrò. & cap. patentibus. ne priuilegium amittere mereantur. xj.q.iij. priuilegium. ſupra eod. tuarū. limites enim tranſgrediendi non ſunt. ſupra de ſepul. cap.j. ADDITIO. Archid. alleg. xxv. quæſt.j. quæ ad perpetuam. & ix. quæſt.ij. cap.j. Ioan. And.

d *Aut rei* hæc vera, ſi contractus ſit initus vel maleficium factum in loco non exempto, & res litigioſa nō exempta: vt infra patebit.

e *Ad hoc.* tria ſuperius enarrata. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. declarat ob. & ſol. quam facit textus.

f *Nunquid ergo.* quia videretur aliquibus q per hoc exēpti equiparētur non exemptis, vt indiſtinctè poſſent corā ordinarijs conueniri, ideo de hoc obiicit & ſoluit: & hoc dicere intendit, q indiſtinctè ratione domicilij [a] ſunt exempti: vt iudex domicilij nec poteſtatem habeat cognoſcendi nec remittendi: & tamen ille eſt vnus modus ſortiendi forum. ſ. de foro compe. capit. vlt. Item ſi delictum contractus aut res litigioſa ſint in loco exempto, gaudebunt exemptione. ſi enim Anglic⁹ delinqueret Bononiæ, nōnne puniretur per iudicem Bononiē? Pingamus ergo & æquiparemus Anglicum exempto [b]: vt ſicut ille qui aliàs non eſt de iuriſdictione, ratione delicti efficitur de iuriſdictione: ſic exemptus qui aliàs de iuriſdictione non eſt, ratione delicti de iuriſdictione efficitur. idem in cōtractu & re. Ioannes Andr.

*a Hoc & quod ſequitur, declarani ī tex. ſuper verſicu. nec vbi.*

*b In quo tamē plus habet diœceſanus Bononien. quàm in Anglico, propter cauſas ſpeciales quib⁹ ſibi ſubeſt. vt infra glo 2. Ioā. Andr.*

Gloſſa ſequens reci. per quæſtionē & ſolutionem.

g *Exempto.* dicit hic Ber. quod monaſterio exempto, eccleſia, cœmeterium, domus, monaſterium, atria, hortus, areæ quæ ſunt iuxta eccleſiam, intelliguntur exempta. xij. quæſt. j. neceſſaria. & capit. nulla. xvij. quæſtio. iiij. definiuit. & cap. id conſtituimus. ſ. de immu. eccleſia. cap. j. & de cen. cap.j.

*Exempto monaſterio eccleſia, cœmeterium, hort⁹, area intelliguntur exempta.*

h *Inſtituta.* vt ſupra de hæret. ad abolendam. in fi. eod. lib. de præbend. cap. j. de ſtat. regul. cap. vnico. in fi. Idem ſi capellas haberent nō exemptas. ſ. eod. ex ore. & ca. cum capella. ſic ſupra de conſue. cū inter vos. ſ. de ſentent. excommun. nulli. & infra eod. titul. auctoritate. Vide quod no. in cle. de ſepel. dudū. in gloſſa multoties & de pœ. & re. c. ij. in gloſſ. pen. ADDITIO. Bene facit ad propoſitum huius gloſſe decretalis, veniens. ſ. de præſcrip. verſic. chriſma. per quam patet quòd chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes baſilicarum, & ordinationes clericorum, & his ſimilia, ſunt à diœceſanis epiſcopis poſtulanda: niſi aliud ipſorum priuilegijs concedatur. & alle. etiam Hoſtien. xvj. quæſt. j. interdicimus. Ioan. And.

i *Et idipſum* ſcilicet quod dictum eſt de exemptis, ADDITIO. Tam circa conuentiones, quàm circa remiſsiones. Ioā. Andreas.

k *Circa illos.* non exemptos, ſed priuilegiatos tantum: vt ſequitur.

l *Certo.* illud ſoluit contrarium de decretali ſuprà de reſcriptis, cap. ad hæc. quia hic certus iudex datus fuerat à papa, ibi incertus, quem Imperator duceret eligendum. præterea ibi in modum reſcripti & iuris cōmunis facta fuit interpretatio: hic in modum gratiæ & priuilegij. quod etiam apparet ex titulo, & ex litera quæ ſequitur, apoſtolico priuilegio.

*Reci. per obiect. & duplicē ſolutionem.*

m *In eos autem.* iſtud quod ſequitur, intelligas ſanè ſecundum determinationem decretalis infrà eodem titulo, cap. ne aliqui.

n *Quantum ad iſta.* ſcilicet interdictum, ſuſpenſionem, & excommunicationem: ergo quantum ad alia ſalua manet iuriſdictio. licet ergo iſta exercere non poſſunt ordinarij, poſſunt tamen cauſas eorum audire & iudicare: & ſi non pareant, poterunt in poſſeſsionem mittere, & ſimilia facere. ADDITIO. Dicit Hoſtien. quòd etiam deponere illos poterunt, & in arctum monaſterium detrudere ſi cauſa talis fuerit: poteſtati enim ordinariorum non detrahitur, niſi inquantum eſt expreſſum: ſicut & de præſcriptione dicitur. ſuprà de præſcriptionibus, auditis. & capit. cum olim. Ioann. Andr.





Universidad de Deusto Biblioteca

a Reſideant. ad idem.§.eo.quoniam.& c.cum capella.& no. literam: quia ſi irẽt illuc cauſa viſitandi, vel cauſa ſolatij, vel vt viatores, illos quo ad iſta non coërcent ordinarij. ff. de iudic.l.hæres abſens. ADDITIO. ver. nam vbi. & procedit hoc etiam ſi ibi delinquant tunc vel contrahant, ſecundum Innocent.

locorum ipſorum monachi reſideant a) fuerint deſtinati, tunc enim etſi liberè poſſint ad eadem monaſteria reuocari, ac tam illorum quàm ipſorum prioratuum monachi reputentur, (cùm non ſit inconueniẽs aliquem vtrobique locum habere monachicum) vnum alteri ſubeſſe monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependêre b, ratione tamen eorundem prioratuum dicti ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis etiam quo ad præmiſſa c, quandiu morantur d in illis, licitè vti poſſunt.

Idem.

*Curia Romana habet ſtudium generale, & eius priuilegia. hoc dicit Ioannes Andr.*

CAPITVLVM II.

Gloſſa ſequens alleg. duas cõcor. ſoluit contrarium. finis reci. per quæſt.

b Dependêre. cõcor. ſupra eodem lib. de præbend. cum ſingula. & ſi. ſupra de præbend. extirpandæ. §. qui verò. nec ob. decre. de elect cõſtitutis. quæ loquitur cùm monaſteria non ſunt annexa nec pendentia. Et talis habebit vocem in vtriuſque prælati electione, ſi eſt conſuetudo: aliàs conuentus eligeret. decimaſexta quæſtio. vltim. cap. vlt. ſupra de elec. c.j. ADDITIO. ſecũdum Hoſtien. idẽ Ioannes Mon. & Archid. Vide quod dixi poſt Innocent. de reli. do. c. fi. §. vlti. qui diſtinguit an habeat electionem ſuperioris: & an prioratus bona ſint diſtincta. Ioan. And.

*Priores nõ habent ius eligendi prælatũ in maiori monaſterio à quo prioratus eorũ dependent.*

c Quo ad præmiſſa. ſcilicet ſuſpenſionem, excommunicationem, & interdictum. & intelligas hoc quando prioratus ille tale priuilegium nõ habet nec ex ſe, nec ex ſuperiori monaſterio: quia ſi maius monaſterium haberet priuilegiũ quòd monachi ſui & prioratuũ ſibi ſubiectorum à quoquam excommunicari non poſſent. &c. tunc ſecus.

d Quandiu morantur. ergo poſt reuocationem a eorum epiſcopus quo ad prædicta in eos iuriſdictione vti non poterit: niſi præueniatur. de fo. compe. propoſuiſti. ſecundum Hoſt. & Ioannem Monac.

*a Cui reſiſtere non poſſunt. de ſta. mo. cum ad monaſteriũ. verſi. tales. Ioan. And.*

CVm de. Præmiſſa cauſa prouidet, & prouiſionem declarat ibi, Vnde. ADDITIO. Hic priuilegiatur locus ſtudij. De priuilegijs doctorum habetur. C. de profeſ. & medi. l. medicos. lib. x. ff. de excuſ. tu. l. ſed & reprobari. §. vlt. Ioannes And. Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendũ primò illud quod habetur in cap. ſuper ſpecula. de magi. in an. videlicet quòd clerici præbendati & beneficiati exiſtentes in ſtudio generali de licentia ſuorum prælatorum (quia hoc eſt neceſſe) percipiãt fructus beneficij & groſſum præbendæ, ſed non diſtributiones quotidianas: quia exiſtens in ſtudio licet reputetur præſens & percipiat fructus beneficij ſui, & groſſum præbendæ, non tamen reputatur intereſſe diuino officio. Secundò eſt præſupponendum, quòd habere ſtudium generale dependet à poteſtate principis concedentis priuilegium. CASVS. Aliquis clericus beneficiatus eſt in curia Romana, & ſtudet in iure diuino vel humano, id eſt in iure canonico vel ciuili: vtrum poſſit percipere fructus beneficij quaſi ſtudens in ſtudio generali? Reſpondet Romanus pontifex quòd iuſtis de cauſis ad hoc animum ſuum mouentibus, iamdiu diſpoſuit quòd in curia eſſet ſtudium generale: ſed quòd ſtudens in curia Romana perciperet fruct⁹ beneficij ſui, quaſi ſtuderet in ſtudio generali. Vnde curia Romana non accipitur pro ciuitate Romana, niſi tamdiu quamdiu eſt ibi curia: nam regentes ſequuntur curiam. {Quaſi.} aliqui exponunt quaſi, pro vt: quia re vera eccleſia Romana eſt mater eccleſiarum omnium. Alij dicunt ꝙ ſtat propriè: quia eccleſia Romana non eſt vera mater, ſed quaſi mater: quia mater propriè dicitur illa quæ peperit filium: eccleſia autẽ re vera non parit, ſed dicitur quaſi mater: quia quaſi parit, videlicet ſpiritaliter in regeneratione quæ fit per baptiſmum. {Ciuilis.} Iſta verba veniunt expoſitiuè ad duos terminos ſequentes, ſcilicet diuini & humani. Alij dicunt quòd veniunt expoſitiuè ad vocabulum humani: ita quòd ius canonicum vocetur ius humanum: vel ius ciuile dicitur ius humanũ. Vnde ius humanũ dicitur ius factũ ad cõſeruationem humani generis. No. primò ex prin. c. ſecundũ vnam expoſitionem, quòd quando dictio quaſi, iungitur qualitati veræ, accipitur prout hic intelligitur ex iſto c. ſi dicamus quòd eccleſia Romana ſit verè mater. ſed quando dictio quaſi, iungitur qualitati, non verè diminuit. Nota vlterius quòd ſtudẽtes non ſolùm dicuntur ſibi proficere, ſed etiam omnibus alijs. i. ad profectum omniũ aliorum. nã eccleſia vniuerſalis indiget viris literatis ad ſui regimen. No. ꝙ licet ius canonicum ſit extractum à iure diuino, tamen dicitur ius humanum: quia fuit factum ad politiam humani generis: ſicut exponitur in procœmio decretalium ibi, Humani generis. Nota principalem effectũ huius cap. quòd ſtudentes in ſtudio generali percipiũt fructus ſiue redit⁹ ſuorum beneficiorũ ac ſi reſiderent: id eſt percipiunt fructus quos percipere deberent ratione præſentiæ. Gloſ. fi. dicit ꝙ nõ omnes ſtudentes in ſtudio generali percipiunt fructus ſuorum beneficiorũ, ſed ſoli theologi. cap. ſuper ſpecula. ne clerici vel monachi ſecula nego. ſe immiſceãt. quod loquitur de ſtudẽtibus in theologia, nec obſtat iſte textus: quia debet interpretari ſecundũ illud cap. ſuper ſpecula. iſtud non placet modernis doctoribus, imò dicunt ꝙ ſtudentes in quacunq; facultate, debent percipere fructus beneficiorũ quos perciperent in præſentia: maximè ſi ſtudeãt in iure canonico vel ciuili. nec obſtat. c. ſuper ſpecula. quia dicit ſpecialitatem in theologis reſpectu contrarij ſtatuti: ideo valeret ſtatutum ꝙ ſtudentes in iure canonico vel ciuili non perciperent fructus beneficiorũ: ſed in theologia non valeret tale ſtatutum. No. etiam ꝙ ſedes apoſtolica appellatur quaſi mater omniũ. No. finaliter quòd curia Romana habet priuilegium ſtudij: & ſic locus vbi ſtudium reputatur, habet certa priuilegia. De priuilegijs verò doctorum habetur. C. de profeſ. & medi. l. medicos. lib. x. & ff. de excu. tu. l. ſed & reprobari. §. fi. Domi.

*Studentes ſibi & alijs proficiunt.*

CVm de diuerſis mundi e partibus multi confluãt ad ſedem apoſtolicam quaſi matrem: f nos ad communem g tam ipſorum quàm aliorum omnium commodum & profectum paterna ſolicitudine intendentes, vt ſit eos mora huiuſmodi fructuoſa, prouidemus quod ibidem de cætero regatur & vigeat ſtudium iuris diuini & humani, canonici, videlicet h & ciuilis. Vnde volumus & ſtatuimus vt ſtudentes in ſcholis ipſis penes ſedem eandem i, talibus priuilegijs omnino, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, quibus gaudẽt ſtudentes in ſcholis vbi generale regitur ſtudium, ac recipiant integrè a prouentus ſuos eccleſiaſticos ſicut illi.

*Beneficiorũ fructus ſunt dandi ſtudẽtibus.*

e Mundi. Benedicit: quia apoſtolic⁹ totius orbis eſt dominus. 8. de foro cõpe. c. vlt. & ſuprà in procemio huius li. cũ ſuis cõcor.

f Quaſi matrem. ij. q. vj. ad Romanam. xix. diſt. in memoriã. & quaſi ideo dicit, quia eccleſia iam genitum natura, gignit per gratiam: vnde debet dici renatus. ideo dixit quaſi, quia mater propriè, quæ parit. ADDITIO. Idem Ioannes Mon. qui dicebat quòd eccleſia de non eſſe (cùm eſſemus natura filij iræ: ad Epheſ. ij.) ducit ad eſſe ſpiritale per ſacramentum baptiſmi. vnde ille iam natus eſt auctus per gratiam, quæ gratia non deſtruit naturam, ſed perficit ſecundum Auguſti. Ioan. And.

*Eccleſia dicitur mater noſtra.*

g Communem. Debet enim lex eſſe communis. iiij. diſt. erit autem. & ſuprà in procemio huius libri.

h Videlicet. Illud poſſet venire expoſitiuè ad vtrunque. q. d. diuini, i. eſt canonici. humani, id eſt ciuilis. ſed eſt melius (idem Ioan. Mon.) quòd veniat expoſitiuè tantum ad verbũ humani, id eſt poſitiui, ſcilicet canonici & ciuilis. quòd dicit diuini, intelligatur propriè de ſacra pagina.

*Ponit duas lecturas.*

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit. ſecundum & tertium dictũ reci. per duas quæſtiones.

i Sedem eandem. Nũquid intelligimus quòd hic de ſe. apo. dicit late, vt comprehendat etiam loca vicina per duas diætas legales: prout dicitur ſuprà eod. lib. de præbend. præſentiũ? Non credo: ſed intelligam per ſedem, ciuitatem vel locum vbi eſt curia, cum ſuis ſuburbijs tantùm. ad hoc infrà de ſententia excommunicationis, ſi ciuitas. alias ſequeretur quòd curia vel ſtudio exiſtente Bononiæ, ſtudentes Imolæ vel Mutinæ gauderent priuilegio: quod eſſet abſurdum. ſuprà de cleri. non reſi. tuæ. prorogatio igitur illius decretal. præſenti ſuum ſpecialem caſum contingat. & puto quòd Viterbien. ſtudens Viterbij, veniẽte curia & permanente gaudebit hoc priuilegio: ſed curia recedente ceſſabit gaudere: ſicut & ego ſtudens Bononiæ, gaudeo priuilegio ſtudij: & ſi cras tolleretur Bonon. ſtudium vel eius priuilegium, gaudere ceſſarem. Non ob. prædi. decre. præſenti. §. ſanè. quia ibi odium: b hic fauor: & horum diuerſa eſt ratio, infra de reg. iur. odia. cum ſuis concor. Si verò aliquis exiſtens in curia pro impetratione facienda, vel ibi procurator vel aduocatus exiſtens, in fraudem ſcholas intraret, vt huius conſtitutionis beneficio gauderet: fraus ſibi non proderit. a ſupra de renuntia. c. ij. cum ſuis cõcor. Sicut nec verè cauſa reipublicæ abeſſe dicitur, qui cauſa proprij commodi in legatione eſt. ff. ex quibus cau. maio. l. non verè. & facit quod ibi no. & quod no. moderni de magiſtris cap. vlti. in anti.

*b Per quod præiudicaretur ordinario collatori: fauor enim reſpicit ſtudentem vt ibi in princ. Ioan. And.*



*b Idem Io. Mo. qui dicit quòd tale denominabit ab eo in quo ſe plus occupat. & remittit infrà de verbo. ſign. ca. ca. ſu. Ioã. Andr.*

Gloſſa ſequens recipit per duas queſt.

a Integrè. Quotidianis diſtributionibus exceptis. §. de magiſtris. cap. vlt. ſupra de præben. licet. illæ enim non dantur etiã præſentibus qui non interſunt diuinis. ſupra eod. lib. de cle. non reſi. c. vnico. Nec intelligas quòd de iure cõmuni exiſtẽtes in ſtudio percipiant corpus præbẽdæ, ſaluo quod de ſacra pagina dicim⁹: ſed hic intendit dicere quòd ſi ex diſpẽſatione, conſuetudine vel ſtatuto eccleſiæ exiſtẽs in ſtudio poteſt pcipere præbendam, hoc poterit ſtudendo in curia. ADDITIO. Pro exiſtentibus in ſtudio ꝙ percipiant corpus præbendæ, eſt ar. lxxxij. diſt. propoſuiſti. in gloſſ. ſufficit. & xxxvij. diſt. de quibuſdam. Contra eos eſt quod no. xij. q. ij. Vulteranæ. & xvj. q. j. generaliter.

Alexander quartus.

*Dicit quomodo intelligatur priuilegiũ quod habent quidam abbates de populo benedicendo, & quibus poſſint abbates conferre tonſuram. Ioan. And.*

CAPITVLVM III.

ABbates b quos apoſtolica ſedes in exhibitione benedictionis ſuper populum, ſpeciali priuilegio inſigniuit: in eccleſijs quę ad eos pertinent pleno c iure, quando in eis diuina officia celebrant, poſſunt poſt miſſarum ſolẽnia & veſpertinas ac matutinas laudes benedictionem ſolennem d ſuper populũ elargiri. Alibi e autẽ publicè, aut per vias, ciuitates, caſtra, et villas, populis & plebibus benedictionem facere vel impertiri non valeant: Niſi hoc eis expreſſo f apoſtolico priuilegio ſit conceſſum. Nec eis licitum ſit alijs quàm monaſteriorũ ſuorum cõuerſis, & qui ad illa conualuerint g, & in quos eccleſiaſticam & quaſi epiſcopalem h iuriſdictionem obtinent, primã clericalẽ cõferre tonſuram i: Niſi eis id competat ex pleno præfatæ ſedis indulto. k

*Diuiſio.*

ABbates. Sunt duæ partes. Prima tractat de benedictione ſuper populũ fienda, & per abbates ſuper hoc priuilegiatos. Secunda ibi, Nec eis. de collatione tonſuræ. Iterum prima dicit quod eis liceat determinando locum & tempus. Secunda ibi, Alibi, ponit quid non liceat, & exceptionẽ ſubdit ibi, Niſi. ADDITIO. Secunda principalis miſcendo quid liceat, ponit quid non liceat, à quo excipit ibi, Niſi eis. Ioan. And. Si abbas à ſede apoſtolica obtinuit priuilegium vt poſsit impertiri ſolennem benedictionem: iſtud priuilegium reſtringitur quandiu eſt in monaſterio vel in capella ſibi pleno iure ſubiectis. h. d. Præſupponendum eſt quòd ſimplex ſacerdos licet poſsit populum benedicere benedictione non ſolenni: ſoli tamen epiſcopi poſſunt impendere benedictionem ſolennem, quæ fit dicendo, Sit nomen domini benedictum. Humiliate vos ad benedictionẽ. xcv. diſt. c. ecce ego dico. CASVS. Aliquis abbas obtinuit à ſede apoſtolica priuilegiũ vt poſſet impertiri ſolennẽ benedictionẽ, & non fuit dictũ, in quocũq; loco: ſed ſimpliciter fuit ei cõceſſa facultas vt poſſet impertiri ſolennem benedictionem. Iſte abbas inuitatus ad funus cuiuſdã defuncti voluit impertiri iſtã ſolennẽ benedictionem: aut cũ eſſet in aliqua proceſſione, voluit impertiri benedictionẽ ſolennẽ: vtrum poſsit? Reſpon. Rom. pon. dicens ꝙ niſi aliud fuerit dictum & nominatim expreſſum in priuilegio ſuo, non poterit impertiri benedictionem ſolennẽ, niſi in monaſterio ſuo, & in capellis ſibi perpetuo iure ſubiectis: in quibus ipſe abbas eſt tanquã epiſcopus. Sed vtrum ſit permiſſum abbati cõferre primam tonſurã extraneo, nõ ſuis cõuerſis? Reſpõ. ꝙ non: etiã ſi illi extranei conuolarẽt ad monaſteriũ animo cõuertendi ſe vt fierẽt monachi. {Inſigniuit.} ſcilicet ſimpliciter. {Elargiri.} quia in his tribus conſueuerunt epiſcopi benedictionem ſolennem impertiri populo. No. primò ꝙ benedicere populũ benedictione ſolenni, cõpetit ſolis epiſcopis qui tenent locũ apoſtolorum: & alij inferiores prelati, puta rectores eccleſiarũ parochialium, tenent locũ lxxij. diſcipulorum. No. ꝙ abbates de iure cõmuni non habent facultatem impertiendi benedictionẽ ſolennẽ: ſed poſſunt à ſede apoſtolica obtinere priuilegium vt illam benedictionem ſolennẽ poſsint impertiri. Not. tres horas in quibus epiſcopus poteſt benedicere populũ benedictione ſolenni: videlicet poſt laudes, poſt miſſarum ſolennia, & poſt veſperas. No. ꝙ abbates poſſunt conuerſis ſuis cõferre primã tonſurã per quã confertur ordo clericalis. No. ꝙ ſi papa dedit alicui abbati priuilegium benedicendi populum benedictione ſolenni: iſtud priuilegium non extenditur extra monaſterium ipſius abbatis, & loca ſibi pleno iure ſubiecta. nã iſtud priuilegium tendit in diminutionem auctoritatis epiſcopalis: ideo debet ſtrictè interpretari, vt minus lædat. Et ſi abbas daret benedictionem populo extra monaſterium vel loca ſibi pleno iure ſubiecta, ipſe delinquerẽt, & poſſet eum epiſcopus punire non obſtante priuilegio exemptionis: quia priuilegia tantũ valent quantum ſonant.

*Abbates de iure nõ benedicunt ſolenniter.*

*Horis tribus ſolẽnis benedictio dari poteſt.*

b Abbates. Licet hic de abbatibus exprimat, idem intelligo de prioribus, archipresbyteris, vel alijs quibus hoc priuilegium cõceſſum eſſet, cùm ea dẽ ſit ratio. Iſta autem decr. olim inter extrauagantes incipiebat, quoniam nonnulli, de qua loquitur Guli. in Spe. eod. tit. Ioan. And. ADDITIO. Opinionẽ glo. tenet Archi. propter identitatẽ rationis. alleg. ſuprà de cõſtit. trãſlato. bene facit infrà eod. vt apoſtolicæ. Ioan. And.

*Reci. per quæſtio.*

c Pleno iure. ſcilicet in ſpiritalibus & tẽporalibus ſupra eod. cũ & plãtare. §. in eccleſijs. & §. cap. quoniã per confeſsionẽ. ADDITIO. Dicit hic Arch. Alanũ ſcripſiſſe ꝙ tũc eccleſiæ pleno iure pertinent ad monaſteria, quãdo in eis ſacerdotes inſtituunt, & omnes obuentiones percipiũt præter ſtipẽdia miniſtrorũ. de præben. auaritiæ. & cap. de monachis. vbi de hoc. in anti. & xvj. q. ij. in ſumma. Ioann. Andr.

*Eccleſia quando dicatur ſpectare pleno iure ad monachos.*

d Solennem. ſcilicet quam faciunt epiſcopi ſolenniter, dicẽdo: Sit nomen domini benedictum &c. quia priuatam benedictionem exhibent etiam presbyteri ſimplices. xcv. diſt. ecce ego dico. ADDITIO. Non tamẽ præſente epiſcopo. xxj. diſt. denique. Ioannes Andreas.

*Benedictio ſolennis qualiter fiat.*

e Alibi. ſcilicet extra eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas. ADDITIO. Dicit Archi. quòd multi priuilegiati hoc malè obſeruant, propter quod eſſet eis priuilegiũ auferendũ. lxxiiij. diſt. vbi iſta. & cap. ſequen. Ioan. And.

f Expreſſo. Quantumcũque ergo generaliter loquatur priuilegium, hoc non poterit niſi id in priuilegio ſit expreſſum & c. ſi. ſupra eo. lib. de hæret. inquiſitores.

g Conualuerint. vt ibi conuertantur, & fiant monachi. ADDITIO. De ætate & quali. cùm contingat. datur conſilium quòd hoc non fiat intra annum probationis? quia certum eſt quòd poſteà exire poſſet, & fraus fieri, quæ præcauenda eſt. de ſer. non ordi. c. j. pro & contra. infra de ſentẽt. excom. religioſo. Ioann. Andr.

h Quaſi epiſcopalem. Hoc dixit, quia verè epiſcopalẽ habere nõ poſſet, ſcilicet vt poſſet chriſmare, & alia facere quę ſunt epiſcopalis ordinis. ſi igitur abbas in parochia ſua vel alio loco habet iuriſdictionem in ſpiritalibus, quod aliàs de iure debet habere epiſcopus: etiam puros laicos nec conuerſos, nec conuertẽdos poterit clericare: aliàs non. ſicut enim epiſcopus laicum non ſuæ iuriſdictionis ordinare non poteſt abſque licentia ſui epiſcopi (ſupra eodem lib. de tempo. ordi. cap. vlt.) ſic nec iſte abbas talem poterit ordinare.

i Tonſuram. Confertur enim per ipſam clericalis ordo, ſupra de æta. & quali. cùm cõtingat. & hoc intellige ſecundum determinationem illius de abbate benedicto & presbytero: ſaluo eo quod habes de ſup. neg. præla. c. j. & poſſunt tales abbates conferre etiam ſuperiores ordines vſque ad lectoratũ incluſiuè. lxix. diſt. c. j. in prædi. c. cùm contingat. Vide quod ibi dixi: vbi etiã tenet Boa. & hic Archi. quòd alteri conferens imprimit characterem. Ioann. And. ADDITIO. Faciũt hæc quæ tetigit gloſ. pro abbatibus qui benedicunt calices, patenas, veſtes ſacerdotales, cruces, & ſimilia, de quibus ſupra de ſacra vnctio. c. vnico. ante ſi. de conſe. diſt. j. veſtimenta. nam ſi benedicunt & conſecrant perſonas, fortius & res. xij. q. j. pręcipimus. A conſecratione calicis in quo fit vnctio: vt in præ. c. vnico. abſtinere debent. in alijs ſuperioribus & ſimilibus vbi fit ſolum verbalis benedictio, ſuſtineri poteſt quando ad opus ſuarum eccleſiarum id agunt: aliàs abſtinere debent: cùm nec ſolenniter benedicant populum, vt hic: nec aquam etiam benedicant ſolẽniter. ſupra de conſe. eccle. vel alta. aqua. maximè quia eorum benedictio ſimplex eſt, vel ad plus miſta: vt not. in cle. de ſta. mona. attendentes. §. ſtatuimus. De mitratis dicam infra eodem, vt apoſtolicæ. ſuper. ij. gloſſ. Ioann. Andreæ.

*Tria dicit. Ordo clericalis confertur per ſolã primã tonſuram. Abbates an poſſint benedicere calices, patenas, veſtes ſacerdotales, cruces, et ſimilia.*

k Indulto. puta quia habent priuilegium quòd quoſcunque etiam non ſubditos volentes ab eis ordinari, clericare & ordinare poſſint. tenor enim priuilegiorum ſeruabitur. ſupra eo. porrò.

*a Incipiebat, quia regulares. de qua loquitur Guliel. in Spe. eod. titu.*

AVctoritate. a Sunt tres partes. Prima ponit triplicẽ prohibitionẽ cõtra exemptos. Secũda cõtra facientes iubet



Universidad de Deusto Biblioteca

Idem.

*Exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas ſine diœceſanorum licentia conſtruere non poſſunt, nec in exemptis ſine licentia papæ. Nec poſſunt exempti aſſumere cauſas proprias ſuorum liberorum hominum in ſe, etiam ſi illi ſint ſui cenſuales. Ioan. And.*

CAPIT. IIII.

AVctoritate ſedis apoſtolicæ de fratrū noſtrorū cōſilio ſtatuimus, ꝙ oratoria [a] vel capellas in locis nō exemptis [b] ſine diœceſanorum locorum ipſorū licentia exēpti cōſtruere nō præſumant: neq; in ſic cōſtructis [c] nec tempore interdicti [d] (caſibus expreſſis in iure duntaxat exceptis [e]) celebrent vel faciant celebrari diuina. Quòd ſi talia præſumpſerint, ab his per locorū ipſorum ordinarios compeſcantur [f]. Et ſi quas propter hoc exemptorū ipſorū cōſeruatores in eos ſentētias protulerint, illas penitus reuocamus [g]. Inhibemus inſuper ne in locis etiam exēptis hoc ipſi exempti facere audeant: niſi ſuper his licentiam vel priuilegium habeāt ſedis apoſtolicæ [h] ſpeciale. Cauſas quoq; [i] ſiue lites proprias [k] ſuorum hominum liberorum, [l] quæ videlicet tantùm ad ipſos homines pertinent [m], ijdem exempti ſuo nomine ſiue vt actores ſiue vt defenſores aliquatenus non aſſumant. Etiā ſi ſint ipſis dicti homines cenſuales: cùm id nequaquam licitum ſit eiſdem.

Clemens quartus.

*Priuilegium Papæ, quòd quis excōmunicari, ſuſpendi, vt interdici non poſſit, nō extenditur ad ſententias ordinariorum: niſi tale priuilegium ſit cōceſſum regibus, reginis, vel ipſorum filijs, vel religioſo loco vel ordini. h.d. Ioan. And.*

CAPITVLVM V.

NE aliqui de indultis apoſtolicis cōfidentes, alios

compeſci per ordinarios: ibi, Quòd ſi. Tertia prouidet ordinarijs contra conſeruatores: ibi, Et ſi quas. Secunda principalis ibi, Inhibemus. ponit inhibitionem & exceptionem. Tertia ibi, Cauſas. ponit illam inhibitionem quam declarat ibi, etiam ſi ſint. Ioan. And. Præſupponendum eſt illud quod habetur in c. cum olim. § inſuper. eo. ti. in anti. videlicet ꝙ nullus debet ædificare nouum oratorium, vel capellā, aut eam dotare, vel altare nouum erigere ſine licentia diœceſani: & ſi quis cōtrarium fecerit, tam capella, ſeu oratorium, vel altare, quàm fructus ſui cedūt diœceſano: nō vt percipiat fructus tanquam ſuos, ſed vt in tali eccleſia vel oratorio poſſit inſtituere clericum abſque conſenſu fundatoris. CASVS. In diœceſi Pictauenſi eſt monaſterium exemptum vel eccleſia exempta. iſti exempti ædificauerunt vel dotauerunt de nouo aliquam capellā aut oratorium ſua propria auctoritate: vtrū licitè fecerint? Reſpondet quòd non, ſi ſine licentia diœceſani illam capellam de nouo ædificauerunt in loco non exempto. Sed vtrum in loco exempto poſſint capellam erigere ſua auctoritate propria? Reſpondet ꝙ non abſque auctoritate papæ qui habetur loco diœceſani alioquin perderent capellam cum fructibus: ita ꝙ ſi patronus diceret, ex quo non vultis vt habeamus ius patronatus in tali capella, recuperabo dotem: nō eſt audiendus: imò illā dotem iamque aſsignatā non poterit recuperare. Sed quid ſanctiſsime pater, ſunt aliqui homines qui tenent ab exemptis poſſeſsiones: ſed tamen ipſi homines ſunt domini directi, quia illas poſſeſsiōnes tenent ad aliquem cenſum annuū: iſti homines conueniuntur coram ordinarijs: vtrum exēpti poſſint petere vt iſti ſui homines remittantur ad ſuos conſeruatores? Reſpondetur ꝙ nō, ſi cauſa ſuper qua fuerunt cōuenti, ſit commodū ipſorum hominum. ſecus ſi eſſet commodū exemptorum, & tangeret ius ſuorum exēptorum, & dominium directum illarum poſſeſsionum eſſet apud exemptos: quia tunc pro hominibus conuentis poſſent ſuſcipere defenſionem, & petere remiſsionē ad ſuos conſeruatores. ſed quādo commodum poſſeſsionum ſpectat ad ipſos homines, nō poſſunt exempti pro eis ſuſcipere defenſionem: nec petere vt cauſa remittatur coram ſuis conſeruatoribus. {Cauſas.} Et dicuntur cauſæ ſuorum hominum quando commodum & incommodum ſpectat ad ipſos homines: ita quòd ex fine litis non ſunt exempti conſecuturi aliquod commodum vel incommodum. No. primò ꝙ exempti delinquentes in locis non exemptis, puniri poſſūnt per ordinarios. ad hoc. ſ. eod. tit. & lib. c. j. Nota ſecundò ꝙ legati excommunicatio lata in caſu non ſibi commiſſo, eſt nulla. ad hoc ſupra de præbē. cap. ſi. Domi.

*Not. primò differentiā inter oratoria et capellas. c. ſi. de cēſi. Domi. No. ſecūdò ꝙ exempti nō poſſunt conſtituere noua oratoria ſine conſenſu diœceſanorum, ſi fecerint, cedunt cū ſuis fructibus diœceſanis. ſ. eo. cū olim. 2. & quod ibi not. Io. Andre. de Anch. Fēt.*

a *Oratoria.* oratoria debent eſſe id quod verbum ſonat. xlij. diſt. c. vlti. & penul. & iſta publica oratoria ſine diœceſanorū licentia non conſtruentur in loco non exēpto. & de his oratorijs habetur ſupā de cenſi. c. vlti. ſ. eo. patentibus. priuatim autem orare in domo ſua cuilibet licet: non erigendo ibi altare, nec miſſam celebrando. ADDITIO. niſi hæc duo faciat de auctoritate diœceſani. quod dic vt de cōſe. diſtinct. j. vnicuique. & duobus cap. ſeq. Ioan. Andr.

*Oratorium quid ſit. Oratorium priuatum quilibet in domo ſua erigere poteſt.*

Gloſſa ſequens dat ſimilitudinem, ſecundò ſoluit quæſtionem.

b *Non exemptis.* ſicut enim ſi Anglicus in ciuitate Bonon. vellet eccleſiam erigere, hoc non poſſet ſine diœceſani licētia: ſic nec exemptus habita comparatione: vt dixi ſupra c. j. ad idem de cōſecra. diſt. j. nemo ædificet. in authen. de eccle. tit. §. ſi quis autem voluerit. coll. ix. in auth. vt nullus fa. orato. do. colla. v. ADDITIO. Vide eo. tit. cū olim. ij. ſuper gloſ. no. quod & idem. §. ſeq. Ioan. And.

c *Cōſtructio.* tolle qđ eſt infra celebrēt vel faciant celebrari.

d *Interdicti.* hodie religioſi etiā exempti violantes generale interdictum quod ſeruat mater eccleſia, ipſo iure excommunicati ſunt per cle. de exceſ. præla. ex frequentibus.

e *Exceptis.* ſupra eod. vt priuilegia. & c. quod nonnullis. ſuprà de ſentent. excō. permittimus. hodie dic vt infra de ſenté. excom. c. vlt.

f *Compeſcantur.* ecce ergo ꝙ exēptus propter delictū in loco non exempto cōmiſſum, ſubeſt ordinario. ſupra cap. j. ADDITIO. Probat etiā decret. iſta idē de exempto quo ad tertiū membrū, quod de celebrātibus loquitur. Ioan. And.

g *Reuocamus.* cōſeruatores enim priuilegiorum ad hunc caſum iuriſdictionem ſuam extendere nequeūt. cùm ſe ad hūc caſum priuilegia nō extendant, ſupra cap. j. nec ſe intromittere poſſunt niſi de manifeſtis iniurijs, ſupra eod. lib. de offic. deleg. c. j. & vlti.

h *Sedis apoſtolicæ.* quia ſicut epiſcopus eſt diœceſanus in loco non exempto: vt ſuprà: ſic & papa eſt diœceſanus in loco exempto: puto tamen quòd hoc caſu ſufficeret licētia legati de latere. arg. infra de verb. ſig. veniens in prin. & ſupra de elect. ſi abbatem. & ad hoc facit quod. dixi ſuprà eod. lib. de elect. cupientes. circa prin. in glo. in hoc caſu.

*Papa eſt diœceſanus in loco exēpto, ſicut epiſcopus in loco ſuæ diœceſis nō exempto.*

i *Cauſas quoque.* & facit iſte. §. ad ea quæ not. Innoc. & Hoſtien. ſupra de appel. dilectis.

k *Proprias.* palam eſt illam propriam cauſam eſſe, cuius dānum vel emolumentum ad aliquem ſuo nomine pertinet. ff. quando app. ſit. l. j. ij. q. vj. biduum. ver. palam.

l *Liberorum.* in ſeruis enim ſecus: & in hoc nulla dubitatio.

*Cēſum ſoluentes non dicūtur ſerui eorum quibus habent ſoluere.*

Gloſſa ſequens recitetur per tres quæſtiones. Secunda ibi, de furto. Tertia ibi, & iſtud.

m *Pertinent.* dicebant Innoc. & Hoſti. in prædi. decre. ꝙ ſi aliquis turbat cultorem agri mei, vel colonos meos, contra illum datur mihi vtile interdictum vti poſsidetis: & etiam actio iniuriarum, ſi in iniuriam meam illud factum ſit. ar. ff. de vi & vi arma. l. vim facit. ff. de act. emp. & ven. qui pendentem. & ff. depoſi. l. j. §. ſi quis tabulas. De furto tamen eis facto dominus non agit. ibi enim ſubditi imputent, qui non bene cuſtodierunt, nec iniuriarum ſi non ſit factum in iniuriam domini, ſed propter ſpeciale odium ſubditi. Et iſtud habuerunt pro indubitato, quòd dominus in iudicio nomine ſubditi agere non poteſt vt ei ſatisfieret: cùm nec iſtud eius principaliter interſit, nec ſit eius procurator. alioquin eadem ratione ius ſubditi remittere poſſet. iſti autem exempti, fortè vt duriorem cauſam aduerſariorum illorum ſuorum hominum redderent, aſſumebant in ſe cauſam vt actores vel rei, quod non licet eis, etiam ſi illi ſint eis cenſuales, id eſt certum cenſum ſoluentes: quia non propter id ſunt ipſorum ſerui.

NE *aliqui.* Præmittit duplicem conſtitutionis cauſam: & conſtitutionem ſubdit, ibi. Omnes. in qua exceptionē interſerit ibi, Illis. ADDITIO. Dicit Frā. ſ. eo. c. j. ꝙ priuilegium de quo hic loquimur, Inno. iiij. conceſſerit multis laicis, clericis & religioſis. Sed Alex. omnia illa priuilegia reuocauit præter conceſſa regibus, reginis, regum filijs & fratribus, vel ſimilibus perſonis quæ antiquitus talem gratiam à ſede apoſtolica habuiſſent: & incipiebat illa conſtitutio, Ad perpetuam rei memoriā. Clemens cuius fuerat hæc cōſtitutio, clemētior Alexandro, ſic temperauit, vt ſcilicet præter exceptos non extenderetur ad ſententias ordinariorum: & temperationis cauſa pulchra fuit & formoſa quam ponit exordium: & eiuſdem Clemen. fuit decreta. ne aliquis. ſupra eodem lib. de hæretic. Ioannes Andreas. CASVS. A ſede apoſtolica fuit mihi conceſſum fauore meæ perſonæ, vt à quoquam non poſſem excommunicari, ſuſpendi, vel interdi-



confidētius in ſuo iure moleſtent, & ordinariorū iuriſdictionem contemnant pariter & eludant: Omnes indulgentias & priuilegia quibuſcunq; ſingularibus perſonis eccleſiaſticis vel ſecularibus, cuiuſcunque [a] ſint præeminentiæ, dignitatis, cōditionis, aut ſtatus, ꝙ interdici à quocūque [b] vel excōmunicari nō poſsint, nec terræ vel eccleſiæ ipſorum eccleſiaſtico interdicto ſupponi, ſub quacunque forma verborū conceſſa: [c] (illis per quæ regibus & reginis eorumque filijs, [d] necnon & religioſis quibuſcūque, nō perſonarum tantū ſed ordinū priuilegiatorum vel locorum ratione [e] in hoc immunitas huiuſmodi conceditur, dūtaxat exceptis) de fratrū noſtrorum conſilio ad ordinariorū ſententias & proceſſus edicto perpetuo prohibemus extendi.

Idem.

*Inferiores prælati quibus per priuilegiū cōceditur vſus mitræ, ſi ſunt exempti, in prouincialibus & epiſcopalibus cōcilijs vti poſſunt mitris aurifriſiatis nō habētibus laminas aut gemmas. Et ſi non ſunt exempti, albis & planis vtantur, in alijs locis vtantur vt indulta permittunt.*

CAPIT. VI.

VT apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ nonnullis abbatibus, alijſque prælatis quibus nō competit [f] ex propria dignitate, conceſsit in eccleſiarum ſuarum [g] gloriam & honorem ꝙ mitra & alijs pōtificalibus vti poſsint, prouideat ne inde ſcādala orientur, ſic tamē [h] quòd ipſi priuilegiati ſuorum priuilegiorum non fruſtrentur effectu, & ex maioritate ac decore maiori ornatuū, maioritas appareat dignitatū: [i] De fratrū noſtrorū conſilio præſenti decreto ſtatuimus vt abbates, & alij quibus mitræ vſus eſt ab eadē ſede cōceſſus, Exēpti quidē in prouincialibus concilijs & epiſcopalib9 ſynodis (quibus nōnulli eorū intereſſe tenentur) [k] mitris tantùmodo aurifriſiatis (nō tamē aureas vel argēteas laminas aut gēmas habētibus) vti poſsint: Nō exēpti verò ſimplicibus, [l] & albis ac planis vtantur. In alijs [m]

interdici. & ponamus quòd in priuilegio meo nō fuit facta expreſſa mentio de meo ordinario: quia nō fuit dictū, cōcedimus tali priuilegium vt non poſsit excōmunicari, ſuſpendi, aut interdici à quocunque, etiam diœceſano ſuo: ſed ſimpliciter fuit dictum, vt non poſſem à quocunque excommunicari, ſuſpendi, vel interdici. vtrum per huiuſmodi priuilegium adimatur meo diœceſano poteſtas vt non poſſet me excōmunicare, interdicere, vel ſuſpendere? Reſpondet Rom. pō. ꝙ nō: quia meū priuilegium non extenditur ad ordinarium, ſed ad alios iudices. Et iſta ſunt vera quādo priuilegium tale fuit conceſſum certæ perſonæ particulari: ſecus ſi eſſet cōceſſum alicui ordini vel loco religioſo, puta tali monaſterio: tūc enim religioſi illius monaſterij non poſſunt excōmunicari, ſuſpēdi, aut interdici à quocūque iudice, etiā ab ordinario: ſed perſonæ particulares poſſunt, niſi eſſent reges vel reginæ, vel eorum filij: quia etiam tales perſonæ particulares nō poſſunt excommunicari, ſuſpendi, nec interdici à ſuis ordinarijs. Nota primò ꝙ quandoque priuilegia tribuunt priuilegiatis materiā alijs iniuriandi, & hæc eſt legitima cauſa reuocandi talia. Nota ſecūdò differentiā eſſe inter indulgentiā & priuilegiū. vide de ſepultu. in noſtra. vide Ioan. And. de verb. ſig. cūm olim. Domi.

*Priuilegia materiam iniuriandi præbent.*

a *Cuiuſcunque.* infrà moderabitur iſtud verbū. Et olim decreta. iſta extrauagans erat & incipiebat, quia pro qualitate. aliàs, quoniam. Ioan. Andr.

b *A quocunque.* Intelligas niſi à papa vel legato de latere. j. de verborum ſignificatione, veniens. j. reſpon. & hoc idē priuilegium intelliguntur habere hi qui ſunt recepti in ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ: vt ibi. ſi autem in ſpeciales ſubiectos, tunc ſunt exempti. infrà eodem, ſi papa. §. ſimiliter.

c *Conceſſa.* Tolle quod eſt infrà de fratrum noſtrorum &c. redeas ſupra illis. & tolle quod eſt. infrà duntaxat exceptis per quæ &c.

d *Filijs.* eſt ſi. quod habes. ſ. eod. lib. de offi. dele. c. vlt. ADDITIO. Et in cle. de bap. præſenti. Eſt tamen etiam diſsimilitudo: quia decre. vlti. nil dicit de filijs, & decre. præſenti. dicit de liberis, & addit de principibus. Ioan. And.

e *Ratione.* Sic ergo intelligatur. ſupra eod. titu. & lib. c. j. §. in eos. & ſic nulla correctio, vt ille. §. loquatur de priuilegio conceſſo religioſis, non propter perſonam, ſed propter locū vel ordinem: vt ſi ordo prædicatorum vel minorū ſit in hoc priuilegiatus, vel monaſterium ſancti Proculi. Si autem religioſus aliquis ſuæ prærogatiua perſonæ haberet hoc priuilegium, ſecus eſſet.

VT *apoſtolicæ.* [a] Primò præmittit conſtitutionis cauſam. Secundò conſtitutionem ponit ibi, De fratrum. & hæc duo facit: quia primò prouidet de locis conciliorum, ſecundò de alijs ibi, In alijs. Iterum prima ſtatuit de exemptis. Secunda de non exemptis ibi, Non exempti. Aequiſsima fuit huius decre. prouiſio: vt infrà patebit. Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum quòd epiſcopus dicitur celebrare in veſtimentis epiſcopalibus quando eſt indutus ornamentis pontificalibus, quæ ſunt quatuor: ſcilicet mitra, baculus paſtoralis, annulus, & compagus. Vnde mitra quæ habet duo cornua, deſignat duo teſtamenta, vetus. ſ. & nouum. Et fuit ordinatum quòd epiſcopi haberēt mitram ad inſtar Moyſi, qui reuerſus fuit cornutus à monte vbi accepit legem Dei, & ignorabat ꝙ eſſet cornutus. Aliud veſtimentum eſt baculus paſtoralis, qui dicitur croſſa. Aliud eſt annulus, qui datur epiſcopis in ſignū matrimonij inter ipſos & eccleſiā. Aliud dicitur compagus ſiue caligæ epiſcopales quæ alio nomine dicuntur ſandalia. CASVS. Aliquis abbas à ſede apoſtolica obtinuit vt poſſet vti mitra & alijs ornamētis epiſcopalibus. iſte abbas cōparuit in ſynodo epiſcopali vt tenebatur, quia non erat exēptus: vel erat exemptus, tamē habebat populū non exemptū, ratione cuius tenebatur cōparere in ſynodo. & certum eſt ꝙ iſte abbas debet eſſe in eodem ſtatu in quo celebrat miſſam, & ipſe fert mitram pretioſiorē mitra epiſcopali, puta quia ſua mitra in medio habet lapides pretioſos. Item habet laminas aureas vel argenteas: vtrū poſsit vti iſta mitra? Reſpō. ꝙ non poterit vti tali mitra, quantūcunq; ſit exemptus. Vtrum autē exemptus poſſit vti mitra aurifriſiata non habente laminas aut gemmas? Reſpon. ꝙ ſic. ſi autē non ſit exēptus, vtetur mitra alba & plana non aurifriſiata quādiu erit in ſynodo & in concilio. Et iſtud ordinatum fuit ne detrahatur auctoritati & honori epiſcopali: quia ignorātes putant ꝙ ille qui habet maiores ornatus, ſit maioris auctoritatis: iuxta illud, Hūc homines decorant, quem veſtiméta decorant. {Eccleſiarum ſuarū.} vnde matrimonium cōtrahitur ſolum inter epiſcopum & eccleſiā: ideo epiſcopus debet portare annulum. Ex quo ſequitur quòd alij inferiores prælati non debent portare annulū. ideo dicit Ioan. Andr. ꝙ clericus annulatus aut eſt epiſcopus, aut fatuus. quod verum eſt, niſi habeat aliam dignitaté: vt quia eſt doctor: tunc enim in ſignū matrimonij inter ipſum & ſcientiā, poteſt deferre annulum. {Aurifriſiatis.} id eſt non habētibus laminas neq; lapides pretioſos. Nota primò ꝙ de iure cōmuni abbatibus & alijs inferioribus prælatis ab epiſcopis non competit vſus mitræ ratione ſuæ dignitatis. No. ſecundò ꝙ priuilegiū licet ſit ſtrictè interpretandum: tamē debet taliter intelligi vt totaliter non fruſtretur ſuo effectu. Domi.

*a Dicit Archi. quòd incipiebat, ex parte. Guiel. in Spe. eodem tit. ver. Abbas quoꝗ dicit quòd incipiebat exigit. & hæc eſt veritas.*

*Compagus et ſandalia ſunt caligæ epiſcopi.*

*Verſus.*

f *Non competit.* quia ſunt ipſi prælati inferiores epiſcopis. Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem.

g *In eccleſiarum ſuarum.* Idē puto [b] ſi alicui inferiori prælato perſonaliter propter ipſius perſonæ prærogatiuā fuerit priuilegium tale conceſſum: quod interdū contingit: vt. ſ. de præſump. cùm in iuuentute. vbi propter prærogatiuam perſonæ conceſſum fuit epiſcopo ornamentum archiepiſcopale.

*b Et meritò, cū fortiora ſint priuilegia data perſonis contemplatione eccleſiarum, quàm contemplatione ipſarū. ſupra cap. proximo. Ioan. And.*

h *Sic tamen.* concor. ſ. eo. c. j. in princ.

i *Dignitatū.* 100. diſt. rationis. hoc vult dicere, veniebat abbas ditiſsimus in hoc priuilegiatus ad cōcilium epiſcopale, habens pulchriora ornamenta & mitram epiſcopo: ita quòd ipſe per inſpectionem ornatuum videbatur epiſcopus. idem in prouinciali: ibi enim in ornamentis præcellebat alios epiſcopos: quod ſatis erat indecens, & ſcandalizabantur epiſcopi. prouidere ergo æquiter voluit ita quòd ſcandalum tolleret, & priuilegium aliquod conferret. Et nota quòd non eſt pompoſitate reſpuendum, imò ratione defendendum, quòd doctores togati variati, & ornati incedant: vt per illa dignitas doctoratus appareat: ſed ſunt ſcholaſtici reprehendendi qui ſibi veſtes doctoribus ſolùm congruentes aſſumunt.

*Rationem exprimit et notat.*

*Scholares reprehendendi ſunt qui veſtes doctoribus ſolùm congruentes aſſumunt.*

k *Tenentur.* Fortè propter capellas non exemptas, vel propter populum non exemptum.

l *Simplicibus.* Vt non ſolùm non habeant laminas vel gemmas, ſed etiam nec aurifriſiaturas.

m *Alijs.* à prouincialibus & epiſcopalibus ſynodis & concilijs, puta cùm celebrant in eccleſijs ſuis vel alienis.

Permit-

Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

a *Permittunt.* Inſpiciendus eſt igitur tenor priuilegiorum, & ſeruandus. infra cap. proxi. ſupra eod. porro.

Diuiſio. CVm perſonæ. Hæc eſt prima Bonifacij in titulo. Diuiditur in tres partes: & vltima pars poteſt ſubdiuidi: quia primò tractat quando priuilegium ſufficit vel dat cauſam præſcribendi. Secūda ibi, Si verò. quando neutrum horum occurrit. ADDITIO. Et pro parte ſumi potuit in extrauag. Alexan. iiij. quæ incipit, quia perſonę. de qua etiam mētionem facit Guliel. in Specu. de appel. §. reſtat. verſi. ſi autē iudex. & hoc eodem tit. & ver. no. Ioann. Andr. CASVS. In diœceſi Pictauēſi ſunt aliqui qui dicūt ſe habere priuilegiū vt ſint exēpti à poteſtate ordinarij: prætextu quorum priuilegiorum plura nefanda cōmittunt, cōfidentes de ſuis priuilegijs: ita quòd ſæpiſsimè exinde oriuntur plura ſcādala. vtrū epiſcop⁹ poteſt eos cōpellere & monere vt ſibi oſtendāt ſua priuilegia: vt videat an ſint taliter exempti à ſua iuriſdictione, ꝙ nō poſſit eos punire ꝓ ſuis criminibus? Reſpō. quòd poteſt epiſcopus tales exēptos cōpellere vt oſtendant ſua priuilegia ſibi epiſcopo, vel ſuis cōmiſſarijs: & quòd epiſcopus vel eius commiſſarius poſsit legere priuilegia integraliter: etiam ſi petatur quòd priuilegia illa exhibeantur occaſione articuli ſuper quo eſt cōtrouerſia: ſed tunc habita lectura integrali omnium priuilegiorum, non habebit copiam omnium, ſed ſolùm illius articuli de quo eſt controuerſia. Sed quæritur vltra: nunquid epiſcopus pendente iſta exhibitione, an priuilegia ſua ſint ſufficientia ad impediendum ſuam iuriſdictionem, poterit in eos exercere ſuam iuriſdictionem? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctione. aut enim iſti priuilegiati ad fundandam ſuam intentionem, id eſt ad probandum ſuam exemptionem, allegant priuilegium exemptionis tantum, aut priuilegium & præſcriptionem ſimul: aut allegant ſolum præſcriptionem, & ſunt in poſſeſsione exemptionis: tunc pendente litigio ſuper exhibitione priuilegiorum ſuorum, non poterit epiſcopus eos turbare ſua in poſſeſsione exemptionis: neque in eos poterit exercere ſuam iuriſdictionem. Si autem allegant ſolum præſcriptionem, quia dicunt præſcripſiſſe libertatem, non extinctiuè, ita quòd nulli ſubſint: quia non poſſunt eſſe acephali, ſed dicunt præſcripſiſſe libertatem tranſlatiuè: hoc eſt non ſubſunt ordinario naturali, ſed alteri: in iſto caſu quamdiu probabitur præſcriptio, reputabuntur ſubditi epiſcopi: ita quòd epiſcopus poterit in eos exercere ſuam iuriſdictionem. Ratio diuerſitatis inter priuilegium & præſcriptionem: quia priuilegium eſt plus fauorabile quàm ſit præſcriptio, quæ eſt mere odioſa: ideo pēdente iudicio ſuper præſcriptione, epiſcopus vtetur iuriſdictione ſua ordinaria: quanquam reuera talis non ſit ſibi ſubditus. {Infamiam} quandoque infamiam iuris. nam quædam ſunt delicta quæ ipſo iure irrogant infamiam, id eſt ipſo facto, de quibus in l. j. ff. quibus irroga. infamia. Alia ſunt delicta quæ non irrogant infamiam ipſo facto: ſed per ſententiam iudicis. {Loco ſecuro} vbi epiſcopus non poſsit exemptis inferre violentiam: quia fortè epiſcopus ſibi remoueret eorum priuilegia, & illa non poſſent recuperare ſine magnis laboribus & miſerijs. {Integraliter.} Licet pro præſenti non ſit controuerſia de omnibus articulis, ſed de vno ſolo tātum. No. primò quòd exemptus à iuriſdictione ordinarij dicitur habere libertatē. ad hoc ſupra eo. tit. & lib. c. j. No. ſecundò arg. differentiam eſſe inter priuilegium & indulgētiam. ad hoc ſupra eod. tit. & lib. c. ne aliqui. vide no. xxij. q. ij. in ſumma. & de ſepul. in noſtra, in prin. Domi.

verò locis exemptis & non exēptis, mitris liceat illis vti, prout conceſſa eis ab eadem ſede indulta permittunt [a].

## Bonifacius octauus.

*In prima parte demonſtrat quid iuris cùm quis ſolo priuilegio ſe dicit exemptū. In ſecunda ibi, Si autem. quid iuris cùm ſuper hoc præſcriptionem allegat. In tertia ibi, Quòd ſi tales. quid iuris cùm allegat vtrunque. Io. An.*

### CAPIT. VII.

A CVm perſonæ eccleſiaſticæ tam religioſæ quàm ſeculares plura præſumant quæ ipſis infamiam [b] pariunt, & alijs inferunt læſionem [c], prætextu exemptionis vel libertatis quam aſſerunt ſe habere, ordinariorum correctiones & ordinationes ſubterfugientes, ac eorum forum ſiue iudicium declinantus: Nos volentes ſuper hoc de ſalubri remedio prouidere, ſtatuimus, vt hi qui ſe aſſerunt per priuilegia ſeu indulgentias apoſtolicæ ſedis exemptos: à locorum ordinarijs † requiſiti, huiuſmodi priuilegia vel indulgentias (quibus ſe dicunt fore munitos) ipſis ordinarijs in loco cōgruo & ſecuro [d], aut aliquibus prudentibus [e] viris omni ſuſpicione carētibus [f], ad hoc per dictos ordinarios deputatis, intra terminum competētem [g] pro facti qualitate ipſorum ordinariorum vel delegatorum ſuorum arbitrio moderandum [h], iuſto impedimento [i] ceſſante oſtendere, ac ad legendum integraliter [k] † exhibere: necnon de articulis de quibus controuerſia fuerit, tranſcriptum tradere [l] teneantur. Si autem ad fundandam intentionem ſuam ſuper huiuſmodi libertate ſolummodo [m] præſcriptionem canonicam [n] duxerint opponendam: eiſdem ordinarijs [o] vel delegatis ab eis viris prudentibus non ſuſpectis, de præſcriptione huiuſ-

b *Infamiam.* ſ. tit. proxi. c. vnico. prouidendū fuit: quia crudeles erant negligendo famam ſuam xij. q. j. nolo.
c *Læſionem.* metas enim priuilegiorum ſuorum ſeruare debent. ſuprà eod. tit. & lib. cap. j. in princ.
d *Securo.* ad idem. ſupra de fi. inſtr. accepimus. vnde ſi locus non eſt ſecurus, licet parti appellare. ſupra vt lit. non cōteſt. accedens. ij. ſupra de appel. ex parte. j. & infra de ſentē. excom. venerabilibus. §. & hoc ipſum. alia litera eſt, ſecreto. ADDITIO. Sed prima verior, ſecūdum Ioan. Mona. & Archid.
e *Prudentibus.* ſupra de conſan. & affi. c. j.
f *Carentibus.* iij. q. v. quòd ſuſpecti. vnde bonum eſt quòd de ipſorum cōſenſu aſſumātur. de offi. deleg. ſuper queſtionū.
g *Competentem.* ſupra de dila. ca. j. aliàs poſſet appellari: vt ibi. cōſideranda ſunt circa hoc quæ habētur ſuprà de appell. cùm ſit.
h *Moderādum.* ſic ſupra eod. lib. de appel. legitima.
i *Impedimento.* ſic ſupra eod. lib. de elect. quàm ſit. & cap. cupientes. §. quòd ſi. & cap. commiſſa. §. j.
Gloſſa ſequens rationem reddit dicēs opi. Innocent. approbatam, & Hoſt. reprobatā, ad ipſius rationem reſpondens.
C k *Integraliter.* ne præcedētia vel ſequētia arctent articulum de quo contēditur. ff. quēad. teſta. ape. l. ij. §. diem. & à capite edenda eſt ratio. ff. de eden. l. argentarius. §. j. & l. j. §. editiones. & §. edere non videtur. & approbatur hic opi. Innocen. qui hoc quod hic dicitur notabat ſuprà de fi. inſtru. contingit. in fi. [a] Et reprobatur opi. Hoſt. qui ibi no. cōtrariū, ſcilicet quod priuilegium erat legendum & exhibendum ſolùm in illo capitulo de quo erat quæſtio. nam ſi totus tenor legeretur, poſſet lectio dare litigādi materiam ſicut editio: quod eſt contra mentem ipſius decre. contingit. quæ debet verbis præferri. de verbo. ſignifi. intelligentia. ſed non ſtatur huic, ſed primæ rationi: nec ita ex ſimplici lectura oritur litigandi materia ſicut ex tranſcripto, quod pluribus diebus & noctibus vidētes & perlegētes aduocati litigia inde ſumūt: vt ibi. & licet vtraq; opinio ſatis habeat æquitatē: prima tamē magis ratione & illo textu fulcitur, & ideo hic approbatur.
l *Tradere.* ſed quare reus probare cōpellitur & edere propria inſtrumenta contra ſe, cōtra id. ſupra de proba. c. j. C. de eden. l. qui accuſare? Dic quòd iſte priuilegiatus ſiue agat ſiue excipiat, habet probare ex eo ꝙ de iure cōmuni intentio epiſcopi eſt fundata: & quod dicit de editione, locum habet
D in priuata vel propria ſcriptura qua quis vſurus nō eſt. porrò in cōmuni vel propria ſcriptura qua quis vſurus eſt, locū nō habet. quod dic vt no. in prædicto c. j. de proba. & ſupra de fi. inſtr. G. perpetuus. ff. de edē. l. j. §. editiones. & in cle. de vſu. ex graui. in gloſſ. vide quod ibi. Ioan. Andr.
m *Solummodo.* quia non ſimul allegant priuilegium & præſcriptionem. de quo in ſeq. §. tractabit.
n *Canonicam.* xl. annorum: vt infra ſequitur, cū titulo. quod dic vt ſuprà eod. lib. de præſcrip. c. j. Ioann. And.
Gloſſa ſequens obiicit & dupliciter ſoluit.
o *Ordinarijs.* mirū eſt quomodo ordinarij cognoſcūt in cauſa ſua: contra id iiij. q. iiij. c. j. C. ne quis in ſua cauſa. in rubro & nigro. Sol. ordinarius bene cognoſcit de cauſa eccleſiæ [b], licet nō de propria. quod dic vt no. ij. q. vij. ſi quis erga. de cle. male. ca. j. & j. de pœ. Romana. Item ordinarius dicit ſuā eſſe iuriſdictionē: & ſubdit⁹ hoc negat: & bene cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. ſ. de reſcr. literis. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Sed ad omnē ſuſpicionē vitandā melius videtur id expediri per delegatos: vt ſequitur. ſupra de fo. cōpe. ſi quis contra. & ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. prætor. ADDITIO. Idē Io. Mo. Archi. remittit ad not. per Innocē. de dila. præterea. de cenſi. venera-

† *Supplicit Do. Phi. ſen alijs quorū iuriſdictio fundata eſt iure cōmuni, aut ſtatuto priuilegio notorijs: quia notorium facti, vt late Anch. hic, operatur idem quod notorium iuris. Font.*

† *Tamē nō dāda eſt copia totius, ſed illius ſolùm articuli ſuper quo cōtenditur. cap. contingit. de fide inſtrumen. de Anch. aſſe. Bar. in rubri. ff. de noui ope. nūcia. vnde legataria petenti copiā inſtrumenti, traditur ſola particula ad ipſum faciens. l. prætor. ff. de eden. Font.*

*a Vide q̄ ibi notatur in vlt. gloſ. et quod ibi dicam. Ioā. And.*

*Obiicit & ſoluit.*

*b Placet Philip. etiā ſi allegetur præſcriptio. Do. Vide tamen Innoc. cap. venerabili. de ver. ſig. ni. Font.*



A venerabili. de verb. ſignificatio. ex parte. Ioannes Andr.
a *Huiuſmodi.* canonica ſcilicet, nec poteſt ſubditus obediētiam præſcribere cōtra prælatum. quòd dic vt ſuprà de præſcriptio. cùm non liceat.
b *Munitos.* & ſic allegās hæc duo ſimul, auditur: vt ſ. de præſcrip. auditis. Vide de hoc de ver. ſigni. abbate, contra eod. tit. veniens. dic vt dixi. j. de regu. iur. nullus pluribus. ADDITIO. Archi. remittit ad no. xxiij. diſtinction. quanquam. in glo. ſic ergo. Ioānes Andreas.
c *Per ſe.* ſine præſcriptione.
d *Prædictis.* ſuprà primo & ij. reſpon.
e *Annorum.* xl. quia minor non currit cōtra eccleſiam. xvj. q. iij. c. placuit. ij. verſi. quas actiones. ſuprà de præſcrip. de quarta.
f *Violenta.* ſic poſsidentes cùm pati debeant pœnam, ergo non præmium. infrà eod. licet. ſ. eod. lib. de præben. eum qui. xvj. quæſtion. j. legi. ADDITIO. Ioann. Mo. alleg. de trāſlat. inter corporalia. §. ſed neque. ff. ſo. mat. ſi ab hoſtibus. Ioan. Andr.
Gloſ. ſeq. alleg. vnā concord. ſignat vnū contrarium, & remittit.
g *Precariò.* ſic ſuprà de reſtitut. ſpo. olim. j. licet enim iſta ſit iuſta cauſa poſsidendi, non dat tamen titulum præſcribendi: ne ille qui precario conceſsit, ex liberalitate ſua illiberalitatē recipiat contra naturam contractus. ff. de preca. l. j.
h *Turbētur.* hoc idē ſi ſolum priuilegiū allegarent: vt probatur in ſeq. §. in princ.
i *Iure communi.* xvj. quæſt. vij. omnes baſilicæ.
k *In eoſdem.* Nota quantus fauor priuilegio debetur. eſt etenim priuilegium ex ſe fauorabile, ſed præſcriptio odioſa. ſ. de deci. tua. & ca. ex parte. & dixi de hoc j. de reg. iur.

modi [a] facere debent fidem. Quòd ſi tales priuilegio & præſcriptione aſſerant ſe munitos [b]: priuilegium quidem ipſum exhibeant, vt in primo huiuſmodi conſtitutionis articulo ſuperius eſt expreſſum. Et ſi priuilegium exhibitum non ad plenum per ſe [c] ſufficiat ad exemptionem ſeu libertatem huiuſmodi comprobandam. ſed tale eſt quod ſaltem cauſam præbeat præſcri-
B bendi: coram perſonis prædictis [d] annorum [e] quadraginta præſcriptionem teneantur probare: præſcriptioniſque probatione pendente, licet ordinariorū intētio de iure communi fundetur, tamen quia de priuilegio (quod ſaltē cauſam præſcribendi præbet) faciunt fidē: in libertatis vel exēptionis poſſeſsione non violēta [f], non clandeſtina, nec conceſſa precariò [g], de qua fidem corā eiſdem fecerint, non turbentur [h]. Si verò priuilegium per ſe ſufficiens, quando ſolo priuilegio ſe defendunt,
C vel ſaltem tale quod præſcriptioni canonicæ cauſam præſtet, cùm præſcriptionem allegant, non exhibuerint vt eſt dictum: cùm de iure communi [i] ordinariorum intentio ſit fundata, ſua iuriſdictione vti poſsint in eoſdem [k] liberè, donec de præſcriptione canonica (vt præmiſſum eſt) fecerint plenam fidem.

## Idem.

*Interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ regularibus vel ſecularibus (quamuis exemptis) qui ſcienter celebrant vel celebrari faciunt diuina in ciuitatibus vel locis interdictis: niſi ſecundum permiſsionem iuris: vel qui excommunicatos vel interdictos, publicè ad diuina officia, ſacramenta vel ſepulturam admittūt. hoc dicit Ioann. And.*

### CAPITVLVM VIII.

B EPiſcoporum & aliorum prælatorum querelis frequentibus & queruloſis clamoribus excitati, præſenti decreto duximus ſtatuendū, ne aliqui ſeculares aut regulares quantumcunque exemptionis ſeu libertatis ſedis apoſtolicæ priuilegijs communiti [l], cuiuſcunque ordinis, religionis, ſtatus vel conditionis exiſtant, ſcienter celebrēt vel faciant celebrari diuina in ciuitatibus, caſtris, villis, niſi quatenus eis à iure conceditur, ſeu locis alijs interdictis [m] ab ordinarijs [n] ſiue delegatis [o] iudicibus vel à iure [p]: aut excommunicatos
C publicè vel interdictos ad diuina officia [q] ſeu eccleſiaſtica ſacramenta vel eccleſiaſticam ſepulturam [r] admittant. Qui verò contra præſumpſerint, præter alias pœnas à iure ſtatutas [s], ingreſſum [t] eccleſiæ ſibi nouerint interdictum, donec de tranſgreſsione huiuſmodi ad arbitrium eius cuius

EPiſcoporum & aliorum. Primò ponit quadruplicem prohibitionē. Secundò pœnam adiicit pœnis antiquis: ibi, Qui verò. Hodie aggrauata eſt pœna. quod dic vt de ſepul. in cle. eos. & in cle. de ſent. excōmu. ex frequentibus Ioan. An.
CASVS. Propter delictum comitis Pictauenſis fuit ciuitas Pictauenſis interdicta interdicto generali, & totus comitatus Pictauēſis: in quo comitatu Pictauēſi ſunt aliqui exempti, ſecundum veriorem intellectum: qui putantes ſe non teneri ad interdictum quod diœceſanus impoſuit, eo quia ſunt exempti, contemnunt illud interdictum, & celebrant diuina officia ianuis apertis & alta voce. Certum eſt quòd à iure antiquo ſunt aliquæ pœnæ introductæ contra non obſeruantes interdictū. Sed vtrū vltra illas pœnas ſint aliæ pœnæ introductæ? Reſpōdet ꝙ ſic: quia eſt eis interdictus ingreſſus eccleſiæ donec fuerit ſatisfactum ad arbitrium epiſcopi. Et notanter dicitur ad arbitrium quia non tenentur ſatisfacere ad dictum epiſcopi, niſi vt bonus vir fuerit arbitratus. Sed quid, pone quòd epiſcopus Pictauenſis protulit in aliquos ſuos ſubditos ſententiam excommunicationis, & mandauit epiſcopus vt tales ſubditi non reciperentur ad diuina? Certū eſt ꝙ tales non debent ad diuina admitti. Sed quid? quia licet epiſcopus mandat ſubditis vt illos non reciperent ad diuina, non tamen mandat exemptis: nunquid exempti poſſunt
A tales excōmunicatos admittere ad diuina? Reſpondet quòd non: & ſi contrarium fecerint, incurrant prædictam pœnam: quia eis eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, & efficiuntur irregulares. in cap. is qui. de ſent. excom. j. eo. lib. {Conceditur.} vt in cap. alma. infra de ſent. excom. eod. lib. ſcilicet baſſa voce & ianuis clauſis. Nota primò quòd diuina officia non debent populo celebrari in locis interdictis: & celebrantes in locis interdictis incurrūt graues pœnas: & maiores pœnas incurrunt exempti quàm non exempti l. preſbyteri. C. de epiſco. & cleri. vbi magis puniēdi ſunt illi qui plurimū honoris à principe ſuſceperūt. ideo ſi exēpti delinquāt, grauius ſunt puniēdi quàm cæteri. Item quia iſti priuilegiati confidentes de ſuis priuilegijs, plus cæteris violabāt interdictū: ideo propter frequentiam delicti ordinatū fuit quòd plus ceteris punirētur. No. vlterius iuncta gloſſ. quòd celebrās præſente excōmunicato non eſt irregularis: ſed eſt ei interdictus ingreſſus eccleſiæ: tamē eſt proximus irregularitati: quia ſi ſe immiſceat diuinis, efficitur irregularis. c. is qui. de ſentent. excō. iſtomet lib. No. vlterius ꝙ appellatione ſacramentorū eccleſiæ non venit ſepultura. No. inſuper ꝙ decreti appellatione comprehenditur conſtitutio iuris cōmunis. Quid autem ſit propriè decretū, vide glo. ſuprà eo. li. de rebus eccle. non alie. cap. ij. No. finaliter quòd eadem pœna punitur faciens celebrari diuina in loco prohibito, qua punitur celebrans. ad hoc cle. grauis. de ſent. excom. Domi.
l *Communiti.* De formis videbis. j. eod. tit. ſi papa.
m *Interdictis.* Vide cle. de ſent. excom. cap. j.
n *Ordinarijs.* Sic ſ. eod. tit. cùm & plantare.
o *Delegatis.* Delegati ergo interdicere poſſunt. ad idem. ſ. de
D offi. deleg. c. j. & cap. ſanè. ij. ADDITIO. Saluo quod habes in extraua. Bonifacij, prouidè attendentes. Ioan. Andr.
p *Vel à iure.* vt ſupra eod. lib. de elect. vbi periculum. §. ciuitas. & ſ. de cenſi. quanquam. & j. de pœ. felicis. in fine.
q *Officia* celebrans pręſente excōmunicato maiori excommunicatione vel interdicto, nō eſt irregularis. j. de ſent. excom. is qui. vbi de hoc. interdum tamen licet celebrare præſentibus interdictis. quod dic vt j. de ſent. excom. c. vlt.
r *Sepulturam.* Vide cle. de ſepul. eos qui.
s *A iure ſtatutas.* Sicut diuerſa ſunt narrata, ſic diuerſæ prouiſiones iuris. ſi qui celebrāt in ciuitate, caſtris vel villis, niſi quantum eis à iure permittitur: compeſcantur per ordinarios. ſuprà eo. auctoritate. ſi celebrant in loco interdicto vltra quàm à iure permittitur, ſcienter: ſunt irregulares. j. de ſent. excom. is qui. ſed ſi præſentibus excommunicatis celebrant, ſecus: vt ibi, & ſuprà dixi.
Gloſ. ſeq. primò oſtendit vicinitatem irregularitatis: ſecūdò tractat an in non exemptis locum habeat iſta pœna.
t *Ingreſſum.* Hoc aduerte: quia vt ſ. dixi: licet quidam ex iſtis non ſunt irregulares, tamen per decretalem iſtā ſunt vicini irregularitati contrahēdæ: quia ſi poſt huiuſmodi interdictū in eccle-

*Officia diuina non ſunt in locis interdictis celebrāda.*

*Irregularis nō eſt præſente excōmunicato celebrans.*

*Delegatus poteſt eccleſiam interdicere.*

*Celebrans præſente excōmunicato, non propterea efficitur irregularis.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



*a Ioā. Mo. in prædic. decreta. is cui. Ioann. And.*

in eccleſia celebrauerint, vt prius irregularitatem incurrūt: vt. j. de ſent. excōmu. is cui. Scire debes quòd quidam a hāc decretalem & eius pœnam dicunt locum habere tantum in exemptis: & pro eis facit, quia multo maiore pœna ſunt digni quibus cùm plurimum honoris per iuſsiones principū eſt delatum, reperiū-tur in crimine. C. de epiſ. & cle. l. presbyteri. Et eſt canonizata. v. q. vlt. presbyteri. vnde dicatur hoc ſtatutū circa eos tantum, ne priuilegiorum prætextu flagitiorum creſcat auctoritas. Cod. de priuileg. ſchola. l. ij. lib. xij. ſed contrarium credo, ſcilicet hanc decret. & eius pœnā habere locum etiam in non exemptis per literam quæ ſuprà dicit, quantumcunque & cet. quaſi dicat decre. iſta quòd vult etiam exemptos nedum non exemptos hac conſtitutione ligari. ad idem. ſuprà de præbend. capit. j. cum ſi.

ſententiā cōtempſerunt a, ſatisfecerint competenter.

Idem.

*Primò ponit, quando eximitur eccleſia quid importet. Secundò, quando ipſius canonici. Tertiò, quando clerici. Et iſta ordinatè declarat, in qualibet partium affirmatiuè & negatiuè loquendo, ſecundum Ioan. And.*

CAPIT. IX.

PEr exemptionem eccleſiæ conceſſam, ipſa eccleſia b & ipſius monachi vel canonici, clerici etiam & conuerſi, perpetuoque oblati, non autem c eccleſiæ eiuſdem presbyter, qui parochianorum curā habet d quo ad ea quæ ad curam eandem pertinent, nec ipſi parochiani e etiam, intelligūtur exempti †. Verùm ſi canonici alicuius eccleſiæ eximantur: ipſi ſoli canonici, non autem eccleſia f vel alij eius clerici g ſunt exempti. Si autem clerici cuiuſuis eccleſiæ eximantur: tunc tam canonici quàm alij clerici eximuntur, non tamen eccleſia: niſi aliud in exemptionis priuilegio exprimatur.

Idem.

A c *Non autem.* ſubintelligitur exemptus &c.

d *Curam habet.* vnde tales presbyteri habent inſtitui ab epiſcopis: & intelliguntur eſſe perpetui, quia nequeunt abſque rationabili cauſa extunc ab epiſcopis amoueri. ſ. eo. lib. de capel. mona. cap. vnico. & hoc caſu propter hanc curam & populum non exemptū prælatus exemptus vadit ad ſynodum epiſcopalē. ſ. eod. tit. & lib. vt apoſtolicæ.

Gloſ. ſeq. dat ſimile. ſecundo obijcit & ſoluit.

e *Parochiani.* Sicut aliud eſt clericus, aliud eſt populus. ſ. e. ex parte. j. & j. de ſentē. excō. ſi ſentētia. j. reſpō. ſed huic. j. reſpōſo videtur cōtradicere. ſ. de verb. ſig. cùm clerici a. vbi nomine eccleſiæ cathedralis intelligitur ſolum capitulum, non inferiores clerici vel conuerſi. ſed ibi de iuramento loquitur quòd ſtrictè intelligitur, nec extenditur ad ea de quibus non fuit cogitatū. ſ. de iureiur. cap. pen. iuriſdictio autem ita pendet penes epiſcopum & capitulum, quòd non penes inferiores clericos. intelligatur ergo iuramentum ibi ſecundum formam iuris communis. ad idem, ſuprà de iureiuran. ad noſtram. iij. ſuprà de verb. ſignific. ſuper quibuſdam. ADDITIO. Concordat Archidi. ſupra eod. lib. de præben. quamuis. j. ſed Ioannes Mona. quid voluerit, non capio. Ioan. And.

*Prælatus exēptus habens curā & populū non exemptum tenetur ire ad ſynodum.*

*b De varijs ſignificationibus quas habet eccleſia: ibi not. & in concor. Io. And.*

*† No. ergo poſt de hac, et aliās hic ꝙ per iſtam exēptionē epiſcopus nihil perdit in parochianis. Inno. c. recepimus. ſ. e. et ratio eſt ſecundum Hoſti. quia laici nō ſūt annumerantur eccleſia quàm clerici. Itē iſta priuilegia quia eius aliquaiter præiudicāt, reſtringūtur: idcò laici nō veniunt hic, quanquam bene in ſententia quæ omne ius epiſcopo abdicatur ſecundū Ioannē Andr. hic Font.*

a *Contempſerunt.* ſic. ſ. de immuni. eccle. quoniam.

*Diuiſio.*

PEr exemptionen.} Eximitur quandoque eccleſia, quandoque ipſius canonici, quandoque clerici. Iſta tria quid importent, ordinatè declarat. Et tria facit hæc decret. quæ ſatis patent. Secunda ibi, verum. Tertia ibi, Si autem. Et emanauit declaratiuè ad ea quæ not. Innocent. & Hoſtienſ. ſ. eo. cum capella. & cap. recepimus, & fuit ſumpta de extrauagāti Innocent. quæ incipiebat, ad perpetuam. ADDITIO. Gulli. in Spe. eod. tit. ver. item licet. allegabat, cùm ſuper. quæ in ſum. dicebat quòd abbas contra epiſcopum agens ſuper exemptione eccleſiæ monachorum & parochianorum, ſuccubuit vltimò: quia nil de parochianis in priuilegio dicebatur. Ioan. Andr. CASVS. Papa per ſuum priuilegium vel indultum eximit aliquam eccleſiā à iuriſdictione diœceſani, per vnam de formis in cap. ſeq. quia dicit papa, talem eccleſiam eximimus à iuriſdictione ordinarij. vtrum per hoc videatur papa non ſolùm exemiſſe eccleſiam à iuriſdictione ordinarij, ſed etiam miniſtros ipſius eccleſiæ? Reſpondet quòd non. vt ponamus quòd eſt aliqua eccleſia conuentualis vel collegiata, in qua eſt rector habens adminiſtrationem. papa illam eccleſiam eximit à iuriſdictione ordinarij ſub hac forma, Talem eccleſiam eximimus. vel per aliam formam. vtrū videatur tantummodo locus exemptus. vel vtrum cùm hoc videantur monachi exempti & etiam rector parochialis qui eſt vicarius perpetuus? Reſpondet quòd per illud priuilegium videtur ſolùm exemiſſe ipſius monaſterij religioſos, clericos & conuerſos: ſed non videtur exemiſſe vicariū perpetuum: neque populum ipſius parochiæ: & ideo ipſe vicarius remanebit ſub iuriſdictione epiſcopi. Sed quid, ponamus quòd papa per ſuum priuilegium eximit canonicos eccleſiæ Pictauenſ. in qua ſunt miniſtri diuerſi ſtatus: quia ibi ſunt capellani: non tamen ſunt canonici. vtrum videantur exempti capellani? Reſpondet quòd non, etiam ſi eſſent miniſtri habentes dignitatem, dum tamen non haberent canoniam in eccleſia Picta. Secus ſi papa in ſuo priuilegio eſt vſus vocabulo clerici, puta quia dixit, Nos eximimus à iuriſdictione ordinarij clericos eccleſiæ Pictauen. quia tunc videtur exemiſſe omnes miniſtros ipſius eccleſiæ. Nota primò quòd exempta aliqua eccleſia à iuriſdictione epiſcopi, videntur exempti ſimiliter miniſtri ipſius eccleſiæ: quia iſta exemptio eccleſiæ dicitur exemptio realis, & ſe extendit ad perſonas. No. quòd quando eximitur eccleſia, videtur locus exemptus, & etiam miniſtri illius eccleſiæ: nō autem vicarius perpetuus deputatus eccleſiæ parochiali, neque parochiani illius eccleſię per illud priuilegium ſunt exempti à iuriſdictione diœceſani. Nota quòd appellatione canonicorum veniunt ſolùm habentes canoniam in eccleſia. Nota quòd appellatione clericorum veniunt omnes miniſtri eccleſiæ.

*Exempta eccleſia, & ipſius miniſtri vidētur exempti.*

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem, & remittit.

b *Ipſa eccleſia.* cum atrio, ſecundum ea quæ dixi ſecundum Ber. ſ. eo. c. j. & ſubintelligitur exēpta. & bene patet per hoc cap. & per decre. illam. ſ. eo. lib. de præbend. quamuis. j. quòd eximit eccleſiam cathedralem ne ſub generali vocabulo eccleſiarum ciuitatis intelligatur exemiſſe omnia etiam minora beneficia de eccleſia: vt ibi dixi.

Gloſſa ſeq. argu. pro Ioan. & Ber.

f *Non autem eccleſia.* Bene ergo dixit Ioā. & Ber. qui not. ſ. de teſta. requiſiſti. in glo. hic reſpōdēt. ꝙ ſi quid legatur canonicis, nō intelligitur legatū eccleſię, per. l. ff. de reb. du. l. ciuib. ADDITIO. Vide quod dixi ſuper glo. pręalleg. Ioan. And.

C Gloſ. ſeq. quęrit, arg. affirmatiuè: & ſoluit contrarium.

g *Alij eius clerici.* Sed nunquid per hoc erunt exempti conuerſi & oblati non clerici? Arg. quòd ſic. xij. q. j. duo. Contrariū credo per hoc cap. quod ſtrictè ſumit verba priuilegiorum exemptionis vt ſonant: & quia non repetit de conuerſis & oblatis: vt. ſ. reſponſo. quod ſi voluiſſet intelligi, expreſſiſſet. ſuprà de deci. ad audientiam. Ad idem ſupra eod. lib. de elect. ex eo quòd. Ioann. And.

SI papa.} Hæc eſt optima decre. in materia interpretationis priuilegiorum, primò diſtinguens inter verba narratiua & aſſertiua. ponit ſex verborum quæ aſſertiuè prolatæ ſapiunt exemptionem: & de vltimis quatuor rationem ſubdit. Secunda ibi, Et eſt idem. ponit alias octo, & ſic quatuordecim vſque ibi, Non ſic. Et ibi ponit tres formas per quas nō datur exemptio: vſque ibi, Licet. vbi de formis alijs proteſtatur. Ioann. Andr. Et de hoc not. per Innoc. & Hoſt. ſ. eo. recepimus. & per ipſum Hoſtien. ſupra eo. cum capella. Ioan. And. Iſtud cap. ponit formas per quas poteſt probari exēptio aliquorum. CASVS. Epiſcopus Pictau. vel eius officialis volebat punire & corrigere Titium de aliquo exceſſu: vnde fecit ipſum citari ad comparendum perſonaliter ad ſe purgandum ſuper tali exceſſu. Titius conuentus in termino ſibi aſsignato comparuit, & oppoſuit quòd erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi: & ideo petebat remitti ad ſuū iudicem ſiue conſeruatorem ſuorum priuilegiorum. Certū eſt ꝙ intentio epiſcopi ſiue eius officialis eſt fundata de iure communi: ideo iſte Titius tenetur probare ſuam exemptionem. ſ. eo. tit. & lib. c. cùm perſonæ. vnde Titius ad probandum ſuam exemptionem produxit quoddam inſtrumētum delegatoriū, in quo dicebatur, Conqueſtus eſt nobis talis Titius Romanæ eccleſiæ immediatè ſubiectus. vtrū fuerit ſufficienter probata exemptio? Reſpondet quòd nō: quia illa verba narratiua non faciunt fidem, ſed ſolum verba diſpoſitiua: niſi in verbis diſpoſitiuis cōtineretur ꝙ talis Titius eſt ſubiectus Romanæ curię. Sed vellem informari quæ verba ſunt neceſſaria ad hoc ꝙ aliquis dicatur eximi à iuriſdictione ordinaria: & per quæ verba poteſt probari exemptio? Reſpondet quòd pluribus modis poteſt probari exemptio, dummodo probetur per vnam de formis quę ſequūtur in litera videlicet ſi dicat papa in verbis diſpoſitiuis, Nos talē eccleſiā eximimus à iuriſdictione ordinarij. vel ſic: Dicimus talē eccleſiam pertinere ad proprietatē beati Petri. vel ſic: Dicimus vel declaramus talem eccleſiam ſubiectam Romanæ eccleſiæ, vel ad eccleſiā Romanā nullo medio pertinere, vel aſſeri-



aſſerimus talem eccleſiam nullo medio ad Romanam eccleſiam pertinere. Sed quid, ponamus quòd in verbis aſſertiuis dixit papa in ſuo priuilegio, vel in ſententia, Nos talem eccleſiam aſſerimus exemptam à iuriſdictione ordinarij, vel aſſerimus talem eccleſiam ſpectare ad ius & proprietatem beati Petri, vtrū ſufficiēter probetur exemptio? Reſpondet quòd ſic. Nam omnes eccleſiæ de iure cōmuni ſpectant ad Romanam Eccleſiā: ideo ſi papa in priuilegio ſuo vel ſententia appoſuerit iſta verba in verbis diſpoſitiuis vel aſſertiuis, debent illa verba aliquid operari. Sed quid, quia papa dixit in ſuo priuilegio ꝙ talis eccleſia potiatur libertate Romanę eccleſię, vtrum ſit probata ſufficienter exemptio? Reſpōdet quòd ſic. Idem ſi dicat papa, talis eccleſia in ſignum libertatis ſoluet annuū cēſum. Secus ſi diceret ſolum papa indefinitè ꝙ talis eccleſia ſoluet annuum cenſum eccleſiæ Romanæ. Idem ſi dicat ꝙ in tali eccleſia nō audeat ordinarius collocare ſuam ſedem: tunc enim videtur talis eccleſia priuilegiata. Sed quid, ponamus ꝙ papa dixit in aliqua ſentētia vel priuilegio, Nos recipimus tales religioſos talis ordinis in noſtros proprios & ſpecialiter ſubiectos Romanæ eccleſię: an videantur iſti exempti à poteſtate ordinarij? Reſpondet ꝙ ſic. Secus ſi dixiſſet papa: Nos tales recipimus in proprios & ſpeciales filios. Nam per illa verba nō viderentur exempti à iuriſdictione ordinarij. Idem dicendū eſt ſi papa aliquibus concedat indultum vel priuilegiū, vt à quoquam nō poſsint excommunicari vel ſuſpendi: & ꝙ in ſignū huius ſoluant eccleſiæ Romanæ annuum cenſum. nam per illa verba nō videntur exempti à iuriſdictione diœceſani. Poſtea dicit Rom. pont. in fine quòd pro præſenti non potuit cogitare omnes formas quibus poteſt conferri exemptio: Nam per alias formas poteſt probari exemptio, dummodo conſtet de mente papę. No. ꝙ poſita in lege gratia exēpli, nō reſtringunt legem ad caſum expreſſum: ſed extēduntur etiā ad alia ſimilia. Nota ꝙ exemptio appellatur libertas, & ꝙ illam allegans debet eam probare. vide. ſ. eo. tit. & lib. c. cùm perſonæ. Domi.

*Formas priuilegiorum ponit hæc decretalis: quarum quædam exemptionem cōferunt, quædam non. Ioan. And.*

CAPITVLVM X.

SI papa in aliquo priuilegio vel ſcriptura nō facta principaliter a ſuper donatione vel ſententia exemptionis ſeu etiam libertatis, aliquam eccleſiam ad ius & proprietatē Romanæ eccleſiæ pertinere, vel conſimilia verba narret: non propterea illius eccleſiæ exēptio eſt probata b, niſi de libertate aliter doceatur. Si autem eccleſiæ vel monaſterio exemptionis priuilegium concedendo, vel ſuper ipſius exēptione ſententiando (cùm de ipſius exēptionis negotio ageretur) aſſerat c ipſam eccleſiam fore exemptam, aut eam iuris beati Petri exiſtere, ſiue ad ius & proprietatem Romanæ eccleſię d vel ad Romanā eccleſiā ſpecialiter aut ſine medio e, vel etiam ſimpliciter pertinere: per hoc plenè debet exēpta huiuſmodi eccleſia iudicari. cùm enim iure communi omnes eccleſiæ per orbem diffuſæ ad Romanam eccleſiā pertineant, ſi id alicui concedatur eccleſiæ, vel de ea per ſententiā iudicetur, ex hoc ipſius cōprobatur exemptio, vt priuilegij nihil aliàs allatura conceſsio ei cui conceditur, & ſententia nullum aliter datura ſubſidium, eccleſiæ pro qua fertur prærogatiuam cū verba aliquid operari debeant f, conferat gratiæ ſpecialis. Et eſt idem g ſi priuilegium contineat, vel ipſe papa per modum exprimat ſuprà ſcriptum, quòd eccleſia ſit libera: ſeu quòd potiatur Romanæ eccleſiæ libertate h: vel quòd in hoc pręrogatiua gaudeat ſpeciali: aut ſi dicat indefinitè i, quòd eccleſiæ Romanæ annuum cenſum ſoluat ad perceptæ indicium libertatis: ſiue quòd ipſam eccleſiā eximit ab ordinarij poteſtate: vel quòd non audeat illic epiſcopus cathedrā collocare k, aut imperandi, ſeu ordinationem quamuis leuiſſimam faciendi exercere aliquam poteſtatem. Similiter ſi aliqui recipiantur in proprios & ſpeciales ſubiectos, cenſentur exempti. Non ſic ſi in proprios & ſpeciales filios Romanæ eccleſiæ ſint ſuſcepti: tales quippe exempti propterea non exiſtunt l. Si verò dicatur ſimpliciter ꝙ aliqua eccleſia Romanæ eccleſiæ annuum cenſum m ſoluat: non propter hoc exempta eccleſia dici debet. Idem dicimus n ſi circa aliqua per priuilegium cōcedatur libertas, & clauſula de cenſu annuo perſoluendo ſequatur: vt ſi aliquibus quòd ab alio quàm à papa ſeu eius legato excommunicari, ſuſpendi aut interdici non poſsint o, vel aliquid aliud ſpecialiter à ſede

A in j. glo. vbi dicit ꝙ ſtatur publicę ſcripturę, in qua continetur de finibus epiſcopatuum: licet iſta ſint facta ob aliud: ſed illud habeat locū in ipſa probatione finiū, quæ fit per arg. ſ. de proba. cum cauſam. & cui ius cōmune non eſt contrariū: ſed hic ius commune eſt contrarium: & ſequerentur hoc caſu plenæ probationes, & ideo ſecus.

c *Aſſerat.* No. quia ſ. dixit, narret. ergo hic de aſſertiuis, ibi de narratiuis. hodie plenè probāt narratiuæ literarū papaliū ſi ſunt de ſuo facto, & ſuper his fundetur gratia vel ipſius intentio: per cle. de proba. literis. & vide quod ibi not. in gloſ. antepenult.

*Narratiua verba papæ probāt plenè ſi ſunt de ſuo facto, et ſuper his fundetur intētio ipſius.*

d *Eccleſiæ.* ſ. de reſti. in integ. cap. ij. de arbi. cum tempore.

e *Sine medio.* ſuprà eo. cùm olim. j.

Gloſſa ſeq. allegat cōcor. ar. & remittit.

f *Debeāt.* Optimè cōcor. ſ. e. in his. {Et cōcor. quas hic alle. Archidiac. ibi inuenies in vlti. glo. {Et nota arguēdum à verbis. ſ. de deci. ad audientiā. de quo dic vt no. xxij. q. v. humanę. & ſ. de verbo. ſig. propterea. lex tamen nō debet imponi verbis, ſed rebus. ſ. eod. lib. de elect. cōmiſſa. ad finem. Ioannes Andr.

*Argumentum à verbis valet.*

g *Et eſt idē.* ſcilicet ꝙ eccleſia debet plenè iudicari exēpta.

h *Libertate.* ſuprà eo. cùm olim. ij.

i *Indefinitè.* quia ſecus ſi poſt determinationem alicuius certæ libertatis cōceſſę: vt infrà. §. idem.

k *Collocare.* in locis enim exemptis hoc nō poſſunt epiſcopi xviij. q. ij. Luminoſo. ſ. eo. lib. de offic. ordi. cum epiſcopus.

Gloſſa ſequens recit. per duplicem obie. prima, ad quid valeat conceſsio. ſecūda de duabus legibus, & vtrique reſpondet.

l *Non exiſtunt.* ſed ſunt priuilegiati: vt j. de verb. ſig. veniēs. j. reſpōſo. recipiendo ergo illos in filios, videtur illos recipere in amorem filialem: ſicut ſubdiaconus ordinatus à papa nō in exēptionē, ſed in honorē intelligitur ordinatus: princeps tamē eos quos in patres eligit, nō vult alijs ſubijci: vt in auth. cōſtit. quæ digni. col. vj. & ſi dominus apud acta nominat ſeruū ſuum filiū, dicitur ei libertatem cōceſsiſſe. C. de la. li. tol. l. vnica. §. ſimiliq; modo. ſed ibi ſibi ſoli fit pręiudiciū: hic autē fieret pīudiciū ordinario, cuius iuriſdictioni potius eſt fauendū. ſ. e. ti. & lib. cū perſonę. xj. q. j. peruenit. vbi ergo papa exprimit aliquos ſpeciales ſubiectos: ſi eſſēt alij ſubiecti, nō eſſent ſpeciales ſubiecti: & ideo illa verba exēptionē faciūt: vt. ſ. proxi. reſpō. {Hoc patet etiā. ſ. in quarto exēplo. ſufficit enim ꝙ dicatur ſpecialiter ad Romanā eccleſiā pertinere, vt ibi.} Sed licet aliquis ſit filius, nō ſequitur ꝙ ſit ſpecialis ſubiectus: quia vnius poteſtatis filius, alteri poteſtati poſſet eſſe ſubiectus a, & ideo aliud hic, aliud ibi. Filiatio ergo amorē & priuilegiū denotat, ſpecialis ſubiectio exemptionē.

*Papa recipiendo aliquos in filios nō cenſetur eos eximere.*

*a Sicut ego filius meus mihi et alteri poteſt eſſe ſeruus. ff. ad leg. Fal. l. pretia. Io. An.*

m *Cenſum.* non enim omnes eccleſiæ exemptæ ſoluunt cenſum: nec omnes quæ cenſum ſoluunt, ſunt exemptæ. ſ. eod. tit. recepimus. vnde non probat hoc eſſe &c. C. de proba. ad probationem. ſ. de offic. deleg. cùm contingat.

n *Idem dicimus.* ſcilicet ꝙ nō propter hoc exēpta cēſebitur.

o *Non poſſint.* de quo dic vt. ſ. eo. tit. & lib. ne aliqui. Io. And.

Gloſſa ſequens exemplificat.

a *Principaliter.* puta impetrat literas prælatus ſuper reuocatione rei eccleſiaſticæ malè alienatæ: quibus dicitur, cōqueſtus eſt nobis T. prelatus talis eccleſiæ nobis immediatè ſubiectæ, ꝙ prædeceſſor eius &c. vnde talia verba ſolemus vocare narratiua, nō aſſertiua. vnde. j. ſequitur, talia verba narret. ad hoc bene concor. iij. quæſt. vj. hæc quippe. & quod ibi not. in j. gloſ. ADDITIO. Vide quod no. in cle. de proba. literis. in glo. narratiuis. Archidia. remittit ad ſum. Azo. de fal. cau. adiec. & xix. diſtin. cap. j. ver. itaque. in gloſ. eſt hic argu. ſubdit etiam hic tolli opi. quam not. Bernard. de reſcrip. nōnulli. in gloſſ. ſic ergo. vltra medium, Ioan. And.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.

b *Probata.* Cōtra videtur quod no. Ber. ſ. de cenſi. cū olim.

Gloſſa

Gloſ. ſequens notat. alleg. concor. & dat ſimile.

a *Subiecti.* Ergo no. quòd vnum & idem verbum diuerſificatur ſecundum adiuncta [b]. ff. de contrahen. emp. l. quod ſæpe. §. veneni. & ff. de verb. ſig. l. qui venenũ. vnde ſi indefinitè dicatur ꝙ ad iudicium perceptę libertatis ſoluat cenſum, exẽpta dicitur: vt. ſ. §. & eſt idem. ſi poſt certã libertatẽ, non propterea vltra id intelligitur exẽpta: vt hic. & eſt ſi. ſ. de dona. paſtoralis.

*b Et ſecundum materiam: vt dicã infrà de ſen. excom. ſi ciuitas. in ſi. j. reſpon. Ioan. And.*

apoſtolica ſit indultum, vel etiam dicatur quòd in ſpeciales Romanę eccleſię filios ſint aſſumpti, & ſequatur in priuilegio quòd eccleſiæ Romanæ ad iudiciũ libertatis perceptę, annuum cenſum ſoluant. His enim & conſimilibus caſibus ſic in certis priuilegiati articulis, ordinariorum iuriſdictioni quãtum ad alia ſunt ſubiecti [a]. Licet autem ſic diuerſos priuilegiorum quibus eccleſiæ ac monaſteria eximuntur, tenores ad litium materiã amputandã duxerimus deſignandos: per hoc tamẽ alijs exemptionum (ſi reperiantur) ſeu aliarum libertatum modis vel eorum effectibus nolumus aliquatenus derogari.

## Idem.

*Priuilegiati vt tempore interdicti celebrare poſſint diuina clauſis eccleſijs, alios etiam extraneos admittere non poſſunt. Et ſi fuerit ſingularis perſona ſuper hoc priuilegiata, familiares ſuos admittit: ſecus in familia conuentus taliter priuilegiati. Hoc priuilegio non gaudet ille cuius culpa ponitur interdictum. hoc dicit. Domi.*

*Diuiſio.*

Licet. Sũt quatuor dicta per. §. diuiſa, deſinentia totidẽ dubia circa priuilegium de celebrando tempore interdicti, declarat no. per Bern. Inn. & Hoſtiẽ. ſ. eo. quia nonnullis. Io. And. CASVS. Ponamus ꝙ aliquibus clericis vel religioſis fuerat interdictũ per papam in pœnã delicti per eos cõmiſſi, vt non poſſent celebrare diuina tempore interdicti etiã ianuis clauſis. poſteà iſti clerici vel religioſi acceſſerunt ad apoſtolicam ſedem, & impetrauerunt indultũ & priuilegiũ, vt tempore interdicti poſſent diuina celebrare ianuis clauſis, non receptis excommunicatis. vtrũ poterunt admittere ad diuina tranſeũtes & peregrinos? Reſpondet Rom. pont. ꝙ nõ. ſi contrariũ fecerint, incurrunt pœnas à iure indictas. Et iſtud verũ, niſi trãſeuntes vel peregrini haberẽt priuilegium vt poſſent audire diuina in locis interdictis. Sed ponamus ꝙ iſta perſona priuilegiata vt poſsit audire diuina in locis interdictis, nõ obſtãte interdicto habet aliquos familiares: vtrũ poſsit ſecum introducere ſuos familiares, vel vtrũ poſsit per ſuos capellanos facere celebrari in locis interdictis? Reſpondet Roman. pont. quòd ſic. ſecus autẽ eſſet dicendũ in familiaribus conuentus. & hoc verum, niſi in caſu neceſsitatis: puta ſi in conuentu omnes eſſent infirmi vno excepto: tunc iſta perſona priuilegiata poſſet talem ſanũ facere celebrare in medio interdicto. Sed quid, ponamus ꝙ iſta perſona ſit priuilegiata: vtrum poſsit facere celebrari in locis interdictis, & poſsit ſecũ introducere eius familiares: habet enim plures miniſtros ſiue familiares: ſunt aliqui qui non audierunt miſſam: vtrum poterit facere celebrari aliam miſſam in loco interdicto? Certè non. No. primò ꝙ de iure tempore interdicti non eſt licitum diuina celebrare. Hodie dic vt in c. alma. j. de ſenten. excommu. Nota ſecũdo quòd priuilegium non extenditur principaliter ad alias perſonas quàm expreſſas. Domi.

b *Exiſtat.* Per ſpeciale priuilegium. & ſic facit ad titulum. {Idem Archidiaconus.}

Gloſ. ſeq. aperit dubium quod recitari poteſt per modum obiec. ſecundò opponit, & dupliciter ſoluit.

c *Excluſis.* Iſtud erat quod inducebat dubitationem per eius contrarium; quaſi à contrario non excommunicatos, nec interdictos, & aliunde venientes admittere poterant. & ar. à contrario fortiſsimum eſt. ſuprà de his quæ fi. à prælа. cùm apoſtolica. in fi. ſed hoc nõ eſt verum: niſi illi ſuper hoc ſint priuilegiati: vt patet: quia ex quo locus interdictus eſt, videtur omnibus interdictum ibi audire diuina, niſi ſuper hoc ſint priuilegiati. nec priuilegium vnius alteri penitus prodeſt ad hoc ſupra eod. ſané. & præterea ante hanc decre. in dubio erat tutius hoc tenere propter periculum animarum, & ideo amplectendum erat. de homi. ad audientiam. de ſpõ. iuuenis. Sed oppono quòd hęc decre. eſt ſuperflua: cùm hodie ſine priuilegio competat tempore interdicti taliter celebrare de iure communi, vt infra de ſenten. excommu. cap. vltimo. Poteſt dici, quod iuris in conceſsione per priuilegium dictum eſt, idem in conceſsione per ius commune: vt ibi. & ideo fortè generaliter dixit ſuprà conceſſum, non dicens qualiter. Vel dic quòd etiam per priuilegium poſſet habere locum caſus noſter, & ſubauditus primæ gloſſellæ. Pone enim quòd papa interdicendo locum vetuiſſet celebrari etiam ſecundum formam illius decre. (ſæpe enim propter rebellionẽ delinquentium aggrauãtur pœnę) & poſtea conceſſiſſet aliquibus celebrare ibi ſecundum formam iſti[us] decre. habemus ergo hunc caſum dubitabilẽ ad literam. Contra iſtam decret. vidi olim ſeruari in ciuitate Bonon. tempore generalis interdicti: quia religioſi ſic priuilegiati admittebant forenſes ad diuina.

## CAPITVLVM XI.

Licet vobis cõceſſum exiſtat [b] vt interdicti tempore ianuis clauſis, excõmunicatis & interdictis excluſis [c], voce ſubmiſſa diuina celebrare poſsitis: ad ea tamen aliquos etiã ſi aliunde venerint (niſi ſuper hoc priuilegiati [d] exiſtãt) recipere nulla ratione debetis. Cùm cõceditur ſingulari perſonæ [e] vt modo præmiſſo [f] tẽpore interdicti celebrare valeat vel audire diuina: eius familiares domeſtici [g] ad audiendũ cũ ea, & celebrandũ ſibi diuinũ officiũ, licitè admittũtur [h]. Non ſic autem in familiaribus alicuius cõuentus ſeu collegij eſt cẽſendum. illi enim niſi priuilegiati fuerint, admitti non debent [i]. Huiuſmodi quoq; cõceſsione gaudere non poteſt is cuius cauſa [k] ſeu culpa dolo vel fraude fuit ſententia interdicti ꝓlata, ſeu qui ad perpetrandũ delictum cuius occaſione lata extitit, præbuit conſiliũ, auxiliũ, vel fauorem.

d *Priuilegiati.* vt ſi accipiẽtes ſignũ crucis ꝓ ſubſidio terræ ſanctæ in hoc eſſent priuilegiati, vel quiuis alij. ADDITIO. Vide quod dicam circa hæc infrà de ſentent. excommunica. cap. fin. in fin. Ioannes And.

e *Perſonæ.* puta epiſcopo, regi, comiti, vel baroni.

f *Modo præmiſſo.* ſcilicet ianuis clauſis &c.

g *Domeſtici.* intelligo non ob hanc cauſam in fraudẽ ſumpti: vt j. de verbo. ſigni. ca. vlt.

*Domeſtici in fraudem aſſumpti non gaudẽt priuilegio domeſticorum.*

h *Admittuntur.* concor. lex. ff. de preca. l. cùm precarium. ij. vbi ſi quis precariò rogauit vt in fundo morari liceat, & de ſuis quoque conceſſum videtur. ad idem. ff. de vſu & ha. l. ij. §. j. & l. ſeq. & ff. de verbo. obli. l. ſi ſtipulatus fuero illud aut illud. ad idem. C. de aduo. diuer. iudi. l. reſtituendæ. vbi dicitur conceſſum primatibus, intelligi conceſſum & ijs qui ſub eis ſunt. ad idem. ff. de condi. & demonſtra. l. municipibus.

Gloſſa ſeq. reddit diuerſitatis rationem, quærit & ſoluit.

i *Non debet.* Et eſt ratio diuerſitatis, quia in primo caſu aliàs priuilegium eſſe poſſet inutile: quòd eſſe non debet. ſ. eo. in his. ſed in hoc ſecundo caſu conuentus poteſt ſine familiaribus per ſe celebrare diuina: & ideo priuilegiũ eſt reſtringendum. ſ. eo. vt priuilegia. verſus ſi. Quid dices ſi in conuẽtu non ſunt niſi tres, & duo ſunt infirmi: nũquid tertius poſſet celebrare cum familiari? No. Hoſt. in prædi. decre. quod nonnullis. quòd ſic: ne inutile ſit priuilegium, ad inſtar eius quod dicitur de ſingulari perſona. ſ. §. proxi. ADDITIO. Dicit Archidia. quòd non audet hoc tenere, cùm priuilegium ſit conuentus, non aliorum. Aut ergo ſolus celebret, aut abſtineat ſecundum eum. fa. ad primum quod de incluſo no. de conſec. diſt. j. hoc quoque. Ioann.

k *Cauſa.* ad idem. ſ. eo. quod nonnullis. in ſi. interdum licet tales admittantur ad auditionem diuinorum: tamen prohibentur appropinquare altari. j. de ſent. excom. c. vlt. §. penul.

Quoniam.} Primò præmittit conſtitutionis cauſam. Secundò concedit epiſcopis priuilegium altaris viatici. Ioan. Andr. Preſupponendum pro intellectu cap. quòd diuina officia, maximè miſſarum ſolennia, non debent celebrari in loco profano, ſed in eccleſia. CASVS. Aliquis epiſcopus proficiſcitur ad curiam Romanam vel alium locum: certum eſt quòd qualibet die debet celebrare vel audire miſſam. Sed ponamus quòd non poteſt commodè ire ad eccleſiam pro audiendo vel celebrando miſſam: nũquid poterit facere celebrari in itinere cum altari viatico & portatili? Reſpondet quòd ſic: dum tamen illud fiat in aliqua camera honeſta: & miſſa celebrata poterit iter ſuũ arripere. No. primò ex hoc ca. quòd miſſarum ſolennia debent celebrari in eccleſia, & non in loco profano. Nota vlterius priuilegium clauſum in corpore iuris quod habet epiſcopus, vt poſsit miſſam facere celebrari in loco priuato & profano cum altari viatico & portatili, ſi non habet acceſſum ad eccleſiam.

Abſen-



a *Abſentare.* & ſi hoc faciunt propter vtilitatem eccleſię, cẽſentur eſſe præſentes. ſ. de cleri. non reſi. ex parte. pegrinari tamen ad loca remota non debet epiſcopus ſine licentia papæ. de conſecrat. diſtinctione quinta. non oportet. ij. ſuprà de vo. & vo. redemp. magnæ.

b *Commodè.* Et ſic dicuntur poſſe xxij. q. ij. faciat. ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. ADDITIO. Vide de verb. ſigni. intelligẽtia. ſuper. iij. glo. Ioan. Andr.

c *Non decet.* Inſpiciendum ergo eſt in conceſsione priuilegij quid deceat. ad idem. ſ. eod. lib. de elect. cùm nõ deceat. cum ſuis concord.

*Not. primò ꝙ regulariter miſſa eſt celebrãda & audiẽda in eccleſia.*

Gloſſa ſequens facit quatuor. primò ponit ſeptem indulgentias epiſcoporũ. ſecundò alios habẽtes hoc priuilegium. tertiò de ipſius vſu. quartò de ipſius expedientia.

*Not. ſecũdo epiſcopũ debere qualibet die vel celebrare vel ſibi facere celebrari. Domi.*

d *Indulgemus.* Iſta eſt igitur iuris indulgentia quam habent epiſcopi. aliã habes ſupra eo, quod nõnullis. aliam. ſ. de pœn. & re. c. vlt. aliã ſ. eo. lib. de offi. deleg. ca. ij. aliam de ſen. excõ. quia periculoſum. alias. ſ. de iura. calũ. c. ſi. adde aliã per cle. de cele. miſ. dignũ. {Et de priui. c. ij.} Eandem indulgẽtiam habẽt prædicatores & minores: vt ſ. eo. in his [a]. Et iſta indulgẽtia poſſunt vti epiſcopi abſque diœceſanorum vel parochialiũ presbyterorũ licentia, abſq; tamen parochialis iuris præiudicio: vt ibi dicitur. Cum iſto autem altari viatico poterit epiſcopus (pone vadens ad curiam) de mane ante campanam diei dicere vel facere dici miſſam, & pergere vias ſuas, & ſic non impeditur in diæta, quod fieret ſi haberet neceſſe expectare diẽ & horam ſolitam & opportunitatem eccleſiæ.

*Epiſcopi habent multa priuilegia à iure communi eis conceſſa.*

*a Ibi dicit an epiſcopus hanc indulgẽtiã concedere poſſet. Io. And.*

e *Trãſgreſsione.* Licet enim poſsint celebrare in loco interdicto, non tamen alta voce & admiſsis interdictis, & interdictum violando. ſupra eo, quod nonnullis.

## Idem.

*Epiſcopi cum altari viatico celebrare poſſunt, & ſibi facere celebrari: ita tamen quod non violent interdictũ. hoc d. Ioan. And.*

## CAPIT. XII.

Quoniã epiſcopi, eorũq; ſuperiores ſe habent diuerſis ex cauſis à ſuis eccleſijs & diœceſibus abſentare [a] frequẽter, nec ſemper poſſunt cõmodè [b] ad eccleſias accedere pro miſſa celebranda vel audienda in ipſis, ſine qua eos tranſire non decet [c] abſq; cauſa rationabili vllam diem: pręſenti cõſtitutione indulgemus [d] eiſdem, vt altare poſsint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari vbicunque abſq; interdicti trãſgreſsione [e] illis permittitur celebrare vel audire diuina.

## DE INIVRIIS, ET damno dato.

Gregorius. x. in concilio generali Lugdu.

*Repreſaliæ contra perſonas eccleſiaſticas concedi, vel conceſſa extendi non debent: contrà facientes (niſi reuocent intra menſem) ſingulares ſunt excommunicati, vniuerſitates interdictæ. Ioan. And.*

## CAPIT. VNICVM.

Etſi pignorationes quas vulgaris eloquutio [f] † repreſalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur [g], tanquam graues legibus [h], & æ-

DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

*Continuatio domini Heliæ.*

Dictũ fuit ſupra de delictis & criminibus publicis, nunc videndũ eſt de delictis priuatis, cuiuſmodi eſt iniuria: ideo poſt rubricas præcedentes annectitur rubrica de iniurijs & dãno dato, id eſt de dãno quod punitur per legem Aquiliã.

Etſi. Primò prohibitionis cauſam. Secundò ibi, Vt tamen. prohibitionem. Tertiò ibi, Illi autẽ. cũ moderati temporis adiunctione inſligit pœnã. Do. Et ſic cõſtruc. etſi, id eſt quãuis pignorationes ſint iure ciuili prohibitæ tanquã graues legibus, & cõtrariæ naturali æquitati, quas vulgaris eloquutio nominat repreſalias, in quibus alius pro alio prægrauatur, vt tamẽ &c. Pro intellectu huius c. eſt ſciẽdũ quid ſit pignoratio prout hic accipitur. Vnde pignoratio hic accipitur quãdo aliud pro alio exigitur, & appellatur repreſalia, vt quando eſt guerra inter duos principes & ſiunt treugæ, ſi aliquis ſubditus vnius principis delinquat, & nõ poſsit haberi iuſtitia de eo apud ſuũ dominũ: princeps alterius dabit ei repreſalias, id eſt dabit ei poteſtatẽ accipiendi aliquẽ de illa ſocietate ſeu patria, & iſtud appellamus marchã. CASVS. Aliquis de Anglia vel Alemania vel alia regione mihi irrogauit iniuriã capiendo bona mea forte ſupra mare. non poſſum habere iuſtitiã ab eius principe: vnde rex cõceſsit mihi poteſtatẽ, vt ſi poſſem capere vnum de illa patria, illũ retinerẽ donec eſſet mihi ſatisfactũ. Hoc facto reperi epiſcopum vel clericum de illa patria. Reſpondet Rom. pont. ꝙ ſi ſimpliciter cõtra homines illius regionis ſit mihi cõceſſa marcha, non poſſum illam extendere ad perſonas eccleſiaſticas, vel eorũ bona. Sed ponamus ꝙ de facto accepi aliquã perſonam eccleſiaſticã, vel princeps cõceſsit mihi expreſsè marcham cõtra perſonas eccleſiaſticas, quæritur qua pœna ſum puniendus. Reſpõdet quòd vltra pœnas à iure ciuili introductas ſum excõmunicat[us]. ſi autẽ eſſet vniuerſitas, tũc eſſet interdicta. {Pignorationes.} Iſtę pignorationes cõcedebantur in hoc regno tẽpore guerrarũ inter regẽ Frãcorũ & regẽ Angliæ. Not. ꝙ vulgaris loquutio eſt attendẽda ſeu cõſiderãda, & debet proferri proprio ſignificato: maximè quãdo verbum profertur ab habente imperium. Et dicitur vulgaris loquutio illud quod dicitur à plebe & populo. Et ſecundũ Ioan. And. debet ſcribi loquutio per literã q, ſicut eloquens: nõ autẽ per c, quia deſcẽdit à verbo loquor quod per q, non per c, ſcribitur. Nota autem ꝙ pignorationes regulariter ſunt prohibitæ, accipiendo pignorationes prout hic accipiuntur, ſcilicet cùm alius pro alio capitur: quia regulariter alius pro alio nõ poteſt cõueniri: etiã maritus pro vxore, nec vxor pro marito. No. ꝙ repreſaliæ cõceſſæ homini alicuius regni non debent extendi ad perſonas eccleſiaſticas. Quid de ſcholarib[us]: vtrũ poſsint extendi ad ſcholares? Certè nõ. authen. habita. ne filius pro patre. C. & licet iſte textus loquatur de ſtudentibus in iure ciuili: tamen eſt eadem ratio in ſtudentibus in alijs facultatibus, maximè in iure canonico. Nota pœnam qua puniuntur concedentes pignorationes contra perſonas eccleſiaſticas, vel illa conceſſa generaliter extendẽtes ad perſonas eccleſiaſticas. No. ꝙ vulgaris loquutio quãdoq; interpretatur vocabulũ iuris. Et ꝙ quandoq; attẽdimus vulgarem modum loquendi. Alibi dicitur quandoque vulgaris quæſtio. de pœ. diſt. j. vulgaris. Et dicitur vulgaris à volo vis. quiſque enim facit quod vult, ſecundum Ioan. And. Do.

*† Notant Phi. & de Anchar. vulgarem loquendi formã attendendã: ego notaui in c. cupientes. ſ. eo. de elect. alleg. l. librorum. §. quod tamẽ Caſſi[us]. ff. de leg. 3. Bart. in l. Labeo. ff. ſup. lega. ibi vide qualiter probetur communi vſu loquẽdi. clarè Cur. c. ſi. de cõſue. in ſi. quæſt. Materiam iſtius c. quã tractãt, notaui. ſ. de reſ. c. ſtatutũ. §. cũ verò. quib[us] adde Tho. 2. 2. q. 40. c. 1. Bart. in tracta. repreſaliarũ. & de Anchar. hic. Font.*

f *Eloquutio.* intelligas quorundam locorũ. & not. conſiderandum qualiter vulgus loquitur. ff. de ſun. inſtr. & inſtru. lega. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ſ. eod. lib. de reb. eccle. non alie. hoc conſultiſsimo. & ſ. de ſpon. ex literis. j.

Gloſſa ſequens inducit primò tres concordant. ſecundò ſoluit tria obſtãtia. tertiò quærit & ſoluit diſtinguẽdo. quartò iterum quærit & ſoluit.

g *Prægrauatur.* quod eſſe non debet. ſ. de ijs quæ fi. à maio. parte ca. quęſiuit. C. de inoff. teſt. ſi quis ſuo. j. de reg. iur. nõ debet. cum ſuis concor. [b] Non ob. quòd hæres bonorũ poſſeſſor conuenitur pro defuncto: quia eadem perſona cenſetur. idem in ſucceſſore ad prædeceſſorẽ. ſ. de ſol. c. j. C. ſi certum pe. l. j. nec ob. de fideiuſſore qui ratione ſuæ obligationis conuenitur: tamen conuenietur ſeruato tenore illius authen. C. de fideiuſ. auth. præſente. & quod not. ſ. de fideiuſ. c. ij. in j. glo. ſed quęrebat hic Gar. an condẽnato debitore intelligatur condẽnatus fideiuſſor? Sol. aut eſt fideiuſſor cõtract[us], aut iudicij. In cõtractu condẽnato debitore nõ intelligitur condẽnatus fideiuſ. cõtract[us]: ſed agendũ erit cũ eo actione ex ſtipulatu. ff. de fideiuſ. & man. græcè. §. j. ibi enim dicitur ꝙ agitur cum vtriſque. ſi enim cõdemnato debitore cõdemnaretur & fideiuſſor, ad quid ageretur cum fideiuſſore? ſi verò fideiuſſor non interuenit in iudicio, ſed tãtùm promiſit reum in iudicio ſiſti, condemnato reo abſoluitur fideiuſſor: quia iam adimpleuit quod promiſit: videlicet quia fecit reum iudicio ſtare. ff. de fideiuſſo. græcè. §. j. ſi autem iudicatum ſolui promiſit: condemnato reo condemnatur & fideiuſſor per conſequens. ff. iud. ſol. l. j. & eſt idem dicendum ſi totius cauſæ fideiuſſor eſt acceptus: vt in prædicto. §. ff. de fideiuſ. græcè. §. j. ad fi. §. Item quærebat ipſe Guli. quid ſi clericus principalis debitor cuius occaſione repreſaliæ ſunt conceſſæ, captus eſt: an habeat hæc decre. locum? Dicunt quidam pœnam iſtius decre. locum non habere: tum quia hic idem grauatur pro ſeipſo, tum quia conſtitutio pœnalis eſt & reſtringenda. Ad hoc. ſ. eod. lib. de elect. ſtatutum.

*b Per quæ iura, & hãc decret. dicũt Gar. & Archid. epiſcopum nõ poſſe cõcedere vt cleric[us] pro clerico pignoretur. Guliel. habet hoc pro dubio. Ioã. And.*

*Fideiuſſor an cenſeatur cõdemnatus debẽtore principali condemnato.*

*Clericus occaſione cuius repreſaliæ fuerũt conceſſa, ſi capiatur, ceſſat pœna. c. primi de iniurijs.*

h *Legibus.* C. ne vxor pro marito. per totũ. ne fil. pro pa. per totum. {Et auth. & omnino. ibi poſita ſumpta de corpore: vt nõ ſi. pigno. §. j. col. v. Ad idem. ff. quod met. cau. l. extat. C. de act. & obli. auth. imò.} & Cod. vt nullus ex vica. pro alie. vica. debi. tenea. l. j. lib. xj. eſt enim ſanctius nocentem impunitũ relinquere, quàm innocentem condemnare. ff. de pœ. abſentem. Bene eſt tamen interdum reperire quòd lege permittente punitur aliquis ſine culpa, ſed nõ ſine cauſſa. quod dic vt j. de reg. iur. ſine culpa.

i *Naturali.* Cõcordat igitur hic æquitas naturalis rigori, quę eſt ꝙ alter alterius odio non grauetur: & ꝙ quis non locupletetur

Universidad de Deusto Biblioteca



pletetur cum alterius iactura.j.de reg.iur.nō debet.& cap.locupletari.& quod quis alteri nō faciat &c.j.diſt.in prin .ſ.de maio.& obe.dilecti. Interdum tamen diſcrepāt.ſ.e.lib.de re. per cap.vnico.cum ſuis concor.&.ff.qui & à qui.l.proſpexit. quæ quid dicat, vide de fer.ca.ij.ſuper j. gloſſ. Ioan. Andr.

quitati naturali contrariæ, ciuili ſint conſtitutione prohibitæ: Vt tamen earum prohibitio in perſonis eccleſiaſticis [a] tanto amplius timeatur, quāto in illis ſpecialius inhibentur [b]: eas concedi [c] cōtra perſonas prædictas, ſeu bona ipſorum, aut quantūcunque generaliter prætextu cuiuſuis conſuetudinis, quam potius reputamus abuſum [d] fore, cōceſſas, ad illas extēdi [e] præſenti decreto diſtrictius [f] inhibemus. Illi autem qui contrà fecerint, aduerſus perſonas eaſdem pignorationes ſeu repreſalias concedendo, vel extendendo ad eas, niſi præſumptionem [g] huiuſmodi reuocauerint, à conceſsionis vel extenſionis tempore intra menſem [h] ſi perſonę ſingulares fuerint, ſententiam excommunicationis incurrāt: ſi verò vniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto.

a *Eccleſiaſticis.* Clericis, templarijs, hoſpitalarijs, conuerſis, & Deo deuotis. xij.q.j. duo.ſ.de ſent. excōmu.parochianos.ſ.e. lib.de elect.ſciant.

b *Specialius inhibentur.* Tolle quod eſt j. præſenti decre.diſtrictius inhibemus. & redeas ſuprà, eas cōcedi &c. ſolet enim pl[us] timeri quod ſpecialiter &c.xxiiij.diſtinctione quanquā. & ſ. de hæret. ſi aduerſus.

Gloſſa ſequens ponit duas lecturas & vnam opinionem.

c *Concedi.* pro credito clerici vni[us] diœceſis contra clericos alterius diœceſis in qua ſit debitor conſtitutus, ſeu pro credito alicuius laici vnius diœceſis cōtra laicos & clericos alteri[us] diœceſis, quod grauius eſſet. Dicunt tamen doct. c. illud. xxiij. q. ij. dominus. non eſſe correctum, tunc ſcilicet quando dominus vel ciuitas requiſiti nō vult iuſtitiam facere: ita q[uod] & tūc ad clericos nō extendantur.

*Repreſaliæ poſſunt cōcedi quando dominus vel ciuitas requiſiti nō vult iuſtitiā facere.*

d *Abuſum.* quia contra libertatem eccleſiaſticam. ſ. de iureiur. c.j.

e *Extendi.* Facit differentiam inter concedi & extendi: quia ciuitas vel ſuperior dicitur concedere: ille cui conceduntur, dicitur extendere: puta quia ciuitas Bononien. dedit repreſalias ciui ſuo contra Florentinos, quas ille extendit contra clericos.

f *Diſtrictius.* id eſt ſtrictè, vel propriè, quam ſcilicet per ciuilem conſtitutionem inhibitum eſſet.

g *Præſumptionem.* i. cōceſsionē vel extenſionē repreſaliarū.

Gloſ. ſequens primò remittit, ſecūdò quęrit, & ponit duas opiniones, tertiò ſoluit aliud dubium.

h *Menſem.* Quot dies habere debeat menſis, dixi. ſ. eod. lib. de elect. quàm ſit. Quid ſi intra menſem iſtū proceſſum fuit ad actum, quia fuit perſona eccleſiaſtica pro alio pignorata: nunquid habebit locū hæc pœna intra menſem? Dic ſecūdū Gar. q[uod] in ſtatum priſtinū reuocandū erit intra mēſem. j. de ſent. excō. quicunq; vel ſecundū Guliel. euocatio re integra fieri debet antequam procedatur ad actum. aliàs locum habet pœna. ar. ff. man. ſi mādaſſet. ff. ad Mace. ſi tamē. & l. filius. ſ. de reſcr. ex parte decani. ſed ſi ante iſtam conſtitutionem conceſſæ erant vel extenſæ repreſaliæ contra clericos, non habet locum pœna: quia cōſtitutio futura reſpicit. ſ. de cōſt. cap. vlt. non tamen amplius vtetur illis, nec eas extendet. aliàs huius conſtitutionis pœna locum habebit, quæ eſt latæ ſententiæ: vt patet ex verbo, ſubiaceat. ADDITIO. Idem Guli. Archidiac.

## DE POENIS.

### Innocentius quartus.

*De veteri iure poterit archiepiſcopus cùm in prouincia ſua iuriſdictionem ſuā exequitur, punire notorios iniuriātes ſibi, nuntijs, & familiæ ſuæ, ſi per id ſua iuriſdictio impeditur: alias non: niſi conſuetudo amplius tribuat: ſed hodie tales iniurias tunc punit etiam ſi iuriſdictionem nō impediant. hoc dicit.*

CAPITVLVM I.

Romana Eccleſia: et infrà. Licet [i] autem Remenſ. archiepiſcopo ſuam prouinciam viſitanti [k], eos qui tunc ſibi, vel ſuæ familiæ, aut alijs [l] quos propter hoc per eādem prouinciam dirigit, & etiam quādo conciliū conuocat, B eos qui nūtijs ſuis quos pro illo [m] vel aliàs per prouinciam ipſam ſua debita [n] iuriſdictione vtendo tranſmittit, iniuriari præſumunt: ſi hac occaſione ſua in his impediatur iuriſdictio, pro iniuria huiuſmodi (dummodo exiſtat notoria) propria auctoritate punire [o]: niſi amplius ei de Remenſ. eccleſiæ conſuetudine competere dinoſcatur. Sibi etiam & metropolitanis alijs [p] in ſuis prouincijs, dum ſic in illis iuriſdictionem exercent, puniendi manifeſtas & [q] notorias offenſas C tunc eiſdem illatas, vel ſuis (etiam ſi exinde [r] impediri iuriſdictionem huiuſmodi non contingat) libera ſit de noſtra ſpeciali conceſsione facultas.

A Pro intellectu huius ca. eſt præſupponendum q[uod] regulariter archiepiſcopus in ſua prouincia non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam in iuriſdictione ſubditorum ſuorum, ſcilicet ſuffraganeorum per viam ſimplicis querelę, niſi eſſet legatus natus: vt in c.j.de offi. leg.in an. Item eſt præſupponēdū q[uod] regulariter archiepiſcopus nō poteſt ſuam ſedē collocare niſi in ſua particulari diœceſi. CASVS. Archiepiſcop[us] Remen. viſitat ſuam prouinciam. infertur ſibi iniuria à ſubditis ſuorum ſuffraganeorum: vel ſuæ familiæ infertur iniuria. vel etiam ipſe archiepiſcopus nō viſitat ſuam prouinciā: ſed mittit ſuum nuntium ad citandū ſuos ſuffraganeos, vt tali die cōpareant in tali loco, in quo eſt celebraturus ſuum generale conciliū prouinciale. infertur nūtio iniuria. vtrum archiepiſcopus poſsit punire inferētes iniuriam? Reſpondet Rom. ponti. q[uod] olim de iure antiquo poterat punire ſi impediebatur eius iuriſdictio: alias non, niſi cōſuetudo magis tribueret. Sed hodie etiam ceſſante cōſuetudine poteſt archiepiſcopus punire tales iniurias, etiam ſi per eas nō impediatur eius iuriſdictio.

*Not. primò quod [illegible] ita archiepiſcopi [illegible] gaudet prouincia quo archiepiſcopus. [illegible] archiepiſcopus eſt index iniuriæ illatæ familiæ ſuæ. No. ſecūdò quod archiepiſcop[us] eſt ille qui habet conuocare prælatos prouinciæ ad concilium prouinciale. de quo Arch. [illegible] per totum. Dom.*

i *Licet.* i. licitum eſt.

k *Viſitāti* quod ſingulis annis facere poteſt ſeruata forma decre. ſ. de cēſi. Romana. etiam ſi epiſcopi non ſint negligentes. eod. tit. c. vlt. Tolle hic quod eſt infra, propria auctoritate punire eos qui tunc & cet.

l *Alijs.* quibuſcunque etiam ſi de familia ſua non ſint.

m *Illo.* tranſmittit, quod eſt infra.

n *Debita.* Quod dic vt no. ix. quæſt. iij. cap. ij. ſ. de offic. ordi. paſtoralis. ADDITIO. Hoſti. remittit ad decre. Romana. ſ. eod. lib. de ſup. neg. præla. Ioann. Andr.

o *Punire.* Et ſic eſt iudex in cauſa ſua ad idē xxiij. q. iiij. Guiliſarius. Sed cōtra: quia nemo ſibi vel ſuis ius dicere debet. C. ne quis in ſua cauſa. l. vnica. xxiij. q. iiij. inter querelas & q. v. de occidendis. & iij. q. iiij. ca. j. de hoc vide. ij. q. vij. ſi quis erga. ſ. de cleri. maledi. c. j. {Hoſt. alle. c. de his qui ad eccl. cōfu. l. denuntiamus. ff. de iud. l. Iulianus. quorū leg. l. j. j. reſpon de iur. om. iud. qui iuriſdictioni. de offi. præſi. ſenatus.} Dixit D hic Ber. q[uod] ſi iniuria illata prælato ipſum tantū contingit, nō poteſt aliquē pro iniuria illa punire. ſi verò tāgit eccleſiam, vel publicam vtilitatē: poteſt iniuriantes punire: immo nec talē iniuriam remittere poſſet. lxiij. diſt. Salonitanę ad inſtar filijfamilias qui poteſt remittere iniuriam ſibi factā inquantum ipſum tangit: ſed non inquantū tangit patrē. ff. de iniur. l. j. §. vſq; adeò. iniuriā igitur ſibi vel ſuis illatā per quā eius iuriſdictio impeditur, poterit punire archiepiſcopus ſi notoria fuerit, aliàs nō, de veteri iure: niſi cōſuetudo amplius tribueret, puta q[uod] etiā notorias [a], & eas quæ iuriſdictionē non impedirēt, punire poſſent: cōſuetudo enim iuriſdictionē tribuit. ſ. de fo. cōpe. cùm contingat. ſed modo Inn. iuriſdictionē ipſorum prorogando huius decre. beneficio concedit q[uod] tales iniurias, etiā ſi iuriſdictionē impediat, punire poſsint.

*Alleg. vnā cōcor. obiicit per quatuor iura. remittit & ſoluit diſtinguēdo.*

*Prælatus poteſt iniuriam eccleſiæ illatam punire.*

*a Imò etiā occultas, dum modo de illis cōſtare poſsit, ſecundū Hoſtie. & Archi.*

p *Alijs.* Ad idem. ſ. eod. lib. de offic. ordi. c. j. in ſi.

q *Et.* pro id eſt. vel ſecundum alios [b] propriè: vt ſcilicet etiā manifeſtos per publicam famā. extra de accuſat. qualiter. ij. punire poſsint.

*b Scilicet Hoſti. Ioā. Mona. & Archid.*

r *Exinde.* id eſt ex iniurijs ſupradictis.

DE POENIS.

*Continuatio.* Viſum fuit ſ. tit. proxi. de pœnis in ſpecie: verū quia nō eſt nouum vt aliquibus particulariter enumeratis apponatur clauſula generalis: vt l. ſi ſeruus. §. inquit. ff. ad l. Aquil. ideo poſt rub. præcedentem ponit rubricam de pœnis.

Romana.} Primò cum duplici modificatione declarat ius vetus: & exceptionem ſubdit. Secundò ibi, Sibi etiam. illud prorogat ſecundā moderationem tollens, & forſan tertiam temperās. Et dicebat Hoſti. q[uod] hic erat vnū mirandū, q[uod] primū dictum ſtatim corrigitur per ſecundū. Ioan. An.

Degradatio qualiter.} Duo facit principaliter. In prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio ibi, Super quo. Et hæc





Et hæc duo facit. Primò tractat de verbali. Secūdò de actuali ibi, Actualis. Iterum ſecunda duo facit. Primò dans ſimile, ponit formam ſubtractionis inſignium. Secūdò formā verborum: ibi, poterit autē. Et determinat not. per Guli. in Spe. de accu. §. ſecundo loco. ver. & not. & verſic. ſeq. & §. quarto. per totum §. & per Fran. Vercel. ſuprà eo. lib. de re iudic. ad apoſtolicæ. ſumpta occaſione à depoſitione Imperatoris, de qua ibi. Ioan. An. Bene ſciebam[us] qualiter clericus degradatus tradendus erat curiæ ſeculari. ſuprà de verb. ſigni. nouimus. ſed prius erat ſciēdū qualiter deberet degradari. Iſtud capitulum ponit formam quā debet obſeruare epiſcopus in degradatione actuali. CASVS. Iure cautum reperitur q[uod] clericus etiam ſacerdos poteſt nō ſolum deponi verbaliter ab ordinibus pro certis criminibus & delictis, ſed etiam degradari actualiter: vt in crimine hæreſis: in homicidio per inſidias penſatas. nam ſi clericus aliquem per inſidias penſatas occiderit, cum ab altari euelles: vt in cap. j. de homicidio. in an. ſecundum veriorem intellectum huius capituli. Sed quæritur qualiter debeat fieri degradatio actualis? Reſpondet Roman. pōt. quòd fit eo modo quo princeps ſecularis conſueuit exauctorare ſuos milites exigentibus eorum delictis. Nam de more quando exauctorantur milites, traduntur eis inſignia militaria, & poſtea deponuntur gradatim ſecundū quod eis tradita fuerunt. Similiter eſt dicendū in ſacerdote degradādo vel alio clerico: quia debent ei tradi ornamenta ſibi tradita in promotione: & poſtea debet illa gradatim remouere, dicendo in remotione cuiuſlibet veſtimenti verba contraria verbis prolatis in promotione. {Ordinibus.} Vnde eccleſiaſtici ordines dicuntur gradus: quia volens ordinari debet per gradus non per ſaltum ordinari. Vel ideo dicuntur gradus: quia ordo confert ordinato gradum honoris. {Numero.} ſex in degradatione epiſcopi, & tres in degradatione presbyteri vel ſubdiaconi. {Caſtris.} id eſt exercitio ſeu collegio aliorum militum: vt dicit Ioannes And. in nouella. {Vas} id eſt calicem. {Tunc} id eſt remotis veſtimētis. {Poterit.} tamē non eſt neceſſe. Not. primò quòd verbum degradatio in genere ſumptum, poteſt comprehendere degradationem & depoſitionem. Nota ſecundò quòd licet Papa ſimpliciter conſulatur: nihilo minus reſpondet quandoque diſtinguendo: tamen quandoque non vult reſpondere: vt in ca. de muliere. de ſpon. Do.

*Ordines eccleſiaſtici quare dicūtur grad[us].*

*Degradatio qualiter debeat fieri, & quot epiſcopi debeant eſſe præſentes.*

a *Canonibus.* xv. q. vij. Felix. & §. ſi autem. & ca. ſeq. adiunget enim ſibi epiſcop[us] in cauſa presbyteri ſex epiſcopos, in cauſa diaconi tres: vt ibi. & dicamus quòd eodem iure cenſebitur ſubdiaconus. ſ. de ſer. nō ordi. miramur. & hæc vera præterquā in caſu. ſ. eod. lib. de hære. ca. j. & ſic verum eſt dicere

Sextus.

A quòd ſpiritalia facilius conſtruantur quàm deſtruantur: quia ſolus epiſcopus dat ordinē, quē ſolus tollere non poteſt. xv. q. vij. epiſcopus ſacerdotibus. ſ. de tranſl. inter corporalia.

b *Præſentia.* Requiritur tamen præſentia capituli ſui [a]. ſ. de accu. qualiter. ij. de exceſ. præla. ca. j. xv. q. vij. epiſcopus nullus. niſi de conſuetudine ſine ipſis hoc facere poſſet. ſ. eo. lib. de conſuet. ca. ij.

*a Archi. remittit ad id quod poſt eū dixit. ſ. eo lib. de hære. c. j. ſuper vltim gloſſ. Ioan. And.*

## Bonifacius viij. Bitteren. epiſcopo.

*Docet hæc decret. quibus aſsiſtentibus fieri debeat degradatio, de quibus veſtibus, ornamentis, libris & inſtrumentis in degradatione fiat expoliatio, & quibus verbis vtatur ipſe degradans. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

Degradatio qualiter fieri debeat, à nobis tua fraternitas requiſiuit. Super quo tibi taliter reſpōdemus, quòd verbalis degradatio ſeu depoſitio ab ordinibus vel gradibus eccleſiaſticis eſt à proprio epiſcopo ſibi aſsiſtente in degradatione clericorum in ſacris conſtitutorum ordinib[us], certo epiſcoporum numero definito canonibus [a] faciēda: quanquam proprij epiſcopi ſententia ſine aliorum epiſcoporum pręſentia [b] ſufficiat in degradatione eorū qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis verò ſiue ſolēnis cæleſtis militiæ militis, id eſt clerici [c] degradatio (cùm ad eā fuerit procedēdū) fiet vt exauctoratio eius qui militiæ deſeruit armatæ, cui militaria detrahuntur inſignia [d], ſicque à militia remotus caſtris reijcitur, priuatus cōſortio & priuilegio militari. Clericus igitur degradandus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud inſtrumentum ſeu ornamentū ad ordinem ſuum ſpectans [e] ac ſi deberet in officio ſuo ſolenniter miniſtrare, ad epiſcopi præſentiam adducatur: cui epiſcopus publicè ſingula, ſiue ſint veſtes, calix, liber, ſeu quæuis alia quæ illi iuxta morem ordinandorum clericorum in ſua ordinatione ab epiſcopo fuerint tradita, ſeu collata, ſingulariter auferat, ab illo veſtimento ſeu ornamento quod datum vel traditum fuerat vltimò, inchoādo, & deſcendendo gradatim degradationem continuet vſque ad primam veſtem quæ datur in collatione tonſuræ: tuncque radatur caput illius ſeu tondeatur, ne tonſuræ ſeu clericatus veſtigiū remaneat B in eodem [f].

Poterit autem epiſcopus in degradatione huiuſmodi vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolata, dicēdo presbytero hæc vel ſimilia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & te honore ſacerdotali priuamus. ſicque in remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis vtens, in ablatione vltimi quod in collatione ordinum fuit primum, infraſcripto, vel alio ſi- C mili modo pronuntiet ſiue dicat, Auctoritate Dei omnipotentis patris & filij & ſpiritus ſancti ac noſtra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & priuilegio [g] clericali.

### Idem.

*Quamuis inuentio carceris fuit ad cuſtodiā: tamen poteſt quis puniri pœna carceris perpetuo & ad tempus. Ioan. And.*

CAPITVLVM III.

Quamuis ad reorū cuſtodiam nō ad pœnam carcer ſpecialiter deputa- D

c *Id eſt clerici.* ſ. de cleri. ægro. c. j. & ibi cōcordan. Ioan. Andr.

d *Inſignia.* ff. de iis qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ cauſa. Et talis eſt infamis: vt ibi. Ad idem. ff. de re mili. l. iij. §. pœnæ &c. authen. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. vlt. colla. ix. ADDITIO. Talis cui militaria detrahuntur inſignia, eſt infamis, etiam ſi nō exprimatur cauſa ex qua exauctoratur: ſecus ſi ſimpliciter mitteretur: vt ibi. Ioannes Andr.

e *Spectans.* Super quo vide xxiij. diſt. epiſcopus. cū ca. ſeq. ADDITIO. Io. Mo. & Archi. remittunt ad quartum ſent. diſt. xxiiij. & ad librū pōtificalē quem allegare licet: vt ſcripſi de ſer. non ordi. conſuluit. Ioan. And.

f *In eodem.* Ita faciūt monachi apoſtatę. faciunt enim ſe in totū tōdere, ne appareant veſtigia monachat[us].

Gloſſ. ſeq. oſtendit quæ opi. approbata, & quæ reprobata. ſecundo arg. ad opi. & contra opi.

g *Priuilegio clericali.* Approbata eſt igitur opi. Ala. & Barthol. Brixien. & reprobata opi. Hugo. Io. & Ber. qui dixerunt q[uod] percutiens degradatum incidit in canonem propter characterem quem ille retinet: & in memoriā etiam priſtinæ dignitatis. ff. de decu. l. vltim. de conſecr. diſtinctio. iiij. oſtenditur not. autem hoc 50. diſtinctio. accedens. & liiij. diſtinctio. ca. ij. lxxxj. diſtinct. dictum ſuprà de hære. ad abolendam. §. j. ſuprà de ſent. excommu. contingit. quæ opinio adhuc forte eſt vera in verbaliter depoſito, de quo loquitur principium: & in actualiter degradato habeat locum iſte finis: ſicut & in ipſorum reſtitutione eſt diſtinctio inter eos: vt no. ij. q. vj. ideo. ij. Facit etiā hæc litera pro opi. Barth. Brixien. not. ix. q. j. in ſumma. & contra opin. Ioan. ibi poſitam. & contra opi. Lau. Ala. Tan. & Ber. not. ſuprà de cle. excommu. mini. ca. ij. qui dixerunt degradatum conficere verum ſacramentum euchariſtiæ.

*Degradat[us] an gaudeat priuilegio canonis ſi quis ſuadente.*

*Not. primò quòd ordinata ad vnum finem, poſſunt trahi & exerceri ad aliū finem, cauſa legitima ſubſiſtente. ad hoc de teſtament. nos quidē. No. ſecūdò quòd debeat conſiderare iudex antequam dānet pro delicto aliquē ad carceri. Dom.*

Quamuis.} Præmittit cauſam inuentionis carceris: quam ſecundo ampliat ibi, Nos tamē. Vel præmittit quid de ciuili iure, cuius contrariū ſubmittit de iure canonico. ADDITIO. Et ſecundum Ioan. Mona. & Archid. ſit ratio: quia Deus non vult mortem peccatoris &c. Ezech. xviij. & ij. q. iiij. hi qui. xxiij. q. viij. his à quibus. in auth. vt non luxu. contra na. in princ. colla. vj. Ioan. And. CASVS. Aliquis clericus perpetrauit aliquod delictū propter quod ſi eſſet laicus, eſſet ſibi imponenda pœna mortis. Epiſcopus vidēs, nō poteſt eū punire pœna mortis, quia non habet ſententiā ſanguinis.

Universidad de Deusto Biblioteca



& videtur quòd tale delictum nõ eſt dignum degradatione. vult talem clericum condemnare ad perpetuos carceres vel ad tempus: vtrum poſsit? Videtur quòd non: quia carcer fuit inuentus ad cuſtodiam reorum, non autem ad pœnam. l. j. & ij. C. de cuſtodia reorum non obſtante iſta ratione determinat Roman. pont. in cõtrarium: videlicet quòd epiſcopus vel iudex eccleſiaſticus habens merum imperiũ poteſt aliquẽ condemnare ad perpetuos carceres, vel ad tempus. nec obſtat quòd carcer fuit inuẽtus ad cuſtodiã: quia illud eſt verum in iudice qui poteſt condemnare ad mortẽ: ſed epiſcopus vel alius iudex eccleſiaſticus loco illius pœnæ poterit condemnare ad perpetuos carceres, vel ad certum tempus: puta ad vij. annos, vel aliud tempus: quia iudex eccleſiaſticus non poteſt aliquem condemnare ad mortem. {Reorum.} non cõuictorum, ſed ſuſpectorum de crimine. Vnde reus conuentus de crimine quod exigit mortem, debet detineri in carceribus: & cauſam debet dicere in vinculis, nec admittitur cum fideiuſſoribus vel pignoribus. Not. primò, quòd licet carcer de iure ciuili ſit introductus ad cuſtodiam reorũ pendente accuſatione: tamen de iure canonico eſt introductus ad pœnam. Not. magis ſpecificè, quòd iudex eccleſiaſticus poteſt ſubditos ſuos condemnare ad agendum pœnitẽtiam in pane triſtitiæ & aqua doloris, ad perpetuos carceres, vel ad tempus: tamen communiter boni prælati in præcipuis feſtis conſueuerunt captiuos ſuos viſitare, & pinguius nutrire. Quæritur qui iudices poſſunt imponere iſtam pœnã? Dicendum quòd omnis iudex habens merum imperium.

...tus eſſe noſcatur[a]: Nos tamẽ non improbàmus, ſi ſubiectos tibi[b] clericos confeſſos de criminibus ſeu conuictos (eorũ exceſsibus & perſonis ceteriſque circunſtantijs prouida deliberatione pẽſatis) in perpetuum[c] vel ad tẽpus prout videris expedire[d], carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam[e].

Idem.

*Pœna alicui impoſita & eius poſteris nõ extenditur ad poſteros lineæ fœmineæ niſi aliud in iure vel ſententia ſit expreſſum. hoc dicit. Zenƺe.*

*Pœnitentia in pane & aqua per quos poteſt imponi.*

a *Noſcatur.* C. de cuſto. reorum. l. j. & vltim. vbi dicitur, De iis quos carcer tenet incluſos, aperta definitione ſancimus, vt aut conuictos velox pœna ſubducat: aut liberãdos cuſtodia diuturna non commaceret[a]. ad idem ff. de pœ. l. aut damnum. §. ſolent. ADDITIO. Ad idem. xix. diſt. in memoriam ij. quæſt. v. Mennam. vide ſatis de hoc per hoſtien. in ſum. de accu. §. qualiter. & vlti. Ioan. Andr.

*a Quia iſta manſio eſt mala. l. ſi hominem. ff. depoſi. et eſt durius ibi ſedere quàm toto die in agro fodere. l. in ſeruorũ. ff. e. et cõdem natus carceribus ad tempus, intelligitur ad x. annos. de Anchia. alle. l. ſi ſine. ff. eo. de carceribus latè Guliel. de rouille. lib. iij. tit. de cõmentarienſibus in cõpendio ſuo de iuſtit. & iniuſti. Fõt.*

Gloſſa ſequens cum ſequentibus duabus reci. poſſunt per tres quæſtiones.

b *Tibi.* Cui loquatur, non apparet. vnde intelligatur non ſolùm in epiſcopo, ſed etiã in quocũque qui iuriſdictioni præeſt, & delicta punire poteſt. ad idem. ĩ. de ſentẽ. excom. ſi clericos. & quod ibi dixi. {Idem Archid.}

c *In perpetuum.* Si hoc exprimatur, an in perpetuum, an ad tẽpus, ſtabitur expreſſo: ſi ſimpliciter damnetur, perpetuò intelligitur, non temporaliter damnatus. C. de pœ. l. ſeruus. de quo dic vt 50. diſt. c. j. ſ. de cõſti. ex literis. ff. de poſtu. l. puto. §. j. ADDITIO. Archid. remittit. lxxxj. diſt. dictum. xx. q. j. ſicut qui. Ioan. And.

d *Expedire.* Sicut in carcere quo ad cuſtodiam nõ debet fieri miſtio ſexuum: vt C. de cuſto. re. l. iij. ſic dico quòd in carcere quo ad pœnam, nõ fiet miſtio. & eſt ſimile quod dicimus de monaſteriis, quòd non debent eſſe duplicia. xviij. q. ij. definimus. periculoſa eſt enim talis commiſtio. ſ. eo. lib. de ſtatu regu. c. vnico.

e *Peragendam.* Hoc idẽ probatur ſ. de hære. ca. penult. in fi. ſ. de verb. ſignific. nouimus. in fine.

VBicunque.} Ponit regulam cum ſua exceptione ibi, Niſi. ADDITIO. Nec videtur ibi dictum incõgruè vbicunque, quaſi vbi ſit aduerbium loci, & interrogãs de loco. xiij. q. ij. vbicunque ſepeliamur. eſt enim etiã aduerbiũ tẽporis: tamẽ vbicunque. i. quandocunq;. facit. ſ. eo. lib. de elect. vbi periculũ. §. pen. cũ concor. &c. & eſt etiã qualitatis, quantitatis, & ſimilitudinis, quæ nõ proſequitur. & dato quòd dicamus vbicunque: in quocunque loco iuris ſcripti vel non ſcripti, nil abſurdum. Ioan. And. CASVS. Iure cautũ reperitur in pluribus locis quòd pro certis criminibus & nonnullis exceſsibus imponitur pœna non ſolùm delinquenti, ſed etiam eius poſteritati vſque ad tertiã generationẽ. quæritur de qua generatione ſunt illa iura intelligẽda? Reſpõ. quòd intelligitur de poſteritate deſcendente per lineam rectã maſculinã, nõ autẽ per lineã fœmininã. Eſt iſtud verum, niſi aliud eſſet expreſſum in conſtitutione: quia tũc tenor cõſtitutionis eſſet obſeruandus. No. primò differentiam eſſe inter filios & poſteros. vide de pœnis. in quibuſdam. Not. ſecũdò differentiam nõ eſſe in diſpoſitione iuris vel hominis quo ad interpretationem verborum. Domi.

f *Poſteris.* Pone exemplum. ſ. eod. tit. in quibuſdam.

g *Maſculinam.* Et meritò: quia immunitas alicui & eius poſteris conceſſa non comprehendit fœminas. ff. de mu. & ho. l. vacatio. ff. de iure immu. l. j. §. j. {Vult gloſ. quòd tales non gaudeãt priuilegio: ergo nõ arcẽtur pœna.} Preterea ex quo quis de nuptiis natus eſt, patrem ſequi debet, & non matrẽ. ff. de ſta. ho. l. cũ legitimè. quod omnino verum eſt. & quando agitur de dignitatib⁹, & de honoribus, & pœnarum immunitatibus; vt C. de decur. l. eos indulſerũt. & l. exẽplo. & l. nullus. & l. ſi ille. lib. x. & C. de pœ. l. de decurionum filij. & ff. de pœ. l. moris. §. ſi. ff. de decur. l. ij. §. in filiis. & eſt ratio: quia filij ſequuntur agnationem patris & non matris. {De hoc ſ. de conuer. infi. cap. ij. ſuper. iij. gloſſ.} Et nobilitantur ipſi filij radijs patrum, ſicut & vxores radijs maritorum. in auth. de conſul. circa medium. coll. iiij. ff. de ſena. l. j. & l. fœminæ. & l. liberos. & adde quod dixi ſ. eo. lib. de hæret. ſtatutum. ij. Et quòd dixi in cle. de bapt. præſent. in gloſſ. comprehendit. Et bene facit ff. de ven. in poſ. mit. l. j. §. j.

*Immunitas alicui cõceſſa & eius poſteris nõ comprehendit fœminas.*

*Vxor nobilitatur radijs mariti.*

CAPIT. IIII.

VBicunque alicui & eius filiis ſeu poſteris[f] vſque in certam generationem pœna imponitur ab homine vel à iure, pœna ipſa eos tantum afficit qui per maſculinam[g] non per fœmininam lineam deſcendere dinoſcuntur: Niſi aliud in iure[h] vel ſententia[i] ſit expreſſum.

h *Iure.* ſ. eod. lib. de hæret. c. ij. & cap. ſtatutum. ij.

Gloſſa ſequens quærit, & opi. ponit, quam determinat, ad quod reci. contrarium & ſoluit.

i *Sententia.* ſ. eo. lib. de ſchiſma. ca. vnico. ſed pone vſque ad tertium vel alium certum gradum iure vel ſententia damnata eſt vtraque linea maſculina & fœminina: ego non damnatus cum filia ſic damnati contraho matrimoniũ: quæritur an filij ſic ſuſcepti de tali matrimonio, ſint damnati? hanc quæſtionem formauit Hoſti. ſ. eo. tit. in quibuſdam. & dixit diſtinguendum, aut talis mulier ſcienter ducta fuerit: & tunc damnati ſunt filij vſque ad expreſſam lineam. aut ignoranter: & tunc filij non ſunt damnati propter patris ignorantiã: ſicut & ignorantia alterius parentũ facit prolem legitimam aliàs de illegitimo complexu genitam, ſi banna præceſſerũt. ſ. de clan. deſpon. cùm inhibitio. ſ. qui filij ſint legi. ex tenore. ff. de ritu nup. l. lege Iulia. & ſic etiam poſſet intelligi ſecundum eum. c. xxxij. q. iiij. liberi. vel loquatur aliud ſecundum leges Lombar. quod dic vt not. ſ. de ſer. nõ or. cap. vlti. quod dicit, de ſciente præciſè ſit verũ: ſed quod dicit de ignorante, poſſet eſſe verum in ignorantia facti, ſcilicet quòd neſciebam illũ talem eſſe: ſed in ignorantia iuris quia ſciebam illum talem eſſe: ſed ignorabam quòd ius poſteros eius damnaret: ſecus. ad hoc ĩ. de reg. iur. iuris ignorantia. ſed in ignorantia facti videtur contra. ſicut ſi quis credens contrahere cum libera, contrahat cum ſerua. tamen filij ſunt ſerui domini ancillę[b]. Sed ibi nõ eſt mirũ ſi ignorãtia nõ excuſat: per quam ipſi domino fieret pręiudiciũ ſi excuſaret, ſed hic nulli infert pręiudicium, & ideo ſuſtineri poteſt illa ſolutio.

*b Vide quod dixi. ſ. qui filij ſint legi. ex tenore. ſuper ij. gloſſ. Ioan. And.*

FElicis.} Diuiditur in nouem partes, quæ ſatis patent. Secũda in §. Quòd ſi quis. Tertia ibi, præſenti. Quarta ibi, Cùm autem. Quinta ibi, Illud. Sexta ibi, Ceterum. Septima ibi, Præmiſsis. Octaua ibi, Si quis. Nona ibi, Per hoc. Ioan. And. ADDITIO. Sed Ioan. Mo. diuidebat in quatuor, de primis ſeptẽ faciens vnã partẽ: dicens quòd tractat de inſecutoribus cardinaliũ & eorũ cõplicibus citra mortẽ. & hãc ſubdiuidebat in ſeptem. de vltima parte faciebat duas. ſecũdam ibi, Quapropter. dicit Arch. quòd ſic incipit decr. j. de torne. addere poterat. ſ. eo. lib. de cen. felicis. Ioan. And. CASVS. Aliquis cõcepit odiũ contra aliquẽ cardinalem: illũ cepit. detinuit inuitũ, fortè incarcerãdo: ſed fortè in loco honeſto. vel inſecutus eſt eum hoſtiliter: licet non cepit, nec incarcerauit. quæritur qua pœna ſit puniendus? Reſpon. quòd ipſe cõmittit crimen læſæ maieſtatis, & ipſo facto eſt infamis, & bona eius confiſcantur. Itẽ non poteſt facere teſtamentum, nec aliquid excipere ex teſtamento, & ſic efficitur inteſtabilis actiuè & paſsiuè. Item habitationes eorũ ſiue domus debent deſtrui, & nullo tempore debent poſteà reædificari. Item ſi conueniant ſuos debitores, ipſi debitores non tenentur eis reſpõdere, nec debita ſibi ſoluere. Itẽ ſi ab eccleſia obtineãt aliqua beneficia: ipſo facto ipſi ſunt priuati ipſis beneficijs: ita quòd ille ad quẽ ſpectat collatio illorũ beneficiorũ, talia beneficia cõferre poterit. Sed quid ſanctiſsime pater, ponamus quòd



quòd iſte qui detinuit inuitũ aliquẽ cardinalẽ, vel eum perſecutus ſuit hoſtiliter, habet aliquẽ nepotem vel filium qui in eccleſia obtinet beneficium vel dignitatem: an pro delicto patris debeat puniri ipſe fili⁹ vel nepos? Reſpõdet quòd ſic. Nam dicit Romanus pontifex quòd ipſe filius vel nepos ipſo facto eſt priuatus quibuſcunq; beneficijs & dignitatib⁹, etiã ſi eſſet præfultus dignitate epiſcopali, vel alia maiore aut minore dignitate: & vlterius fact⁹ eſt incapax cuiuſcunque beneficij eccleſiaſtici decetero obtinendi in eccleſia: et non ſolùm efficitur talis filius vel nepos incapax beneficiorũ eccleſiaſticorum, ſed etiam quorumcunq; officiorũ publicorũ vel ſecularium: nec poteſt admitti ad teſtimoniũ. Poſteà dicit Rom. ponti. quòd non ſolùm perſequẽtes & detinentes vel inſecutores cardinaliũ puniũtur prædictis pœnis: ſed vltra has pœnas incurrũt ipſo facto ſententiã excõmunicationis, à qua non poſſunt abſolui niſi à ſolo Papa. Et hoc verum, niſi in caſu neceſsitatis, puta in articulo mortis, nam tũc poſſent abſolui etiam à ſimplici ſacerdote, præſtita tamen prius ſufficienti cautione & idonea, quòd ipſi faciant pœnitentiam quæ eis imponetur pro huiuſmodi exceſſu. Sed quid ſi aliquis non perpetrauit iſtos exceſſus circa perſonas papæ vel cardinalium, veruntamen dedit conſilium vt cardinalis detineretur in vinculis, an ſit aliqua pœna puniendus? Reſpondet quòd ſic: quia erit puniendus pœna arbitraria ad arbitrium iudicis ſecundum exigentiam criminis. Sed ponamus quod aliquis non tenuit cardinalem, neque illum fuit inſecutus, ſed in odium ipſius cardinalis detinuit & incarcerauit aliquem de ſuis familiaribus: vel etiam fuit aliquis qui hoſtiliter inſecutus eſt aliquos clericos: nunquid eſt puniendus aliqua pœna? Certè ſic: nam iudex illos punire debet ſecundum ſui criminis exigentiam. Poſtea Roman. ponti. in fine oſtendit quas pœnas debeant pati illi qui occidunt cardinales: & quòd iudices ſeculares vltra iſtas pœnas in hoc capitulo contentas debent iſtos malefactores occidẽtes cardinales, vel detinẽtes inuitos, vel incarcerantes punire pœnis legalibus ſecundum quòd leges ciuiles diſpoſuerunt. Item præcipit Papa hanc conſtitutionem obſeruari, & contrafacientibus pœnam imponit. Sequitur textus. {Læſæ maieſtatis.} Crimen læſæ maieſtatis committit non ſolùm machinans in mortem principis: ſed etiam machinans in mortem ſuorum conſiliariorum ſibi aſſiſtentium. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſtatis. ideo machinans in mortem cardinaliũ, eſt reus illius criminis. {Diffidatus.} & ſic auctoritate iſtius cap. cõſtituitur iuſtum bellum inter ipſum criminoſum & Chriſtianos reſpectu Chriſtianorum, non autem reſpectu ſui. {Inteſtabilis.} actiuè & paſsiuè, id eſt non poſsit facere teſtamẽtum, nec aliquid accipere ex teſtamento: vt ſequitur. {Deſertæ.} id eſt, debent manere in perpetua ruina, vt ſit perpetua memoria de ipſo, vt ſequitur. {Poſtulãdi.} Nam aduocatus eſſe non poteſt infamis: quia aduocandi officium eſt laudabile officium. l. laudabile. C. de aduocatis diuerſorum iudicum. Secus eſt de officio procuratoris. Nã infamis poteſt eſſe procurator. {Diſpenſationis} quædam comminatio. nam papa non poteſt ſibi imponere legem. {Incurrat.} Et iſte eſt caſus ſpecialis in quo quis incurrit ipſo facto ſententiam excommunicationis, licet non iniecerit manus in clericos. regulariter contra. cap. ſi quis ſuadente. xvij. quæſt. iiij. {Accenſis.} & extinctis: ac in ſignũ maledictionis æternæ quam Deus dedit Dathan & Abiron, in terram proiectis. {In mortis articulo conſtituti.} Nam in articulo mortis poſſent abſolui à ſimplici ſacerdote. {Idoneè.} id eſt, cauere debent, æquo animo ſuſtinebunt pœnam ſibi imponendam. {Non negetur.} licet dictũ ſit quòd nullus debet ſibi in iudicio reſpondere: tamẽ impleta pœnitentia poterit proſequi iniuriam ſuam, vel ſuorum: vel pro contractibus poſt pœnitentiam celebratis poterit conuenire ſuos debitores. {Suadebunt.} Dictum fuit ſuprà quòd non ſolũ committẽtes prædicta puniuntur iam dictis pœnis: ſed etiã eorũ poſteriores deſcendentes per lineã fœmineam. Sed quid de linea tranſuerſali, vt ſunt filij fratrũ: vtrum papa poterit illã pœnã extẽdere ad collaterales? Dicit quòd ſic: ſed collaterales nõ incurrũt pœnã ipſo facto. {Ediderũt.} l. ſi quis in hoc gen⁹ ſacrilegij. C. de epiſco. & cleri. {Priuata.} vult dicere, ſi delictum ſit perpetratũ: immediatè debẽt epiſcopus & rectores ciuitatis inſurgere contra tales, ſecundum quòd leges ordinauerunt: vt in dicta. l. ſi quis. alleg. Et ſi non fecerint: incurrunt ipſo facto ſententiam excõmunicationis, & vltra debent priuari ſede epiſcopali, vel archiepiſcopali: & nihilo minus ſit interdicta ciuitas.

*Not. primò quòd in cõſtitutionibus edidis papa ſequi debet veſtigia prædeceſſorũ, addendo tamen vel diminuendo ſecundũ naturã negotij. Ad hoc de iura. calum. cap. j. No. ſecũdò quòd ille dicitur inteſtabilis, qui priuat⁹ eſt factione teſtamenti actiua vel paſsiua. Domi.*

*Læſæ maieſtatis crimen qualiter committitur.*

*Aduocandi officium eſt laudabile.*

Sextus.

Idem.

*Primò punit inſequentes, percutientes aut capientes cardinales, & eius criminis ſocios. Secundò, eorum filios & nepotes. Tertiò ipſis inſectatoribus pœnam addit. Quartò, quam ſatiſfactionem cùm abſoluentur facere debeant: & quid per abſolutionem conſequãtur. Quintò, de nudis conſiliarijs, vel ſimpliciter fauentibus huic crimini. Sextò ad collaterales permittit pœnas extendi. Septimò ponit de inſequẽtibus clericos vel religioſos familiares papæ vel cardinalium. Octauò ponit de occidentibus Cardinales. Nonò dicit poteſtates ſeculares nihilo minus pœnis legalibus contra tales vti debere, & hanc cõſtitutionem etiam facere obſeruari: & cõtrafacientibus pœnam imponit.* Ioannes Andreæ.

CAPIT. V.

FElicis recordationis Honorij Papæ iij. prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes[a], quibuſdam additis & detractis[b] de communi fratrum noſtrorum conſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus: vt ſi quis deinceps in hoc ſacrilegij[c] genus irrepſerit, quòd ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalem[d] fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit[e], aut ceperit, vel ſocius[f] fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit[g], aut conſilium dederit vel fauorem[h], aut poſtea receptauerit[i] vel defenſauerit ſcienter eundem: ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuò ſit infamis, diffidatus nihilominus & bannitus: ſit inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento vel ab inteſtato vocetur: quatenus ab omni ſucceſsione repulſus, publicaque repulſa confuſus, minus inueniat ſuæ malitię ſucceſſorem: fiant habitationes eius deſertæ: & vt non ſit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam: & vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur. nullus ei debita reddere, nullus reſpondere in iudicio teneatur. quidquid etiam in bonis inuenitur ipſius, fiſci vel rei publicæ dominio applicetur, vt ex illis nil traſmittat ad poſteros, ſed potius cum ipſo quodammodo damnentur & ſua[k].

a *Inhærentes.* Ad idem. ſ. de iura. calum. cap. j. cum ſi.

b *Detractis.* Ad idem. ſ. in procemio huius lib.

c *Sacrilegij.* Quod tanto maius eſſe cenſetur, quanto perſona quæ patitur, maior eſt. de pœn. diſt. j. aut facta. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis in hoc. & ĩ. eod. §. præmiſsis. {Alleg. Archid. quod not. xxij. q. v. cap. ij. & quod habetur ea. cauſa. q. j. mouet.} De multiplici ſacrilegio tractatur. xvij. quæſt. iiij. cap. ſacrilegium. & cap. ſeq. ADDITIO. Et notatur ſ. eo. c. ſacrilegium, & quãplures ipſius ſpecies ponit hic Archid. quem vide. Ioan. Andr.

d *Cardinalem.* Contra percutientes, capiẽtes, & bannientęs epiſcopos prouiſum eſt hodie per cle. de pœ. ſi quis ſuadẽtę.

e *Percuſſerit.* Hoc intelligo in illo qui nõ iure hoc facit, quia non ſe defendendo: tũc enim ceſſaret pœna. ſ. de homi. ſignificaſti. ij. de ſen. excom. ſi verò. non enim tunc peccat, cum auctoritate legis id faciat. xxiij. q. iiij. qui peccat.

f *Socius.* Cùm enim eum comitetur par facinus, pari pœna punietur. C. de epiſco. & cleri. l. ſi quenquam. in ſi. & de hoc. ij. q. j. notum. & ſuprà de offic. dele. c. j. ſuprà de ſen. excom. quantæ. xxiij. q. vlt. c. vlt.

Gloſſ. ſeq. ponit duas lecturas, & primam approbat.

g *Ratum habuerit.* Intellige hoc ſi eius contemplatione vel nomine ſit factum: vt ĩ. de regu. iur. ratum quis. & ĩ. de ſent. excom. cùm quis. ij. reſpon. Alij {vt Ioan. Mona. contradicẽtes hoc ſpeciale quòd pœna locum habeat in ratificante, licet non fuerit ſuo nomine geſtũ. ſed credo ſtandum regulę. ADDITIO. Idẽ Archid. qui hoc hic prolixè proſequitur.

h *Fauorem.* Non nudum nec ſimplicem: quia de illis oſtendet. ĩ. §. illud. {Idem Archid.}

i *Receptauerit.* pari enim pœna ſunt puniendi peſsimi receptatores, ſine quibus delinquẽtes diu latere non poſſunt. ff. de recep. l. j. C. de ijs qui la. occul. l. j. & ij. Niſi[a] eſſent conſanguinei vel affines. ff. eod. tit. l. ij.

*a Excipit à paritate pœnæ. nam vt dicit lex illa, nõ abſoluuntur nec tã ſeuere puniũtur extranei. Io. An.*

Gloſſa ſequens recitetur per contrarium.

k *Damnentur & ſua.* regulariter contra: quia bona dãnatorum tranſeunt in hæredes, & non in fiſcũ. C. de bonis dãna.

 authen-

Universidad de Deusto Biblioteca



authen. bona. ſed hoc fallit in hoc crimine læſæ maieſtatis. C. ad legem Iuliam maie. l. quiſquis. & eſt canonizata. vj. q. j. ca. quæro ergo §. verũ. & in crimine hæreſis ſ. eo. lib. de hæret. cùm ſecundum. & in caſibus ibi poſitis. ADDITIO. Dicit Ioannes Mona. ꝙ propter immenſitatem criminis non putat locum eſſe diſtinctioni. l. iij. ff. de interdi. & relega. quæ diſtinguit inter paterna & acquiſita. Io. Andr.

A Si qua verò feuda, locationes, officium vel beneficium ſpiritale vel temporale ab aliquibus eccleſijs obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus: quæ ſic liberè ad eccleſias reuertantur, quòd eccleſiarum rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponant [a]. Quòd ſi quis prædictorum filium vel filios habeat, nepotem vel nepotes per rectam lineam [b] deſcendentes, beneficiatum ſeu beneficiatos quouis beneficio, etiam ſi pontificalem [c] adeptus vel adepti fuerint dignitatem, ſint eis ipſo iure priuati: ſpe promotionis omnino ſublata. Nulli præterea talium filiorum atque nepotum ex virili [d] ſexu deſcendentium ab eiſdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris eccleſiaſtici vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen ſit aſcenſus. ſit eis poſtulandi negata facultas, ſit notoriè iudicatus, & quodlibet aliud officium ſeu miniſterium publicum interdictũ. in iudicijs eorum aſſertio cõtra quenquam nihil fidei, nihil credulitatis inueniat, vt ad teſtimonium prorſus redC dantur indigni. ſit eis ad ordines aſcenſus inhibitus, ſit ad beneficium [e] vel officium eccleſiaſticum denegatus acceſſus: & (vt magis famoſa ſit eorum infamia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus. nulla porta pandatur eiſdẽ ſuper aliquo præmiſſorũ, omni ſpe diſpenſationis adempta.

Præſenti nihilo minus adijcimus ſanctioni, vt ex inſecutione [f] prædicta ſicut ex iniectione manuum violenta, ipſo facto excommunicationis ſententiam quis incurrat: & tam inſecutor quàm alij ſupradicti tanti mali participes, quamdiu in ſua contumacia perdurarint, ſingulis diebus dominicis & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accẽſis, per omnes illius loci eccleſias in quo tantum facinus fuerit attentatum, necnon ciuitatũ & diœceſum vicinarum [g] excommunicati publicè denuntiẽtur: nec ab alio quàm à Romano pontifice poſsint abſolutionis beneficium obtinere: niſi duntaxat in mortis articulo [h] conſtituti. Cùm autem fuerint abſoluendi: primò ſufficienter & idoneè [i] caueant quòd inferendæ pœnæ parebunt, & auxiliante domino pœnitentiam peragent iniungendã: deinde per omnes illius loci eccleſias principales vicinorumque locorũ diebus dominicis & ſolennibus incedant nudi coram populo, femoralia † tãtùm habentes, & ferulas deferentes in manibus, cum quibus per eaſdem eccleſias publicè fuſtigentur: ituri poſtmodũ vltra mare [k], B & ibidem acturi pœnitentiã per tres annos ad minus, nec exinde poſtmodum reuerſuri abſque ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali.

Verùm cùm talis gratiã reconciliationis meruerit, beneficio abſolutionis obtento indulgeatur ei licentia vt ſuã & ſuorum iniuriã proſequatur [l]: & debitorum illorum quæ cõtracta fuerint, de poſtmodum acquiſitis [m] repetitio non negetur. Illud autem non duximus omittendum, quòd ſiquis fuerit in præmiſſis nudo conſilio aut ſimplici C fauore [n] culpabilis, iudex in talem, pœnam metiatur ex culpa: vt ſecundum quod exceſſus exegerit, vindicta procedat. Ceterum quia dignum eſt vt nefandi ratione flagitij, vltionis ſeueritas amplius extendatur, & propter enormitatem culparum, plagarũ modus exuberet, nec pœnis ſolitis contentetur: ſtatuimus vt ad collaterales fratres, videlicet nepotes & pronepotes talium poſsit extendere [o] pœnas in huiuſmodi noſtra conſtitutione contentas circunſpectio Romani pontificis, D prout circunſtantiæ rationabiles ſuadebunt. Præmiſsis etiam dignum cẽſuimus annectendum, vt ſi quiſquam aliquo prædictorum [p] exceſſuũ quenquam de clericis vel religioſis noſtræ familiæ vel cardinalium afficere fortè præſumpſerit, proportionetur pœna delicto: ita quòd vindicta ex æquo exceſſui reſpondente, ab offenſa noſtrorum cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei vel noſtra ſeu fratrum noſtrorum reuerentia non coërcet [q].

a *Diſponant.* Illis nõ vocatis, etiam ſi de facto poſsiderent. ſ. eod lib. de præbend. licet. ij. & hoc ſonat verb. liberè ſuprà poſitum.

b *Per rectã lineã.* De collateralibus enim tract. ſ. §. cæterùm.

c *Pontificalem.* Aliàs enim tales nõ includebantur, niſi fuiſſet de ipſis expreſsũ ſ. de cõceſ. prębẽ. dilectus. ad idẽ. ſ. eod. li. de hæreti. inquiſitores. & ĩ. de ſenté. excommu. quia periculoſum. Ioan. And.

d *Virili.* Intelligebatur niſi aliud fuiſſet expreſsũ. ſ. c. proxi.

e *Beneficium.* De dignitate ſuprà dixerat, hic de beneficio dicit idem.

f *Inſecutione.* De percuſsione & captione nũ erat dubium: ſed de inſecutione hic ſpecialiter ſtatuitur hæc pœna. ADDITIO. Et facit ad not. de pœniten. diſtinct. prima, ſi quis pulſat°. cùm enim in ſpecialem pœnam hoc inducatur quòd inſequens ſit excommunicatus: eius cõtrarium eſt regulare, ꝙ inſequens & vibrãs, non tamẽ percutiens clericũ, excommunicatus non ſit. & idem Archidiaconus. xvij. quæſtio. quarta, ſicut qui. Ioannes Andr.

Gloſſa ſeq. quæſt. ſoluit.

g *Vicinarum.* Quæ ſint loca vicina, dico iudicis arbitrio quo ad hoc relinquendũ. & poſſent dici vicina non diſtantia vltra duas diætas vulgares. ſuprà de reſcri. nonnulli. vel legales [a]. ſuprà eodem libro de præbend. præſenti. §. locati. vel non diſtantia vltra vnã diætã. ſ. eo. li. de reſcri. ſtatutũ. vel intra prouinciã. ſ. de elec. corã. arbitretur ergo in hoc bonus iudex. ADDITIO. Vel intra finitima & propinqua, ſecundũ Archid. facit pro eo de pœn. ſi quis ſuadente. verſicu. quòd ſi terra in cle. ipſe autẽ. alleg. ij. quæſt. v. ſi epiſcopus. lxv. diſt. cap. ſi. Ioan. Andr.

*a Hoc tenet Ioann. Mon.*

h *Articulo.* Si. xvij. quæſtion. quarta, ſi quis ſuadente. de offic. ordin. paſtoralis. cum ſimilibus. Ioan. Andr.

i *Et idoneè.* Scilicet per pignora vel fideiuſſores. ff. man. l. ſi mandato. §. Paulus reſpondit. aliàs verbum cautionis nudam promiſsionem continet. C. de verb. ſignifi. ſancimus. ſed ſi hoc caſu ſufficientem cautionem dare non poſſet, dabit iuratoriam: vel cauebit ſub hypotheca ſuarum rerũ. {Idem Io. Monachus.} C. de epiſcop. & cleric. authen. generaliter. & ff. vt lega. no. caue. l. filio. in fin. & facit quod dixi ſuprà eod. lib. de vſu. ca. ij. & qđ nota ſuprà de dote poſt diuor. reſtit. per veſtras. Ioan. And.

*Cautio idonea quid importat.*

*† No. textũ coniunctio verbo nudi, quòd illi qui habent tantùm femoralia, dicuntur nudi licet Philip. colligat oppoſitum. contra tamen iſtam not. ait facit gloſſ. in cleros. xxj. diſt. qđ ſequitur Lu. do. Ro. in ſingula. Dei vnj Ioan An. hic per cap. ſapiens. & c. ſequen. de pœnité. diſtinct. vj.*

k *Vltra mare.* & ſi Chriſtiani nihil haberẽt vltra mare, eſſet hæc pœna in aliã commutanda. ff. de inter. & rele. l. relegatorum. j. reſponſo. ff. ad. l. Põpe. de parri. l. pœna. ADDITIO. Idem Archidia. allega. no. lxxxij. diſtincti. presbyter. de vo. cap. primo. Ioann. Monachus dicit idem, & alleg. ff. de admini. re. ad ciui. perti legatum. Ioan. Andræ.

l *Proſequatur.* iiij. q. vj. omnibus.

m *Acquiſitis.* quia prius acquiſita erant confiſcata. ADDITIO. Ad hoc. ff. mã. ſi mandauero. §. ſi is cuius Ioann. Mona.

n *Simplici fauore.* nudum conſilium vel ſimplex fauor intelligitur illius qui ad maleficium faciendum nihil adiicit.

o *Poſsit extendere.* Quæ iã indicatio ſi. ſ. eo. lib. de reſcri. ca. ſi. nam & præter hãc permiſsionem Papa eo modo id poterat, cùm non habeat imperiũ par in parẽ. ſ. de elect. innotuit. Ioannes And.

p *Aliquo prædictorũ.* ſcilicet inſecutionis, captionis, aut percuſſionis, aut ſocietatis horum criminum.

q *Coërcet.* ſ. de vita & ho.



ta & honeſta. cleri. vt clericorum.

a *Cauſam.* proximam, non remotã. quod dic vt ſuprà de homi. de cætero. de teſtibus, ſicut. {Idem Archid.}

Gloſſa ſequens allegat vnam concordantiam, obijcit & ſoluit, & arguit.

Si quis verò per ſe vel per alium occiderit cardinalem (quod abſit) vel dederit cauſam [a] mortis: vltra quàm prę miſſa contineant, ſic in eum poteſtas iuriſdictionis inſurgat, ſic rigor vltionis inſiliat, quod contra vitæ ſubſidium mortis ſolatium inuocet, viuens pœnæ non culpæ, vindictæ ſpeculum non offenſæ. Per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus [b] B facultatem vtendi legibus cõtra tales, quas aduerſus ſacrilegos catholici principes ediderunt. quis enim locus regiminis poterit eſſe tutus, quis rector ſecuritate gaudebit, ſi Romana eccleſia (quæ omniũ eccleſiarum diſponẽte domino caput eſt & magiſtra) caſibus iſtis ſubijcitur? ſi eius filij ſpeciales huiuſmodi periculis exponuntur? Quem eccleſiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangeret, & confuſio tam aſpera nõ moueret? Porrò ſi filius eſt, C dolebit: ſi fidelis, matre fidei læſa læderur. Quapropter ſi princeps, ſenator, conſul, poteſtas, vel alius dominus ſiue rector contra præſumptores prædictos præſentis conſtitutionis tenorem non fecerit obſeruari: tam ipſe quàm officiales ipſius intra menſem poſtquam res ad notitiam eorum peruenerit, eoipſo ſentẽtiam excommunicationis incurrant. Ciuitas verò quæuis alia præter vrbem quæ talia facienti vel faciẽtibus ſeu prę ſumentibus in his conſilium vel auxilium dederit aut fauorem, vel intra menſem ſaltem taliter delinquentes (prout tanti facinoris enormitas exeB gerit, & facultas ei affuerit) nõ duxerit puniendos, pontificali & ſuprà ſit eoipſo dignitate priuata [c], & nihilo minus remaneat interdicta.

b *Adimimus.* concordat. C. de ſacroſan. eccle. l. placet. canonizata xvj. quæſt. prima. vbi primo per eccleſiaſticum iudicẽ, ſecundò per ſecularem quis punitur. & ſic ĩ caſu noſtro propter criminis horrorem [a] eſt enim regulariter ſecus vbi criminaliter agitur. ſuprà de accuſat. de his. vbi de hoc. & ſecunda quæſt. quinta, habet hoc propriũ. ſunt enim paria, aliquem eſſe abſolutũ, vel condemnatum & ſoluiſſe. ff. de excep. rei iudic. ſi quis cùm totũ. §. plane. & facit hæc decr. ad id quod nota. ſ. de iudic. at ſi clerici. in gloſ. pen.

*a Aliàs loquendo de laicis, videtur eſſe ordo conuertendus 17. q. 4. de preſbyterorũ. xxiij. q. v. ſunt quædam. Ioan. And.*

Gloſſ. ſeq. alle. duas concor. & ſpecialiter duas rationes reddit.

c *Priuata.* Si xxv. q. ij. ita nos. & ſ. eo. lib. de elec. vbi periculũ. §. ciuitas [b]. excipitur autẽ ciuitas Romana ab hac pœna. ſi enim ipſa in hoc puniretur: priuarentur etiam inferiores eccleſiæ: cùm totius orbis epiſcopus ſit Romanus pontifex: & præterea ibi promptiorẽ habemus iudicem, ſcilicet papã, qui huic rei poteſt adhibere remedia, & pœnas imponere. ad hoc optimè. C. de ijs qui ad eccle. confu. l. vlt. in princ.

*b Alleg. de hæreti. ad abolẽdam, in ſi. ſed ibi non eſt priuata, ſed priuari iubetur. Ioã. Andr.*

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

*Continuatio domini Abbatis.*

Dictum fuit ſuprà titu. proxi. de pœnis imponendis in foro contentioſo: nunc autem dicendum eſt de pœnis imponendis in foro pœnitentiali: verùm quia pœnæ in foro pœnitentiali remittuntur per pœnitentias & remiſsiones: ideo poſt rubricam præcedentem annectitur rubrica de pœnitẽ. & remiſ. Quæritur quæ pœna veniat imponenda pro quolibet peccato mortali? Dicendum quòd licet olim illa pœna eſſet taxata à canonibus: tamen hodie iſtud eſt relictum arbitrio confeſſorum ſeu presbyterorum, in cap. Deus qui. eo. titu. in antiq. tamen non debet confeſſor eſſe nimis arctus nec nimis largus in imponenda pœnitentia: quia pœnitentiã debet imponere ad arbitrium boni viri, & non pro libito ſuę voluntatis: vt dicit Panormi. in cap. ex parte. de conſtitu. in antiq. & cap. Quintanallis. de iureiur. in antiq.

DE POENITENTIIS & remiſsionibus.

Innocentius quartus in cõcilio Lugdunenſi.

*Quæſtores non citent aliquos, licet eos monere poſsint. Et in concedendis indulgentijs non excedant archiepiſcopi ſtatutum concilij generalis. h. d. Zenze.*

CAPIT. I.

C Romana Eccleſia: & infrà. Quæſtoribus autem fabricæ [d] Remenſis eccleſiæ Remenſis archiepiſcopus ſeu eius officiales citandi ſuffraganeorum ipſius Eccleſiæ ſubditos (quos iidem quæſtores ſibi reſiſtere aut nolle parẽre dixerint) vt

*Diuiſio.*

Romana. } Sunt tria dicta. Primum & tertium inhibitorum. Secundum commiſſorium ibi, Super benigna. Tertiũ ibi, In concedẽdis. Io. An.

Licet archiepiſcopus poſsit remiſsiones ſeu indulgentias concedere non ſolùm ijs qui ſunt in diœceſi ſua particulari, ſed etiam illis qui ſunt in tota ſua prouincia: non tamẽ poteſt excedere numerũ indulgentiarũ ſibi à iure taxatũ. CASVS. Cũ eccleſia Rauen. magnis ędificiis & ſtructuris indigeret: archiepiſcopus Rauen. videns ꝙ fructus eccleſiæ Rauenen. non ſufficerent pro iſto ædificio complendo, voluit mittere quæſtores per totam ſuam prouinciam pro colligendo eleemoſynas fidelium: & vt Chriſtifideles eſſent magis inclinati ad dandum & contribuendum illi eccleſiæ, voluit ipſe epiſcopus eis impertiri de theſauro eccleſiæ, remittendo partem pœnitẽtiarum iniunctarum omnibus & ſingulis porrigẽtibus manus adiutrices ad A ipſum opus complendum: ſed timens quòd ſuffraganei ſui nollent admittere iſtos quæſtores ad officium quæſturæ, dedit quæſtoribus poteſtatem citandi ſuffraganeos nolentes eos benignè recipere in ſuis diœceſibus. vtrum poſsit? Reſpondet quòd non. ſed poteſt eos monere charitatiue vt inducant populum ad porrigẽdum manus adiutrices pro iſto opere pio cõplendo. Sed quæritur quas indulgẽtias ſiue quẽ numerũ dierum poterit indulgere archiepiſcopus, vtrum poſsit dare indulgentias pro libito ſuę voluntatis? Reſpondet quòd non: ſed ſolùm ſecundum quòd eſt ſtatutum in concilio generali in ca. cùm ex eo. eod. tit. in anti. videlicet remiſsionẽ xl. dierum. & in hoc æquiparantur epiſcopi & archiepiſcopi: nam epiſcopus poteſt ſimiliter concedere. xl. dies indulgẽtiarum. No. quòd carẽs iuriſdictione, non poteſt committere poteſtatem citandi ſibi non ſubditos. nam hic archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei: ergo non valet talis cõmiſsio.

Nota quòd licet archiepiſcopus non habeat iuriſdictionẽ in ſubditos ſuorum ſuffraganeorũ in foro contẽtioſo, & hoc in prima inſtantia: tamen in foro pœnitẽtiali poteſt exercere iuriſdictionẽ, eis cõcedẽdo remiſsiones & indulgentias. Nota quòd licet ſubditi ſuffraganeorum archiepiſcopi admittant quæſtores ipſius archiepiſcopi, non propter hoc efficiuntur de iuriſdictione archiepiſcopi: ita quòd eos poterit punire: ſecus ſi mitteret nuntios pro exercendo iuriſdictionem ſuam contentioſam: quia tunc poſſet punire impedientes iuriſdictionem ſuam j. titu. proxi. cap. j. Nota, ſi quæſtores veniant ad eccleſias parochiales pro petendo & colligendo charitatiua ſubſidia fidelium, ſi rectores eccleſiarum parochialium nolunt eis permittere vt declarent indulgentias ſuas, & vt conuocent populum: ipſi ſunt puniendi. & hoc verum, dummodo iſti quæſtores compareant debito modo cum literis apoſtoliD cis vel diœceſani loci: & hoc quando faciunt quæſtum pro alijs: ſecus ſi pro ſe. cap. cùm ex eo. eod. tit. in anti. Nota ꝙ archiepiſcopus non poteſt indulgentias concedere vltra numerum taxatum in concilio generali: videlicet in dicto cap. cùm ex eo. Sunt tamen aliqui archiepiſcopi qui habent ſpeciale priuilegium & indultum vt poſsint concedere indulgentias vltra. xl. dies. Nam archiepiſcopus Toloſanus poteſt concedere indulgentias vſque ad centum dies. Et dicit Panormitanus in d. cap. cum ex eo. eod. titu. in an. quòd quãdo quis lucratus fuit indulgentias, eſt in arbitrio ſuo an velit interpretari iſtas indulgentias in hoc ſeculo, vel reſeruare in futuro: vt ponamus quòd pro exceſsibus meis eſt impoſita mihi pœnitẽtia vt ieiunarem xl. diebus: epiſcopus contulit xl. dies indulgẽtiarum omnibus porrigentibus manus adiutrices ad tale opus: poſſum in hoc ſeculo accipere iſtos xl. dies vt non ieiunem. ſed conſuluit Panormit. vt fiat reſeruatio in purgatorio: quia ibi pœnæ ſunt multo grauiores, quàm ſint pœnæ huius ſeculi.

*Indulgentiæ poſſunt cõcedi per archiepiſcopũ ſubditis ſuorũ ſuffraganeorum.*

d *Fabricæ.* quia conferentibus ad opus fabricæ dari ſolent remiſsiones: ideo de his quæſtoribus in hoc titul. poſitum. Quis autem teneatur ad opus fabricæ, dic vt ſupra de eccleſi. ædi. capitu. primo. & capitu. de his. ſed cum quarta fabri-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



fabricæ, & clericorum ſubſidia non ſufficiunt, fieri ſolet ad A prædicta ſicut ad alia pia loca eleemoſynarum collectio. ad hoc ſuprà eod. lib. de ſta. regu. cap. vnico ad fi. ADDITIO. Quarta fabricæ pertinet ad ordinationē epiſcopi. xij. quæſt. ij. vobis. & cap. Vulteranæ. x. q. iij. vnio. vbi de hoc ſecundū Archid. Ioānes. Andreæ.

ſuper hoc [a] comparceant corā ipſis, nequaquam tribuant poteſtatem [b]. Super benigna verò ipſorum [c] receptione ac ſubuentione ipſi fabricæ facienda poſſunt eoſdem ſuffraganeos & alios Chriſtifideles Remenſis prouinciæ [d] charitatiuè monere [e]. In concedendis quoque indulgentijs non excedat Remenſis [f] archiepiſcopus ſtatutum concilij generalis [g].

Bonifacius octauus.

*Conceſſio generalis confeſſoris nō tangit epiſcopo ſpecialiter reſeruata, nec obtentu conſuetudinis poteſt quis ſibi eligere confeſſorem. hoc dicit. Zenze.*

a *Super hoc.* ſcilicet quòd reſiſtūt vel parêre nolunt.

b *Poteſtatē.* ſicut nec poſſunt foraneos officiales ſtatuere propter citationes faciendas: vt ſuprà eod. lib. de offi. ordi. Romana.

c *Ipſorū.* quæſtorū.

d *Prouinciæ.* quaſi velit notare quòd indulgentia non proſit iis qui ſubiecti non ſunt. quod dic vt ſuprà eo. tit. quod autē.

e *Monere.* & remiſſionum & indulgentiarū literas cōcedere: vt ſuprà eod. noſtro. Et eſt caſus in quo archiepiſcopus iuriſdictionem habet in ſubditos ſuorū ſuffraganeorum. alij not. ſuprà de offic. ordi. paſtoralis. & ix. q. iij. c. ij. ADDITIO. Dicit hic Archid. quòd confirmatus in epiſcopum non ſacerdos, iſtas indulgentias concedere non poteſt: nec capitulum vacante ſede. In contrarium alleg. ſ. eod. lib. de ſup. negli. præla. ſi epiſcopus. & cap. eccleſię. vbi dicitur quòd capitulum vacante ſede adminiſtrat in ſpiritalibus. vide quod ſcripſi de exceſ. præla. accedentibus. in antiq. Ioann.

f *Remenſis.* vel alius quilibet. ſ. eod. lib. de offi. ordi. Romana. in fin. ſ. titu. proxi. cap. j. in fine.

g *Generalis.* ſ. eod. cùm ex eo. & ſi exceſſerit, non valet. j. eo. cap. vlt. Ioan. And.

*Diuiſio.* SI *epiſcopus.* Primò ponit dictum, cuius rationem ſubdit: ibi, Cùm in generali. Secundò conſuetudinem reprobat: ibi, Nulla quoque. Ioan. Andr. Si epiſcopus ſubdito ſuo C contulerit facultatem eligendi confeſſorem doctum & idoneum qui eum poſsit abſoluere ab omnibus peccatis: non poterit confeſſor à caſibus epiſcopalibus abſoluere: nec valet conſuetudo, vt quis pro libito ſuæ voluntatis ſibi eligat confeſſorem. Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendū illud quod habetur in cap. omnis vtriuſque ſexus. eod. tit. in an. licet olim omnes ſacerdotes receperint eandem poteſtatem & miſſam, ita quòd non erant parochiæ diſtinctæ: tamen propter quaſdam diuiſiones inter apoſtolos & diſcipulos & poſteà inter ſacerdotes, fuerunt diuiſæ & diſtinctæ parochiæ & territoria in foro pœnitentiali ſicut in foro contentioſo. Item ſecundò eſt præſupponendum, quòd poſtquā fuit facta illa diſtinctio parochiarum, fuit ordinatum quòd quilibet teneretur confiteri proprio ſacerdoti, & non alteri: & ſi alteri confiteretur, non teneret abſolutio: quia ſententia à non ſuo iudice lata, eſt nulla. c. at ſi clerici. de iudi. in an. Item tertiò præſupponendum eſt, quòd quis dicitur habere plures proprios ſacerdotes, ſcilicet rectorem eccleſiæ parochialis, epiſcopum, legatum, & papam qui habet generalem curam omnium Chriſtianorum: & ſufficit habere licentiam ab altero iſtorū. mendicantes verò ſunt delegati à ſede apo- D ſtolica: per cle. ſuper cathedram. de ſepulturis, in cle. CASVS. Cùm haberem meum curatum ſuſpectum ex certa cauſa, vel videbam imperitum, & nolebam ſibi confiteri: acceſsi ad epiſcopum meum vt daret mihi poteſtatem eligēdi confeſſorem. vnde epiſcopus dedit mihi facultatem eligendi confeſſorem ſub hac forma per verba generalia, Damus tibi facultatem eligendi confeſſorem idoneum qui te poſsit & valeat abſoluere de quibuſcunque peccatis tuis, nō tamen appoſuit iſtam clauſulam, etiam nobis reſeruatis. vtrū per iſtam facultatem videatur epiſcopus dediſſe licentiam abſoluendi de caſibus epiſcopalibus? Reſpondetur quòd non: ſed iſte confeſſor meus habebit illam poteſtatem quam haberet rector meus parochialis. Sed quid, ponamus quòd lōgo tempore fuit obſeruatum, vt quilibet ſibi eligeret cōfeſſorem pro libito ſuæ voluntatis: an valeat talis conſuetudo? Reſpondet quòd non. Nota quòd quis tenetur confiteri proprio ſacerdoti: nec valeret contraria conſuetudo. & in hoc addit iſtud ca. ad cap. omnis vtriuſque ſexus. alleg. ſcilicet vt non valeat contraria conſuetudo. Nota quòd epiſcopus eſt generalis rector ſuæ diœceſis: ideo poteſt conce- A dere facultatem alicui vt poſsit eligere ſuum confeſſorem: quia concurrit cum quibuſcunque rectoribus ſuæ diœceſis.

*Confeſſor poteſt eligi de licentia epiſcopi.*

Nota quòd epiſcopus concedendo facultatem vt poſsim eligere confeſſorem idoneum, qui me poſsit abſoluere de quibuſcunque peccatis meis: nō videtur dediſſe poteſtatem eligendi confeſſorē qui me poſsit abſoluere de caſibus epiſcopalibus. Sed quid de rectore parochiali? ponamus quòd meus rector parochialis dedit mihi facultatem eligendi cōfeſſorem idoneum: vtrum poſsim eligere ſimplicem ſacerdotem, vel vtrum ſit neceſſe vt eligam ſacerdotem habentem ſimplicem poteſtatē, videlicet curam animarum? Reſpondetur quòd ſi rector meus parochialis det mihi ſimpliciter facultatē eligēdi cōfeſſorē, tūc nō poſſum confiteri ſimplici ſacerdoti: ſed requiritur quòd talis habeat curā animarū. Sed quando meus rector dat mihi licentiā cōfitendi tali ſacerdoti quē ſibi nomino, tunc poſſum tali ſacerdoti confiteri: quia meus curator facit illum delegatum. ca. ſi. de offi. & pote. iu. deleg. in anti. cap. omnis vtriuſque ſexus allegato. Nota ꝙ poteſtas dandi licentiam confitendi peccata, dependet à ſuperioritate: vnde concedens debet eſſe ſuperior illius cui cō cedit. ad hoc eo. tit. omnis. Nota finaliter quòd habens auctoritatem eligendi cōfeſſorem, debet eligere idoneum: & ſi non eligit idoneum, videtur eſſe in culpa. Do.

## CAPITVLVM II.

SI epiſcopus ſuo ſubdito [h] conceſſerit vt ſibi poſsit idoneum [i] eligere confeſſorem: ille quem is elegerit, in caſibus qui eidem epiſcopo ſpecialiter reſeruantur [k], nullam habet penitus poteſtatem: Cùm in generali conceſsione illa nōn veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus [l]. Nul- B la quoque poteſt conſuetudine [m] introduci, quòd aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſsit ſoluere vel ligare.

Gloſſa ſeq. exponit, quęrit, arg. negatiuè, ſoluit cōtrarium.

h *Suo ſubdito.* puta archidiacono, archipresbytero, abbati, priori, vel ſimilibus perſonis quæ immediatè ſubſunt epiſcopis. Quid dicemus de inferioribus, puta laicis parochianis certæ parochiæ: nunquid illis epiſcopus poteſt licentiam C dare vt ſibi confeſſorem eligant? Videtur quòd non. ſ. eod. omnis. de pœn. diſtinct. vj. placuit. de paro. nullus. Dic contra [a]: quia quilibet de diœceſi poteſt recurrere pro pœnitentia & ad proprium ſacerdotem, & ad epiſcopum, vel archipresbyterum cathedralis eccleſiæ: qui quo ad hoc eſt vicarius epiſcopi: vt. ſ. de offi. archipresby. officium. vide quod ibi dixi. Vnde credo quòd ſufficiat alterius licentia, ſcilicet vel epiſcopi vel parochialis ſacerdotis. ADDITIO. Vide quod no. in cle. de priui. religioſi. in gloſſ. puto. Ioan.

*a Idem de Ancha. & expreſſe Domi. & Phil. ſecūdum quem bene facit cle. dudum. §. in eccleſiis. de ſepul. c. quæcunque. &. q. j. c. licet. ſ. de ſeri. doct. in ca. omnis vtriuſque ſex. non exponas omnis hermaphroditus. Font.*

i *Idoneum.* qui ſciat circunſtantias conſiderare, & diuerſis medicamentis vti ad ſanandum ægrotum. ſ. eod. omnis. de pœnit. diſtinct. vj. qui vult. de homicidio, ſicut dignum.

Gloſ. ſeq. quærit qui ſunt caſus, & octo exprimit.

k *Reſeruantur.* ſed qui ſunt iſti caſus? Dic quòd abſoluere excommunicatos maiori excommunicatione non competit ſimplici ſacerdoti, ſed epiſcopo: vt. ſ. de ſent. excom. nuper. Imponere pœnitentias blaſphematoribus [b] Dei & ſanctorum. ſ. de cle. male. c. ij. ſortilegis. ſ. de ſortile. c. ij. Commutatio quorumlibet votorum: vt. ſ. de vo. & vo. redem. ca. j. Diſpoſitio male ablatorum incertorum vel certorum quando non extāt hi quibus facienda eſt reſtitutio. ſ. de Iudæis, cùm D ſit. {Et ibi hoc tenet Hoſtien. ſecundum Archid. Contra. ſ. eo. lib. de teſta. ca. ij. vt ibi dixi ſuper ver. libere.} Pœnitentia matrimoniorum clandeſtinè contractorū vel contra interdictū eccleſiæ, per epiſcopos ſolet imponi. ſ. de clāde. deſpon. cùm inhibitio. & de matrimonio contracto contra interdictum eccle. c. j. & vlt. Solent epiſcopis reſeruari pœnitentiæ omnium publicorū enormium criminum, oppreſsionis filiorum ex propoſito vel ex caſu, cuiuſcunque homicidij, falſi teſtimonij, vel falſi inſtrumenti, periurij, inceſtus, corruptionis monialium coeuntis cum brutis, & his ſimilia. ad hoc. 50. diſtinct. miror. & cap. in capite xxxiij. quæ. quicūque. cum ſimilibus caſibus: vt not. Hoſtien. in ſum. huius tit. §. cui confitendum ſit. in fin. ij. col. ADDITIO. Vide per Ray. in ſum. huius titu. §. item nunquam parochialis. per Guli. ſatis in repertorio eod. tit. §. ſequitur videre. Ioan. Mona. tractat in decre. ſuper cathedram. hodie innouata in cle. de ſepul. dudum. & vide quod ibi no. ver. per huiuſmodi. in glo. hoc intendit. Ioan. Andr.

*b Publicè ſecundum Hoſtiē. & ibi ſcripſi. Ioan. And.*

l *Conceſſurus.* vt j. de reg. iu. in generali. cum ſuis concordan. ad idem. ſ. eo. lib. de offic. vica. cap. vlt.

m *Cōſuetudine.* eſt enim oneroſa eccleſijs: ideo nō valet. ſ. in anti.



*Præſcribi non poteſt contra obedientiam principis.*

anti. de conſue. c. ij. & ex ea frangitur eccleſiaſticæ diſcipli- A næ neruus. ſ. de conſue. cùm venerabilis. etiam eſſet hoc cōtra obediētiam principis præſcribere: quod eſſe non poteſt. ſ. de præſcrip. cùm non liceat.

a *Eligere.* epiſcopi, & archiepiſcopi, & ſuperiores, & inferiores ab epiſcopis exēpti, habent à iure licentiam quòd idoneum confeſſorē ſibi eligūt, qui poteſt eos ſoluere & ligare. ſ. eo. tit. c. vlt.

b *Ligare.* ideo dixit, quia cuicunque volo poſſum cōfiteri peccata mea, petendo etiam ſalubre animæ cōſilium: ſed ille nō poteſt ligare vel ſoluere: vt hic vides. Sic dicimus de laico in neceſsitate, quòd poſſumus ei confiteri, ſed ipſe non poteſt ſoluere: quia non habet claues, de pœn. diſt. j. quem pœnitet. verſic. tanta. & eadem verba habētur diſtinctione ſexta, capit. primo, poſt princ. Et not. de offic. ordi. paſtoralis. Ioan. Andr.

*Confiteri poſſumus laico.*

Idem.

*Decretalis, cùm ex eo. in pluribus epiſcopis indulgentibus locum habet. hoc dicit. Zenze.*

## CAPITVLVM III.

INdulgentiæ [c] quæ ab vno vel pluribus epiſcopis in eccleſiarum dedicationibus vel aliis quibuſcunque caſibus [d] conceduntur, vires non obtinent, [e] † ſi ſtatutum exceſſerint concilij generalis [f].

*† Idem de indulgētijs falſorum quæſtorū. de Ancha. Phil. alle. Old. conſil. 70. in meo lib. eſt 76. & ratio eſt: quia in ſpiritalibus veritas opinioni præfertur. tenet Archi. de vo. c. 1. li. 6. fac. l. iuſiurandū quod ex cōuētione. §. 1. ff. de iureiuran. ite illo caſu popul' videtur ſoluere pœnā debitā, ſed nō liberatur ſoluēdo falſo quæſtori. l. falſus. ff. q' cū fal. tu. Font.*

INdulgentiæ. Quia breue eſt, non diuiditur. Et ſe ſummat. ADDITIO. Et dicit Archid. quòd quandoque indulgentia demōſtrat remiſsionem pœnæ. ij. q. iij. cap. ſi. in ſi. Quandoque conceſsionem gratiæ. ſupra vt lit. pen. cap. ſi. de priui. dudum. Quandoque diſpenſationem. lxxvij. diſt. c. vlti. in fin. & ſ. de elect. dudum. Quandoque ius commune. xxxiij. quæſtion. ij. interfectores. & xxxv. quæſtio. iij. de inceſtis. vtrobique de hoc. Quandoque ponitur pro vacare vel operam dare. vnde dicitur, Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica eſt. Ioann. Andr. Si epiſcopus in conceſsione indulgentiarum excedat concilium generale, non valent indulgentiæ, hoc dicit. CASVS. Certum eſt quòd epiſcopi habent poteſtatem limitatam reſpectu indulgentiarum concedendarum: quia aliqui erant ita largi, quòd claues eccleſiæ contemnebantur: vnde limitata fuit eorum poteſtas: videlicet vt pro dedicatione eccleſiæ omnes qui illa die porrigerent manus adiutrices, conſequantur vnum annū indulgentiarum: ſed aliàs non poſſent epiſcopi concedere niſi xl. indulgētiarum dies. Sed ponamus quòd epiſcopus aliquis fecit contrarium: quia in die dedicationis eccleſię dedit duos annos indulgentiarū verū valeant dictę indulgētię. Reſpōdet Rom. pont. ꝙ non. Sed quomodo intelligitur ꝙ nō valēt indulgentiæ? Reſpondet gloſſ. quòd non valent in eo quòd excedunt: quia numerus dierum eſt ſeparabilis, & in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur: ſed in numero quem non excedunt, valent dictæ indulgentiæ. Dominicus de ſancto Gemini. dixit quòd non valent etiam in eo quòd exceſſerunt in ignominiā ipſorū epiſcoporū qui exceſſerunt cōcilium generale ipſum contemnendo. ſed Panor. dicit quòd valent vſque ad numerum taxatum. No. primò arg. quòd eſt licitum allegare ſine certa determinatione quotæ legis vel canonis. de quo per Ioan. And. in cap. veſtra. de coha. cle. & muli. Nota ſecundò arg. quòd factum contra legem prohibentem, eſt nullum: licet non ſit appoſitum decretum. Domi.

c *Indulgentiæ.* declarat opinionem no. ſ. eod. titu. cum ex eo. Et reprobatur opinio Io. & Ber. ibi not. & approbatur opinio Hoſt.

d *Caſibus.* ad pia opera, puta ædificationem vel reparationē eccleſiæ, refectionem vel ędificationem pontium vel viarū, ſuſtentationem hoſpitalariorum, vel ſimilia.

Gloſſa ſeq. quærit & ſoluit per tres rationes. ponit opinionem contrariam, cuius rationi reſpondet.

e *Nō obtinent.* quid dices? nūquid ſaltē in eo quod poterāt dare, tenebit indulgētia? Videtur ꝙ ſic: quia regulariter vtile per inutile nō vitiatur. j. de reg. iur. vtile. vbi vide arg. de hoc pro & cōtra. Præterea hęc eſt quædā liberalitas: & in liberalitatibus vel donationibus dicimus ꝙ tenent pro parte, vſq; ſcilicet ad legitimum modum: & in reſiduo non: vt C. de dona. l. ſancimus. xij. q. ij. ſi quos de ſeruis. præterea hic agimus de re ſeparabili, ſcilicet de numero dierum: vbi non vitiatur vtile per inutile. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. Trebatius. Vide de cenſi. cùm apoſtolus. ſuper gloſ. quid ergo. Et hoc verum puto. [a] Alij contra, ſcilicet Ioan. Mo. dicentes indulgentias in nullo tenere: quia qui priuilegio abutitur, perdit illud, vndecima quæſtione tertia priuilegium. cum ſimili- A bus. ſed non eſt verum quòd qui abutitur priuilegio, perdat illud: licet mereatur perdere. ſic dicit capit. vnde principis erit æſtimatio. quod dic vt not. Innoc. ſuprà de deci. ſuggeſtum.

*a Idem Archi. qui etiā alleg.*

Sextus.

f *Concilij generalis.* ſuprà eo. cùm ex eo.

*de deſpon. impu. c. vnico. §. 1. in fi. eo. li. 12. q. 5. quia Ioan. 17. q. 4. quaſt et 1. q. 1. nonne. de conſecr. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. in ſi. & q' ibi no. Ioā. And.*

DE SENTENTIA EXcommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

*Iudex qui excommunicat, ſuſpendit, vel interdicit, in ſcriptis hoc faciat, & cauſam conſcribat, & requiſitus exemplum ſententiæ tradat intra menſem. Qui contra fecerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis eſt ſuſpenſus: & relaxabitur illa ſententia per ſuperiorem abſque difficultate, & condemnabitur lator in expenſis, & aliàs pœna condigna. Si ſic* B *ſuſpenſi celebrant vt prius ſunt irregulares: nec abſoluuntur ab alio quàm à papa. hoc dicit Ioan. And.*

DE SENTENtia excommunicationis, *ſuſpenſionis, & interdicti.*

Dictum fuit ſuprà per diſcurſum titulorum præcedētium de pœnis delictorū imponendis tam in foro pœnitentiali quàm contentioſo: verùm quia excommunicatio eſt pœna delicti, cùm profertur à iure: quandoque eſt pœna contumaciæ, cùm profertur ab homine: ideo annectitur rubrica de ſententia excommunicationis. & quia ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in nonnullis conueniunt: ideo annectitur rubrica ſuſpenſionis & interdicti.

CVm medicinalis.} Primò ponit prœmium. Secundò ſtatutum circa excommunicationem ferendam: ibi, Quiſquis. Tertiò pœnam non ſeruantis: ibi, Si quis. Quartò aggrauat, vel pœnas addit: ibi, Superior. Quintò ſtatutum prorogat ad ſuſpenſionis & interdicti pœnas: ibi, Et hæc eadem. Sextò cautos reddit illos qui pœnam incurrunt: ibi, Caueant. Ioann. Andre. ADDITIO. Idem Ioann. Mon. ſed Hoſtien. diuidit in ſeptem, de ſecunda faciens duas. Ioann. Andreæ.

CASVS. Fuit à nonnullis in concilio generali apud Lugdunum congregatis expoſitum quòd nonnulli præla- C ti ſæpè ſuos ſubiectos indiſcretè excommunicabant: & licet excommunicatio ab initio fuiſſet introducta ad medicinam, tamen tendebat ad mortem. propter quod fuit ſupplicatum quatenus concilium dignaretur de remedio prouidere opportuno: ideo ſtatuit & decreuit concilium, vt iudices eccleſiaſtici decætero ſint diſcreti in proferenda ſententia excommunicationis. Et inter cetera ſtatuit quòd nullus prælatus excommunicet ſubditum ſuum, niſi ſubſit cauſſa rationabilis, & proferat ſententiam in ſcriptis: non autem ſimplici verbo ſeu verbotenus, & in illa ſententia exprimat cauſſam propter quam illum excommunicat: vt appareat an illa cauſſa ſit iuſta vel iniuſta, & vtrum ſit digna excommunicatione. Item decreuit concilium vt ſi excommunicatus petat tradi ſibi copiam ſententiæ excommunicationis, quòd excommunicator hoc facere teneatur intra menſem, ſi fuerit requiſitus. Sed ponamus quòd aliquis iudex eccleſiaſticus non ſeruauit tenorem huius capituli: quia protulit excommunicationem ſimplici verbo ſeu verbotenus, vel etiam protulit in ſcriptis: ſed non expreſsit cauſſam rationabilem dignam excommunicatione: vel noluit tradere copiam excommunicationis ip- D ſi excommunicato petenti: an ſit puniendus aliqua pœna? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſtatuit concilium quòd dicta ſententia excommunicationis tanquam iniuſta relaxetur ſine difficultate, id eſt ſine aliqua cautione de ſtando iuri, & ſine expenſis, etiam excommunicator condemnabitur excommunicato in expenſis occaſione iniuſtæ excommunicationis factis. Item vltra hoc ipſe excommunicator erit ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ per vnum menſem: & ſi durante illo menſe ſe ingerat diuinis, incurrit irregularitatem, à qua non poterit abſolui, niſi per ſolum papam. {Medicinalis.} quia plures rubore confuſi, eo quòd vident ſe vitari ab alijs, & priuari legitimis actibus, reuertuntur ad bonum obedientiæ: & ſic excommunicatio retrahit excommunicatum à peccato ad bonum obedientiæ. {Contemnat.} Licet excommunicatus ſit in peccato: tamen ſi contemnat excommunicationem, eius peccatum aggrauatur. {Scriptis.} Si proferatur ſententia ſine ſcriptis, tenet ſententia: aliàs non abſoluetur excommunicatus. & tamen dicit litera, quòd ſuperior eum abſoluet: ergo erat excommunicatus: tamen excommunicatio erat iniuſta: ideo punitur excommunicator: vt ſequitur. {Expreſsè.} oportet quòd ex-



com-

communicator exprimat cauſam expreſsè: & non ſufficit dicere, Talem Titiũ cauſsis rationabilibus in his ſcriptis excommunicamus: ſed requiritur quòd exprimat cauſam propter quam illum excommunicat: puta quia talis fuit contumax: & ſua exigente contumacia in his ſcriptis excommunicamus. vel ſic dicendo, Talis recuſauit facere tale quid, licet fuerit debitè monit⁹: quare ipſum in legendo ſcriptis excommunicamus. {Publicũ inſtrumẽtum.} iſtud non eſt de neceſsitate, ſed de cõſilio, ſi excõmunicatus petat copiã excõmunicationis, vt petat confici inſtrumentum: vt ſi excommunicator negaret ſe requiſitum eſſe, ꝙ excõmunicatus poſſit probare requiſitionẽ. {Animaduerſione.} Id eſt pœna arbitraria, ex quo nõ eſt iure taxata. {Fulminare.} hoc eſt ꝓferre indeliberatè & indiſcretè: ſed quãdo plenè deliberat cum diſcretis, dicitur proferre. Et hæc eſt differentia inter fulminare excõmunicationem, & proferre: tamen vnum ſæpe punitur pro reliquo. {Obſeruari.} id eſt vt proferatur in ſcriptis apponatur cauſa rationabilis, & detur copia. {Sanctiones.} immo efficiuntur irregulares. No. primò ex iſto c. ꝙ iudex eccleſiaſticus debet eſſe diſcretus in proferenda excõmunicatione: & debet exercere officium corrigentis & medentis. ideo ſi iudex eccleſiaſticus videat ſubditum ſuum nõ curare de excõmunicatione, & ſic videt excõmunicationẽ non proficere: nõ debet bonus iudex illũ excõmunicare ſana conſcientia: ſed debet in eum exercere aliam pœnam: ſcilicet captionẽ perſonæ, & pignorationem bonorum. Nam iudex debet in cõtumacem exercere pœnã quam viderit magis timeri. Et ideo dicit Dominicus de ſancto Geminiano, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus ignorans cõditionem contumacis, illũ excõmunicauerit, & videt ꝙ excõmunicatio non proficit, quia excõmunicatus non curat de excõmunicatione: debet illum abſoluere inuitum, & cõmunioni eccleſiæ reſtituere: licet beneficiũ abſolutionis regulariter non conferatur niſi pœnitẽti: & dicit beatum Thomam hoc tenere. Not. vlterius ꝙ ſententia excõmunicationis debet proferri in ſcriptis: tamen iſtud nõ eſt de ſubſtantia excõmunicationis, ſed eſt de iuſtitia. Nam teneret excõmunicatio, etiam ſi nõ eſſet lata in ſcriptis. Secus eſſet de ſententia definitiua: quia de ſubſtantia ſententiæ definitiuæ eſt ꝙ feratur in ſcriptis: aliàs non valeret ſententia niſi in cauſsis ſummarijs, in quibus valet ſentẽtia licet nõ feratur in ſcriptis. l. j. vel ij. C. de ſenten. ex breui. reci. in auth. niſi breues. eod. titu. in cle. ſæpe. de verb. ſig. Not. ꝙ excõmunicator debet in excõmunicatione inſerere cauſſam propter quã excõmunicat: & in hoc differt ſentẽtia excõmunicationis à ſententia definitiua: quia in ſententia definitiua nõ tenetur iudex exprimere cauſas mouentes ipſum ad ſententiandum: licet ſit honeſtum vt illas exprimat. Nota ꝙ excõmunicator tenetur intra menſem tradere exẽplum excõmunicationis excõmunicato ſi requiratur. Idem dicendum eſt de alijs actis cauſæ: videlicet vt exempla tradantur parti: originalia tamen debent remanere apud notarium. c. quoniam contra falſam. de proba. No. ꝙ ſententia excõmunicationis lata ſine ſcriptis, vel ſine cauſa rationabili expreſſa, tenet de mero iure, licet ſit iniuſta. Hoc probat iſte textus dum dicit, ꝙ ſi excommunicator violauerit iſtam cõſtitutionem, ꝙ ſuperior relaxabit excõmunicationẽ: ergo talis excõmunicatio tenebat. Not. ibi, Superior verò ad quem. ꝙ vbi notoriè cõſtat de iniuſtitia excõmunicationis, ſuperior nõ debet excõmunicatum remittere ad excõmunicatorem, ſed poteſt eum abſoluere nõ facta remiſsione. ſecus ſi notoriè non conſtaret: quia tunc deberet ipſum remittere ad excommunicatorem. Sed qualiter conſtabit de iuſtitia excõmunicationis? Dicendum ꝙ apparebit de iniuſtitia excõmunicationis ex lectura ſententiæ, ſi non lata ſit in ſcriptis: vel ſi in ſcriptis, tamen eſt lata abſque expreſsione alicuius cauſſæ rationabilis, vel per inſtrumentum publicum, per quod habetur quòd iudex noluit excõmunicato tradere copiam excõmunicationis: aliàs ſuperior non abſolueret, niſi eſſet appellatum. No. quòd ſi ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ diuinis ſe immiſceat, contrahit irregularitatem: à qua non poterit abſolui niſi per papam.

*Fulminare excõmunicationẽ & proferre, differunt.*

*Excõmunicatio nõ eſt ferẽda, niſi putetur profutura.*

*Excõmunicatio lata ſine ſcriptis tenet.*

*Excõmunicator excõmunicato petenti tradat excommunicationis exemplum.*

a *Non mortalis.* vt ij. q. j. multi. & xxiiij. q. iij. notandum.

b *Non contemnat.* & tũc amplius ex cõtẽptu ligatur xxiiij.

CAPIT. I.

Cum medicinalis ſit excõmunicatio nõ mortalis[a], diſciplinans, non eradicans, dum tamen is in quem lata fuerit, non contemnat[b]: cautè prouideat iudex eccleſiaſticus vt in ea ferenda oſtendat ſe proſequi quod corrigentis[c] fuerit & medentis[d]. Quiſquis igitur excommunicat[e], excommunicationem in ſcriptis[f] proferat, & cauſam[g] excommunicationis expreſsè cõſcribat propter quã[h] excommunicatio proferatur. Exemplum[i] verò huiuſmodi ſcripturæ teneatur excommunicato[k] tradere intra menſem, ſi fuerit requiſitus[l]: ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel literas teſtimoniales confici ſigillo authentico[m] conſignatas. Si quis autem iudicum[n] huiuſmodi conſtitutionis te-

q. iij. notãdum. xj. q. iij. §. cùm ergo. & ſ. eo. tit. per tuas. Creſcit igitur homo per meritum obedientiæ parendo iniquæ ſententiæ. viij. q. j. ſciendum. xj. q. iij. quid ergo.

c *Corrigentis.* ſiue plectendo ſiue ignoſcẽdo hoc ſolum benè agitur, vt vita hominum corrigatur: vt xxiij. q. v. prodeſt.

*Sententia iniquæ obediens meretur.*

d *Medentis.* ſanabit & medebitur quantũ in ſe erit: aliàs nõ erit quod ſibi imputetur. xliij. diſt. c. Epheſijs. 47. diſt. c. vlt. Faciat igitur ꝙ ſententia ſit iuſta ex animo, ex ordine, & ex cauſſa: de quibus dicitur ſ. eo. ſacro.

e *Excommunicat.* ſuſpẽdit vel interdicit. j. eo. c. 6. & hęc eadẽ.

f *In ſcriptis.* No. caſus in quib⁹ ſcriptura requiritur. de his plenè dixi ſ. e. li. de cẽſi. c. j.

Gloſ. ſeq. exẽplificat. ſecũdò quærit: ponit opinionem, & ſoluit. tertiò notat duas differentias.

g *Cauſam.* vt, quia peremptoriè citatus coram nobis renuit cõparere, de iuſtitia reſponſurus: vel quia iuſſus vt intra talẽ diem centum Titio ſolueret, ad quæ ſibi ex cauſſa depoſiti tenebatur, facere recuſauit: idcirco &c. & eſt hic ordo retrogradus: quia primò debet cauſſam exprimere, & poſteà excommunicare. Sed nunquid hęc conſtitutio locum habet cùm excommunicatio fertur contra incertam perſonam: vt v. q. j. quidam. & ſ. de offic. ordi. ſi ſacerdos: Dicunt quidam quòd non. Et hoc placet Io. Mo. & Archi. ad hoc. ſ. eo. lib. de elect. qui contra certam. Sed tutius[a] eſt tenere contrarium: tum quia hæc conſtitutio generaliter loquitur: tum quia certam perſonam, ſed non expreſſam ligat ſententia, quę tamen poſteà exprimetur. ad hoc. j. eo. Romana. §. caueant. Et not. ex hac litera duas diuerſitates inter ſententias excommunicationum & alias definitiuas: quia vtraque debet ferri in ſcriptis. ſed ſi definitiua non feratur in ſcriptis, non tenet: vt ſ. eo. lib. de re iudic. vlt. ſentẽtia autem excommunicationis licet non ſit lata in ſcriptis, tenet. ſed locum habent pœnæ quæ infra ſequuntur. Item in definitiuis non eſt neceſſe exprimere cauſam. ſ. de re iudi. ſicut. ſed in ſententia excommunicationis ſecus: vt hic vides.

*a Secundũ Hoſtie. qui etiã hanc opin. attribuit Inno. Ioan. And.*

h *Propter quam.* & licet falſa ſit cauſſa: ligat tamen excommunicatio. xj. q. iij. c. j. & ij. ſ. eo. ſacro. de abſolutione dic vt ſ. de off. or. ex parte.

i *Exemplum.* totale: aliàs nõ eſſet exemplum, ſed pars. Ioan. And. ADDITIO. Vnde dicit Hoſtien. quòd continere debet excommunicationem de verbo ad verbum, & annum & diem. argu. de reſcrip. eam te. ij. q. viij. per ſcripta. §. libellorũ. Ioan. Andr.

k *Excommunicato.* per hoc videtur loqui cùm excõmunicatur certa perſona: fateor hoc quo ad traditionem exempli. ADDITIO. Quaſi diceret, nihilominus ferri debet in ſcriptis & exprimi cauſa quę ita cõueniat generali ſicut ſpeciali ſentẽtiæ: immò plus generali quæ nõ debet ferri niſi ex cauſa. j. eo. Romana. §. caueãt. plus dixit Hoſti. quòd ſi innominatus qui comprehẽdi poterat ſub generali, petat exemplum, debet ſibi concedi. Ioan. Andr.

Gloſſa ſeq. circa requiſitionẽ hanc quatuor dicta ponit.

l *Requiſitus.* aliàs ergo non habebit locum pœna quæ ſequitur. & eſt ſi. ſ. eo. lib. de app. vt ſuper. & c. ab eo. & intelligo quòd requiſitio fiat loco & tempore competentibus. ar. præ. c. ab eo. & ſ. de elec. cùm in veteri. & intelligo menſem à die ſententiæ, non à die requiſitionis. ſic. ij. q. vj. c. vlt. §. definitiua. & ea. q. & eo. c. verſi. iudicibus. &. C. de app. l. iudicibus. ſi autem requiratur poſt menſem, non habet locum hęc conſtitutionis pœna: ſed nihilominus illam dare tenetur, ſicut & cætera acta cauſſæ. de proba. quoniam contra. ad hoc de do. & contu. cùm dilecti.

Gloſſa ſeq. allegat duas cõcordantias. quærit. arg. affirmatiuè, & contrarium ſoluit. ſecunda pars ſoluit quæſtionem.

m *Authentico.* iſta ſunt paria. ſ. de ſi. inſtru. c. ij. ad idem. ſ. eo. lib. de offi. ordi. ſi canonici. Sed nunquid ſufficerent teſtes? Videtur quòd ſic. C. de fide inſtru. l. in exercendis. ſ. de fide inſtr. cùm Ioannes. dic illud regulare: ſed hoc ſpeciale[b], ſicut & alia quæ dixi ſ. de cenſi. c. j. ADDITIO. Hoſti. Io. Mo. & Archi.

n *Iudicum.* quorumcunque, vt etiam ſacerdotes excommunicantes hoc ſeruare debeant[c]. ſ. de offic. or. cùm ab eccleſiarum. Pœna tamen ſuſpenſionis, de qua infra loquitur, in epiſcopis locum non habet: vt j. eo. quia periculoſum.

*b Idẽ Do. Phil. Feta.*

*c Idẽ Hoſti. & cum eo Ioã. Mo. & Archi.*

Teme-



merarius[a] extiterit violator, per menſem[b] vnũ ab ingreſſu eccleſiæ[c] † & diuinis officijs nouerit ſe ſuſpẽſum. Superior[d] verò ad quẽ recurritur, ſententiã ipſam ſine difficultate[e] relaxans †, latorẽ excõmunicato ad expẽſas & omne intereſſe condẽnet, & aliàs puniat animaduerſione cõdigna: vt pœna[f] docente diſcãt iudices quàm graue ſit excõmunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpenſionis & interdicti ſententijs volumus obſeruari[g]. Caueant autem eccleſiarũ prælati & iudices vniuerſi, ne prædictam pœnam ſuſpẽſionis incurrãt: quoniam ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi ſicut prius[h], irregularitatem[i] non effugient iuxta canonicas ſanctiones: ſuper qua non niſi per ſummum[k] pontificem poterit diſpẽſari.

Idem in eodem.

*Qui petit abſolui ad cautelam, dicens excommunicationis ſententiam in ſe latã eſſe nullã, abſoluetur cuiuſcũque contradictione non obſtãte: niſi dicatur & probetur intra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa. Qui probat ſe excommunicatum poſt appellationem: probatione pendente in iudicijs euitabitur, extra iudicium verò non. hoc dicit. Ioan. Andr.*

a *Temerarius.* nunquid requiritur quòd ſit in dolo? Quod videtur per hãc literam. ad hoc. ff. vi bono. rap. l. ij. §. doli mali. Dic contra: quia ſufficit quòd negligentia, ſtultitia, vel fatuitate hoc fecerit[a]. ad idem. ff. de iudi. eum quem temere. & eſt ſi. ſ. eod. lib. ne cle. vel mona. c. ij. & per literam iſtam puto quòd ſi excõmunicator non fuit in aliqua culpa: puta nõ erant neceſſaria ad ſcribendum, & periculum erat in mora: credo[b] quòd non habeat locum pœna. ad hoc. ff. de vſufruct. æquiſsimum. & ſ. eo. lib. de elec. indemnitatibus. in ſi.

b *Per menſem.* quo lapſo ipſo iure reſtitutus eſt. lxxxj. diſt. ſi quis amodo. & ſ. de ſpon. non eſt nobis. ADDITIO. Dicit Hoſtien. hoc verũ, ſi ſententiam ſeruauit, & peccatum confeſſus ſit & pœnituerit. aliàs ſemper quo ad ſe ſuſpẽſus remanet. ſuprà de cohab. cle. & mu. cap. fin. Ioann. Andr.

*a Sequitur Do. Philip. Io. And.*

*b Idem credit Philip. & procedit gloſ. ſecundũ Io. An. & Phi. etiã ſi excõmunicatio iſta nõ tenuit. Font.*

*† No. hic ex mente Do. quòd nõ poterit diuinis in oratorio celebrare. Font.*

*† Ergo ſententia excõmunicationis lata cõtra formã iuris tenet. Philip. & ſic limita l. prolatam. C. de ſentẽ. et interloc. om. iudic. Fonta.*

c *Ab ingreſſu eccleſiæ.* de hac ſuſpenſione habes j. eod. is cui. & adde quod dicam j. eo. is qui. ADDITIO. Inno. in decretali ſacro. ſ. eod. in anti. rectè tenuit quod terminatum eſt in diſt. ca. is cui. j. & ij reſpon. hic videtur innuere contrarium, quòd ſic ſuſpenſus celebrans non ſit irregularis, cùm ſuſpẽdere ab ingreſſu eccleſiæ non ſit ſuſpendere ab officio: cùm etiam extra eccleſiam celebretur. Et Hoſtien. ponendo hoc dictum Innoc. expreſsè ponit de eo qui celebrat in eccleſia. ipſi tamen contrarium tenuerunt in decretali, ſacro. & hic loquitur Innoc. opi. recitando quorundam: vt patet ex eius verbis. Ioan. And.

d *Superior.* iſtud ſatis habebamus. ſ. eo. ſacro.

e *Difficultate.* ſcilicet cautionis exigendæ, vel remiſsionis faciendæ. ADDITIO. Vnde dicunt Ber. & Hoſti. quòd ſine mora, ſine ſatiſdatione, ſine cauſæ cognitione, & ſine aliquo excommunicati grauamine hoc fieret, cùm euidenter appareat contra hanc conſtitutionem latam fuiſſe. Ioan. Andr.

f *Pœna.* ſic ſ. de autho. & vſu pal. niſi ſpecialis. xxxviij. diſt. §. qui ea.

g *Obſeruari.* & ſic iſta tria ſunt paria. & habes ſi. j. eod. tit. is cui. ad idem. ſ. de ap. ad hæc quoniam. & c. dilectus. de confir. cùm dilectus. de elect. cùm inter R. cum ſi. & intelligas de interdicto vel ſuſpẽſione etiam à ſpiritalibus prolata: ſecus ſi interdiceretur ingreſſus ciuitatis vel pomœrij. ff. de ſer. expor. cui pacto. ff. de inter. & rele. per totum. ſecundum modernos qui de hoc plenè no. in prædicta decretali. ad hæc quoniam. Ioan. And.

*Interdictũ rei ſpiritalis differt ab interdicto alterius rei temporalis.*

h *Sicut prius.* quaſi in officio ſuo agens: vt dicit canon. xj. q. iij. ſi quis epiſcopus in concilio. Et. j. eo. is cui in ſi. j. reſpon. quod verum eſt in quocunque officio cantando, & in quibuſcunque horis officiet eccleſiam: vt in prædicto canone. & concor. ſ. eo. lib. de re iudi. cum æterni. ADDITIO. Idem hic Ber. & Hoſt. dicebat Fran. quòd ſi intrat chorũ cum alijs legendo & cantando, locus eſt irregularitati. & ſic intelligitur illud quod prius poſitum eſt in. c. ſi quis epiſcopus. Ioan. Andr.

i *Irregularitatem.* quòd ergo in antiquis canonibus ſtatutum erat de excommunicatis, extenditur ad ſuſpẽſos xj. q. iij. c. ſi quis epiſcopus damnatus. & c. ſi quis epiſcopus in concilio. & ſ. de re iudic. cùm æterni.

k *Summum.* Nota caſum ſpecialiter reſeruatum Rom. pont. alios habes de offic. leg. quod tranſlationẽ. & de exceſ. prælа. ſicut vnire. in anti.

*Diuiſio.*

Solet. Sunt duæ partes. In prima ponitur duplex quæſtio. ſecunda ibi, Et an. In ſecunda ibi, In prima. ad vtranque reſponſio. Et primò ſoluit primam. ſecundò excipit ibi, Niſi tertiò exceptionem moderatur ibi, In quo caſu. Secunda ſecundæ diſtinguit iudicialia & extraiudicialia. ſecundum ibi, Extra iudicium. CASVS. Certum eſt cùm quis prætendit excommunicationem in ſe latam eſſe nullam aliqua rationabili cauſſa (quia prætendit appellaſſe legitimè antequam in ipſum proferretur excommunicatio, & ſic erat exemptus à iuriſdictione excommunicatoris: vel dixit quòd in excõmunicatione fuit expreſſus error intolerabilis: quia continebat præceptum quod erat contra Deum & conſcientiam illius cui præcipiebatur) poteſt petere abſolutionem ad cautelam (ſi & inquantum indigeat) ad tollendum murmur & ſcandalum populi. Sed ponamus quòd excommunicator vel aduerſarius ſe opponit ne iſte abſoluatur ad cautelam. vtrũ ſuperior debeat illũ abſoluere non obſtante oppoſitione? Reſpondet Romanus põtifex cum diſtinctione, aut opponens dixit quòd iſte fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, & offert probare intra octo dies: & tunc differẽda eſt abſolutio per illos octo dies. Et ſi probatũ fuerit quòd ipſe fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, non abſoluetur niſi præmiſſa ſatiſfactione & cautione de ſtando iuri. Si autem opponens non offerat ſe probare intra octo dies quòd ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa, tunc ſuperior eũ abſoluet ad cautelam. Sed quid: ponamus quòd ille qui fuit excommunicatus, dixit excommunicationem eſſe nullam propter aliquam cauſam: & non petit abſolutionem ad cautelam, ſed vult admitti ad probandum illam cauſam: vtrum pendente illo articulo probationis ſit euitandus tanquam excommunicatus? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic in iudicijs. nam non poterit ſuos debitores conuenire pendente illo articulo probationis: & de facto ſi conueniat, poterunt excipere debitores quòd non tenentur cũ ipſo proceſſum facere, eo quòd eſt excommunicatus. nam eſt ſibi imputandum quare non petijt abſolui ad cautelam. ſed in alijs actibus extraiudicialibus, puta in electione & poſtulatione, non euitabitur. ideo probatione iſta pendente poterit eligi in prælatum alicuius eccleſiæ. ſed ſi poſteà appareat excommunicatum eſſe, non tenebit electio de ipſo facta. {Innodatum.} & ſic excommunicationem nullam. {In prima.} ſequitur reſponſio ad vtranque quæſtionem. {Emenda.} id eſt ſatisfecerit. vel ſi proponatur quòd fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, abſoluetur præſtando cautionem de ſtando iuri. Nota primò ex prima parte huius capituli, quòd dicens excommunicationem in ſe latam eſſe nullam, poteſt petere abſolutionem ad cautelam: nec in hoc eſt ſibiipſi contrarius: quia per hoc non fatetur ſe excommunicatum. ſecus eſt de illo qui petit directè abſolutionem: quia tunc fatetur ſe excommunicatum. Nota vlterius iuncta gloſſa quòd ſententia excommunicationis lata poſt appellationem in appellantem, eſt nulla: & hoc verum poſt appellationem legitimam interpoſitam ex cauſſa rationabili & vera: aliàs exprimendo mendoſè cauſſam rationabilem quilibet poſſet ſe eximere à iuriſdictione ſui iudicis. Nota vlterius quòd ſententia excommunicationis dicitur eſſe nulla, quando in ea fuit appoſitus error intolerabilis: puta ſi in excommunicatione dicat iudex: Cùm aliàs monuerimus talem Titium vt Caium occideret, vel vt furtum faceret, vel ne eleemoſynam daret: ipſe tamen nihilominus noluit ipſum occidere, vel noluit furtum facere, vel eleemoſynam dedit: ob quam cauſſam eum in his ſcriptis excommunicamus. veruntamen reſpectu eleemoſynæ non eſt verum indiſtinctè vt excommunicatio dicatur continere errorem intolerabilem, ſi aliquis fuit excommunicatus eo quòd dedit eleemoſynam. nam ſi aliquis pauper ſit contumax, & noluerit iudici obedire: poteſt iudex monere ſuos ſubditos ne illi pauperi tradant eleemoſynam. ſed prima facie præceptum de non dando eleemoſynam eſſet irrationabile: niſi aliàs qualificaretur. Nota quòd dicens excommunicationem eſſe nullam, ſi petat admitti ad probandum cauſſam nullitatis, pendente probatione nullitatis eſt vitandus in iudicijs, ſed in extraiudicijs non eſt vitandus: immo ſi ſciat pro certo ſe non eſſe excommunicatum, licitè poteſt miſſam celebrare. Nota etiam quòd abſolutio ad cautelam petitur, quando dicitur nulla excommunicatio. ad hoc de offic. delega. cùm contingat. Nota finaliter duos caſus, in quibus excommunicatio dicitur nulla.

A non-

CAPITVLVM II.

SOlet à nonnullis [a] in dubium reuocari, an cum aliquis per ſuperiorem [b] abſolui poſtulat ad cautelam, dum in ſe latã excommunicationis ſentẽtiã aſſerit eſſe nullã, † ſine contradictionis [c] obſtaculo munus ei debeat abſolutionis impendi? Et an ante [d] abſolutionem huiuſmodi [e] is qui ſe offert in iudicio [f] probaturum ſe poſt appellationẽ legitimam excommunicatione innodatum, vel intolerabilem errorem [g] in ſententia fuiſſe patenter expreſſum, ſit in ceteris [h] (excepto probationis illius [i] articulo) euitandus? In prima igitur dubitatione ſic ſtatuimus obſeruãdum, vt petenti [k] abſolutio non negetur, quamuis in hoc excommunicator vel aduerſarius ſe opponat: [l] Niſi cum excõmunicatum pro manifeſta [m] dicat offenſa. In quo caſu terminus octo dierum [n] indulgebitur ſic [o] dicẽti: vt ſi probauerit quod opponit, nõ relaxetur [p] ſententia, niſi prius ſufficiẽs præſtetur emenda, [q] vel competens cautio de parendo iuri, ſi offenſa dubia [r] proponatur. B In ſecunda verò quæſtione ſtatuimus, vt is qui ad probandum [s] admittitur, pendente probationis articulo, in ceteris quæ vt actor [t] in iudicijs attẽtauerit, interim euitetur. Extra iudiciũ [u] verò in officijs, [x] poſtulationibꝰ, & electionibꝰ, ac alijs legitimis actibꝰ nihilo minus admittatur. [y]

A a *A nonnullis.* ſcholaſticis vel iureperitis confiictum rationum habentibus, ſic ſuprà de reſti. ſpo. frequens. ADDITIO. De quibus philoſophus, Dubitare de ſingulis non eſt inutile. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens reci. per q. an etiam delegatus abſoluat ad cautelam. ponit duas opi. cõtrarias. ad ſecundã obijcit & reſpondet dupliciter.

b *Per ſuperiorem.* excõmunicatoris: quod dic vt ſuprà eodem, per tuas. Et per hanc literam quæ ſic generaliter loquitur, dixit Bernardus quòd quilibet iudex ordinarius & delegatus hanc abſolutionem impertiri poſsũt. Inno. & alij [a] contra in delegato, dicentes ꝙ delegatus etiam papæ non abſoluit ad cautelam ex generali cauſſæ commiſsione. delegata enim poteſtas eſt ſtricti iuris, & id ſolum poteſt quod ei ſpecialiter eſt cõmiſſum, & ſine quo cauſſa expediri non poteſt. ſupra de offic. dele. ca. j. & ca. prudentiam. ſed ſine abſolutione ad cautelam, bene poteſt cauſa expediri, quia cum patebit illum excommunicatum, poterit per delegatũ in veritate non ad cautelam abſolui, vt in cap. prudentiam. ſed quòd delegatus papæ abſoluat ad cautelam, videtur expreſſum. ſuprà de appella. ad præſentiam. Sed qui tenent contrarium, dicunt quòd illud fuit propter ſpecialem commiſſionem. Vel illud in auditoribus, ſecus in delegatis, quaſi auditores habeant ordinariam. de hoc de reſcript. auditor. in cle. in. j. gloſſ. ADDITIO. Ber. de quo in princ. huius gloſſ. C in duobus errauit. Primum dixi in textu ſuper verb. nullam. Secundum ſumpſi ex eo quòd decret. per tuas. eodem titulo in anti. dixerat quòd ſedes apoſtolica conſueuerat concedere abſolutionem ad cautelam: & quaſi intelligeret id inferioribus non licere, dixit hoc nouum per hanc decre. inductum, quòd quilibet &c. vt ſequitur. Sed illa verba non ponebantur ibi ad deſignandum aliquid ſpeciale in papa, ſed ad inſtruendum quale remedium poſſet haberi in illo dubio. Ioan. Andr.

*a Io. Mo. et Hoſti. ſed Archi. non vult accedere huic dicto. Ioã. And.*

*† Dicit Frã ciſ. (ſed male) ꝙ idem ſi iniuſtam. hoc eſt falſum, vt patet ſ. eod. per tuas. fatetur enim ſe ligatum, ergo habet neceſſe directè abſolutionẽ petere, nõ ad cautelam. Potuit tamen error Frãci. procedere à gloſſ. Ber. quæ dicit quòd cùm olim in duobus caſibus fieret abſolutio ad cautelã, hæc cõſtitutio ſtatuit quòd cuilibet abſolutionem petẽti ad cautelã coram quocũq; iudice cõcedatur. hoc eſt falſum. nõ enim præſtatur hæc abſolutio niſi cũ nullitas ſentẽtiæ allegatur. Io. An.*

c *Contradictionis.* ipſius excommunicatoris vel aduerſarij qui illum fecit excommunicari, vt ſupra de appella. qua fronte. & j. ſequitur.

d *Et an ante.* ſecunda quæſtio.

e *Huiuſmodi.* ſcilicet ad cautelam. Idem puto etiam ſi non peteret abſolui, quia nec compellitur hoc caſu, vt ſuprà eodem, per tuas.

f *In iudicio.* ibi etiam iudici facienda eſt probatio. ff. de proba. l. quinquaginta. ſ. eod. lib. de reſcript. ſtatutum. § cum verò. cum ſimilibus.

g *Errorem.* pone exemplum. j. eo. venerabilibus. §. poteſt. & in his duobus caſibus eſt nulla excommunicationis ſententia, & in alijs quos dicam. j. eo. præſenti.

h *Ceteris.* iudicialibus &c.

i *Illius.* ſcilicet de præcedente legitima appellatione.

k *Petenti.* humiliter. ſuprà eod. per tuas. de offic. delega. cũ contingat. Poteſt etiam non petens abſolui. ij. queſt. v. quanto. ADDITIO. Vide quod not. de eo qui dux. in ma. ſignificaſti. in vlti. gloſſ. Ioan. Andr.

*Abſolutio poteſt dari nõ petenti.*

l *Opponat.* quia periculum eſt in mora. iam enim ſic decedere poſſet, cùm & propter peccatum & propter excommunicationem quis facilius moriatur. vndecima quæſtione tertia, epiſcopi. ad idem ſuprà de app. qua fronte. ff. de app. reci. vel non. l. vlti.

Gloſ. ſeq. exponit. prorogat dubium, quod per quatuor iura exemplificat.

m *Manifeſta.* id eſt notoria. quod dic vt ſuprà de verb. ſignific. cùm olim. & cap. ex parte. vbi de hoc. idem in manifeſta contumacia, vt j. eodem, venerabilibus §. ſecus. & idem putarem ſi peteret abſolui ad cautelam à ſententia excommunicationis canonis, & diceretur caſus talis eſſe quo abſolutio fieri non deberet ante ſatisfactionem: vt ſuprà eod. lib. de offic. deleg. c. vlti. §. pars verò, & ſuprà de cenſi. quanquam, A in fi. & de immuni. eccle. quoniam. in fi. & de hæret. quicunque. in princ. cum ſuis ſimilibus.

Gloſſa ſequens recitet per quæſtionem an ex cauſa augeatur dilatio.

n *Octo dierum.* dicit Bern. quòd hic & ſuprà de reſtitu. ſpolia. frequens. & ſ. de exceptio. pia. (de qua tamen dic vt ibi dixi in glo. licet enim. & vbicũq; certꝰ terminus à iure ſtatuitur) ſi petatur maior dilatio, negabitur iuſta cauſſa ceſſante. ſed ſi cauſſa ſubeſſet, dixit eum audiendum ex illa generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſſa &c. ff. ex quib. cau. ma. l. j. in fine. & ſi minor eſſet, vel eccleſia, audiretur etiã ſi probationes negligenter intra terminũ omiſiſſet. ſi autẽ reus ad probandum contrarium peteret dilationem longiorem, danda eſt ſecundum eum: & prodeſt dilatio illa actori, quia ſi non plenè probauerit, adhuc alias plenas probationes inducet. Cod. de temp. in integ. reſtitutione. l. petendæ. & ſic in his caſibus audietur intra dies ſtatutos, & poſt etiam, ſi poſtulat, per prædictam. l. petendæ. immo etiam poſt terminum ipſi reo datum, per prędictam. l. admitteretur, cùm ex facto illius impeditur. ADDITIO. Dixit Innocent. idem dicendum in exceptione ſpoliationis, & alijs in quibus certus terminus datur aliquid ad probandum. Ioan. And.

*Terminus à iure ſtatutus, ex cauſa poteſt prorogari.*

o *Sic.* ſcilicet excommunicatum illũ pro manifeſta offenſa.

p *Relaxetur.* etiam ad cautelam, vt formata fuit quæſtio.

C q *Emenda.* in ſpiritalibus non ſemper habet locum, quòd ante omnia emendet excommunicatus pro manifeſta contumacia vel offenſa. Pone enim aliquem excommunicatum, quia non fecit ſe ordinari. promouebitur ne antequam abſoluatur? abſit. & de hoc per Innocentium & modernos ſupra de præbendis, pro illorum. vt ibi ſcripſi ſuper gloſſã penultima, & idem hic Archi. Ioannes And.

r *Dubia.* & ſic non oſtendit de nullitate, prout dicebat.

s *Ad probandum.* de nullitate ſcilicet, quòd ſententia fuerit lata poſt legitimam appellationem, vel quòd contineat intolerabilem errorem &c.

t *Vt actor.* ſecus ſi vt reus. ſuprà de indic. intelleximus. de exceptio. cum inter. ſupra eodem lib. de reſcript. cap. j. & repellitur à iudice, etiam reo non opponente. ſupra de exceptio. exceptionem.

Gloſſa ſequens de ratione quærit, & tres reddit.

u *Extra iudicium.* quæritur, quare aliud in iudicio, & aliud extra iudicium? Reddebat Bernard. [b] ſuper hoc tres rationes. Prima, quia in iudicijs non tollitur actio, ſed differtur. ſuprà eodem libro de except. pia. & ſic non eſt multum præiudicium. Cod. de preci. Impera. offe. l. quoties. D quia quod differtur, non aufertur. decimaquarta quæſtione quinta. capit. primo, ſed in extraiudicialibus magnum eſt præiudicium, quia non ſine magno damno à rebus noſtris reuocamur. ff. quemadmodum teſta. ape. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. Secunda, quia facilius interdicuntur iudicialia. Cod. de hæret. quoniam. quàm extraiudicialia. ff. de procu. mutus. j. reſpon. cum concor. & ea quæ ſunt iuris, quam ea quæ ſunt facti. ff. de pœnis. l. quidam ſerui. Tertia, quia in iudicio vbi alium impetimus, leuius impediri debemus q̃ extra iudicium vbi nullũ impetimus, ſed tantùm iuri noſtro innitimur. ADDITIO. Quarta, quia extra iudicium non eſt paratus iudex medius ſicut in iudicio. facit ſuprà de appellatio. ſæpè. ſecundum Hoſtienſ. & Ioann. Monac. Ioann. Andreæ.

*b Et ſic Innoc. & Hoſtien.*

x *In officijs* publicis vel diuinis. vnde ex quo de appellatione confidit, ſecurè celebrat, vt prius. ſ. de appel. ad præſentiam noſtram. & c. dilectus.

*Excõmunicatꝰ poſt appellationem legitimã, poteſt licitè celebrare.*

Gloſſa ſequens recitet per quæſtionem an ſtatim efficax ſit admiſsio. ſoluit & remittit. ſignat contrarium, & ibi remittit.

y *Admittatur.* non ſtatim eſt efficax admiſsio, ſed poſtea in proceſſu



proceſſu apparebit, quia ſi admiſſus fuerit ad electionem, A poſtea diſcutietur de appellatione: & ſi apparebit prius per eum legitimè appellatum, apparebit illum bene admiſſum. ſin autem, apparebit tunc illum excommunicatum, & ſic non valere vocem ſuam. vel dic vt no. ſ. de app. paſtoralis. in gloſ. penult. contra. j. eod. licet. ibi ſoluitur in vlti. gloſſ.

Idem in eodem.

*Excommunicatio lata in participantes excommunicatis in locutione & ſimilibus canonica monitione non præmiſſa, non tenet. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM III.

STatuimus, [a] vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis [b] ab eo † in locutione & alijs [c] quibus ligatur participans excommunicatione minori, ante monitionem canonicam [d] excommunicare maiori excommunicatione præſumat, ſaluis conſtitutionibus [e] contra illos legitimè promulgatis, qui in crimine præſumunt participare dãnato. Quòd ſi ex locutione & alijs quibus participãs labitur in minorem ex-

STatuimus.} Primò ponit prohibitionem de ſententia non ferenda cum quadam proteſtatione. Secundò dat modũ quo ferri poteſt: ibi, Quòd ſi. Tertiò vitiat ſententiam aliter latã, & cõminatur ferẽti. ibi, Aliter. Ioan. And. Pro intellectu huius cap. eſt preſupponendum ꝙ monitio non eſt de ſubſtantia excommunicationis, ſed eſt de iuſtitia. Ideo ſi iudex non præmiſſa monitione aliquem excommunicet, tenet ſententia excommunicationis, ſed eſt iniuſta, ideo venit relaxandus. in c. ſacro. eod. titu. in antiq. CASVS. Epiſcopus vidit aliquem concubinarium, vel alium criminoſum. certum eſt quòd non poteſt talem excommunicare niſi monitione prẽmiſſa, videlicet vt eum moneat ſub pœna excommunicationis canonicè & competenter vt concubinam dimittat: & ſi præmiſſa monitione concubinã non dimiſerit, poterit illum excommunicare. Or ponamus quòd aliquis epiſcopus vel alius iudex eccleſiaſticus aliquẽ ſuum ſubditum iuſtè excommunicauit. certum eſt quòd Chriſtifideles debent iſtum excommunicatum euitare in locutione & alijs actibus, vt rubore cõfuſus recognoſcat reatum, & redeat ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, & bonum obedientiæ: & ſi faciant contrarium, incurrunt ſententiam excommunicationis. Epiſcopus videt aliquos fideles, qui iſtum excommunicatum non vitant. in eos tulit ſententiam maioris excommunicationis dicendo, excommunico tales eo quòd communicant & participant cum tali excommunicato. vtrum teneat excommunicatio? Videbatur quòd ſic, quia ſunt excommunicati minori excommunicatione. Reſpondet Roman. pontif. quòd cùm quis vult excommunicare maiori excommunicatione participantes cum excommunicato, debet illos monere trina canonica monitione: & ſi aliter facit, non tenet excommunicatio. Et iſtud fuit ſpecialiter ordinatum ad refrenandum motus excommunicationis, quia excommunicatores ad relationem aliquorum facillimè mouebantur ad excommunicandum participantes cum excommunicatis. Sed vtrum iſtud ſit verum indiſtinctè, quòd iudex non poſsit excommunicare participantes non prẽmiſſa canonica monitione? Reſpondet quòd nõ, ſed fallit in ijs qui participant in crimine damnato. fortè aliqua Berta (diſſoluto matrimonio) adhæret alicui concubinario, vnde maritus ſuus conqueritur. fuit monita per iudicem vt deſiſteret: & quia monita noluit deſiſtere, fuit excommunicata. hoc non obſtante aliquis ſciens eam eſſe excommunicatam, vel ſuus cõcubinarius communicauit cum ea in crimine damnato. ipſe participans eſt excommunicatus ipſo facto. c. ſi concubinæ. ſupra eod. titu. in antiq. & vltrà iudex poteſt illum excommunicare abſque canonica monitione prẽmiſſa: & ſic eſt excommunicatus duplici excommunicatione, ſcilicet à iure, & ab homine. {Ab eo} ſecus ſi ab alio, quia monitio non eſt de ſubſtantia excommunicationis, ſed de iuſtitia. ideo ſi epiſcopus vellet excommunicare participantes cum excommunicatis ab alio quàm à ſe, ſine monitione teneret excommunicatio. Ratio eſt, quia iudices ſunt magis incenſi quando auctoritas eorum contemnitur, quàm quando contemnitur auctoritas aliorum. {Et alijs.} ſcilicet in menſa, in oſculo, in ſalutatione, in choro, & in alijs tendentibus ad commodũ excommunicati, quia permiſſum eſt participare cum excommunicato in damnum ipſius: aliàs excommunicatus ex dolo ſuo perciperet commodum, quod eſt contra cap. intelleximus. de iudi. in anti. {Dãnato.} non præmiſſa monitione, quia ipſo facto incurrunt excommunicationem maiorem, & indigent ſolenni abſolutione: vt in dicto. c. ſi concubinæ. {Indureſcat.} Nam cùm excommunicatus videt ſe admitti ad omnes actus, non curat de excommunicatione, quia excommunicatio non aggrauat oſſa: ideo contemnit auctoritatem & claues eccleſiæ: ſed cùm videt ſe vitari vt leproſum, dimittit inobedientiam, & reuertitur ad gremium eccleſiæ. Nota primò ex iſto cap. quòd excommunicatus maiori excommunicatione, vitandus eſt in locutione & oſculo: vt ſi fortè aliquis canonicus A excommunicatus ſit, in eccleſia dum offertur pax, nõ debet ab alijs canonicis oſculari, aliàs oſculans incurrit excommunicationem minorem. Nota quod licet participãs cum excommunicato maiori excommunicatione, incurrat minorem excommunicationem, tamen non poteſt excommunicari maiori excommunicatione, niſi prius fuerit monitus vt deſiſtat ab iſta participatione. ſed monitione facta ſi nõ deſiſtat, poterit excõmunicari. Ex quibus ſequitur quòd participans cum excõmunicato maiori excõmunicatione, peccat mortaliter, & hoc quãdo quis fuit publicatus & denũtiatus. ſed ante denunciationem non B peccaret mortaliter, ſed ſolùm venialiter, niſi faceret in cõtemptum auctoritatis eccleſiæ. Nota quòd participans cum excommunicato in crimine damnato pro quo fuit excommunicatus, poteſt excommunicari ſine monitione. Nota vnum caſum in quo monitio debet præcedere ſententiam, licet regulariter monitio non ſit de ſubſtantia ſententiæ, ſed ſolùm de iuſtitia. Ratio eſt, quia multotiens iudices vidẽtes ſe turbatos, indiſcretè & iniuſtè excommunicabant participantes, licet de participatione non plene conſtaret. ideo ad refrenandum iſtud fuit ordinatum quòd monitio nõ ſolùm eſſet de iuſtitia excommunicationis, ſed de ſubſtantia. Dicitur hic quòd participans cũ excommunicatis non debet excommunicari maiori excommunicatione, niſi monitione præmiſſa. vtrum excommunicator poſsit facere monitionẽ generalẽ hoc modo, Monemus per præſentes omnes & ſingulos Chriſtifideles, ne cum tali excõmunicato cõmunicẽt ſeu participare præſumãt, edendo & bibendo, loquendo, ſedendo, ambulando, aut alia vitæ neceſſaria miniſtrando, ſub pœna excommunicationis, quam elapſis ſex diebus in his ſcriptis proferimus, quorũ ſex dierũ duos pro primo, duos C pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eiſdem aſsignamus. Vel vtrũ ad hoc quòd participantes cum excõmunicato maiori excõmunicatione ſint excõmunicati, requiritur quòd fuerint particulariter moniti, videlicet quòd moneat Petrum, & ſi monitione facta non deſiſtat, quòd illum excõmunicet? Communis tamẽ opinio doctorum eſt, ꝙ ſi iudex intendat excõmunicare generaliter omnes participantes cũ excommunicato, debet eſſe monitio generalis, ſi verò intendat excõmunicare particulariter, debet fieri monitio ſpecialis. No. ꝙ eſt dare duplicẽ ſpeciem excommunicationis, ſcilicet maioris, & minoris. vide de except. à nobis. Nota finaliter hic tex. expreſſum, quòd faciens actum contra legem, puniri debet, licet actus per eũ geſtus non teneat. ad hoc ſ. de regula. non ſolùm. eod. lib. de reli. do. ca. vnico. eo. lib. Dom.

*Participãs excõmunicato maiori, nõ incurrit maiorẽ excõmunicatione ſine monitione.*

*† Secus ergo ſi epiſcopus ſine monitione excõmunicet participantes cũ excõmunicatis ab alio Do. Ioan. And. Phil. & ſic intellige. c. cõſtitutionem. j. eo. arg. no. et caſ. in authen. de ſil. ante do in ſtru. natis. col. 3. Fonta.*

a *Statuimus.* declaratur autem hæc decretalis. j. eo. c. conſtitutionem. & ad ſententias interdicti & ſuſpenſionis extenditur. j. eod. ſtatutum. ADDITIO. Et illæ duæ ſunt in ſcholis cum iſta legendæ, quæ & coniunctæ fuiſſent, niſi obſtitiſſet diuerſitas auctorum. Ioan. Andr.

*Ponit declarationem & prorogationem.*

b *Excommunicatis* maiori excommunicatione.

c *Alijs.* puta oſculo, ſalutatione, menſa, choro, & ſimilibus, D {Dabat Hoſtien. verſum:

*Verſus.*

Si pro delictis anathema quis efficiatur:
Os, orare, vale, communio, menſa negatur.}

Sic enim ſciẽter cõmunicãtes excõmunicato, ſunt excõmunicati minori excõmunicatione ipſo iure xi. q. iij. cũ excõmunicato. & c. q cõmunicauerit. & à qbꝰ repellãt hę excõmunicationes, habes iij. q. iiij. Engeltrudã. & de excep. à nobis. de cle. excõ. mini. ſi celebrat. Sũt autẽ quędã pſonę exceptę quę ſine hac pœna excõmunicato cõmunicãt, vt xj. q. iij. quoniã multos. de ſen. excõ. q. in dubijs. & c. inter alia ADDITIO. Plenius per Hoſt. in remiſ. quas dedi in c. cũ deſideres. in. iiij. glo. eo. tit. in an. ad ſum. eo. tit. §. ſi. ſub. §. vtile. Ioan. Andr.

d *Monitionẽ canonicã.* hoc eſt regulare in excõmunicatione hominis, vt ſemper pręcedat monitio, vt ſ. eo. tit. de ſen. excõ. ſacro. xxiij. q. iij. de illicita. & dicitur quo ad hoc monitio canonica, vt moniti exprimãtur nominatim, & tribus monitionibus moneãtur, vel vna pro omnibus cũ interuallo dierum, niſi neceſsitas aliud ſuadeat. j. eo. conſtitutionem.

*Monitio canonica quæ dicatur.*

Gloſſa ſeq. alleg. tria iura. tractat quæſtionem de epiſcopo communicante excommunicato per ſe. ponit opinionẽ Ber. & contrariam. in fi. alleg. pro prima.

e *Conſtitutionibus.* ſ. eo. nuper. & c. ſi concubinæ. & interdũ qui

Universidad de Deusto Biblioteca

communicatus fortius induréſcat,[a] poterit iudex poſt monitionem canonicam huiuſmodi participantes[b] conſimili[c] damnare cenſura. Aliter autem in participātes excommunicatio prolata nō teneat,[d] & proferētes pœnam[e] legitimam poterunt formidare.

Idem in eodem.

*Epiſcopi nullam interdicti vel ſuſpenſionis incurrunt ſententiam, niſi in ſententia ſint expreſſi. h.d. Ioan. And.*

CAPIT. IIII.

QVia periculoſum[f] eſt epiſcopis & eorum ſuperioribus[g] propter executionem pontificalis officij[h] quod frequenter incūbit, vt in aliquo caſu interdicti vel ſuſpenſionis[i] incurrant ſententiam ipſo facto: Nos deliberatione prouida duximus ſtatuendum, vt epiſcopi & alij ſuperiores prælati nullius conſtitutionis[k] occaſione, ſententiæ[l] ſiue mandati,[m] prædictam incurrant ſententiam † vllatenus ipſo iure.

Niſi in ipſis[n] de epiſcopis[o] expreſſa mentio habeatur.[p]

Idem.

*Huius decretalis quinque ſunt dicta. Primum, quòd archiepiſcopus ſententias latas à ſubditis ſuorum ſuffraganeorū, niſi hoc habeat de conſuetudine, non relaxet. Secundum, quòd generalis ſententia archiepiſcopi ligat tantum ſubditos. Tertium, quòd pro præteritis vel præſentibus culpis, monitione non præmiſſa ab eis lata ſententia eſt iniuſta. Quartum, quòd pro futuris culpis vel iam commiſſis, ſcilicet niſi ſatisfaciant, excommunicare non debent, niſi mora, culpa, vel offenſa, vel alia iuſta cauſa ſubſit. Quintum, quòd in vniuerſitatem vel collegium non feratur excommunicationis ſententia, ſed in illos qui culpabiles extiterunt. Ioan. And.*

qui communicat in diuinis excommunicato, excommunicatus eſt excōmunicatione maiori, vt ſ. eo. ſignificauit. quod verū eſt ſi quinq; concurrant quę ibi in textu notantur. No. autem hic Bern. quòd ſi epiſcopus cōmunicat in crimine cū excommunicato à ſe, quòd non incurrit maiorem excommunicationem, quia ſic cōmunicans peccat in eum qui damnauit, & ab eo eſt abſoluēdus. ſ. e. nuper. ſed iſte ſua ſententia ſe ligare non potuit. ff. de arbi. l. pe. ff. de iudi. l. Iulianus. tamē dicit quòd minori excōmunicatione ligatus eſt[a] quæ à iure contrahitur. Alij contradicentes, ꝙ & minor & maior excōmunicatio. ſcilicet per communionem in crimine & in locutione, contrahitur à iure, non ab homine. & hoc tenet Hoſti.[b] ſ. c. nuper. probat hoc per verbum, quamuis enim & tūc & c. quod bene facit ꝓ prima parte, quia abſoluitur ab excōmunicatione comunicans in crimine, ergo non eſt ſententia canonis, quia tunc abſolueretur à proprio ordinario.

*a Nō ſic in papa, vt nota. ſ. eo. anl li. Io. And.*

*b Et Inno. ibi. & eod. tit. quod in dubijs. & hoc mihi placet, vt ſcripſi ſuper gl. colligitur. idē hic Io. Mo. & Archi. Hoſtié. remittit ad ſum. e. ti. §. & quæ ſit pœna. ſub §. quid ſi epiſcopus. Ioan. And.*

a *Induréſcat.* quia videt ſe habere communionem hominum, quam non habere, & inter homines eſſe, eſt grauis pœna. C. de apoſta. hi qui ſanctam.

b *Participantes.* ſcilicet in locutione & ſimilibus.

c *Conſimili.* ſcilicet maiori. ADDITIO. Vt ſic contumacia creſcente creſcat & pœna xxxj. di. quoniam. in fi. vt lit. non conteſta. quoniam. §. vlti. Ioan. And.

d *Non teneat.* Nota caſum in quo non tenet ipſo iure excōmunicationis ſententia. & fuit hoc ſtatutum propter epiſcopos qui ſtatim excommunicabant cum participibus. alios dicam. j. eo. præſenti.

e *Pœnam.* ſ. eod. ſacro. vbi puniuntur qui admonitione non præmiſſa excommunicant ſubditos. ADDITIO. Hoſti. & poſt eum Io. Mo. & Archi. dicunt quòd tenetur iniuriarum. xj. q. iij. illud. & c. temerariū. Et de ſacrilegio. xxiiij. q. iij. non in perpetuum. & carebit ad tempus arbitrarium communione hominum, & ingreſſu eccleſiæ. ca. q. de illicita. & ad has pœnas contra eum agetur coram ipſius ſuperiore. j. e. venerabilibus. §. ij. Ioan. Andr.

*Diuiſio.* QVia.] Tria facit. Primò præmittit cōſtitutionis cauſam. Secundò conſtitutionē ponit priuilegiantē epiſcopos: ibi, Nos. Tertiò excipit ibi, Niſi. Et iſtud verbum quia, eſt redditiuū rationis & cauſæ. Ioan. An. CASVS. Dictū fuit. ſ. eo. tit. proxi. c. j. ꝙ iudex volēs ſuum ſubditū excōmunicare, debet cautè & diſcretè procedere, quia debet proferre ſententiam excommunicationis in ſcriptis, non verbo tenus, & in excōmunicatione debet exprimere cauſam rationabilem, & dare copiam ipſius excommunicationis intra mēſem excōmunicato ſi fuerit requiſitus: alias eſt ſuſpenſus à diuinis. Sed vtrum illa conſtitutione ligetur epiſcopus qui excōmunicauit ſuū ſubditū ſine ſcriptis, vel ſi in ſcriptis excōmunicauit ſine cauſa rationabili, vel noluit dare copiā excōmunicationis excōmunicato? Reſpondetur ꝙ non, quia ſi in cōſtitutione pœnali ponitur vt aliquis faciat tale quid, & ꝙ nō faciens incurrat pœnā ſuſpēſionis vel interdicti aut excōmunicationis: epiſcopus nō incurrit illā pœnam, niſi de ipſo fiat expreſſa mentio in conſtitutione pœnali, puta ſi dicatur ꝙ faciens tale quid vel non faciens, incurrit ſententiam excōmunicationis vel ſuſpenſionis, etiā ſi fuerit epiſcopus. non tamen negat quin ſentētia illa fuerit iniuſta, & debeat epiſcopus excōmunicator condēnari in expēſis, & non poſſit declarari nulla, vel relaxari per ſuperiorē: ſed epiſcopi non incurrunt pœnam excōmunicationis, ſuſpēſionis, vel interdicti, niſi de ipſis fiat expreſſa mētio. Nota primò periculoſum eſſe epiſcopos impeditos fore circa illa quæ concernunt pontificale officium. Nota ſecundò quòd in generali ſuſpenſione non includuntur epiſcopi, ſi nō exprimantur. Domi.

f *Quia periculoſum.* & ideo vitandum. xliij. diſt. quieſcamus. ſ. e. li. de elect. vbi periculum. ff. de Car. l. j. §. ij. vel. iij. vide de iura. cal. c. ij. ſuper gloſ. j. Quia igitur officium epiſcoporum & ſuperiorum communius & generalius eſt, & plures grauarentur ſi illud impediri contingeret, ideo papa non tam epiſcopis quàm ſubditis per hanc conſtitutionē voluit prouidere. cōſiſtit enim iſtorum officium in chriſmatis cōfectione, in frontis chriſmatione, ordinum collatione, eccleſiarum & altarium cōſecratione, & ſic multum periculū eſt in ſuſpenſione ipſorū.

*Exprimit periculū de quo dicit textus.*

*Epiſcoporū officiū in quibus conſiſtit.*

g *Superioribus.* archiepiſcopis, patriarchis, & primatibus.

Gloſſa ſequens recitatur per q. ponit opinionem antiquā, & modernam cōtrariam, & pro ratione remittit.

h *Officij.* per hanc literam non credebā olim quòd conſtitutio iſta haberet locū in pœnis ſuſpenſionum à beneficio, licet Hoſtien. contra ſuprà de elect. cūm in cunctis. & Gar. eo. titu. cupiētes. ſ. eod. lib. tamen hodie nō dubito ꝙ etiam in ſuſpenſionibus à beneficio, nō ſolùm ab officio, ingreſſu eccleſiæ, vel ſimilibus, locū habet hæc cōſtitutio. hoc probatur. ſ. eo. lib. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. & quæ potuerit eſſe ratio, ibi dixi.

*† Etiam ſi eſſent verba generalia, quiſquis, quibus. Io. An. Vbi de quo vide no. ca. 2. de præb. ſ. eo. lib. ita tamen pœnalis cōſtitutio diſtinguet epiſcopū. gloſ. ca. ſtatuta. de competentia. §. ceterum ver. ſuſpenſos. ſ. ca. de ele. Fuita.*

i *Suſpenſionis.* ſecus in excommunicatione, quia in illa priuilegiati non ſunt, & noluit papa eos intantum priuilegiari, quòd tolleret quo ad eos canonem, ſi quis ſuadente, & alios ſimiles, vt ſ. eo. lib. de homi. pro humani. ADDITIO. Idem tenent Inno. Hoſti. Ioan. Monac. Fran. & Archid. Ioan. Andr.

k *Conſtitutionis.* ſ. eo. ſacro. & c. cum medicinalis. eo. lib. de ſolu. c. ij. de elect. cum in cunctis. cum ſimilibus.

l *Sententia.* aliud eſt conſtitutio, aliud ſententia: vt. j. proxi. c. §. caueant. ſi ergo papa vel legatus vel alius ferat aliquam ſententiam ſuſpendendo contra faciētes, hæc non comprehendet epiſcopos.

*Cōſtitutio & ſententia differunt.*

m *Mandati.* vbi ſi mandat papa quòd omnes prælati & clerici ſoluant tantam pecuniam, ſuſpendendo non ſoluentes intra terminum aſſignatum, per tales ergo conſtitutiones, ſententias & mandata, epiſcopi non comprehenduntur. neglecta enim huiuſmodi maiora videntur, quæ ſpecialiter nō deſignantur. ff. de iniur. item apud Labeonem. §. hoc edictū. ADDITIO. Vide de reſcrip. ſedes. ſuper. iij. gloſſ. in an. Ioannes And.

n *Ipſis.* conſtitutione, ſententia, vel mandato.

Gloſſa ſequens ponit antiquā literam, & opinionem Hoſtien. quam improbat.

o *De epiſcopis.* Nota quòd cautè puto remotam literam quę olim hic erat, quæ ſic dicebat, de epiſcopis, & eorum ſuperioribus expreſſa &c. per quam dicebat Hoſti. quòd licet in ſententia diceretur de epiſcopis, quòd non comprehendebantur archiepiſcopi plus dicebat, quòd ſi dicebat de epiſcopis & ſuperioribus, nomine ſuperiorum intelligebantur archiepiſcopi, ſed non patriarchæ. Ad hoc de reſcrip. ſedes. & omnia iura quæ inducuntur ad pœnalia iura reſtringenda. Sed dic contra,[c] quia non eſt ſuperiorem ordinem epiſcopo reperire: & ob hanc cauſam papa ſe vocat epiſcopum. vnde eo ipſo quòd de epiſcopis exprimitur, veniunt ſuperiores, quia non inſpicimus dignitatem, ſed officium pontificale, vt in princ. cap.

*c Idem Io. Monac.*

p *Habeatur.* hic erat olim plus de textu, & erat quædam declaratoria illius decre. ſolet. quæ non habebat rationem, vnde fuit ſublata. ADDITIO. Dicebatur ibi quòd id quod dicit finis illius capituli, ſolet. non extenderetur ad ſententias epiſcoporum vel archiepiſcoporum, vt ibi dixi in fin. Ioan. Andr.

ROmana.] Partes patēt per §. Ioan. Andr. CASVS. Archidiaconus Pictau. vel abbas monaſterij ſancti Cypriani, vel alius prælatus ſubditus epiſcopo Pictauen. protulit in aliquem



CAPITVLVM V.

ROmana eccleſia, & infra. Cæterum interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſententias latas ab officialibus archidiaconorū,[a] ſeu quibuſlibet alijs iuriſdictionem habentibus ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſubditis, Remenſis archiepiſcopus & eius officiales (omiſſis ipſis excōmunicatoribus) non relaxent,[b] ſalua contraria ſuper hoc conſuetudine[c] ſi quam habent. Porrò excommunicationum ſententiæ[d] à Remenſi archiepiſcopo ſuiſque officialibus generaliter promulgatæ, ſubiectos[e] eiuſdem iuriſdictioni archiepiſcopi tantum ligant. Sed nec in ſpecie[f] nec in genere[g] pro culpis & offenſis præteritis vel præſentibus, excommunicationum ſententias abſque competenti[h] monitione præmiſſa promulgēt: & ſi contra præſumpſerint, iniuſtas[i] nouerint eſſe illas. Caueant etiam ne tales ſententias excommunicationis ſiue ſpecialiter ſiue generaliter in aliquos pro futuris[k] culpis, videlicet ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſſis ſub hac forma, ſi de illis intra tale tempus[l] minimè ſatisfecerint, pro-

aliquem ſubditum ſentētiam excommunicationis, qui ſubditus excommunicatus dixit excommunicationem iniuſtam, & per hoc adiuit metropolitanum omiſſo medio, videlicet epiſcopo Pictauen. vtrum archiepiſcopus Burdegalenſis qui eſt metropolitanus, poſſit cognoſcere de iuſtitia vel iniuſtitia ipſius excommunicationis? Dicit ꝙ non, quia non eſt iudex excommunicātis, nec excommunicati in prima inſtantia, niſi ſit cōſuetudo vt poſſit adiri metropolitanus omiſſo epiſcopo. c. cum cōtingat. de foro compe. l. more maiorum. ff. de iur. omni. iudi. l. j. C. de eman. lib. Sed quid ſanctiſſime pater, ponam' quòd archiepiſcop' fecit ſtatutū proferēdo ſententiam excommunicationis generaliter in quoſcūq; violātes illud ſtatutum: quæritur, ad quos ſe extendit illud ſtatutum? vtrum ad illos qui ſunt de ſua particulari diœceſi tantùm, vel ad alios? Reſpondet quòd ſe extendit ſolùm ad illos qui ſunt de ſua particulari & propria diœceſi, quia non poteſt facere ſtatuta adſtringentia ſubditos totius ſuæ prouinciæ & diœceſium ſuorum ſuffraganeorū, niſi in negotio cōmuni, & de cōſenſu ſuorū ſuffraganeorum. Sed vtrum epiſcopus vel alius iudex poſſit ferre ſententiam excommunicationis in aliquem non præcedente canonica monitione: vt aliquis perpetrauit aliquod crimen, vtrum poſſit iudex eccleſiaſticus illum excommunicare abſque monitione? Reſpondetur quòd non: & ſi de facto excommunicet, illa excommunicatio eſt iniuſta, & relaxabitur per ſuperiorem, tamen tenet excommunicatio. & hoc verum, quando lata fuit pro criminibus ſeu exceſſibus præſentialibus, ſed pro futuris culpis non poterit ferre excommunicationem niſi culpa vel mora præceſſerit: vt iudex in actione perſonali condemnauit aliquem reum ad ſoluendum actori aliquam pecuniæ ſummam intra certum tempus, reus non ſatisfecit. certum eſt quòd epiſcopus poterit illum excommunicare extunc, niſi ſoluat intra tale tempus. vel videt quòd clerici ſunt negligentes & remiſſi in diuino officio, vel ſi eſt alia iuſta cauſa, vt excommunicator datus in defectum ordinarij, poteſt excommunicare hoc modo, Moneo vos vt tale beneficium non conferatis intra tale tempus, alioquin, id eſt ſi contrarium feceritis, vos exnunc prout extunc, & econuerſò extunc prout exnunc vos excommunico. Sed vtrum iudex poſſit excommunicare collegium vel vniuerſitatem? Reſpondetur quòd nō, ſed ſint aliqui in vniuerſitate culpabiles, ſunt excommunicandi nominatim: alias ſi vniuerſitas eſſet inexcommunicata, quicunque ſubrogati poſtea eſſent excommunicati, licet non eſſent culpabiles. quod eſſe non debet. Nota primò ex iſto. c. quòd archiepiſcopus non poteſt relaxare ſententiam excommunicationis latam à ſubdito ſui ſuffraganei, etiam ſi notoriè appareret iniuſta, quia non eſt iudex excommunicatoris. No. quòd valet conſuetudo vt poſſet adiri ſuperior omiſſo medio: & illa conſuetudo dabit excommunicato poteſtatem adeundi ſuperiorem omiſſo medio. Nota quòd iudex non debet ſubditum ſuū excommunicare pro delicto, niſi prius ipſum monuerit vt deſiſtat. ſi nolit deſiſtere vel ſatisfacere, poterit illum excōmunicare, & tunc excommunicatio erit iuſta, & tenebit, alias eſſet iniuſta, & debebit relaxari per ſuperiorem ſine difficultate. No. quòd pro futuris culpis non debet quis excommunicari, niſi ex cauſa rationabili quæ debeat mouere iudicem. Nota quòd non poteſt ferri ſententia excommunicationis in corpus vniuerſitatis vel collegij. Sed quid ſi de facto excommunicetur collegium vel vniuerſitas, vtrum vniuerſitas ſit excommunicata, vel collegiū excommunicatum? Aliqui dicunt quòd non, quia collegiū nō eſt capax iſtius cenſurę, vt hic dicitur. Sed dicit gloſſa, tenendum eſt quòd collegium vel aliud corpus eſt excommunicatū, & omnes de collegio ſunt excommunicati. quod verum eſt quantū ad iſtam eccleſiam militantē: & illi qui erūt poſteà ſurrogati, debent ſe tenere pro excommunicatis, & petere relaxationem à dicta excommunicatione.

*No. primò quòd prælati inferiores ab epiſcopis poſſunt proferre ſentētiā interdicti. de quo de ap. dilecto.*

*No. ſecūdò quòd excōmunicatio lata ab homine, debet remoueri per proferentem. Domi.*

*Archiepiſcopus non relaxat excommunicationem à ſubdito ſui ſuffraganei latam.*

*Vniuerſitas ſi de facto excommunicetur, an excōmunicata dicatur.*

a *Archidiaconorum.* vel ipſis archidiaconis, & ſic nō inferiores epiſcopo iuriſdictionē habere. de hoc xxv. diſt. perlectis. ſ. de offi. ordi. cū ab eccleſiarū. ADDITIO. Et hic per Arch.

b *Non relaxent.* quod ſi fecerint, non tenet relaxatio, cum nec excommunicantium nec excommunicatorum ſint iudices, vt. j. eo. titu. venerabilibus. j. reſpon.

c *Conſuetudine.* & ſic cōſuetudo in talibus iuriſdictionē dat. ad idem. ſ. eo. lib. de offi. ordi. Romana. & de fo. cōpe. Romana. §. j. ſ. Io. Mo. alleg. de no. ope. nun. ſignificantibus. magis propriè facit de preben. referēte. quæ loquitur de Remen.] Idē intelligas ſi haberet priuilegiū ſuper hoc à papa. iſta enim ſunt ad hoc paria, priuilegium & conſuetudo ix. q. iij. conqueſtus. ſ. de offic. ordi. duo ſimul. cum ſimilib'.

Gloſ. ſeq. ponit differentiam inter canonem archiepiſcopi, & eius ſententiā.

d *Sententiæ.* canon quem facit archiepiſcopus in cōcilio prouinciali, iſte ligat ſubditos totius prouinciæ. xviij. diſt. c. vlt. ad hoc in an. de præben. graue. de accu. ſicut olim.[a] ſententia autem lata ab archiepiſcopo, puta, quicunque furtum fecerit, ſit excommunicatus, iſta non cōprehendit ſubditos totius prouinciæ, ſed ſolius diœceſis ſuæ. & de hac loquitur hic, nec etiam ipſi ſubditi probabiliter ignorantes ligantur, vt. ſ. eod. lib. de conſti. c. ij. intelligo tamen delinquentes in diœceſi ipſius archiepiſcopi ſciēter illa ſententia ligari, quia iam per delictum effecti ſunt ſubditi. de fo. compe. c. vlt. de rap. c. j. Ratio autem huius dicti eſt, quia ſicut in ſpecie non poteſt ligare ſubditum ſuffraganei ſui, ſic nec in genere, immo multo minus arg. l. e reſcrip. paſtoralis.

*a Idem Inno. Hoſtie. Io. Mo. Arch. et Frā. Fa. & de qua cōtra, vbi vide per eū qđ hic ponit circa hoc Arch. & in Spe. de cōſti verſi. & not. de hoc. et hoc eod. titu. à nobis. j. Io. an. And.*

e *Subiectos.* & de hoc demum cum in ſua diœceſi delinquunt, vt ſ. de conſtitu. cap. ij. ij. reſponſo.

f *Specie.* excommunico P. quia furtum fecit, vel ſacrilegiū cōmiſit. ADDITIO. Vel dicit, excōmunico P. quia ædificat vel ædificauit in cœmeterio eccleſiæ ſecundū Inno. qui idē repetit de generali. de qua in ſequen. gloſſ. Ioan. Andr.

g *In genere.* excommunico omnes qui ſacrilegium commiſerunt.

h *Competenti.* ſupra eo. ſacro. & ca. ſtatuimus. ADDITIO. Et infra eo. conſtitutionem. & ibi dicam quod hic not. Hoſt. de non ferenda ſententia quam iudex credit non proficere. Ioan. Andr.

i *Iniuſtas* non dicit nullas. ligat ergo excommunicatio lata non præmiſſa monitione. fallit in caſu ſ. eo. ſtatuimus. incurrit ergo excommunicator pœnam cōſtitutionis. ſ. eo. ſacro. ſaluo eo quod habuiſti. ſ. c. proxi.

Gloſſa ſeq. ſignat contrarium, & tripliciter ſoluit. Iterum ſignat contrarium, & ſoluit.

k *Futuris.* quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem. ff. de viu. l. j. contra. ff. ſi ſerui. ven. l. egi. cum ſi. ff. de libe. agno. l. ſi quis. §. alimenta. Dic quòd tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem, ita quòd ſtatim detur exactio. Vel dic quòd lex loquitur in vſuris quæ ſunt odioſæ, ſcilicet ꝙ non condemnabit ad futuras vſuras quæ committuntur ex mora, alias bene prouidet iudex in futurum. C. de vſur. l. in bonæ fidei. ſicut in alimentis, vt in prædicto. § alimenta. Vel loquitur lex cùm non eſt obligatus. ſi vero eſt obligatus incontinenti, tūc iudex prouidet in futurum. vnde & propter præſentem contumaciam cōdemnat ad futuras expenſas, vt ſ. de procura. auditis. vbi de hoc, & ſ. de ſepul. in noſtra. & ſ. eo. li. de homi. c. ij. ſed quantum ad caſum noſtrum expreſsè contradicit de ſen. excom. à nobis. j. vbi fertur ſententia excommunicationis pro futuro delicto. & ſ. eo. li. de cōſti. c. ij. Solu. dic quòd aliud eſt ſtatutum, & aliud ſententia. ſtatutum enim bene poteſt fieri pro futuris delictis hoc modo, ſtatuimus vt nullus hoc faciat, & qui fecerit, ſit excommunicatus ipſo facto. aliud eſt ſententia quæ ſic profertur, Excommunico Tan. ſi furtum fecerit. & hoc hic prohibetur. aliud ergo eſt ſtatutum, & aliud ſententia, vt probatur ſ. c. proxi. & dixi. ſ. eo. c. §. porrò.

*Excōmunicatio poteſt ferri ꝑ futuris culpis per viā ſtatuti.*

Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.

l *Intra tale tempus.* eſt ne ergo correcta decre. ſupra de app. præterea.

ferre præſumant: niſi mora [a] in exhibenda ſatiſfactione, vel culpa [b] ſeu offenſa, [c] præceſſerit, quibus meritò ad iniungendam ſatiſfactionem huiuſmodi, & taliter prohibenda ſimilia inducantur: aut alia rationabilis (quam in ipſis ſententijs exprimant) cauſſa [d] ſubſit. In vniuerſitatem vel collegium [e] proferri excommunicationis ſententiam penitus [f] prohibemus: volentes animarum periculum vitare, B quod exinde ſequi poſſet: cùm nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia irretiri [g]: ſed in illos duntaxat de collegio vel vniuerſitate, quos culpabiles [h] eſſe conſtiterit, promulgetur. †

*† Dicendo, ſecundũ Io. Andr. & Phil. Excõmunico omnes illius vniuerſitatis qui mea mandato rebellauerunt et nõ, hic excõmunicatiõ differt ab interdicto quo innocẽtes ſuſpenduntur, vt ſ. de ſpõſa. vide Io. Calde. in tracta. de eccleſiaſtico interdicto. Font.*

Idem in eodem.

*Prælatus contra potentiam temporalem etiam ſpiritali gladio, ſcilicet eccleſiaſtica cenſura ſe tueri poteſt. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM VI.

Dilecto filio decano [i] Aurelianenſi: & infra. Præterea cum omnes leges omniaque iura vim vi [k] repellere, cunctiſque ſeſe defenſare permittant: licuit vtique ipſi decano (ſi prædictus [l] balliuus cum bonis [m] ſuis mundanis iniurioſè ſpoliare,

præterea.ij? Non: ſed declaratum eſt quo caſu poſſit hoc modo proferri ſententia.

a *Mora.* condemnatus in actione perſonali, ſi non ſoluit intra quatuor menſes vt debuit, poſteà poterit iudex præcipere vt ſoluat intra certum tempus: aliàs ſit excommunicatus. hîc enim mora præceſſit.

A D D I T I O. Inno. & Hoſtien. idem ponũt cùm prim⁹ terminus fuit hominis: vt quia præceperat iudex ꝙ intra xx. dies ſolueret. Ioan. And.

b *Culpa.* quia negligentes fuerunt clerici in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere, Excommunico omnes qui non interfuerũt horis canonicis. hîc enim culpa præceſſit caſum.

Gloſſa ſequens ponit exemplum: quærit obiiciẽdo, & ſoluit.

c *Offenſa.* vt in coniugato qui tenuit cõcubinam, ſeparetur ab ea: & excommunicetur ſi vlterius redeat ad ipſam. ſuprà eod. ſi concubinæ. Sed dices, quãdo erit reperire caſum in quo non intercedat mora, culpa, vel offenſa? Solu. ſi ſtatim poſt condemnationẽ factam [a] in perſonali iudex præcipit quòd ſoluat intra certum tempus ferendo ſententiam excommunicationis: hîc non præceſsit mora. vadit ad eccleſiam: inuenit clericos ſolicitos circa horas: hîc non interceſsit culpa, vel inuenit clericos bene continentes: excommunicat eos qui non ſeruant continentiam: hîc non præceſsit offenſa.

*a De non moroſo: puta promiſit reſtituere centũ quãdo creditor peteret quæ prius in iudicio petijt, et cõfeſſus fuit. Ioan. And.*

*Vniuerſitas ſeu collegium an poſſint accuſari de crimine.*

d *Cauſſa.* pone exemplum ſuprà de teſti. conſtitutis. ſed ibi præceſſerat offenſa pro parte. ſed poteſt poni in executoribus qui excommunicant conferentes beneficia: quia præiudicari poſſet ei qui debet acceptare ſecundum formam decr. de conceſ. præbend. quia cunctis. A D D I T I O. Vel pone per decret. ad noſtram. ij. de iureiuran. & per decret. j. & vltim. de eo qui fur. Innocent. dicit & Hoſtienſ. quòd iuſta cauſa eſſet ſi excommunicaret cruce ſignatos, non portantes publicè crucem. non enim debet ſubtrahere bonum exemplum, ſupple nec ſe celare. vel ſecundum eos excommunicat tolerantes hæreticos vel conſimiles. ſ. de hære. excommunicamus. § credentes &c. Ioannes And.

e *Collegium.* an vniuerſitas vel collegium poſſint accuſari de crimine, nota xij. quæſt. ij. epiſcopus qui mancipium. & ſ. de ſimo. cap. dilectus. ij. A D D I T I O. Ibi dedi alias remiſsiones, vbi etiam ſcripſi an poſsit vniuerſitas de publico crimine per ſyndicum accuſari. & vide quod dixi ſ. tit. ij. ca. vlti. ſuper gloſſa penult. de ſingulari, an puniri poſsit vniuerſitate punita. Ioan. And.

Gloſſa ſequens reci. per q. & ponit duas opiniones.

f *Penitus.* per hanc literam dicunt quidam, ſcilicet Hoſtien. Ioan. Monac. Archid. & Franc. quòd non tenet ſententia, & poteſt eſſe ratio: quia vniuerſitas vel collegium non eſt materia capax ad recipiendum talem ſententiam. Ber. contra, dicens ꝙ ſi ſententia fuit lata, bene tenet: & hoc eſt tutius.

g *Irretiri.* intelligas quo ad eccleſiam: ſecus quo ad Deum, cuius opinio nec fallit nec fallitur. de ſen. excom. à nobis. ij.

h *Culpabiles.* ſicut prælatus, vel conſules, & huiuſmodi maiores: vt ſ. de ſimo. dilectus.

Dilecto. Primò ponit allegationem & concluſionem generalem, ex qua ſecundò infert ſpecialem. ibi, Et quoniam. quam in tertia fortificat per argumẽtum à minori: ibi, Et quidem. A D D I T I O. Et dixit Hoſt. quòd hęc decre. dirigebatur cuidam fratri minori & pœnitentiario papæ, qui legatus erat in illis partibus, & vocabatur frater Ioannes Lemouicenſis, qui ſuper hoc papam conſuluerat, an decano liceret vtroque gladio ſe tueri. Conqueſtus enim fuerat ſecũdum Hoſti. & Boa. balliuus coram eo, quòd ipſe decanus omnia Cæſar erat: quia vt presbyter, & vt miles, nunc cenſura, & nunc armis procedebat contra ipſum & eius terram. Ioan. Andr. C A S V S. Epiſcopus Pictauen. quendam Titium dominum temporalem, puta balliuum vel alium dominum temporalem propter aliquod crimen vel contumaciam excommunicauit: ipſumque pro excõmunicato in tota ſua diœceſi fecit publicè denunciari. vnde ipſe balliuus videns ſe à A populo vitari vt leproſus, in corde ſuo fuit ira commotus contra epiſcopum Picta. & ipſum epiſcopum Picta. in odium huiuſmodi excommunicationis ſpoliari fecit aliquibus bonis ſuis, & illa bona violenter occupauit tanquam ſua. Epiſcopus Picta. videns ſe ſpoliari bonis ſuis, & illa per violentiam occupari, ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico totã terram illius domini tẽporalis, & mandauit illud interdictum ſeruari. vtrum licitum fuerit epiſcopo Pictauẽ. pro iniuria ſibi illata circa bona tẽporalia ſupponere interdicto terram Domini temporalis bona occupãtis? Reſpondet Roma. pont. quòd ſic. nam cuicunque eſt permiſſum à iure ſe poſſe defendere: vt in l. vt vim atque iniuriam. ff. de iuſtitia & iure. & quia epiſcopus nõ erat potens ad ſe defendẽdum defenſione temporali contra poteſtatẽ illius domini tẽporalis: ideo potuit licitè ſupponere interdicto eccleſiaſtico totam terram ipſius domini. Et ponit Romanus pontifex quia permittitur cuilibet (immo tenetur) defendere ſuum proximum cùm ſibi infertur iniuria: aliàs ſi negligeret ipſum proximum defendere, videretur eſſe particeps & fautor iniuriantis: ergo multo magis permittitur alicui ſe defendere cùm iniuriatur in perſona ſua, vel in bonis ſuis. Nota primò ex hoc cap. effectum principalem huius capit. quòd prælatus eccleſiaſticus gladio ſpiritali poteſt ſe defendere contra potentiam temporalem. ideo ſi aliquis iudex eccleſiaſtic⁹ iniurietur ab aliquo ſeculari, poteſt ipſe iudex eccleſiaſticus talem iniuriãtem excommunicare, vel terram ſuã C ſupponere interdicto eccleſiaſtico: vt hic textus. & ad hoc allegatur ſemper præſens capitulum. Nota vlterius ex principio capituli illud ad quod allegatur, vim vi repellere licet: ideo poteſt clericus ad repellendam iniuriam ſibi vel in bonis ſuis accipere arma, & ſe defendere. De hoc latius per doctores in capit. ſignificaſti. ij. de homi. in anti. Nota quòd excommunicatio, interdictum, & aliæ cenſuræ dicuntur eſſe propria arma eccleſiæ. Nota quòd eccleſia habet apud ſe gladium temporalem & ſpiritalem: ſed habet gladium ſpiritalem actu & habitu: gladium autem temporalem habet ſolùm in habitu: quod verum eſt quantum ad exercitium iuſtitiæ. Nam exercitium gladij temporalis in modum iuſtitiæ abdicauit à ſe eccleſia: & retinuit ſolùm in habitu: ſed in modum defenſionis eccleſia adhuc retinuit exercitium illius gladij temporalis. Nota quòd quilibet tenetur defendere ſuum proximum ab iniuria eidem proximo illata. Nota inſuper quòd negligentes defendere proximum iniuriatum, videmur eſſe participes criminis, & fouere ipſum iniuriantem. Nota vlterius quòd ſocijs & vicinis licet de iure defendere iniuriam conſocij & vicini. Nota finaliter, quòd licitum eſt ſpiritalem poteſtatẽ iuuari D tempòrali, & ſic econuersò temporalem ſpiritali. Dominicus.

*Gladio ſpiritali poteſt ſe defendere prælatus eccleſiaſticus contra ſecularem.*

*Gladius ſpiritalis & temporalis ſunt apud eccleſiam.*

*Proximum defendere licet.*

Gloſſa ſequens recipit per obiectionem. de capitu. quæſiuit.

i *Decano.* decanus iſte de cõſuetudine vel priuilegio habebat ordinariam vel ſaltem poteſtatem fulminandi cenſuram. & concor. ſ. de ap. dilectus. de offic. ordina. irrefragabili. §. exceſſus. ſ. de verbo. ſignifica. ex parte. j. aliàs ſecus. de his quæ ſi. à maio. part. cap. quæſiuit. de hoc. ſ. de offic. ordina. cũ ab eccleſiarum.

k *Vim vi.* ſ. de homi. ſignificaſti. ij. vbi ſunt hæc verba, & ibi de hoc in gloſſa magna quæ poſſet hic repeti. [b] Et vniuerſalis propoſitio, omnes leges &c. reſtringitur ad particulares ac ſi diceret, quædam leges & quædam iura, ſcilicet de hac materia loquentia. Ber.

*b Quod ſic Hoſti. & ſi quid addit, vide vbi ſuprà remiſſimus. Ioan. And.*

l *Prædictus.* in parte deciſa ſub illo infra.

m *Bonis.* ergo licet defendere non ſolùm perſonam, ſed bona, tamen pro defenſione bonorum nõ licet ſic ſeuire ſicut pro defenſione perſonæ. ſ. de ho. ca. ij. ibi, te tuaque. eod. tit. ſuſcepimus. & dic vt eod. titu. ſignificaſti. ij. & xxiij. quæſt. j. §. j. & q. iij. in princ.

*Defendere licitũ eſt nõ tantũ perſonã, ſed etiam bona.*

Occu-



vel ea violenter occupare [a] præſumpſerit: vt ſuperius [b] eſt expreſſum) contra illius violẽtiam iniuriamque ſe tueri. Et quoniam aduerſus eius nimiam [c] potentiam ſufficiẽs temporalis defenſio ſibi fortè non aderat, potuit ſe etiam ſpiritaliter gladio videlicet vtẽdo eccleſiaſtico [d] defenſare: ac recurrere propter [e] hoc ad arma ſpiritalia, quę ſunt eccleſię propria, & pro ſuo munimine [f] illis vti: pręſertim cũ dictus balliuus poſt latas in eum ab eodẽ decano ex alijs cauſis excõmunicationis ſententias, ſicut idem decanus aſſeruit, ipſum tanquam exinde prouocatus [g] ſententijs ipſis contemptis, bonis ſpoliaſſet eiſdem [h]: & propter hoc poſtmodum ipſe decanus ſententiam tulerit interdicti tanquam ſpiritali ſe mucrone defendens contra illius iniuriam & violentiam ſibi ab eodem occaſione prædictarum ſententiarum & in ipſarum contemptum illatam. Et quidem cùm liceat cuilibet ſuo vicino [i] vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impertiri auxilium, immo ſi poteſt & negligit, videatur iniuriantem fouere, ac eſſe particeps eius culpæ: licuit profectò ipſi decano proprio ſibimet [k] ſub- B uenire ſubſidio, & ſuammet temporalẽ iniuriam ſua propria ſpiritali defenſione tueri: ſicque vtrumque [l] quodãmodo gladium & temporalem & eccleſiaſticum alterum videlicet altero adiuuare: maximè quia hi duo gladij conſueuerunt (exigente neceſsitate) ſibi adinuicem ſuffragari [m], & in iuuamen alterius ſubuentione mutua frequentius exerceri.

a *Occupare* vt non ſit geminatio verborum, ſpoliare referatur ad mobilia: occupare ad immobilia.

b *Superius.* in parte deciſa.

c *Nimiam.* reſpectu temporalis potẽtiæ ipſius decani. nam potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iu. mu. cau. fac. l. iij.

d *Eccleſiaſtico.* dicit Ambroſ. & ex nimia humilitate loquitur, quòd arma ſua ſunt lachrymæ. xxiij. q. vlti. cõuenior. gladius autem hic continet quòd cenſura. ſ. de verb. ſig. quærenti.

*Arma clericorũ ſunt lachrymæ.*

e *Propter hoc.* ſcilicet quia temporalis defenſio ſibi non aderat.

f *Munimine.* Nota ꝙ non loquitur hic de prælato qui vlciſcitur, quòd vtrunque facere poſsit. not. ſ. de maledic. c. j. ij. q. vij. ſi quis erga. ſed ſolùm de eo qui ſe defendit.

g *Prouocatus.* id eſt turbatus vel commotus. ad idem. ſ. de offic. dele. ſuſpicionis. aliter ſumitur. ſ. de app. cum ſit Romana. A D D I T I O. Scilicet prouocatione ad cauſam. Alibi ponitur pro imitatione boni exempli. vnde cantat eccleſia in feſto martyrum Marcelli & Petri: quorũ gaudemus, prouocemur exemplis. Ioã. Mon. & Archid.

h *Eiſdem.* contra tales prodita eſt pœna per conſtitutionẽ. j. eo. quicunque: quia excommunicati ſunt ipſo iure: niſi intra octo dies reſtituant: vt ibi.

i *Vicino.* ergo quilibet tenetur vicinum ſuum & amicum ſuum defendere. vt xxiij. q. iij. non in inferenda. & ca. fortitudo. lxxxiij. diſt. error. & ſ. eod. quantæ. vbi de hoc, & C. de commer. & mer. l. ij. vbi plures concord. de hoc. multo ergo fortius ſeipſum: vt ſequitur.

*Defendere vicinum licet.*

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit per diuerſitatem vſus.

k *Sibimet.* quia ordinata charitas à ſe incipit. xxiij. quæſt. v. ſi non licet. [a] Sed videtur quòd hoc non licuerit iſti decano: exceſsit enim moderamen inculpatæ tutelæ: quod facere nõ debuit. ſuprà de reſtit. ſpol. olim. j. ſuprà eod. ſi verò. & de homi. ſignificaſti. ij. ad fin. maior enim eſt pœna ſpiritalis quæ ligat animam, quàm temporalis quæ ligat corpus: ſicut anima precioſior eſt corpore. xij. quæſt. j. præcipimus. ad idem. xj. q. iij. nemo. xxiij. q. iij. corripiantur. & hæc fortè fuit dubitatio decretalis. ſed Papa hic approbat hanc defenſionem: & ita quocunque modo licitum eſt ſe defendere, dummodo corporalis læſio non inferatur: maximè quia huiuſmodi ſententiæ ſunt medicinales. ſuprà eod. c. j. ij. q. j. multi. & xxiiij. q. iij. notandum. in fin.

*a Hoſt. inducit illud Miſerere animæ tuæ placẽs Deo. & 86. diſt. non ſatis. C. de ſerui. l. præſes. ff. de ijs qui ſbi mor. cõ. l. 1. Ioann. And.*

l *Vtrunque.* ergo duplici defenſione poteſt quis vti: vt j. de reg. iur. nullus pluribus. cũ ſuis concordantijs. A D D I T I O. Dicit Io. Mon. quòd iſta non ſunt aduerſaria, ſed ſibi mutuũ ſubſidium præſtantia: vt hic Io. And.

m *Suffragari.* xxiij. q. v. prodeſt. ſ. de offic. ordin. c. j. tamen videtur quòd temporali gladio vti non potuerit: quia poſt aduentum Chriſti fuerunt gladij & poteſtates diuiſæ. x. diſt. quoniam xcvj. diſt. cum ad verum. Dic illud verum de executione gladij temporalis in modum iuſtitiæ: ſed hic loquimur de executione ipſius gladij non in modum iuſtitiæ, ſed defenſionis: quo gladio cuilibet priuato licet vti, primo non niſi iudici: & ſic non obſtat.

Venerabilibus.} A D D I T I O. Aliàs incipit, Ceterũ. & ſic alleg. eam Ioã. Mona. Decretalis iſta habet multa dicta. Et primò vſque ad §. porrò oſtendit quando habeat vel non habeat archiepiſcopus iuriſdictionem abſoluendi excõmunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, vel ab ipſis ſuffraganeis. Secundò vſque ad §. ſed ſi. oſtẽdit eo caſu quo iudex eſt, abſolutionem ante omnia fiendam niſi in caſibus. Tertiò ibi, Sed ſi. & §. pe. & vlt. tractat de abſolutione ad cautelam danda, A quando de nullitate ſententiæ dubitatur. Quartò in. §. ſane, quid quando non de nullitate, ſed de iniuſtitia quæritur. Quintò inde in. §. denique. quandam conſuetudinem approbat. Summabitur autem ſecundum has partes. Dicunt Ioan. Mo. & Archi. quòd inter archiepiſcopum Rothomagenſ. & ei⁹ ſuffraganeos grãdis fuit quæſtio coram Innocent. iiij. & vt dicunt ex regiſtro patere, primò proponebant ſuffraganei contra archiepiſcopum querelam ſuper multis articulis. Secundò pars archiepiſcopi reſpondebat ad illa: & hæ duæ partes ſunt deciſæ. Tertiò per ipſum Innocent. fuit ſententiatum & conſtitutum vt hic: & quamplura etiam de hac parte tertia ſunt deciſa. Et de eadem materia abſolutionis, & de eodem Rothomagen. & ſuffraganeis loquitur decre. ad reprimẽdam. de offic. ordi. Dicit autem Archi. ſe de libro domini Innocẽ. quaſdam gloſſas habuiſſe quæ hic ponũtur ad literam. Per hoc patet quòd Guli. in Spe. de compe. iudic. ad. §. ſequitur. in fin. malè dicebat hanc decre. fuiſſe Alex. iiij. Suſpicor autem quòd hic in principio deciſum continebat id quod ibi habetur ante ſi. verſi. item no. & propter C id allegabatur pro rubrica de fo. compe. Et prima pars hoc intendit, Archiepiſcopus non eſt competens iudex cùm excommunicatus ad petitionem partis ſine appellatione petit abſolui: vel aliàs de parte conqueritur: cum non ſuffraganeus, ſed is pro quo lata eſt ſentẽtia, illam defendere debeat. Si verò petat ſuffraganeum pro iniuſta excommunicatione puniri: tunc eſt iudex idoneus. Idem ſi petat abſolui à ſententia lata per ſuffraganeum procedentẽ ex officio. Ioan. Andr.

Iſtud cap. legitur vſque ad. §. porrò. C A S V S. Archidiaconus Pictauẽ. vel archipresbyter, vel abbas monaſterij ſancti Cypriani ſubditus epiſcopo Pictauen. protulit in ſubditum ſuum ſententiam excommunicationis. excommunicatus dicit ſententiam excommunicationis iniuſtam: vel non dicit iniuſtam: ſed adiuit metropolitanum archiepiſcopũ Burdegalen. vel eius auditorem omiſſo epiſcopo Picta. vtrum poſſit metropolitanus cognoſcere an ſentẽtia ſit iuſta vel iniuſta, vel abſoluere ipſum excommunicatũ? Reſpõdetur quòd nõ: quia non eſt iudex nec excõmunicatoris, nec excõmunicati. Idem ſi epiſcopus Pictauẽ. vel eius officialis excõmunicauit aliquem ſubditum ſuũ: nam tũc archiepiſcopus Burdegalen. non poſſet talem ſubditum abſoluere: & hoc verum D eſt, niſi fuerit appellatũ ad ipſum archiepiſcopum: nam tunc poſſet eum abſoluere. Et iſte eſt vnus caſus in quo archiepiſcopus habet iuriſdictionẽ in ſubditos ſuorũ ſuffraganeorũ. Sed quid ſi non fuit appellatum ad ſuperiorem: vtrum poſſit metropolitanus cognoſcere de iuſtitia vel iniuſtitia excõmunicationis? Reſpondetur quòd non: niſi in duobus caſibus, quando aliquis ſubditus ſuffraganei fuit excommunicatus ad inſtantiã partis: ſed coram archiepiſcopo petit ſuffraganeũ puniri de iniuſtitia, iuxta c. ſacro. eod. titu. in anti. Alius caſus eſt, quãdo epiſcop⁹ ſuffraganeus nõ proceſsit ad inſtantiã partis, ſed ex ſuo officio. in his enim caſibus poteſt excõmunicat⁹ cõqueri de iniuſta excõmunicatione ſuffraganei corã archiepiſ. No. primò ꝙ archiepiſ. nõ poteſt abſoluere excõmunicatũ à ſubdito ſuffraganei: quia nõ eſt iudex nec excõicati, nec excõicatoris. No. inſuper tres caſus in quib⁹ metropolitanus cognoſcit inter ſubditos ſuorũ ſuffraganeorũ. Prim⁹, quãdo fuit appellatũ à ſuffraganeo vel eius officiali. Secũdus eſt, quãdo ſubdit⁹ ſuffraganei fuit à ſuffraganeo excõicat⁹: & cõqueritur de iniuſtitia excõicatoris apud metropolitanũ vt metropolitanus illũ puniat, iuxta ca. ſacro. eod. titu. in an. Tertius caſus eſt quãdo ſubditus ſuffraganei fuit excõicatus ex officio iudicis; & non ad inſtantiã partis.

*Metropolitanus in tribus caſibus cognoſcit de ſubditis ſuffraganei.*

Nota

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Nota vlterius quòd archiepiſcopus non poteſt adiri per viam querelæ à ſubditis ſuffraganeorum. & ſic patet quod aliud eſt via querelæ, aliud via appellationis. de quo de offic. leg. c. j. Not. finaliter quòd archiepiſcopus nõ eſt iudex ſubditorum ſuffraganeorum, quod intellige per viam querelę. & ſic propriè loquitur iſte textus. Do.

a *Rothomagenſi.* idẽ in aliis archiepiſcopis. ſ. e. lib. de pœnis, Rom. & ſ. e. li. de off. ord. Romana. in fin.

b *Subditis.* ergo inferiores epiſcopis bene poſſunt excommunicare. quod dic vt. ij. q. j. nemo. ſ. de offic. ordin. cum ab eccleſiarum.

*Not. primò quòd excõmunicatus debet abſolui, etiã ſi vult tractare cauſam appellationis antequam audiatur. No. ſecũdò optimum argu. quòd excõmunicatio lata intra tempus appellationis interponẽdæ, licet poſtea appelletur, non retractatur per viã attentati, cùm hic dicatur quòd debet fieri abſolutio. de quo. j. per gloſ. Do.*

c *Impertiri.* niſi hoc habeat de conſuetudine ſ. eo. titu. & lib. Romana. j. reſpon. in fin.

d *Prouocatum.* ſeruato tamen eo quod habes. j. §. ſed ſi ex cauſa. & §. ſequen.

e *De parte aduerſa.* non dicit dẽ iudice, quia tunc ſecus, vt patet per ſequentia.

f *Appellationis.* ſi enim appellaſſet, archiepiſcopus tunc eſſet competẽs iudex. eſt enim vnus de caſibus in quo iuriſdictionẽ habet in ſubditos ſuffraganeorũ. not. ſuprà de offic. ordi. paſtoralis.

g *Ipſis.* archiepiſcopo vel officiali eius.

h *Pœna.* ſupra eod. ſacro. & ca. cum medicinalis, eo. & lib. ſ. ADDITIO. Vide quod dixi ſuprà eo. ſtatuimus. ſuper vlti. gloſ. Ioan. And.

Idem.

*Excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, archiepiſcopi non poſſunt abſoluere: ſed excommunicatos à ſuffraganeis vel officialibus bene, ſi ad eos appellatum fuerit. hoc dicit Ioan. And.*

CAPITVLVM VII.

Venerabilibus, & infra. Ceterum Rothomagẽſi a archiepiſcopo, vel eius officiali non licet excommunicatis ab archidiaconis vel álijs ſubditis b ſuffraganeorum ipſius archiepiſcopi (cùm nec excommunicantium, nec excommunicatorum ſint iudices) abſolutionis beneficium impertiri: c excommunicatos autem ab ipſis ſuffraganeis, vel eorũ officialibus poſſunt abſoluere, ſi ab ipſis litigantibus ad eos fuerit prouocatũ. d Neutra verò partium appellãte, ſi qua ipſarum per archiepiſcopum vel eius officialem ab excommunicatione cõtra eã lata pro reliqua poſtulet ſe abſolui, vel aliàs coram eis de parte aduerſa e querimoniam ſine appellationis f interpoſitione deponat, non eſt in hoc ab ipſis g (cũ ſui non ſint iudices) audienda. Sed ſi excõmunicatus deponat apud eos de ſuffraganeo vt imponatur ei pœna, h & pro ſuo intereſſe ſuper iniuſta excommunicatione querelam, audire vtique debent eum i. ſecus autem ſi conqueratur de ipſo vt relaxetur huiuſmodi ſententia cõtra ſe ab eo pro alio k promulgata: quoniam tueri hanc cauſam non ad ipſum ſuffraganeum, ſed ad eum pro quo eſt ſententia lata, ſpectat. Attamen ſi ſuffraganeus vel extra iudicium pro ſuorum defenſione l † iurium, vel etiam in iudicio ex ſuo procedens officio, † inquirendo videlicet vel ſimile quid agendo aliquẽ excommunicet, in hoc caſu conueniendus eſt ipſe ſuffraganeus coram archiepiſcopo vel eius officiali, quia ipſius intereſt defendere cauſſam ſuam. m

*Archiepiſcopus in caſibus in quibus iuriſdictionem habet, ante cognitionem cauſæ abſoluit excommunicatum ad petitionem partis vel ex officio, niſi dicatur excommunicatus pro manifeſta offenſa vel contumacia, & contumaciæ præſumptæ & manifeſtæ ponit exempla. h. d. Ioann. Andr.*

Porrò archiepiſcop' vel eius officiales excõmunicatos à ſuffraganeis, ſemper antequã audire cauſam incipiãt, in caſibus in quibus eis iuriſdictio

i *Debent eum.* quia tunc archiepiſcopus eſt competẽs iudex, ſcilicet rei: & ſic vna via permittitur, quod alia prohibetur. quod dic vt j. de reg. iur. cum quid.

k *Pro alio.* ſecus enim ſi ex officio, vt patet in proxi. §.

l *Defenſione.* vt ſ. e. proxi. & eſt ſimilis diſt. ſ. de appel. cum ſpeciali. ADDITIO. Vide quod ibi not. in glo. ſed qualiter. & ſ. eo. ſacro. ver. cumque eo. in j. gloſ. Ioan. And.

m *Cauſam ſuam.* & ante omnia ille abſoluetur. j. § ij. niſi in caſu ibi poſito.

PORRO. Iſte. §. hoc dicit. In caſibus in quibus. ſ. fuit dictũ iuriſdictionẽ deuolui ad archiepiſcopũ, archiepiſcopus abſoluit excõmunicatum antequam de cauſa incipiat cognoſcere, & hoc niſi dicatur excõmunicatus pro manifeſta offenſa. tunc non abſoluitur niſi facta ſatisfactione. h. d. Iſte. §. legitur vſq; ad. §. ſed ſi ex cauſa legitima. & in eo caſus ſic figuratur. Dictũ fuit ſ. qꝫ ſi ſuffraganeus ſubditũ ſuum excõmunicauit iniuſte: iſte excommunicatus poteſt conqueri de iniuſtitia coram ſuperiore excõmunicatoris in aliquibus caſibus, videlicet cùm ſit appellatum ad ſuperiorem, vel quando non fuit appellatum, ſed epiſcopus procedebat ex officio ſuo non ad inſtantiã partis: vel ſi ad inſtantiam partis, ſed petit excõmunicatorẽ puniri de iniuſtitia, iuxta. c. ſacro. eo. tit. in an. Sed quæritur, vtrũ archiepiſcopus antequã excommunicatum abſoluat, debeat inquirere de iuſtitia vel iniuſtitia excõmunicationis, puta ſi iudex à quo dixit excommunicationẽ iuſtam, ita quod pendente litigio ſuper iuſtitia vel iniuſtitia excõmunicationis, remaneat excommunicatus, vel vtrũ pendente illo litigio ſit abſoluendus? Reſpondet Romanus pontifex quòd archiepiſcopus in omnibus prędictis caſibus ante ingreſſum debet excõmunicatũ abſoluere recepta prius ab eodem cautione idonea de ſtando & parendo iuri. & hoc verum, niſi excõmunicator vel actor diceret excõmunicatum pro manifeſta offenſa. quo caſu differtur abſolutio vſque ad octo dies, intra quos probaretur quòd eſt excõmunicatus pro manifeſta offenſa. tũc enim nõ abſoluitur, aliàs abſolueretur, & hoc quando fuit appellatum à definitiua: vt meus epiſcopus condemnauit me, & monuit ſub pœna excommunicationis vt ſoluerem Titio aliquam pecuniæ ſummam intra octo dies. Certum eſt quòd epiſcopus debet expectare decem dies antequam me excommunicet. tamen ſi lapſis octo diebus me excommunicet, tenet excõmunicatio. lapſis octo diebus appellaui. volo dicere quòd iniuſtè fui condemnatus, & iniuſte excommunicatus. peto coram archiepiſcopo me abſolui. Certè archiepiſcopus debet me abſoluere in principio litis, vel quando fuit appellatũ ab interlocutoria ante definitiuam: vt epiſcopus me excommunicauit pro ſuo iure defendendo, vt in c. proxi. vel me monuit vt ſoluerẽ procuratori meo aliquã pecunię ſummam. adeo ſuperiorem. peto abſolui. certè ſum abſoluendus in principio cauſæ. Idem ſi fui excommunicat' pro contumacia dubia, & appellaui à ſententia ad metropolitanum tanquã à ſententia iniuſta, quia volo probare quòd fui detentus iuſto impedimento, nec potui venire ad iudicium, & ſic non fui contumax, peto vt iudex appellationis me abſoluat in principio litis. certè ſum audiẽdus. Secus ſi pateret me eſſe contumacẽ, vel mea contumacia eſſet manifeſta. tunc enim non eſſem abſoluendus, niſi ſolutis expenſis, & præſtita cautione de ſtando iuri. Sed quid, ponamus quòd iudex fecit me citari vt comparerem in certo loco. ſum certus quòd inimici mei ſunt abſentes, ſed tamen ſunt de proximo reuerſuri: vnde miſi procuratorem ad me exonerandum, quòd locus non eſt mihi tutus. vnde iudex aſsignauit mihi terminum ad illud probandum. quia in termino non cõparui, iudex me excommunicauit. ego appellaui ab excommunicatione. nunc volo adire metropolitanum pro obtinenda abſolutione, & peto abſolui. non ſum audiendus. Sed ponamus quòd iudex habuerit in ſe iſtam cautelam, quia pronuntiauit illum locum eſſe tutum. non appellaui ab interlocutoria intra decem dies. poſt ea reputauit me contumacem, & vt contumacem me excommunicauit. volo nunc adire metropolitanum pro obtinenda relaxatione ab excommunicatione, & dico quòd locus non erat mihi tutus. Certè non ſum audiendus, quia per interlocutoriam à qua non appellaui, fuit deciſum & terminatum principale, ſcilicet quòd locus eſt mihi tutus: & etiam acceſſoriũ: & teneor ſoluere expenſas antequã ſim abſoluendus. {Formã.} quę olim erat vt excommunicatus veniret ad epiſcopum ante fores eccleſiæ, qui epiſcopus haberet ſecum duodecim ſacerdotes: & debet excommunicatus ſe proſternere ad terrã. Poſtea dicit epiſcopus pſalmum pœnitentialẽ, Miſerere mei Deus &c. Huiuſmodi pſalmo dicto & totaliter finito epiſcopus accipit excommunicatum per manum, & ponit eum intra eccleſiam à qua fuerat expulſus, quia fuerat expulſus à communione fidelium. Nam eccleſia dicitur communio fidelium in gratia exiſtentium. Hodie autem non ſeruatur hæc forma, ſed ſufficit ſi epiſcopus dicat, Ego te abſoluo ab iſta excommunicatione. abſque aliqua alia ſolennitate. {Appellatum} vt in notoriis, quia ſi in caſu prohibito appelletur, non fiet abſolutio ante examinationem cauſæ. {Offerat.} intra octo dies. ſupra eod. cap. ſolet. in an. & durantibus illis octo diebus debet differri abſolutio. {Protinus.} id eſt prius

*† No. text. bene ſecũdũ Do. Phil. facit. ſ. cap proxi. & no. in c. venerabili. ſ. de cenſi. vnde inferunt quòd tunc poſſet excõmunicare extra territoriũ. vide not. in c. nouit. de offi. leg. & Innoc. c. ex parte ſ. de verbo. ſig. Fonta.*

*† No. quòd quando agitur de iniuſtitia actus geſti per iudicẽ ex officio procedentem, tunc ipſe, cùm eius principaliter interſit, citãdus eſt gl. circa fi. ca. cũ ſpeciali. ſ. de appel. vide Innoc. c. humilis. de ma. & obe. Bar. in l. ij. ff. de edil. Font.*



prius cognoſcatur an ſit cõtumax vel non {Minimè.} nam quis non dicitur verus contumax, licet citatus dixerit nuntio, non cõparebo. Sed ſi in iudicio dixerit, non cõparebo, tunc eſt verus contumax. No. primò, qꝫ cum excommunicatus dixit excõmunicationẽ iniuſtã, & pro relaxatione excõmunicationis adiuit ſuperiorem, antequã probet excõmunicationẽ iniuſtã, eſt abſoluendus in princ. cauſæ, niſi excõmunicator vel aduerſari' offerat ſe probaturũ intra octo dies qꝫ ipſe fuit excõmunicatus pro manifeſta offenſa. & ſi probetur qꝫ fuit excommunicatus ꝓ manifeſta offẽſa: nõ relaxabitur, niſi pri' ſatisfecerit. Not. qꝫ citatus non comparens dicitur contumax preſumptus, q̃a præſumptio eſt qꝫ ſpreuit venire ad iudicium ex quo non venit: non tamen dicitur contumax manifeſtus, quia admittitur ad probandum contrariũ, videlicet quòd fuit impedit': & probato legitimo impedimẽto relaxabitur ſine difficultate. No. quòd ille dicitur manifeſtus cõtumax, qui in iudicio dixit iudici qꝫ non compareret: & ideo nõ eſt amplius citãdus, quia citatio fit vt habeatur coniectura de animo citati an velit cõparere vel non. Secus ſi diceret extra iudicium, puta nuntio quòd non cõpareret. Sed q̃ritur, quia certũ eſt quòd nuntio curato creditur, ſi referat aliquẽ citaſſe: quid ſi eſt dubium de mãdato iudicis, quia dicit nũtius quòd habuit præceptũ à iudice viua voce ſuper precepto iudicis, an credatur nuntio? Dicit Ioan. An. in nouella qꝫ non. nam ponderare debemus illa ſuper quibus iurat, quia iurat fideliter exequi mandata iudicis & illa referre. non autem iurat aliud. ideo non eſt iuratus, niſi iudex dederit ſibi præceptum. Et ideo cautela eſt, quando quis impetrat citationem viua voce, quòd faciat illam redigi apud acta. Item ponamus qꝫ nuntius ſiue executor dixit qꝫ citatus eum verberauit, vel citatus dixit quòd non compareret, vtrum de iſtis credatur nuntio ſiue executori? Dicit Ioan. And. quòd non, quia quantũ ad iſta nõ eſt iuratus. & ſic regulariter creditur nuntio in iis quæ concernunt executionem ſuã ſuper qua eſt iuratus. in aliis autẽ non ei crederetur. ideo cautela eſt, quando citatus infert iniuriã nuntio citanti, qꝫ vocẽtur teſtes, & petat inſtrumentũ ſibi fieri. Nota quòd ſi alicui aſsignetur terminus ad probandum aliquam exceptionem dilatoriam, & intra illum terminũ non probauit, & fuit excommunicatus, poterit corã iudice ad quem, probare illam dilatoriam. Et ſic habet locum etiam in interlocutoria illud commune dictum, non allegata in cauſa principali, allegabo in cauſa appellationis: non probata probabo. & non ſolum quando appellatur à definitiua.

*Excommunicationẽ dicens iniuſtam primitus abſolui debet*

*Cõtumax eſt duplex, ſcilicet præſumptus, et manifeſtus*

*† Per viã ſupplicationis reſtitutiõis in integrum appellationis. Do. Font.*

*Exceptio dilatoria nõ probata corã iudice à quo, probari poterit corã iudice ad quem.*

competit, iuxta eccleſiæ formam a debent abſoluere, vtpote ſi poſt definitiuã fuerit excõmunicationis ſententia ꝓmulgata, & ad eos fuerit appellatum, b exceptis caſibus c in quibus iura prohibent poſt ſententiam appellare. Similiter ſi ſuffraganeus extra iudicium excommunicet aliquem pro eius offenſa, vel pro ſui defenſione iuris, & ſuper hoc querimoniam ille proponat, eſt ille primitus iuxta formã eccleſiæ abſoluendus, niſi ſuffraganeus probaturum ſe offerat quòd pro manifeſta offenſa excommunicationis eũ vinculo innodauit. d Idẽ eſt e etiam ſi quenquam pro præſumpta contumacia (videlicet quia citatus præfixo ſibi termino non comparuit) excommunicatione cõſtringat: quia ſi ſic ligatus propoſita querimonia † petat ab archiepiſcopo ſe abſolui, ſiue quando ſuffraganeus ex ſuo proceſsit officio, ſiue quando eſt ad ipſum archiepiſcopum ante ſententiam definitiuam appellatum, & ab aduerſario proponatur quòd abſoluendus non ſit, nec pandi ei debeat iudicij aditus, niſi prius expenſas reſtituat, & iudicio ſiſti exhibeat cautionem, ipſéque reſpondeat quòd rectè cõtumax reputari nõ debet, pro eo quòd in itinere captus, f vel etiam alio impedimento g detentus in termino comparere nequiuit, tunc protinus ſibi iuxta formam eccleſiæ beneficium debet abſolutionis impendi. Secus autem ſi ſe contumacẽ confiteatur, vel aliàs de contumacia ſua conſtet, quia forte prædixerat in iudicio h quòd minimè compareret. tunc enim (cum manifeſta ſit contumacia, & manifeſta reputetur offenſa i) non eſt ei, niſi primò expenſarum ſatisfactione, ac de ſtando iudicio cautione præſtita, abſolutio impendenda. Et hoc ipſum eſt in ſimilibus obſeruandum, ſicut ſi aliquis ad certum locũ citetur, & ille proponat ipſum non eſſe ſibi tutum, k & iudex poſtea in eum (quia non probauit hoc, nec cõparuit) ſententiam excommunicationis promulget. nam tunc ſi excõmunicatus ipſe ad ſuperiorẽ appellet, & ante omnia ſe ab eo petat abſolui, (cum probare coram eo velit ipſum locum non exiſtere ſibi tutum) in hoc eſt proculdubio audiendus, cum præſumpta ſolummodo eius contumacia videatur. Sed ſi iudex pronuntiaſſet locum illum eſſe idoneum & ſecurum, & ille non comparuiſſet, ac ideo excommunicaſſet eundem, ipſe poſtmodum ſuper hoc (niſi poſt latam interlocutoriam

a *Formam.* ſuprà eo. cum deſideres.

Gloſ. ſeq. quærit. ponit opinionem contrariam.

b *Appellatum.* poſt definitiuã ſententiã & poſt excõmunicationẽ. a Et hic terminari puto dubitabilẽ quæſtionẽ, qua quæritur ex decr. non ſolũ. ſ. e. li. de app. an appellatio interpoſita poſt definitiuã intra decẽ dies, reuocet per modũ attentati excommunicationẽ medio tempore inter ſententiã & appellationẽ latam, ſicut reuocat alia attentata? Et per iſtã literam eſt dicendum qꝫ non, imò eſt neceſſaria abſolutio. b De tali enim ſententia loquitur iſte. §. & quòd ita ſit verum, patet, quia excommunicatio aut ſtatim valet, aut ſtatim non valet. ſed pone quòd poſt latam definitiuam ſententiam intra decẽ dies iudex excommunicat partem non parentem, poſtea illa pars non appellat. non eſt dubium quòd bene ligat ſentẽtia ſpeciale ergo ſit in illa quòd per appellationẽ ſequentem non annulletur, licet malè fecerit iudex exequendo intra decẽ dies & excõmunicando, cum tolleret ibi beneficium iuris, ſcilicet appellandi: quod eſſe nõ debet. j. de reg. iur. indultum. Alij dicũt c hoc eſſe immutatũ per decre. non ſolũ. quæ eſt poſterior. qꝫ non credo ratione prædicta.

*a Quia per appellationem nõ ſuſpenditur excommunicatio. ſupra de offĩ. ordi. ad reprimendã. Io. And.*

*b Idẽ Guil. in Spec. de appel. §. de offic. ver. ſi vero poſt. Ioan. And.*

*c Io. Mon. hic & j. e. tit. ſi cui. §. fina.*

c *Caſibus.* quos vide ſuprà eod. lib. de app. Romana. §. ſi autẽ. ADDITIO. Dicit Io. Mo. qꝫ licet illis caſibus non relaxetur excommunicatio, iudex tamẽ appellationis poſtquã cognoſcere incepit an ſit recipienda appellatio, inhibere poterit ne dicta excõmunicationis ſentẽtia executioni mãdetur, vt ibi.

d *Innodauit.* ſ. e. ſolet. & dabitur terminus octo dierum ad hoc probãdũ, vt ibi.

e *Idem eſt.* ſ. qꝫ primitus debet abſolui, vt dicitur in fi.

f *Captus.* ſic ſupra de pig. c. ſignificãte. & quod dicit captus, intelligere poſſumus etiam à priuato, quia ex quo venire non potuit, non fuit contumax, ergo nec excommunicandus. xj. q. iij. nemo epiſcoporum. ſed quo ad reſtitutionem expenſarũ bene diſtinguitur, an à iudice, an à priuato captus fuerit: vt in primo caſu nõ condẽnetur ad expenſas, ſecundo ſic, quia habet regreſſum cõtra illum priuatum capientẽ. ff. ſi quis cau. l. ij. in fi. & l. iij. & intelligas captus, nõ ſui procuratione & dolo, vt in d. l. ij. ad fi. ADDITIO. Et probatur per cle. de pœn. multorũ. verſi. illis. Ioan. And.

g *Impedimento.* puta valetudine, tempeſtate, vi fluminum. {Sicut fuit quarta die Ianuarij, & pluribus ſequentibus in flumine Rheni, currẽtibus annis domini M.cccxxv. quod ita creuit quòd pluribus diebus tranſiri nõ potuit.} Multa impedimenta videre potes. ff. ſi quis cau. l. ij. & iiij. Et quod dicit de impedimento, idẽ dic ſi alia rationabilis cauſa prę ter impedimẽtum ſubeſſet, puta quia probabiliter credebat terminum prorogatum. ſupra de in integ. reſti. ex literis.

h *In iudicio.* d quia ſi extra iudicium hoc dixerit, ſecus: ſicut nec nocet confeſsio extra iudicium facta. quod dic vt ſupra de confeſsis. ca. vlt. vnde per hoc videtur quòd ſi nuntio citanti dixerit ſe nolle venire, & nũtius ſic retulerit, nõ propterea dicatur vera contumacia. & facit quod dixi ſupra de confeſ. c. ij.

i *Offenſa* ſupra de verb. ſig. ex parte. & c. cum olim.

k *Tutum.* iuſta erat excuſatio, ſi vera fuiſſet e. ſupra de ap. ex parte. ſupra eo. lib. de priuile. cum perſonæ. cum ſi. ſupra eo. lib. de offi. deleg. ſtatuimus. ij. Ioan. And.

*d De Ancha. remittit ad not. cle. j. de do. & cõtu. no. in aut. quã ſemel. C. quomodo & quando iud. gl. probat. Feli. c. conſuluit. ſ. col. de offi. dele. Fõt.*

*Reci. per q. an capt' à priuato. &c.*

*e Errat coram iudice probanda. dicit de Ancho. tunc ſi negetur alius ſecur', appellabitur. & hoc ſeruat curia, ſecundum Hoſt. ex parte. ſ. de appella. & qꝫ Inn. ibi dicit locum tutum non petendũ per partem, intelligẽ quando eſt notoriè non tutus ille quem iudex ſignat. cle. paſtoralis. Fõ.*

a *Decendium.* ſic ſupra de elec. cũ dilectus. ad ſi. tranſit igitur interlocutoria in rem iudicatam, ſi intra decem dies nõ fuerit appellatum quo ad partem, ſed non quo ad iudicem. quod dic vt ſupra de appel. cum ceſſante. Ioan. And.

SED SI. CASVS. Dictũ fuit ſupra §. proxi. q ſi quis dicat excommunicationem iniuſtam, & petat abſolui à ſuperiore, eſt ſtatim abſoluendus. Sed ponamus q iudex me citauit vt comparerem in aliquo loco mihi non tuto, quia ibi ſunt inimici mei capitales. Vel ſi ſint abſentes, tamen ſcio veraciter q ſtatim ſunt reuerſuri. miſi procuratorem meũ ad me exonerandũ, & proponendũ iſtã exceptionem declinatoriam quòd loc' non eſt mihi tutus. iudex aſsignauit mihi in perſonã procuratoris mei terminũ peremptoriũ ad pbandũ illam dilatoriã. produxi aliquos teſtes, & pbaui meã exceptionẽ. hoc nõ obſtante iudex pronuntiauit illum locũ eſſe tutũ. ab iſta ſententia appellaui legitime. poſt illam appellationem iudex me excõmunicauit, vel fortè me excommunicauit ante appellationem, ſed in excommunicatione ſua expreſsit errorẽ intolerabilem, ego adiui ſuperiorem, & corã eo petij ſententiã excõmunicationis declarari nullã. vtrũ iudex ſuperior debeat ſtatim me abſoluere & dicere ſententiã nullã? Reſpõ. q nõ, ſed debet me abſoluere ad cautelã, ſi & quatenus abſolutione indigeam. No. quòd excommunicatio lata poſt appellationem legitimam, eſt nulla. No. cũ quis dicit ſententiam nullam, debet hoc probare: pendente tamẽ probatione poteſt excommunicatus abſolui ad cautelam.

*Excommunicatio lata poſt appellationẽ legitimam, eſt nulla.*

b *Illico.* ante enim quàm de nullitate pronũtiet, oportet q doceatur de veritate cauſæ appellationis, nec ſufficit ad hoc pronuntiandum q oſtendat ſe ex cauſa legitima appellaſſe. ad idem ſ. de appel. interpoſita. in prin.

SANE. CASVS. Iſte. §. legitur vſque ad finem ca. & in eo caſus ſic figuratur. Epiſcopus Pictau. excommunicauit aliquem ſuum ſubditum, & excõmunicatio eſt iuſta, quia fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa. excommunicatus vult adire archiepiſcopum Burdegalenſem pro obtinenda eius abſolutione. vtrum archiepiſcopus Burdegalenſis poſſit talẽ abſoluere, ac ſi excõmunicatio eſſet iniuſta? Reſpon. q non, ſed debet eũ remittere ad excommunicantem epiſcopum vt eũ abſoluat facta prius ſatisfactione. Si autẽ conſtaret archiepiſcopo q dicta excõmunicatio eſſet iniuſta, tunc ſtatim deberet abſoluere, & remittere ad excõmunicatorẽ. quod verum eſt, niſi talis remiſsio fieret ad confutationem excommunicatoris, quia aliqui iudices malunt ſententiam ſuam iniuſtam retractari per alios, quàm per ſe. Sed ſi dubitetur an ſit iuſtè vel iniuſtè excommunicatus, debet eum relaxare, nec tenetur remittere ad excommunicatorẽ, niſi vellet deferre excommunicatori: quia poſito q aliquis eſt contumax, iudex poteſt illũ excommunicare. Sed vtrum poterit eum multare & punire pœna pecuniaria? Reſpon. q ſic. & iſte eſt verior intellectus, licet aliqui dicant q iudex eccleſiaſticus non debet imponere multã niſi id habeat cõſuetudo, ſed conſuetudine non poteſt aliquẽ multare. Communis tamen opinio doctorum eſt quòd iudex poteſt contumacem multare, ſiue id habeat conſuetudo ſiue nõ: tamẽ nõ debet eſſe facilis ad imponẽdã multã, ſed illã debet conuertere in pios vſus. Sed ponamus quòd excõmunicatus dixit archiepiſcopo, q ſententia excommunicationis à ſuo ſuffraganeo lata eſt nulla, quia continet errorem intolerabilem: vt ſi dicat excõmunicator, quia talis noluit talem occidere, vel dedit eleemoſynam tali pauperi, eum excõmunicamus. excommunicator verò aſſerit illam excommunicationem eſſe iuſtã: vtrũ archiepiſcopus ſtatim debeat excõmunicatũ abſoluere priuſquã ſibi conſtet de nullitate ſententiæ? Reſpõdet q non, ſed eum poteſt abſoluere ad cautelam. Idem dicendũ ſi excommunicatus dixit ſe excommunicatum poſt appellationẽ legitime interpoſitam, tunc archiepiſcopus illum abſoluet ad cautelã, ſi & inquantum abſolutione indigeat, priuſquã cognoſcat de meritis cauſæ. *Secundum conſuetudinẽ.* iſtud non refertur ad emendam, ſed ad caſus in quibus iuriſdictio pertinet ad archiepiſcopum, ſiue de iure, ſiue de cõſuetudine. {Tribuebat.} puta ſi dicat excõmunicator, cũ aliàs monuerimus ſub pœna excõmunicationis canonicè & competẽter talẽ Titiũ ne tali pauperi daret eleemoſynam, hoc tamẽ non obſtare dedit eidem pauperi eleemoſynam: ea propter ipſum Titium ob hanc cauſam in his ſcriptis excommunicamus. Veruntamen licet iſtud primæ facie appareat iniuſtum, poteſt tamen eſſe iuſtum, quia iſte pauper fortè eſt rebellis, & non poteſt conuinci niſi illo modo, ſcilicet neceſſitate famis.

† *De Ancha. hic remittit ad 23. q. 5. c. ſi vox. 21. q. 5. ſi quis cuilibet. quod nõ eſt in libro meo, & an eccleſia poſſit exigere pœnas conuentionales ſupra de arbi. ca. dilecti. Fõ.*

c *Nec debet.* tamen ſi abſoluerit, tenet abſolutio, vt infra. §. vbi autem.

d *Exhibere.* ſ. eod. per tuas. ſ. de offi. deleg. cum contingat. & cap. prudentiam.

e *Competit.* Si igitur ei non competeret, non teneret abſolutio propter defectum iuriſdictionis. vbi competit, tenet, licet iniuſta, ſicut & iniuſta excõmunicatio. xj. q. iij. ca. j. par enim ius dominus eſſe voluit ligandi & abſoluẽdi. de pœn. diſt. j. verbum.

f *Conſtitutionis.* ad idem. ij. q. vj. §. definitiua. & ſupra de re iudi. cum inter. ADDITIO. Ioan. Mon. alleg. ff. quæ ſenten. ſine app. re. l. j. §. item cũ. & ff. de tut. & cu. da. ab his. l. ſcire. Ioan. And.

g *Innodare.* excommunicatio enim nõ eſt pœna, ſed medicina quędam. ſuprà eo. ca. j. antè ergo quàm excommunicet pro ſatisfactione delicti, in abſolutione vel poſt pœnam pecuniariam imponere poterit. & facit ad ea quæ not. ſuprà de pœnis, licet. ADDITIO. Pœnam pecuniariam imponere poſt abſolutionem, eſt honeſtius quàm id facere in abſolutione, ne obſtet decre. ad aures. de ſimo. & vide quod ibi dixi ſuper verbo, contrarium. vbi etiam allego. xlix. conſtitutionem concilij generalis, cuius mentem poſui de accuſ. ſicut olim. Ioan. And.

*Excommunicatio nõ eſt pœna, ſed medicina.*

intra decendium a prouocaſſet) nullatenus audiri debet.

*Excommunicatio lata poſt appellationem interpoſitam ex cauſa probabili, nõ ſtatim pronuntiatur nulla, ſed fieri poteſt relaxatio ad cautelam, etiã antequã incipiat de veritate cauſæ cognoſcere. Idem ſi dicatur lata per intolerabilem errorem, & in contrarium error ille probabiliter defendatur. Ioan. And.*

Sed ſi ex cauſa legitima ſeu probabili quis appellet, puta quia locus non eſt tutus, & poſt appellationem huiuſmodi excõmunicatione ligetur, ac deinde conſtet ſuperiori q ad ipſum ex tali cauſa extitit prouocatum, non tamen illico b pronuntiare debet excommunicationis ſententiam fore nullam, ſed poteſt eã ad cautelam iuxta formam eccleſiæ relaxare.

*Si certum eſt excommunicationem eſſe iuſtam, fit remiſsio. ſi certum eſt eam iniuſtam, non fit. ſi eſt dubium, fieri poteſt relaxatio, ſed honeſtius eſt remittere: tenet tamen relaxatio vbi archiepiſcopus eſt iudex, licet non fiat remiſsio. hoc dicit. Ioã. And.*

Sanè ſi certum eſt excommunicationis ſententiam eſſe iuſtam, velut cum propter manifeſtũ exceſſum eſt in aliquẽ promulgata, ſuperior iudex (niſi periculum ſit in mora) excommunicatum ad excommunicatorẽ prorſus remittere debet, nec debet c eum abſoluere, niſi excommunicator requiſitus malitioſè illi abſolutionis beneficium deneget exhibere. d Si verò cõſtet huiuſmodi ſententiam eſſe iniuſtam, nequaquam remittendus eſt ad ſuum excommunicatorem excommunicatus, ſed debet ſine difficultate aliqua mox abſolui. Quòd ſi dubitetur vtrum iuſta ſit vel iniuſta, ſuperior (niſi excõmunicatori deferat) relaxare iuxta formam eccleſiæ poteſt illam: quanquam honeſtius & conuenientius agat, ſi ei deferat in hoc caſu. Vbi autem ſuperiori competit e de excommunicatione cognoſcere, abſolutio ſeu relaxatio quam ipſe fecerit, tenet, licet forſitan ſit iniuſta: quoniam etſi contra ius litigatoris, non tamen contra ius cõſtitutionis f abſoluit.

*Archiepiſcopus in caſibus in quibus excommunicare poteſt, ſi conſuetudo habet, emendas pecuniarias exigere poteſt. hoc dicit. Ioan. And.*

Denique à ſubditis ſuffraganei emendas pecuniarias † poteſt archiepiſcopus ſecundum conſuetudinem regionis exigere in caſibus in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare. g

*Summatur ſupra in. §. Sed ſi ex cauſa. ibi videas.*

Poteſt quoque archiepiſcopus beneficiũ abſolutionis iuxta formam eccleſiæ nonnunquã impẽdere ad cautelam vtpote ſi aſſeritur in excõmunicationis ſententia intolerabilem a errorem fuiſſe patenter expreſſum, id eſt aliquid ſub vi præcepti vel mandati apertè in ea contineri, quod communiter vel in ſuo genere eſt peccatum: † veluti ſi dicat fortè aliquis ſe à ſuffraganeo excommunicatum fuiſſe pro eo quod eleemoſynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud quod in ſe bonum eſt, aut quia non operabatur id quod ſuo actu illicitum eſt & prauum, & ſuffraganeus ipſe aſſerat quòd pro digna & rationabili cauſa, vel pro conſeruanda vel exequenda iuſtitia b hoc illi prohibuiſſet, vel etiam iniunxiſſet, nam tunc archiepiſcopus ad cautelam abſoluere c poteſt eum.

*Summarium habes ſupra in. §. Sed ſi ex cauſa. ibi vide.*

Intolerabilem.



a *Intolerabilem.* xj. q. iij. ſi is qui præeſt. & quomodo hoc intelligatur, vide ſupra eo. per tuas.

b *Iuſtitia.* ſicut ſi præcepiſſet vt hominem percuteret, & dicit ſe hoc feciſſe pro exequenda iuſtitia. vel propter delictũ ſuum prohibuerat eum dare eleemoſynã, ſicut etiam interdũ ob hoc quis phibetur ab oblationibus. xvij. q. iiij. c. miror. vel propter delictum illius cui eleemoſynã tribuere volebat, quia vtilius panis eſurienti tollitur, quàm &c. v. q. v. non omnis.

† *Illud tamen ait de Ancha. ex cauſa ſpeciali poſſit eſſe licitũ. notat Inn. de dila. ca. præterea. ideo in notorio homicidio, furto requiritur citatio. Fõ. Rect. per quæſtio.*

c *Abſoluere,* aliàs vbi ita replicaretur, denuntiaret ſententiam nullã. ſupra eo. per tuas.

d *Similiter.* quod hic dicit, dixerat ſupra eo. §. ſed ſi ex cauſa. ADDITIO. Scilicet duo addit quę dixi in textu, in vlt. gl. Ioan. And.

*Appellatio & excõmunicatio ſi eadem die proferantur, nec appareat de prioritate, præſumitur quòd excõmunicatio præceſſerit.*

e *Poſtquam.* de hoc no. quòd neceſſe eſt prius cõſtare appellatum, quando fieri habet relaxatio ad cautelam de excommunicatione quę dicitur lata poſt: & per hoc iam obtinui in cauſa qua petebatur abſolutio ad cautelã excõmunicationis quæ dicebatur lata poſt appellationem legitimam, & eodẽ die lata fuerat excõmunicatio & interpoſita appellatio, nec apparebat quæ primo. dicebant enim quòd petens habebat hoc neceſſe probare, ſcilicet quòd prius appellatum fuerat, licet non habeat neceſſe probare veritatem cauſæ, quia illa probata non abſolueretur ad cautelam, imò pronuntiaretur nulla ſententia. ſupra eo. per tuas. de offi. dele. cũ contingat. & ita eſt verum per hanc literã. tunc ergo iudex appellationis abſoluit ad cautelam, quando conſtat quòd poſt appellationem lata eſt ſententia excommunicationis, nec adhuc conſtat de veritate cauſæ. ADDITIO. De hoc per Inno. & Hoſtien. eo. tit. per tuas. Ioan. And.

f *Priuſquam incipiat.* plus ergo poteſtatis habent in hac abſolutione ad cautelam, quàm in inhibitione quã facere non poſſunt, niſi prius incipiant cognoſcere de veritatẽ cauſæ appellationis interpoſitæ ante definitiuã. quod dic vt ſupra eo. lib. de app. Romana. §. quòd ſi.

DEcernimus. Commodè non diuiditur ſecundum Ioan. And. Decernit tamen qui ſunt cogendi, qua pœna, per quem, qua forma, & ad quid, & hoc trimẽbre eſt. ADDITIO. Et de hac decre. (eã tamen non allegãdo) fecerat mentionẽ Abb. de excep. pia. dicens quòd Alexãder quartus ſtatuerat etiam in ſeculari foro tales repellẽdos. & hæc decr. fuit pars illius, quia nonnulli. ſ. de immuni. eccle. eo. lib. vt ibi dixi in prin. Ioan. And. Iudex eccleſiaſticus per cenſuram eccleſiaſticam poteſt iudicem ſecularẽ compellere vt in materia peccati ius canonicum obſeruet, & faciat obſeruari. h. d. Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum quòd cũ excommunicato maiori excommunicatione non eſt communicandum, & peccant communicantes quandoq; mortaliter, quandoque venialiter. mortaliter, quando excommunicatus fuit publicatus. venialiter, quando nondum fuit publicatus. Itẽ repellitur excommunicatus à iudicio, inquantum actor. c. intelleximus. de iudi. in anti. in. c. pia. de excep. eo. lib. Item repellitur à teſtificãdo, ab officio aduocationis, & aliis actis quibuſcunque tendentibus ad ſuũ honorem & commodũ.

*Not. primò quòd iudex eccleſiaſticus poteſt compellere iudicem laicũ vt ſeruet iura canonica contra laicos diſponentia in materia peccati, quia peccatũ eſt cum communicare excommunicatis. No. ſecundo hic tres actus iudiciales quibus ſunt prohibitus excommunicatus. Dom.*

CASVS. Titius excommunicatus maiori excommunicatione fecit me conueniri coram iudice ſeculari (quia fortè eram laicus) coram quo iudice ſeculari mihi obtulit libellũ in ſcriptis concludentem: cui per me petiit reſponderi. die adueniente ego excipiendo propoſui quòd eidem libello non tenebar reſpondere, eo & pro eo quia Titius actor erat excommunicatus maiori excommunicatione. Titius excõmunicatus replicando propoſuit q iſta exceptio excommunicationis nõ erat admittenda in foro ſeculari. vnde iudex ſecularis non curat de iſta exceptione, ſed non obſtante ea vult me compellere ad reſpondendũ libello ipſius excõmunicati. nunquid eſt mihi prouiſum de aliquo remedio? Reſpondetur q ſic, nam debeo adire iudicem eccleſiaſticũ (ſcilicet epiſcopum loci) vt ipſe moneat ſub pœna excõmunicationis dictũ iudicẽ ſecularẽ, vt admittat iſtam exceptionẽ in foro ſeculari: & ſi nõ admittat, monitione pręmiſſa ipſum excõmunicabit. Idẽ de aduocato, vt ſi aduocatus mei aduerſarij ſit excõmunicatus maiori excõmunicatione, poſsũ cõtra eum proponere exceptionẽ excommunicatiõis: & ſi iudex ſecularis nolit illam exceptionẽ admittere, poſſum adire epiſcopũ vt illum moneat quatenus in ſuo foro ſeculari admittat iſtam exceptionem. No. primò ex hoc. c. q excõmunicatus nõ poteſt eſſe ĩ iudicio vt actor. de hoc in dictis. c. intellexim'. & c. pia. alleg. In aliquibus tamẽ caſibus poteſt eſſe in iudicio tanquã actor, vt quãdo dixit ſe iniuſtè excõmunicatũ. No. q excõmunicatus non poteſt eſſe aduocat'. ca. poſſeſsionẽ. ſ. de proba. nec procurator, nec notarius: & in effectu in quibuſcunque actis iudicialibus repellitur. No. q excõmunicat' non poteſt ferre teſtimoniũ. No. q exceptio excõmunicationis poteſt etiã proponi in foro ſeculari, nõ ſolũ in iudicio eccleſiaſtico. Et iſtud non ſolũ procedit de iure canonico, ſed etiã de iure ciuili, vt no. Bar. in. l. placet. C. de ſacroſã. eccle. ſed tamẽ hodie in foro ſeculari iſtud nõ ſeruatur. Sed non video quomodo iudex ſecularis qui poteſt repellere actorẽ excommunicatũ ab agendo, & nõ repellit, ſed cum eo cõmunicat, poſsit euitare maculã peccati mortalis. Gloſ. hic quærit, vtrũ excõmunicat' poſsit facere teſtamentũ. gloſſa arguit pro & cõtra, poſtea inclinat in hanc partẽ q excõmunicatus nõ poteſt facere teſtamẽtũ. quæ deciſio gloſſæ non placet doctoribus. ſed cõmunis opi. doctorũ eſt, q excommunicatus maiori excõmunicatione poteſt facere teſtamẽtum, quia ſpeciale eſt in aliquibus caſibus à iure communi expreſsis, vt quis non poſsit facere teſtamẽtũ. ergo ius cõmune eſt in contrariũ. Vtrum notarius excõmunicatus poſſit conficere inſtrumentũ teſtamenti? Reſpondetur q non.

† *Quod lucratur patrocinãdo, debet excõmunicatus reſtituere, vel erogare in pauperes, quia malè eſt quæſitũ. c. cum ſit. de iudæ. Fon.*

*Excõmunicatus non poteſt eſſe aduocatus nec procurator nec teſtis.*

*Excõmunicatio poteſt opponi in vtroque foro.*

Gloſ. ſeq. fortificat textum, & alleg. tria ſimilia.

g *Seculares.* certũ eſt q poteſtas ſecularis minor eſt eccleſiaſtica. ſ. de maio. & obe. ſolitæ. & ei ſubeſt, vt ibi, & xcvj. di. duo ſunt. & cle. de iureiu. Romani. de re iud. paſtoralis. ad fi. ver. nos tã. & ideo cẽſura eccleſiaſtica coërceri poteſt, vt ſequitur. Et quid continetur nomine cenſuræ, habetur. ſupra de ver. ſig. quęrẽti. & cõcor. ad hãc decr. ſupra eo. lib. de fo. cõpe. c. ij. & de iureiu. licet. ſupra de excep. c. ij. Ioan. And.

*Iuriſdictio ſecularis minor eſt eccleſiaſtica.*

h *Canonica.* xxiiij. q. iij. de illicita. xij. q. ij. ca. indignẽ. ſupra de ſent. excõ. ſacro. & illa rectè dicetur canonica, de qua cauetur. j. c. proxi. ij. reſpon.

Gloſ. ſeq. ampliat textum in vno, in ſecundo remittit.

i *Agendo.* & recõueniẽdo, quia ſicut nec agere, ſic nec recõuenire poteſt. ſupra de excep. cũ inter priorẽ. A defendẽdo aũt nõ repellitur, vt ſupra de iudi. intelleximus. ratio ibi patet. Et quid de impetrando, vidiſti ſupra eo. li. de reſc. ca. j.

k *Patrocinando.* eccleſia ergo priuat aliquem (interdũ perpetuò, interdum ad tempus) officio poſtulandi. & concor. ſupra de hęre. ſi aduerſus. & c. excommunicamus. §. credentes. ſupra e. li. de pœnis, felicis. §. quod ſi quis. ad fi. & procedit hoc etiam interdum ex alieno delicto: vt ibi. & ſunt iſti partim de primo ordine non poſtulantium, quia etiam pro ſe poſtulare non poſſunt in agendo. de quo dic vt iij. q. vij. §. tria. Eſt autem poſtulare, deſideriũ ſuum vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni preeſt exponere, vel alteri* deſiderio contradicere: vt ibi, & ff. de poſtu. l. j. & intellige hoc nõ ſolũ in aduocato, ſed etiam in procuratore. ſupra de proba. poſt ceſsionẽ. ſi enim nõ auditur pro ſe, multo minus pro alio. iiij. q. vj. omnibus. ad hoc ſupra eo. dilecto. *

* *Glo. 1. pagina prox. primò text. coadiuuat, ſecũdo quærit, et circa id dat quatuor remiſ. arg. pro. opin. ponit, ad quã inducit text. pro & contra. tertiò quærit, & ponit opi. pro & contra, & tertiam diſtinguentem.*

Similiter d ſi aliquis proponat ſe ante definitiuam ſententiam in iudicio vel extra poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitã, vinculo excommunicationis adſtrictũ, poteſt archiepiſcopus poſtquam e ſibi de hoc cõſtiterit, etiam priuſquam incipiat f de veritate cauſæ appellationis cognoſcere, abſolutionis illi beneficium ad cautelam iuxta formam eccleſiæ impartiri.

Alexander quartus.

*Iudex eccleſiaſticus compellit iudicem laicum repellere excommunicatos ab actibus iudicariis ſibi prohibitis. h. d. Io. And.*

CAPITVLVM VIII.

DEcernimus vt iudices ſeculares g per cenſuram eccleſiaſticam ab eccleſiaſticis iudicibus canonica h monitione præmiſſa repellere excommunicatos ab agendo, i patrocinando k † & te-



Et teſti.

ſtificando [a] in ſuis curiis & iudiciis compellantur.

Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

*Non valet excõmunicatio lata in participantes, niſi fuerint moniti nominatim. Et canonica monitio dicitur quæ habet dierũ interualla, niſi neceſsitas facti aliud ſuadeat. h.d. Ioan. And.*

CAPITVLVM IX.

Conſtitutionẽ felicis recordationis Innocentij [b] papæ quarti prædeceſſoris noſtri, quę prohibet participantes † excommunicatis ea participatione [c] quę ſolam minorem [d] excõmunicationẽ inducit monitione canonica non præmiſſa, maiori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis ſententiã nõ tenere: [e] ad tollendum omnẽ ambiguitatis ſcrupulũ [f] declarãtes, decernimus ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc caſu, [g] ſi aliis ritè ſeruatis [h]

a *Et teſtificando.* Excommunicatus ergo (maiori intelligas) teſtificari non poteſt [a]. ſupra de teſti. veniens. ij. in fi. vnde ſi dicatur excommunicationis ſentẽtia nulla, in defectu probationum conſueuerunt abſolui ad cautelam, vt ibi vides ꝙ non poteſt teſtificari. Sed nunquid excommunicatus poterit teſtari? De hoc per Inno. de do. & cõtu. veritatis. per Hoſti. & Archi. de except. pia. per Gar. & Ioan. Mo. de vſu. quãquã. per Guli. in Spec. de inſtru. edi. §. cõpendioſè. circa princ. & videtur quòd licet iſta iudicialia prohibeantur, extraiudicialia nõ, ſicut ſupra eo. ſolet. ad fi. ſecundũ Hoſti. & Gar. teſtari nõ poteſt, quia ſeparatus eſt à communione eccleſiæ, & ſeparato à cõmunione eccleſiæ omne beneficium ex legibus deſcendens interdicitur. & Guli. ſequens Inn. & Pet. de Samp. tenet ſupra de excep. pia. quòd poteſt teſtari. & Pet. de Vndalla tenuit opinionem Hoſti. & Gar. & hoc propter periculum communionis cum excommunicato, cui cõmunicandũ non eſt, & denegatur in auth. de priuile. do. hære. mu. non præſtan. §. antepenul. & actus legitimi eis interdicuntur, vt hic, & eſt ſimilis ſecundum eos deportato qui eſt inteſtabilis. ff. de teſta. eius cui. §. j. arg. pro & contra. ſupra de hære. excõmunicamus. §. credẽtes. Quid dices de tabellionatu, nunquid inſtrumentum confectũ per excommunicatum valet? Videtur valere, ar. prædi. §. credentes. vbi dicitur de excommunicato, quòd ſi ſatisfacere contempſerit intra annum, extunc inſtrumenta per ipſum confecta non valent: ergo à contrario, prius, id eſt ante annum confecta valebant, licet eſſet excõmunicatus. Alij cõtra, pro quibus optimè. iij. q. iiij. nullus. ibi, nullus anathematizatorum ſuſcipiatur, nec a quoquã credantur quæ ab eis dicuntur vel conſcribũtur. ſupra eo. nouerit. Alij, vt Hoſt. & Guli. dicunt ꝙ quandiu eius excommunicatio eſt occulta, valet inſtrumentum ab eo confectum. vel ſi ſit manifeſta, nec poteſt probari. arg. ff. de offic. præto. Barbarius. iij. q. vij. §. tria. C. de teſt. l. j. ſupra de re iudi. ad probandũ. de excep. pia. §. ſi verò. ſec⁹ ſi ſit notoria. de excep. exceptionẽ. de cohabi. cle. & mulie. veſtra. ſicut enim ibi notorius cõcubinarius ſuſpẽſus eſt quo ad ſe & quo ad alios, ita notoriè excõmunicatus tabellio, & prętor publicè nuntiatus repellitur etiam ab extraiudicialibus. j. e. licet. Ioan. And. ADDITIO. Excommunicatus an poſt abſolutionẽ teſtificari poſsit, prolixè tractat hic Archi. de quo ſatis. iiij. q. j. in ſum. & dixi plenè poſt Inn. ſupra de teſti. teſtimonium. cuius Inn. opi. hic placet Archi. ibi vi. quod hic dixit. Ioan. And.

*a Etiã contra excommunicatũ. de hoc in Spec. de teſte. §. j. ver. ſed nũquid excõmunicatus. & ver. ſequẽ. Ioan. And.*

*Excõmunicat⁹ an poſſit inſtrumenta conficere.*

Conſtitutionem.} Sunt duæ partes. Prima declarat conſtitutionem Inno. Secunda ibi, Statuimus. dat formã monitionum, & vnum caſum excipit ibi, Niſi. Ioan. And. Emanauit præſens. c. ad declarationẽ. c. ſtatuimus. ſupra eo. tit. & lib. vbi dicitur quòd licet participantes cum excõmunicatis maiori excommunicatione incurrant minorem excommunicationem, & peccent mortaliter, tamẽ non poſſunt ratione illius peccati excommunicari, niſi prius fuerint moniti canonicè & debitè vt deſiſtant à participatione. Iſtud. c. declarat quæ dicatur canonica & debita monitio. CASVS. Dictum fuit in d. c. ſtatuimus. ꝙ antequã excõmunicator excommunicet participãtes cum excõmunicatis à ſe, debet illos monere canonicè, aliàs nulla eſſet excõmunicatio. Sed quæritur, quæ dicatur canonica & debita monitio? Reſpõ. ꝙ illa monitio dicitur canonica in illo caſu, quãdo fuerũt participantes moniti nominatim vt deſiſterẽt à participatione. & ſic nõ valeret monitio generalis. Nam dicit tex. ꝙ monitio debet fieri nominatim. Item debet eſſe trina, id eſt, facta tribus edictis, vel vno perẽptorio pro omnibus: & illę trinę monitiones debent habere interualla aliquorum dierum, & non incontinẽti, niſi cauſa rationabilis ſuaderet vt illa fieret abſq; aliquo interuallo dierum, vt ſiquis moneatur vt reſtituat vxorẽ alicuius, vel deſiſtat à participatione ipſius, ſi daretur interuallum dierũ, iſte detinens vxorẽ interim teneret eandem, licet iniuſtè, & intra illud tẽpus non poſſet excommunicari: ideo debet arctari tẽpus, vt intra diẽne tẽpus reſtituat, fortè intra xxiiij. horas, vel aliud diẽne tẽpus. {Non tenere.} hucuſq; durat tenor illius cõſtitutionis. {In hoc caſu.} ponderetis iſta verba in hoc caſu, quia facit ad multa, vt dicam ſtatim. No. primò ex hoc, vt dicatur monitio canonica in caſu, c. ſtatuimus. alleg. debẽt moniti nominatim exprimi in monitione. Sed qualiter intelligitur illud? Reſpon. Hoſt. ꝙ intelligendũ eſt quãdo monẽs intendit aliquos excommunicare nominatim, debet etiã illos monere nominatim: vt ſi iudex intẽdat excommunicare Petrũ, debet illũ nominatĩ monere. ſed ſi iudex non intẽdit excommunicare nominatim, ſed ſolũ in genere, ſufficit monere in genere, hoc modo, Monem⁹ ſub pœna excõmunicationis omnes parochianos talis eccleſiæ, ne tali excõmunicato maiori excõmunicatione participent ſeu cõmunicent. Si poſtea inuenio Petrũ participaſſe cũ ipſo, non poſſum excommunicare nominatim, ſed ſolum generaliter & in confuſo. Veruntamen glo. tenet contrarium, & mouetur per hæc verba hic poſita, in hoc caſu, quia textus intendit inducere ſpecialitatẽ in hoc caſu, & tamen non eſſet aliqua ſpecialitas in hoc caſu, ſi prædicta opinio eſſet vera. ideo dicunt moderni, ꝙ in hoc caſu, ſiue excõmunicator intendat excommunicare generaliter ſiue nominatim, debet nominatim monere hoc modo, Moneatis tales vt deſiſtant à participatione. No. ꝙ tres monitiones quæ debent præcedere excommunicationem, debent habere interualla, nec poſsũt fieri continuè, & ad minus inter quãlibet monitionẽ debẽt eſſe duo dies, ex quo iſte tex. loquitur in plurali. & ſi fiat vna monitio perẽptoria, pro minori debet cõtinere ſex dies. pro hoc eſt glo. in l. properandũ. C. de iudiciis. l. ad perẽptorium. ff. de iudi. poteſt tamen excõmunicator ex cauſa abbreuiare illud tẽpus. vnde poteſt dicere, Moneo te vt intra tres dies deſiſtas à tali participatione, & hoc pro primo edicto. & ſi non deſiſtas, moneo te ſecundò vt deſiſtas. & elapſo termino poterit dicere, Moneo te tertiò vt deſiſtas. Quibus tribus terminis elapſis, poterit ipſum excõmunicare. vel ſi velit ſe expedire vnico cõtextu, poterit dicere, Monemus oẽs & ſingulos parochianos vnica monitione canonica & peremptoria pro omnibus, vt deſiſtãt intra ſex dies à participatione. Quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio & peremptorio termino aſſignamus. Not. arg. quòd allegans ſtatutum in iudicio, debet totum illud edere. ſic facit hic Grego. de decr. Innoc.

*Monitio canonica quæ ſit.*

*† Etiã ſtatim, vt vult glo. hic. & vide Fran. Are. l. 1. ff. de ver. obl. c. lex diuina. 27. q. 2. & nutu dicimur loqui etiam vbi lex expreſſe meminit de verbis. c. cũ apud. de ſpon. Font.*

No. effectum declarationis, quia tollit dubium quod erat in diſpoſitione præcedenti. & ſic declarans nihil addit. Do.

b *Innocentij.* ſupra eo. ſtatuimus.

Gloſ. ſeq. diſtinguit duplicem participationem, & ſoluit quæſtionem.

c *Participatione.* denotat ꝙ eſt quædam participatio quæ inducit maiorem, ſ. quę in crimine fit. ſupra eo. ſi cõcubinę, & c. nuper. & alia quæ inducit minorem, vt cum quis participat ſcienter excõmunicato maiori in locutione, oſculo, menſa, & ſimilibus. Et ab hac excipiuntur certæ perſonæ, vxor, filius, ſeruus, & alij de quibus. xj. q. iij. quoniã multos. ſupra eo. quòd in dubiis. & c. ſeq. Et ſecundum Guli. & Gar. Io. Mo. & Hugo in d. c. quoniam multos. incurrit quis minorem excommunicationem mittendo nuntium vel literã excommunicato, ac ſi ille perſonaliter loqueretur. ad hoc ſupra eo. li. de elec. vbi periculum. §. nulli. [b] Ipſe enim loqui videtur, nuntium mittendo vel literas. ff. de cõſti. pecu. l. & licet. ADDITIO. Fa. xxvij. q. ij. lex diuinæ. in prin. palea eſt. Ioan. And.

d *Minorem.* de ipſius effectu habetur. iij. q. iiij. Engeltrudã. & ſupra de excep. à nobis. Ioan. And.

e *Non tenere.* idem in ſuſpenſione & interdicto. infra e. ſtatutum.

f *Scrupulum.* hoc dicit, quia ante iſtam conſtitutionem ſi iudex monebat in genere quòd nullus communicaret, dicebant quidam talem monitionẽ canonicam, alij contra: quod dubium hæc conſtitutio declarat.

g *In hoc caſu.* ſ. quando propter participationem vult participantes excommunicare maiori. ADDITIO. Quaſi diceret ꝙ aliàs bene poteſt fieri monitio generalis. ĩ. de offi. ordi. ſi ſacerdos. j. de Iudæ. & ſi Iudęos. in ſi. de vſu. poſt miſerabilem. vide concor. ſupra eo. tit. & lib. Romana. §. caueant. ſuper glo. pone exemplum. Ioan. And.

h *Seruatis.* ſcilicet ꝙ inferatur cauſa ſuper qua fit monitio, & quod ſint præſentes per quos poſsit probari, & quòd ſint ibi interualla ſupra eo. ſacro. & j. eo. cap.



eos qui monentur, exprimat nominatim. [a] Statuimus [b] quoque vt inter monitiones quas vt canonicè promulgetur excommunicationis ſententia, ſtatuunt iura præmitti, iudices ſiue monitionibus tribus vtantur, ſiue vna pro omnibus, [c] obſeruent aliquorum dierum competentia [d] interualla: Niſi facti neceſſitas [e] aliter ea ſuaſerit moderanda. †

Idem in eodem.

*Relaxatio ad cautelam, in generali interdicto non habet locum. h. d. Domi.*

CAPITVLVM X.

Præſenti generali declaramus [f] edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, [g] quo ad interdicti ſententias in ciuitates, caſtra, vel quælibet alia loca, ſiue terras aliquas generaliter [h]

Gloſ. ſeq. dicit primò quæ ſit nominalis monitio. ſecundò ponit opinionem quam non approbat. tertiò quærit. argu. pro, & ſoluit contrarium.

a *Nominatim.* ſcilicet propriis nominibus expreſsis, vel aliis indubitabilibus circunſtãtiis quę habeant vicem proprij nominis. ff. ſi cer. pe. l. certum ſupra de teſti. licet. ij. ſupra e. li. e. tit. c. ij. Idẽ ſi dicat, moneo filiũ Petri, cũ ille vnicũ filiũ habeat. ff. de lib. & poſtu. l. ij. & inſti. de exhęre. liberorũ. §. nominatim. ſec⁹ ſi duos haberet, quia tunc neuter eorum monitus videtur, vt ibi. Dicunt tamen quidam, [a] quòd hæc decre. locum habet quando ſingulares & nominatæ perſonæ excommunicantur, quia tunc requiritur monitio ſpecialis. ſi autem generaliter ferretur ſententia, tunc dicunt ſufficere generalem. & ſic adhuc remaneant antiqua iura. ſed tutius eſt dicere quòd hodie in genere excõmunicatio in participantes ferri non poſsit, & ſic ſit ſublatum quod dicitur ſuprà eo. quod in dubiis. in fi. Sed valebit ne monitio, ſi iudex generaliter monet omnes de collegio vel vniuerſitate? Et videtur quòd ſic, quia tantùm valet generalis monitio quo ad omnia, quantum ſpecialis quo ad quædã. ff. de admini. tu. ſi duo. in fi. & quia ſemper generalibus ſpecialia inſunt, vt. ff. de re. iur. ſemper in generalib⁹. ſed contrarium eſt verum ſecundũ Guli. hic per hanc conſtitutionem. & ſecundũ eum ſi ignorat nomina illorum de conuentu, cogat rectorem conuentus vel vniuerſitatis ad indicandum ſibi illa nomina. ff. de condi. ob tur. cau. l. iiij. §. fin. ADDITIO. Simile quod no. ſuprà eo. lib. de conc. pręb. ſi capitulo. in prin. vj. gl. Ioan. And.

*Monitio quando dicatur nominatim facta.*

*a Scilicet Hoſt. ĩ. eo. titu. & lib. ſtatuimus. quę excuſo, quia nõ vidit hanc decret. Sed Gar. etiam ſuper hoc c. dicit hãc opin. iuri conſonam, licet cõtrariã ſit ſecutor. Ioan. And.*

b *Statuimus.* ſic conſtrue, ſtatuimus quoque vt iudices ſiue monitionibus tribus vtantur ſiue vna pro omnibus, obſeruent aliquorum dierum competentia interualla inter monitiones quas iura permitti faciunt, vt ſententia excommunicationis canonicè promulgetur.

c *Vna pro omnibus.* dicit ergo iudex interdũ, monem⁹ ꝓ prima, qua finita monet ꝓ ſecunda, qua finita monet pro tertia &c. Interdũ vna monitione facit tres ſic, monem⁹ te ꝙ vſq; ad diẽ talẽ pro primo, talem pro ſecundo, talẽ pro tertio &c. Interdum vnã tantùm dat dilationẽ, vt monemus te ꝙ vſq; ad talem diem pro primo, ſecundo, & tertio peremptorio à cõmunione talis &c. & hoc vltimo caſu eſt interuallũ inter monitionẽ & ſentẽtiam. ADDITIO. Secundũ Guli. & Gar. & Arch. Sed Io. Mo. dicit ꝙ hoc non conſonat literæ. Ioan.

*Ponit tres formas trinæ monitionis.*

d *Competentia.* hoc iudex moderabitur pro perſonarum & negotij qualitate. ſupra de app. cum ſit Romana. de offi. de leg. de cauſis.

e *Neceſsitas.* vt quia partes ſunt ad rixam vel arma paratæ, nec curant monitiones epiſcopi. ff. de vſufr. l. æquiſsimum. interdum enim nec locus, nec tempus patitur plenius deliberare conſilium. ff. de exer. act. l. j. §. reſponſo. ADDITIO. Et quandoque res celeritatem deſiderat. ff. de dam. infec. l. j. Ioan. And.

Præſenti.} Breue eſt, nec eget diuiſione vel ſumma, licet multum egeret notione rationis, vt in gl. Et eſt ſciendũ quòd Guli. hic quaſi viderit integram, & Archi. poſt eum dicunt, quòd quidam aſſeruit ſe poſt appellationem excõmunicatum, & interdictum in vxorem, familiam, & terram ſuã prolatum. petiit ad cautelam abſolui ab excõmunicatione, & prædictum interdictum relaxari. Reſpondetur quòd generale interdictum in loca vel terram non relaxatur ad cautelam. Et ex hoc no. Guli. ſpeciale in vxorem & familiã relaxari poſſe, vt in gloſ. pen. Ioan. And. CASVS. Dictum fuit ſupra ca. venerabilibus. iſto tit. & lib. quòd quando quis dicit excõmunicationem contra ſe latã eſſe nullã, & petit relaxari ab excõmunicatione ad cautelã, quòd ipſe eſt audiendus. Sed ponamus ꝙ aliquis fuit interdictus, nõ autẽ excommunicatus, & dixit interdictũ nullũ, petẽdo relaxari ad cautelam, vtrum ſit audiẽdus? Reſpon. ꝙ non, quia relaxatio ad cautelã non habet locũ in interdictis, ſed ſolũ in ſententia excõmunicationis, ſed differetur relaxatio interdicti vſque ad finẽ cauſæ. No. primò quòd relaxatio ad cautelã appellatur beneficium, & ſic nõ videtur ꝙ iudex neceſsitetur ad hanc relaxationem: de quo ſuprà eo. ſolet. No. ſecundò ꝙ interdictũ dicitur generale quando refertur ad locũ generalem. vide de verb. ſign. cum in partibus. Domi.

Gloſ. ſeq. obiiciẽdo quærit, tres opiniones ponit quas reprobat, & ſoluit.

f *Declaramus.* No. quòd quidam olim contrarium dicebãt, & pro eis faciebat, quia excommunicatio & interdictũ paribus paſsib⁹ ambulare videbantur, ad hoc ſupra de app. ad hæc quoniam. ſupra eod. cũ medicinalis. ſupra eod. Romana. in prin. & c. venerabilibus. in prin. iſto e. tit. & li. j. e. ſtatutũ. & c. is cui. cum ſi. vnde ſicut excõmunicatio poteſt tolli ad cautelã, vt ſupra eo. ſolet. & c. venerabiib⁹. §. ſed & ſi. §. pen. & vlt. ſic de interdicto videbatur, imò multo magis, quia per interdictum plurimũ puniuntur non obnoxij, ſed per excommunicationem nõ ſic. ſupra eo. tit. & li. Romana. in fi. vnde potius videbatur in eo, quàm in excommunicatione ſubueniẽdum, quia etiam plures ligat, & plura bona tollit, & quia aliàs ſunt paria. j. eo. is cui. ſupra eo. c. j. Quæ ergo fuit huius iuris ratio? Reprobatis aliorum ſolutionibus, quorum quidã dixerunt, ſic placuit Greg. quæ reprobatur per hoc verbum, declaramus. Alij dixerunt hoc factum, vt magis timeretur cenſura eccleſiaſtica. Tertij, ne finis vnius negotij, alterius ſit exordiũ. C. de fruct. & lit. expen. terminato. Vide de do. & contu. c. ſinẽ. in ſi gl. ſed nunquid. cùm hæc ratione non roborentur. Dic ꝙ hoc ſtatutũ eſt propter communionis periculum in excõmunicato: ergo ad aliorum cautelam ſit hæc abſolutio, ſed in participatione interdictorũ non eſt tantum periculum, & ideo ſecus. vnde etiam interdicti tempore quędã ſacramenta miniſtrãtur, & interdum celebratur. ſupra de ſpon. non eſt vobis. de pœn. & remiſ. quod in te. ſupra eo. reſpon. & c. permittimus. j. e. quoniã. & c. vlt. Sed contra ſupra de app. ad præſentiam. vbi ad cautelam excommunicato datur abſolutio. Vnde dic ꝙ ideo aliud in excõmunicatione, quàm in interdicto, quia excommunicatio eſt mortis ęternę dãnatio, & ideo feſtinare debemus, vt mortuus & à Chriſto ſeparatus per excõmunicationem, redintegretur Chriſto per abſolutionẽ. Maioribus enim malis debet ſyncera charitas ſubuenire. 50. diſt. vt conſtitueretur. In interdicto autẽ non traditur quis ſathanæ, nec eſt ibi tantũ periculũ, & ideo nec tantũ feſtinandũ. Ea etiã ratione, quia in interdicto volunt iura vnũ pati pro reliquo, in excõmunicatione ſecus, vt ſupra dixi. Præterea excommunicatio non poteſt ſuſpendi, niſi in totum relaxetur, & ideo in ea locũ habet abſolutio ad cautelã. interdictũ poteſt ſuſpendi, & ideo nõ eſt neceſſaria relaxatio ad cautelam. ſupra de appel. ad hæc quoniam.

*† Tex. pro Inn. c. 1. de cõſti. dicẽte ꝙ ob caſus emergẽtes licet tranſgredi leges. quod dictũ allegauit Bal. l. 1. de preci. Impera. off. De. Font.*

*Relaxatio interdicti ad cautelam, quare non habet locum ſicut relaxatio excommunicationis.*

*Excommunicatio eſt mortis æternæ dãnatio.*

Gloſ. ſeq. ponit xij. caſus in quibus eſt excommunicatio nulla.

g *Ad cautelam.* quod ſit in excom. ſent. tunc quando dicitur nulla, vt ſi poſt appellationẽ legitimam. Secundò, ſi cõtinet intolerabilem errorẽ, vt ſupra eo. tit. & lib. venerabilibus. cũ ſi. Tertiò, in caſu ſupra eo. ti. & li. ſtatuim⁹. Quartò, ſi dicatur ꝙ iudex nõ erat is qui tulit ſententiã. de conſue. c. iij. de priuile. cum olim. Quintò, ſi à iudice ſuo lata eſt, ſed excõmunicato. xxiiij. q. j. audiuimus. & c. apertè. Sextò, cum quis excommunicatur à delegato cõtra delegantis intentionẽ. ſupra de præb. c. vlt. & ſupra de priuile. auctoritate. e. lib. Septimò, ſi ab intruſo, vel à iuriſdictione ſuſpenſo. xij. q. ij. c. alienationes. Octauò, ſi feratur à violante interdictũ hominis. ſupra de exceſ. præl. tanta. [b] Nonò, vbicũque prælatus ſubditum excommunicat contra priuilegij ſui tenorẽ. ſupra de priuil. cũ capella. & c. quanto. Decimò, ſecũdũ quoſdã quos ſequor, in caſu. ĩ. de exceſ. præl. cum ad quorundã. Plures ex his caſibus comprehenduntur ſub quarto. Vndecimò, ſi feratur à delegato impetrato ab excommunicato in caſu non permiſſo. ſupra eo. lib. de reſer. c. j. Et adde nouum caſum. ĩ. eo. lib. de offi. ordi. quia plerique.

*Excommunicationis ſententia in quibus caſibus dicatur nulla.*

*b Iſto ſolo notauerat Hoſt. ĩ. eo. ſolet. duos ſequentes poſuerant hic Gar. & Io. Mo. & Fran. addebat caſum ſupra eo. li. de offi. ord. Romana. in fin. Sed dic vt ibi not. Io. And.*

Gloſ. ſeq. remittit, quærit & ſoluit.

h *Generaliter.* quid ſit generale, habes ſupra de verb. ſig. cũ in partibus. Quid ſi feratur non generaliter in loca, ſed ſpecialiter in perſonam? [c] Dic ꝙ bene poterit fieri relaxatio ad cautelã, arg. à contrario iſtius literæ, quia ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta negantur ante abſolutionem, & ſic idem quod in excommunicato. ADDITIO. Idem ſcilicet quòd tũc poſsit fieri abſolutio ad cautelã, tenent Guli. Gar. Cle. Pi. Boat. Ioan. Mon. & Arch. Ad hoc ſupra eo. venerabilibus. per quam decre. hoc tenuit Innocen. ſupra de appel. ad hæc

*c Idẽ ſi generaliter, puta in vniuerſitatẽ vel collegiũ. ſecundum Fran.*

hæc quoniam. in j.gl. ſcilicet ꝙ fiebat abſolutio ad cautelã in interdicto ſicut in excõmunicatione, quod intelligit de interdicto perſonæ non loci per hanc decre. Ioan. And.

a *Non habere.* vnde ſi id fiat, non valebit relaxatio, per hanc literam. & eſt ſi ſupra de iis quæ vi metúſue cauſa fiunt. c. vnico. eo. lib. {Idem Gar. Ioan. Mona. & Archid.}

promulgatas, locum aliquatenus non habere.[a]

Idem in eodem.

*Primò excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in perſonis vel rebus ſuis vel ſuorũ, exercentes contra aliquos eccleſiaſticam cenſurã, vel exerceri facientes, vel illam ſeruantes. Secundò ibi, Eadem: pœnam prorogat ad vtentem, vel motu proprio id agentem. Tertiò ibi, Qui autem. pœnam aggrauat. h. d. Ioan. And.*

Q*Vicũque.*} Iſta decre. vt dicit Ioan. An. habuit breuiloquium dictatorem, ita quòd multa ipſius membra vix poſſunt breui' ſummari, propter quod glo. nõ ſummauit: tamẽ ipſam diuidẽdo poteſt dici vt in rubro. ADDITIO. Et dicit Franc. ꝙ quia multi prælati timebant quãdoque exercere cenſurã propter grauamina quę eis vel ſuis inferebantur, ideo edita fuit hæc cõſtitutio. Ioan. And. Dans licentiam occidendi, vel capiendi, vel grauandi excõmunicatoré, vel illum ad cuius inſtantiã fuit lata excõmunicatio, incurrit ſententiam excõmunicationis ipſo facto, niſi re integra licentiã datam reuocaret. & ſi excõmunicationẽ ipſam per duos mẽſes ſuſtinuerit, ab ea abſolui non poterit, niſi à papa. h. d. CASVS. Aliquis iudex ſecularis eo quòd perturbabat iuriſdictionẽ eccleſiaſticã, fuit excõmunicatus auctoritate iudicis eccleſiaſtici. ipſe ex hoc indignatus dedit mandatum ſub l'ris ſuis occidendi excommunicatorem, vel eum incarcerandi, vel ipſum aut parẽtes ſuos ſeu amicos grauãdi, vel illũ ad cuius inſtantiã fuit lata excommunicatio. vtrum ex datione huius præcepti incurrat aliquam pœnam? Reſpon. Rom. pont. ꝙ niſi præceptum ſuum reuocauerit re integra, ipſo ipſo facto incurrit ſententiam excõmunicationis: & ſi per duos menſes illã ſuſtinuerit, non poterit abſolui niſi à papa. & ſi proceſſum fuerit ad captionẽ bonorum, niſi reſtituerit intra octo dies, incurrit ſententiã excommunicationis. Quid de illis qui acceptant licentiam, vtrum incurrunt aliquã pœnam? Reſpon. Roma. pont. ꝙ ſic. Nam incurrunt excommunicationẽ ipſo iure: & ſi illam per duos menſes ſuſtinuerint, nõ poterunt abſolui niſi à papa. Idem ſi ſuo proprio motu volentes cõplacere excommunicato grauauerint excommunicatorem, vel illũ ad cuius inſtantiam fuerit lata excommunicatio, vel eorum conſanguineos & affines vel amicos. nam incurrunt excommunicationem: quam ſi per duos menſes ſuſtinuerint, non poterũt abſolui niſi à papa. Not. primò ꝙ licitum eſt re integra reuocare quod quis fecit. vide in reg. ꝙ ſemel. j. de re. iur. No. ſecundò quòd aliud eſt ſatisfacere pro re, aliud rẽ reſtituere. & ſic obligatus ad rem reſtituendam non adimpleret ſatisfaciendo pro illa[a]. Domi.

*† Illis ſi propter immiſſũ factum alterius aggrauentur, non cõtra aggrauãtem dicit de Anchar. agẽt, ſed contra illũ cui' occaſione grauati ſunt. alleg. Bal. in l. his rebus. ff. ſolu. matri. Bart. in l. nã. & Ser uius. ff. de negl. geſt. facit. l. quonã multa. C. ad legẽ Iul. de vi. & c. ſicut nobis. de teſti. Font.*

*a Facit. l. 4. §. prætor ait. ff. de re iudi. no in reg. peccatum. j. eo. Font.*

Gloſ. ſeq. dicit vnde orta, ſoluit dubium, & ſolutionis obſtaculum.

b *Quicunque.* oriri potuit ex facto decr. ſ. e. dilecto. & dic, quicunq; etiã epiſcopi. Nec obſtat ſupra eo. quia periculoſum: quia nõ loquitur in ſenten. excom. ADDITIO. Dicebat Guli. ꝙ vniuerſale quicunq;, ſingulos cõprehendit. ff. de inſti. l. hoc articulo. ff. de pigno. ac. l. ſi neceſſaria. §. ſi annua. de offi. præ. l. iij. ſupra de ma. & obe. ſolitæ. ad finẽ. per quod patet etiã imperatorem includi, vt dicit hic Archi. tamen vt dicit Guli ſignum vniuerſale quandoq; ponitur pro particulari. j. q. vij. ſi quis omnem. xv. q. i. mulier. Ioan. And.

c *Reges.* eſt autẽ ordinarius regis, is epiſcopus in cuius diœceſi de'inquit, vel domicilium habet[b]. xcvj. diſt. ſi Imperator. & c. duo ſunt. vbi de hoc. & ſ. de maio. & obe. omnes.

*b Idẽ Phil. adde doc. c. omnes de ma. & obe. glo 7 1. ca. Valitanimus. Font.*

d *Miniſtros.* ad clericos poteſt referri, & ſic propriè ſequitur verbum, ſuſpenſionis.

e *Suorum.* conſanguineorum vel familiarium. & ſic no. caſum in quo percutiens & mandans percuti laicum, excõmunicatus eſt. ad idem ſupra eo. lib. de elec. ſciant cuncti.[c] & de immu. eccle. quoniam.

CAPITVLVM XI.

QVicũque[b] pro eo quòd in reges,[c] prĩcipes, barones, nobiles, balliuos, vel quoſlibet miniſtros[d] eorũ, aut quoſcunq; alios excõmunicationis, ſuſpẽſionis, ſeu interdicti ſentẽtia fuerit promulgata, licentiã alicui dederint occidendi, capiẽdi, ſeu aliàs in perſonis aut bonis ſuis vel ſuorum[e] † grauandi[f] eos qui tales ſententias ꝓtulerũt, ſiue quorum ſint occaſione[g] prælatæ, vel eaſdem ſententias obſeruantes, ſeu taliter excõmunicatis communicare nolentes (niſi licentiam ipſam re integra[h] reuocauerint: vel ſi ad bonorũ captionẽ occaſione ipſius licentiæ ſit ꝓceſſum, niſi bona ipſa fuerint intra octo dierũ[i] ſpatiũ reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impẽſa[k]) eoipſo ſententiã excõmunicationis incurrant.[l] Eadem[m] quoque ſentẽtia ſint innodati omnes qui auſi fuerint prędicta licentia data vti,[n] vel aliquod præmiſſorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, aliàs[o] cõmittere ſuo motu. Qui autẽ in eadem ſententia permanſerint duorum menſium ſpatio, extunc ab ea nõ poſsint niſi per ſedem apoſtolicam abſolutionis beneficium obtinere.[p]

f *Grauandi.* puta ne quis emat ab eis, vel eis vendat, vel his ſimilia. concord. ſupra de priuile. quanto. de immu. eccle. c. vlt. eo. lib.

g *Occaſione.* quorum intereſt principaliter defendere ſententias ipſas in iudiciis ſ. e. tit. & lib. venerabilibus. §. ij. in fi.

*c Vide quæ ego ibi notaui ad pñ ci. text. & ratio eſt, quia ſit occaſione clericorũ illa percuſſio. de Ancha. Font.*

h *Re integra.* litera ſequens contradicit iſti, vbi dicitur ꝙ licet res non ſit integra, intra octo dies poteſt fieri emendatio. poteſt dici quòd hoc locum habet in iniuria perſonali, illud in reali, vt in prima ſtatim ſit excommunicatus, in ſecunda tunc quãdo intra octo dies non reſtituerit. {Idẽ Arch. & hoc videtur voluiſſe Guli. qui dicit rẽ integram hic dici priuſquã ad grauandum perſonas ꝓceſſit ſic. Sed Gar. & Io. Mo. exponũt re integra. i. iniuria nondum illata in pſona vel reb'.} Vel dic ꝙ id quod ſequitur, reſpicit tempora iſtius cõſtitutiõis: vt ſi tpe iſtius conſtitutionis ꝓtextu illius licẽtiæ aliqua erãt occupata, niſi intra octo dies reddãtur, habeat locum pœna. & eſt ſi. ſ. de re. eccle. non alie. hoc conſultiſſimo. §. laici. vbi in compulſionibus iam factis datur tempus ad reuocandũ, in faciendis ipſo facto imponitur pœna. primum verius.

*Obijcit & dupliciter ſoluit.*

i *Octo dierum.* ſimilis dilatio temporis. ſupra de excep. pia. & ſupra eo. tit. & lib. ſolet.

k *Impenſa.* ſcilicet cum res non extat, vel placet læſo. Si. ſ. eo. lib. de vſu. quanquam. ff. omnino. l. iij. §. j.

l *Incurrant.* & ſi prius excommunicati erant, modò duplici funiculo ſunt ligati: quod eſſe poteſt, vt no. iij. q. iiij. Engeltrudam. ſupra de Iudæ. ita quorundam.

m *Eadem.* ſcilicet maioris excommunicationis.

n *Vti.* & ſic mandans & mandatarius eadẽ pœna puniũtur. ſic. ff. de vi & vi ar. l. i. §. quoties. nec excuſat hic iuſſus maioris, quod dic vt dixi j. de reg. iu. quod quis. ff. ad legẽ Aquil. liber homo. ij.

*Mandans & mãdatarius pari pœna puniuntur.*

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit.

o *Aliàs.* id eſt præter aliquam licentiam. Sed nunquid ille tunc ratum habens excommunicatus erit? Diſtingue vt j. e. cum quis.

Gloſ. ſeq. dat ſimile.

p *Obtinere.* ſi. in incẽdiariis eccleſiarum, qui ex quo denuntiati fuerunt, non poſſunt abſolui ab alio quàm à papa. ſ. eo. tua, & ſi papa hoc non expreſsiſſet, perpetuò potuiſſet ordinarius ipſum abſoluere, vt ſupra eo. nuper.

S*I iudex.*} Hic incipiunt conſtitutiones Bonifa. & iſta prima eſt expediens & vtilis valde, & ſæpiſsime practicatur. Et diuiditur in duas partes. Prima dicit quòd ad iudicẽ eccleſiaſticum pertinet cognoſcere (tamen parte vocata) de clericatu quem allegat captus per iudicem laicũ: & cauſam reddit. Secũda pars ibi, Et ſi notorium. ſubdiuiditur in tres. Primò ponit tres caſus quibus ante cognitionem ſit remiſſio. Secundò ibi, Idem. addit quartum. quem probat triplici argumento legali. Tertiò ibi, non ſic. ponit quintũ quo non ſit remiſsio ante cognitionẽ, iudex tamen laicus interim nõ procedit. Et declarat decre. iſta ea quæ notant Inno. & Hoſt. ſupra eo. vt famę. Ioan. And. CASVS. Aliquis Titius erat ſuſpectus vel diffamatus de aliquo delicto. propter illam ſuſpicionem fuit per iudicẽ ſecularem captus & incarceratus. poſtea cũ iudex ſecularis vellet de crimine cognoſcere, & cõtra eũ procedere, ipſe excipiendo propoſuit ꝙ clericus, & ꝙ cognitio illius criminis ſpectabat ad iudicem eccleſiaſticum: quare petebat remitti ad iudicem eccleſiaſticum. vel fortè non petebat, ſed iudex eccleſiaſticus illum requiſiuit. iudex verò ſecularis noluit eũ remittere, ſed dicebat quòd ipſe non erat clericus. Ex iſto themate oriuntur tria dubia. Primum dubium eſt, ad quem ſpectat cognitio huiuſmodi cauſæ, vtrũ ipſe criminoſus ſit clericus vel non, hoc eſt vtrũ

iudex



iudex eccleſiaſticus cognoſcit de iſta cauſa, vel ipſe iudex ſecularis? Secundò quæritur, ſuppoſito quòd cognitio huiuſmodi cauſæ ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum: an remaneat iſte ſub cuſtodia iudicis ſecularis, vel ſit remittẽdus ad iudicem eccleſiaſticum? Tertiò quæritur, ſuppoſito quòd iſte debeat remanere apud vnum iſtorum iudicũ: an debeat iudex ſecularis procedere ad deciſionem cauſæ? Ad primam quæſtionẽ reſpõdetur quòd cũ in caſu iſto agitur de re ſpiritali, iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de iſta cauſa: nec ſiet probatio coram iudice ſeculari. Ad ſecundam quæſtionẽ reſpondetur: aut iſte detentus per iudicẽ laicũ reputatur clericus communi fama & æſtimatione vulgi: & pro clerico ſe gerebat ante captionem. & in iſto caſu ſiet remiſsio ad iudicem eccleſiaſticum. & ſi poſtea appareat quòd ſit laicus, iudex eccleſiaſticus illum remittet ad iudicem ſecularem. Si autem cõmuni fama non reputabatur clericus ante captionẽ, quia non incedebat in habitu clericali: tunc remanebit in carceribus iudicis ſecularis. Sed vtrum pendente iſta cognitione ſit clericus vel non, vtrum iudex poterit procedere ad cognitionem cauſæ principalis? Reſpondet quòd illa quæſtio eſt præiudicialis: & faciet ſopire quæſtionem principalem. Cognitio dubitationis an ſit clericus vel non, pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, vocato tamen iudice ſeculari, & illo cuius intereſt: quia fortè fuit captus ad inſtantiã partis. Et cauſa quare iſti ſunt vocandi, eſt iſta: quia fortè iudex eccleſiaſticus pronuntiaret iſtum clericum, & fortè eſſet clericus qui eſſet degradatus, qui non deberet gaudere priuilegio clericali. vel fuit goliardus, & fuit priuatus priuilegio clericali: ideo iſti quorum intereſt, ſunt vocandi quãdo cognoſcitur an iſte ſit clericus vel non. {Veſtes.} non dicit veſtem in ſingulari: quia in veſtibus interioribus nõ debet habere habitum difformem: ideo iura loquentia de iſta materia, loquuntur ſemper in numero plurali. No. primò quòd iudex ſecularis ſine metu excommunicationis poteſt capere clericum in delicto deprehenſum: licet textus hoc nõ dicat. Sed vtrum iſtud verum ſit etiam ſine licentia iudicis eccleſiaſtici? Doctores dicunt quòd ſi iudex ſecularis videat quòd clericus criminoſus non ſit in periculo recedendi, & poſsit habere licentiam à iudice eccleſiaſtico, non debet talem clericũ capere authoritate ſua propria: aliàs incurreret excommunicationẽ. Sed ſi videt quòd periculum ſit in mora, & quòd talis fugeret, & ſic crimen remaneret impunitũ: poteſt talẽ clericum capere abſque metu excommunicationis: non tamen ad finem retinendi, & illum clericũ puniendi de crimine: ſed ad finem ipſum remittendi ſuo iudici eccleſiaſtico. Et quanuis iura dicant quòd quãdo quis temerè iniecit manus violentas in clericum, incurrit ſententiã excommunicationis: tamẽ in hoc caſu nõ facit temerè, nec incurrit excõmunicationem. Nota ꝙ quando clericus criminoſus fuit captus per iudicẽ ſecularem, & petitur remitti ad iudicem eccleſiaſticum, debet remitti iudici eccleſiaſtico. & quæſtio vtrum talis ſit clericus, vel non, pertinet ad iudicẽ eccleſiaſticum. l. omni innouatione ceſſante. C. de ſacroſan. eccl. vbi dicitur quòd ſi corã iudice ſeculari emergat aliqua quæſtio ſpiritalis: & debet fieri remiſsio ad iudicẽ eccleſiaſticum. Nota quòd pendente quæſtione iſta an ſit clericus vel laicus, non debet iſte remanere ſub cuſtodia iudicis ſecularis, ſed eccleſiaſtici, ſi ante deprehẽſionẽ reputabatur clericus. Item nota quòd ſi ante captionem gerebat ſe pro laico, non debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum donec ſit cognitum an ſit clericus. Nota quòd licet captus ante captionem gerebat ſe pro laico: tamen quæſtio an ſit clericus vel nõ, eſt queſtio ꝓiudicialis: & facit dormire & quieſcere cauſam principalẽ.

*Iudex ſecularis ſine metu excõmunicationis poteſt clericũ capere in delicto flagranti.*

*Clericatus quæſtio pertinet ad iudicem eccleſiaſticũ.*

Bonifacius octauus.

*Si malefactor captus à iudice laico dicit ſe clericum: huius rei cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat. Et ſi notoriè vel publica fama vel communi æſtimatione habetur pro clerico: ſtatim ſit remiſsio. Idem ſi prius ſe gerebat pro clerico, & modo deprehenſus fuit in habitu clericali. Si autem prius ſe gerebat pro laico, licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit, non ſiet remiſsio, donec fuerit de clericatu probatum: ſed interim contra eum iudex in nullo procedet. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM XII.

SI iudex laicus malefactorem captum detineat, & is ſe clericum dicens ad curiam eccleſiaſticam petat remitti, vel curia ipſa eum tanquam ſuum clericum repetat[a], iudice[b] illum inficiante clericum, ac ob hoc minimè remittendum: dubitationis huiuſmodi, an ſcilicet ſit qui repetitur, clericus, ad iudicem eccleſiaſticum[c] (quia de re eccleſiaſtica & ſpiritali[d], vocato tamen iudice ſeculari vel alio cuius intereſt[e]) cognitio pertinebit. Et ſi notorium[f] fuerit quòd idem malefactor ſit clericus qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat[g], ſtatim abſque alia cognitione, vel[h] fama publica de hoc extiterit, aut[i] ipſe pro clerico communiter habebatur[k]: incontinenti etiam ante cognitionem[l] de clericatu, eccleſiaſticæ curiæ debet reddi. Idem eſſe cenſemus ſi reus ipſe ante deprehenſionem pro laico publicè ſe non gerens, deprehenſus fuit in habitu clericali, tonſuram videlicet & veſtes deferens clericales[m]. nam talem habemus clericum (donec conſtet de contrario) reputare[n]: Sicut de illo qui in poſſeſsione ingenuitatis exiſtit: ſi dicatur ab alio libertinus, legalis[o] ſanxit autoritas, vt probandi neceſsitate non ipſe, ſed aduerſarius adſtringatur. Iuſtum eſt enim vt ipſe talis quem geſtat ex habitu (quouſque appareat aliud) præſumatur, qualis is eſſe cuius fert habitum, comproba-

Gloſ. ſeq. inducit tria ſimilia.

a *Repetat.* ſic & ciuitas repetit ſuum ciuem. ff. de rei ven. l. j. §. j. ff. ad mini. l. de iure. ſic & petit ſuo ciui iuſtitiam fieri, & violẽter ablata reſtitui. xxiij. q. ij. dominus. ſic & pater repetit filium. quod dic vt ſupra de conuer. in ſi. ca. vlt. ſic & miles armatæ militiæ per magiſtrum militum in ciuilib' & criminalibus iudicatur. Co. de iuriſdi. om. iu. l. magiſteriæ. ſic & clerici coram ſuo iudice. ſ. de iud. at ſi clerici. Io. And.

b *Iudice.* ſeculari qui malefactorẽ detinet.

c *Eccleſiaſticũ.* vide quod eſt j. cognitio pertinebit. in textu.

d *Spiritali.* de qua nec prĩcipaliter nec incidenter habet ſecularis iudex ſe intromittere. ſupra de ordi. cog. tuam. qui ſi. ſint legi. per venerabilem. & ca. lator. cum ſimilibus.

e *Intereſt.* puta aduerſario qui illũ fecit detineri: & pro maleficio fecit puniri: & ſic ij ſunt vocandi quorum intereſt. ſic ſuprà de maio. & obedien. inter quatuor. C. de euic. emptor fundi. Et. ff. de re iudi. de vnoquoque. & ſupra de emp. & ven. cap. ſi. ſi autem non eſt aduerſarius, puta quia iudex procedit ex officio, citabitur iudex: vt ſupra dicit. & concor. ſupra eod. titu. & lib. venerabilibus. §. ij.

f *Notorium.* facti ſcilicet, quòd nulla poſsit tergiuerſatione celari. ſ. de cohab. cle. & mul. veſtra. quia notoriè cognoſcitur pro clerico, vt archidiaconus, vel archipresbyter, vel presbyter Bon. vel his ſimiles. vel ſi eſt notoriũ iuris. ad idẽ ſupra de verb. ſign. cùm olim.

g *Debeat.* hoc ideo dicit, quia ſi eſſet clericus buſo vel goliardus, & geſtaſſet artem illam per annum, vel tertiò monitus nõ deſtitiſſet: vel eſſet clericus vxoratus non incidẽs in habitu, vel eſſet bigamus[a], vel degradatus, talis non remittereur, quia priuilegio nõ gaudet: vt ſupra eo. lib. de vita & honeſta. cleri. c. vnico. Adde quod habes in cle. j. e. tit. de cle. coniug. c. j. de biga. c. vnico. de pœn. c. ij. in fin. ADDITIO. Idem Archi. hic. vide quod ſcripſi ſupra eo. tit. perpendim'. & c. contingit. ij. ſuper gl. & per hoc ſine diſtinctionũ prolixitate videre potes caſus quibus clericus perdit priuilegiũ clericale. Ioan. And.

*a Saluo quod nota ſupra eo. li. de biga. ca. vno. in glo. vere. Ioã. And.*

h *Vel.* repete, ſi. & dicas, vel ſi fama &c.

i *Aut.* repete iterum præfatam coniunctionem, ſi.

k *Habebatur.* ſic. ff. ad Maced. l. iij. ff. de offi. præto. Barbarius. ſuprà de iure patro. conſultationibus.

l *Cognitionem.* ſ. cùm eſt fama vel communis exiſtimatio: quia ſi eſt notorium, ibi nõ eſt neceſſaria cognitio. ADDITIO. Vnde ſupra dixit, abſq; alia cognitione. hic dicit, ante cognitionem. Ioan. And.

m *Clericales.* ſuprà de vita & honeſt. cleri. vt clericorum. & cap. clerici.

n *Reputare.* vt in quo ſtatu reperitur, in eo iudicetur pro præſenti: licet poſſet inquiri de alio ſtatu ff. de iniur. item apud. §. ſi quis virgines. & j. in ſi. ADDITIO. Archid. alleg. xxv. diſt. qualis. xxiiij. q. ij. nec quiſquam. & ſuprà eo. in præſentia. Ioan And.

o *Legalis.* C. de lib. cau. ea quæ. ff. de lib. cau. liberis. §. ſi. & l. cum neceſsitas. ff. de proba. l. circa.

Sextus. AA iiij Com-

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Comprobatur.* hoc vult dicere: hi qui portant talem habitum, ſolent clerici eſſe. vnde iſte putetur clericus, ſicut habitus demonſtrat: vt qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt &c. ſupra de ſtatu. mona. recolentes.

b *Ex ſtigmate.* idem verbum habes. xxxiij. q. ij. hoc ipſum.

*Fabricenſis quis dicatur.*

c *Agnoſcitur.* hoc habes. C. de fabri. l. ſtigmata. li. xj. Et dicitur Fabricēſis qui publica arma facit: & in publicis fabricis, & nō alibi: & dat primicerio qui reponat in publicis armamentis. Et eſt ſtigma inſtrumentum quo eorum brachia figurabantur, cui erat impreſſum nomen Imperatoris: facies verò nō figurabantur, C. de pœn. ſi quis. & eſt ſi. huic. ſ. de crimi. fal, ad audictiā. ADDITIO. Dicit Archid. quòd ſtigma eſt coctura igneorum vulnerū. Dicunt deriuatores ꝙ eſt ſignum, character, cicatrix, coctura, inuſtio, quæ fit calido ferro. ad Galat. vj. Stigmata domini mei Ieſu in corpore meo porto. Ioan. And.

*Stigma quid ſignificat.*

*† Ex iſto ver. not. ꝙ præiudiciali quæſtiōe pendente, principaliter mota quieſcit. c. tuā. de ordi. cogn. l. præſes. C. ad leg. Fabiam de plag. nec interim laicus clerici relaxabit. Inno. ca. vt famæ. de Auch. Fēt.*

tur[a]. Ex ſtigmate[b] namque conſueto Fabricenſibus imprimi, latitans Fabricenſis agnoſcitur[c]. Et cuſtodes aquarum (quos hydrophylacas nominant) quæ eis inſigi ſolet annotatione ſignati[d], manifeſti ſunt omnibus, & angariarum nomine non tenentur. Iſque ſtatus alicuius eſſe videtur, in quo ipſe deprehenditur, donec contrarium doceatur †. Non ſic autē volumus obſeruari, ſi ante deprehēſionem pro laico publicè ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quanuis deprehēſionis tempore repertus fuerit in habitu clericali[e]: tunc enim reſtituēdus nō eſt quouſque fidem de titulo fecerit[f] clericali, cuius eidem probationis onus incūbat propter præſumptionem[g] quæ aduerſus ipſum orta eſt ex dilatione laicalis habitus præceden-

*Hydrophylaces qui dicantur.*

d *Signati.* Co. de aquedu. l. decernim^9. ad ſi. & ānotatio eſt: quia ſingulis manibus eorum imprimitur nomen Imperatoris. Hydrophylaces autem dicuntur ab hydria quod eſt vas vbi aqua deſertur. vel hydor, aqua. philattiy, id eſt cuſtodire. inde hydrophylaces, id eſt, cuſtodes aquarum. & eſt ſi. quod de gazophylacio dicitur ſupra de proba. cap. j.

*Mora vltima nocet.*

e *Clericali.* multo ergo fortius ſi etiam deprehenſus ſit in habitu laicali. & hoc denotat quod dicit, quauis &c. & ſicet dicamus quòd vltima mora nocet. ff. de peric. & commo. rei ven. l. illud. hæc vltima poſſeſsio non releuat in hoc quòd fiat remiſsio. ADDITIO. Dicit Ioan. Mona. quòd eſt ratio digna not. quia hic plura faciebant contra ipſum quàm pro ipſo: vt patet in textu: & ideo à pluribꝰ denominabitur, etiā ſecundum illud iudicabitur. vt not. infra titu. proxi. cap. vlti. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. primò ſignat contrarium, & ſoluit. ſecūdò quærit opponendo: & dupliciter ſoluit.

f *Fecerit.* coram iudice eccleſiaſtico. {Idem Ioan. Mon. & Archid.} vt ſupra j. reſpon. & ſic continentia cauſæ diuidetur, contra id ſupra de ſequeſtra. ca. j. & eſt ideo: quia natura cauſæ requirit alium iudicē. de ordi. cog. tuam. qui ſi. ſint le. lator. cum ſi. Sed detentus in ſeculari curia quomodo litigabit coram eccleſiaſtico? Dic quòd fortè relaxabitur datis fideiuſſoribus: ſed non propter hoc remittetur. j. co. ſi clericos. in fin. vel litigabit per procuratorem. natura enim facti hoc habet, quod interdum per alium quis proſequatur cauſam. ſupra de iud. mulieres. de ſta. regu. ca. vnico. ff. de cuſto. reo. l. diuus. hanc autem fidem faciet per publicum inſtrumentum ordinationis ſuæ. ij. q. j. legum. per teſtes poterit etiam hoc probare. ſuprà de cle. peregri. tuę. ADDITIO. Idē Archidia. vide quod dixi in regula, non licet. j. de regu. iur. Ioan. And.

g *Præſumptionem.* Nota quando præſumptio eſt, non ſufficit poſſeſsio, niſi fiat fides de titulo. & concor. ſupra eo. lib. de præſcri. c. j.

h *Interim.* id eſt pendēte probatione de titulo clericali. eſt enim hoc præiudiciale, de quo primitus debet cognoſci: vt ſciatur an vt clericus ab eccleſiaſtico, vel vt laicus à laico puniri debeat. & eſt ſi. Co. de ordi. cog. l. vlti. iij. q. xj. in fine. Ioan. And.

i *Proceſſus.* ergo non ſolùm iudicare prohibetur, ſed etiam procedere. ad idem ſupra eo. lib. de hære. c. vt inquiſitionis. §. penult.

STatutum.} Duo facit. Primò ponit conſtitutionem prorogantem: cui ſecundò decretum adiicit: ibi, decernētes. ADDITIO. Vide quā difficilè eſt prouidere malitiis. quia faciles erant iudices excōmunicare cū participibus, emanauit decret. ſtatuimus. quæ vetuit participantes excommunicari maiori, niſi monitione præmiſſa. Faciebāt iudices fraudem faciendo monitionem generalem: & contra hos prouidit Greg. in ca. conſtitutionem. Sed demum iudices qui excommunicare non poterant participantes, niſi nominatim monitos: ſine monitione dicebant, excommunico talem, & ſuſpēdo à diuinis omnes ſibi participantes: vel faciebāt generalem monitionem de non participando ſub pœna ſuſpenſionis vel interdicti. Ioan. An. CASVS. Dictum fuit ſupra in ca. ſtatuimus. e. tit. quòd iudex nō poteſt excommunicare participātes cū excōmunicatis à ſe maiori excommunicatione, niſi præceſſerit canonica monitio. Sed nūquid ſine canonica monitione poteſt ſuſpēdere vel interdicere participātes cū excommunicatis à ſe maiori excommunicatione? Reſpōdet quòd non: quia idē eſt dicēdum in iſtis duabus ſententiis ſicut dictū fuit in ſententia excōmunicationis: videlicet vt non poſsit iudex ſuſpendere vel interdicere participātes cum excommunicatis, niſi præmiſſa monitione canonica.

*Malitiis hominū prouidere eſt multū difficile.*

ti. Contra eum tamen interim[h] quiuis proceſſus[i] iudicis penitus conquieſcat.

Idem.

*Non tenet ſuſpenſio vel interdictum lata in participantes nō præmiſſa monitione canonica. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM XIII.

STatutum Gregorij[k] Papæ decimi factum ad declarationem cōſtitutionis Innocentianæ[l] quæ prohibet participātes excommunicatis ea participatione quę ſolùm minorem inducit[m], maiore excommunicatione ligari monitione canonica[n] non præmiſſa: in ſuſpēſionis & interdicti ſententiis (quæ pro huiuſmodi participatione plerūque ab ordinariis vel delegatis † iudicibus promulgātur) pręcipimus inuiolabiliter obſeruari †: Decernentes eaſdē ſententias non tenere aliter[o] promulgatas.

*Not. primò quòd iudices delegati poſſunt proferre ſententiam interdicti. No. ſecūdò arg. ꝙ delegati poſsūt interdicere & ſuſpendere vel excōmunicare participātes cum excōmunicatis ab eis. de quo fuit dictū ſupra e. ſtatuim^9. Domi.*

*† No. quòd delegati poſſunt excommunicare participātes, interdicere: quam quā hoc in interdicto gationum exprimatur, ſecundū doct. vt de not. ſ. e. ſtatuimus. Font.*

k *Gregorij.* ſupra eo. tit. & lib. conſtitutionem.

l *Innocentianæ.* ſupra eo. tit. ſtatuimus. iſto met lib.

m *Inducit.* dic vt dixi ſupra eo. conſtitutionem.

n *Canonica.* quod dic vt ſupra eo. conſtitutionem.

o *Aliter.* ſcilicet non præmiſſa canonica monitione & nominatim. parificata igitur ſunt in hoc excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. ad idem. j. eo. is cui. in fin. & concor. ſupra eo. tit. c. j. §. hæc eadem.

LIcet.} Primò obiectioni reſpondet. Secundò quæſtionem ſoluit: ibi, Excommunicatus. Emanauit ad declarationem eorum quæ not. Ioan. Tan. Ber. & moderni. ſupra de app. ſæpe. ADDITIO. Dicit hic Ioan. Mo. quòd Inn. ibi vacillabat. Ioan. And. CASVS. Pone quòd fui conuentus corā iudice eccleſiaſtico, coram quo propoſui aliquā exceptionem declinatoriam: fortè quòd erat conſanguineus aduerſarij mei: vel aliquam exceptionem dilatoriam propoſui. Iudex noluit admittere iſtam exceptionem: ſed pronuntiauit quòd ea non obſtante procederet in principali: vnde appellaui in ſcriptis, legitime expreſſa cauſa rationabili in mea appellatione: & ſibi petij cum debita inſtantia vt mihi daret apoſtolos: qui iudex dedit mihi apoſtolos refutatorios aſsignando mihi terminum ad procedendū coram ipſo in principali: quia die adueniente non cōparui: ideo tanquā contumacem me excōmunicauit. certum eſt, ꝙ ſi cauſa inſerta in mea appellatione ſit vera, non ſum excōmunicatus. Accidit ꝙ non fui proſecutus meā appellationē: ſed ipſa mea appellatio fuit deſerta: quid debeo facere? Certè debeo redire ad excommunicatorē ad procedendū in principali. Sed ponamus ꝙ cauſa inſerta in appellatione mea propter quā appellaui, erat vera: & nō fui proſecutus meā appellationem. licet cauſa quare appellaui, ſit vera, tamen ꝓſumitur falſa, ex quo non ſum proſecutus meam appellationē: vt eſt veriſimile ꝙ cauſa iſta eſt falſa: & iudex debet me (hoc nō obſtante) publicare excōmunicatū. Sed nūquid in deſertione appellationis potero probare ꝙ excōmunicatio eſt nulla, quia appellaui ex cauſa legitima? Certè ſic: non tamen coram iudice ad quem appellaui, ſed corā iudice à quo. ſed interim me publicabit excommunicatū, niſi petam beneficium abſolutionis ad cautelam. Nota ex hoc, quòd quantumcunque quis appellauerit à ſententia interlocutoria iudicis inſerta cauſa rationabili in appellatione, videlicet tali quæ ſi eſſet vera, deberet legitima interpretari: propter hoc non eſt ſuſpenſa iuriſdictio iudicis à quo: ſed ea appellatione non obſtante poterit

*† Si tamen iudices procedant contra iſtos aliter quàm per cenſuras: tex. nō procedit, ſecundum doct. poſt Ioan. And. quia ſuper ſunt alia remedia. Font.*

*Appellatio ab interlocutoria, nō ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo.*



poterit in principali negotio procedere. No. inſuper principalem effectū ad quem emanauit præſens cap. videlicet ꝙ ſi appellans per negligentiā ſuam non proſequatur appellationem, ſed appellatio efficiatur deſerta: non propter hoc conualeſcit excōmunicatio cōtra eū lata poſt appellationē legitimam: tamē eſt præſumptio de falſitate cauſæ appellationis.

*Excommunicatio nō conualeſcit per deſertionem appellationis.*

Gloſ. ſeq. recit. per quæſti. & ſolutionē.

a *Excōmunicationis.* licet de excōmunicatione exprimat, idem puto {Idē Archi.} de ſentētia ſuſpenſionis & interdicti, cū eadē ſit ratio. ad hoc ſupra c. ꝓxi. & ſupra eo. ca. j. & j. e. is cui. in ſi. & ſ. de app. ad hæc quoniā. & idem in qualibet ſententia quæ nulla eſt ipſo iure: ita ꝙ non eſſet neceſſe appellare. ſ. eo. li. de re iudi. c. vlt. quia tunc ſi condemnatus appellaret & nō proſequeretur, non propter hoc cōualeſceret ſententia eadē ratione. quod dico verū: niſi talis eſſet caſus quo ratificaretur per appellationē ſententia nulla: vt lata cum falſo procuratore. ff. rem ra. ha. l. iij. §. falſus. de quo vide ſupra de re iudi. c. j.

b *Legitimam.* ſi cauſa fuit vera, ex quo fuit legitima, ſententia eſt nulla. ſupra eo. per tuas. ſed niſi prius appareat de eius veritate, non poterit denuntiari nulla: licet tunc poſſet fieri abſolutio ad cautelam. ſupra eod. titu. & lib. venerabilibus. §. ſed ſi ex cauſa. & §. vlti. ſi ergo fuit nulla: ſolo tractu temporis non potuit conualeſcere. ſupra eodem lib. de deſpon. impu. cap. vnico. & infra de regu. iur. non firmatur. cum ſuis concord.

Gloſ. ſeq. obiicit & ſoluit.

c *Conualeſcat.* contra. ff. de his qui not. infa. l. furti. vbi retro notatur infamia cōdemnatus de furto, qui appellationē non proſequitur. ſic videtur retro debere cenſeri excommunicatus ex quo appellationem non proſequitur. Sed nō obſtat, quia lex illa loquitur de appellatione emiſſa poſt ſententiam ab ipſa ſententia: hic de appellatione emiſſa ante ſententiā. vnde ibi appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ iam latæ. ſuprà de iureiuran. venientes. hic ante ſententiam iuriſdictionem ſuſpendit. vnde ſententia poſtea lata, non tenet propter iuriſdictionis defectum. ADDITIO. Idem Archi. qui alleg. ſupra de conſue. ad noſtram. & C. ſi à non compe. per totum. Ioan. And.

*Infamia retro notatur ille qui, appellationem interiectam nō proſequitur.*

d *Expreſsè.* interdum enim fertur ſententia excommunicationis in perſonam incertam. v. q. j. quidam. ſ. de offi. ordi. ſi ſacerdos.

*Excommunicatio aliquādo fertur in perſonā incertam.*

e *Ab homine.* de quo dic vt no. ſ. de appel. cum ſit Romana. Ioan. And.

Glo. ſeq. arguit negatiuè, ponit opi. contrariam quā coadiuuat, & coadiuuationi reſpondet.

f *Nuntiari.* No. non ſequitur, iſte denuntiatus eſt excōmunicatus: ergo excommunicatus eſt. hic enim denūtiatur qui fortè excōmunicatus nō eſt. & facit ad quæſt. de qua dixi. ſ. e. lib. de excep. pia. Sed nunquid ad repellendū actorē ſufficiat probari denūtiationē excōmunicationis? Videtur enim ꝙ non, per hunc textum, & per rationē dictam ſuperius: cū illa decr. pia. dicat id probari debere apertiſsimis documentis. Hoſt. tamen no. contrarium. & ibi Arch. vt ibi dixi. & ꝓ parte illa facit hæc decret. nam hic per talē denuntiationem vitatur a iudicialibus, & extraiudicialibus & legitimis actibus: vt ſequitur: licet fortè excōmunicatus nō ſit, vt prædixi. ſic dicā ꝙ ex quo de denuntiatione non dubitatur, vitatur & repellitur ab agendo, donec oſtendat ſe abſolutū, vel ſententiā nullam. ſed ſi volumus tenere primū: huic reſpondetur quòd hic non ſolum de denuntiatione, ſed etiā de ſententia excommunicationis conſtabat.

*Denuntiatio excommunicationis non reddit quem excommunicatum.*

g *Legitimam.* id eſt, ex legitima & vera cauſa interpoſitam, vt ſuperius dixi. ADDITIO. Hæc gloſſella procedit in appellatione interpoſita ante ſententiam. Ioan. And.

Idem.

*Per negligentiam non proſequentis debito tempore appellationem, excommunicatio poſt eam lata non conualeſcit: ſed poterit tunc denuntiari, & debebit vitari donec de ſententiæ nullitate docuerit. hoc dicit, Ioan. And.*

CAPITVLVM XIIII.

LIcet excōmunicationis[a] ſententia poſt appellationem legitimam[b] promulgata, per negligentiam appellantis appellationem ſuam minimè proſequentis non ratificetur nec etiam cōualeſcat[c]: Excommunicatus tamen nominatim vel ſpecialiter & expreſsè[d] qui poſt appellationem legitimam excōmunicationis ſententiam aſſerit in ſe latam: ſi appellationem eandem intra tempus ad ipſam proſequendam ab homine[e] vel à iure ſtatutum non fuerit (vt debuit) proſecutus, lapſo eodem tempore excommunicatus publicè nuntiari[f], & nedum in iudicialibus, ſed etiā in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibꝰ remoueri debebit, quouſque quòd poſt appellationem legitimā[g] excōmunicatus fuerit, vel aliàs[h] de ipſius ſententiæ docuerit[i] nullitate.

Idem.

*Prælatus capi faciens & includens etiā per laicos clericum nondum incorrigibilē, excommunicatus non eſt: nec etiam ipſi capientes. Secundò dicitur, ſi talis dat fideiuſſores de parendo iuri, detineri non debet: niſi iuſta cauſa id ſuadeat. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM XV.

SI clericos tuæ iuriſdictioni ſubiectos[k] propter cōmiſſos exceſſus etiā ꝑ laicos capi

h *Aliàs.* tolle exempla quæ dixi ſ. eo. tit. & lib. præſenti.

Gloſ. ſeq. recit. per contrarium, quod dupliciter ſoluit.

i *Docuerit.* poteſt exponi, id eſt, docere cœperit[a]: quia pendēte probationis articulo, ab extraiudicialibus & legitimis actibus non repellitur: & ſic ceſſabit contrarium decr. ſ. eo. tit. & lib. ſolet. in ſi. Vel dic illud habere locum in eo qui debito tempore appellationem proſequitur: iſtud in eo qui proſequi neglexerit: vnde in pœnā euitabitur ab extraiudicialibus, donec docuerit &c. & ſic ſtabit propriè hoc verbū. ADDITIO. Idem Archi. qui etiam dicebat ꝙ pro denuntiatione iudicis prima facie pręſumitur. de renunt. in præſentia. de ele. bonæ. ver. & ꝓ his. licet per illam amplius non ligetur de app. paſtoralis. in ſi. Ioan. And.

*a Ad hoc qui ma. ac. co. poſ. inſuper. & quod ibi no. in ij. gl. Ioan. And.*

SI clericos.} Sunt duæ partes. Secunda ibi, Eoſdem. Prima facit tria. ſoluit dubiū, quod dupliciter fortificat: ibi, Etiam per. & ibi, Licet cauſam reddit: ibi, Cùm in his. Secunda dat regulam à qua duos caſus excipit ibi, Niſi. ADDITIO. Et not. quòd dicit clericos in genere, non diſtinguendo an ſint vel non ſint in ſacris: in modo tamen capiendi & detinendi debet in his haberi diſtinctio. xlv. diſtinct. cum beatus. Ioannes Andr. Et corrigit prima pars quæ notat Ber. ſupra eo. vniuerſitatis. in vlt. gloſ. & capi. vt famæ. & declarat quod ibi notant moderni. Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum quod habetur in cap. at ſi clerici. de iudi. in antiquis. videlicet quòd punitio clericorum ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum & non ſecularem. Eſt præſupponendum quòd iudex eccleſiaſticus nō debet clericum detinere in vinculis. CASVS. Eſt aliquis clericus qui eſt ſuſpectus de delicto, non tamen eſt incorrigibilis, iudex eccleſiaſticus videns quòd non poteſt eum capere propter potentiam ipſius clerici ſuſpecti, vel fortè quia nō habet captionem extra ſepta domus epiſcopalis, mandauit iudici ſeculari vt talem clericum caperet, & retineret in carceribus. quod fecit ipſe iudex ſecularis. vtrum capiens & etiam epiſcopus mandans, & executores mandati ſint excōmunicati? videtur quòd ſic: quia iniiciens manus violentas in clericum, & mādans incurrit excommunicationem. Hoc tamen non obſtante reſpondet Rom. pont. dicens quòd tales non incurrunt ſententiam excommunicationis. Sed ponamus quòd ad mandatum iudicis eccleſiaſtici iudex ſecularis cepit talem clericum, & eum incarcerauit, & ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici eum ſibi reſtituit. iſte clericus ſic captus offert dare fideiuſſores de iudicio ſiſti. vtrum iudex eccleſiaſticus debet recipere iſtos fideiuſſores, & talem clericum relaxare ſiue elargire & dimittere? Reſpon. quòd ſic: niſi crimē eſſet adeò graue ꝙ veriſimiliter timeretur de abſentia iſtius clerici, ꝙ dimittat ſuos fideiuſſores & fugiat: quia tunc non eſſet liberandus, ſed deberet manere in carceribus. Idem eſt de iure ciuili: quia criminoſus non eſt detinendus in carceribus ſi offerat fideiuſſores: niſi crimē eſſet tam graue quòd timeretur de fuga criminoſi. Nota primò ꝙ laicus capiens clericum de mandato iudicis eccleſiaſtici, non incurrit ſententiam excommunicationis: quia illud nō facit iniurioſè & temerè, ſed licitè. No. illud ad quod alleg. præſens ca. quòd detinens clericum in carcere, incurrit ſententiam excōmunicationis. & pauci iudices in hoc euadunt ſententiam excommunicationis: quia multoties propter malitiam detinent clericos corporaliter in carceribus ſuis, & ſic incurrunt ſententiam excommunicationis. Nota quòd criminoſus captus pro delicto ſuo, ſi offert dare fideiuſſores, eſt dimittendus.

*Diuiſio.*

*Clericum detinens in carcere, incurrit excōmunicationem.*

*Recit. per quæſtio.*

k *Tuæ iuriſdictioni ſubiectos.* Cui loquatur, non apparet: ideo dico decr. locū habere in quolibet iuriſdictionē habēte: ſiue de cōmuni iure ſiue priuilegio vel cōſuetudine. Ad idē C. de ſpor. l. vlt. & facit quod dixi ſ. e. li. de pœnis. quamuis.

ADDI-

ADDITIO. Intellige gl. de habente iuriſdictionem puniẽdi crimina: vt j. iiij. glo. & in remiſsione quam dat ſi. gl. & facit cle j j. de cele. miſ. ad ſi. Ioan. And.

*Carcer nõ eſt pœna.*

a *Pœna.* quia carcer non eſt pœna. quod tamen dic vt ſupra eod. lib. de pœnis, quamuis.

b *Incorrigibiles illos eſſe.* Huius contrariũ not. Ber. in prædi. glo. dicens quòd ſi apparebat clericũ incorrigibilem, capi poterat per laicos ſine pœna: alias non. & ſic etiam ſoluebat contrarium de decr. vniuerſitatis. ad dec. vt famæ ſupra eod. Tu dic vt in ſeq. gl.

Glo. ſeq. alleg. vij. concord. ſignat vnũ contrarium. ponit duas opi. quas reprobat. demum ſoluit.

c *Nodari.* Concor. ſupra eo. vt famę. cõtra ſupra eo. vniuerſitatis. vbi excõmunicationẽ incurrũt abbas & laici qui de ipſius mandato monachũ verberabant. Ber. & Hoſti. ſoluebant vt dixi in gloſ. proxi. quod eſt falſum: vt hic vides.

facias, & eos (ne fugiant) in carcere pœna [a] debita poſtea caſtigandos includas: te vel capientes eoſdem, licet nondum appareat incorrigibiles illos eſſe [b], nulla credimus excommunicatione nodari [c]:

Cùm in his niſi aliàs ex propoſito excedatur [d], in ipſis temeritas vel iniuria [e] nequeat deprehendi. Eoſdem quoque clericos [f] ſi de parendo iuri tibi fideiuſſoriam [g] dederint cautionem, detinere non debes. Niſi exceſſus enormitas, vel alia cauſa rationabilis [h] eos ſuaſerit detinendos.

Idem.

*Interdicto clero non eſt interdictus populus, nec econuerſo. Interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipſam audiunt diuina. Interdicto populo, ſingulares de populo intelliguntur interdicti. h. d. Ioan. And.*

CAPITVLVM XVI.

SI ſententia interdicti proferatur in clerum [i], non intelligitur, niſi aliud ſit expreſſum in ea, interdictus populus: nec etiam econuerſo [k]. Vnde vno interdicto ipſorum, alius licitè admittitur ad diuina. Cæterum cum propter delictum domini [l] vel rectoris eſt ciuitas interdicta: ciues eiuſdẽ, qui culpabiles non exiſtunt, dũmodo & ipſi propter dominum vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti [m], poſſunt extra [n] ipſam licitè intereſſe diuinis.

*a Io. Mon. olim hoc tenuit: ſed poſtea addidit vt ſequitur in gl. Io. An.*

Alij dicunt [a] quòd decre. vt famæ. loquitur in epiſcopo. decret. vniuerſitatis. in abbate: ſed hoc patet falſum per iſtam decret. quæ loquitur in quolibet iuriſdictionem habente: vt dixi ſupra gloſ. ij. Dic ergo quòd decret. vt famæ. & iſta loquuntur in captione & incluſione quæ de mandato prælati cuiuſcunque qui crimina punire poſsit, poteſt fieri etiã per laicos: licet ille nondum incorrigibilis appareat. decre. vniuerſitatis. de verberibus loquitur, quæ ſi prælatus clerico vel monacho per laicum inferri iubeat, ſed iniurioſe, nõ eſt dubium, ſi in modum iuſtitiæ, vel diſciplinæ (de reg. ca. vlt.) hoc tamen per laicum facere non debuit, ſed, per clericos, vel per ſemetipſum, ſi erat minor epiſcopo: & ideo mãdans & mandatarius excommunicati ſunt, vt ibi.

d *Excedatur.* Ad idem ſupra de reſtitut. ſpol. olim. j. in ſi. & hoc vult dicere, ſi clericus captus quiete ſe duci permittit, & ducentes eum non reſiſtentem, calce, pugno vel alio modo percutiunt, vt iam vidi de facto: iſti bene ſunt excommunicati. hoc ſonat litera. ADDITIO. Imponenda eſt enim ſæuientibus freni temperies. C. de cuſto. reo. l. ij. in ſin. Ioan. And.

*Sæuientib^9 imponẽda eſt temperies freni.*

Gloſ. ſeq. alleg. duo iura arguens ad quęſtionem, & ponẽs tres ſolu. ipſius.

e *Iniuria.* decimaſeptima quæſtione quarta. ſi quis ſuadente. & ſupra de ſentent. excommun. contingit. & facit hæc litera ad quæſtionem dominicalem de illo qui fugiens inimicos obuiauit clerico equitanti, à quo equum petiit vt fugere poſſet: quem cùm ille negaſſet, ſibi per vim abſtulit, & poſtea remiſit. an talis ſit excommunicatus? Berthol. Brixi. in quæſtio. dominicali. lxxxij. quidam cum fugeret. opiniones poſuit: quarum vna fuit, talem excommunicatum non eſſe: quia id non fecerat diabolo ſuadente. ad cautelam tamẽ ab epiſcopo abſolui poterat. alia fuit talem excommunicatum, ſed mitius puniendum. 50. diſtinct. presbyteros. ſuprà quod metus cauſa, ſacris. Tertia fuit Tan. quam ibi ſequitur Bart. talem excommunicatum: ſed propter id nulla pœna puniendum.

*Recit. per quęſtio.*

f *Clericos.* idem in laicos, & bene. etiam eodem modo dicit lex. ff. de cuſto. reo. l. diuus.

g *Fideiuſſoriam.* ergo non nudè tantùm. idem & multo fortius ſi pignora darent [b], cum ſit melius pignori incumbere, quàm in perſonam agere. inſtit. de ob. quæ ex deli. §. furti. & ff. de reg. iur. plus cautionis. Et qui ſe promiſit ſatiſdaturũ, ſatiſdat ſi pignora vel fideiuſſores det. ff. de conſti. pe. l. promiſſor. in fine.

*b Idem Archidia.*

h *Cauſa rationabilis.* cum plures forte fuerint malefactores, vult vnum detinere, vt per eum veritatẽ manifeſtantẽ alios capere poſsit. ADDITIO. Fa. xxiij. q. vlt. ca. vlt. ſupra de confeſ. ca. j. ſupra eo. lib. de hære. in fidei. & ca. accuſatus. §. licet Ioan. And.

SI ſententia.} Sunt tres partes quæ patent. Prima ſoluit dubium & excipit ibi, Niſi. & ſolutionem declarat ibi, Vnde. Secunda ibi, Cæterùm. ſoluit ſecundum dubium, duas limitationes interſerens: ibi, qui culpabiles. & ibi, dummodo. Tertiò ibi, cùm verò. ſoluit tertium, rationẽ interſerẽs ibi, Ne ſententia. & approbat primum dictum, quod not. Hoſti. ſupra in anti. de priui. ex parte. ſuper verbo, populum. ſecundum & tertiũ declarãt not. per Ber. Inn. & Hoſt. ſupra de priuil. quod nonnullis.

CASVS. Ponamus quòd clerus ciuitatis Pict. eſt interdictus, vtrum etiã populus? Reſpõ. quòd non. Sed ponamus quòd propter delictum domini vel maioris huius ciuitatis fuit ciuitas interdicta: nunquid ciues qui non ſunt culpabiles, poſſunt audire diuina extra ciuitatem? Reſpondet quòd ſic: non autem in ciuitate. Sed ponamus quòd epiſcopus Pictauẽ. ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico populum iſtius ciuitatis: vtrum ſola vniuerſitas videatur interdicta, vel etiam omnes particulares de populo ſint interdicti? Reſpondet quòd non ſolùm tota vniuerſitas videtur interdicta, ſed etiam omnes particulares ciuitatis. No. primò quòd licet de iure communi ſententia excommunicationis non poſsit proferri in collegium ſiue vniuerſitatem, tamen poteſt proferri ſententia interdicti: & in hoc differũt ſententia excommunicationis & interdictum. Nota quòd interdicto clero alicuius loci, non videtur interdictus populus: nec econtra interdicto populo nõ videtur clerus interdictus. Nam licet appellatione populi cõprehendantur omnes ciues, non tamen comprehenduntur omnes homines alterius profeſsionis, vt ſunt clerici. Nam duo ſunt genera hominum: quidam ſunt clerici, alij ſunt laici. Nota quòd interdicto loco non videntur ciues ſiue habitatores loci interdicti: ideo extra locũ interdictum poterunt audire verba diuina. Nota effectum interdicti quando profertur in perſonã, videlicet vt illi perſonæ denegetur auditio diuinorum officiorum, & etiam denegentur ſacramenta: tamen ſacramentũ baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ poſſunt recipi ab interdicto, & etiam in loco interdicto.

*No. primò quòd operetur interdictum prolatum in hominẽ, quia talis non debet recipi ad diuina.*

*No. ſecũdò quòd interdictum poteſt proferri in vniuerſitatem licet ſecus ſit in excõmunicatione. ſ. e. tit. & lib. Romana. §. in vniuerſitatem. Dom.*

*Interdicti ſententia poteſt ferri in collegiũ.*

*Interdicto loco non ſunt incolæ interdicti.*

i *In clerum.* interdicto clero alicuius eccleſiæ, non propter hoc intelligitur eccleſia interdicta: vnde alij clerici licitè celebrent in illa. ad hoc ſupra eo. lib. de priui. per exemptionẽ. in ſi. ADDITIO. Sed per eandem decre. videtur quòd interdicta eccleſia, interdicti ſint eius clerici, ſicut exẽpti ſunt exẽpta eccleſia. Sed contrarium ſumitur j. §. proxi. quo ad non culpabiles. & ad decre. per exemptionem. reſponde per regulam, in pœnis. j. de reg. iur. & per decr. ſtatutum. ſupra de electio. eo. lib. Ioan. And.

*Interdicto clero alicuius eccleſiæ, propter hoc nõ intelligitur eccleſia interdicta.*

Gloſ. ſeq. fortificat textum per tria iura ſibi contraria, & ſoluit.

k *Econuerſo.* hoc idẽ probabatur olim per decre. prædi. ex parte. vbi lata fuit ſententia interdicti in clerum & populũ. ſed ibi vnum eſſet ſuperfluum, ſi interdicto vno intelligeretur alterum interdictum. & ad idẽ ſupra de præb. c. j. lxiij. diſt. noſſe. cum ſi. videtur tamen arg. contra. inſti. de iur. na. §. plebiſcitum. vbi appellatione populi vniuerſi ciues intelliguntur, etiam connumeratis patriciis & ſenatoribus: ſed illi eiuſdem profeſsionis ſunt: iſti verò alterius. ad idem xij. q. j. duo ſunt. ſicut & expreſſo laico in reſcripto per generalem clauſulam, non conuenitur clericus: vt no. ſupra de reſc. ſedes.

l *Domini.* Nota quia ſecus ſi propter delictum ciuium: & hoc etiam patet j. dum dicit, qui culpabiles non exiſtunt.

m *Interdicti.* aliud ergo eſt interdicere ſolùm ciuitatem, aliud ciuitatem & ciues, aliud ciues tantùm. Et nota quòd pœna ſpirituali, ſcilicet interdicti, bene punitur vnus pro delicto alterius. de hoc j. q. iiij. in ſumma. xxiij. q. iij. in ſumma. ſi igitur ſunt interdicti, audire non poſſunt diuina. infra §. proxi.

n *Extra ipſa.* ciuitatem intelligas, & extra continentiam. j. cap. proxi.

Careat.



a *Careat.* & ſic violaretur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ: quod eſſe non debet. ſupra de conſue. cum inter vos. & ſic no. intelligẽdum vt res potius valeat quàm pereat. ſupra de verb. ſig. abbate. ff. de re. du. l. quoties.

b *Non cõpetant.* quia vniuerſitas eſt res inanimata, in quã non cadunt talia ſupra eo. tit. & lib. Romana. in ſi. [a] vbi autem tractam' de his quę vniuerſitati cõpetunt. ita dicitur illud eſſe penes vniuerſitatẽ, quòd non penes ſingulos ff. de in ius vo. l. ſed ſi hac §. qui manumittitur. canonizata. xij. q. ij. qui manumittitur. populus autẽ eſt idẽ hodie, qui fuit ante centum annos: vnde tunc interdicto populo & nondum relaxato, qui nunc eſt, dicitur interdictus. vij. quæſtione j, denique. cvj. diſti. habeo. ff. de iudi. proponebatur.

*a Nam vt ibi ſatis ſcripſi, iſta cadunt in aiã rationalem & perſonam veram, nõ repræſentatã. Ioan. And.*

c *Alicubi.* etiam in loco nõ interdicto.

d *Expreſſis à iure.* j. eo. ca. vlt. quo ad diuina. quo ad ſacramenta habes ſupra de pœnit. & remiſs. quod in te. & j. eod. quoniam.

Cùm verò alicuius terræ populus interdicto nodatur, ſingulares ex eo perſonę quas interdictas eſſe conſtat, (ne ſententia effectu careat [a], cum diuinorum auditio, & ſacramentorum perceptio populo vt vniuerſis nõ competant [b]) non debent alicubi [c], caſibus expreſsis à iure [d] duntaxat exceptis, audire diuina, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta.

Idem.

*Interdicta ciuitate, ſuburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta. Et interdicta eccleſia, capella contigua, & cœmeterium contiguum, dicitur interdictum. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM XVII.

SI ciuitas, caſtrum, aut villa ſubiiciatur eccleſiaſtico interdicto: illorum ſuburbia [e] & continentia ædificia, eo ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta [f] videantur aliàs murorum ambitu terminari: hoc tamen caſu, ne vilipendi [g] valeat ſententia interdicti (quod fieret ſi poſſet in ipſorum ſuburbiis vel continentibus [h] ædificiis licitè celebrari vt prius [i]) expedit interpretationem fieri latiorem. Ratione quoque ſimili ſi ſit eccleſia interdicto ſuppoſita, vel ſubiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipſius eidem eccleſiæ contiguis [k] poterit ſepeliri [l]. Secus, ſi ei contigua non exiſtant [m].

Idem.

*Celebrans ſcienter in eccleſia polluta, vel præſente excommunicato maiori excommunicatione, irregularitatem nõ contrahit. Domi.*

CAPITVLVM XVIII.

IS qui in eccleſia ſanguinis [n] aut ſeminis effuſiõe polluta, Vel qui præſentibus maiori excõmunicatione nodatis [o],

*No. primò quòd appellatione loci principalis includitur locus illi inhærẽs & acceſſorius: vnde ciuitas includit ſuburbia.*

*No. ſecũdò quòd appellatione corporis includuntur ædificia in corpore incluſa. Dom.*

SI ciuitas.} Sunt duę partes. ſecũda ibi, Ratione. Prima ſoluit dubium, & obiectioni reſpondet: ibi, Nam licet. Secunda pars diſtinguit ſecundum membrum: ibi, Secus. Ioan. And. CASVS. Ponamus quòd papa vel legatus vel alius iudex eccleſiaſticus ſuppoſuit hanc ciuitatem ſub interdicto eccleſiaſtico non facta mentione de ſuburbiis, & burgo ſancti Hilarij quod non eſt de ciuitate. vtrum interdicta ciuitate dicantur ſuburbia eſſe interdicta? Reſpondet quòd ſic: ita quòd non eſt licitum populo audire diuina in ſuburbiis, alias interdictum eſſet modici effectus: nam habitatores de facili haberent acceſſum ad ſuburbia. Sed ponamus quòd aliqua eccleſia eſt ſuppoſita interdicto, vtrum capellæ ipſi contiguæ ſint interdictæ? Reſpondet quòd ſic: & non ſolum capellæ, ſed etiam cœmeterium proximum.

Nota primò quòd differentia eſt inter ciuitatẽ, caſtrum, oppidum, vrbem, & villam. Nam ciuitas dicitur ciuium vnitas: & ſic ædificia & ſtructuræ murorum non dicuntur ciuitas: (ſed congregatio hominum appellatur ciuitas) ſed aptas (ſed congregatio hominum appellatur ciuitas) ſed appellatur vrbs: nec eſt de ſubſtantia ciuitatis quòd ibi ſit epiſcopus. Nam antequam eſſent epiſcopi, erant ciuitates: & adminiſtrabant epiſcopi communiter, ſed voluerunt contendere inter ſe: ideo fuerunt diſtincti, ita quòd vnus adminiſtraret intra certos limites: & ſedes eius collocaretur inter ciues. Caſtrum dicitur quaſi caſa arcta: nã non debet eſſe diffuſum, ne tempore guerræ egeat magna cuſtodia hominum & victualibus. Oppidum dicitur magnum & amplum caſtrum, & neceſſe eſt quòd ſit amplum, vt homines tempore guerrarum poſsint in eo retrahere bona ſua. Villa ſtricte accipiendo, accipitur pro illa parua caſa quæ eſt in rure ordinata ad reponendum inſtrumẽta agri: vt ſunt aliqui in agris & vineis ſuis qui habent aliquam paruam caſam in qua reponunt inſtrumenta ſua. ſed largè accipitur pro cõgregatione hominum ſe collocantium intra ædificia quæ nõ ſunt vallata muris, nec clauſa murorum ambitu. Nota quòd in loco interdicto non eſt quis ſepeliendus.

*Ciuitas quid ſit. Vrbs quid ſit.*

*Caſtrum quid ſit. Oppidum quid ſit. Villa quid ſit.*

e *Suburbia.* ad idem. ff. de verb. ſig. l. ij. & l. ædificia. & l. vt Alphenus. & l. qui in continentibus.

f *Prædicta.* ſcilicet ciuitas, caſtrum, vel villa.

g *Vilipendi.* ad idẽ ſupra cap. proxi. in ſi. & ſupra de conſue. cùm inter vos. ADDITIO. In ca. ſupra proxi. interdictũ eneruabatur vel effectu carebat. hic aliqualem effectum habebat, ſed vilipendebatur. & concor. ſupra de priuileg. in ſi. Ioan. And.

h *Continentibus.* ſatis videtur iudicis arbitrio relinquendũ quæ dicantur continentia ędificia. & non dicit contiguis: vt j. proxi. reſponſo.

i *Vt prius.* hoc dicit, quia celebrari poteſt, licet nõ vt prius. j. cap. vlt.

k *Contiguis.* contigua ſunt quorum extrema ſe inuicẽ contingunt ADDITIO. Vide quod dixi eo. lib. de conſec. eccl. vel alta. c. vnico. ſuper glo. contigua. Ioan. And.

*Contigua quæ ſunt.*

Gloſ. ſeq. dat ſimile. quærit & ſoluit.

l *Sepeliri.* eſt ſi. j. e. is cui. q. reſpon. ſi enim alicui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, & ſepultura cœmeterij: vt ibi. Sed pone tunc temporis aliquẽ ibi ſepultum: & poſtea relaxatum eſt interdictum: nunquid talis exhumabitur? non, ſi pœnitens deceſſerit, ſecundũ Inno. qui hoc no. ſupra de exceſ. præla cap vlt. quia res deuenit ad eũ caſum & c. Hoſti. not. contra ſupra de conſec. eccle. vel alt. conſuluiſti. ADDITIO. Facit qd. not. eod. tit. à nobis. ij. in ſi. pe. glo. & vide qđ not. in cle. de ſepul. eos qui. in gloſ. ſed qui. Ioan. And.

m *Exiſtant.* Idem habuimus in pollutione. ſupra eo. li. de conſec. eccle. vel alt. c. vnico. Eſt autẽ ſecus ecõtrario, vt ibi: ſcilicet quòd cœmeterio interdicto, non dicitur interdicta eccleſia etiam contigua: & ibi patet ratio.

IS qui in.} Duæ ſunt partes. ſecunda ibi, Is verò. Prima ſoluit duo dubia. ſecundum ibi, Vel qui. & rationem interſerit ibi, cùm id. Secũda ponit pœnam violantis interdictum, declarando quis violet, & quid importet pœna. Ioan. And. Declarat & approbat quæ no. Ber. ſupra de priuil. tuarum. in ij. glo. & Inno. & Hoſtien. de exceſ. pręla. tanta. ADDITIO. Et Hoſtien. de conſecrat. eccle. cap. fin. per Abb. de præben. in Lateranen. Guli. in Spec. tit. ij. § iuxta. verſi. illud quoque. vbi etiam dicit idem de celebrante in eccleſia cuius oſtia clauſit epiſcopus & reliquias ſuſtulit propter diſcordiam patronorum. de iure patro. cap. j. & ſecund. Ioan. Andreæ.

*Not. primò duos actus per quos eccleſia polluitur. de quo ſupra de conſec. eccle. c. vni co eo lib.*

*No. ſecũdò quòd ille dicitur ſemenarie agere, qui ſciẽter facit actum à iure ſibi prohibitũ. de hoc s. de elect. auaritia. eo. lib. Dom.*

CASVS. Aliquis Titius in eccleſia aliquem iniurioſe verberauit vſque ad ſanguinis effuſionem: vel aliquam mulierem cognouit carnaliter, etiam vxorem propriam, & ſic eccleſia eſt polluta. nunquid celebrantes in tali eccleſia polluta efficiuntur irregulares? Reſpondet quòd non. nam celebrantes in loco polluto non contrahunt irregularitatem, niſi fuerit cautum in iure expreſſum. Idem dicendum eſt de illo qui celebrat ſcienter præſente excommunicato maiori excommunicatione. Sed ponamus quòd aliqua eccleſia eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico aliquis in ea celebrauit, vtrum efficiatur irregularis? Reſpondetur quòd ſic: niſi impetret à Romano pontifice vt poſsit celebrare diuina etiam in loco interdicto: & talem celebrantem in loco interdicto ſolus papa poteſt abſoluere. & efficitur talis celebrans ineligibilis actiue & paſsiue: hoc eſt, non poteſt eligere nec eligi. Nota primò quòd effuſione ſanguinis humani iniurioſe facta, polluitur eccleſia. Nota quòd in eccleſia polluta non debent diuina celebrari: ſed prius per epiſcopum debet talis eccleſia reconciliari. Nota quòd celebrans diuina in eccleſia polluta eſt puniendus ad arbitrium ſuperioris. Nota quòd celebrans in loco interdicto contrahit irregularitatem: puta quòd irregularis efficitur ineligibilis actiue & paſsiue. Nota quòd celebrans præſente excommunicato, non contrahit irregularitatem: ſed eſt proximus irregularitati, quia eſt ſuſpenſus: & durante ſuſpenſione non debet celebrare: & ſi faceret, eſt puniendus.

*Excommunicato præſente celebrans, non contrahit irregularitatem.*

n *Sanguinis.* Intelligas humani & iniurioſi. de ſemine etiã intelligas humano, etiam vxorio. & de hoc vide plenius. s. e. lib. de conſec. eccle. vel alta. c. vnico.

o *Nodatis.* iſtis interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ. s. eo. lib. de priuil. epiſcoporum. Vide quod ibi dixi ſuper gloſ. pen.

Vnde

Universidad de Deusto Biblioteca



Vnde caueat, quia proximus eſt irregularitati. j.e.tit. is cui. j.reſpon. Ioan. And.

a *Tamen.* aliàs inde. aliàs tamen.

b *In iure.* Suſpenſi ergo à confeſſoribus ſuis ab officio ad certum tempus, eadem ratione ſi celebrant, non incurrunt irregularitatem.

ADDITIO. Idē Hoſtien. de cler. excommun. mini. cap. fin. & Guli. in præalleg. §. iuxta. verſic. in ſuſpenſis. Ioann. And.

c *Scienter.* Secus ergo ſi ignoranter: niſi talis eſſet ignorantia quæ excuſare nō deberet. ſ. de cle. excomm. mi. apoſtolicæ. ſupra de poſtu. cap. j.

d *A iure.* j. eo. cap. vltimo.

e *Liberari.* Ad idem ſupra de cleri. excō. mini. apoſtolicę. ſupra eo. de re iudi. ca. j. & ſupra eod. tit. & lib. ca. j.

f *Ineligibilis.* Et etiā impoſtulabilis ſupra de poſtul. cap. j. quia violans interdictum, etiam poſtulari non poteſt, vt ibi.

g *Cum aliis.* Amittit ergo poteſtatem eligendi actiuam & paſsiuam. & de hoc ſolet recitari ſuprà de elect. ne pro defectu.

ſcienter celebrare præſumit: licet in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen [a], cum id non ſit expreſſum in iure [b], laqueum non incurrit.

*Scienter celebrans in loco interdicto in caſibus non permiſſis, irregularis & ineligibilis eſt. h.d. Dom.*

Is verò qui ſcienter [c] in loco celebrat ſuppoſito interdicto, niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat, aut à iure [d] ſit conceſſum eidem, irregularitatē incurrit: à qua nequit per aliū quàm per Romanum pontificem liberari [e]: & adeò efficitur ineligibilis [f], quòd nec ad eligendum cū aliis [g] debebit admitti.

B

Idem.

*Tempore interdicti chriſma die cœnæ domini confici poteſt. h.d.*

CAPITVLVM XIX.

QVoniam in baptiſmo [h], & confirmatione † quę [i] nedum pueris ſed & adultis [k] propter moræ periculum exhiberi poſſunt licitè tempore interdicti [l], chriſma-

C

*Not. primò duo ſacramenta quæ poſſunt etiam tēpore interdicti conferri. vide de ſpon. non eſt.*

QVoniam.} Ponit dictum cū ius rationem vrgentem premittit Ioan. Andr. Declarat no. per Hoſt. ſupra eo. permittimus. per quā olim probabatur quod hic dicitur. Pro intellectu ca. eſt pręſupponendum primò ꝙ ſacramentum baptiſmi & ſacramentum confirmationis tēpore interdicti licitè conferūtur. Itē præſupponitur ſecundo ꝙ in his duobus ſacramētis vtimur chriſmate. nā in ſacramento baptiſmatis imponitur per preſbyterum in vertice capitis: & in ſacramento confirmationis per epiſcopum. Item eſt pręſupponendū quòd chriſmate veteri non eſt vtendū. nā chriſma debet comburi in fine anni.

*† Quā qui contemneret, nō eſſet verus chriſtianus. de con. di. v. c. j. & ca. vt ieiuni. de Ancha & adde hic ꝙ laici inculpabiles extra locum interdictū poſſunt ordinari: niſi propter delictum vniuerſitatis locus eſſet interdictus. F.*

CASVS. Certum eſt ꝙ ſacramentum baptiſmatis & confirmationis poſſunt conferri tempore interdicti. Or ponamus quòd ciuitas Picta. fuit ſuppoſita interdicto, vtrū chriſma tempore cœnæ poſſit confici in ciuitate Picta? Reſpon. quod ſic; quia in die cœnæ domini pro exercitio illius anni debet confici chriſma propter indigentiam: quia nō vtimur chriſmate veteri poſt annum. No. quòd permiſſo tempore prohibito vſu rei, intelligitur eſſe ꝑmiſſa creatio illius rei. Et ſic permiſſo conſecutiuo, neceſſario videtur permiſſum antecedens. Domi.

D

h *Baptiſmo.* poſt baptiſmū enim ſacerdos vngit chriſmate in vertice, non in fronte: quod eſt ſolius epiſcopi. ſupra dę conſue. quanto. primū patet de cōſe. diſ. iiij. poſtquā & duobus cap. ſeq. & cap. presbyteris. & ca. nullus miniſtrorum.

i *Quæ.* ſcilicet baptiſmus & confirmatio.

k *Adulti.* Idem hodie in pœnitentia. quod dic vt j. eo. cap. vltimo.

l *Interdicti.* vt ſ. e. reſpō. & ſ. de ſpon. nō eſt vobis. ADDITIO. Et vide quod de matrimonio & ordine ibi dixi poſt Inn. Tamen eſt aduertendū ꝙ illa iura loquebantur de baptiſmo paruulorum tantùm: hic exprimitur de adultis: quod placuerat Vin. in decre. reſpon. in anti. Ioan. And.

m *Dubium non exiſtit.* Quaſi dicat, conceſſo baptiſmo & cōfirmatione tempore interdicti, ſatis eſt conceſſum confici chriſma. Et eſt ratio: quia vetus chriſma nō debet eſſe vſui: nec de illo veteri chriſmate debet quis chriſmari: & deponitur ſacerdos qui de illo veteri chriſmate vngit baptizatū, niſi in mortis articulo de conſec. diſt. iiij. ſi quis de alio. vnde omni anno in die cœnæ debet chriſma confici, & vetus cremari. de conſecr. diſtin. iij. literis. verè ergo inſurgit hu-

*Iuſtificat textum.*

A ius decret. dictum: quia ſi tempore interdicti permittuntur ſacramēta, in quibus vtimur chriſmate, & vetus chriſma nō debet eſſe vſui: ergo reſtat quòd permiſſum intelligitur eo tempore die cœnæ chriſma conficere: quia conceſſo principali, & acceſſorium. infra de regu. iur. acceſſorium. cum ſuis cōcor. ADDITIO. Ioan. Mon. alleg. ſupra de offic. delega. præterea. ff. de ꝑcu. ad rem mobilem. & l. ad legatum. Io. An.

tis vtimur vnctione: poſſe, licet terra interdicta exiſtat, chriſma die cœnæ domini confici, dubium nō exiſtit [m].

Idem.

*Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, in ea diuina celebrans eſt irregularis. Et moriens impœnitens ſuſpenſione illa durante, caret eccleſiaſtica ſepultura. Et ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ vel officio, per appellationē ſequentem non ſuſpenditur. h.d. Dom.*

CAPITVLVM XX.

IS cui eſt eccleſiæ interdictus [n] ingreſſus, cum ſibi per conſequens cenſeatur in ipſa diuinorum celebratio interdicta, irregularis efficitur ſi contra interdictum huiuſmodi diuinis in ea [o] ſe ingerat in ſuo agens officio ſicut prius. Talis quoque ſi hoc interdicto durante decedat: non debet in eccleſia vel cœmeterio [p] eccleſiaſtico, niſi pœnituerit, ſepeliri. Sane ſicut excommunicatio, ſic ab officio vel ab ingreſſu eccleſię lata ſuſpēſio, aut ipſius effectus, per appellationē ſequentem [q] minime ſuſpenduntur.

IS cui.} Diuiſio patet: quia ſunt tria dicta. Ioan. And. Approbatur quod not. Inno. & Hoſti. ſupra eo. ſacro. ADDITIO. Quia Inno. videbatur contrarium dicere in decr. cum medicinalis. ſ. e. ti. & li. & ideo vide quod ibi ſcripſi ſuper gloſ. de hac. Ioan. Andr.

*Diuiſio.*

CASVS. Alicui eſt interdict⁹ ingreſſus eccleſię: quamuis eſſet exemptus vel nō exemptus ſecundū aliquos: puta ꝙ iudex eccleſiaſticus aliquē ſuum ſubditū excōmunicauit nō in ſcriptis vel alio modo. certum eſt ꝙ ſibi eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ. Ponamus ꝙ durāte interdicto ingreſſus eccleſiæ talis celebrat, nūquid efficitur irregularis? Certum ꝙ ſic. Sed ponamus quòd alicui eſt interdict⁹ ingreſſus eccleſię: durante interdicto non eſt ingreſſus eccleſiam, nec celebrauit diuina: & ſic nō contraxit notā irregularitatis: ſed antequā eſſet finita illa interdictio, mortuus eſt: vtrū ſit ei interdictus ingreſſus cœmeterij vel eccleſię? Reſpon. ꝙ ſic: ideo poſt mortem non debet ſepeliri in cœmeterio eccleſiaſtico: niſi interdictū fuerit relaxatum. Sed ponamus ꝙ aliquis fuit ſuſpenſus vel interdictus. ille appellauit vtrū per appellationē ſit ſuſpēſa ſententia interdicti vel ſuſpenſionis? Reſpon. ꝙ non. No. primò quòd vbi interdicitur principale, cēſetur interdictum conſequēs & proueniens ex illo. Not. ſecundò ꝙ ſuſpenſus efficitur irregularis quæcunque diuina officia celebrat. de quo per Inno. ca. ſi. de exceſ. præla. Domi.

n *Interdictus.* Ab homine vel à iure. ſupra eo. ſacro. ſupra e. tit. & lib. c. j. §. ſi quis. & ſupra eo. lib. de priuile. epiſcoporū. cum ſi.

o *In ea.* Ergo ſecus ſi extra eā: & hoc no. etiā ſupra vbi dixit, in ipſa. ſi igitur ſub aëre, vel ſub tētorio, vel in domo priuata celebret, vel concelebret forte celebrantibus cū altari viatico: vt ſupra de priuile. in his. & j. eo. tit. c. vlt. irregularis non erit. ADDITIO. Idem Inno. & Hoſt. in decre. ſacro. & Guli. in Spe. de leg. §. iuxta. verſi. quid ſi quis ſuſpenditur. & Archi. hic, & ſupra de offi. deleg. c. ij. Ioan. And.

p *Cœmeterio.* Sicut ergo interdicta eccleſia, interdictū eſt cœmeterium. ſ. eod. ſi ciuitas. in ſi. iſto libro, ita interdicto mihi ingreſſu eccleſiæ, & cœmeterij, vt hic. nec hic diſtinguendum credo, an cœmeteriū ſit contiguū vel non, vt ibi diſtinguitur: quia illa diſtinctio habet locū vbi res interdicitur, ſ. eccleſia: quia res eccleſiaſtica contigua ipſi eccleſiæ interdictæ eſt interdicta: vt ibi. ſed vbi refertur interdictū ad hominem, vt hic, quid ad eam an cœmeteriū non ſit contiguum vel ſit? & per hoc illuderentur cenſuræ ſi poſſet in iſto, licet non illo cœmeterio ſepeliri. ADDITIO. Et talis illuſio reprobatur ſupra eo. tit. & lib. ſi ſententia. §. vlt. & ca. ſeo. j. reſpon. cum concor. & j. eo. eos qui. Ioan. And.

*Dat ſimile, & quæſtionem ſol.*

Gloſ. ſeq. alleg. concor. ſecundò ſoluit quæſtionem. tertio quærit & remittit, duas opi. ponit, & ſoluit.

q *Sequentem.* iſta ergo ſunt paria quo ad hoc, ſicut quo ad id ſ. e. ti. c. j. & ſ. e. ſtatutum. iſto lib. cum ſi. & concor. ad hoc ſupra de app. ad hęc quoniā. Et intelligas propriè de ſuſpē-

ſione



ſione ab ingreſſu eccleſiæ, vel diuinorū, vt ſonat litera: quia in ſuſpēſione à tēporalibus, puta ingreſſu poſſeſsionis vel pomœrij, vel interdicto aqua & igni [a] non haberet hoc locum. ff. de ap. l. non tantū. talium enim ſuſpenſionum vel interdictorum effectus bene ſuſpenditur per appellationē ſequentem: niſi eſſet caſus in quo damnatū publice intereſt ſtatim puniri. ff. eo. conſtitutum. Quid in ſuſpenſione à beneficio? de hoc per Inn. & Hoſt. in prædi. decre. ad hęc quoniā. & placuit Inn. [b] quòd in omni ſuſpēſiōe eccleſiaſtica nō ſuſpēdat appellatio. Hoſt. diſtinguit, aut ſuſpenditur à beneficio: & tunc cū ipſum beneficiū ſpirituale ſit, vera eſt hæc opinio. aut ſuſpenditur à perceptiōe beneficij, de qua conſtat quòd eſt temporalis: & tūc bene ſuſpēdet appellatio eius effectum. idem ſecundum eū ſi dicat, ſuſpēdo te à præbēda. ſecus ſi dicat, ſuſpendo te à canonia: quia illa ſpiritalis eſt. ſatis videretur [c] per hanc decreta. quòd ſuſpenſio à beneficio bene releuetur per appellationem ſequentem: cùm hic dicat, ab officio & ab ingreſſu eccleſiæ & cet. ſi idem eſſet in ſuſpenſione beneficij, hoc expreſsiſſet. Puto igitur ſolùm in his mere ſpiritalibus per quæ ligatur anima, decretal. hanc locum habere.

*Appellatio an ſuſpendat effectū ſuſpenſionū vel interdictorū. a ff. de ſeru export. tui pacto. ff. de inter. & relega. per totum. Io. And.*

*b Licet Arch. cōtrarium opin. ſibi attribuet. Ioan. And.*

*c Idem hic Arch. eadē ratione. Io. And.*

A

Idem.

*Religioſum clericum verberantem, abſoluit epiſcopus eo caſu quo abſolueret clericum. hoc dicit. Dom.*

CAPITVLVM XXI.

REligioſo qui manus violentas in clericū ſecularem iniecit: ne hoc prætextu habeat materiā euagandi, poterit ab epiſcopo eo caſu [a] abſolutionis beneficiū exhiberi [b], quo ſeculari clerico [c] poſſet, ſi alium clericum percuſſiſſet.

*Verberans nouitium religionis, excommunicationem incurrit. h.d. Dom.*

Quamuis autem is qui religionem ingreditur, religioſus cenſeri cū effectu non poſſit [d], donec ſit tacitè vel ex-

B

REligioſo.} Diuiſio patet, ſecunda ibi, Quāuis. Et ſatis ſe ſummat. Ioan. And. Prima pars declarat decr. ſupra c. cū illorum. ver. ꝙ ſi clericum. Secunda reprobat quod no. Inn. & Abb. ſ. de reg. ſtatuimus. & approbat quod ibi no. Hoſti. & ſupra eo. c. ij. CASVS. Habem⁹ ꝙ ſi religioſi alicuius monaſterij ſe verberauerint in clauſtris monaſterij, ꝙ abbas illos poteſt abſoluere in illis caſibus in quibus epiſcopus poteſt abſoluere. Itē habemus quòd ſi religioſus iniecerit manus violentas in clericum, debet abſolui à papa: & non poteſt abſolui ab alio quàm à papa. Sed vtrum hoc ſit verū indiſtinctè, ſiue iniectio violenta ſit leuis, vel atrox? Reſpondet quòd iura hoc dicentia ſunt intelligenda in his caſibus in quibus quis iniiciens manus violētas in clericū non poſſet abſolui à ſuo epiſcopo. Nam etiā ſi ſit inops religioſus, vel detentus infirmitate, vel alia cauſa legitima poſſit excuſari vt non accipiat iter Romanū: poteſt eum epiſcopus abſoluere etiam de caſibus reſeruatis ſedi apoſtolicæ. Sed ponamus quòd quidam Titius laicus intrauit religionem eo animo vt elapſo anno probationis faceret profeſsionē: accidit quòd durante anno ꝓbationis aliquis iniecit manus violentas in eum: vtrum ſit excommunicatus? Reſpondet quòd ſic: eo quòd erat ſpes de clericatu & religione. Nota quòd religioſis eſt interdicta vagatio. ad hoc ſupra ne cle. vel mo. c. ij. eo. lib. Domi.

*Diuiſio.*

a *Eo caſu.* puta quia leuiter [d] percuſsit. ſupra eod. peruenit. Vel eſt debilis vel delicatus. ſupra eo. mulieres. & ca. ea noſcitur. Vel eſt æger, vel in mortis articulo. ſupra eo. quod de his. Vel habet inimicitias capitales. ſupra eo. decætero. idem in ſimilibus.

*d Non ergo reſtringō ad leuiſſimā, ſuper quo vi. ꝙ ibi ſcatu no. ſuper ſi. 1. glo. Io. An.*

Gloſ. ſeq. obiicit & ſoluit.

b *Exhiberi.* Contrarium videbatur per decre. prędi. cum illorum. vbi dicitur ꝙ ſi clericum percuſſerit ſecularem, non niſi per ſedem apoſtolicam (vt ſcandalum euitetur) abſolutionis beneficium poterit promereri: vnde videbatur quòd indiſtinctè monachus percutiens clericum abſoluēdus eſſet à ſolo papa propter ſcandalum quod eſt cum monachus clericum percutit: cùm dignior ſit cœtus clericorum. xvj. q. j. legi. ſed textus ille ſanè debet intelligi ſecūdum determinationem huius decr. nec enim pro eo quòd monachi ſunt, debet eorum conditio eſſe deterior. xvj. quæſt. j. ſunt nonnulli. in ſi. Et puto [*] quòd ſi monachus non habet vnde vadat, & monaſterium etiam pauperrimum ſibi prouidere nō poteſt: abſoluet illū epiſcopus eo iure quo abſoluit inopes. ſupra eo. c. quod de his.

** Etiam ratione præmiſſa, ne propter religionem ſit deterior ipſorū conditio.*

Gloſ. ſeq. reci. per contrarium.

c *Seculari clerico.* ſupple vel laico.

d *Non poſſit.* & ob hanc cauſam dicebat Inno. & Abb. cōtrarium in prædic. decre. ſtatuimus. & pro eis facit lex. ff. de ſtatuli. l. ſtatuliber. vbi ſtatuliber quæ facit medio tempore, facit vt ſeruus, non vt liber. ſed cōtrarium eſt verum: vt hic. Nec obſtat quòd eras poterit laicari: quia idē in clerico ſeculari in minoribus ordinib⁹: & præterea tunc eſt eccleſiaſtica perſona. xvij. quæſtione iiij. quiſquis.

e *Violentas.* idem puto ſi volentes in caſu ſupra eo. contingit. j.

f *A canone.* xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. quo priuilegio etiā interdū gaudet clericus coniugatus. ſupra eo. li. de cle. coniug. c. vnico.

preſſe profeſſus: ſi quis tamen violentas [e] manus in eum iniiciat, excommunicationis latæ à canone [f] vinculum non euadit.

Idem.

*Abſolutus propter mortis periculū vel aliud impedimentum ab eo à quo aliàs nō poterat: ſi ceſſante impedimento ſe non præſentat cum commode poteſt, ei à quo aliàs abſolui debebat: recidit in eandem ſententiam. Idem in abſoluto qui ſe debet alicuius cōſpectui præſentare, ſi hoc non facit. Ioan. And.*

CAPITVLVM XXII.

EOs qui à ſententia canonis [g] vel hominis, cū ad illum à quo aliàs de iure fuerāt abſoluēdi, nequeūt ꝓpter imminētis mortis articulum, aut

EOs qui.} Sunt duæ partes quæ patent. Secunda ibi, Idem. corrigit not. per Bernardū & alios ſupra eodem, decætero. Pro intellectu huius capi. eſt præſupponendū ꝙ incidens in canonē ſi quis ſuadente diabolo. xvij. quæſt. iiij. non poteſt abſolui à ſuo epiſcopo, ſed à ſolo papa, ſi iniectio fuerit enormis. Idem dicunt aliqui etiā ſi iniectio fuerit mediocris: & hoc niſi in articulo mortis, vel niſi haberet aliquod aliud legitimum impedimentum vt non poſſet ire ad papam pro obtinenda ſua abſolutione. CASVS. Inieci manus violentas in clericum & atrociter, & ſic ſum excommunicatus, à qua excommunicatione non poſſum abſolui niſi à papa: ſed eo quòd eram in periculo mortis conſtitutus propter infirmitatem, vel eo quia volebam intrare bellum vel mare, petij beneficium abſolutionis à meo diœceſano vel ſimplici ſacerdote. fui abſolutus. lapſo impedimento perueni ad ſanitatem, vel fui regreſſus à bello vel mari. nunquid tam cito quàm potero debeo adire papam pro obtinenda abſolutione, quia me abſoluens abſoluit cum hac cautione vt parerem mandatis papæ? Reſpondet quòd ſic: & ſi non fecero, ipſo facto incido in priſtinam excommunicationem. Sed quid, cum incidiſſem in excommunicationem priſtinam, acceſsi ad papam, & obtinui abſolutionem ſub hac forma, quòd papa me abſoluebat: ſed quia ignorabat qualitatem meam & meas facultates, remiſit me ad meum diœceſanum pro pœnitentia ſuſcipienda & ſatisfactione: & iniūxit mihi vt intra tres mēſes præſentarem me conſpectui diœceſani. intra illū terminū non præſentaui me corā meo diœceſano, nunquid reincidam in priſtinā ſententiā excommunicationis? certè ſic.

*Diuiſio.*

C

*Sacerdos ſimplex poteſt abſoluere à ſententia canonis vel hominis in mortis articulo.*

Not. primò quòd conſtitutus in periculo mortis poteſt abſolui à ſententia canonis vel hominis, & à ſimplici ſacerdote: etiā ſi abſolutio ſit reſeruata Roma. pontifici. Nam in reſeruatis apoſtolicæ ſedi excipitur periculum mortis. Et in periculo mortis poteſt quis abſolui à ſimplici ſacerdote à quacunque excommunicatione. No. duos caſus in quibus abſolutus ipſo facto incidit in priſtinā excommunicationē regulariter contractā. Primus caſus, quando fuit abſolutus propter imminēs periculū, qui ceſſante periculo nō potuiſſet abſolui niſi à papa: & ſe præſentare debet corā papa quā citius poteſt ceſſante periculo. Alius caſus eſt, quando quis abſolutus fuit à papa, qui papa eū remiſit ad diœceſanū vel ad alium: ſi non repræſentat ſe intra tēpus, ipſo facto incidit in priſtinā excommunicationem. No. inſuper quòd quandoque ſententia canonis & hominis æquiparantur. No. vltimò quòd abſolutio facta ab excommunicatione per illū qui non eſt iudex, propter periculum imminens, non eſt apta durare perpetuò, ſed tantùm limitatur ad tempus impedimenti. Domi.

D

*f Xxx. caſus iuris veteris collegit Hoſt. in ſumma. eo. titu. §. 4. in prin. Ioan. And.*

Gloſ. ſeq. enumerat xxxij. caſus excōmunicationum huius libri: & remittit ad lij. caſus Clementinarum. Ioannes Andreæ.

g *Canonis.* multi ſunt caſus [f] in quibus eſt quis excōmunicatus à canone: & quidam ſcilicet. xxxij inducuntur per cōſtitutiones huius ſexti [g] libri, quos hic omnes ordinatim enumerabo. Primus ſupra eo. lib. de electione, vbi periculū. §. nulli. Secundus eod. cap. §. quòd ſi præmiſſa. Tertius eod. titu. ſciant cuncti. Quartus eod. titu. generali. Quintus eod.

*g De inſertis loquitur glo. hoc dico, quia vna reſeruata addit aliū caſum, ſcilicet. j. titu. proxi. exūt. in ſi. duos etiam inducit hoc ni. poſt cōpilationem huius libri per extrauagātes, de teſtādo & cap. ſtatuim⁹. Io. An.*

titu.

tit.fundamenta.§.quòd ſi ſecus.Sextus eod.titu.indemnitatibus.§.poſtremo. Septimus de offic.delega.cap.vlt.§.pars verò. Octauus ſupra de his quæ vi metúſue cau.ſi.capi.vlti. Nonus de iudi.mulieres.Decimus de re iudi.ad apoſtolicę. in ſi.Vndecimus ſupra de reb.eccle.non ali.hoc conſultiſſimo.§.laici.Duodecimus eo.ca.in ſi. Tredecimus,de reli.do. c.vnico.Quartuſdecimus, de ceſſ.quãquam.§. qui verò. Quintuſdecimus de immu.eccl.clericis.§. nos igitur.in fin. Sextuſdecimus ead.decr.ver.prælatis.in ſi.iſti duo hodie ſũt ſublati p cle.de immu.eccle.quoniam. Septimuſdecim⁹.c.ti.quoniã. Octauuſdecimus eo.tit.cap.vlt. Nonuſdecimus ſuprà ne cle.vel mo.cap.ij.in prin. Viceſimus eod.cap.in ſi. Viceſimuſprim⁹, de heret.ca.ij.j.reſpon. Viceſimuſſecundus eo.cap.ij.reſpon.ſed potius credo illum canonẽ ferendæ ſententiæ: vt ibi dixi. Viceſimuſterti⁹ eo.tit.vt inquiſitionis.in ſi.Viceſimuſquartus, de ſchiſma.cap.vno.ver.omnes. Viceſimuſquintus eo.c.ver.& nihilo minus.Viceſimuſſextus, de homi.pro humana.ad fin.Viceſimuſſeptimus,de iniuriis & damnato dato.ca.vno.Viceſimuſoctauus,de pœnis,fœlicis.§.præſenti.Viceſimuſnonus,eo.ca.ad ſi. Triceſimus ſuprà eo.quicunque. Duo autem inducuntur per hanc decre. qui de iure veteri non erant:vt no.ſupra eo.decætero.Caſus quem habuimus ſupra eo.ca.proxi.& quem habebimus j.c.proxi. ſunt declaratorij veteris iuris, & non nouo iure promulgati,& ideo inter eos non computantur.Quinquaginta tales caſus expreſſos & duos tacitos inductos per cle. no.in cle.j.j.e.tit.in gloſ.eſt ſciendum. ADDITIO.Qui fuit additus ex illis caſibus ibi no.xvj.ſunt papales,id eſt,reſeruati papæ,quos ibi ſignanter expreſſi. in ſupraſcriptis verò pauci ſunt papales,ſcilicet quintus.xxiij.& xxviij.Item triceſimus poſt perſeuerantiam duorum menſium, ſed non prius, decre.clericos.de immu.eccle.omitto;quia eſt renouata. Ex his etiam caſibus quatuor requirunt ſatisfactionẽ ante abſolutionem,quos vide ſuprà eod.ſolet.in glo.id eſt notoria. Ioan.And.

*† Supple, iuxta proprias facultates, ſecũdum Anch. per cap.ea noſcitur.ſupra eod.in an.quę ſequũtur hic doct. quia de facultatibus eccleſiæ quas ad vſũ habet, ad hoc nõ tenetur. Phil. alle. xvi.q.iij.§.vlt.quaro.q.vj.c.fin.§.fin.vnde inferunt q fructus eccleſiæ capi nõ poſſunt pro delicto clerici c.ij. ſuprà de ſolu.dixi.in repe.mea.ca.ſi iudex laicus. de ſent.excõ.li.vj.Font.*

*a Idem Io.Mo.hic in prin.Ioan.And.*

aliud impedimentum legitimum [a] pro abſolutionis beneficio habere recurſum, ab alio abſoluuntur: ſi ceſſante poſtea periculo vel impedimento huiuſmodi, ſe illi à quo his ceſſantibus abſolui debebant, quàm citò commodè poterunt contempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & ſatisfacturi † prout iuſtitia ſuadebit: decernimus [b] (ne ſic cenſuræ illudant eccleſiaſticæ) in eandem ſententiam recidere ipſo iure. Idem [c] ſtatuimus de his quibus cùm à ſede apoſtolica vel à legatis ipſius abſolutionis beneficium à quibuſuis ſententiis conſequuntur, iniungitur vt ordinariorum ſuorum, vel aliorũ quorumlibet ſuſcepturi pœnitentiam ab eiſdem, ſe conſpectui repræſentent, & paſſis iniuriam, ſeu his quibus propter hoc obligati exiſtunt, ſatisfactionẽ exhibeant competentem: ſi hæc [d] cùm primũ commodè poterunt, non curauerint adimplere.

Idem.

B *Si percußionem in clericum ſine meo mandato tamen nomine meo factam ratã habeam, excõmunicatus ſum: ſecus ſi meo nomine non ſit facta. Ioan. And.*

CAPITVLVM XXIII.

CVm quis abſque tuo mãdato [e] man⁹ iniicit in clericum [f] tuo nomine [g] violentas: ſi hoc ratum habueris, excommunicationem latã à canone incunctãter incurris [h]: Cùm ratihabitio retrotraha-

a *Legitimum*. Aliqua exempla poſui ſupra ca.proxi.

b *Decernimus*. Non dicit declaramus.& ſic ſuo tempore vera fuit [a] opinio Goff.Ber.& Hoſtien. qui dicebant eum non recidere. dicebat tamen Hoſtien. hoc prætextu multi illudunt cenſuræ: vnde prouidendum eſſet. modo igitur eſt prouiſum.

c *Idem*. ſcilicet quòd in ſententiam recidant ipſo iure.

d *Hæc*. ſ.duo ſuperius dicta, ſcilicet præſentare pœnitentiariis,& ſatisfacere iniuriam paſſis. Ioan.And.

CVm quis abſq.) Sunt duo dicta.ſecundum ibi, Si verò.& vtrunque ſubdit rationem ſui ibi, Cùm ratihabitio. ſecundum ibi,cùm quis. Do. Declarat & approbat notata per Ioan.xvij.quæſt.iiij.omnes eccleſię.per Bern.& modernos. ſupra eo.mulieres. Et per hanc decr.exẽplificamus regulas. j.de re.iur.ratũ quis.& regulã ratihabitionẽ. CASVS. Titius me offendit. aliquis meus familiaris volens mihi cõplacere & vindictã ſumere, nomine meo ſine mãdato Titiũ verberauit iniiciẽdo in eũ manus violentas. certum eſt q ipſe eſt excõmunicatus: ſed vtrũ ſim excõmunicatus? Reſpon. Ro. pont.cũ diſtinctione, aut habui ratam iniectionẽ: quia poſtquã meus familiaris factũ mihi retulit, ipſum occultaui, laudando factũ: & tunc incurro ſententiã excõmunicationis. aut non habui ratũ illud factũ, & tunc nõ ſum excõmunicatus. Sed quid: ponamus q nõ fecit nomine meo, ſed alio nomine: tamẽ poſtquã ſciui q ille verberauerat inimicũ meũ, mihi placuit, & in corde meo habui gratũ, & gauiſus ſum: vtrum incurrã ſententiam excommunicationis? Certè non: quia quod nomine meo nõ fuit geſtũ, ratum habere nõ poſſum. Sed quid in primo caſu quãdo ex ratihabitione incido

A in excommunicationem: vtrũ ſim excõmunicatus à tẽpore ratihabitionis, vel à tempore iniectionis? Reſpon. q à tempore ratihabitionis, & nõ à tẽpore iniectionis. nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, id eſt, ſum excommunicatus ac ſi mandaſſem. Et ſecundũ doctores ratihabitio habet ſuum effectum à tempore ratihabitionis & nõ ante. No. primò q ſi quis nomine meo delinquat, non ſum puniẽdus, niſi illud delictum factum habeam ratũ. No. magis ſpecificè quòd ſi quis nomine meo iniecerit manus violentas in clericũ, nõ ſum excommunicatus, niſi illam iniectionem ratificem. Quæritur de qua ratificatione intelligitur: vtrũ neceſſe requiratur q ſit ratificatio apparens, vel ſufficiat quòd ſit ratificatio nõ apparẽs: Puta aliquis meum inimicũ verberauit nomine meo: ego poſtquã ſciui factũ, illũ celaui in domo mea. Certum eſt q ſum excommunicatus: quia iſta ratificatio eſt apparens. Sed quid ſi nõ ratificaui per exteriora ſigna, ſed in corde meo fui contentus, & ipſum laudaui: ſed per exteriora dixi quòd non ratificabam tale factum, & illum repuli à domo mea? Reſpondet gloſ. q quantum ad Deum ſum excommunicatus, & peccaui mortaliter: ſed quantum ad eccleſiam militantem quæ non iudi-

C cat de occultis, non ſum excõmunicatus. No. quòd ea quæ non ſunt geſta nomine meo, non poſſum rata habere. No. quòd ſi quis verberauit inimicum meum, licet habeam ratum, dummodo non ſit nomine meo: nõ ſum excommunicatus. No. quòd ratihabitio trahitur retro, & operatur idẽ ac ſi in principio actus interueniſſet. vide in reg. ratihabitionem. j.de reg.iur. No. q dictio ſi verò. eſt aduerſatiua, & aduerſatur in facto & in iure: quia in pręſenti ver.ligatur, & in ſeq.non Do.

*Excommunicatus nõ ſum ſi quis nomine meo percußit clericum, niſi ratificem.*

Gloſſa ſequens quærit.ponit opinion.contra quam alleg. duo iura. demum ſubdit alias duas opini. & ſecundam approbat.

e *Mandato*. Quid ſi quis mandauit clericum verberari: & poſtea ante manuum iniectionem reuocauit mandatũ: demum mandatarius percuſſit antequã reuocatio perueniret ad eũ? In hac quæſtione videtur tenere Ber.ſupra eo.mulieres.talem eſſe excõmunicatũ.ad quod bene faciunt iura ibi per eum allegata: & idem per eadem iura ibi tenet Hoſt. eſt tamen arg.contra.ff.de acqui.hære. ſi quis mihi bona. ad ſi. & ſupra eo.lib.de procu.c.vlt.in ſi. Innoc. ibi dixit talẽ excommunicatum non eſſe [b]: tenetur tamen de culpa de qua

D aliàs puniri poſſit: canon enim dolum requirit. Barth.Brix. in ſi.quæſtionum ſuarum venerialiũ, in quæſtione quæ incipit, aliquis mandauit. ⟨& eſt lxxxix.⟩ dixit q talis quo ad Deum non tenetur, tamẽ quo ad eccleſiam excõmunicatus eſt.quòd verum videtur. ADDITIO. Quoſdam caſus quibus pœnitentia liberat à pœna, poſui de iure patro. cũ laici. ſuper.j.gloſ.Ioan.An.

*b Hoſt.his poſuit dictũ Inno. ſed ipſe Inno. videtur hic tenere, quando tã tardè pœnituit, quòd non potuit reuocare: aliàs ſecus. hæc diſtinctio colligitur ex prin. & fine ſua gl.Io.And.*

f *Clericum*. Largè ſumitur: vt xij.q.j.duo ſunt.

Gloſ.ſeq.exemplificat.quærit. & opi.ponit.

g *Tuo nomine*. Puta tui contemplatione ſeruitor vel amic⁹ tuus clericũ qui tibi iniuriam realem vel verbalẽ intulerat, percuſſit: quem tu poſtea ratum habendo receptaſti, & magis amicũ habuiſti. Sed quid dices retẽto hoc themate: ſi ille amicũ vel ſeruitorẽ talẽ nõ receptauit, vel illũ expulit, nec per aliqua exteriora poteſt apparere quòd ratum habuerit: ſed tamen in veritate ratũ habuit in corde? Dixit Hoſt.ſupra eo.mulieres. talem quo ad Deũ eſſe ligatum, non tamẽ quo ad eccleſiã militantem quę non iudicat de occultis.de ſimo, ſicut nobis.& ſupra eo. à nobis.ij.

*Recit.per quæſtio.*

h *Incurris*. Ex ratihabitione prædicta. dico ergo eũ excommunicatũ extũc, ſcilicet ex quo ratũ habuit, nõ extunc quo fuit facta iniectio, licet. j. dicatur ratihabitionẽ retrotrahi: quia



quia ſatis trahitur ad tempus anterius cũ ex facto anteriori ligat, licet extunc: nec enim ſententia excommunicationis trahitur retro, ſicut aliæ ſententiæ. ſupra eo.licet. quę ſtatim ligat aut non ligat, nec ſuſpendit effectũ ſuũ. ſupra de appel. paſtoralis. & fa. quod dixi ſupra eo. venerabilibus.§. porro. in glo.poſt definitiuam.Ioan.And.

a *Comparari*. vt j.de reg.iur.ratihabitionẽ. & dic vt ibi not.

b *Non ſit facta*. Puta inimicus inimicũ ſibi clericũ percuſſit; ego gaudeo, & fortè illũ poſtea recepto, & illi communico. ADDITIO. Tũc tamen incurro minorẽ. & ſecũdũ hoc exemplum quod dixi tex. vllius intelligendum eſſet de maiori.Ioan.And.

c *Geſtum*. j.de reg. iu.ratum quis.& dic vt ibi.

tatẽ impertimur. C. de veteri iure enucle an. l. j. vltra medium. & s. eod. lib. de præben. ſi eum. & cap. ſi apoſtolicæ. Per hanc decretalem probatur quòd per inſtrumentum probatur crimen. producitur enim publicum inſtrumentum in quo continebatur quòd tales canonici tale ſtatutum fecerint: per quod probabitur illos eſſe conſpiratores. Ad idem. s. eod. lib. de iureiuran. cùm in poſitionibus. Vbi etiam de hoc in iiij. glo. ij. q. vj. c. ei qui. §. definitiua. verſi. nullus. s. de ijs quæ fiunt à præl. quãto. in fine. ADDITIO. Et facit quod no. ff. ad Turpi. in ſenatus. in j. glo. & C. ad legem Aquil. contra negantem. in j. glo. vide diſputationem in regula, Semel malus. Ioan. And.

a *Libertatem.* Exhibẽdi, quod eſt infrà.

b *Laudabile votum.* s. de ſyndi. c. vnico. vnde. nec dolum facit qui rem deſerit vt litem effugiat. ff. de alien. iudi. mu. cauſa fact. l. item ſi res. in fine. & magnum eſt commodum à lite recedere: propter qđ indebitum per tranſactionem ſolutũ non repetitur. C. de tranſac. l. ij. ff. de cõdi. indebi. in ſumma.

c *Ad peccandum.* Ad quod ſtatuto, conſuetudine, vel iuramento adſtringi non poſſumus ſupra de conſuet. cap. penulti. & vlti. xxij. q. iiij. in malis. & ca. ſi aliquid. & per totum. infra de reg. iur. non eſt obligatorium. & c. in malis. s. eod. lib. de iureiur. ca. j. ADDITIO. In dicto cap. non eſt obligatorium. habes caſum legis obuenire. ff. de pac. do. quam hic allegat Ioan. Mo. & Archidiaco. Ioan. Andreæ.

d *EXijt qui ſeminat.* Ne crederet aliquis hanc conſtitutionem eſſe ſublatam: ideo hic ponitur vt habeatur pro reſeruata: & de ea loquitur procemium huius libri in fi. vt ibi dixi. Et licet deciſe venerit ſub bulla, tamen hic ad lõgum poſita eſt, vt cunctis nota ſit. Et quia infrà in. §. cùm igitur. aliàs §. & quia ſub colore. verſicu. itaque ſub pœna excommunicationis. circa finem. prohibetur gloſſari, ꝓhibitioni parebo. Ioan. Andr. ADDITIO. Idẽ Archidiaco. dixit Ioan. Mon. ideo ſiſto ratem. Illam tamen prohibitionem & eius pœnas Ioannes xxij. ſuſpendit ad apoſtolicæ ſedis beneplacitum per conſtitutionem ſuam, quia nonnunquam. Ioan. And. Do.

e *Nonum.* vel potius decimum. Iſte enim Gregor. x. concilium Lugdunen. celebrauit in quo fuerunt quingenti epiſcopi. ccxl. abbates, alij prælati circa mille: vt patet in chronicis.

† Non tamen per omnia: vt in extrauag. quia quorũdam. §. adhuc. Font.

Gala. 6. g

Diabolus cõtra Chordigeros concitauit æmulos.

† [illegible]

† Quos ponit Antoninus circa finem 3. partis ſuæ chronica.



dilectis filijs generali & nõnullis alijs prouinciali- A bus eiuſdem ordinis miniſtris qui in capitulo ipſo conuenerant, in noſtra præſentia conſtitutis, cùm ad plenam obſeruationem regulæ eiuſdem in vigore ſpiritus eorum feruere noſcatur intentio: Viſum eſt nobis (vt mordacibus huiuſmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua quæ in ipſa regula videri poterant dubia, declarare: nonnulla per prædeceſſores noſtros etiam declarata, pleniori claritate diſſerere: in aliquibus etiam regulam ipſam contingentibus puritati eorundem conſcientiæ prouidere. Nos autem quià teneris annis ad ordinem ipſum affectus noſtros † erexi- mus in illis ſuccedendo: cum aliquibus eiuſdem confeſſoris ſocijs, quibus eius vita & conuerſatio nota erat: ſuper ipſa regula & ſancta ipſius beati Franciſci intentione frequenti collatione tracta- uimus. Et tandem cardinalis ac poſtmodum eiuſ- B dem ordinis per prædictam ſedẽ gubernator & protector & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminẽti nobis cura palpauimus in apoſtolatus officio: tam de pia intentione confeſſoris prædicti, quàm de his quæ regulam ipſam & eius obſeruantiam cõtingunt: ex prędictis longa etiam experientia informati, noſtros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea quæ per eoſdem prædeceſſores approbata & declarata eſſe noſcuntur: quàm etiã ipſam regulã & eam contingentia, maturitate plena diſcuſsimus. Nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata cõfirmauimus, edidimus, & conceſsimus: plura etiam ordinando ſerioſius & clarius, quæ infra ſcriptis articulis plenius exprimuntur. In primis quia (ſicut intelleximus) ab aliquibus hæſitatur, an fratres e- C iuſdem ordinis tam ad conſilia quàm ad pręcepta euangelij teneantur: tum quia in regulę prædictæ principio habetur, Regula & vita minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. tum ex eo quòd in eadem regula continetur ſic, Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſeruare. tum etiam quia in fine ipſius regulæ continẽtur hæc verba, paupertatem, & humilitatem, ac ſanctum euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti quod firmiter promiſimus, obſeruemus. Licet fe. re. Grego. papa ix. præde. no. hunc articulum & nonnullos alios eiuſdem regulæ declarauerit: quia tamẽ eius declaratio propter aliquorum inſurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces inſultus, & multorum poſtea emergen- D tium caſuum conſiderandos euentus, in aliquibus obſcura, in aliquibus ſemiplena, & in multis etiã contentis in ipſa regula inſufficiens videtur. Nos obſcuritatem ac inſufficientiam huiuſmodi præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuſlibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorum mentibus plenioris expoſitionis certitudine amputare: Dicimus ꝙ cùm in principio regulæ non abſolutè, ſed cum quadam modificatione ſeu ſpecificatione ponatur, Regula & vita minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. quæ tria eadem regula multum arctè proſequitur, & nihilominus alia nonnulla ſubnectit præcipiendo, prohibendo, conſulẽdo, monen- A do, hortando, & ſub alijs verbis ad aliquem modorum reducibilibus prædictorũ: de intentione regulę liquere valet apertius: vt illud quod in profeſsione quaſi abſolutè ſubnecti videtur, promittentes vitam iſtã ſemper & regulam obſeruare. & quod in fine ſubiungitur, & ſanctum euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti quod firmiter promiſimus obſeruemus: totum ad ipſius regulæ modificatum vel determinatum ſeu ſpecificatũ principium reducatur: videlicet ad obſeruantiam euangelij, vt prædicitur, per ipſam regulam in illis tribus modificatam vel determinatam ſeu ſpecificatam: Cùm non ſit veriſimile ipſum ſanctum verbum ab ipſo ſemel cũ quadam modificatione vel determinatione ſeu ſpecificatione prolatum, licet quaſi ſuccinctoriè repetitum, voluiſſe in ſui repetitione data ſibi per eum modificatione ſeu ſpe- B cificatione ſine certa cauſa carere: Et vtriuſque iuris argumenta nos doceant † ea quæ in principio, ad medium & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem atque principium: & ea quæ in fine, ad vtrunque vel eorum alterum ſæpe referri: Et dato quòd abſolutè diceretur, omnino promitto ſanctum euangelium obſeruare: † cum profeſſor huiuſmodi intenderet ſe ad omnem conſiliorum obſeruantiam obligare, (quod vix aut nunquam poſſet ad literam obſeruare, propter quod talis promiſsio illaqueare profitentis animum videretur:) Clare videtur promiſsionem huiuſmodi ad alium intellectum abſque intentione promittentis non debere perſtringi, niſi vt obſeruantia euangelij ſic ſicut tradita reperitur à Chriſto, videlicet quòd præcepta vt præcepta, & conſilia vt conſilia, à promittentibus obſeruentur. Quem intellectum etiam in eiſdem verbis habuiſſe idẽ bea- C tus Franciſcus in ſerie ſui proceſſus in regula patenter oſtendit: cum aliqua euangelica conſilia indicat vt conſilia ſub verbis monitionis, exhortationis & conſilij, nonnulla verò ſub prohibitione ac verbo præcepti: per quod patet quòd nõ fuit loquentis intentio † quòd fratres ex profeſſione huiuſmodi regulæ ad omnia conſilia ſicut ad præcepta euangelica tenerentur, ſed ſolùm ad illa conſilia quæ in eadem regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus ſunt expreſſa. Vnde nos ad fratrum eiuſdem ordinis conſcientias plenariè ſerenandas, declaramus, quòd ex profeſsione eiuſdem regulæ fratres ipſi ad ea tantùm euangelica obſeruanda conſilia ſunt adſtricti, quæ in ipſa regula præceptoriè vel inhibitoriè ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla verò alia per euange- D lium data conſilia eo magis ſecundum exigentiam ſui ſtatus tenẽtur pluſquam cæteri Chriſtiani, quo per ſtatum perfectionis quem per profeſſionem huiuſmodi aſſumpſerunt, ſe obtulerunt domino holocauſtum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem quæ in ipſa regula continentur tam præcepta quàm conſilia, quàm cætera, ex voto profeſſionis huiuſmodi non aliter tenentur quàm eo modo quo in regula ipſa traduntur: vt ſcilicet teneantur ad eorum † obſeruantiam quæ in eadem regula ipſis ſub verbis obligatorijs indicuntur.

Cæterorum verò obſeruantiam quæ ſub verbis monitorijs, exhortatorijs, informatorijs, & inſtructorijs, ſeu quibuſcunque alijs continentur: eatenus magis condecet de bono & æquo eos proſequi, quo imitatores tanti patris effecti, Chriſti



ſemitas

† Idem dicit Io. 22. in extraua. quorundã. ver. nunc verò. poſt principium. Font.

Regulã diui Franciſci Nicolaus 3. declarare incipit: & primò an illius profeſſores ſint ad euãgelij cõſilia obligati. vide hic cle. exiui. §. cum igitur. eo. titu. Font.

Declaratio regulæ ſancti Frãciſci.

† Quæ vide in glo. rub. j. eo. de regu. iur. tit. proxi. Font.

† nõ prof.

Chordigeri nõ ſunt obligati ad obſeruationẽ omnium cõſiliorũ euangelij.

† Ecce ex verbis colligitur intentio. Font.

† Verba obligatoria ſunt: teneantur, habeãt, & alia declarata in cle. exiui. §. vt autem hac. §. præterea cum. Font.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Fratres minores an poſſint habere aliquid proprij.*

ſemitas elegerunt. Porrò cum ipſa regula expreſſe contineat quod fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſitque declaratum per eundem prædeceſſorem noſtrum Grego. ix. & nonnullos alios hoc ſeruare debere tam in ſpeciali quàm etiam in communi: quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorum inſenſata dānauerit aſtutia, ne fratrium eorundem perfectionis claritas in talium imperitis ſermonibus laceretur: dicimus ꝙ abdicatio proprietatis huiuſmodi omniū rerum non tam in ſpeciali quàm etiam in communi propter Deum, meritoria eſt & ſancta: quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo † docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis eccleſiæ prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfectè viuere, per doctrinæ ac vitæ exempla in eos deriuarunt. Nec his quiſquā putet obſiſtere quòd interdum dicitur Chriſtum loculos habuiſſe. nam ſic Ieſus Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorū imperfectionibus condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas nō damnaret. ſic infirmorum perſonā Chriſtus ſuſcepit in loculis: ſic & in nonnullis alijs infirma humanæ carnis aſſumens (prout euangelica teſtatur hiſtoria) non tantùm carne ſed & mente cōdeſcendit infirmis.

*† Extrauag. quia quorūdam. declarat hæreticū aſſerere quòd Chriſtus nec in ſpeciali nec in cōmuni proprium habuerit. Fon.*

Sic enim hamanam naturā aſſumpſit, quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis: in proprijs permanſit excelſus. Sic & ſummæ charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes inducitur, quòd à ſummæ perfectionis rectitudine non curuatur.

Egit nanq; Chriſtus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, ſicut interdum & in fuga patet, & loculis: ſed vtrunque perfectè perfectus exiſtens, vt perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui vtroſque ſaluare venerat: qui tandem mori voluit pro vtriſque. Nec quicquā ex his inſurgat erroneè, ꝙ taliter propter Deū proprietatem omnium † abdicantes tanquā homicidæ ſui, vel tentatores Dei, viuendi diſcrimini ſe cōmittant. ſic enim ſeipſos cōmittant diuinę prouidentiæ in viuendo, vt viam non contēnant prouiſionis humanæ: quin vel de ijs quę offeruntur liberaliter, vel de ijs quæ mēdicantur humiliter, vel de ijs quæ conquiruntur per laboricium, ſuſtententur. qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expreſsè. Profectò ſi (iuxta promiſſum ſaluatoris) nunquā deficiet fides eccleſiæ: per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur: † ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuſlibet videtur eſſe ſublata. Et quidē vbi (quod nō eſt aliquatenus præſumendū) hæc cuncta deficerent, ſicut nec ęteris, ſic nec ipſis fratribus iure poli in extremæ neceſsitatis articulo ad prouidendum ſuſtentationi naturæ via omnibus extrema neceſsitate detentis conceſſa præcluditur: cùm ab omni lege extrema † neceſsitas ſit exempta: nec talem abdicationē proprietatis omnimodę, renūtiationem vſus rerum cuiquā videatur inducere. nam cùm in rebus tēporalibus ſit cōſiderare præcipuū, proprietatem, poſſeſsionem, vſumfructū, ius vtendi, & ſimplicem facti vſum, & vltimo tanquā neceſſario egeat, licet primis carere poſsit vita mortalium: nulla prorſus poteſt eſſe profeſsio quæ à ſe vſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat: verùm cōdecens fuit ei profeſsioni quę ſpōte de-

*† Vide hîc queſt. veſperialem Almam in docto. Pariſienſis. Font. Chordigeris eſt permiſſus triplex viuendi modus. † Imò poſſent laici cōpelli officio iudicis eleemoſynas facere. gl. ca. j. di. j. ca. domino ſancto. 50. diſt. c. exigunt. j. q. vij. Abb. c. j de empt. et ven. Fon. † De conſe. diſt. j. ſicut. & j. eo. diſtinct. iij. c. ſanctū, cap. quod nō eſt. cum glo. de regu. iuris. Font.*

uouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſario vſu fore contentam. Nec per hoc quòd proprietatē vſus, & rei cuiuſque dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici vſui omnis rei renunciaſſe conuincitur: qui inquam vſus non iuris ſed facti tātummodo nomen habens, quod facti eſt tantùm, in vtendo præbet vtentibus, nihil iuris: quinimo neceſſariarum rerum tam ad vitæ ſuſtentationem quàm ad officiorū ſui ſtatus executionem (excepto quod de pecunia infra ſubiungitur) moderatus vſus, ſed ſecundū eorum regulam & veritatem omnimodam conceſſus eſt fratribus: quibus rebus fratres licitè vti poſſent durante concedentis licentia, & iuxta id ꝙ in præſenti ſerie continetur. Nec his obuiare dignoſcitur quod ciuilis prouidentia in humanis rebus humanè conſtituit: videlicet non poſſe vſum vel vſumfructū à dominio perpetuò † ſeparari: quod, ne dominium dominis (ſemper abſcedente vſu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tātùm in conſtituendo proſpiciens iſta decreuit. Retentio nanque dominij talium rerum cū conceſsione vſus facta pauperibus, non eſt infructuoſa domino: cùm ſit meritoria ad æterna, & profeſsioni pauperum opportuna, quæ tanto ſibi cenſetur vtilior, quanto commutat temporalia pro ęternis. Profectò non fuit confeſſoris Chriſti regulam inſtituentis intentio: quinimo contrarium in ipſa conſcripſit, contrarium viuendo ſeruauit: cùm & ipſe temporalibus ad neceſsitatem vſus fuerit, & in pluribus locis in regula vſum talem licere fratribus manifeſtet. Dicit nanque in regula quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt breuiaria: ex hoc patenter inſinuans quòd fratres ſui habituri eſſent vſum breuiarij & librorum qui ſunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur quod miniſtri & cuſtodes pro neceſsitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos ſpiritales ſolicitam curam gerant ſecundum loca & tempora, & frigidas regiones: ſicut eorū neceſsitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad otium euitandum, dicit quòd de mercede laboris pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant. In alio quoque capitulo continetur quòd fratres vadant pro eleemoſynis confidenter. Habetur etiam in eadē regula, quòd in prædicatione quam fratres faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi: annuntiando eis vitia, & virtutes: pœnam & gloriam. Sed conſtans eſt quòd hæc præſupponunt ſcientiam: ſcientia requirit ſtudiū: exercitium verò ſtudij conuenienter haberi non poteſt ſine vſu librorum. † Ex quibus omnibus ſatis claret ex regula: ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſapientiale ſtudium, neceſſarium rerum vſum fratribus eſſe conceſſum. Patet itaque ſanè intelligentibus ex prædictis regulam quo ad abdicationem huiuſmodi, non ſolùm obſeruabilem, poſsibilem & licitam: ſed meritoriam & perfectam: & eo magis meritoriam, quo per ipſam profeſſores ipſius magis à temporalibus propter Deum (ſicut prædicitur) elongantur. Ad hæc cùm fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſsint etiam in communi, & cùm aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecus non exprimat) offerentis, concedentis,

*† l. omnib. ff. de vſufru. l. antiquas. C. eo. Font.*

*Proprietas eſſet inutilis, ſi ab vſu ſemper ſepararetur.*

*Vſus rerum temporaliū eſt fratribus diui Franciſci permiſſus.*

*Prædicatorū boni officium.*

*† Libri ſunt ad ſcientiā neceſſarij. vide Oldra. conſi. 84. an expediat habere multos libros. glo. in verbo, laboribus. §. eodē in proœ. Fōtanus.*



cedentis, vel donantis, veriſimiliter credatur intentio, vt rem huiuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam perfectè cōcedat, donec auferat, à ſe abdicet, ac in alios trāsferre cupiat propter Deum: nec ſit perſona in quā loco Dei congruentius huiuſmodi rei dominiū transferat, quàm ſedes præfata, vel perſona Romani pontificis Chriſti vicarij, qui pater eſt omnium, & fratrum minorū nihilo minus ſpecialis: Ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium, cū patri filius ſuo modo, ſeruus domino, & monachus monaſterio res ſibi oblatas, conceſſas vel donatas acquirant: omnium vtenſilium & librorum ac eorum mobilium præſentium & futurorum, quæ & quorum vſumfructum ſcilicet ordinibus vel fratribus ipſis licet habere, proprietatem & dominium (quod & fe. re. Innocentius papa quartus prædeceſſor noſter feciſſe dinoſcitur) in nos & Roma. eccleſiam plenè & liberè pertinere hac præſenti cōſtitutione in perpetuum valitura ſancimus. Præterea loca empta de eleemoſynis diuerſis, & oblata ſeu conceſſa fratribus ſub quacunque forma verborum (licet fratres ſibi cauere debeant quòd huiuſmodi verbis ſtatui ſuo incompetentibus non vtantur) à diuerſis ſeu pro indiuiſo pōſſidētibus, ſeu certas partes in ipſis locis habentibus in quibus ipſi poſsidentes pro indiuiſo, ſeu certas partes habentes, nihil ſibi in oblatione ſeu cōceſsione huiuſmodi reſeruarint, ſimiliter & in ius & dominium ac proprietatem noſtram & eccleſiæ prędictæ eadem auctoritate ſuſcipimus. Loca verò ſeu domos pro habitatione fratrum à ſingulari perſona vel collegio vel ipſis fratribus ex integro concedenda ſeu etiam offerenda (ſi talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perſeuerante tantùm voluntate concedentis inhabitent. Ac illa liberè, pręter eccleſiam & oratoria ad eccleſiam deſtinata, & cœmeterium (quæ tam ad præſentia quàm ad futura in ius & proprietatem noſtram & prædictæ Romanæ eccleſiæ ſimili modo & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipſis fratribus patefacta dimittant, in quorum locorum dominio ſeu proprietate nihil nobis vel præfatæ Romanæ eccleſiæ retinemus omnino, niſi ea ſpecialiter de noſtro ſeu ipſius Romanæ eccleſiæ recipiantur aſſenſu. & ſi in eiſdem locis reſeruauerit dominium ſibi in concedendo concedens præter inhabitationem fratrum, ſpeciale † dominium in ius eccleſiæ ſæpe dictæ non tranſeat, ſed potius plenè liberum maneat concedenti. Inſuper nec vtenſilia, nec alia præter eorum vſum ad neceſsitatem & officiorum ſui ſtatus éxecutionem (non enim omnium rerum vſum habere debent, vt dictum eſt) ad vllam ſuperfluitatem, diuitias, ſeu copiam quæ deroget paupertati, vel ad theſaurizationem, vel eo animo vt ea diſtrahant ſiue vendant, recipiant, nec ſub colore prouidentiæ in futurum, nec alia occaſione: quinimo in omnibus appareat in eis quo ad dominium omnimoda abdicatio, & in vſu neceſsitas. Hoc autem ſecundum exigentiam perſonarum & locorum, miniſtri & cuſtodes ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodijs cum diſcretione diſponant, cum de talibus interdum perſonarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunſtantiæ plus minuſve ac aliter prouideri requirant. iſta tamen ſic faciant, quòd ſemper in eis & eorum actibus paupertas ſancta

*Dominium rerum quibus fratres minores vtuntur: eſt penes papā. De hoc tamen dominio vide extrauagātem Io. 22. ad cōditorem canonū. §. licet. Zabarel. in ſua gl. magna ſuper verbo, proinde. ſæpe alleg. cle. exiui. et iſte vſus quem habent fratres, declaratur per extrauagā. ad cōditorem. §. quā quā autem. & extrauagā. quorundā. §. quod autem. eſſe iuris liciti, non facti ſimplicis, vt iſte tex. videtur velle. Font.*

*† Aliàs tale.*

*Theſaurizatio eſt chordigeris vetita.*

reluceat, prout ipſis ex eorum regula inuenitur indicta. Cæterum cum in eadem regula ſit ſub præcepti diſtrictione prohibitum, ne fratres recipiant per ſe vel per alios denarios vel pecuniam vllo modo, idque fratres in perpetuum ſeruare cupiant, & velut iniunctum neceſſe habeant adimplere, ne ipſorum puritas in huiuſmodi obſeruatione præcepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conſcientiæ aliquibus aculeis ſtimulentur:

*Pecuniam recipere an liceat chordigeris.*

Articulum iſtum propter detrahentium morſus profundius quàm noſtri prædeceſſores fecerint, aſſumentes, ac ipſum clarioribus determinationibus proſequentes, dicimus in primis quòd fratres ipſi à mutuis contrahendis abſtineant, cum eis mutuum contrahere (ipſorum ſtatu conſiderato) non liceat: † poſsint tamen ipſi pro ſatisfactione facienda pro eorum neceſsitatibus quæ pro tempore occurrerint (ceſſantibus eleemoſynis de quibus ſatisfieri commodè tunc non poſſet) citra cuiuſlibet obligationis vinculum dicere quòd per eleemoſynas & alios amicos fratrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo caſu procuretur à fratribus quòd ille qui dabit eleemoſynam, per ſe vel per alium non nominandum ab ipſis, ſi fieri poterit, ſed ab eo potius iuxta ſuum beneplacitum aſſumendum, huiuſmodi ſatisfactionem faciat in totum vel in partem, prout ſibi dominus inſpirabit. Si tamen ipſe hoc nollet facere, vel non poſſet, vel quia receſſus eius immineat, aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habet fidelium perſonarum, ſeu quacunque alia occaſione vel cauſa: declaramus & dicimus quòd in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipſius obſeruantia maculatur, ſi fratres ipſi alicuius vel aliquorum ſibi curent dare notitiam, vel aliquos ſeu aliquem nominare, aut etiam præſentare, cui vel quibus, ſi eleemoſynam facienti placuit, committi poſsit executio prædictorum: ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubrogationibus infraſcriptis: Ita tamen, quòd penes ipſum dantem, dominio, proprietate, ac poſſeſsione ipſius pecuniæ cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam ſemper vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatam, plenè, liberè ac integrè remanentibus, in ipſa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec adminiſtrationem ſeu diſpenſationem, nec contra perſonam nominatam vel non nominatam ab eis, cuiuſcunque conditionis exiſtat, in iudicio, vel extra, actionem, perſecutionem, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercunque perſona prædicta in commiſsione huiuſmodi ſe habeat: liceat tamen fratribus ſuas neceſsitates inſinuare ac ſpecificare vel exponere perſonæ prædictæ, ac eam rogare quòd ſoluat. † Poſsint etiam perſonam candem exhortari ac inducere quòd fideliter in re commiſſa ſe habeat, & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione prouideat: Ita tamē, quod ab omni eiuſdem pecuniæ adminiſtratione ſeu diſpenſatione, & contra prædictam perſonam actione ſeu perſecutione (vt prædictum eſt) fratres abſtineant omnimodo. Si verò perſonam huiuſmodi nominatam vel non nominatam à fratribus (quo minus per ſe poſsit exequi quod prædicitur) contigerit per abſentiam, infirmitatem, voluntatem, ſeu locorum diſtantiam ad quæ ipſe nollet accedere, in quibus eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda, vel per occaſionem aliā impediri, liceat

*† Quia ibi de meo ſit tuum, quod pronomen fratrimi norī nō cōuenit. & hāc prouiſionem circa pecuniā approbat cle. exiui. ibi videas. §. Porrò. vſq; ad. §. proinde. Font.*

*† Quid de hæredibus talis perſonæ, vide. j. eo. §. in eo verò caſu. Font.*

Universidad de Deusto Biblioteca



ceat fratribus cum cõſcientiæ puritate quandam aliam perſonam ſubrogandam ad præmiſſa in nominando & alijs (ſi ad primum dantem non poſſint vel nolint habere recurſum) cum iſta perſona facere ſicut ſuprà proximè declarauimus eis licere cum prima. Duarum enim perſonarum miniſterium per viam ſubrogationis (vt dictum eſt) communius & generalius videtur poſſe in prædictorum executione ſufficere: cùm prædicta ſatisfactio præſumatur poſſe celeriter expediri. Si tamen (vt interdum dictum eſt) propter locorum diſtantiam in quibus eſſet ſatisfactio facienda, & conditiones ſeu circunſtantias alias caſus emergeret in quo videretur plurium perſonarum ſubrogandarum miniſterium oportunum: liceat ipſis fratribus in hoc caſu iuxta negotij qualitatem (ſeruato modo prædicto) plures perſonas aſſumere, nominare, ſeu præſentare ad iſtud miniſterium exequendum. Et quia oportet & expedit fratrum neceſsitatibus, non ſolùm illis pro quibus iam eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio facienda (vt ſuperius proximè dictum eſt) ſed etiam imminentibus, ſiue tales neceſsitates ingruentes immineant quæ breui tempore expediri valeant, ſiue tales (licet paucæ comparatiuè) quarum prouiſio ex ſui conditione neceſſariò tractum temporis habet, vt in libris ſcribẽdis, eccleſijs ſeu ædificijs ad vſum habitationis ipſorũ conſtruendis, libris & pannis in locis remotis emendis, & alijs ſimilibus ſi quæ occurrerint, cum moderamine ſupradicto ſalubriter prouideri: Sic in iſtis neceſsitatibus clarè diſtinguimus, ſic in eis fratres poſſe tutè & ſalua conſcientia procedere declaramus, videlicet vt ingruenti vel imminẽti neceſsitate quæ breui tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circunſtantijs non ſic breui (vt ſupra in proximo caſu dictum eſt) valeat expediri, tam quo ad dãtem eleemoſynam, quàm quo ad nominatum vel ſubſtitutum, in omnibus & per omnia ſicut in articulo ſolutionis pro neceſsitatibus præteritis faciendæ ſupra proximè declarauimus, procedatur. In ea verò neceſsitate quantumcunque præſentialiter ingruente, quæ tamen ex qualitate ſui (vt prædicitur) tractum temporis habet annexum, quia in eo caſu veriſimile eſt quòd tum ratione diſtantiæ locorum quæ expeditio neceſsitatis ipſius ex ſui conditione requireret, tum etiam circunſtantiarum ipſius neceſsitatis ratione penſata, frequenter caſus acciderent, in quibus ad expeditionem neceſsitatis huiuſmodi oporteret quòd per diuerſas manus & perſonas tranſiret pecunia neceſsitati huiuſmodi deputata, quarum omnium perſonarum impoſsibile quaſi eſſet dominum principalem pro ipſa neceſsitate pecuniam deputantem, ſeu etiam ſubſtitutum ab eo, & tertium etiam ab ipſo ſubſtituto (ſi caſus talis accideret) poſtea ſubrogatum, habere notitiam: declaramus & dicimus quòd in hoc articulo præter dictos duos modos in neceſsitatibus præteritis & ingruentibus quæ poſsint breui tempore, vel interdũ non breui (vt ſuprà exprimitur) expediri (vt prædiximus) obſeruandos, ad obſeruandam ipſius regulæ ac profeſſorum eius omnimodam puritatem, quòd ſi præſtò ſit eleemoſynę huiuſmodi elargitor, vel eius nuntius qui poſsit hoc facere & velit: expreſsè illi prædicatur à fratribus, quòd ſibi placeat vt dominio talis pecuniæ cum libera poteſtate reuocandi ſibi pecuniam ipſam, penes ipſum ſemper vſque ad conuerſionem † ipſius in rem deputatam liberè remanente, vt in alijs duobus caſibus ſuperius dictum eſt, per quoruncunque manus pecunia ſeu eleemoſyna ipſa tractetur, ſiue perſonas ab eo vel à fratribus nominatas, totum ſuo conſenſu, voluntate ac auctoritate procedat: quo aſſenſum ſuum præbẽte prædictis, ſecurè fratres re empta vel acquiſita de illa pecunia per quẽcunque (iuxta modum annotatum ſuperius) vti poſsint. Ad maiorem autem prædictorum omnium claritatem, hac in perpetuum valitura prouiſionis ſerie declaramus, quòd fratres præfatis modis, vt prædicitur circa pecuniam in ſupportandis eorum præteritis & ingruentibus neceſsitatibus obſeruatis, non intelligãtur nec dici poſsint per ſe vel per interpoſitã perſonam pecuniam recipere contra regulam, vel profeſsionis ſui ordinis puritatem: cùm manifeſtè pateat ex præmiſsis, ipſos fratres non ſolùm à receptione, proprietate, dominio ſiue vſu ipſius pecuniæ, verumetiam à contrectatione qualibet ipſius & ab ea pecunia penitùs alienos. In eo verò caſu quando antequam ipſa pecunia in licitum rei habendæ vel vtendæ commercium ſit conuerſa, concedentem pecuniam mori contigerit: ſi concedens in concedendo dixerit vel expreſſerit quòd perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum fratrum expenderet: quicquid de ipſo concedente viuendo vel moriendo contingeret, ſiue concedens huiuſmodi hæredem reliquerit, ſiue non: poſsint fratres ad perſonam deputatam (non obſtante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro ipſa pecunia expendenda recurrere, † ſicut poterant ad ipſum dominum concedentem. Quia verò puritatem ipſius ordinis intima cordis affectione zelamus: cùm in prædictis caſibus ad determinatam neceſsitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniã concedi contigerit, concedens pecuniam rogari poſsit à fratribus quòd ſi quid de pecunia ipſa, habita neceſsitate determinata ſupererit, conſentiat ipſe concedens quòd reſiduum præfatæ pecuniæ in res alias pro alijs ipſorum fratrum prædictis neceſsitatibus conuertatur. quo non conſentiente prædictis, ipſum reſiduum (ſi quod fuerit) reſtituatur eidem. Caueant tamen fratres quòd ſolicitè ſe coaptent, vt non plus ſcienter concedi conſentiant, quàm veriſimiliter æſtimari poſsit rem neceſſariam pro qua pecunia ipſa conceditur, valituram. Et quia in prædictorũ ſerioſa expoſitione à dante vel recipiente de facili poſſet errari: vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, ſimplicitati aliquorũ ſimplicium, ſaluti animarum hinc inde ſecurius conſulatur: intellectum illum qui ſatis in hoc caſu à ſanè intelligẽte percipitur, præſentis ac in æternum valituræ conſtitutionis ſerie lucidamus, volentes illum ad communem deduci notitiam: videlicet quòd ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur vel offertur: niſi expreſsè per mittentem vel offerentem aliud exprimatur, prædictis modis prorſus oblata intelligatur & miſſa. Non enim veriſimile eſt aliquem eleemoſynæ ſuæ ſine expreſsione modum illum præfigere, per quem & donãs merito, & illi quorum neceſsitatibus intendit per donum huiuſmodi prouidere, vel effectu doni, vel ſuæ conſcientiæ puritate fraudentur. Ad hæc quia fratribus ipſis interdum in vltimis voluntatibus ſub diuerſis modis nonnulla legantur, nec expreſsè quid de his agendum ſit, in regula vel prædeceſſorum noſtrorum

† Quomodo pbatur illa, vide Barto. in l. ciuitas. ff. ſi cer. peta. do&t. authẽ. hoc ius porrectum. C. de ſacro ſan. eccle. Font.

† Obſeruatu modo et forma. §. ita tamen. §. eo. Font.

Legata ſibi relicta an poſsint fratres minores agnoſcere, vide. §. ad noſtrã. in cle. exiui. & quæ ibi dicit Cardin. ſua glo. in verſi. Secundo quæro. & Bart. in ſuo trac. mino. Fon.



ſtrorum declarationibus continetur, ne in ipſis dubitari contingat in poſterum, prouidendo legantibus, & fratrum conſcientijs præcauendo, declaramus, ordinamus, & dicimus quòd ſi teſtator modum ſecundum quem fratribus (eorum conditione inſpecta) recipere non liceret, exprimat in legando, vt ſi legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, domum ad locãdum, vel ſimilia verba in ſimilibus proferret, aut modos ſimiles in relinquendo ſeruaret: à tali legato & eius receptione per omnem modum fratres abſtineant. Si verò modum licitum fratribus in legando teſtator expreſſerit, vt ſi diceret, Lęgo pecuniam pro fratrum neceſsitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & ſimilia, ad hoc quòd per certam perſonam vel perſonas idoneas diſtrahantur, & pecunia de rebus ipſis accepta, in ædificia vel alia fratrum neceſſaria conuertatur: aut in legando ſimilibus modis vel verbis vtatur: In hoc caſu illud in omnibus & per omnia (conſideratis eorum neceſsitatibus & moderaminibus ſupradictis) quantum ad fratres ſeruari decernimus quod per nos eſt ſuperius in conceſsis pecuniarijs eleemoſynis declaratum. Ad quæ legata ſoluenda tam hæredes teſtatorum quàm executores ſe liberales exhibeant, & etiam prælati & ſeculares † quibus de iure vel conſuetudine prouiſio iſta competeret, cum expedierit, ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos & fratrum regulæ congruos intendimus prouidere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorum deſtituatur intentio: ac ipſi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur. Si verò fratribus ipſis generaliter aliquid abſque modi expreſsione legetur, in hoc legato ſic indeterminatè relicto, in omnibus & per omnia intelligi ac ſeruari volumus, & in perpetuum præſenti conſtitutione iubemus quod ſupra in pecunia ſeu eleemoſyna fratribus indeterminatè oblata vel miſſa voluimus ac expreſsimus obſeruari, videlicet vt ſub modo licito fratribus intelligatur eſſe relictum: ita quòd nec legans merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudentur. Quia verò libros & alia mobilia quibus tam ordo quàm fratres vtuntur, quorum dominium (cum non ſint dominij aliorum) ad præfatam eccleſiam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur, interdum contingit ſeu expedit vendi, vel etiam commutari: fratrum vtilitatibus & eorum conſcientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus vt commutatio talium rerum, & ad eas res quarum vſum fratribus licet habere, de generalium & prouincialium miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim vel diuiſim auctoritate procedat: quibus etiam de diſpoſitione vſus talium rerum concedimus ordinare.

Si verò res huiuſmodi æſtimato precio vendi contingat, cum fratribus ipſis per ſe vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat, ordinamus & volumus quòd talis pecuniã ſeu pretium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius vſum fratribus licet habere, per † procuratorem à præfata ſede vel à cardinali gubernationem per ipſam ſedem gerenti eiuſdem ordinis deputandum iuxta modum in ſuperioribus neceſsitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum. De vilibus † autem mobilibus vel parum valentibus liceat ex præſenti noſtra conceſsione fratribus (pietatis ſeu deuotionis intuitu, vel pro alia honeſta & rationabili cauſa) obtenta ſuper hoc prius ſuperiorum ſuorum licentia, iuxta quod inter fratres in generali vel in prouincialibus capitulis tam de ipſis rebus vilibus ſeu parum valentibus & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet à quibus & qualiter ſit habenda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem alijs elargiri. † Licet autem contineatur in regula quòd fratres habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, & videri poſsit illa fuiſſe inſtituentis intentio, quòd neceſsitate ceſſante pluribus non vtantur: declaramus quòd poſsint fratres de licentia miniſtrorum & cuſtodum coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſsis, cum eis videbitur (penſatis neceſsitatibus & alijs circunſtantijs quæ ſecundum Deum & regulam attendendæ videntur) vti pluribus: nec per hoc videantur à regula deuiare, cum etiam in ipſa dicatur expreſsè quòd miniſtri & cuſtodes de infirmorum neceſsitatibus & fratribus induendis ſolicitam curam gerant ſecundum loca & tempora, & frigidas regiones. Et quanquam prædicta regula contineat quòd de fratribus induendis & neceſsitatibus infirmorum miniſtri tantùm & cuſtodes ſolicitam curam gerant, & dictio illa tantùm, † adeo miniſtros & cuſtodes in hac cura perſtringere videatur, quòd ab ea cæteros prima facie excludat: quia tamen ſolicitè conſiderare nos conuenit & tempus regulæ inſtitutæ quo fratres iſti ad comparationem prçſentem numero pauci erant, & forſan miniſtri & cuſtodes videbantur tunc ad iſta procuranda poſſe ſufficere, ac nihilo minus multiplicationes fratrum & moderni temporis qualitatem, nec ſit veriſimile beatum Franciſcum inſtitutorem regulæ vel ipſis miniſtris & cuſtodibus impoſsibilitatis iugum voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſsibilitatis conſequentia fratres ipſos ſuis neceſsitatibus velle carere: concedimus quòd ipſi miniſtri & cuſtodes poſsint per alios huiuſmodi curæ ſolicitudinem exercere. Debent etiam & alij fratres curam huiuſmodi quæ præfatis miniſtris & cuſtodibus præcipuè incumbit ex hac regula, cum ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter. Continetur quoque in regula, quòd fratres quibus gratiam dedit dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita quòd (excluſo otio animæ inimico) ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant. Quia verò ex verbo iſto fratres ipſos de otioſitate vitæ & de regulæ tranſgreſsione improbè notare interdũ hactenus aliqui ſunt conati, nos morſus huiuſmodi nefarios reprimentes, declaramus quòd cõſideratis verbis prædictis, & forma ſeu modo loquendi ſub quibus fratres ad huiuſmodi exercitium inducũtur, non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio, ꝙ vacãtes ſtudio vel diuinis officijs & miniſterijs exequendis, manuali labori ſeu operationi ſubijceret, vel ad hoc illos arctaret: Cum exemplo Chriſti & multorũ ſanctorum patrũ, labor iſte ſpiritalis tanto illi præponderet, quanto quæ ſunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios verò qui ſe in prædictis ſpiritalibus operibus nõ exercent, † niſi tales aliorum fratrum licitis ſeruitijs occupentur: ne otioſè viuant, verba prædicta declaramus extendi: Niſi & tales tam excellentis & notabilis cõtemplationis & orationis exiſterẽt, quòd merito

† No. quòd iudex ſecularis interponit ſe circa legata pia. Fonta.

Videre poſſunt chordigeri pro ſuis neceſsitatibus libros ſuos et alia mobilia.

† Tales procuratores reuocantur per extrauagan. ad cõditorem. §. rurſus. Fontanus.

† Quomodo conſideratur vilitas rei. gl. eſt in verbo, vilitas. in cle. exiui. eo. Font.

† Vide cle. exiui. §. præterea. et extrauagan. quorundã. §. in primis. Font.

† No. quòd conſtitutio ex ratione ſuperuenienti ampliatur. No. ſecũdò illud: Concorda tempora et mores: & cõcordabis ſcripturas. facit. §. nos et ſtatũ. in eod. Font.

Fratres minores ad laborem potentes, an laborare teneantur.

† Hoc eſt, non cõcionantur ad plebem, nõ pſallunt, nõ legunt. Fontanus.

Universidad de Deusto Biblioteca



meritò propter hoc non eſſent à tanto bono pro huiuſmodi exercitio ſubtrahendi. fratres enim quicunque ſtudio vel diuinis miniſterijs non vacantes, ſed aliorum fratrum ſtudio vel alijs diuinis officijs & miniſterijs vacantium ſeruitijs inhærentes tantùm, pro ſeruitijs eiſdem cum ipſis quibus ſeruiunt, ſuſtentari merentur: quod aſtruitur illa æqua lege qua ſtrenuus pugnator ille Dauid iuſtè decreuit, videlicet quòd deſcendentium ad prælium, & remanentium ad ſarcinas, portio æquaretur. Verùm quia expreſsè continetur in regula quòd fratres non prædicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilo minus authoritatem apoſtolicæ plenitudinis conſeruantes, dicimus quòd prædictum verbum ad literam ſicut regula ipſa protulit, obſeruetur: niſi per ſedem apoſtolicam circa hoc pro vtilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum vel ordinatum aliud, vel in poſterum concedatur, ſeu etiam ordinetur. † Et quia in eodem capitulo regulæ immediatè ſubiungitur quòd nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à miniſtro generali fuerit examinatus & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium ſibi ſit conceſſum:

*Prædicare an poſſint fratres ſine licentia, & à quibus eſt danda.*

*† No. bene quòd papa poteſt conſtituere expreſſè contra conſtitutionẽ alicuius ſancti: etiamſi vita & conſtitutio ſua ſit per alios pōtifices approbata. Font.*

Nos & ſtatum præteritum ipſius ordinis in paucitate ſui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (vt condecet) aduertentes, concedimus nedum generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus perſonæ idoneitatem & prædicationis officium licentia ipſa reſpiceret prout in regula continetur: verumetiam prouinciales miniſtri hoc poſsint in capitulis prouincialibus cum definitoribus, quod etiam hodie obſeruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri: quam quidem licentiam præfati miniſtri reuocare & ſuſpendere valeant & arctare, ſicut & quando id eis videbitur expedire. Sed quoniam in deſiderijs noſtris hoc geritur, vt ad Dei gloriam ſalus proficiat animarum: ac dicto ordini per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Chriſtianæ religionis accenditur, meritum & numerus augeatur: concedimus & præſenti ſtatuto firmamus licere non ſolum generali, ſed etiam prouincialibus miniſtris, perſonas fugientes à ſeculo in fratres recipere, quæ miniſtrorum prouincialium licentia per ipſum generalem (ſicut expedire viderit) poſsit arctari. vicarij verò prouincialium miniſtrorum ex officio vicariæ licentiam hanc ſibi nouerint interdictam: niſi per miniſtros eoſdem (quibus hoc poſſe committere vicarijs & alijs licere decernimus) hoc ipſis vicarijs ſpecialiter committatur. Caueant tamen ipſi prouinciales quòd hoc non indiſcretè, non paſsim, ſed ſic conſideratè committant, vt illos quibus hoc committi contigerit, fidelibus conſilijs fulciant. quæ omnia diſcretè procedant. Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem: ſed illi tantùm qui ſuffragantibus eis literatura, idoneitate, vel alijs circunſtantijs poſsint vtiles eſſe ordini, ſibique per vitæ meritum, ac alijs proficere per exemplum. Inſuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedente generali miniſtro, à prouincialibus miniſtris & cuſtodibus in capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris, omnium cuſtodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire:

*Religione diui Franciſci non omnes digni ſunt.*

*Miniſtro generali decedente, qui debent ad electionem conuenire.*

A aut (vt omnia cū maiori tranquillitate tractētur) ſufficere poſsit vt aliqui de ſingulis ꝓuincijs, qui vocem habeant aliorum, interſint: Taliter reſpondemus: vt ſcilicet ſingularum prouinciarum cuſtodes vnum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo prouinciali miniſtro pro ſeipſis ad capitulum dirigant, voces aut vices ſuas committentes eidem. Quod etiam cōſtituerint per ſeipſos, ſtatutum huiuſmodi duximus approbandum. Quod idē prædeceſ. noſter Gregorius nonus in caſu huiuſmodi dicitur reſpondiſſe. Denique quia continetur in regula ſupradicta, ꝙ fratres non ingrediantur monaſteria monacharum, præter illos quibus à ſede prædicta conceſſa fuerit licentia ſpecialis: quanquam hoc de monaſterijs pauperū monialium incluſarum fratres attentius intelligendum eſſe crediderint, cùm eorum ſedes præfata curam B habeat ſpecialem, & intellectus huiuſmodi per conſtitutionem quandam tempore regulæ datæ, viuente adhuc beato Franciſco, per prouinciales miniſtros fuiſſe credatur in generali capitulo declaratus: ijdem fratres certificari nihilo minus poſtulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cùm regula nullū excipiat, an de illis ſolùm monaſterijs monialium prædictarū debeat intelligi? Nos vtique generaliter id eſſe prohibitum de quarumlibet cœnobijs monialium reſpondemus: & nomine monaſterij volumus clauſtrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca vbi homines ſeculares conueniunt, poſſunt fratres illi cauſa prædicationis vel eleemoſynę petēdæ accedere: ijs quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum, exceptis, ſeu pro prædictarum monaſterijs incluſarum ad quæ nulli datur accedendi facultas C ſine ſedis eiuſdē licentia ſpeciali: quod etiā ipſum idem prædeceſ. noſter Gregorius nonus in eo caſu dicitur reſpondiſſe. Cæterum ſanctæ memoriç confeſſor Chriſti Franciſcus mandaſſe dicitur circa vltimum vitæ ſuæ (cuius mandatū, ipſius dicitur teſtamentum) ꝙ verba ipſius regulæ nō gloſſentur, & (vt verbis vtamur eiuſdem) quòd ſic vel ſic intelligi debeat, nō dicatur: adijciēs quòd fratres nullo modo literas aliquas ab apoſtolica ſede petant: & alia quædam interſerens, quæ nō poſſent ſine multa difficultate ſeruari: propter quod fratres hæſitantes, an tenerentur ad obſeruantiam teſtamenti prædicti, dubitationē huiuſmodi per eundē prędeceſſorem noſtrū Gregorium nonum petierunt de ipſorū conſcientijs amoueri. qui (ſicut aſſeritur) attendēs periculū animarum, & difficultates quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatem de ipſorum conſcientijs amouēdo, dixit D fratres ipſos ad ipſius mandati obſeruantiam non teneri: quod ſine conſenſu fratrum & maximè miniſtrorum quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit, nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligauit: cùm non habeat imperium par in parem. Nos autē circa præſentem articulum nihil duximus innouandum. † Ad hoc à nōnullis prædeceſ. noſtris Romanis pontificibus circa declarationem ipſius regulæ, & ipſam regulam contingentia, diuerſas literas intelleximus emanaſſe. Sed nec per hoc mordacium prædictorum contra regulam ipſam & fratres quieuit inſultus: nec per ipſas literas ſtatui fratrum prouidetur in multis, in quibus de nouo vel aliter neceſſariò prouidendum eſſe multorum poſtea caſuum contingentium experientia indicauit. Nos itaque ne literarum

*Monaſteria monacharū cū chordigeri ingredi non debeant: de quarū monaſterijs intelligatur, hic explicatur.*

*Franciſcus beat⁹ prohibuit in extremis ſuā regulā gloſſari, & literas apoſtolicas ſuper ipſius relaxationem impetrari.*

*† Hunc. §. & mox. j. §. & quia ſub colore. allegat Bal. referente hic Phil. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. ecle. pro ſtatutis vetantibus ſe gloſſari. idem Bal. l. non dubiū. de legibus. Font.*



rum huiuſmodi & præſentis cōſtitutionis diuerſitas vel intellectus aduerſitas in prædictorū obſeruatione fratrum animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorum ſtatui & obſeruantiæ prædictæ regulæ conſulatur in omnibus & ſingulis illis articulis quos conſtitutio ipſa continet, quanquam ipſi vel eorum aliqui contineantur in alijs literis apoſtolicis ſupradictis, Hanc noſtram conſtitutionem, declarationem, ſeu ordinationem tantùm à fratribus ipſis præcisè ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obſeruandam. Cùm igitur ex prædictis & alijs per nos cum multa maturitate diſcuſsis, regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſeruabilis, nec vlli patens diſcrimini euidenter appareat: illa & omnia ſupraſcripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiam & ſuppleta, de apoſtolicę poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, & volumus exiſtere perpetuæ firmitatis: In virtute obediētiæ diſtrictè pręcipientes, quòd hæc conſtitutio ſicut cæteræ conſtitutiones vel decretales epiſtolæ legatur in ſcholis. Et quia ſub colore liciti nonnulli contra fratres ipſos & regulam, in legendo, exponendo, atque gloſſando poſſent dirum virus ſuæ iniquitatis effundere, ac ipſius cōſtitutionis intellectum ipſum in diuerſas & aduerſas ſententias producentes ſuis adinuentionibus deprauare: & opinionum diuerſitas ac diſtortio intellectus multorum pios animos poſſet inuoluere, & à religionis ingreſſu multorum corda ſubtraherē: talium detrahentium vitanda peruerſitas cogit nos viam ipſis ad prædicta præcludere, & certum procedendi modum hanc conſtitutionem legentibus præfinire. Itaque ſub pœna excommunicationis & priuationis officij ac beneficij diſtrictè præcipimus vt præſens conſtitutio cùm ipſam legi contigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad literam: concordantiæ, contrarietates, ſeu diuerſæ vel aduerſæ opiniones à lectoribus ſeu expoſitoribus nullatenus inducantur. Super ipſa conſtitutione gloſſæ non fiant (niſi forſàn per quas verbum vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi Grammaticaliter ad literam vel intelligibilius exponatur.)

*Decretalis Exijt. debet vt reliquæ in ſcholis legi.*

*Excommunicatio fulminatur contra gloſſantes iſtā decretalem, nō obſtantibus quibuſcun. que priuile. gij. cuius excommunicationis abſolutionem ſibi Papa reſeruat.*

Nec intellectus ipſius per legentem deprauetur in aliquo ſeu diſtorqueatur ad aliud quàm litera ipſa ſonat. Et ne ſecundum prædicta contra detractores huiuſmodi oporteat vlterius laborare: vniuerſis ac ſingulis cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, diſtrictè præcipimus, ne contra prædictam regulam & ſtatum fratrum prædictorum, ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiam confirmata, dogmatizent, ſcribant, determinent, prędicent, ſeu prauè loquantur publicè vel occultè. Sed ſi quid penes aliquem in his ambiguitatis emerſerit, ad culmen prædictæ ſedis apoſtolicæ deducatur, vt ex auctoritate apoſtolica, ſua in hoc manifeſtetur intentio: cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere, & edita declarare. Gloſſantes verò in ſcriptis conſtitutionem ipſam aliter quàm eo modo quem diximus: Doctores verò inſuper & lectores dum docent in publico, ex certa ſcientia & deliberatè intellectum conſtitutionis huiuſmodi deprauantes, facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia & deliberatè determinātes in ſcholis, ſeu

A prædicantes cōtra prędicta, vel aliqua ſeu aliquod prædictorum (nō obſtantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgētijs, aut literis apoſtolicis, quibuſcunque dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſsione verborum conceſsis, quæ nolumus aliquibus in præmiſsis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ quam nunc in ipſos proferimus, ſe nouerint ſubiacere: à qua per neminē niſi per Romanum pontificem poſsint abſolui. † Inſuper tam iſtos contra quos per nos excommunicationis eſt prolata ſententia, quàm alios (ſi qui fuerint) contra præmiſſa vel eorum aliquod venientes, ad ſedis memoratæ volumus deduci notitiam: vt quos prouiſus modus æquitatis non arcet à vetitis, compeſcat rigor apoſtolicæ vltionis.

*† In iſto verſic. no. quòd Papa poteſt ſibi rebellātes excōmunicare, & vltra adhuc aliter punire. Font.*

B Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ declarationis, ordinationis, cōceſsionis, diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, cōfirmationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Siriani xviij. calend. Septembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Bonifacius octauus.

*Exemptis cellis alicuius monaſterij: quid appellatio cella ſignificet, hic oſtendit. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM IIII.

PRiuilegium monaſterio tuo cōceſſum, vt monachi C ſiue fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus † habitantes, ab alio quàm à papa vel eius legato [a] excommunicari, aut ſuſpendi, vel ipſæ cellæ interdicto ſupponi non poſsint: non fratres in prioratibus, eccleſijs, ſeu capellis eiuſdem monaſterij cōmorantes [b], aut ipſos prioratus, eccleſias vel capellas ab ordinariorum iuriſdictio-

PRiuilegiū.} ADDITIO. Non diuiditur: quia pendet vſque ad vltimā dictionem. CASVS. A ſede apoſtolica fuit conceſſum priuilegium quibuſdam religioſis: videlicet quod fratres illius ordinis habitātes in cellis illius ordinis, vel ipſæ cellæ non poſſent excommunicari vel interdici. dubitatur de hoc vocabulo cella, inſerto priuilegio: & qualiter accipiatur in materia priuilegij. Reſpondet quod cella in hoc caſu accipitur ꝓ loco ſolitario ſegregato à communitate hominum. ideo ſi fratres illius ordinis haberent prioratus in loco populoſo: priuilegium ſuum non ſe extenderet ad tales religioſos, ſed ſolùm ad illos qui habent cellas ſeparatas à communi victu hominum. Nota primò quòd in materia priuilegiorum per quæ conceditur exemptio religioſis habitantibus in cellis monaſterij, appellatione cellæ D veniunt ſolummodo loca ſolitaria. largo tamen modo accipiendo cellam, appellatione cellæ venit parua camera, quam non debent habere religioſi: immo debēt comedere in eodem refectorio, & dormire in eodem dormitorio, & debent omnes eſſe in aperto. & dicitur cella à celando: quia vnus religioſus non debet celari ab alijs nec occultari, & vnus religioſus debet videre alios religioſos in dormitorio & refectorio. Nota ſecundò optimum text. quòd idem eſt dicere fratres, quod monachi. vide de iudi. cauſam. No. vlterius quòd excommunicatio & ſuſpenſio referuntur ad homines: interdictum ad loca. xj. quæſt. iij. nemo epiſcoporum. de cle. ex. mi. poſtulaſti. ij. reſpon. Ioan. Mona. & Ioan. Andr. Domi.

*† Non quo ad proprietatem. ca. cū olim. ij. §. de priuile. ſed quo ad correctionē monachorum. cum in eccleſijs. de maiori & obe. quo ad adminiſtrationem. edoceri. de reſc. neque meū, tuum, ſemper dominū important. Anch. ca. ſeq. j. Font.*

Gloſ. ſequens ſoluit dubium.

a *Legato.* Intelligo generaliter, ſicut generaliter loquitur, ex quo aliud non exprimitur. & eſt ſi. quod dixi. ȷ. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. q. reſpon. in gloſ. quia verbum.

b *Commorantes.* Largè loquitur: quia interdum ſunt inſtituti perpetuò interdū ad tempus: interdum ad ſolā moram ibi trahendam. de ſta. mona. cap. ij. ad fi. eod. lib. de temp. ordi. cum nullus, in fi. & de capel. mona. cap. vnico. ſed quò ad caſum

ſum noſtrum non eſt curandum.

a *In aliquo.* Tolle defendat, quod eſt in fine: & iterum repete, ſed defendat reſidentes tantùm &c.

b *Hoc eſt.* Propter hoc facit ad titulum noſtrum de verbo. ſignific. A D D I T I O. aliàs locari potuiſſet. ſ. proxi. vel ſub titu. de priuil. Ioannes. Andr.

Gloſſa ſeq. declarat textum.

c *Secreta & ſolitaria.* Cella dicitur à celando & occultando, & ſic hoc caſu locus ſolitarius: & talē vitam ducentes digni ſunt conuenienti honore. xvj. q. j. qui verè. & ad has cellas religioſi etiam mendicantes de prælatorū licentia tranſire poſſunt ſupra eod. li. de exceſ. præla. cap. vnico. Aliàs autem largè ſumendo dicimus cellas quę ſunt etiam intra clauſuram monaſterij. vnde ex cauſa, puta propter infirmitatem monachi, diſpenſat abbas cum eo vt habeat ſuam cellam extra commune dormitorium: tamen intra monaſterij ſepta. xx. queſt. iiij. cap. vlti. & de talibus cellis hoc priuilegium non intelligitur.

*Cella à celādo & occultādo dicitur.*

*De Ancha. dicit iſtud ca procedere in quocunque habente gratiā de qua hic, ex quo nulli certo dirigitur. Font.*

ne in aliquo [a], ſed reſidentes tātùm in cellis, & cellas ipſas (hoc eſt [b] loca ſecreta & ſolitaria [c] quæ ab hominū ſeparata cōuictu [d] ſunt ad cōtemplandū [e] & Deo vacandū ſpecialiter deputata) defendat.

Idem.

*Priuilegiato aliquo vt poſſit conferre beneficia clericorum ſuorum: quid appellatio clericorum ſuorum deſignet oſtendit. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM V.

SIcut nobis ſignificare curaſti, tibi gratioſè conceſſimus, vt beneficia clericorum tuorum cedentium vel decedentium [f] poſſis conferre: quodque ijdē clerici præbendarum ſuarū fructus percipiant, ac ſi in ſuis eccleſijs perſonaliter reſiderent [g]. Verùm quia dubitas qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: breui reſpondemus [h] oraculo, quòd illos in his, & ſimilibus [i] caſibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te non quæſiti propterea [k] vel recepti ſine fraude & fictione qualibet verè tui clerici familiares exiſtunt, & in tuis expenſis continuè [l] domeſtici commenſales, etiam ſi quos ex illis aliquando pro tuis [m] gerendis negotijs abeſſe contingat.

d *Conuictu.* id eſt communi victu. A D D I T I O. Dictio cōpoſita à con, & viuo. vnde & ſimul comedentes conuiuere verè dicuntur. Archidiac.

e *Contemplandum.* De vita contemplatiua & actiua dicitur. ſ. de renun. niſi cum pridem. ad fi. A D D I T I O. Archidia. inducit illud Gregor. quòd quies ex corde nobis eſt appetenda. viij. quæſt. j. in ſcripturis. ver. quies. per quod videtur contemplatiua præcellere. Ad idem ca. quæſt. qui epiſcopatum. quod dicit verum, ſecundum Aug. nam duodecim ſunt in quibus vita contemplatiua præeminet actiuæ: vt dicitur in ſum. de virtutibus, vbi tractat de præeminentia vitæ contemplatiuæ ad actiuam. & vide quod ſcripſi de reg. ſane. in magna glo. Ioan. Andr.

*Quies ex corde eſt nobis appetenda.*

f *Sicut nobis.* § Communis diuiſio: quia in prima conſultatio à verbis duplicis gratiæ cauſata. In ſecunda latior reſponſio ibi, Verum. Vel ibi, Breui reſpondemus, latitudo reſponſionis patet in ver. ſimilibus. & in ver. etiam ſi. Do. C A S V S. Epiſcopus Picta. à ſede apoſtolica impetrauit priuilegium vt poſſet conferre beneficia ſuorum clericorum cedentium & decedentium: & epiſcopus habet clericos beneficiatos in alijs dioceſibus. dubitabatur quid contineretur appellatione clericorum ſuorum? Reſpondet quòd appellatione clericorum ſuorum continentur illi ſoli clerici qui ſunt in continuo ſeruitio epiſcopi, & viuunt expenſis proprijs epiſcopi: ideo ſi aliqui diuites morabantur in domo epiſcopi, ſed viuebant expenſis ſuis & non expenſis epiſcopi priuilegiati: illi non ſunt cenſendi ſui clerici quantum ad materiam priuilegij. ⁊ Oraculo. ⁊ vnde oraculum dicitur reſponſio facta ad interrogationem alterius. Not. quòd ſi alicui à ſede apoſtolica concedatur priuilegium vt poſſit conferre beneficia ſuorum clericorum cedentium vel decedentium: appellatione clericorum ſuorum veniunt ſoli illi qui ſunt in continuo ſeruitio priuilegiati, & viuunt expenſis ſuis proprijs. & hoc verum in priuilegijs, quæ ſunt odioſa. aliàs verò appellatione clericorum ſuorum veniunt omnes ſubiecti ſupra eod. cùm tibi. in anti. Nota quòd gratia quandoque fit alicui, vt non effectus gratiæ deriuetur in eum, ſed vt ipſe alijs conferat vtilitatem. Ad idem de præben. ſi cui. & cap. ſi is cui. eod. lib. Nota vlterius quòd breuitas deſideratur etiam in iuribus condendis. Ad hoc ſupra de iureiuran. breui. & de breuitate vide no. de pœnit. & remiſ. ſignificauit. & ſupra eod. lib. de teſta. ſi pater. ſuper. j. gloſ. Ioannes Andreæ. Do.

*Diuiſio.*

f *Decedentium.* Nunquid talis poſſet cōferre beneficia ſuorum clericorum cedentium vel decedentium in curia Romana [a]? Item nunquid poſſet conferre beneficia clericorum ſuorum alio modo vacantiū? dixi. ſ. eod. lib. de præben. quāuis. ij. in gloſſa duo. Ioan. And.

*a De hoc hic Archid. tenens quòd non poſſit: vt ibi dixi. Ioan. Andr.*

g *Reſiderent.* Ex tali reſidentia, ſi non intereſſent diuinis, non perciperent quotidianas diſtributiones: vnde nec iſti percipient. ſ. eod. lib. de cleri. non reſi. cap. j. & ſuper hoc vide quod ibi dixi in gloſ. no. quòd ſi quis dominus.

Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.

h *Reſpondemus.* Per hoc videtur quòd iſta decre. ſit veteris iuris declaratoria [b], non noui promulgatoria: licet arg. contra. infrà dum dicit, volumus. & quòd ſit declaratoria, patet: quia tractat de verbi ſignificatione. ad hoc. ſ. eod. cap. ij. reſpon. j. in fin. nec bene occurreret ratio quare hoc eſſet ius nouum, & non vetus. prætĕrea priuilegium prius conceſſum fuerat: poſtea priuilegiatus cōſuluit papam circa priuilegium prius conceſſum. ſic eſt reſponſum. per quod patet quòd à conceſsione priuilegij etiam antequam emanaſſet hęc decre. priuilegiū ſic erat intelligendū. Ioan. Andr.

*b Idem Io. Mo. & eadem ratione. Ioannes Andr.*

Gloſ. ſequens exēplificat, obijcit, ſoluit, & rationē reddit.

i *Similibus.* Pone: conceditur ei priuilegium, vt cum clericis ſuis ſuper pluralitate beneficiorum curatorum vel dignitatum diſpenſare poſsit: vel eis conferre ius ad vacaturas, vel ſimilia. Et bene dicit, in his & ſimilibus: quia in alijs caſibus diſsimilibus appellatio clericorum omnes ſubiectos clericos comprehendit. ſ. eo. cum tibi. & poteſt eſſe ratio: quia hic de priuilegio loquitur odioſō [c]: quia per primum tollebatur ius ſeu poteſtas conferendi beneficium ei ad quem ordinario iure ſpectabat: per ſecundum minuitur cultus diuinus: & nō deſeruiens eccleſiæ recipit ſtipendium: ergo bene ambitioſa & reſtringenda ſunt talia indulta. ſ. eo. lib. de præben. quamuis. j. quod non eſt in decre. cùm tibi. Ioan. Andr.

*c Cum concurrunt fauor et odiū, dicimus priuilegia odioſa. exempla vide nota. ſuprà de foro compe. in j. gloſ. & Ioan. Andr. Verba debent intelligi ciuiliter.*

k *Quaſiti propterea.* Sic ſupra de elect. cap. officij. ſupra eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. de iudi. mulieres. & de renun. cap. ij. ſic & affectata tutela immunitatem non præbet. C. de ijs qui ſpon. mune. ſube. lib. x. l. j. & iij.

l *Continuè.* Ciuili modo intelligendum eſt verbum. ff. de ſer. ſi cui. de conſecr. diſtin. v. nunquam. ſicut & ſeruitus dicitur continua, & aqua quotidiana. ff. de ſer. vrb. prædi. l. foramen. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. quod autem. & fluuius dicitur continuus qui quandoque exareſcit. ff. de flu. & ne quid in flu. pub. l. j. j. reſponſo.

Gloſ. ſeq. ſoluit duo dubia.

m *Pro tuis.* ſupra de cle. non reſi. ex parte. Et ſi ægrotaret, ſeruire intelligitur. ff. de ſtatu lib. cum hæres. §. Stichus. Nec ſumo ita amare verbum, quin etiam pro ſuis proprijs interdum poſsit abeſſe. Ad hoc ſupra eo. lib. de præben. præſenti. j. & ij. reſpon. ſicut iudex propter ſua propria negotia differre poteſt & dimittere [d] cauſam. ff. de iudi. ſi longius. A D D I T I O. Quòd clericus pro ſuis proprijs negotijs poſsit abeſſe, tenet etiam Archidiac. qui tamen ſignat contrarium ſupra eodem lib. de elect. ſi poſtquam. §. j. non ſoluit. Tu dic quòd illud ſpeciale, ne propter eius abſentiam protelетur vacatio. Item ibi ſibi potuit prouidere ſi iuſtam cauſam habebat abſentiæ, obtinendo licentiam. Item nec ille textus amariſſimè ſumitur: vt ibi not. in gloſ. & ita. in fi. Ioannes Andreæ.

*d Hoc menſione intelliges per no. ſuprà de voto, quod ſuper his. in iij. gl. Ioan. Andr.*

SEQVVNTVR REGVLAE IVRIS.

Quarum cognitio cum vtilis & neceſſaria ſit, teſte Albe. in rub. ff. eod. damnetque. Sali. eos in l. quod te. ff. ſi cer. pen. l. quod Nerua. ff. depo. qui ſolis ſingularibus doctrinis ſtudēt. Quas & ſine vituperio ipſe pontifex neſcit. glo. ca. veniens. de præſcrip. negligentes interim iura regularia. Quarum ignorantia nullo modo excuſabilis eſt. l. is non. ff. de confeſ. glo. l. profeſsio. C. de mu. pa. lib. x. Ideo annotaui tibi ad glo. quicquid melioris doctrinæ eſt in Mercu Ioannes Andreæ. commentarijs Philip. Petri de Anch. Dy. Alb. Roſatis. Ioan. Vankel. Ia. Fon. Brugen.

Gloſſa ſeq. primò cōtinuat rubri. Secundò ad ſituationem opponit, & dupliciter ſoluit. Tertiò per modum ſummæ de regula quærit quinque, & de iure tria.

NOn eſt nouū vt aliquibus ſpecialiter enumeratis generalis clauſula ſubſequatur quæ omnia cōprehendat: vt xlix. diſt. per totū. xxiij. q. v. de occidendis. ſ. de proba. quoniam contra falſam. ſ. eod. lib. de procu. qui ad agendū. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. in fi. C. de ſacroſan. eccl. l. generali. Idcirco poſt rubricas ſuprà poſitas, quę ſecū-



dum ſuas materias iuris regulas cōprehendunt, ponitur hic rubrica generalis ad materias vniuerſas de reg. iur. Si quęratur quare in principio cōpilationis non poſuit Bonifa. hanc rubri. cùm ſepe præmittatur clauſula generalis ſecutis poſtmodum ſpeciebus: vt, ſ. de proba. cū rubricis ſequentibus [a]. de reb. eccle. non alie. cum rubricis ſequentibus. de reg. cū rubricis ſeq. ff. de ſeruit. cum rubricis ſequētibus? Poſſet dari coloratiua reſpōſio: quia quæ vltimo dicuntur, melius memoriæ commendantur. de conſecra. diſtin. ij. liquido. Eſt autem vera [b] ſolutio, ideo hunc ordinem obſeruatum, vt oſtēderetur ius non ſumi ex regula, ſed regulam ex iure. ſi enim à principio poſita fuiſſet, forſitan crederet aliquis quòd ius ſequens regulas, ex regulis ſumeretur. in fine igitur ponitur, vt appareat ex iure quod præceſsit, regulas ſumi. ff. eod. l. j. Videndum eſt igitur primò quid ſit regula: vnde dicatur: qualiter conſtituatur: & quod ſit eius officium: & quæ ipſius ſit poteſtas. Secundò videndum quid ſit ius: vnde dicatur? & quomodo hic ſumatur. Tertiò quæ ſunt hæ iuris regulæ, ſingulariter & clarè eas proſequendo videbimus. Circa primum. regula ſecundum grammaticos, eſt multorū ſimilium collectio. Lex autem deſcribit regulam eam eſſe, quæ rem quę eſt breuiter enarrat. ff. eodem l. j. Dicitur autem regula quia regit vel normam rectè viuendi præbet: & ab hac regula quæ dicitur norma rectè viuendi, dicitur regularis. Dicitur etiam regula eò quòd rectè ducit, nec aliorſum trahit: quaſi à rega, vel regula, quæ idem eſt quod rectitudinis forma. Sicut enim per regulam nouit ſcriptor modum rectè ſcribendi: ſecator modum rectè ſecandi, & ſic de ſingulis: ita per has regulas modum rectè iudicandi cognoſcimus. ad hoc. iij. diſtin. regula. Eſt autem regula latinè, idem quod canon grecè. iij. diſtinct. canon. Et dicitur regula propriè quaſi regulariter vera: quamuis patiatur exceptiones in ſe. Quæ an contineantur ſub regula, fuerunt opiniones quæ no. ff. eod. l. j. [c] & facit quod no. diſtin. iij. regula. Subtilitatibus tamen circa hoc omiſsis, breuiter & groſſo modo ſic dico, quòd quo ad poteſtatem verborum quæ in ea proferuntur, vniuerſaliter vel ſaltem indefinitè affirmando vel negando comprehendit exceptiones [d]: aliàs non diceretur exceptio: ſicut ſi dicerem omnis homo currit excepto equo Titij. hęc enim non eſt exceptio: quia equus non comprehendebatur ſub illa propoſitione, omnis homo. ſed ſi dicerem, omnis homo currit excepto Titio, tunc propria eſt exceptio: quia propoſitio, omnis homo, bene comprehendebat Titium. tollitur ergo Titius virtute exceptionis quo ad materiam de qua ſit ſermo: vt ſcilicet dicatur non currere. Sic quo ad iuris determinationem exceptio non comprehenditur ſub regula: quia contraria ratio: & plus eſt in exceptione quam in regula. hoc ergo operatur exceptio vt illud quod alias ſub verbis regulæ comprehendebatur, ad determinationem regulæ exceptionis virtute tollatur. Conſtituitur autem regula (vt ſupra dixi) per verba quæ de ſui natura omnia comprehendant: id eſt per ſigna vniuerſalia affirmatiua, quæ omnia comprehendunt ſupra eod. ca. omnis res. & ca. defleat. ff. eod. l. omnis definitio. & l. omnes actiones. & l. omnia ferè. & l. omnia quæcunque. Item per verba negatiua quæ vniuerſaliter negando excludunt omnia: vt. j. eod. nemo poteſt. j. & ij. & infra eod. nullus. j. & ij. ff. eodem. l. nemo. & l. nullus. Item per verba indefinita quæ ſimpliciter prolata æquipollent vniuerſalibus [e]. xix. diſtinct. cap. j. ſupra de priuile. quia circa. C. de hære. ven. l. vlti. & ideo omnes regulæ paucis exceptis traduntur per ſigna indefinita affirmatiua vel negatiua: vt ſupra eod. & infra eod. & ff. eo. l. tit. ſatis apparet. Officium autem regulæ eſt plures ſimiles caſus ſimul iungere clauo rationis: vt ff. eod. tit. l. j. Quæ ſit poteſtas regulæ, an ſcilicet conſtituat ius de nouo, an antiquum reciter, dubitatur: & videtur quod ius de nouo nunquam conſtituat. quod iure & ipſo facto probatur. Iure. ff. eo. l. j. Facto, quia in octogintaocto regulis infrà poſitis non eſt vnam etiam ſolam inuenire quæ ius de nouo conſtituat: vt in proſecutione patebit. Econtra videtur: quia regula Catoniana de nouo ſtatuit quòd legata quæ ſunt inutilia ratione legantis tantùm, vel ratione legantis & legatarij, vel legatarij & eius à quo legatum eſt præſtandum, vel ratione rei tantùm, vel miſta ratione rei legatæ & perſonæ legatarij, tractu temporis non conſtituantur, etiam ſi cauſa impedimenti remoueatur. ff. de regu. Cato. l. j. in princ. ff. de lega. j. l. cætera. §. j. ergo ipſa regula conſtituit ius de nouo. Ad hæc faciunt infinita iura in quibus papa iudicat ex regulis: vt ſupra de conſtitut. cap. ij. de reſcrip. c. j. & ca. paſtoralis. de iudi. nouit. ſupra de foro compe. ſi diligenti. de fide inſtru. inter dilectos. ad fi. & de præſump. dudum. de excep. cùm venerabilis. de reg. ad apoſtolicam. de conſang. & affi. ca. vlti. cum mille ſimilibus, ex quibus videtur quòd ius ſumatur ex regula. Subtiliter dixerunt doctores quòd tres ſpecies caſuum eſt conſiderare. quidam ſunt iam determinati, & in illis regula non conſtituit ius, quia inuenit iam conſtitutum. Item ſunt quidam excepti à legis determinatione, & in illis ſimiliter regula non conſtituit ius, quia non clauduntur ſub regulæ determinatione. Quidam ſunt in quibus eſt eadem æquitas quæ eſt in caſibus à iure determinatis, nec tamen reperiuntur in iure poſiti: & in illis regula facit ius propter identitatem rationis non patientis ius ſimilium caſuum eſſe diuerſum. Apertius dici poſſet [f] quod aut conſtitutio iuris præcedit traditionem regulæ, & regula de iure iam conſtituto, quaſi materiatum de materia producitur: & tunc propriè habet locum diſtinctio prædictorum caſuum: vt videlicet in iam determinatis & exceptis non faciat ius: in non determinatis in quibus eſt eadem ratio, ius conſtituat. ſed vbi non eſt ius conſtitutum ante regulæ diſpoſitionem, ſed inuenitur ſola ſimplex traditio regulæ, tunc ipſa regula eſt ius vel iuris conſtitutio: & non ab alio, ſed à conſtituente procedit. & ita poteſt intelligi prædicta lex prima de reg. Cato. probatur hoc ſatis per antiquas regulas. ſupra eod. titu. quas veritate inſpecta eſſet inuenire præceſſiſſe iuris traditionem. vides enim pro maiori parte quod vbi ſunt decre. Alexand. iij. ſunt primæ in titulis, maximè poſt concilia antiqua: vt ſupra de reſcri. de renun. cum duabus rubricis ſeq. de offic. vica. cum duabus rubricis ſeq. de ijs quæ vi metúſve cau. ſiunt, cum duabus ſeq. de dolo & contu. cum duabus ſeq. & multis alijs: & tamen omnes regulæ, ſupra eod. titu. præceſſerunt Alexan. iij. excepta vltima quæ fuit Lucij iij. qui ipſum ſecutus eſt: vt ex chronica & decretalium ordinatione ſatis apparet. Si igitur prima regula ſupra eod. titu. exemplificetur per decre. ſupra de ſponſa. præterea. j. ſecunda per decre. & ſi quæſtiones. de ſimo. tertia per decre. de voto, magnæ. & ſic de ſingulis: dico quòd regulæ illæ dicta iura præceſſerant: vnde regularū diſpoſitio non potuit ex ipſis iuribus ſumi quæ nondum erant: immo potius videtur determinatio ipſorum iurium facta per regulas. Ad hoc faciunt omnes illæ decretales ſuperius allegatæ, in quibus papa pronuntiat per regulas. Ego tamen non recedo à verbis legis, & dico quod per regulam non ſtatuitur ius, ſed ex iure ſumitur regula: aliàs non video quomodo poſſet dici regula iuris. Sicut enim in regula ligni vel ferri neceſſe eſt illas materias præuenire, lignum ſcilicet, vel ferrum, ad hoc quod diſponatur ex eis regula: ſic in regula iuris neceſſe eſt ius quod eſt ibi materia præueniſſe, ad hoc vt regula poſsit inde diſponi: & tunc propriè loquitur dicendo de regulis iuris: alias dicere debuiſſet de iure regularum. Et ſi dicatur quod in caſibus non expreſsis à iure, vbi eſt ratio ſimilis, regula facit ius: hoc eſt ſine regula aliqua, per iura quæ hoc volunt. de reſcrip. inter cæteras. de tranſlat. inter corporalia. ff. de legi. non poſſunt. cum ſimilibus. Et ſi obijciatur de regula Catoniana, dico quod non propriè [g] dicitur regula, nec inter regulas ponitur. ff. eodem. titu. Et ſi dicatur quòd aliquæ regulæ præceſsiſſe videantur iuris expreſſam traditionem: dico quòd ius quod eſt idem quod ratio: vt. j. diſtinct. conſuetudo. ix. diſtinct. ſana quippe. ab exordio rationalis creaturæ præceſſerat. v. diſtinct. in princ. vel ſaltem diſpoſitione concedentis regulam, ius præceſsit. videns enim formator regulæ ſic eſſe debere de iure, quod in eius ſaltem mente ſedebat, formauit regulam. allegatur tamē regula pro iure non tā ex origine q̄ ex forma: & potior eſt eius cauſa pro quo facit regula [h]. habet enim aduerſarius neceſſe oſtēdere rationem quare in illo caſu regula nō loquatur. & facit q̄ dicam. j. eo. vtile. Ad ſecundum quo quæritur quid ſit ius, & vnde dicatur, & quomodo hic ſumatur: dicendum eſt breuiter q̄ ius eſt ars boni & æqui &c. ff. de iuſtitia & iure. in prin. & dicitur à iuſtitia, vt ibi, & ſ. de verb. ſignifi. ius autem. quā ſummum in rebus bonum eſt colere. xij. q. ij. cùm deuotiſsimā [i]. Ius autem eſt generale nomē habēs multas ſpecies. j. diſti. ius generale. cuius ſpecies diuidas & ſubdiuidas vt ibi per totum, &c. ff. & inſti. de iuſti. & iur. per totū. Sumitur autem hic pro noſtro iure canonico, nō autem pro iure ciuili: vt probatur. j. eod. in ſecunda regula, quæ de iure ciuili non procedit. quod dic vt ibi dicam. Tertiò autem ordinatè has regulas eſt videre, & primò primam.

*a Iſtud declarat Anchara hic. Font.*

*b Idem doc. Font.*

*Regula qualiter de ſumatur.*

*Exceptiones an ſub regula contineantur.*

*c Ibi Deci. hic Dy. Fō. d Bar. in l. ſi eū. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Font.*

*Regula per quæ verba conſtituatur.*

*e Dy. hic. dicit in c. vt circa, ſuprà de electio. Font.*

*Regula officium quod ſit.*

*Regula an conſtituat ius de nouo.*

*Caſus ſunt triplices.*

*f Idem Dy. & malè ſecundū Philip. dicētem Bart. in rubr. ff. e. tenere hāc gl. ibi, ego tamen nō recedo. Font.*

*Regula ex iure ſumitur.*

*g Hoc eſt eo modo quo iura in iſto titulo poſita vocantur regulæ. Font.*

*h Idem Ph. ſimilis gloſ. in l. omnis definitio. ff. eo. allego. c. ij. in fi. de conin. lepro ſo. Font.*

*i Phi. quærit an nomine iuris veniat ſtatutum, conſuetudo. vide l. o. Ro. ff. de arbi. recentiores ca. ſi. de conſue. Font.*

gotijs abeſſe contingat.

DE REGVLIS IVRIS.

Bonifacius octau'.

REGVLA I.

BEneficiū [a] Eccleſia

BEneficium. ⁊ Caſus in hac regula poteſt figurari per cap. ſi quis deinceps. xvj. q. vij. & primò in actore. Cum ego actor tenuiſſem aliquod beneficium per ſpatium. x. vel. xx. annorum, ceciḋi à poſſeſsione mei beneficij. feci te nouum poſſeſſorem conueniri coram iudice competente intentan-

intentando petitorium, videlicet quòd illud beneficium ad me pertinebat & ſpectabat, quare petebã & ſupplicabam & requirebam vt iudex cõpelleret te ad reſtituendum mihi beneficium vnà cum fructibus, tu poſſeſſor negauiſti contenta in meo libello. ad probandũ intentionem meã, ſuper meo libello produxi aliquos teſtes, qui teſtes iurati depoſuerunt quòd tenui illud beneficium quietè & pacificè per decem, viginti, vel triginta annos, tamen de collatione vel inſtitutione nihil dicunt, ſed deponunt ſolum quòd viderunt me illud beneficiũ poſſediſſe per.x.xx.vel.xxx.annos. vtrũ illud ſufficiat ad probandũ quòd beneficium eſt meũ? Reſpondetur quòd beneficiũ eccleſiaſticum nõ poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri. Vel in reo ponamus ſic caſum. Ego tenui aliquod beneficium per.xx.vel.xxx.annos, quidã alius virtute nouæ collationis & inſtitutionis fecit me conueniri coram iudice cõpetente, & fecit fidem de ſua canonica inſtitutione. Ego autem allego & dico quòd tenui illud beneficium per ſpatium.xxx.annorum pacificè & quietè, & ſic præſcripſi, quãuis non ſim canonicè inſtitutus. vtrũ bene dicam? Certè non, quia non ſufficit detentio beneficij ſine canonica inſtitutione. Sed hodie emanauit concilium Baſilienſe, in quo cauetur quòd ſi quis per triennium poſſederit beneficium eccleſiaſticum pacificè & quietè, poteſt ſe defendere contra quemcunque, quamuis non oſtendat de canonica inſtitutione. Pro expeditione gloſſ. quæritur qualiter hic accipitur beneficium. Dicendum quòd beneficium in iure accipitur multis modis. Nam aliquoties appellatione beneficij veniunt ſimplicia beneficia, vt capellaniæ. aliquoties appellatione beneficij veniunt omnia beneficia eccleſiaſtica. Et dicit glo. quòd beneficiũ hic accipitur largè pro quocunque beneficio eccleſiaſtico, & ſic quodcunque beneficium ſiue ſit ſimplex, ſiue aliud, non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione, quod verum eſt quãdo illud beneficium habetur in titulum. ſecus ſi nõ haberetur in titulum. Nam præbenda aliqua, id eſt groſſum aliquando aſsignatur paruulis, aliquando verò laicis, vt pulſatoribus campanæ. & in illis non requiritur canonica inſtitutio. Sed quia hic fit mẽtio de inſtitutione, quæritur quid dicatur inſtitutio? Reſpondet quòd inſtitutio eſt, canonicum ius in beneficio eccleſiaſtico obtinere. Sed quæritur, ad quem pertineat inſtitutio? Reſpondet gloſſ. quòd de iure communi pertinet ad epiſcopum, in.c. conquerente.ſ. de offi.ordi. in anti. glo. opponit de ca. ad hæc.ſ. de offi. archi. in anti. vbi inſtitutio pertinet ad archidiaconum. Dicẽdum quòd triplex eſt inſtitutio. Quædam eſt inſtitutio tituli collatiua. Alia eſt inſtitutio auctorizabilis quo ad cõmiſsionem curæ animarum. Alia eſt inſtitutio realis & actualis, quæ vocatur inueſtitura vel inductio in poſſeſsionem realem & corporalem. duæ primæ pertinent ad epiſcopum: ſed tertia pertinet ad archidiaconum, quia quando epiſcopus inſtituit aliquem, debet mandare archidiacono vt illũ inducat & ponat in poſſeſsionem corporalem. Poſtea quærit glo. an ſit differentia inter inſtitutionem, & collationem, & præſentationem? Reſpõdetur quòd ſic. Vnde præſentatio dicitur illa per quam non confertur aliquod ius in beneficio eccleſiaſtico, ſed ſolum à patrono præſentatur perſona idonea: & illud quod patronus facit, dicitur præſentatio. Inſtitutio verò ſtrictè ſumpta dicitur dupliciter, videlicet cum aliquis inſtituitur per diœceſanum ad præſentationem patroni, & ſic epiſcopus inſtituens dat titulum in beneficio. Alio modo accipitur pro confirmatione, quando ſuperior confirmat electum. Collatio autem dicitur quæ fit de beneficio non patronato, quod ſpectat ad epiſcopum pleno iure ſine præſentatione patroni. Vlterius pro declaratione gloſſæ poſitæ in verbo, obtineri, opponitur contra textum, & videtur quòd beneficium eccleſiaſticum poſsit obtineri ſine canonica inſtitutione. ca. cura. titu. de iure patrona. in anti. Gloſſa ſoluit ſic. aut quis poſsidet beneficium iure proprietatis tanquam proprietarius, aut iure adminiſtratiuo tanquam adminiſtrator. In primo caſu poteſt acquirere beneficium ſine titulo: vt monaſterium percipit bona temporalia beneficij faciendo certam penſionem vicario perpetuo. ſi poſſedit longo tempore ſine titulo, potuit præſcribere iure proprietatis. In ſecundo autem caſu quando poſsidet beneficium tanquam adminiſtrator, non poteſt beneficium acquiri ſine titulo. Et iſte textus intelligitur de iſto titulo adminiſtratiuo, qui non poteſt acquiri ſine canonica inſtitutione. Quæritur inſuper vtrum exiſtens in pacifica poſſeſsione beneficij teneatur facere fidem de ſua canonica inſtitutione, vel vtrum ſit defendendus in ſua pacifica poſſeſsione abſque eo quòd probet quòd fuit canonicè inſtitutus? Reſpondetur quòd ad inſtantiam diœceſani cuius intereſt ſcire an poſsidens beneficia poſsideat iuſtè abſque periculo animarum, & etiam ad inſtantiam ſubditorum beneficiati, ſi exigunt vt ipſe faciat fidem de titulo adminiſtratiuo, tenetur facere fidem, ſed non ad inſtantiam alicuius priuati prætendentis ius in beneficio. Vtrum quis poſſit obtinere beneficium eccleſiaſticum reſpectu iuris poſsidendi, abſque eo quòd probet canonicam inſtitutionem: vt ſi quis dicat ſe poſſediſſe & expulſum fuiſſe, an ſit neceſſe quòd probet canonicam inſtitutionẽ? Quidam dicunt quòd ſic, per iſtud ca. Ex quo ſequitur quòd quis nõ poteſt probare poſſeſsionem, niſi probet titulum & inſtitutionem. Et ſimile eſt in viro repetente vxorem, quia licet homo nõ poſſit poſsideri, tamẽ cum titulo matrimoniali poſsidetur. ideo ſi vir dicat poſſediſſe vxorem, & ſe ſpoliatum fuiſſe, non admittitur niſi probet matrimonium præceſsiſſe. Sic in ſpiritalibus beneficijs doctores formant iſtam quæſtionem in.ca. literas. de reſtitu. ſpolia. in anti. & ſunt varij. Nã quidam dicunt quòd petens reſtitutionem beneficij, tenetur allegare & probare titulum, id eſt inſtitutionem & collationem. Alij dicunt quòd nõ tenetur allegare nec probare titulũ, ſed ſufficit quòd alio modo coloret ſuam poſſeſsionem. Alij dicũt quòd non requiritur quòd coloret ſuã poſſeſsionem, ſed ſufficit probare quòd ipſe exercuit actus conuenientes tali beneficio, puta quòd habuit ſtallum in choro, & vocem in capitulo, & ſic de alijs. Cõmunis concluſio doctorum antiquorum & dominorũ de Rota (licet dominus Panorm. recedat ab eorum opinione) eſt, quòd ille qui agit poſſeſſorio pro recuperatione beneficij, non tenetur de neceſsitate probare canonicã inſtitutionem, ſed tenetur colorare ſuam poſſeſsionem vno de tribus modis. Primò probãdo quòd habuit poſſeſsionem illius beneficij auctoritate ſuperioris: & non per dictã inſtitutionem, ſed per teſtes vel inſtrumentum in quo cõtinetur qualiter epiſcopus mãdauit alicui tali vt poneret me in actualẽ poſſeſsionem, vel quia intraui poſſeſsionem ſciente ſuperiore, vel quia poſſedi longo tẽpore. Alij dicebant quòd tenebatur allegare titulũ. Sed Panor. tenet quòd non eſt neceſſe probare, allegare, nec colorare titulũ. prædicto.c. literas. de reſti. ſpo. in fine illius cap. &.c. in literis.e.tit. vbi dicitur quòd prædo venit etiã reſtituendus. Nam ex quo quis fuit ſpoliatus, eſt reſtituendus. verũtamen vt dixi, ſeruatur quòd non admittitur niſi colorauerit titulum altero de tribus modis. Omnes gloſſæ huius primæ regulæ ponunt exempla, & ius nouum ſuper regulæ ratione fundatum. Secundò notant cauſam impræſcriptibilem, & de ſimilibus remittunt. Tertiò ponunt quadruplicem ſignificationem beneficij. Quartò, quid ſit inſtituere, & ad quẽ ſpectat, circa id duas obiectiones ſoluendo. Quintò de hac dictione poteſt, ponunt differentiã inter affirmatiuam & negatiuã locutionẽ. Sextò ſignant & ſoluunt tria cõtraria loquẽtia in proprietate eccleſiæ, vel in prouentibus tantũ, vel in iure eligẽdi. Septimò ad quæſtionẽ de clerico à quo titulus petitur, arguũt pro & contra, & ponunt duas opiniones, quas diſtinguendo concordant.

*Beneficium multis modis capitur.*

*Inſtitutio quid dicatur.*

*Inſtitutio eſt triplex.*

*Præſentatio quid dicitur.*

*Inſtitutio quid dicitur.*

*Collatio quid ſit.*

*Vxor poſſidetur titulo matrimoniali.*

BENEFICIVM. Pone caſum per capitulum.xvj.q.vij. ſi quis deinceps.ſ. de inſti. ex frequentibus. ff. de decur. l. Herennius Modeſtinus. Super ratione autẽ huius regulæ fundatur decretalis.ſ. eo. lib. de eo qui mit. in poſ. ca. eũ qui. quia proceditur cum agitur de beneficio eccleſiaſtico in abſentia partis lite non conteſtata, nec fit miſsio in poſſeſsionem cauſa rei ſeruãdæ, quia ſic ſine inſtitutione canonica beneficium obtineret. Conſideratur igitur in beneficijs canonica inſtitutio, non antiqua poſſeſsio. & ſic nota caſum in quo nõ currit præſcriptio. idẽ eſt in matrimonio carnali. xxxiij. q.v. quod Deo.ſ. de conſan. & affini. non debet. & idẽ in alijs caſibus qui no.xvj.q.iij. clerici. &.ſ. de præſcrip. cum non liceat. Sumitur autem hic beneficiũ largo modo, vt cõprehendat dignitates, perſonatus, eccleſias omnes cum cura & ſine cura, quæ cum titulo habentur. ſic.j.q.iij. ſi quis dator.ſ. de conceſ. præbẽ. nulla. ff. de ſer. expor. l. ſeruus. Sumitur aut interdum ſtrictè, vt diſtinguatur à præbenda.xij.q.ij. alienationes. de conceſ. præben. ex parte. aliàs includit præbendam.j.q.iij.c. vlti. de verb. ſigni. tua. in anti. Alibi ſtrictè ſumitur pro ſolis ſimplicibus beneficijs ſine cura ſupra de præb. ca. vlt. & ſupra eo. ti. & lib. cum in illis. & ibi ratio patet in litera. Cum igitur in beneficio quolibet requiratur canonica inſtitutio, vt hic, videndum eſt quid ſit inſtitutio. Inſtituere autem eſt ius canonicum in eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere. quod dic vt no.ſ. de inſti. auctoritate. in anti. Et iure communi ad epiſcopum ſpectat.xvj.q.vij. nullus omnino. de hæret. cum ex iniuncto. in fi. Non ob. de offi. archi. ad hoc. quia inſtitutio ibi ſumitur pro inueſtitura, & ſic intelligatur decr. de inſt. cum veniſſent. & quod ibi no. videtur quòd etiam capitulum vacãte ſede inſtituere poſsit, arg. vij.q.j. pontifices. de hæret. ad abolendã.ſ. eo. lib. de temp. ordi. cum nullus. Arg. cõtra.xxiiij. diſt. presbyteri. lxxj. diſt. fraternitatem. ne ſede vac.c.ij. Dic vt not.ſ. de maio. & obe. cũ olim. & terminatur hoc.ſ. eo. lib. de inſti.c.j. Inter collationẽ autẽ, præſentationẽ & inſtitutionem magna eſt differentia, vt.ſ. eodẽ lib. de præben. cum in illis.§. cum autem. ADDITIO. Sciẽdum eſt quòd Dy. qui non fuit canoniſta, dicebat gloſſam Bern. in ca. auctoritate. de inſtit. ſuperius allegatã eſſe in decre. ex frequentibus. de inſtitu. & de caſu decret. quæſtionẽ formabat j. eo.

*Poſſeſsio in beneficijs nõ attenditur.*

*Beneficium comprehendit dignitates, perſonatus, quià materia patitur hic. Philip.*

*Inſtituere quid ſit.*



j. eo. indultum, volens hanc regulam (quia prima erat) copiosè gloſſare: ſicut de prima filia patres familias facere cõſueuerunt, ſe contulit ad ſummam Hoſt. de inſtitu. & aliquid vltra, & contra ibi deſcripta ſubtiliter poſuit. Ioan. And.

a *Non poteſt.* [a] Hæc dictio poteſt, negatiuè poſita vt hic, neceſsitatem importat, cũ autem affirmatiuè ponitur, neceſsitatem nõ inducit. Ad primum.ij.q.j.ca.j.ſ. de accu. de hiſ. Ad ſecundum.iiij.q.iij.c. placuit.§. item in criminali. verſi. poteſt. de præb. de multa. in fi. de app. oblatæ. ad finem. ff. de arbi. quinetiam. & ideo dicit lex, quod verbũ poteſt, neceſsitatem nõ importat. ff. de offi. præſi. ſæpe. & l. ſequen.

Ecceleſiaſticũ nõ poteſt [a] licitè [b] ſine inſtitutiõe canonica obtineri. [c]

*a Poteſt verbum negatiuè prolatũ, neceſſitatem importat. Quod nõ eſt indiſtinctè verũ. l. intra dies. ff. de reiudi. ca. quanto. de præſcript. Corſe. in ſingul. incip. verbũ poteſt.*

b *Licitè.* Superabundat. id enim dicimur poſſe, quod licitè poſſumus.xxij. quæſtione.ij. faciat. vbi de multiplici potentia. & ſupra de reſcrip. ſciſcitatus. per Bern. & Innoc. de conceſ. præben. accedens.

c *Obtineri.* Contradicit huic regulæ.ſ. de iure pa. cura. Sol. ibi non præſcribitur eccleſia tanquã beneficium, ſed vt proprietas. Item neceſsitatis cauſa vel pietatis, vel cauſa impenſi obſequij ſine canonica inſtitutione poſsidet quis eccleſiaſticos prouentus, nec ex eo canonicus vel beneficiatus propriè dicitur.xij.q.ij. quicunque ſuffragio. xvj.q.j. poſſeſsiones. & quæſtione.iij. clerici & ca. ſi epiſcopus ſupra. de magi. quoniam. Eodem modo reſpondetur ad ca.xxxij. diſt. ſi qui verò.xij.q.j. quia.50. diſt. ſtudeat. de cleri. pug. in duel. Henricus. Item arg. contra.ſ. de electio. in Geneſi.ſ. de iure pat. conſultationibus. vbi poſſeſsio dat ius eligendi & præſentandi.ſ. de cauſa poſſeſ. cum eccleſia. [b] Solu. per poſſeſsionẽ acquiritur ius eligendi & præſentandi, quia procedit ex actibus noſtris. ff. de acquiren. poſſeſ. l.j. Inſtitutio autem procedit ex actibus aliorum: quæ ad hoc vt valeat, debet eſſe canonica, vt hic: in qua præcipuè quatuor requiruntur. Primò quòd perſona ſit quæ inſtituere poſsit.xvj.q.vij. nullus. Secundò, quòd inſtitutus ſit talis, qui poſsit inſtitui. de inſti.c. ſi. quia non laicus vt ibi, vel ipſe idem inſtituens. eod. tit. ca. vlti. Tertiò, quòd illius beneficij inſtitutio ex iure proprio vel deuoluto vel delegato ad inſtituentem pertineat. e. tit.c. iij. {Vnde ſecundum Dy. vicarius epiſcopi, vel capitulum vacante ſede, id non poſſet. quod dic vt.ſ. eo. lib. de offi. vica.c. ſi. de inſtit. ca.j. ne ſede vacan.c. vnico} Quartò, quod ſeruetur forma cõſtitutionis illius. ſupra.e. li. de elect.c. vlt. [c] {Dic vt ibi no. in vlti. gloſ. in confirmationibus enim locũ habet, ſed in collationibus non, vt ibi. Item dat exemplũ per decre. ij. eo. li. de elec. & per regulã, actus. hoc eo. tit.} Et no. quòd hæc regula eſt argumentũ contra clericum qui eſt in quieta poſſeſsione beneficij ſui, & petitur ab eo titulus poſſeſsionis, ſcilicet inſtitutio, quòd teneatur illam oſtendere. nã & libertus eccleſiæ licet ſit in quaſi poſſeſsione libertatis, probat manumiſsionem ſuã.xij.q.ij.c. lõginquitate. &.c. ſeq. & hoc probat decre. de appell. perſonas. in parte deciſa, vbi de hoc per Lau. nam & poſsidens pro hærede vel poſſeſſore, cogitur probare titulum. C. de peti. hæredi. l. cogi. ad hoc facit quod not. de dolo & contu. contingit. in gloſ. vlti. circa medium. In contrarium videtur arg.xx.q.j. quem progenitores. ſupra de reg. vidua. & in prædicta. l. cogi. ij.q.v.§.j. & pro hoc facit quod no. Inno. de procurato. ex inſinuatione. & Ber. & Cõpo. de reſcrip. capitulum. in gloſ. v.§. item quæritur an executor. ver. ſed ſecundum hæc. primam opinionem tenebant Mel. & Ber. ſ6. per iura prædicta. Ioan. & Lau. not. 100. diſt. contra morem. quòd clericus habens duo beneficia, cogitur dicere titulum. habenti autem vnum ſolum, ſufficit poſſeſsionem oſtendere. arg. ad hoc.ſ. eo. lib. de reſcrip. cap.j. & de offi. ordi.c. lib.c. ordinarij. [d] Dici poteſt [e] primam partem vetam cum epiſcopus ex ſuo officio vult videre inſtitutionem clerici. hoc probatur de præben. dilecto. vt eccle. beneſi. ca. vnico. Secundam cum alius agit, fortè dicens ſe ius habere in præbenda, tunc actor quod aſſeuerat &c. vj.q. vlt. actor. & in præall.c. vnico. vt eccleſia. beneſi. &.C. de proba. actor. & hoc probatur ex ijs quæ no. Inno. Ber. & Compoſt. in prædi. gloſ. & per Hoſt. & de hoc de ſimo. licet Heli. ſuper ver. officij ſui debitum cuius verba poſuit Archi. in decre. ordinarij. Ioannes Andreæ.

*b Dicebat Ioan. Mon. quòd contraria loquuntur in poteſtate aſſiduè: hic loquitur de paſsiua, ex ita differunt. facit de elec. ex eo ſi celebrat. ſupra eo li. de electio. nul. lus in prin. & c. ex eo ſpin ſi. Io. And.*

*c Idem Dy. fallit ſi le. ſcula eſſent omiſſa. ff. de vi. inſpici. l.1. in §. Font.*

*d Et ibi de hoc per Archi. & licet plura ibi recitet, omnia haben tur per remiſsiones huius gloſ. tenet autẽ quod ſequitur in gl. cũ moderamine quod ſtatim ſubdã. Ioan. And.*

*e Videbis Panor. c. accedens. nu. me. 14. de ac. de Ancha. nu. 9.*

POſſeſſor.} Iſtud capitulũ habet duos intellectus ſecundũ duos modos punctuandi textũ. Nam quidã faciunt punctũ poſt dictionẽ, fidei. Alij autẽ faciunt punctũ poſt dictionem, tempore. Pro intellectu huius ca. eſt præſupponẽdum illud quòd habetur in glo. poſita ſuper verbo fidei, qualiter hic accipiatur fides, & quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor, & quis malæ fidei poſſeſſor. Vnde fides hic accipitur pro conſcientia, vt dicamus, poſſeſſor malæ fidei, id eſt conſcientiæ, vllo tẽpore nõ præſcribit. quis autẽ dicatur bonæ fidei poſſeſſor, illud colligitur ex c. ſi virgo xxxiiij.q.ij. & l. apud antiquos. circa mediũ. C. de fur. & ſer. corru. nã ille dicitur bonæ fidei poſſeſſor, qui putat ſe dominum rei quam poſsidet, & ignorat rẽ eſſe alienam. Econtra verò is dicitur malæ fidei poſſeſſor, qui habet conſcientiã rei alienæ. Caſus ſecundũ primum intellectũ ſic figuratur, videlicet faciendo punctũ poſt dictionem, fidei. Aliquis Titius vendidit mihi rem quæ non erat ſua, puta vineam, domum, pratum, vel aliquã aliam rem: ſed erat cuiuſdã alterius, & illam mihi tradidit. ego emptor ab initio bene ſciebam rem eſſe alterius, & non vẽdentis: & ſic quando res fuit apud me, ſciebam illam eſſe alterius: hoc tamen non obſtante detinui illam rem per.xx.vel.xxx.annos. Elapſo illo tempore dominus rei vendicauit ſibi illam rem, & fecit me cõueniri, petendo vt iudex declararet illum dominum eſſe iſtius rei, & me compelleret ad ſibi reſtituendum vna cum fructibus. Ego autem excipiendo propoſui, quòd illam rem poſſederam per longum tempus, videlicet per.xxx.annos, & quòd illo medio præſcripſeram. ille replicando propoſuit quòd non poteram præſcribere propter malam conſcientiam, quia ſciebam rem eſſe alienam. & illud probauit. Quæritur quid iuris, vtrum poſſum me tueri præſcriptione? Reſpondet quòd non, etiam ſi longiſsimo tempore poſſedero, quia poſſeſſor malæ fidei non præſcribit vllo tempore. ſuppleatis, nec longiſsimo: quia poſſeſſor malæ fidei eſt continuè in peccato mortali, & diuturnitas temporis non diminuit peccata, ſed auget. ca. ſi. de præſcrip. in anti. Alij faciunt punctum poſt dictionem, tempore: & ſecundum hunc intellectum caſus ſic figuratur. Titius vendidit mihi rem alienam, puta pratum vel vineam. putabam illum eſſe dominum tempore traditionis. in iſta bona fide perſeueraui per magnum tempus, ſed non per totum tempus præſcriptionis. poſtea ſuperuenit mala fides, id eſt ſcientia rei alienæ antequam compleuiſſem præſcriptionem. vtrum poſsim præſcribere? Reſpondetur quòd non poſſum complere huiuſmodi præſcriptionem, quia requiritur quòd habeam bonam fidem in omni tempore præſcriptionis. Nam malæ fidei poſſeſſor vllo tempore, id eſt qui in aliquo tempore præſcriptionis habet malam fidem, non præſcribit. Pro expeditione primæ gl. videtur quod poſſeſſor malæ fidei poſsit præſcribere longiſſimo tempore, & arguitur de l. cum notiſsimi. Cod. de præſcript.xxx. vel.xl. an. ibi præſcribitur res longiſsimo tempore, & cum mala fide. Gloſ. facit differentiam inter ius canonicum & ciuile, & dicit quòd contrarium procedit de iure ciuili, quod non habuit reſpectum ad ſalutem animarum, ſed ad bonum commune duntaxat, & ideo cum mala fide procedebat præſcriptio longiſsimi temporis: ſed ius canonicum habuit reſpectum non ſolùm ad bonum commune, ſed etiam ad ſalutem animarum. Nam ſubiectum ſcientiæ iuris canonici eſt homo dirigibilis non ſolum in bonum commune, ſed in Deum: & ius canonicum conſiderauit quòd poſsidens cum mala fide, eſt continuè in peccato mortali, & tanto aggrauatur peccatum, quanto diutius infelicem animam detinet alligatam: ideo noluit vt poſſeſſor malæ fidei poſſet præſcribere. Sed vtrum leges ciuiles ſint correctæ per ius canonicum, gloſ. exorditur materiam, vtrum leges ſuccumbant canonibus, & hoc in terris imperij? Reſpondet quod vbi verſatur periculũ animæ, leges ſuccũbunt canonibus: ideo leges illæ ſunt correctæ, ita quòd eſt iudicandum ſecundũ ius canonicum, & non ſecundum leges. ſed in materia non concernente periculum animæ, leges ſunt ſeruandæ in foro ſuo, & ius canonicum in ſuo. Nã papa non poteſt tollere leges quo ad iudicium ſeculare, niſi in ijs in quibus vertitur periculum animæ, cum poteſtates ſint diſtinctæ, videlicet eccleſiaſtica à poteſtate ſeculari. Ideo dicit Bart. quòd præſcriptiones longiſsimi temporis quæ procedunt ex ſola negligentia non petentis & non ex facto poſsidentis, præſcribuntur cum mala fide: vtputa debeo tibi decem ſcuta ex aliquo contractu, tu non petis illa decem ſcuta per ſpatium.xl. annorum. iſta præſcriptio currit cum mala fide, licet ſciam me eſſe debitorem tuum. ideo ſi poſtea facias me conueniri, potero me tueri præſcriptione longiſſimi temporis, quia iſta præſcriptio eſt ex ſola negligentia tui creditoris: de qua in.ca. ſi. de præſcrip. in anti. Vtrum in præſcriptione requiratur bona fides durante toto tempore præſcriptionis, an ſufficiat habere bonam fidẽ ab initio præſcriptionis, licet poſtea ſequatur mala fides? Reſp. quòd in omni tempore præſcriptionis requiritur bona fides, vt eſt hic text. ſecundum vnum intellectũ. Sed quid erit ſi cõpleta præſcriptione ſuperuenit mala fides, vt ponamus quòd aliquis vendidit mihi rem Titij, putabam vẽdentem eſſe dominum rei, & ſic habebam bonã fidem, & cũ iſta bona fide tenui iſtã rem vſque ad præſcriptionẽ cõpletam: cõpleta præſcriptione ſciui quòd res erat Titij: vtrũ tenear ſibi reſtituere & facere conſcientiã? gloſſa in.d.c. ſi virgo.xxxiiij.q.ij. cõcludit quòd non teneor ſibi reſtituere, licet ſuperuenit mala fides: quia ex quo completa eſt præſcriptio, per præſcriptionem res

*Iuris canonici ſubiectũ dicitur eſſe homo dirigibilis in Deũ & in bonũ commune.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



*Dominium qualo quæritur per vſucapionẽ, & præſcriptionem.*

res eſt facta mea, ſaltem quantũ ad dominium vtile: & ſecundum alios quantũ ad dominium directũ: ſed in vſucapione res efficitur mea cõpleta vſucapione quãtum ad dominium directũ. de hoc per Panor in ca.fi.de præſcrip. in anti. Quæritur, vtrũ ad hoc vt quis poſsit alienã rem præſcribere, ſufficiat bona fides? Reſpondet quòd nõ: ſed vltra bonã fidem requiritur titulus: & hoc in præſcriptione longi temporis.x.vel.xx.annorum: vel in præſcriptione longiſsimi temporis, cum quis præſcribit rem eccleſiæ: vel eſt præſumptio contra ipſum: vel ſibi reſiſtit ius commune, niſi allegaret præſcriptionem centum annorum: vt in cap.j. de præſcrip. cod.lib. vt quando quis præſcribit decimas in parochia mea, non ſufficit probare poſſeſsionem per.xl.annos: ſed requiritur quòd ipſe alleget & probet titulum, vel alleget poſſeſsionem centum annorum, aliàs non requiritur titulus. ca.de quarta.de præſcrip.in anti. Quæritur quid ſit vſucapio, & quid ſit præſcriptio. Gloſſa remittit ad ea quæ habentur in ſumma.xvj.q.iij.vbi dicit gloſ. Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem temporis poſſeſsionis lege definiti. quam definitionem accepit à l.iij.ff.de vſucapi. Sed præſcriptio eſt exceptio ex tempore ſubſtantiã capiens: quæ actioni perſonali vel in rem.i.reali opponitur. Pro expeditione glo.finalis in verbo præſcribit. videtur quòd quis præſcribat cum mala fide.arg.ca.placuit.xvj.q.iij. ca.j.de præſcri.§.in anti.vbi dicitur quòd ſi populus alicuius diœceſis fuerit occupatus ab infidelibus, & lapſus in errorem hæreſis, ſi epiſcopus proprius ſit negligens in reuocando populum ab errore: epiſcopi vicini poſſunt illum requirere vt adhibeat diligentiam pro reuocando populo: & facta monitione debet expectari per aliquod tempus: quo elapſo ſi vicinus epiſcopus reuocauerit huiuſmodi populum, & populus ſibi obediuerit per tres annos, præſcribit, licet ſciat populum alienum: & ſic præſcribit cum mala fide. Dicit glo. quòd regulariter præſcriptio non procedit cum mala fide: ſed eſt ſpeciale in illo caſu fauore fidei cõtra regulam communem: vt vicini epiſcopi ſpe lucri reuocent populum ab errore hæreſis.

*Vſucapio quid ſit. Præſcriptio quid ſit.*

## Idem.
### REGVLA II.

Poſſeſſor a malę fidei b vllo tẽpore c non præſcribit d.

Gloſſa ſeq. primò ponit exempla. Secundò dicit regulam non procedere ſecundum.ll. niſi dicantur correctæ. circa quod ponit duas opiniones contrarias, & tertiam quæ diſtinguit. Tertiò ponit aliud diuerſum inter leges & nos. Quartò dat remiſsionem de mala fide, quæ præſcriptionem ſequitur. Quintò ſubdit etiam titulum requiri: ſignat contrarium & ſoluit. Sextò remittit de præſcriptione, vſucapione, & interruptione.

a *Poſſeſſor.* pone caſum.xxxiiij.q.ij.ſi virgo.§.de præſcrip. cap.vlti. Hæc regula ſecundum leges vera eſt in præſcriptione x.vel xx.a annorum.Cod.de præſcri.long.temp.authent.malæ fidei. In præſcriptione autem xxx. vel xl.annorum non requiritur bona fides.xvj.q.iij.ca.placuit.vt.§.poteſt.§.de præſcri vigilanti.Cod.de præſcri.xxx.vel xl.annorum.cum notiſsimi. Niſi velis dicere leges eſſe correctas b per prædi.decre.de præſcri.ca.vlti.vbi de hoc. Quod quidam abhorrent, dicentes papam non poſſe tollere leges niſi quo ad ſuum forum. Alij verò dicunt papam indiſtinctè quo ad vtrunque forum poſſe leges tollere.de hoc.x.diſtin. conſtitutiones.de teſta.cum eſſes. In his autem tenens medium, credo quòd papa vbi non habet temporalem iuriſdictionem, non poſsit tollere legem quo ad forum ciuile, niſi in his in quibus vertitur periculum animæ: cum poteſtates diſtinctæ ſint.xcvj.diſtin.cùm ad verum.x.diſtin.quoniam. vbi de hoc.& qui filij ſint legit.cauſam.ij. In his autem in quibus periculum animæ vertitur, quo ad vtrunque forum tollit legem. probatur hoc de iudi. nouit.de præſcri. ca.vlti. & de ſecund.nup.ca.penult.& vlt.&.eod.lib.de foro compe. ca.vlt.de iureiur.ca.ij.eod.lib.de excep.cap.ij.de ſenten. excommu.decernimus. nam in his leges ſacros canones imitari non dedignantur.§.de iudi.clerici.in auctẽ. vt non luxu. contra na.§.propterea.colla.vj.in auth. vt clerici apud proprios epiſcopos.§.ſi vero eccleſiaſticũ. ex quibus ſatis poſſet inferri idem de iure canonico circa hoc, quod de iure ciuili. Sciendum eſt autem quòd ſecundum nos non ſolum ab initio, ſed in qualibet parte præſcriptionis c debet præſcribens etiam agnoſcere bonam fidem: vt hic, & in concor. In his autem in quibus etiam ſecundum leges requirebatur bona fides, ſufficiebat ab initio bonam fidem agnouiſſe: vt in prædicto.§.poteſt.& l.cum notiſsimi. Si autem quæratur de eo qui completa præſcriptione incipit habere malam fidem, an teneatur rem reſtituere: Dic d vt not.xiiij. quæſt.vj. c.j.& xxxiiij.q.ij.ſi virgo.&.§.de præſcr.vigilanti. Non ſolũ autẽ in præſcriptione requiritur bona fides vt hic, ſed etiam titulus e qui det cauſam præſcribẽdi.de hoc.x.j.quia.xvj. quæſt.iij.dilectio.de præſcri.ſi diligenti. Argu.contra.eod. titu.de quarta. & ca.ad aures. & ca.vlt.vbi non ſit mentio de titulo. Sol.dic breuiter, quòd ſi ius commune vel præſumptio non eſt contra poſſeſſorem, ſufficit bona fides: aliàs neceſſe eſt allegari titulum & probari, niſi allegetur præſcriptio tanti temporis cuius contrarij non ſit memoria.§.e.lib.de præſcri.cap.j. Quid autẽ ſit præſcriptio, quid vſucapio, quæ in eis requirãtur, quis eorum effectus: plenè not.xvj.q.iij.in ſumma. Quomodo interrumpatur, ea.q.§. poteſt.verſicu.hæc de præſcriptionibus.&.§. de præſcrip.c. illud. ADDITIO. Quòd in pręſcriptione ſufficiat ab initio bonam fidem agnouiſſe, videtur quòd melius dicant leges quam canones: cùm à principio legitime factum vitiari non debeat per illud ſuperueniens à quo non poterat inchoari. infra eod.factum legitimè.ff.eod.tit.in ambiguis. §. non eſt nouum. Solu. vt dicit hic Dy, regulæ illæ loquuntur in actibus perfectis: ſecus in inchoatis tantùm: vt hic, & probatur ſolu.ſecundum eum.ff.de verb.oblig.ſi ſub vna, §.j.& l. pluribus.& de ſer.l.pro parte.de ſer.ruſt.præ .l. via.§.quæcunque. Ioan. Andr.

*a Habita diſtinctione inter præſentes vel abſentes, & qui quo ad hoc dicãtur præſentes; & quid de illo qui nullum habet domicilium, vel habet plura: nota. C. de præſc. lõgi tempo. l. fi. vide Spe. de præſcrip. ver. quando aliquis. Ioan. Andr.*

*b Dicit Dy. et ratio eſt ſecũdum de Ancha. peccatum.*

*c Idẽ doct.*

*d Alle & Anch. dicũt quòd nõ: etiam in foro conſcientiæ.*

*e De hoc, et an ſit neceſſe ſaltem al legare titulum: & an in præſcribendo vſumfructũ vel libertatem alicuius ſeruitutis ſit titul' neceſſarius: hic per Dy. Io. Andr.*

B b *Fides*, multis modis ſumitur fides: quod dic vt not. ſupra de fide catho.in rubri.& xxij.quęſt.j.monet.hic ſumitur pro conſcientia.ſic.xxviij.quæſt.j.omnes deinceps.§. ex his. de præſcrip.ca.vlt.

c *Vllo tempore*. potes facere punctum ante & poſt: & ſic habebis duos intellectus. Primus eſt, quòd nulla antiqua dierum poſſeſsio &c.§.de præſcrip.vigilanti. Secundus, quòd nullo tempore pręſcriptionis debet agnoſcere malam fidem §.eo.c.vlti. ADDITIO. Idem Dynus.

Gloſ.ſeq.ſignat contrarium: & dupliciter ſoluit. Secundò ſignat aliud, in quo remittit. Tertiò quærit, & remittit. Ioan. Andreæ.

d *Non præſcribit.* f ſi ergo poſsidens conſcientiam habet rei alienæ, non præſcribit. Contra.xvj.q.iij. placuit vt quicunque, ſupra de præſcri.cap.j.ibi præſcribit, qui certus eſt rem eſſe alienam. Sol.illud ſpeciale in fauorem fidei catholicæ, ſicut alia.ij.quæſt.vij. ſi hæreticus ſupra eod. lib. de hæreti. cap.j & iiij. Cod.de epiſco. audien.l.nemo.cum ſimi. Præterea ſatis videtur ſuam conſcientiam purgaſſe, & bonam fidem agnoſcere, qui verum dominum requiſiuit. arg.j.eod. ſcienti.cum ſuis concord.& ſic auctoritate canonis excuſa-C tur.ſic.ff.de noxa.l.generaliter.vbi vſucapit, qui ſcit ſeruum alienum, qui ſibi ab alio bonæ fidei poſſeſſore fuerat datus pro noxa: ex quo verus dominus requiſitus noxiam emendare non vult. Item contra.§.de iure pat.cura. Sol. vt ibi,&. xvj.q.iij.ſi ſacerdotes.in j.glo.vltra medium: quod etiam videtur contra. Si quæratur quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor & malæ g: dic vt notatur de præſcri. ſi diligenti. in gloſ. penult. ADDITIO. Et hic per Dy. repetentem quo ad hoc quod ibi no. Ioan. And.

*f Ratio ſecũdum Io. Mona. quia peccat, & ex eo meretur pœnam: ergo non præmiũ. de tranſlat. prælat. ca. j.*

*g Ad merc. reſpõdet Ancha. in. xxviij. quod per ſtatutũ præſcribatur, debet certo tẽpore non petito.*

Sine poſſeſsione.) Caſus in hoc capitulo figuratur pluribus modis. Et primò per capitulum, cauſam. de præſcri. in anti. Vnde ſciendum quòd iura ſpiritualia non cadunt in laicum nec reſpectu habendi, nec reſpectu poſsidendi: hoc eſt nec reſpectu proprietatis, nec reſpectu poſſeſsionis: vt cap. Maſſana. de elect. in ant. ca. decernimus. de iudi. Secundò eſt præſupponendum, quod ius decimandi eſt ius ſpiritale: & ſic non cadit in laicum: licet fructus decimales ſint res temporales. Caſus hoc præſuppoſito ſic figuratur. Quidam laicus de facto emit ab epiſcopo ius decimandi intra limites meæ parochiæ: & cum illo titulo percepit decimas cum bona fide: quia credebat titulum valere. Hoc facto ego rector feci illum conueniri coram iudice competenti: & propoſui D in meo libello quòd eram rector talis eccleſiæ: & in ea fueram canonicè inſtitutus: & quòd eram fundatus de iure cõmuni habendi & percipiendi decimas omnium fructuum excreſcentium in mea parochia: & quòd iudex condemnaret talem laicum ad reſtituendũ mihi decimas per eum perceptas: & ad ceſſandum in futuro. Laicus cùm deberet reſpõdere meo libello: excipiendo propoſuit quòd illas decimas perceperat per x.xx.xxx.xl.annos, & ſic illas præſcripſerat. Ego rector replicando propoſui quòd ipſe non poterat pręſcribere nec poſsidere illas decimas propter incapacitatem, quia ius ſpiritale non cadebat in laicum. Quæritur nunquid bene dicam, ita quòd non obſtante [illegible] retentione facti non poſſit ſe tueri præſcriptione contra me. Reſpondetur quòd laicus ſe non poteſt tueri præſcriptione: quia dictus laicus non habuit poſſeſsionem habentem adminiculum iuris: & pręſcriptio non procedit ſine poſſeſsione. Alio modo poteſt figurari caſus per ca. porrò.xvj.q.iij.l.qui in ſeruitute. ff.eo.& primò per dictum capitulum. porrò. certum eſt quod hæreticus eſt incapax poſſeſsionis cuiuſcunq; rei, id eſt proprietatis & poſſeſsionis: & ſic hæreticus non poteſt poſsidere. nũquid pôt præſcribere res quas apud ſe detinet bona fide?

Reſpon-



Reſpondetur quòd non: quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſsione: & cùm hæreticus non poſsit poſsidere, ideo non poteſt præſcribere: vt in l.qui in ſeruitute. Certum eſt quòd ſeruus non poteſt aliquid poſsidere nomine ſuo: ſed dicitur poſsidere nomine domini ſui: ergo etiam non poteſt præſcribere: quia ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit.

## Idem.
### REGVLA III.

Pro expeditione primæ gloſſæ poſitæ in verbo, ſine poſſeſsione, quæritur quotuplex eſt poſſeſsio? Dicendum eſt quòd duplex eſt poſſeſsio. Nam quædam eſt poſſeſsio quæ habet plurimum iuris, & modicum facti. Alia eſt poſſeſsio quæ habet plurimũ facti, & modicum iuris. Prima poſſeſsio eſt, vt illa quæ acquiritur per procuratorem. capitu. cum noſtris. ſupra de conceſs. præben. in antiquis. nam iſta habet plurimum iuris, & parum facti: quia in ea plus operatur iuris diſpoſitio, quàm factum hominis, & illa poſſeſsio non parit cauſam vſucapiendi, niſi interuenerit factum noſtrum, id eſt, ratam habuerimus. Alia eſt poſſeſsio quæ habet plurimum facti, & parum iuris: ſicut illa quæ per noſmetipſos acquiritur. Et illa dicitur habere plurimum iuris, quæ per ſeruos noſtros nobis ignorãtibus acquiritur. Vtrum ad pręſcriptionem a ſufficiat poſſeſsio facti, vel requiratur poſſeſsio iuris? Reſpondetur quòd non ſufficit poſſeſsio facti, quæ dicitur quaſi pedum poſitio: ſed requiritur poſſeſsio iuris, id eſt, quòd habeat adminiculum iuris, id eſt, quòd præſcribens ſit capax poſſeſsionis: vt in primo exemplo dictum eſt: videlicet de laico reſpectu iuris decimandi.

*Poſſeſsio duplex.*

*a Epiſcopus petit quartã decimarũ ab eccleſiis dicentes ſe præſcripſiſſe. quæritur Io. An. vter probabit. ex quo no. Philip. quòd libri antiqui probãt cenſum non ſolutũ, ſi hoc in eis nõ reperiatur. De Ancha. latè repetit hic de poſſeſsione & quaſi poſſeſsione. Fonta.*

Vtrum ad hoc quòd quis poſsit præſcribere, requiratur quòd poſsideat continuè per tempus ſufficiens ad præſcriptionẽ, vel ſufficiat poſsidere per interualla; licet non continuè? Dicendum quòd poſſeſsio debet eſſe continua per x. xx. vel xxx. annos, ſi requiratur ad præſcriptionem ſpatium xxx. annorum: ita quòd non fiat coniunctio temporum: & non interuenerit interruptio: quæ interruptio quãdoque fit naturaliter per inundationes aquarum, quando locus fuit aquis inundatus: & iſta interruptio prodeſt hominibus quorum intereſt: & pluribus aliis modis poteſt fieri iſta interruptio. Alia eſt interruptio ciuilis, quæ quandoque fit per litem conteſtatam: quandoque fit per ſolam citationem. l.cum notiſsimi. Cod.de præſcrip. xxx. vel xl.annorum. Et iſta interruptio ciuilis non prodeſt omnibus C quorum intereſt, ſed prodeſt interrumpenti & ſuis hæredibus: vt Titius vendidit mihi rem alienam quam tamen credebam eſſe ipſius Titij, & non alienam: & ſic habebam bonam fidem. nondum completa præſcriptione quidam non dominus fecit me conueniri, & litem fuit conteſtatus: & ſic interrupit meam præſcriptionem: iſta interruptio non proficit vero domino: nec eius hæredibus, ſed ſolũ interrumpenti. Vtrum interrupta pręſcriptione ciuiliter poſsit poſſeſſor præſcribere, dum tamen habeat bonam fidem: licet incipiat titubare an res ſit ſua vel petentis: vtrum iſta mala fides impediat præſcriptionem? Gloſſa reſpondet quòd de iure ciuili ſolum fit interruptio præſcriptionis: ſed ſi actor dimittat proceſſum, puta quia renuntiat inſtantiæ: & reus acceptat iſtam inſtantiam: vt in authen. qui ſemel. Cod. quomodo & quando iudex. licet inſtantia ſit extincta, tamẽ remanet effectus vt non poſsit currere præſcriptio: & ſic debet incipere præſcriptionem de nouo: ſed de iure canonico non poteſt præſcribere, quia incipit eſſe malæ fidei. Sed contra iſtam regulam argu. de cap. cum eccleſia. de cau. poſ. & proprie. vbi dicitur quòd ius eligendi poteſt præſcribi, & tamen non poteſt poſsideri, quia eſt incorporale: & res in-D corporales non poſsidentur: ergo malè dicitur in regula noſtra, quòd ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit. Gloſ. metu contrarij ſubaudit ad text. ſine poſ. vel quaſi poſ. & licet iura incorporalia non poſsideantur, tamen quaſi poſsidentur: & in rebus incorporalibus habet locum ficta poſſeſsio: quæ id operatur in rebus incorporalibus quod operatur vera poſſeſsio in corporalibus. Pro expeditione gloſſ. fin. poſitæ in verbo, procedit, videtur quòd quis poteſt ſcribere ſine poſſeſsione. Et arguitur ſic, Captus ab hoſtibus non poſsidet, quia poſsidetur ab alio: & qui poſſidetur, non poſsidet. l. qui in ſeruitute. ff. eodem & tamen captus ab hoſtibus præſcribit. l. iuſto. §. vlt. ff. de vſucap. Reſpondet gloſſa, quòd captus ab hoſtibus non poſsidet per ſe: ſed ſi ante captionem ab hoſtibus poſsidebat per ſeruos ſuos vel famulos, vel filios ſuos, durante captiuitate poſsidet. Et ipſe reuerſus recuperat poſſeſsionem: & fingitur iure poſtliminij nũquam perdidiſſe poſſeſsionem, eo quòd poſsidebat à tempore captionis: ſecus ſi tempore captionis non poſsidebat per ſeruos, quia tunc non poſſet præſcribere. Item ſecus ſi non poſsidebat per ſeruos vel alios quos habet in poteſtate, ſed per ſeipſum poſsidebat ante

*Interruptio qualiter fit.*

A captionem: quia tunc perdit poſſeſsionem: & ſic non poſſet præſcribere.

Gloſ.ſeq. dicit vnde ſumpta: & ponit & ſpecificat exempla. Secundò de multiplici poſſeſsione remittit. Tertiò tractat qualis poſſeſsio in præſcriptione requiratur. Quartò, quomodo poſſeſsio debet eſſet continua. Quintò, de quaſi poſſeſsione.

Sine poſſeſsione a præſcriptio b non procedit. c

a *Sine poſſeſsione.* hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. titu. qui in ſeruitute eſt. per quam etiam poteſt hic poni exemplum caſus, & per capit.xvj.quæſtione iij.porrò.& ſupra de præſcript. cauſam quæ. Seruus cum ab alio poſsideatur, non poſsidet: vt in primo caſu. hæreticus & paganus, vt in ſecundo. laicus ſpiritalia: vt in tertio. Sciendum eſt autem quòd poſſeſsionum alia iuris: alia facti: alia iuris & facti: & hæc interdum habet plurimum iuris, & minimum facti: interdum econtra. quod proſequere vt not. ſuprà de conceſs. præbend. cum noſtris. & C.de acquiren. poſſeſ.l.j. vt ergo currat præſcriptio, debet quis poſsidere de facto & de iure. de facto planum eſt: quia qui nõ poſsidet, nõ præſcribit: & debet poſsidere pro-B prio nomine, non alieno: aliàs ille præſcriberet cuius nomine poſsideret. xvj. quæſtio. iij. clerici. de reſtitut. ſpoliato. cum veniſſet. in fin. de præſcript. ſi diligenti. ff. de acquiren. poſſeſsio. quod meo. debet etiam poſsidere de iure: quia ad præſcriptionem requiritur ciuilis poſſeſsio b, id eſt quòd talis ſit perſona in quam cadere poſsit huiuſmodi poſſeſsio: vt probatur per iura inducta in principio gloſ. ad hoc etiam xiiij. quæſtione prima in principio, & quòd ibi nota. & de proba. ex literis. in fin. ff. de vſucap. ſine poſſeſsione. hoc dico, quia laici de facto interdum poſsident decimas & ſpiritalia: vt not. Bart. Brixien. xiiij. quæſtio. j. in princ. j. gloſ. magnæ in fine. ad hoc ſupra eodem lib. de reſtitu. ſpoliat. ad decimas. nam vt ibi patet, aliud eſt poſsidere, aliud eſt legitimè poſsidere. Et not. quòd hæc poſſeſsio facti debet eſſe continua: quia ſi interrumpatur poſſeſsio, interrupta eſt præſcriptio. xvj. quæſtione iij. cap. dilectio. §. poteſt. de præſcrip. illud. C. de præſcript. xxx. vel xl. anno. cum notiſsimi. ſi tamen fiat interruptio ciuiliter, puta per litis conteſtationem: ſecundum canones videtur quòd amodo non currat præſcriptio: quia præſumitur titubare, & malam fidem habere c. ſed leges quæ de mala fide non curant, nouos xl. an-C nos requirunt: vt in prædicto. §. poteſt. & hoc not. Ioan. xvj. quæſtione iij. ca. j. Et quod dicit regula de poſſeſsione, hoc intelligas vel de quaſi poſſeſsione: quia incorporalia non poſsidentur, ſed quaſi poſsidentur. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de acqui. poſ. l. iij. in princ. & tamen præſcribũtur. ſupra de cau. poſ. cum eccleſia. ADDITIO. Idem Dyn. qui de hoc formauit obiectionem ad hoc vltimum: quem vide. Ioan. And.

*b Prolixè tractat hic Dyn. quòd ad præſcriptionem requiritur ciuilis & naturalis poſſeſsio: vel ciuilis tantũ: ſcilicet quæ animo retinetur. Sed naturalis tantũ nõ ſufficit, vbi alius ciuiliter poſſidet &c. quem vide. Ioan. And.*

*c Verum ſi actũ ſit in iudicio glo. c. quoniam frequẽter. vt lite non conteſt. §. pe. attamẽ act' extra iudicialis ante præſcriptionẽ inceptã cõſtituit reũ in mala fide. l. ſi fundũ. C. de rei vend. Phi.*

b *Præſcriptio.* nec vſucapio. ff. de vſucap. l. iij. & l. fine.

Gloſ. ſeq. pręmiſſa ratione regulæ, ponit duas obiectiones legales, quas ſoluit. in fi. obiicit de decret. contingit, & tripliciter ſoluit.

c *Non procedit* d. præſcriptio eſt verbum iuris: parit enim actionem vel exceptionem ex tempore: & ex ea acquiritur dominium, etiam directum ſecundum Mar. Ioan. contra. de hoc decimaſexta quæſtione tertia. §. poteſt. circa principium e. Vſucapio autem eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti. ff. de vſucapi. l. iij. ex quibus ſatis patet ratio regulæ quæ contrarium patitur de lege dicente quòd captus ab hoſtibus vſucapit. ff. de vſucap. l. iuſto. §. vltimo. & tamen nihil poſsidet, cum ab alio poſsideatur. ff. de acquirend. poſſeſſ. cùm hæredes. §. in D his. Sed lex f intelligit, quòd vſucapit per alium quem habebat in poteſtate tempore quo captus fuit. vnde rediens poſtliminio recuperat poteſtatem quam eius fictione videtur continuaſſe, & ſic vſucapione dominium quæſiuiſſe, ſed ſi per ſe poſsidebat, perdit poſſeſsionem: & licet poſtliminio redeat, fictio poſtliminij non extenditur ad poſſeſsionem quæ conſiſtit in facto: & ſic nec ad vſucapionem quæ ex poſſeſsione procedit. ff. de capt. & poſtlim. reuer. in bello. §. factæ. & de vſucapio. l. ſi is qui pro emptore. vbi de hoc. Item opponitur ignorans poſſeſsionem non quærit, cùm animus ſit de ſubſtantialibus. Cod. de acquiren. poſſeſ. licet. ff. de acquiren. poſſeſ. l. licet. & l. quemadmodum. & tamen ignorans præſcribit. ff. pro ſolu. l. ij. §. Celſus. Solut. g Ignorans per ſe poſſeſsionem non quærit, tamẽ bene poteſt ignorans quærere poſſeſsionẽ miniſterio filij vel ſerui quẽ habet in poteſtate, vt in cõtrario, & ſic vſucaperet: vt ibi. Itẽ opponitur de decr. §. in an. de do. & contu. cõtingit. ibi enim præſcribit aonaliter ille qui non poſsidet. Sed poteſt illud dici ſpeciale in odiũ illius contumacis qui nõ permittit actorem ingredi in poſſeſsionẽ ſecundum decretum iudicis cauſa rei ſeruandæ: vel iam miſſum expulit: ne ſit melioris con-

*d Exponit Dyn. id eſt nõ inchoatur: licet quãdoque inchoata ſine poſſeſsione cõtinuetur. Io. And.*

*e Ioan. An. in re. poſſeſſor. in xiiij. col. ſatis tenet cũ Ioan. vide Dyn. ibi ſe lin. in rub. de præſcri. dicentẽ dominiũ non acquiri præſcribendo. quod fallit nonem caſibus.*

*f Idẽ Dyn.*

*g Idem hic Dy. Io. An.*



ditionis

Universidad de Deusto Biblioteca



ditionis contumax quàm obediens: vt ibi nec debent ſtulti eſſe melioris cõditionis quàm periti. decimaſexta quæſtione prima. legi. ſupra eodem libro de præben. eum qui beneficium. ff. quod vi aut clam. l. ſeruus. vel aliter ibi loquitur de quodam temporis lapſu, quod habet aliquem conſtituere poſſeſſorem tãtùm. hic autem loquitur de quodam temporis lapſu quod per præſcriptionem inducit dominium: vt ſupra dixi: & ſic non ob. Vel dic quòd canon fingit illum poſsidere in odium illius contumacis: vt ſupra dixi. ad hoc. ff. de bo. au. iudi. poſ. l. quamuis. ſæpe enim iura fingunt ex cauſa quod non eſt. quinquageſima diſtinct. ferrum. vbi de hoc. de tranſlat. inter corporalia. Cod. de rei vxo. act. l. vnica, circa principium. & de hoc ſupra de ſpon. is qui.

Idem.

REGVLA QVARTA.

Peccatum nõ dimittitur [a], niſi reſtituatur [a] ablatum [b].

Idem.

REGVLA V.

PEccatum non dimittitur. } Iſtud capitulum poteſt intelligi de remiſsione peccati quo ad Deum. Item quo ad ipſam eccleſiam, id eſt, de abſolutione facienda à ſacerdote. Item poteſt intelligi de vitio reali, id eſt, de vitio afficiente rem ipſam: videlicet de vitio furti, & vitio violentiæ: ita quòd iſta vitia reddunt rem furtiuam impræſcriptibilẽ vel inuſucapibilem. Et ſecundum iſtum intellectum poteſt figurari caſus per. l. ſequitur. §. quod autem. ff. de vſucap. Ponamus quòd Titius furatus fuit mihi rem meam. certum eſt quòd illam rem ipſe non poteſt vſucapere duplici de cauſa. Primò, quia ipſe Titius habet malam fidem. Secundò, quia res eſt furtiua, & affecta vitio furti. Sed quia iſte fur rem ipſam furtiuam vendidit cuidam bonæ fidei emptori: nunc emptor rem ipſam vendidit, & tradidit alteri bona fide. Vtrum iſte ſecundus emptor poſsit rem vſucapere, ita quòd ſit purgatum vitium furti: attento quòd bona fides reperitur in alienante, & in illo cui eſt alienata? Reſpondetur quòd non: quia furtum eſt vitium reale quod afficit rem furtiuam, & eam ſequitur quocunque vadat: ſicut lepra ſequitur leproſum: nec purgatur iſtud vitium, niſi res fuerit reſtituta domino cui fuit ſubtracta: intantum quòd ipſum vitium reddit rem furtiuam inuſucapibilem: quia donec fuerit purgatum vitium furti, non dimittitur peccatum, id eſt, vitium furti, donec reſtituatur ablatum, id eſt donec res furtiua fuerit reſtituta domino cui fuit ſubtracta. Secundum alium intellectum caſus ſic figuratur. Aliquis Titius ſubtraxit rem alienam ſciẽter: facta ſubtractione ipſe forte ad cor rediens, habuit diſplicentiam de huiuſmodi peccato, & de illo fecit confeſsionem ſuo ſacerdoti: tamen vult remanere in ſimplicibus contritione & confeſſione abſque ſatisfactione & reſtitutione rei: licet habeat facultatem, & poſsit rem ipſam reſtituere: & petit impendi ſibi beneficium abſolutionis: vtrum ſuus ſacerdos licitè poſſit eum abſoluere? Reſpondetur quòd non: quia non dimittitur peccatum &c. Vel etiam poteſt intelligi vtrum ſit dimiſſum peccatum quo ad Deum per ſolam diſplicentiam? Reſpondetur quòd non: quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. quod eſt verum ſi ipſe habeat facultatem reſtituendi. cap. ſi res aliena. xiiij. quæſtione vj. {Peccatum.} ſecundum primum intellectum. Nam peccatum violentiæ & furti non purgatur per quaſcunque manus ambulauerit, niſi res furtiua reſtituatur domino cui fuit ſubtracta. l. ſequitur. §. quod autem. ff. de vſucap. ſed facta reſtitutione domino tunc dicitur purgatum vitium. Vel ſecũdum alium intellectum: Peccatum non dimittitur, id eſt, non debet dimitti à ſacerdote per canonicam abſolutionem, niſi reſtituatur ablatum. cap. quãquam, ſupra de vſur. iſto libro. Propriè autem loquendo ſacerdos peccatum non dimittit, ſed ſolus Deus. Sed quod facit ſacerdos, eſt ſignum quòd dimittitur à Deo. Et dicit Panormi. in cap. cum tu. de vſur. in antiq. vbi dicitur quòd quis non debet admitti ad confeſsionem & abſolutionem, ille textus loquitur copulatiuè. ideo dicit Panormitan. quòd non debent impendi iſta duo, ſcilicet confeſsio & abſolutio copulatiuè: ſed poteſt tamen admitti ad confeſsionem: & ſi nolit facere, non eſt abſoluendus. Pro expeditione gloſ. quæritur quæ differentia eſt inter peccatum, delictũ, & crimen? Reſpondetur quòd peccatum conſiſtit in faciendo: quia dicitur prauus actus. ſed delictum dicitur deſertio boni, & dicitur delictum quaſi derelictum. Sed crimen eſt peccatum graue accuſatione & damnatione dignum: & dicitur illud quod poteſt duci in publicam accuſationem: & in foro contentioſo poteſt puniri. Vtrum ſit verum indiſtinctè quòd non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum? Reſpondetur quòd non: ſed intelligitur, ſi ſubtractor habeat facultatem reſtituendi: ſed ſi non habeat facultatem reſtituendi, quia eſt inops: ſi habeat propoſitum reſtituendi dum peruenerit ad pinguiorem fortunam, peccatum rei remittitur. Sed quid: ponamus quòd res eſt perempta: & ſic eam non poteſt reſtituere, quia fuit combuſtus liber furatus, vtrum ſurripiens liberetur: vel vtrum teneatur reſtituere æſtimationem? Reſpondet gloſſa. quòd ſi non habeat facultatem reſtituendi, quia res eſt perempta: tenetur reſtituere æſtimationem: licet res ſit perempta ſine culpa ſua: quia eo ipſo quòd ſubtraxit rem, fuit in mora: & mora trahit ad ſe periculum interitus: & ideo tenebitur ſoluere æſtimationem rei: ſecus ſi non poſsit reſtituere rem, neque æſtimationem propter paupertatem. Sed vtrum propter paupertatem ſit omnino liberatus?. Reſpondetur cum diſtinctione: aut ipſe ſuſtinuit pœnam corporalem: quia cum eſſet debitor ex maleficio, creditor voluit vt ipſe lueret in corpore: quia quis non admittitur ad faciendum ceſsionẽ bonorum, ſi pars requirat vt puniatur in corpore: & iudex illum punire debet corporaliter: & ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur ſatisfacere: ſecus ſi non ſuſtinuit pœnas corporales, ſed voluit creditor expectare pinguiorem fortunam: vel eſt debitor ex contractu: & tunc poteſt facere ceſsionem bonorum. l. j. Cod. de ceſ. bono. ca. Odoardus. de ſolu. & cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur ſatisfacere. Alia gloſ. in verbo, reſtituatur. quærit vtrum ad dimiſsionem peccati requiratur actualis & realis reſtitutio rei ſubtractæ: ita quòd non ſufficit obtinere remiſsionem ab illo cui facta eſt ſubtractio. Panormit. format iſtam quæſtionem. cap. cum tu. de vſur. in an. & Dy. hic. Sed dicit gloſ. quòd non requiritur realis ſiue actualis ſatisfactio: ſed ſufficit quòd alio modo ſatisfaciat, quã per realem & actualem reſtitutionem. Et ideo ſufficit ſi creditor remittat ei liberaliter: & ponderandum eſt verbum liberaliter. ſecus ergo ſi extorqueretur remiſsio per fraudem: vt faciunt plures qui ita dicũt: ſubtraxi tibi talem rem: remittas ſi velis. ſed debet eſſe liberalis reſtitutio, vt ſi dicat: ſubtraxi tibi rem tuam, ſum paratus tibi reſtituere. ſi alius dicat, dono vel remitto. iſta reſtitutio dicitur fieri liberaliter: & habetur pro actu & reali reſtitutione. Et intelligitur quòd remiſsio generalis prodeſt, niſi in caſibus in quibus quis non poteſt remittere: vt in iuribus alleg. in glo. in quibus debet interuenire realis reſtitutio. Quæritur, cuius expẽſis debet mitti res ſubtracta ad eum cui eſt ſubtracta, ſi non ſit in eodem loco? gloſ. non ſoluit: ſed remittit ad notata in cap. epiſcopi. §. ſed notandum. ij. quæſtio. j. Sed Panormita. in cap. cùm tua. de vſur. in antiq. concludit quòd ſi ille qui rem ſubtraxit, ſe abſentauit à loco, & rem ſecum tranſtulit: tunc ſuis expenſis rem debet mittere illi cui eſt ſubtracta. ſecus ſi ille cui facta eſt ſubtractio, ſe abſentaſſet à loco. Sed quæritur cui eſt facienda reſtitutio indebitè ſubtractorum? Reſpondet quòd illi cui facta eſt ſubtractio, vel eius hæredibus: ita quòd non ſufficeret ſi elargiretur pauperibus: nam facere eleemoſynam de alieno, eſt ſpecies furti. ſed ſi non ſint hæredes, debet dari pauperibus. Vtrum ſit verum indiſtinctè quòd indebitè ſubtractum debet reſtitui illi cui eſt ſubtractum ſi ſit præſens, vel eius hæredibus: & poteſt haberi copia ſui vel hæredum? Reſpondet glo. quòd quando in ſubtractione ſit turpitudo ex parte ſubtrahentis tantùm: tunc eſt facienda reſtitutio illi cui res eſt ſubtracta, vel eius hæredibus ſi poſsit haberi copia ipſorum. ſed ſi ſit turpitudo ex parte vtriuſque, vt in eo quod quis eſt lucratus in ludo prohibito: quia ludens non poteſt licitè retinere, nec reſtituere illi à quo lucratus eſt, tunc debet illud erogare pauperibus. xiiij. quæſt. v. non ſanè. vel eccleſiæ, ſi illi facta eſt iniuria. ſupra de ſimo. ca. de hoc. in anti.

*Fur, rem per eũ ſubtractã, duplici de cauſa non vſucapit.*

*Secundus caſus.*

*Peccatum, delictũ, & crimen differunt.*

*Rei æſtimatio reſtituenda eſt ſi res ſubtracta periit.*

*Fur an abſoluatur ſi res ſubtracta ſibi remittatur.*

Gloſ. ſeq. primò ponit exempla. Secundò diſtinguit tria nomina. Tertiò tractat quid ſi reſtitui non poſsit.

a *Peccatum non dimittitur* [a]. Hic ponitur pro regula verbũ Auguſtini quod habes. xiiij. quæſt. vj. cap. j. & ſuprà de vſur. cùm tu. Et per hoc potes ponere caſum per l. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. quòd autem. Et nota quid eſt peccatum, delictũ, & crimen. Inter hæc ſecundum Auguſtin. hæc eſt differentia: quia peccatum eſt idem quod prauus actus. Delictũ verò boni deſertio, quaſi derelictum. Crimen verò eſt peccatum graue, accuſatione & damnatione digniſsimum. lxxxj. diſt. ca. j. in ſi. de hoc no. de pœ. diſtin. j. ſi peccatum. & diſt. iij. ille rex. ad ſi. & de hoc. C. ſi aduer. deli. ſuper rubrica. aliàs l. j. Quòd autem dicitur in hac regula: verum intelligas, ſi illud ablatum reſtitui poteſt: vt in prædictis iuribus. ſi autem reſtitui non poteſt, reſtituetur eius æſtimatio: etiam ſi res illa caſu perierit ſine culpa ſua: quia in ipſo inſtãti fuit in mora. ad hoc. xvj. q. j. decimæ. §. de commo. cap. vnico. C. de fur. ſubtracto. Si autem nec æſtimationem poteſt ſoluere, quia euidenter eſt inops: tunc bene dimittitur peccatum [b]: remanet tamen obligatio: & ſi poſtea ad pinguiorem fortunam perueniret, teneretur. Argu. xxvj. quæſti. vj. ſi quis. §. de ſol. Odoardus. ff. de ceſsio. bon. l. is qui. Not. tamen quòd inops qui debet ex cõtractu, ſufficit ſi bonis cedat. C. qui bo. ced. poſ. l. vlti. Inops qui debet ex maleficio, caſtigatur verberibus. xij. quæſt. ij. fraternitas. quod ergo ſuprà dixi, quòd tenetur ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam: verum dico, ſi pœnas corporales paſſus non fuerit: aliàs ſec⁹: vt not. Ber. ſecundũ Lau. de homici. ſicut dignũ. §. eos. in iij. gloſ.

*a Dicit Io. Mona. q̃ æquitas huius regulæ probatur per doctrinam quæ datur de reſolutione contractus. C. quãdo licet ab empt. diſc. l. j. & ij. Ioã. And.*

*b Et iuramentũ quod etiã de iure ciuili abſolueretur ſecundũ Dy. non ob. q̃ perſonæ difficultas non excuſat debitorem. ff. de ver. obli. cõtinuus. §. illud. et no. de iureiurã. breui. in prima gloſ.*





Gloſ. ſeq. ponit caſum exceptũ. Secundò dicit cui fieri debeat reſtitutio. Tertiò quærit, remittit, & ſoluit.

a *Reſtituatur.* quod dicit de reſtitutione: intelligas niſi is cui facienda eſt reſtitutio, liberaliter remitteret: quia ſatisfactum intelligitur [a], qualitercunque ſatisfaciat. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. l. ite liberatur. in prin. ff. de accu. ſi rem. §. ſatisfactum. licet propriè verbis inhærendo aliud ſit reſtituere, aliud remittere. ff. de verb. ſig. ſi cum prætor. & l. plus eſt. & l. reſtituere. Et quod dico de remiſsione: verũ intelligo, niſi in caſibus vbi remiſsio non liberat: vt ſupra de reſcr. eo. lib. cap. ſtatutum. §. ſi quidem. & §. de cenſi. exigit. in ſi. Reſtitutio autem iſta facienda eſt ei à quo fuit extortum: vel eius hæredibus ſi extant. xviij. diſt. quoniam. de vſu. cum tu. C. de ſolu. inuito. Cuius autem expenſis mitti debeat ad eos ſi ſint remoti, not. iij. quæſti. j. §. ſed notandum. & in prædi. decre. cum tu. & tene quod ibi not. Hoſtien. his autem non extantibus ſoluetur pauperibus: vt ibi: & eis extãtibus pauperibus ſoluens non liberatur: quia onus nõ remittitur &c. xiiij. quæſt. v. fortè. de iureiuran. ea te. ff. de conſtitu. pec. l. ſi verò. & expreſſum eſt homici. ſicut dignum. §. eos. Et quod ſupra dixi, reſtituendum ei à quo fuit extortum: intellige ſi fieri poteſt. Si verò neſcitur à quo: pone caſum de Iudę. cap. cùm ſit. pauperibus erogabitur prouidentia epiſcopi: vt ibi. Item dico id verum, cum turpitudo verſatur ex parte recipientis tantum: ſi verò ex parte vtriuſq;, & transfertur dominium: nec repetitio competit, nec reſtituetur danti, ſed pauperibus erogabitur. xiiij. quæſt. v. non ſanè. vel eccleſiæ, ſi ſibi facta eſſet iniuria. ſupra de ſimo. de hoc. Argu. contra ſupra eodem titu. veniens. Solut. vt not. in prædict. decret. de hoc prima quæſtione tertia. ſi quis dator. vbi de hoc. Pone quòd ſupereſt ille à quo extortũ, excommunicatus tamẽ eſt: nunquid ei debeo reſtituere? ſuper hoc vide quod not. xv. quæſtione vj. nos ſanctorum. & ſupra de hæret. cap. vlt. Satis poſſet dici deponendum in ædem ſacram, argum. C. de iure emphyteu. l. ij. ADDITIO. Hoc quod dixit hæc gloſ. ſuprà in princ. de liberali remiſsione: intelligit Dy. cùm res eſt reſtitutioni parata, quaſi tunc fingatur reſtituta, & poſtea reſtituenti donata. argu. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. iij. in ſi. de iure do. l. vir ab eo. ſi cert. peta. ſingularia. circa fin. & de ſolut. l. Proculo. vel non remittitur peccatum ei qui reſtituere poteſt, propter rationem poſitam in gloſ. multum puto in his animum ponderandum: nec tutum puto illum qui gerit in mente non reſtituere, remiſsione non facta. Ioan. And.

*a Etiam ſi debitor nõ habuerit animũ reſtituendi. Philip. de Anch. in me. xxvi. l. ſolutionis verbum. ff. de ſolut. l. ſoluendo. ff. de nego. ge.*

*Reſtitutio cui ſit facienda.*

Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.

b *Ablatum.* pone, nihil abſtuli, ſed iniuſtè damnum dedi, ex quo nihil ad me peruenit. Idem. teneor enim damnum paſſo: aliàs non remittitur peccatum. xij. quæſt. ij. ſi quis de clericis. de iniur. & dam. da. cap. j. ff. de eiec. & effu. l. vlt. Tenetur etiam hæres meus: licet ad me vel ad ipſum nihil peruenerit ex maleficio, ſecũdum canones. quod dic vt not. xij. quæſt. ij. epiſcopus qui filios. de ſepul. ca. vlt. ſecũdum leges contra. C. ex delic. defun. inquantum hæ. con. l. vnica. Hæc regula ſic expoſita non patitur inſtantiam: & adde quod dicam. j. c. proxi.

Peccati venia [c] non datur niſi correcto.

Idem.

PEccati venia. } Præſupponendum eſt quòd iſtud capitulum intelligitur de venia culpæ: non autem de venia pœnæ, quæ appellatur impunitas, quantum ad pœnam temporalem imponendam in hoc ſeculo: quia dimittitur talis pœna quandoque non correcto: vt in iuribus allegatis in gloſ. Caſus in hoc cap. poteſt figurari per cap. vnicum de ſchiſmati. eo. lib. & ca. quod quidam. de pœni. & remiſ. quòd quidam Titius perpetrauit aliquod peccatum: quia forte tenuit aliquam concubinam, & tenet adhuc. tandem cõfeſſus fuit ſacerdoti tale delictum perpetraſſe, non eſt correctus nec emendatus de crimine: quia non habet propoſitum abſtinendi ſe in futuro. quæritur vtrũ iſta confeſsio ſit fructuoſa? Reſpondet quòd non quantum ad vitam æternam: quia peccati venia non datur niſi correcto. Veruntamen quantũcunque appareat ſacerdoti aliquem eſſe in peccato, ſi velit confiteri, non debet ei denegari confeſsio: vt in dicto capitulo, quòd quidam. de pœn. & remiſ. Sed audita confeſsione debet eum inducere ad debitam correctionem, & propoſitum non redeundi. Si autem non poſsit eum inducere ad dimittendum peccatum: nõ debet nec poteſt eum abſoluere, ſed tamen debet ſibi iniungere pœnitentiam: quæ non erit ſibi fructuoſa quo ad vitam æternã: quoniam non eſt correctus, ſed eſt inimicus Dei: & non poteſt mereri quo ad vitam æternam, ſed proficiet ſibi ad multa bona: videlicet ad minus ſupplicium patiendum. Item ad bona temporalia. Itẽ vt Deus inducat eũ ad veram pœnitentiam. Item quia dæmon habebit minorem poteſtatẽ in eo quàm ſi eſſet vacu⁹ omni bono. Item vt ipſe reddatur aſſuefactus in bono. Arguitur contra textum de cap. denique. iiij. diſti. vbi dicitur quòd plures faciebant magnos exceſſus circa vſus carnium in diebus dominicis quadrageſimæ: & eis videbatur quòd niſi facerent iſtos exceſſus, non poſſent peragere tempus quadrageſimæ: vnde plures fuerunt moniti per ſuperiorem, vt deſiſterent ab iſtis eſcis. Dicit ibi textus, quòd cum venia relinquantur: & ſic datur venia non correctis. Gloſ. reſpondet, quòd ibi accipitur venia pro impunitate quæ eſt imponenda in hoc ſeculo, & talis dimittitur non correcto propter ſcandalum euitandum. ſed venia culpæ non dimittitur niſi correcto.

*Bona in peccato facta proſunt ad multa.*

Gloſ. ſeq. primò exemplificat regulam. Secundò illã declarat diſtinguendo duplicem offenſam. Tertiò ſucceſsiuè ſignat & ſoluit duo contraria. Quartò iuſtificat contrariũ regulæ. Ioan. And.

c *Peccati venia.* colligitur hæc regula ex capitulo. xxiiij. q. ij. legatur ſuprà eod. lib. de ſchiſma. cap. vnico. Co. de hæret. Manichæos. per quæ pones caſum. Ad huius autem regulæ euidentiam ſcire debes, quòd peccator nõ ſolum delinquit in Deum, ſed etiam in eccleſiam. per contritionem autem, quæ contritio virtus vocatur, deletur peccatũ quo ad Deũ, & per pœnitentiam ſuſceptam à ſacerdote oſtenditur deletum quo ad eccleſiam. De hoc de pœnit. diſtinct. j. per totum. licet tamen per contritionem deletum ſit quo ad Deũ: tamen adhuc de crimine accuſari poteſt [b]. xxxiij. quæſti. ij. admonere. vbi de hoc. & de accu. de his. ad hoc. ff. de ædil. edic. l. quid ſit fugitiuus. Si ergo ſemel conteritur & pœnitet, vlterius non cogetur pœnitere. ſi in iudicio accuſatus abſoluitur, vlterius non poterit accuſari, niſi in caſibus no. ij. quæſt. v. habet hoc proprium. & in prædicto capit. de his. Remiſsiones ergo quæ fiunt ab eccleſia conferentibus ad hoſpitale, pontes, vel alia pia loca, non proſunt niſi correctis [c]. de quibus dic vt plenè no. de pœni. & remiſ. quòd autem. Signatur cõtrarium ad hanc regulam. iiij. diſt. denique. ibi enim datur venia non correcto: ſed ibi exponitur venia, id eſt impunitas. loquitur ergo hæc regula de venia culpæ, non pœnæ: quod patet dum dixit, peccati venia. propter ſcandalum enim vitandum interdum relinquuntur peccata impunita. 50. diſt. vt conſtitueretur. xxiij. queſt. iiij. quidam. cum ſimilibus. pro quolibet igitur mortali debetur duplex pœna, æterna videlicet & temporalis. de pœn. diſt. j. ſi peccatum Dauid. Venia temporalis interdum in hac vita datur non correcto ex cauſa: & ſic loquitur contrarium. interdum ſine cauſa. xxvij. q. j. ſi qua. æterna autem non, & hoc dicit hæc regula. Item contra de pœ. & remiſ. quòd quidam. & ca. officij. vbi datur pœnitentia non correcto. Sed dic quòd licet ibi imponatur pœnitentia, non tamen datur remiſsio: & ideo pœnitentia illa inutilis dicitur quo ad vitam æternam. de pœn. diſt. iij. ad finem. & diſt. v. falſas. Meritò ergo datur peccati venia correcto: quia correctionem neceſſario habet dolor peccati præcedere. Nã vt dicit Aug. in canone, Quomodo gaudebis te fore correctũ, niſi te primò doleas fuiſſe peruerſum? xxiij. quæſt. vij. cap. vlt. Correctus autem vlterius peccator dicendus non eſt. 50. diſt. ferrum. xxxij. q. j. apud miſericordem [d]. ADDITIO. Ad propoſitum materiæ de peccato tactæ in princ. huius glo. dicit Ioan. Mona. quòd omne peccatum committitur in Deum: vt in Pſalmo, Tibi ſoli peccaui. propter quod neceſſaria eſt ipſius remiſsio. eſt etiam neceſſaria peccantis diſpoſitio: cum actus actiuorum ſecundum philoſophum ſint in patiente prędiſpoſito. Deus ergo in venia peccati principaliter eſt agens. Inſtrumentale in hoc eſt homo pœnitens: quia gratia diuina præueniente ſit adiutor Dei ſecundum apoſtolum. j. ad Cor. iij. inducit illud Auguſt. Qui fecit te ſine te &c. & ſic ſoli contrito datur venia. Io. in. And.

*b Idem dn. Anch. allegans no. l. venia, Co. de in ius vo. l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pact.*

*c Vnde nõ præiudicãt iudici laico. ergo ad. do Bal. Panorm. ca. j. de offi. ord. tenentes cõtra. plenè An. de Burgos. cap. vt mẽſuræ. de emp. et vẽ. ſu de facto rogat⁹ Burdega.*

*d Imò ſũt qui nũquã peccarunt præferendi. do. tex. & glo. c. ſi deſitor. 50. diſt.*

*An aboleatur infamia, not. c. teſtimoniũ. de teſt. ſed q̃ non habeo. l. palam. §. non ſolũ. ff. de ri. nup. ſing. Corſe. incipiens. integer homo. Rom. cccclxiij.*

NEmo poteſt. } Caſus variatur multis modis ſecundum q̃ multiplex eſt impoſsibilitas: de quibus impoſsibilib⁹ vide in gl. ponamus exemplũ in impoſsibilitate iuris, ſecundum l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ff. de verb. obli. Aliquis Titius mihi ſtipulanti promiſit dare rem ſacram: puta eccleſiã vel calicem. certum eſt q̃ iſtud eſt impoſsibile: quia dare eſt accipientis facere, & res ſacra eſt in bonis Dei: vtrum valeat talis ſtipulatio? Reſpõdetur q̃ non: quia eſt impoſsibilis de iure, & nemo poteſt ad impoſsibile obligari. Vel aliquis p̃-

Universidad de Deusto Biblioteca



miſit mihi liberum hominem: an valeat talis promiſsio? certè non. Vel ponamus exemplum in impoſsibilitate facti. Aliquis promiſit transferre eccleſiam Pictau. ad ciuitatem Pariſien. vel ad alium locum: talis promiſsio non valet; quia continet impoſsibilitatem facti. Vel aliquis promiſit tãgere cælũ digito: talis nõ eſt obligatus, quia iſtud eſt impoſsibile: etiam ſi apponatur pœna, non eſt obligatus nec ad impoſsibilitatem, nec ad pœnam.

REGVLA VI.

Nemo poteſt [a] ad impoſſibile obligari [b].

Idem.

Gloſ. ſeq. primò ponit vnde ſumpta: & triplicem impoſsibilitatem, & cuiuſque exempla. Secundò ponit triplicẽ rationem regulæ. Tertiò, in quibus locum habeat. Quartò ſupplet de turpi.

a *Nemo poteſt.* hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. impoſſibilium. Scire debes quòd impoſsibilitas propriè triplex eſt: iuris, & facti, & naturæ [a]. De prima pone caſum. liiij. diſt. abbati. de pact. cap. vlt. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ſtipulatio enim rei ſacræ vel liberi hominis, non tenet: vt ibi. De ſecunda ibidem, & ff. de verb. obli. l. generaliter. & l. ſeq. non enim tenet promiſsio, ſi id promitto quod impoſsibile eſt de facto: vt montes Alpium vltra mare deferre. ff. de ſtatuliber. l. cùm hæres. §. j. Item ſi dare promitto quod natura dari eſt impoſsibile: vt Solem, Lunam, & Stellas, vel facere quod natura eſt impoſsibile fieri: vt cælum aſcendere, vel digito tangere. ff. de verb. oblig. l. ſi ſtipuler. j. & ij. reſponſo [b]. Huius autem regulæ ratio ſatis patet: quia omnis obligatio aut in dando, aut in faciendo conſiſtit. ff. de verb. obli. l. ij. in princ. ſed quod non eſt nec eſſe poteſt, dari vel fieri non poteſt: ergo ibi conſtitui nequit obligatio. Itẽ obligatio actionem parit. ff. de procur. licet. §. ea. ſed quod non eſt, nec eſſe poteſt, obligationem parere non poteſt, & ſic nec actionem. Item actio eſt ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur. inſtit. de act. ij. reſponſo. Debere autem eſt de alio habere: ſed quod non eſt nec eſſe poteſt, de alio haberi non poteſt: ergo ibi non eſt actio, & ſic nec obligatio. {Idem Ioan. Mon.} No. tamen quòd hæc regula locum habet in matrimonio, & vltimis voluntatibus [c], & ſingulis contractibus, in ſententiis & preceptis. ff. quæ ſent. ſine app. re. l. vlt. j. & iij. reſpon. in cõfeſsionibus. ff. de inter. act. l. confeſsionibus. & ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. vlt. no. ſ. de confeſ. ca. vlt. Item in legibus [d], & conſtitutionibus quæ debent eſſe poſsibiles. iiij. diſtin. erit. Eſt tamen in hoc differentia, quòd impoſsibilis conditio appoſita in contractu, vitiat contractum: vt in preallegatis legibus. ff. de act. & oblig. l. non ſolum. & inſti. de inuti. ſtipu. §. impoſsibilis. In teſtamentis tamen & matrimonio ob ipſorum fauorem habetur pro non adiecta [e]. de condi. app. cap. vlt. vbi de hoc. & C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. reprehendenda. Et quod dicit hæc regula de impoſsibili: intelligas etiam hoc de turpi. & de hoc dicam infra eodem. non eſt obligatorium. & cap. in malis. ADDITIO. Ad propoſitum huius regulæ, Nemo poteſt &c. antiqui dabant verſus. Vltra poſſe meum non lex me iuſta coegit. Nec putat eſſe reum, qui totum poſſe peregit.

Gloſſa ſequens primò tractat de iuramento, naturali obligatione, & pœnæ promiſsione. Secunda pars recitetur per quæſtionem quam negatiuè ſoluit præter certũ caſum. Solutioni opponit: & dupliciter reſpondet, ſubdens opinionem.

b *Obligari.* etiam iuramento: quia temerarium eſt. xxij. q. iiij. per totũ. & ſupra de iureiur. ſicut ſupra de app. quæſtioni. nec obligatur etiam naturaliter [f]. vnde dicit lex. ff. eo. tit. impoſsibilium nulla eſt obligatio, vniuerſale igitur negatiuum omnem obligationem denegat: nec committitur ſtipulatio pœnæ promiſſæ. ff. de verb. obligat. l. ſi homo mortuus [g]. Nota ergo quòd ſi Bononiæ conſtitutus, promittam centum hodie Romæ me tibi daturum: quia impoſsibile eſt promiſſum, non naſcitur obligatio, vt hic: & eſt expreſſum inſti. de verb. oblig. §. loca. præterquam in caſu. ff. de verbor. obliga. l. vlt. §. ſi inter eos. ſcilicet quando ſtipulator & promiſſor Bonon. conſtituti notificauerunt diſpẽſatoribus ſuis Romæ conſtitutis ſtipulationem eo die fore futuram: mandans promiſſor ſuo diſpẽſatori vt ſolueret: & ſtipulator ſuo, vt reciperet ea die. Argu. contra ſupra de dolo & contu. cùm dilecti. ff. de arbit. Celſus. ff. man. l. ſi mãdato. ij. §. Paulus reſpondit. Dic ſolu. ibi eſt vnum mandatũ duo poſsibilia continens [h]: & ideo ad vtrunque obligatur: & ſi deficiat primũ, tenetur ad ſecundum. hic autem vna eſt obligatio tantùm, & tota impoſsibilis, vel ad minus primũ impoſsibile: ex quo ſequitur ſecundum. Præterea contractus ſunt voluntarij. C. de act. & oblig. l. ſicut. iudicium autem redditur in inuitum. ff. de verb. oblig. inter ſtipulantem. §. j. & ob hoc etiam no-

*a Io. Mon. addit impoſsibile moru. de iureiur. an. Quintaual lis. ff. de cõdi. inſti. ſiit cõmune impoſsibile includit naturam & mores, & facit quod dixi in ca. ſi. de pac. in fin. Io. And.*

*b Poſtquã promiſi ſcribere librũ, manus tua amputatur. de Ancha. remittit ad Bar. l. continuus. §. illud ff. de ver. oblig. Itẽ per ſtatutum eſſes excuſandus: ſed ex eaeus: quid fiet: vide Ioan. And. Philip.*

*c Verum ſi adiiciatur impoſsibilis modus. ſecus ſi conditio. Dyn. de Anch.*

*d Idẽ Dyn. hoc tractãs in modũ quæſtionis & puto quòd canonẽ qui ſequitur intendebat allegare dũ dicit, vt in c. cuncta. in prin. decre. Ioan. And.*

*e Diſtinguit Dyn. quem hic vide. Ioan. And.*

*f Idẽ Dyn.*

*g Item tenet ibi gl. & hic Dy. Ioan. And.*

*h Idem de Ancha. in principio allegans. d. c. dilecti.*

A tauerunt Goſ. & Hoſtien. in dicta decre. cum dilecti. quòd ſi iudex citet aliquem eo die quo impoſsibile eſt eum cõparere [i], quòd non eſt omnino inutile mandatũ: imò licet non teneatur comparere in die propter impoſsibilitatem, tamen tenetur comparere poſt diẽ: & poteſt eſſe ratio huius: quia principale eſt ibi, quòd veniat: acceſſoriũ, quòd veniat tali die: & principale non vitiatur propter acceſſorium, ſed potius econtra: vt dicam j. eo. acceſſorium. Io. Andr. ADDITIO. Pet. de Bella per. contra. ſuper quo vide Cy. C. de fer. dies feſtos. in quæſtio. ij. in fin. & quod dixi in prædict. decret. cum dilecti. & de appellat. cùm parati. in fin. Ioan. And.

*i Idem videtur ſi dies eſt feriata. Io. And.*

REGVLA VII.

Priuilegiũ perſonale [c] perſonam ſequitur: & extinguitur cum perſona.

Priuilegium perſonale [k]. } Caſus in hoc capitulo figuratur per cap. ij. ſupra de auth. & vſu pallij. Romanus pontifex alicui archiepiſcopo conceſsit pallium, quod eſt inſigne ornamentum aſſumptum de corpore, hoc eſt de altari beati Petri: quia conſueuit papa ibi celebrare: & quandiu ce- B lebrat, illud pallium eſt ſupra altare: poſtea Roma. ponti. aſſumit illud, & tradit archiepiſcopo ſi eſt præſens, vel nũtiis ſi eſt abſens. Ponamus quòd papa dedit vni archiepiſcopo pallium: vtrum ſuus ſucceſſor poſsit eo vti, vel vtrum requiritur quòd ſucceſſor obtineat aliud pallium? Reſpon. Rom. pont. quòd cùm iſtud priuilegium ſequatur perſonam, & extinguatur cum perſona: quia etiam archiepiſcopus ſepelitur cũ iſto pallio: ideo requiritur quòd ſuus ſucceſſor obtineat aliud pallium. Vel poteſt poni exemplum in viro qui habet priuilegiũ vt non conueniatur à muliere pro dote, niſi inquantum facere poteſt: vt puta contraxi matrimonium cum Berta per verba de pręſenti, & recepi dotem ab ipſa Berta, vt poſſem ſuſtinere onera matrimonij. poſtea ſolutũ fuit matrimoniũ: ſoluto matrimonio mulier vult repetere ſuã dotẽ quam mihi dedit. Certum eſt quòd non ſum excutiẽdus inſolidum: quia habeo iſtud priuilegiũ vt non conueniar niſi inquantum facere poſſum: & hoc ne compellar egere. Sed quid? vtrum mei hæredes habeant iſtud priuilegiũ: videlicet vt non conueniãtur inſolidũ: ſed deducta ratione ne egeãt: quia adiuerunt hæreditatem ſine beneficio inuentarij? Reſpondetur quòd hæredes mei non habebunt iſtud priuilegium: C quia priuilegium perſonale perſonã ſequitur, & extinguitur cum perſona.

*k De Anc. remittit hic ad Bal. in l. maritũ. ff. ſolu. ma. vbi mercuriale de priuile. exprimente nomen prælati, cũ tenor conſeruat eccleſiam vel econtra.*

Gloſ. ſeq. primò dicit vnde ſumpta: & ponit exẽpla. Secundò dicit regulam nõ procedere in iure communi: ſed bene conuenire reſcripto, pacto, & cõpromiſſo perſonali. Tertiò diſtinguit duplex perſonale priuilegiũ, dicens quid de reali. Quartò dicit priuilegium prius quandoque extingui: & remittit. Quintò ſucceſsiuè ſignat duo contraria: & vtrunque dupliciter ſoluit.

c *Priuilegium perſonale* [l]. Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. e. l. priuilegia quædam. & l. in omnibus cauſis. Pone caſum. vij. quæſt. j. petiſti. de authori. & vſu pal. ca. ij. C. de legi. leges. in fin. ad idem ff. de conſtit. princ. l. j. in fin. ff. de cenſi. l. ętatem. in fin. & ff. ſolu. matrim. maritus. ij. & l. ſequen. vbi hæres mariti extraneus condemnatur inſolidum, non habita ratione ne egeat [m]: cùm maritus condemnaretur inquantum facere poteſt habita ratione ne egeat [n]. Item in perſonali priuilegio quod datur patri, patrono & militi [o], vt condemnentur inquantum facere poſſunt: quod cum perſona extinguitur. ff. de re iudi. l. ſunt qui in id. & l. patronus. & l. item miles. Et not. quòd dicit priuilegium: quia ius cõmune ad vnam perſonam directum, ad omnes extenditur. lxj. diſt. miramur. de D re iudi. in cauſis. ff. de iuris & facti ignoran. l. regula. §. vlt. Et idem in reſcriptis directis ad perſonas; quia cũ perſonis extinguuntur. ſupra de offi. deleg. quoniam. ſic & pacta perſonalia perſonas non trãſgrediũtur. ſupra de tranſact. de cætero. & ca. veniens. ff. de pac. iuriſgentium. §. pactorum. & compromiſſum non extenditur ad hæredes, niſi de ipſis caueatur. ſupra de arbi. cap. vlt. Et intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt perſonę conceſſo. Idem ſi eſſet perſonale ex parte concedentis: vt ſupra eo. lib. de reſcri. ſi gratioſè. Priuilegiorum ergo aliud perſonale, aliud reale: vt ſupra de præſump. mandata. ſi autẽ ſimpliciter concedãtur: an dicãtur perſonalia, an realia? Dic vt no. xxv. quæſt. ij. in ſum. xvj. quæſt. j. poſſeſſiones. & ſ. de inſtitut. cùm veniſſent. & quod dicitur hic, quod priuilegium perſonale extinguitur cum perſona, intelligas idem in reali: vt ſcilicet extincta re extinguatur priuilegium. xvj. q. vij. & hoc diximus. de verb. ſign. abbate. in fin. ff. quando dies leg. ce. l. ſi vſusfructus. quòd dic verum, quãdo ipſæ res vel loca, puta eccleſia, ciuitas, vel loca alia ſacra vel profana deſtruuntur ſuperioris auctoritate ſecundum Ioan. & Lau. qui hoc no. in prædicto. capi. & hoc diximus. ad hoc de conſec. diſt. j. placuit. de noui operis nuntia.

*l Bene facit ſupra e. lib. de priui. c. j. §. vlt. ibi, vbicũque illi fuerint. vt ibi ſcripſi. Io. An.*

*m De hoc ſupra de dona. inter virũ & vxo. cap. j. Ioan. And.*

*n Vide Alexan. in l. maritũ. ff. ſolu. matrimo. & Iaſ. §. ſi de do. inſti. de acti. adde Cãp. in tractatu de dote in iij. par. à quæſtione 235. vſq. ad fin.*

*o Etiã cæleſtis militia. gl. in l. miles. ff. de re iudi. vide tamen Matheſila. ſingu. lxi. dicẽs in repe. mea ca. ſi iudex laicus.*



nuntia. cap. ij. & in prædict. l. ſi vſusfructus. non ergo vlterius vocandus erit aliquis clericus illius eccleſię: vel municeps illius loci. Si autem deſtruatur ab hoſtibus, retinet omnia ſua priuilegia. & remanent ibi clerici. vij. quæſt. j. paſtoralis. xix. q. iij. qui ſemel. Idẽ ſi authoritate ſuperioris transferatur ad alium locũ, vel alij vniatur. xvj. quæſt. j. & temporis. & ca. ſequen. de reli. do. quia monaſterium. ff. de contrahen. emp. l. æde. ſecundum Innocent. qui ad hoc bene not. ſupra de noui operis nuntia. cap. ij. Et licet hic dicatur priuilegium tunc extingui cùm extinguitur perſona: interdum etiam ante extinguitur, vt cùm abutitur priuilegio: quia tunc meretur extingui. xj. quæſtio. iij. priuilegium. & in caſibus ibi not. & xxij. diſtinct. cap. renouantes. & de conſtitu. cùm acceſsiſſent. & de priuileg. accedentibus. & de deci. ſuggeſtum. Ad hoc autem quod dicitur hic, quod priuilegium ſequitur perſonam: contradicit ſupra de vſu pal. ex tuarum. Solu. priuilegium indeterminatè conceſſum perſonam ſequitur præciſè: vt hic. priuilegium autem vſu pallij conceditur cum determinatione loci & tẽporis: & ideo extra locum perſonam non ſequitur [a]. tenor enim priuilegiorum attendendus eſt & ſeruandus. ſupra de priuileg. porrò. & cap. recepimus. vel dic vt infra dicam contra de priuileg. antiqua. xxj. diſtinct. denique. ff. de offi. proconſul. l. vlti. vbi præſente maiore minor non vtitur priuilegio. Solu. ſpeciale eſt ob ſuperioris reuerentiam: & dic vt ſupra. Vel dic quòd ſequitur perſonam ſemper habitu, licet non actu. ſic eſt vbi ad tempus ſuſpenditur iuriſdictio. lxxxj. diſtincti. ſi quis. vel ob reuerentiam ſuperioris. ſuprà de offic. leg. volentes. vel ob certam cauſam. Cod. de curatur. leg. penulti. §. primo. de hoc dicam infra eod. quod alicui. ADDITIO. Intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt perſonæ conceſſo, ita quòd perſona ſit proxima cauſa priuilegij: vt in dictis exemplis. & ſic ſolui. quod opponitur de in integrum reſtitutione minoris quæ tranſit ad hęredes. ff. de in integrum reſtitu. non ſolum. ff. de mino. l. interdum. Et de Velleiano, quod etiam tranſit ad hæredes. C. ad Velleianum. hæredes. in his enim perſona non eſt proxima & immediata cauſa priuilegij: ſed læſio &c. Ioan. Andreæ.

*a Facit c. quoniam. §. de priuil. Phil. allegat Bal. l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſt. tenentem contra gl. ſex. eſt & glo. in cap. illa xij. diſtin. addo tibi Ro. cõſ. c. ſi. de conſue. ponentem an Cathelani extra ſuã diœceſim veſcãtur carnibus die ſabbathi.*

Idem.

REGVLA VIII.

Semel malus [a], ſemper pręſumitur eſſe malus.

Semel malus [b]. } Caſus in hoc capitulo formatur multis modis. Vno modo per capitulum, paruuli. xxij. quæſtione quinta. hoc modo. Quidam Titius fuit in aliqua cauſa productus in teſtem: qui productus iurauit deponere meram & puram veritatem ſine falſitate: poſtea depoſuit falſum: & ſic deierauit. quo facto in aliqua alia cauſa fuit in teſtem productus. fuit cõtra ipſum propoſitum pro parte aduerſa, quòd non erat admittendus ad ferendum teſtimoniũ in illa cauſa: quia in quadam alia cauſa deierauerat: & præſumptio erat quòd adhuc deieraret in iſta cauſa: an ſit admittendus? Reſpondetur quòd non: quia ex quo eſt conuictus de periurio, non eſt admittendus ad teſtimonium ferendum: nec recipitur eius iuramentum quod tendit ad ſuũ commodum. ſecus ad iuramentum oneris. Alio modo poteſt figurari caſus per capitulum, ſcribam. de præſum. in antiquis. quod capitulum habet duos intellectus: vt ibi dicitur. & per cap. nouit. de iudiciis. in antiq. vbi dicitur, ſi quis videat fratrem ſuum in peccato: debet ire ad eum, & illum monere ſecundum doctrinam euangelicam, vnde lotio exterior non delet maculam, ſed interior: & appellamur omnes fratres: ideo ponamus quòd video fratrem meum peccantem. monui eum ſecundum quod dicitur in dicto capit. nouit. video quòd mea monitio non proficit, ſed efficitur deterior: vtrum tenear eum amplius monere? Reſpondetur quod non: quia ex prima monitione neglecta apparet quòd ſecundam negliget monitionem: vt dicitur in dicto ca. ſcribam. ſecundum vnũ intellectũ: ideo non teneor eũ amplius monere: quia ex quo ſemel malus & contumax, præſumptio eſt quòd adhuc erit malus, quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodẽ genere delicti. & hoc verum, quãdo quis fuit malus in fine actus: quia qui fuit malus in aliquo actu, & tandem ſe maximè correxit, & fuit bonus in fine illius actus, præſumitur bonus. Nam qui exercuit actum bonum, præſumitur bonus, niſi faciat actũ contrarium: ſed ſi fecerit actum contrariũ, præſumitur malus, donec de emendatione appareat.

*b Io. And. Anch. Philip. dicunt hic tamen directè nõ probari inſtrumento, ſed bene indirectè.*

Gloſ. ſeq. primò ponit exempla. Secundò, quomodo præſumptio poteſt dici hominis, facti, & iuris, ſed non de iure: & interferens circa præſumptionem duas remiſsiones. & conuertens regulam ſubdit vnde procedat præſumptio. Tertiò dat ſimile de paupere, & remittit. Quartò dicit hanc præſumptionem quandoque ad filios tranſire. Ioan. And.

a *Semel malus* [c]. Pone caſum in ſemel periuro. xxij. quæſt. v. paruuli. In ſemel contumace. ſupra de præſump. ſcribam.

*c De Anchar. dicit regulam*



A In ſemel calumniante. ff. de accu. l. ij. ad hoc xxv. diſtinct. ca. vlt. ſupra de elect. ſuper eod. ff. de decur. l. eos. Hic ergo pręſumitur eum qui ſemel malus fuit, ſemper malum eſſe, & poteſt hæc dici præſumptio hominis: quia contra hominem ſic præſumitur. poteſt etiam dici præſumptio facti: quia ex ſemel facto ſic præſumitur. Poteſt etiã dici præſumptio iuris; quia ius ſic præſumit ex facto: vt hic vides, & in iuribus ſ. ſignatis: de quibus diuerſis præſumptionibus proſequere vt not. per Ioan. 50. diſti. ferrum. liiij. diſt. fraternitatem. per Ber. de ſpon. is qui. per Accur. ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile. Hic ergo vides quòd præſumitur ex præterito circa præſens & futurum. interdum præſumitur ex præſenti circa præteritum, interdum circa præſens, interdum circa futurum: quod proſequere vt not. xliiij. diſtin. multis. xxxiij. quęſt. ij. cùm per bellicã. de præſumpt. ſcribam. & in prędict. cap. is cui. Licet autem vt ſupra dixi, hæc poſſet dici præſumptio iuris, non eſt iuris, & de iure. admittit enim probationem in contrarium: & probato quod pœnituerit, vlterius malus non dicetur. 50. diſtin. fer- B rum. de conſecrat. diſtinct. iiij. c. ij. de reſcrip. cam te. de teſt. teſtimoniũ. ff. de ædil. edic. quod ita. ſaluo eo quod dicitur ſuprà de hæret. ad abolendam. §. illos quoque. ſ. eod. lib. eo. titu. ſuper eo. Nota ergo quòd qui ſemel fuit bonus, ſemper præſumitur bonus. lxj. diſtin. miramur. & ſupra de præſumpt. mandata. & prima facie quis præſumitur bonus. xj. quæſt. iij. in cunctis. de præſum. dudum. ff. de leg. ij. cum pater. §. rogo. Qui autem ſemel malus, ſemper præſumitur malus [d]: vt hic, & ff. de re milit. l. non omnes. §. à barbaris. C. de ſuſcep. & arca. l. ſi. aliquid. lib. x. Et procedit hæc pręſumptio tum ex præſumentis natura corrupta: tum quia natura humana prona eſt ad delicta. xij. quęſt. j. omnis ætas. in authen. de mona. §. ſi verò his. coll. j. Item in ſimili quilibet præſumitur pauper: quia nudus natus fuit. xlvij. diſtin. ſicut hi. C. de prob. l. ex perſona. ff. de magiſtra. conue. l. j. §. ſi magiſtratus. vbi tamen probatur ſemel eſſe ſoluẽdo, adhuc idẽ præſumitur [e], & ſic intelligitur lex. ff. de priuile. credi. l. ſi creditores. in fine. Quæritur autem quare quis præſumatur virtutibus plenus & non diuitiis? vide per Ber. & Hoſtiẽ. de ſeru. cap. vnico. Et no. quòd hæc præſumptio interdum tranſit ad filios: quia qui patrem incontinentem habuit, incontinens præſumitur, & ob hoc illegitimus nõ promouetur. lvj. diſt. C per totum. & metuitur crimen parentis in filio. vj. quæſt. j. ſi quis cum. ad hoc ſupra eo. lib. de hæret. ſtatutũ. de ſchiſma. cap. j. ad hoc ff. de ædili. edic. quòd ſi nolit. aliàs ſi ſeruus. §. qui mancipia. ADDITIO. Facit hæc regula, ſemel malus &c. ad quæſtionem de notario qui fecit vnum inſtrumentũ falſum, an valeant poſtea confecta per ipſum, quam ponit Guli. in Specu. de inſtru. edi. §. ſi reſtat. ver. quid ſi tabellio Ioan. And.

*Velle quòd qui ſemel peccauit in aliquo actu, repellatur poſtea ab eodem: nõ vt puniatur, ſi iã aliquod crimen factũ eſt quale ipſe priùs commiſit.*

*Præſumptionũ alia facti, alia iuris.*

*d Vide ſingu. Hippo. lxxxiij. glos. in c. propoſuit. de cle. excom. mi.*

*e Anch. remittit ad gl. l. ſi fideiuſſor. voluit allegare in l. ſi verò. in verſ. dubitetur. ff. de iis qui ſatiſda. cogan.*

Ratum. } Caſus poteſt figurari multis modis. Primò per capit. cum quis. de ſentent. excommun. Aliquis Titius verberauit quendam clericum meum inimicum, non tamen nomine meo. poſtea ſciui quòd illum clericum verberauerat: illud mihi placuit in corde meo, & laudaui, & ratificaui quod fecerat, vtrum incurram ſententiam excommunicationis? Certè non: quia non poſſum habere ratum quod nomine meo non eſt geſtum. Alio modo poteſt poni caſus per l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de negot. geſt. Filius meus exiſtens in mea poteſtate habebat peculium, quidam Titius geſsit negotia in illo peculio, non nomine meo ſed nomine filij mei, & expoſuit in adminiſtratione aliquid de ſuo. poſtea ratificaui iſtam geſtionem, vtrum geſtor debeat agere D contra me peculiotenus, vel inſolidum: quia non eſt dubiũ quòd ſi geſsiſſet illa negotia nomine meo, eſſem ei obligatus inſolidum ad illa quæ expoſuit de ſuo? Reſpondetur quòd hic non teneor niſi peculiotenus: quia ex quo nõ geſsit nomine meo, non poſſum habere ratũ. Pro declaratione illius regulæ opponitur contra textum de capitulo Lugdun ix. q. ij. & cap. quod ſicut. de elect. in anti. Dicitur in dicto capitu. Lugdunen. quòd quidam epiſcopus promouerat ad ordines clericos alterius diœceſis proprio epiſcopo non conſentiẽte: poſtea proprius epiſcopus ſciens ratificauit illã ordinationem: dicitur ibi quòd iſti ordinati remanebunt in ordine ſuſcepto: & tamen non fuerant ordinati nomine proprij epiſcopi. Dicitur in cap. ſicut ſ. de elec. quòd ſi canonici alicuius eccleſię procedant ad electionẽ aliquo canonico ſpreto: ſi canonicus ratificet illã electionẽ per alios canonicos factã, illa electio aſſumit vires: ergo malè dicitur quòd quis nõ poteſt habere ratũ illud quod nomine ſuo nõ eſt geſtũ? Reſpondet glo. ad ca. Lugdun. quòd ille epiſcopus alienus ordinauit clericos nomine proprij epiſcopi & ſub ſpe ratificationis, eo quia erat amicitia inter ipſos epiſcopos [f]. Vel melius dicendum eſt, quòd illa ratificatio non validat collationẽ ordinationis;

*Circa hãc regu. x. docent Phili. Dy. quomodo ſucceſſores prælati poſſunt ratificare quod geſtũ eſt nomine defunctorum prædeceſſorũ & actus non ratificabiles recitat hic Ancha. docens an ratihaberi poſſunt actus inſeparabiles à corpore agentis.*

*f Ad hoc facit Cy. l. mandatũ. C. man. no. per Bar. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicõmiſ.*

Universidad de Deusto Biblioteca



nationis: quia de ſe valebat: quia epiſcopus alienus poteſt ordinare clericos alienos: & recipiunt ordinem, ſed non ordinis executionem: ſed vbi proprius epiſcopus ratificauit & diſpenſauit cum eis. Et ad cap. ſicut. dicendum quod loquitur de conſenſu confirmante.

Gloſ. ſe. primò ponit exempla. Secundò alleg. v. iura in contrarium: & ponit tres ſolutiones: quarum primam reprobat, & demum ſoluit. Tertiò ſignat contrarium de vna l. & ſoluit. In fine remittit.

Idem.

REGVLA IX.

RAtum [a] quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

a Ratum. pone caſum ix. q. ij. ca. j. ſupra eod. lib. de ſent. excom. cùm quis. ij. reſpon. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. vbi ſi liber homo geſsit negotiũ filij vel ſerui peculiare tantùm contemplatione ipſius, ratihabitio ſequens patris vel domini nihil operatur: quia per ratihabitionem non tenetur vltra id ad quod prius tenebatur, (ad quantitatem peculij [a]. Contradicit ad hanc literam. xi. q. ij. Lugdun. xvj. q. j. ca. vlt. ſupra de elect. quod ſicut. de iis quæ ſi. à præla. cùm nos. de iure patr. cura. in his iuribus habet quis ratum quod ſuo nomine non eſt geſtum. Sol. dixerunt quidam, quòd ſecundum canones poteram ratum habere quod meo nomine non eſt geſtum, per iura prædicta: vt not. de reſti. ſpol. cũ ad ſedem. in gloſ. penult. ſed hæc ſolutio extirpatur per hãc regulam. Alij dixerunt hoc fallere in ſpiritalibus, in quibus ratum habeo quod meo nomine non eſt geſtum, per iura prædicta, & hæc nota in prædict. decret. quod ſicut. in gloſ. ſic patet. Vel dic quòd in capitulo Lugdun. fuit ordinatio facta nomine proprij epiſcopi: & ſpes in eo poſita, quòd ratũ haberet: vt ibi not. Verius dic, quòd ordinatio facta à non proprio epiſcopo bene tenet quo ad ordinem, licet nõ quo ad executionem. ſ. de tempo. ordi. ꝙ tranſlationem. ſ. e. lib. eo. tit. cap. j. & ij. ibi igitur epiſcopus proprius non ratificauit collationem ordinis quo ad ordinem: quia non erat neceſſe: ſed executionem illi diſpenſatiuè contulit quam non habebat. Alia etiam iura non propriè loquuntur de ratihabitione, ſed de quodam nouo conſenſu: quæ ſunt valde diuerſa. & ſuper hoc vide quod dicã ĩ. c. nõ firmatur. Itẽ contra. C. ad Macedo. l. vlt. vbi ratum habet pater contractũ filij ſuo nomine non geſtum. Sol. dupliciter poteſt eſſe geſtum meo nomine. vocaliter, vt ſupra eo. li. de ſenten. excom. cum quis. & realiter, ad mei præiudicium: vt quando filius meus mutuum cõtrahit ſine meo aſſenſu, fit in mei præiudicium. ff. ad Macedo. l. j. & hoc poſſum ratũ habere: quia quod ibi ius reprobat per diſſenſum, approbat per conſenſum. An autem vnus iudex poſsit ratum habere ſententiam latam per alium? Dic vt not. ix. q. ij. c. j. de his quæ ſi. à præla. cùm nos. de offic. deleg. prudentiam. in gloſ. ij. in ſi. per Bar. Brixien. in quæſtione veneriali, quæ incipit, epiſcopus Mutinen. De materia huius regulæ adde quod ĩ. dicam capi. proxi. ADDITIO. De quatuor modis quibus negotiorum geſtoribus actio competit. notatur. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. quid ergo. vide libel. in Specu. de iudi. § ij. verſicu. ex prædictis. & vide quod dixi ſuper gloſſ. in regula, Ratihabitionem. Ioan. And.

*a De hoc ſtatu etiam per Dyn. ꝑ te videas. qui etiam ponit exẽplũ. l. ſi ſeruus. ff. de precar. vbi ſi filiꝰ meus ſuo nomine rogauit rem precario: ratum habẽdo nõ plus tenetur quã prius, ſcilicet de peculio. Io. And.*

b RAtihabitionem [b].} Caſus in hoc capit. ſic figuratur per cap. vlt. ſupra de iureiur. & l. licet. ff. de iudiciis. & habet locum in iudiciis. Ponamus ſic caſum per dictam l. licet. Quidam Titius aſſerens ſe eſſe meum procuratorem cum non eſſet, quandam actionẽ deduxit in iudicio nomine meo contra meum debitorem. non fuit ei oppoſitum quòd non eſſet procurator meus. certum eſt quòd proceſſus factus cũ falſo procuratore non tenet. Sed quid? ponamus quòd poſtea ratificaui, approbaui & laudaui geſta per ipſum, vtrum valeat proceſſus ac ſi ab initio mãdaſſem ei vt nomine meo proſequeretur contra meum debitorem? Reſpondet quòd ſic: nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Alio modo poteſt figurari caſus per cap. fin. ſupra de iureiuran. eo. lib. Ego habebam contra te aliquam cauſam: lite conteſtata inter nos, & iurato de calumnia, ſeu veritate dicẽda: ſi cauſa erat ſpiritalis, feci meas informatas & extracta à meo libello: in quibus poſitionibus aſſerui duas poſitiones contrarias: nunquid ſum periurus? Reſpondet quòd ſic. Sed ponamus quòd ego non feci illas poſitiones de directo contrarias: ſed procurator meus illas fecit: & poſtea ratificaui, & laudaui, & homologaui, an ſim periurus? Certè ſic, per rationem huius regulæ: quia ratihabitio retrotrahitur &c. Alio modo poteſt poni caſus per capitulum, cum quis ſupra de ſenten. excommun. iſtomet libro. Cùm quidam clericus intuliſſet mihi iniuriam: quidam Titius meus familiaris volens mihi complacere, abſque mandato meo talem clericũ verberauit, & in eum manus violentas iniecit nomine meo:

*b Circa primã partem huius reg. vide Anch. Phil. Bart. in l. ſi pupilli. §. item quæri. ff. de nego. geſt. circa q. partem, eundem Bar. in d. l. ſi pupilli, et vltra Dyn. Ancha. hic Gabr. in l. nõ idem minus. C. de accu. docet qualiter procedat in delictis. adde Ro. ſingul. 511. Mathe. ſingul. 180.*

A poſtea cùm ſciuiſſem iſtud factum, mihi placuit, & ratificaui, & homologaui. Quæritur nunquid ſum excõmunicatus ac ſi mandaſſem illum clericum verberari? Reſpondet ꝙ ſic: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur [c]. Alio modo poteſt caſus figurari per l. finalem. C. ad Maced. Filiusfamilias exiſtẽs in poteſtate ſui patris recepit pecunias mutuò in caſibus nõ permiſsis: & ſic cõtra ſenatuſconſultũ Macedonianũ. Certum eſt ꝙ pater ſuus nõ poterat conueniri à creditoribus pro illis pecuniis. Sed quid? pater poſtea ratificauit & approbauit contractum filij ſui: nunquid poterit conueniri pater ac ſi mãdaſſet filio ſuo vt contraheret? Certè ſic: & hoc per rationem iſtius regulæ: quia ratihabitionem &c.

*c An actio naſcatur ex negotio, an ex ratihabitione. Dy. hic. & eſt vtile ſcire: vt declarat Anch. in q. col. ad fin. hic vnde ſingulare Hippol. 184. incipit ratihabitio.*

Idem.

REGVLA X.

RAtihabitionem [b] retrotrahi, & mãdato non eſt dubium comparari.

Gloſſa ſequens dicit vnde ſit ſumpta regula: & ponit exempla. Secundò dicit in ea duo debere concurrere, & ad ſecundum ſignat contrarium. Tertiò ſucceſsiuè exprimit quatuor caſus exceptos, & ipſorum rationem reddit. B Quartò ponit ſimile. Quintò ſoluit vnum dubium. Ioannes Andreæ.

b Ratihabitionem. Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. titu. l. hoc iure. §. deiecit. & l. ſemper qui. §. j. Pone caſum in iudiciis. ij. quæſtione vj. non ſolent. ſupra eod. lib. de iureiuran. cap. vlt. ff. de iudi. licet. In maleficiis, ſupra eod. lib. de ſenten. excommun. cùm quis. primo reſponſo. Et intellige de maleficiis quæ per alios fieri poſſunt. ſecus in iis quę perſonæ cohærent: vt in adulterio & ſimilibus: vt not. in § deiecit. & hic per Dynum [d]. In contractibus. C. ad Macedonia. l. vlt. Et habet locum hæc regula in caſu. ſupra cap. proxi. ſcilicet quando meo nomine geſtum eſt: quia tunc ratum habere poſſum: & ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Vnum nota, quòd ſi intra certum tempus teneor aliquid facere, & alius id fecit nomine meo intra tempus quo id facere debebam, debeo illud ratum habere: alias ratihabitio non prodeſſet. ſecunda quæſtione ſexta non ſolẽt. ibi, quod mox reus ratum haberet. ff. rem ratam habe. l. penul. imputatur enim tunc culpa tacitæ renuntiationis [e]. Argu. contra ſupra eod. lib. de pra ben. ſi tibi. j. Hæc autem regula fallit in caſu, ff. de iis qui not. infa. l. quid ergo. in princ. non enim C notatur infamia pater qui non iuſsit filium contrahere cum muliere quæ erat intra tempus luctus: licet poſtea conſenſerit, vel ratum habuerit. Ratio: quia ibi ſpectatur initium: vt ibi. Vel eſt ratio: quia licet ratihabitio æquiparetur mandato, vt hic, non tamen iuſſui: vt ibi. iuſſus enim neceſsitatem imponit, mandatum non: vt not. ex l. ff. quod iuſſu. l. j. §. ſed ego quæro. & ff. quod cum eo. l. j. & l. ſi mandator. Nec comparatur mandato quo ad ſpeciem actionis: quia datur actio negotiorum geſtorum [f]. ff. de negot. geſt. l. ait prætor. & l. ſi pupilli. §. idem ait. vbi mandando datur actio mandati. ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. comparatur autem quo ad effectum: & ideo non dixit quòd ratihabitio ſit mandatum, ſed quòd mandato comparatur. Item fallit in caſu. ff. de offic. proconſul. & lega. l. obſeruare. in fine. proconſul enim dando legatum antequam ingrediatur prouinciam, nil agit. ſi autem poſtquam ingreſſus eſt, dationem illam ratam habuit, valet: non tamen retrotrahitur ad totum tempus, ſed ad id tantum quando ingreſſus eſt prouinciam: vt ibi. Ratio: quia ratihabitio operari non poteſt niſi quod poſſet mandatum expreſſum. Item fallit. ff. de acquiren. hæredi. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi ratihabitio tutoris in adeunda hæreditate mandato non comparatur. & eſſet idem inuenire in D omnibus in quibus conſideratur initium: & ſic non eſt contra. decimaſeptimaſexta quæſtione tertia. §. poteſt. ff. e. quod ab initio. & infra eod. non firmatur. & ibi dicã. & de hoc per Bernar. ſupra de pac. cap. ij. & per Goffre. ſupra qui ma. accu. poſ. inſuper. Item fallit in caſu. ſupra de reſcrip. nonnulli. vbi de hoc. & cap. ex parte decani. in ſi. vbi non valet reſcriptum impetratum ſine mandato: licet ille cuius nomine impetratum eſt, poſtea ratum habeat. & hoc facit ius acquiſitũ illi contra quem facta eſt impetratio, quod auelli ab ipſo inuito [g] non poteſt. ad hoc ſupra eo. lib. de elect. ab eo qui cõtra. Et eſt ſimile huic regulæ in eo quod dicit, quòd ratihabitio retrotrahitur, quod dicit lex ꝙ appellans condemnatus de furto, ſi non proſequitur appellationẽ, retro notatur infamia: videtur enim ratam habere ſententiam. ff. de iis qui not. infa. l. furti. Olim dubitatur an idem in excommunicatione poſt appellationem lata. ſed dic vt ſ. eo. lib. de ſent. excommunic. licet. Et ſcire debes quòd ſi faciens condemnatus eſt, & ſatisfecit ſententiæ: non agitur amplius contra ratum habentem ad intereſſe: ſed ad pœnam bene. ff. de vi & vi armа. l. j. § quoties. ff. de adminiſt. tuto. l. tres tutores. ff. de iuriſdi.

*d Lex non poſuit hũc text. ſuper quo vide quod ſcripſi ſupra e. lib. de ſent. excom. cũ quis. ſuper gl. ex rati. Ioan. And.*

*e Idem hic Dy. alle. ff. ſi tab. teſt. nulla ex l. j. §. ita autem. & in authen. de iis qui ingre. ad appellat. §. ſi verò. C. de re. cre. ſi quis vſurae. de condi. inſer. l. vlt. & ff. qui ſatiſd. cogan. l. de die. §. vlt. Ioan. And.*

*f Ea quę geſſit pro abſente, nam ſi pro præſente egiſſet, daretur actio mãdati: vt no. in l. ſemper qui al. leg. in prin. glo. & hic per Dy. Io. And.*

*g Idem Io. Mo. et doc. docet quod ſententia lata ꝑ vel cõtra delinquentẽ operatur in nõ*



riſdi. om. iudi. l. adeo. ADDITIO. Idem hic Dy. qui etiam prolixe proſequitur. Ioan. And.

*dante ratũ habente. de Ancha. ponit de procuratore errante in perſona cum qua cõtraheret matrimonium: cuius factum dominus ratificat: poſt quam ratificationem mulier diſſentit.*

CVm ſunt.} Caſus in hac regula ſic figuratur per capitulum, in noſtra. de teſti. & atteſta. in anti. Tu actor & ego reus habebamus litem inter nos coram iudice competente. propoſuimus facta contraria, & fuimus admiſsi ad illa probanda. tu actor ad probandum tuã intentionẽ produxiſti quatuor teſtes: ego etiam reus ad probandum meum factum contrarium produxi alios quatuor teſtes. Iſti noſtri teſtes ſunt pares in dignitate, & in cæteris: & deponunt æquè veriſimilia: & in effectu ſunt omnino æquales: & ſic iura noſtra videntur eſſe dubia. quæritur quorum teſtium dicta debeat iudex inſequi: & pro qua parte debet ferre ſententiam? Reſpondetur quòd ſententia eſt ferenda pro me reo contra te actorem: quia cum partium iura ſunt obſcura, reo fauendum eſt potius quàm actori: & hoc verum in deciſione cauſę. nam ab initio potius fauendum eſt actori quã B reo: ideo ſi actor in ſuo libello poſuerit verba ambigua, poteſt illa interpretari ſecundum vnum intellectum. l. ſi quis. ff. de iudi.

Idem.

REGVLA XI.

CVm ſunt [a] partium [b] iura obſcura, reo [c] fauendum eſt potius quàm actori. [d]

Gloſ. ſeq. dicit vnde ſumpta: & ponit exempla. Secũdò ponit quatuor caſus exceptos. Tertiò ampliat regulam. Quartò diſtinguit, opponit, & ſoluit.

a Cum ſunt. Hæc regula ſumpta eſt ex lege. ff. eod. titu. l. fauorabiliores. Pone caſum. iij. quæſtio. ix. iudicas ſupra de fide inſtru. inter dilectos. ff. de acti. & oblig. Arrianus. Hæc autem regula vera eſt, niſi actor foueat fauorabilem cauſam: puta matrimonij, libertatis, teſtamenti, vel dotis: tunc enim fallit regula: quia fauendum eſt actori. xxxiij. q. j. ſi quis acceperit. ſupra de proba. ex literis. ff. de manumiſ. l. antepenul. Et habet hæc regula locum non ſolum in ſententia ferenda, vt ſupra, ſed etiam in iam lata: puta à duobus ordinariis: vno ꝑ abſoluente, & altero condemnante. tenet enim ſententia ꝑ reo lata, niſi in ſupradictis caſibus. ſupra de re iudi. c. vl. ff. de re iudi. inter pares. Et not. quòd dicit obſcura. ſi enim certũ eſſet reum eſſe obnoxiũ, puniretur: quia culpa eſt relaxare vindictam. xxviij. diſti. quia ſunt. & hoc dico, cũ eſt certum C iudici vt iudici: ſecus ſi vt Deo. ſ. de offi. ord. ſi ſacerdos. vel vt homini. iij. q. vij. iu licet. de offi. delega. paſtoralis. § quia verò. ſi certum eſt eum non eſſe obnoxium, abſoluitur. idẽ ſi dubium: vt hic vides. ſanctius eſt enim nocẽtem abſoluere, quàm innocentem cõdemnare. ff. de pœ. abſentem. & ſic in re dubia fertur certa ſententia. Contra. xj. q. iij. graue. & de ſpon. de muliere. ad hoc. C. de tranſact. vt reſponſum. ſed hic non eſt dubium, imò certum: quia ex quo actor non ꝓbauit clare, debet reus abſolui. vj. quæſt. vlt. actor. [a] vt eccleſia. beneficia, vt noſtrum. C. de proba. actor. ſic notat Ber. de ſpõ. iuuenis. Et vide quod de triplici ambiguitate no. xxxiij. diſt. c. vlt.

*a Aliàs accuſator.*

b Partium. Nota quòd dicit partium in plurali. Fortius autem ſi iura actoris tantum: non ſic ſi iura rei tantum: vt in ſi.

ADDITIO. Huius regulæ, cum ſunt partium &c. triplex eſt ratio ſecundũ Ioan. Mon. Prima, quia actor impetit, reus defendit. alleg. inſtit. de interdi. §. commodum. C. de dilat. l. ſiquando. Secunda, quia nullus præſumitur obligatus, vel obnoxius in authen. collat. vj. qui. mo. nat. effi. ſui. §. natura ſiquidem. Tertia, quia reus in iudicio pugnat pro libertate: vnde debitor dicitur cliens creditoris. C. de noua. l. iij. & Prouerb. xxij. Qui mutuum accipit, ſeruus eſt fœnerantis. Ioan. And.

*Obligatus nullus præſumitur.*

c Reo. ſic dicto à re quæ petitur: vel ſuper qua impetitur. ſ. de verb. ſign. forus.

Gloſ. ſeq. ſignat contrarium. ſoluit & remittit: & iterũ regulam exemplicat, & exponit.

d Actori contra. ff. de iudi. l. ſi quis intentione. vbi ambiguam orationem actoris in ſui vtilitatem interpretamur. Solu. [b] Illud in principio litis in quo fauetur actori. hoc in fine, in quo fauetur reo. quod dic vt not. de reſti. ſpolia. cum ad ſedem. in gloſ. ij. ad ſi. In ſumma igitur nota quòd in obſcuris potius fauetur reo quàm actori, niſi fauor cauſę aliud inducat: vt ſupra dixi. Hinc eſt quòd cum ſemiplene probauit actor: & talis eſt cauſa in qua non eſt deferendum iuramentum: puta criminalis, vel famoſa, vel ardua. C. de proba. ſciant cuncti. C. de dolo, dolum. & C. quod met. cauſa. l. metum. abſoluitur reus. Si autem talis eſt cauſa in qua ſit deferendum, deferri debet reo: niſi ex circunſtantiis perſonarũ & cauſæ videatur iudici illud deferendum actori. de iureiu. c. vlt. Vide & adde quod ibi dixi. Nec intelligas hanc regulam in obſcuris probationibus inductis à reo: quia illas contra eum interpretamur. de proba. licet. quod dic vt dicam ĩ. eod. contra eum. Ioan. And.

*b Idem hic Dy. & eſt ratio: quia reus ſemper negare ſe ſic feciſſe, qui tantum tralitur. Io. And.*



c IN iudiciis. [c]} Caſus figuratur in capitulo, neceſſe. tertia quæſtione nona. Certum eſt quòd accuſatus de aliquo crimine coram iudice competenti, tenetur comparere perſonaliter: ita quòd non admittitur eius procurator. l. fina. C. de procura. cap. tuę. de procurato. in antiq. l. penult. §. crimen. de public. iud. ff. Sed quid de accuſatore? verum accuſator debeat etiam comparere perſonaliter? Reſpondet quòd ſic: & hoc per rationem huius regulæ: quia in iudiciis non debet eſſe acceptio perſonarum. Alio modo poteſt poni caſus per capitulum, nouit. de iudic. in antiq. Ponamus quòd coram iudice aliquo ordinario vel delegato (non refert) conuenitur aliquis conſtitutus in dignitate vel officio, vel amicus, vel inimicus. vtrum fauore perſonæ debeat iudex recedere à debita iuſtitia: ita quòd à fauore perſonæ poſsit aliter iudicare, quàm in perſona alterius in quo non B eſt illa prærogatiua? Reſpondet quòd non: quia in iudiciis non debet eſſe acceptio perſonarum: & iudex magnum debet iudicare vt paruum. Item poteſt poni caſus per capitulum, ſtatutum. §. inſuper. ſupra de reſcriptis. iſtomet libro, vbi dicitur: ſi legatus proficiſcatur extra: licet recipiat expenſas ab ambabus partibus, ſed moderatas, non debet plus recipere ab vna parte quàm ab alia: quia in iudicio non debet eſſe acceptio perſonarum. Item figuratur caſus in lege, ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbitris. vbi eſt caſus quòd ſi arbiter aſsignauit partibus locum ad audiendum ſententiam: ſi partes non poſſunt honeſte accedere ad locũ, non tenentur comparere: & ſi non compareant, nõ incurrũt pœnam appoſitam in compromiſſo. Sed quid ſi vna partium poterat honeſte comparere, altera autẽ non poterat honeſte comparere: iſta pars quæ poterat honeſte cõparere, non cõparuit: verum ſit commiſſa pœna? Reſpondetur quòd nõ: vt ſeruetur æqualitas, & non ſit acceptio perſonarum. Gloſſa format plura contraria: ſed in hoc remanet, quod quantum ad modum procedendi, & iuſtitiam miniſtrandi in iudiciis, non debet eſſe acceptio perſonarũ: ſed in multis aliis poteſt eſſe acceptio perſonarum: vt in aſſurgendo, & in aſsignan- C do locũ honorabiliorem. c. ſolitæ. de maio. & obe. in an. Nã in aduentu epiſcopi vel imperatoris debet iudex aſſurgere, & locum honorabiliorem ei dare: & ſic quantũ ad honores eſt habenda acceptio perſonarum. Item eſt habenda acceptio perſonarum in impoſitione pœnæ: quia quantũ ad impoſitionem pœnæ mitius agitur cum perſona conſtituta in dignitate, quàm cum alia perſona. cap. ij. de offi. deleg. ſupra eod. lib.

*c Videbis hic ſingu. Hyppoly. 168. incipiẽs, æqualitas, & an priuilegiatus vtatur priuilegio contra priuilegiatũ. Io. An. Phi.*

Idem.

REGVLA XII.

IN iudiciis [e] nõ eſt acceptio

Gloſ. ſeq. ponit exempla. Secundò, ſignat in cõtrariũ quatuor canones. iiij. decre. & ij. ll. ſoluit, & dat quinque ſimilia. Tertiò ponit quatuor modos quibus dicitur iudiciũ. Quartò & vltimò notat, & inſtruit.

e In iudiciis. [d] Pone caſum. iij. quæſt. ix. neceſſe. ſupra de iudi. nouit. & ſupra eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. & §. ſeq. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. Aliorũ enim honores aliis non debent eſſe occaſio nocẽdi. C. de ſta. & imagi. l. vlt. ad hoc xj. q. iij. ſi quis verò. Signantur contraria ad hanc regulam. xl. diſt. c. j. xlv. diſt. cũ beatus. xcvij. diſt. nobiliſsimus. xxiiij. q. j. qui contra pacẽ. ſ. de offi. deleg. ſane. ij. ſupra e. lib. de offi. deleg. c. ij. & de ſent. excom. quia periculoſum. ff. de pœ. aut facta. C. de mo. mul. eos in ſi. & ſupra de ſimo. ꝑ tuas D j. vbi de hoc. Solu. in pœnis defertur dignitati & perſonæ: [e] vt ibi. & de hoc de trãſact. c. vlt. Arg. contra. ſupra de iureiu. cum quidam. dic vt ibi. Idẽ in ſedendo vel aſſurgendo, xciij. diſt. non oportet. & no. iij. q. ix. c. vlt. In iudiciis autẽ vel ſententia non eſt habenda perſonarum acceptio: vt hic. in eis enim æqualitas eſt ſeruanda. C. de proxi. ſacr. ſcri. l. in ſacris. lib. xij. (Et l. vnicuique. lib. xij. vnde & priuilegiũ vnius litigantium tranſit ad alterum. C. de fruct. & liti. expẽ. l. ſi. Signatur ad hoc contrarium inſti. de iure natur. §. ſed & quod principi. vbi de hoc. & hic per Dy.} Idem in pœnitentiæ exhibitione. xxvj. q. vij. ſacerdos. in prin. In fide Chriſti ſuſcipiẽda. de cõſe. diſt. iij. nec quepquam. & in aliis ſacramẽtis. de coniug. ſeruo. ca. j. Et in pauperum ſuſceptione, cum ſufficere poſſumus. xlij. diſt. quieſcam. & in aliis operibus pietatis. xvj. q. j. ſi cupis. hoc ergo quod dicit, in iudiciis. ſoluit contraria. Et not. quòd iudicium interdum ponitur pro eo quod precedit ſententiam: vt hic, & ij. q. j. ſicut ſine iudicio. & c. in primis. Interdum pro cõdemnatione de conſec. diſt. ij. timorem. Interdum pro diſcretione. iij. q. vij. § tria. Interdum pro vltima voluntate. ſupra eodem libro de ſepul. capitulo penult. Ioannes Monachus ponit quindecim ſignificationes ſuper rubrica, [f] de iudi. quas dat per hos verſus:

*d Ad intellectum huius regulæ, vide Thomam 2. 2. q. 63. per totum. & maximè ar. tic. vlt. Io. And.*

*e Fallit, ſi pœna lege vel ſtatuto vniformiter taxatur. Bal. l. iuenis. in prin. C. de ſumm. trin. Phi.*

*f Adde gl. inſti. quibꝰ nõ eſt permiſ. face. teſta. §. præterea.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima vellet
Quæſtio, diſcre. ſen. inſtan. diſcuſsio, poſſe:
Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

Et nota quòd licet iudex vti nõ debeat in iudiciis acceptione perſonarum: vt hic, & in concor. tamen vtile eſt in arbitrariis iudicem gratioſum habere. ſ. de offic. delegat. conſuluit. & facit de accuſat. nulli. & quod ibi not. Caueat tamẽ iudex ne in facienda gratia incurrat pœnã conſtitutionis de re iudic. cùm æterni. ſupra eod. libr. Ioan. Andr.

perſonarum habenda.

Idem.

REGVLA XIII.

IGnorantia [a] facti, non iuris excuſat.

IGnorantia facti. [a] Caſus in hac regula primò poteſt figurari per capitulum, ſi ſacerdotes. xvj. q. iij. ſecundum tertiũ caſum qui ponitur in dicto capitulo, ſi ſacerdotes. hoc modo: Ponamus quòd quidam laicus donauit monaſterio ſancti Cypriani aliquam eccleſiam. quæ donatio nõ valuit: quia laicus non poteſt donare eccleſiam, ſed epiſcopus cum conſenſu capituli. accidit quòd prælatus eccleſiæ monaſterij ſancti Cypriani qui recepit donationem, mortuus eſt: cui alij ſucceſſerunt qui credebant illam eccleſiam monaſterio ſuo donatam ab epiſcopo cum conſenſu ſui capituli. nunquid iſti potuerunt preſcribere illam eccleſiam? Reſpondetur quòd ſic: quia ipſi prætendunt ignorantiam facti: quia putabant eccleſiam illam donatam eſſe ab habente poteſtatem: ſed prædeceſſor prælatus cui donata fuit illa eccleſia, non poſſet præſcribere: quia habebat ignorantiam iuris. Itẽ poteſt poni caſus per cap. ſi qui à ſimoniacis. j. quæſtio. j. & etiam per cap. ſi beneficia. ſupra de præben. eod. lib. Cum ego tenerem canonice aliquod beneficium incompatibile: fuit mihi collatum aliud beneficium incompatibile, quod fuerat reſeruatum per papam: quod ignorabam. dimiſi primum beneficium, & apprehendi poſſeſſionem ſecundi: eo quòd iſtud ſecundum beneficium erat magis pingue quàm primum. poſtea apparuit illud beneficium ſecũdum eſſe reſeruatum diſpoſitioni papæ: & fuit à me euictum. volo nũc redire ad primum: quæritur an poſsim? Reſpondetur q́ ſic: quia ignorabam illud beneficium eſſe reſeruatũ papæ: & ſic errabam in facto: ſecus ſi erraſſem in iure: quia ſciebam reſeruationẽ papæ, ſed ignorabã quòd illa reſeruatio papę impediret collationem. Iuxta illam regulam ſequitur quòd qui habet iuſtam cauſam litigandi, licet poſtea condemnetur in principali: non tamen in expenſis: vt not. Bart. in l. deſtitiſſe. ff. de iudi. vbi habetur quòd ſi quis credebat habere bonã cauſam litigandi, & pendente lite ſuperueniat mala fides, & ſi deſiſtat à lite ſeu inſtantia: non debet condemnari in expenſis. Sed vtrum habeat locum in cauſa appellationis: vt ſi quis habeat iuſtam cauſam litigandi, euitet expenſas? Quidam dicunt quòd non: quia eſſet ignorãtia iuris. nam in cauſa appellationis ex actis principalis cauſæ iudicandum eſt. Gloſſa reſpondet quòd ſi fuit iudicatum ex eiſdem actis, procedit illa opinio: vt in cauſa appellationis quis debeat condemnari in expenſis: licet habuerit iuſtam cauſam ignorantiæ. Sed ſi fuit aliquid de nouo probatum, virtute cuius fuit aliter iudicandum: tunc appellans non debet condemnari in expenſis: quia poteſt prætendere iuſtam ignorantiam.

*a Io. And. Albe. Van. intelligunt textum de ignorantia probabili nõ ſupina. & dicit Io. An. & alij quòd reſcriptum non valet vbi tacetur expectatiua aut reſeruatio: per c. in noſtra. de reſcript. quãuis. de præb. li. 6.*

*Expenſas ſoluere nõ debet qui iuſtam litigandi cauſam habet.*

Gloſ. ſeq. ponit exempla, & remittit. Secundò ponit & exponit vnum notabile. Tertiò ſucceſsiue ſignat & ſoluit duo contraria.

a *Ignorantia facti.* [b] Pone caſum in ignorantia facti in ordinato ignoranter à ſimoniaco. j. q. j. ſi qui à ſimoniacis. In eo qui ignorabat beneficiũ reſeruatum per papam, vel alij collatum. ſupra eo. lib. de præben. ſi beneficia. ſimile. ſ. eo. lib. de reſcrip. gratia. In eo qui locat militi credens eum paganũ. ff. loca. l. ſi ignorans. non enim diſciplinam contempſit qui militem ignorauit: vt ibi. In ignorantia iuris pone caſum. j. q. iiij. §. notandũ. in fi. ſ. eo. lib. de præben. cum qui. ibi, ſtultus &c. C. de iur. & fac. ignor. l. ij. & l. cum quis. Hæc regula non indiget gloſsis: cũ eius materia pleniſsimè habeatur. j. q. iiij. §. notãdum. in textu & gl. xxxviij. diſt. in ſum. & de hoc dic vt ibi. Vnum no. quòd cùm quęritur de condemnatione expẽſarum: dicimus quòd in principali cauſa probabilis error excuſat ab expenſarum condẽnatione. ij. q. iij. ca. Paulum. de elect. c. j. in fi. ſ. e. li. ſed in cauſa appellationis indiſtinctè victus condemnatur victori in expenſis. ij. q. vj. omnimodo. ſ. de appel. ſæpe. C. de app. eos. §. ne temere. Ratio autẽ huius diuerſi iuris colligitur per hanc regulam. in principali enim cauſa eſt error facti: quia in ea ex probationibus quæ in facto conſiſtunt, proceditur: ſed in appellationis cauſa proceditur ex actis prioris cauſæ: vnde ibi eſt error iuris: & ideo nõ excuſat à condẽnatione, vt hic. Et ideo no. Inn. & Hoſti.

*b Hanc gl. cõmendãt doct. ibi, vnum not. & Dy. hic ponit multiplicem ignorantiam & eius effectum in damno vitando, & capiendo lucro, & in pœnis, et dicit Phil. ignorantiam iuris nõ excuſare ruſticos ſagaces. l. Athleta. §. de ruſticis. ff. de excuſ. tut.*

A ſupra de do. & contu. finẽ. quòd ſi in cauſa appellationis nõ proceditur per ſola antiqua acta, ſed inducãtur probationes nouæ per quas pronuncietur, tũc probabilis error bene excuſat victum a condemnatione expenſarum, quod verũ puto: & videtur caſus prædictæ decret. ſ. eo. lib. de elect. ca. j. in fi. Ad primum dictũ huius regulæ ſignatur cõtrariũ. xxxiiij. quæſti. ij. in lectum. vbi imponitur pœnitentia probabiliter ignorãti factum: ſed illud ad cautelã. Item contra de conſecrat. diſtincti. iiij. qui bis. vbi ignoranter rebaptizatus ordinari non poteſt. illud ſpeciale: & punitur ſine culpa: ſubeſt tamen cauſa, ſcilicet iniuria primi ſacramenti. Vel dic vt ibi no. ADDITIO. Item contra. ff. de fideiuſ. l. iij. vide quod ibi not. in gloſ. fin. Ioan. And.

Idem.

REGVLA XIIII.

CVm quis in ius [b] ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

CVm quis in ius. [c] Caſus figuratur per capitulum, ſi ſacerdotes. xvj. quæſt. iij. prout dictũ fuit in primo caſu præ- B cedentis cap. qui caſus eſt propriè caſus huius cap. Item poteſt figurari per cap. cura, de iure patro. in anti. Ponamus q́ quidam obtinuit per ſententiam rem alienam non ſpectantem ad illos qui fuerũt mihi condemnati, ſed ad alios. tenui iſtam rem per tempus ſufficiens ad præſcriptionem: vtrum potui præſcribere? Reſpondetur quòd non, quia habui malam fidẽ. Sed quid: ponamus quòd ego ſum mortuus: vtrum meus ſucceſſor poterit illam rem pręſcribere? Reſpondetur quòd ſic: quia ipſe habet iuſtã cauſam ignorantiæ. Nam qui in locum alterius ſuccedit, cenſetur habere iuſtam cauſam ignorantiæ.

Gloſ. ſeq. dicit vnde ſumpta: & ponit exempla. Finis dicit quòd exemplificat præcedentem. Secundò dicit duo, ſcilicet regulam loqui quando cum ſucceſſore agitur, & de quolibet ſucceſſore. Tertiò ſoluens, vnum cotrariũ diſtinguit.

b *Cum quis in ius.* Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. qui in alterius. Pone caſum. xvj. q. iij. ſi ſacerdotes. ſed tertium caſum ibi no. & de iure patro. cura. & ff. depoſi. l. j. in fi. & l. ij. ibi enim hæres vendens rem depoſitam credens illam fuiſſe defuncti, non tenetur ad rem, ſed ad pretium. Quod autẽ in hac regula dicitur: verum eſt, ſi cum ipſo ſucceſſore aga- C tur. ſecus ſi ipſe agat: quia certus debuit eſſe de facto ſuo cũ ad iudicium prouocat: vt in prædict. l. qui in alterius. [d] Et eſt ſim. quia deliberatoriæ dantur reo, ſed non actori: quia certus debet eſſe ad iudicium prouocando. de hoc dicam. j. eo. non licet. cum etiam ſi agat, probabilis poſſet eſſe ignorantia. Intelligitur autem hæc regula generaliter de quolibet ſucceſſore, ſiue ſit ſingularis ſiue vniuerſalis. de quibus dicam j. eo. is qui in ius. quæ videtur contra, ſed non eſt: quia ibi loquitur de iure, hic de facto. Vbi ergo quæreretur de præſcriptione in qua ſufficit bona fides (quod dic vt no. ſupra eod. lib. de præſcriptio. ca. j.) præſcriberet [e] ſucceſſor bonæ fidei: quod non præſcriberet prædeceſſor cũ mala fide. vbi autem requireretur titulus: ſi iniuſtum titulum habuit prædeceſſor, talem qui non det cauſam præſcribendi: ſucceſſor qui eodem iure vtitur, non præſcribit. ff. de diuerſis & temporal. præſcriptio. l. cum heres. Et aduerte: quia regula iſta venit exemplificatiue ad præcedentem, ignorantia facti probabilis excuſat: vt ibi: etſi in ius ſucceſsit alterius: vt hic.

ODia reſtringi. [f] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primò per capit. quædam lex. §. quod ſcripſi. xxxv. quæſt. iij. & per capitulum, tua. j. ſupra de deci. in anti. D Dicitur in d. §. quod ſcripſi. quòd Anglici erant nuuiter cõuerſi ad fidem catholicam: vnde à ſe. apoſtolica obtinuerunt priuilegium vt poſſent contrahere matrimonium cum ſuis affinibus & conſanguineis: & papa conceſsit eis iſtud priuilegium generaliter vt poſſent contrahere matrimoniũ cũ ſuis affinibus. poſtea quidam alius populus fuit de nouo conuerſus ad fidẽ catholicam. dubitabatur vtrũ priuilegiũ Anglicorum eſſet extendendum ad iſtũ populum de nouo conuerſum? Reſpondet q́ non. Vel dicitur in d. §. quod ſcripſi. quòd Anglici poſtquam fuerunt roborati in fide catholica, voluerunt vti dicto ſuo priuilegio, & cõtrahere matrimonium cum ſuis affinibus & conſanguineis: vtrum poſſint vti tali priuilegio? Reſpondetur quòd non: quia ex quo fides catholica fuit in eis firmata: debet ceſſare priuilegiũ, quod fuit eis conceſſum, ne haberent materiam retrocedendi. Item poteſt poni caſus per dictum capi. tua. j. de deci. in anti. hoc modo. Ante concilium Lateranenſe decimæ fuerunt laico conceſſæ in feudum: & erant aliquæ terræ ſteriles quæ poſtea fuerunt redactæ ad agriculturam, & ſic fuerunt facta noualia. Laicus voluit percipere decimas in iſtis noualibus, vtrum poſsit? Reſpondetur quòd non: ſed ſolum percipiet

*c Dicit hic Io. An. & Alb. & alij quòd clericus cognoſcens B. ſolutã ſua tamen & aliorũ opinione maritatã: punitur vt adulter: quia culpa in operę, dolus in animo, opinio in qualitate præferuntur veritati. nuper. de ſen. exc. ſi tamẽ pœna ſtatuti grauior eſſet pœna iuris cõmuni: nõ puniretur illa.*

A delictum perpetrauit dignum excommunicatione, vtrum filius pro delicto ſui patris delinquentis debeat excommunicari? Reſpondet quòd non, quia quis non debet grauari odio alterius. & iſtud eſt regulare. Aliquando tamen propter delictum patris puniuntur filij,vt in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta. & in crimine hæreſis. ſupra de hæretic. per totum iſtomet libro. Item poteſt figurari caſus per capitulũ, ſi com

## NOn debet [a] aliquis alterius odio prægrauari.

Idem.

promiſſarius.§.j.ſupra de elect. Certum eſt quòd ſi canonici alicuius eccleſiæ cathedralis vel collegiatæ eligant in ſuũ prælatum aliquem indignum, ſunt priuati pro illa vice poteſtate eligendi. Sed ponamus quòd canonici compromiſerunt in aliquos arbitros,qui arbitri ſcienter elegerunt indignum:vtrum canonici compromittentes ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice? Reſpondet ibi quòd non, ne iſti canonici ex dolo arbitrorum puniantur. Item poteſt poni caſus in l.ſi quis.circa finem l.C. de inoffic.teſtamen.vbi di

B citur quod antiquitus mater poterat filium ſuum etiam nõ doli capacem exhæredare odio mariti, hodie illa lex corrigitur, quòd odio mariti vxor non poterit filiũ ſuum exhæredare,niſi commiſerit cauſam ingratitudinis erga matrem, & hoc per rationem huius regulæ, ne filius grauetur odio patris ſui.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. Secundò obiicit de tribus iuribus. Reſpondet, remittit, & dat ſimile. Iterum ſucceſsiuè format quinque obiectiones, quas ſoluit. Tertiò dat ſimile ad regulam, & continuat infra proximam.

a *Non debet aliquis.* [c] Pone caſum in filio, qui non excommunicatur pro peccato patris.xxiiij.quæſtio.iij.ſi habes. In compromittentibus, qui non puniũtur dolo compromiſſarij.ſupra eo.lib.de elect. ſi compromiſſarius. §.j. Idem C.de inoffic. teſta. ſi quis in ſuo. verſus finem. vbi reuocatur lex antiqua quę permittebat filium exhæredari à matre propter paternum odiũ. Ad idem j.quæſt. iiij.Iudæi.de ſimo.nobis. & ca.ſicut tuis.ſupra eo.lib.de iniur. & dam. da.& ſi pignorationes.C.de pœnis,ſancimus.cum ſimi.Contra.ij.q.vj.biduum.ver.ſi aduerſus abſentem. de cau. poſ.cum olim. ff.de tribu.procuratoris.vbi negligentia, vt in primo: factum,vt

C in ſecundo: dolus, vt in tertio, procuratoris nocet domino. Sed dic quòd ratione mandati ipſe dominus videtur id facere,vnde eius odio grauatur inquantum fines mandati patiuntur,in eo quod excedit. not. de offic. delega.cum olim. Intelligas hoc vt plenè no. ſupra vt lit. non conteſt.c.j.in ſi. Idem dic in hærede, qui grauatur pro defuncto, & in fideiuſſore qui grauatur ꝓ principali:vt no.de hoc per Gar.in prędicta decr.& ſi pignorationes. Item contra.lxx.diſti.neminem.vbi in odium ordinantis deponitur ordinatus. Sed ibi non ſolũ fuit odium ordinantis, ſed delictum ordinati, qui ſe permiſit ſine titulo ordinari,vt ibi no. Itẽ contra.lvj.diſt. per totum.j.q.iiij.c.eccleſia.§.item peccato.vj.q.j.ſi quis cũ. xv.q.vlt.cum multæ.xxiiij.q.iij.in princ.xxv.q.ij.ita nos.de conſecra.diſt.j.in ſancta.ibi,perit iuſtus ſæpe pro impio.ſupra de ſil.presby.per totum.ſupra de ſpon. non eſt vobis.de hæret.vergentis.ſupra eo.tit.eo.lib.ca.ij. §.ij.cum multis ſi. Solu.triplex eſt pœna,æterna,ſpiritalis,& temporalis. quod proſequere vt no.j.q.iiij.in ſumma.& xxiiij. q.iij.in ſumma. de his quæ ſiunt à maio.par.cap.ca.quæſiuit.Pœna ergo tẽporali vel ſpiritali alia ab excommunicatione ſæpe punitur vnus pro alio.& ſpeciale eſt,& rationem videre potes,velin

D odium criminis, puta læſæ maieſtatis, [d] hæreſis, vel ſchiſmatis. Ad hoc ſupra eo.lib.de ſchiſma.c.vnico. Vel quia incontinentia paterna timetur in filio. & facit quod dixi ſupra eod.l.ſemel.in fin.Item contra.ff.de inſtit.ſed & ſi pupillus. §. cæterum.in fin. Sed ibi fuit culpa pręponentis,& eodẽ modo ſoluitur.ff.de offi.proconſul.obſeruare. §.j. quia ibi culpa fuit proconſulis ſecum ducentis vxorem. Item contra. C.in quibus cau.pign.ta.contra.l.ſatis.vbi bona mulieris in caſu mariti primipilarij ſunt tacite obligata, ita quòd ſi ipſius bona exhauſta ſunt, bona vxoris diſtrahuntur. Sed illud eſt ſpeciale. Facit ad hanc regulam, j.eo.damnum quod quis.& quod ibi dicam.& ſatis continuatur hæc regula cum infra proxi.per quam etiam reſpondetur ad contraria ſupra ſignata. ADDITIO. Dicebat Ioan.Mona.ad propoſitum. lvj.diſtinct.ſuperius alleg.quòd vnius delictum quandoque cauſat defectum in alio. vnde eſſe non legitimè natum,non eſt nota delicti, ſed defectus. de purga. cano. accedens. & ſecundum eum intelligitur regula, quod non impinguitur in toto, licet in tanto. Illegitimi tamen alieno vitio laborant,& ideo digni ſunt venia.C.de nat.lib.l.legem. Ioannes Andreæ.

*ctum lat è contra vniuerſitatẽ, cõprehendat abſentes vel contradicẽtes. remittit ad not.per c.ſi ſententia. de ſent.excom.ſupra eod.& an virtute reſcriptorũ capta,cum bona conſcientia teneri poſſit, Io.An.& Albe.latè diſputant.*

*c Dy. ponit exemplum ff. de bon.poſ.contra tab.l.3.§.ſi emãcipat'. et ff.de pœ. l.crimẽ vel pœna. & de decurio. l.2.§ in ſiliis.& examinat an exhæredatio filij penitus excludit nepotẽ. Bar.in l.ſi quis poſthu.ff.de li.& poſthu. Sal. leg.ſi quis filium. C.de inoff.teſt.*

*d Do. Io. Igne' poſt ſi.queſtionẽ an rex Frãciæ cognoſcat ſuperiorem.l. quiſquis. C.ad leg.Iul.maieſt. l. quod ſi nolit.§.qui mancipia. ff.de ædil.edict.*

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



*a Io. And. Phil. examinant, acolytus beneficiatus ſuſcepto filio ex concubina genuit alterũ ex legitima vxore: qua mortua ipſe in extremis cum olim concubina matrimonſ. aut. an illi filio debeatur hæreditas quã cõſuetudo defert primogenito.*

Sine culpa. a } Iſtud capitulum continet duas regulas. Prima eſt, quòd non debet quis puniri ſine culpa. Secunda regula eſt, quòd punitur quis ſine culpa quando ſubeſt iuſta cauſa. Caſus quo ad primum dictum poteſt figurari per l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil. Aliquis Titius putabat frondes alicuius arboris exiſtentis in ſuo fundo: accidit quòd aliquis trãſeundo ſub illa arbore fuit occiſus. vtrum putator teneatur lege Aquilia? Reſpondet: aut

REGVLA XXIII.

Sine culpa, a niſi ſubſit cauſa, nõ eſt aliquis puniẽdus.

Idem.

poteſt apprehendi culpa in ipſo putatore: quia fortè arbor illa erat iuxta iter publicum, & non præclamauit antequam proiiceret frondes: & tunc tenetur. l. Aquilia. Aut arbor ipſa erat in medio ſui fundi: & quia non potuit cogitare quòd ibi aliquis tranſitum faceret: quia alicui non erat licitũ tranſitum facere per ſuum fundum: ſic non tenetur, quia nõ eſt in culpa: & ſine culpa non eſt aliquis puniendus. In ſecundo dicto figuratur caſus per ca. ſi cuius. xxxiiij. diſt. Aliquis Titius contraxit matrimonium cum vidua corrupta: vtrum efficiatur bigamus? Dicitur ibi quòd ſic: & non poterit ꝓmoueri ad ordines: & nõ punitur ex culpa ſua: ſed quia ſubeſt iuſta cauſa, videlicet propter defectum ſacramenti. Item poſſet poni exemplum per c. tua. de cleri. ægro. in anti. Aliquis Titius clericus ſine culpa ſua incidit in lepram: vtrum poſsit priuari reditibus ſaltem parte redituum ſui beneficij? Reſpondet quòd ſic: & ideo priuatur ſine culpa: non tamen ſine cauſa.

Gloſ. ſeq. ponit exempla regulæ & exceptionis, reddit rationem regulæ, & remittit.

a *Sine culpa.* hic ponitur regula & eius exceptio. In regula pone caſum. lvj. diſti. ſatis peruerſum. ſupra de conſtit. cognoſcentes. ff. ad leg. Aquil. ſi putator. In exceptione pone caſum in marito corruptæ, qui à promotione ſine culpa repellitur: tamen ex cauſa propter ſacramenti defectũ. xxxiiij. diſt. ſi cuius. In clerico leproſo, qui ſine culpa propter ſcandalum priuatur eccleſia. de cleri. ægrot. tua. quod dic vt ibi ſcripſi. Item in domino ſerui qui noxiam dedit: qui cõpellitur emendare noxiam, vel dare ſeruum pro noxia. inſtit. de noxa. act. in prin. Regulariter ergo nullus punitur ſine culpa. xv. q. vij. inuentum. de homi. Ioan. & ca. vlti. C. de pœnis, ſancimus. ſupra de conſuet. c. penul. & ſupra regula prox. cũ ſuis cõcor. Et eſt ratio: quia pœna eſt mẽſura culpæ. de offi. deleg. ſane. ij. de tranſact. c. vlt. de homi. ſicut dignum. vbi autem non extat menſurandum, menſura locum non habet: ergo vbi non eſt culpa, nec pœna. Bene tamen ex cauſa punitur quis ſine culpa. ſupra vt lit. non conteſta. quoniam. frequenter. §. ſi verò. in fine. Et hæc materia plus glo. non indiget: proſequere enim eam vt not. xxij. diſtinct. renouantes. ſupra de conſtitut. cognoſcentes. & de priuileg. antiqua.

ADDITIO. Dy. ponit exemplum in hac regula, cum fauore publicæ vtilitatis res aufertur poſſeſſori, & datur militi, qui virtuoſe ſe habuit. b ff. de euict. Lucius de rei. ven. item ſi verberatum. §. ij. Ioan. And.

*b Vide Feli. c. quæ in eccleſiarũ. 10. col. de conſti. Bar. in. l. item ſi verberatũ. c De quib9 plenius Rouille in cõpẽdio de iuſti. & iniuſtit. titu. de execut. cri. lib. 3. alleg. Bart. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. acti. in caſu quo tortor male exequitur. Luc. de pen. l. 1. de deſer. lib. 12. C. in caſu quo cõdemnati petunt de ſe fieri miracula.*

Quod quis mandato. } Caſus figuratur primò per capitulum miles. xxiij. quæſt. v. & aliqui intelligunt in milite: ſed idem in executore ſententiæ. CASVS. Quidam Titius commiſit homicidium vel aliud crimen dignum vltimo ſupplicio. fuit captus per iudicem ſecularem. quia talis Titius erat laicus, & quia iudici conſtitit de crimine perpetrato per ipſum Titium, eundem condemnauit ad mortem vt laqueo ſuſpenderetur: & iudex præcepit militi deputato ad executionem ſententiæ, vt illum Titium laqueo ſuſpenderet. iſte miles paruit iudici: & Titium laqueo ſuſpendit. vtrum iſte miles cenſeatur homicida: & tanquam homicida ſit puniendus? Reſpondetur quòd non: quia non eſt in dolo, nec in culpa, eo quod neceſſe habuit parere iudici. Alij intelligunt iſtud capitulum in aliis militibus, & non in executoribus ſententiarum: c & tunc ſecundum iſtum intellectum caſus ſic figuratur. Aliquis miles perpetrauit rebellionem contra rempublicam: & fuit ordinatum quòd bellũ ei indiceretur: & fuit ordinatum quòd alij milites iſtum militem & alios rebelles occiderent. qui milites parendo mandatis regis vel imperatoris rebelles occiderunt: vtrum ſint cenſendi homicidæ, & tanquam homicidæ puniendi? Reſpondet quòd non: quia non ſunt in dolo, eo quòd iſtos rebelles occiderunt ad mandatum regis vel imperatoris, vel alterius iudicis. Item poteſt caſus poni per cap. ſi clericos. ſuprà de ſententia excommunic. Ponamus quòd epiſcopus Pictauen. eo quia non habet territorium, nec poteſt capere malefactores, niſi intra ſepta domorum epiſcopalium: vnde epiſcopus præcepit laicis, vt quendam clericũ criminoſum caperent, & ad ſe adducerent. ad præceptũ epiſcopi iſti laici talem clericum ceperunt, & epiſcopo adduxerunt, & incarcerauerunt: vtrum ipſi incurrerint aliquam ſententiam excommunicationis? Reſpondet quòd non: quia mandato licito epiſcopi obtemperauerunt: & hoc faciendo non fuerũt in dolo. Item poteſt poni caſus per. l. ſi quis. §. doli mali. ff. de iuriſdi. omn. iud. hoc modo. Ibi enim dicitur, ſi quis albũ prætoris poſitũ cauſa perpetuæ iuriſdictionis corruperit, incidit in pœnam quinquaginta aureorum. Accidit quòd prætor alicui iniunxit vt ipſe corrũperet album ſuum. iſte ad mandatum prætoris corrupit album: vtrum incidat in pœnam quinquaginta aureorum? Reſpondet quòd non: quia antequam quis incidat in illud edictum, requiritur quòd ipſe commiſerit dolum: & dolo facere non videtur, qui ad mandatum iudicis aliquid facit.

REGVLA XXIIII.

Quod quis mandato b facit iudicis, dolo facere nõ videtur: cũ habeat c parẽre neceſſe.

Idem.

Gloſ. ſeq. dicit primò vnde ſumpta: & ponit exempla, ſecundo exponit regulam, & rationem reddit. tertiò illã conuertit.

b *Quod quis mandato.* d Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eod. titu. l. non videntur data. §. qui iuſſu. Pone caſum in milite qui de mandato iudicis occidit. xxiij. quæſtione quinta. miles. In laico vel clerico qui de mandato epiſcopi capit clericum. ſupra eod. lib. de ſentent. excommun. ſi clericos. Et in eo qui iuſſu prætoris corrupit album: qui excuſatur à pœna. ff. de iuriſdi. omn. iudi. ſi quis id. §. doli mali. Et hæc vera, cùm iudex aliquid mandat officium ſuum exercendo. e ff. ad Trebel. ſeruo. §. cum prætor. Et cauſa quare tunc excuſatur parens, eſt iudicialis auctoritas: vt ibi. ſecundo, ne contra publicam vtilitatem impediatur punitio maleficiorum: vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. Si verò non exercet officiũ ſuum: non eſt parendum niſi ex reuerentiæ exhibitione. ff. de in ius vocan. l. generaliter. nam interdum reſiſtere debẽt officiales. f de pœ. diſt. j. nemo. ſupra de elect. fundamenta. §. iudices. Apertius eo. lib. de pœnis, felicis ad fi. C. de app. quoniam. & hoc verum in atrocioribus: in quibus potius Deo quàm hominibus obediendum eſt. xj. quæſt. iij. ſi dominus. de ſenten. excom. inquiſitioni. ff. eo. titu. ad ea. In his autem quæ ſine dolo committuntur, etiam extra officiũ parens excuſatur. ff. ad leg. Aquil. liber homo. ij. vbi de hoc plene not. Et not. quòd ſicut dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto: ita econuerſo dolo non caret qui iudicis nõ obtemperat præcepto. ff. eo. tit. l. non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperauit. ADDITIO. Facit hæc regula, quod quis &c. ad quæſtionem debitoris qui de mandato iudicis vel curiæ ei ſoluit quod debebat creditori: quam vide in Spe. de ſolu. §. nũc aliqua. ver. illud autẽ quæritur, ecce. Ioan. And.

*d Dy. etiã ponit exẽplum per. l. ff. de aqua plu. arcen. l. quãquã. in princ. ff. de ſolut. & ſtipulatu. §. ſi lancẽ. Ioan. And. e Diſtinguit hic Dy. vt no. §. de tẽpo. ordi. ad aures. ingl. 2. Io. And. f De Anc. in regu. ea quæ. j. eo. 2. col.*

Gloſ. ſeq. no. à cõtrario. dat ſimilia, arguit ad quæſtiones, & remittit.

c *Cum habeat.* redituum cauſæ. in his ergo in quibus non habet neceſſe parere, vt in atrocioribus quæ ad ſuum non ſpectant officium, dolo non caret: vt ſupra dixi. & facit de ſenten. excomm. vniuerſitatis. vbi verberans monachum, ſi eſt laicus, licet faciat hoc de mandato abbatis ſui, excommunicatus eſt. Et nota quòd dicit cum habeat parere neceſſe: ſicut enim neceſsitas excuſat à furto: vt de conſecra. diſtin. v. diſcipulos. ſupra de fur. c. iij. ad hoc. ff. ad l. Rhod. de iac. l. ij. § cum in eadem naui. ſic & à dolo, vt hic vides. cum ergo nullum ſit maleficium ſine dolo, vel lata ſaltẽ culpa quę dolo comparatur. g xv. quæſt. j. aliquos. de ſenten. excomm. ca. j. ff. de iniur. l. illud. ergo & à quolibet maleficio excuſat neceſsitas. quod intelligas vt ſupra dixi. Eſt autem regula hæc in argumento ad quæſtionem de eo qui ad mandatum eccleſiæ reddit debitum vxori pendente lite adulterij vel conditionis. de hoc no. xxxiiij. diſt. ſi cuius. & de coniug. ſer. propoſuit.

*g Dy. tex. in. l. cũ autem. §. capitalem. ff. de ædil. edic.*

Mora ſua. h } Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primò per capitulum decimæ. xvj. q. j. Aliquis me9 parochianus tẽpore meſsiũ vel vindemiarũ non ſoluit mihi decimã, ſed illam retinuit apud ſe. accidit ꝙ aliquo caſu fortuito decima periit ſine culpa ſua: quia milites tranſeuntes violenter illam decimã rapuerunt, vel inimici ſui: inimicitia tamen contracta ſine culpa, decimam per violentiã acceperunt. nunquid tenetur mihi ſoluere æſtimationem decimæ peremptæ? Reſpondet ꝙ ſic: quia iſte fuit in mora ſoluendi mihi decimas: & ſua mora debet ei eſſe nociua. Itẽ poteſt figurari caſus per capitulũ vnicũ de commoda. §. Sed pro intellectu huius caſus eſt præſupponendũ, ꝙ commodatarius non tenetur de caſu fortuito, quando fuit commodatũ gratia recipientis: veruntamen tenetur de dolo & culpa. Ponamus ergo ſic caſum, Commodaui tibi librũ meum ad vſum tuum.

*h Dy. tractat de intereſſe. & Io. Igneus in. l. quatenus. ff. de reg. iur. & Phil. Ioan. And. petiſſe an poſt aſſignatum peremptorium audiatur exceptio.*



tuum. certum eſt quòd ſi liber meus non perierit culpa tua, ſed caſu fortuito: tu es liberatus. Sed ponamus quòd commodaui tibi librum meum ad certum tempus ad tuũ vſum, lapſo tempore iſto interpellaui & requiſiui te vt librũ mihi reſtitueres. qđ facere recuſaſti indebitè & iniuſtè: & ſic fuiſti in mora reſtituẽdi mihi librũ meũ. poſtea liber meus aliquo caſu fortuito periit apud te. nunquid teneris mihi ſoluere æſtimationẽ libri? Certè ſic. Item poteſt poni caſus in fure, qui ſemper eſt in mora reſtituendi rem ſurreptam: ſi res pereat, perit periculo ſuo: ideo tenetur ſoluere æſtimationem.

REGVLA XXV.

Mora ſua a cuilibet eſt nociua.

Idem.

Gloſ. ſeq. dicit primò vnde ſumpta: & ponit exempla. ſecundò ponit tria quæ requiruntur ad moram: & quomodo tunc tenetur de caſu etiã naturali. tertiò proſequitur de mora aliena: & de materia remittit. quartò quærit an purgetur. arguit pro & contra, & ſoluit.

a *Mora ſua.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eod. titu. in condemnatione. §. vnicuique. Pone caſum in eo qui eſt in mora ſoluendi decimas: quia pereunt periculo ſuo, etiam caſu fortuito. xvj. quæſt. j. decimæ. Idem in commodatario vel depoſitario qui fuit in mora. de commoda. capi. vnico. de depoſi. bona fides. Idem in fure, qui ſtatim eſt in mora. Cod. de fur. l. ſubtracto. Circa hanc tamen regulam no. quòd ad hoc quòd quis dicatur moroſus, requiritur quòd ſciat ſe debere, vel ſcire debeat, quòd interpellatus fuerit à die vel homine: & quòd habuerit poſsibilitatem dandi, hoc habes. ff. de reb. credi. l. quod te. & tunc tenetur moroſus de caſu fortuito: etiam ſi eodem modo fuiſſet res apud dominum peritura: ſecundum Accur. licet Mar. contra: vt not. in dicta. l. quod te. & probatur. ff. de leg. j. cum res. §. vlti. fortaſsis enim dominus rem vendidiſſet: & apud alium periiſſet. & hoc tenet Ber. ſuprà de commod. cap. vnico. & de depoſit. bona fides. Et nota quòd dicit mora ſua. nam in duobus reis debendi altero interpellato alter liberatur interitu ſpeciei: a ſed interpellatus tenetur ff. de vſur. l. mora in fine. Item mora fideiuſſoris ſibi nocet, non reo, quo minus liberetur interitu ſpeciei: ſecus econuerſo. ff. de verbo. oblig. l. cum filius. & l. mora. & hoc quia fideiuſſor habet cauſam à reo, non reus à fideiuſſore. Et imputet ſibi qui alterius obligationem in ſe ſuſcepit. Vnum not. quòd ſi debitor primò fuit in mora ſoluendi, & poſtea creditor in mora recipiendi, vel contra, quòd vltima mora nocet: vt. ff. de vſuris. l. debeor. & vide quod not. de deci. cum homines. De mora autem & multiplici eius effectu, plene not. ff. de vſur. l. mora. {Et per hoc Hoſtien. in ſum. de vſur. §. ex quibus cauſis. ſub §. & mora, & per ipſum & Innoc. de loca. propter. per Dyn. eo. titu. potuit.} Sed nunquid mora ſemel commiſſa purgari poteſt? b Videtur quòd non. xij. quæſt. ij. longinquitate. xx. q. ij. puella. de elect. cum in cunctis. vbi, decurſo tempore. de ſupplẽ. negligen. prælat. licet. & cap. vlt. ff. de actio. & oblig. l. traiectitiæ. Co. de contrahen. & commit. ſtipu. magnam. Contra quòd poſsit purgari. xviij. diſt. c. j. vbi de hoc. & 100. diſtin. quoniam. de ſuppl. negl. præla. literas. de elect. quod ſicut. in fi. de reb. eccle. non alie. ſi quis presbyterorũ. de loca. & conduc. propter. in fi. & c. potuit. in fi. vbi de hoc. & de elect. ca. vlt. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. ff. de peri. & commo. rei. vendi. l. j. C. de fideiuſ. ſancimus. ſupra eo. lib. de preb. ſi tibi. Sol. dic quòd vbi dies præfigitur à canone vel lege pœnam imponente, mora purgari non poteſt: pœna enim ſemel commiſſa non purgatur. & ſic intelligũtur prima iura, & hæc regula. & hoc eſt verum, niſi eadem lege vel alia vel canone caueatur in eo caſu moram poſſe purgari, & pœnam euitari: & ſic intelligantur contraria. Lex autem illa, & ſi poſt tres. loquitur de præparatoriis iudiciorum, in quibus mora bene purgatur: vt ibi, cum ſuis ſimilibus. ſed poſt litem conteſtatam non purgatur. ff. de verb. oblig. l. ſi inſulam. multo ergo minus purgabitur pœna ſemel commiſſa, niſi forte fingeretur non fuiſſe in mora. ij. q. vj. biduum. de re iudic. cum Bertholdus. ff. de in int. reſti. l. diuus. ſicut enim à pœna canonis non appellatur, ſ. de appel. cõſuluit. iij. & c. quia nos; nec à pœna legis: vt ff. de verb. ſign. ſi qua pœna. ſic nec purgatur: vt ſupra dictum eſt. & hoc no. Gar. ſ. eo. lib. de elect. cupientes. §. quòd ſi per. xx. c Ioan. And.

*Moroſus quis dicatur.*

*a Et ſic ſibi non nocet. & hoc verum, niſi eſſent ſocii. ff. de duo. re. de l. pe. ſecundum Dy. ſecundum quẽ ſibi imputet caſus in ſocietate participando. debuit enim cogitare hoc euenire poſſe. ff. de cõd. inde. l. indebitam. ff. loca. ſi quis domũ. Ioan. And. b Bart. l. ſi inſulã. ff. de verb. oblig. c. potuit. de loca.*

*c Vide quæ ibi notaui in glo. priuato. d Ioan. An. Alberi. tractãs de ſtatuto epiſco*

Ea d quæ fiunt. } Caſus figuratur primò per capitulũ, quorum vices. lxviij. diſt. hoc modo. Ponamus quòd aliquis ſimplex ſacerdos, vel alius conſtitutus in dignitate, puta archidiaconus, decanus, vel cantor, non tamen epiſcopus, ordinauit aliquem in diaconum proferendo verba apta ad talẽ ordinem: vtrum iſte ſic ordinatus receperit talem ordinem? Reſpondet quòd non: quia poteſtas ordinandi clericos non depẽdet ab ordine ſacerdotis, niſi fuerit epiſcopus. Vel ſic: ponamus quòd aliquis ſimplex ſacerdos non epiſcopus, ꝓtulit iſta verba apta ad conficiendum chriſma: vtrum conficiat? Reſpondet quòd non. Idem eſt de conſecratione monialium: & generaliter cum quis facit ea quæ nõ ſpectant ad officium ſuum: illa per eum facta, viribus non ſubſiſtunt. Item poſſet poni aliter caſus: videlicet per c. indulgẽtiæ. de pœni. & remiſ. e lib. §. Aliquis epiſcopus vel archiepiſcopus

REGVLA XXVI.

Ea quæ fiunt b à iudice, ſi ad eius non ſpectant c officium, viribus nõ ſubſiſtunt.

Idem.

cõceſsit ſubditis ſuis porrigẽtibus manus adiutrices ad aliquod pium opus, centum dies indulgentiarum: vtrũ valeat talis conceſsio indulgentiarũ? Certè non: quia ad officium epiſcopi vel archiepiſcopi ſpectat ſolùm dare. xl. dies indulgentiarum, & non centum.

*pi excõmunicante mulieres ornatu abutẽtes.* [illegible]

Gloſ. ſeq. dicit primò vnde ſumpta: & ponit exẽpla. ſecũdò dicit regulam etiam in bono quod fit, locum habere: & quòd loquitur in aliàs iudice. tertiò quærit, & ponit duas opiniones contrarias. quartò ſignat contrariũ, & ſoluit. quintò dicit regulam non loqui in ſpiritalibus quæ dependẽt ab ordine.

b *Ea quæ fiunt.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. e. tit. l. factum à iudice. Pone caſum. lxviij. diſti. quorum vices. vbi ſimplex presbyter ordines conferendo, chriſmando, virgines cõſecrando, nil agit. Itẽ ſupra eo. lib. de pœni. & remiſ. indulgentiæ. vbi non tenet indulgentia data ab epiſcopo vltra tenorẽ concilij generalis. Ad idẽ. ff. de iuriſ. om. iudi. l. vlt. vbi dicitur, extra territorium ius dicenti non paretur impune. idẽ ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere. Et habet hæc regula locũ etiam cum bonũ eſt id quod facit iudex: tamen ex quo ad eius nõ ſpectat officiũ, viribus non ſubſiſtit. pone exemplũ. xcvj. diſt. bene quidem. bonũ enim eſt ſtatuere res eccleſiæ alienari non poſſe. xij. q. ij. per totum. de rebus eccle. non alie. per totum. tamen ſtatutum imperatoris ſuper hoc non valuit, quia ad eius nõ pertinebat officiũ: vt ibi. Ad idem de app. dilectus. ibi enim officialis archiepiſcopi bonum & æquum decreuerat: tamen quia id ad ſuum non pertinebat officium, ratione appellationis interpoſitæ ad papã, non valuit quod fecit. generale enim eſt quòd non ſufficit bonum facere, niſi & bene id fiat. xvj. q. j. monachi. ij. de poſtul. ca. ij. ff. de re mili. l. iij. §. in bello. & facit. xxiij. q. v. relegẽtes. & de collu. c. j. & quod ibi not. Et quòd dicit regula, ex quæ fiunt à iudice: aliàs ſubaudi. nã in eo quod facit nõ pertinens ad officium ſuum, non dicitur iudex. ſicut ergo procurator fines mandati non debet excedere, ſic nec iudex fines iuriſdictionis. & hoc dico ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter: ſaluo eo quod de prorogatione not. ſ. de offic. dele. P. & G. Quæri ſolet ſi iudex qui de. x. tantũ poteſt iudicare, iudicat de xx. an valeat ſententia in x? Dixit Io. ꝙ non: e quia res iudicata non poteſt pro parte tenere, & pro parte non tenere. ff. fam. erciſ. in hoc iudicio, & hoc ipſe no. ij. q. vj. §. definitiua. ver. cũ certa ratione. in fi. Ad contraria ibi ſignata xij. q. ij. ſi quos de ſeruis. C. de don. ſancimus. poteſt reſponderi id ſpeciale fauore donationũ. Ad decr. de arb. cũ tempore. de præb. dilectus. poteſt dici ꝙ ibi ſentẽtia continebat plura capitula. vnde in vno poteſt tenere, in alio non: hic autẽ continet vnũ tantũ. & cũ Io. cõcor. Accur. f ff. de iuriſ. om. iudi. l. vlt. Hug. tamẽ & Lau. tenent cõtrarium, ſ. ꝙ ſententia bene tenet in x. & dicũt ſententiã reſcindi tantum in ſuperfluo. & hoc notatur ex verbis illius ver. cũ certa. dũ dicit ꝙ contra ius geſtum videtur. C. quãdo prouo. nõ eſt neceſ. l. certa. & pro eis facit quod not. de dona. apoſtolicæ. & regula. j. eo. vtile. & quod ibi dicã. pro Io. optime facit prædict. decr. ſ. e. lib. de pœ. & remiſ. indulgentiæ. Pro Hug. & Lau. ſ. eo. lib. de arbi. c. j. ff. de arb. l. diẽ. §. ſi plures. Et facit hæc regula pro his quæ dixi ſ. c. quod quis mãdato. Ad primum caſum contra. xcv. diſt. c. j. vbi presbyteri chriſmabant in fronte. Sed illud ad tempus à Greg. fuit ſpecialiter cõceſſum. & dic vt ibi: & tunc ad eorũ ſpectabat officium: & ſi nõ ex ordine, ex demandatione. & vide quod de hoc no. de cõſecra. diſt. v. manus. in vlt. glo. Nec habet locũ hæc regula in ſpiritalibus, quæ potius dependent ex poteſtate ordinis quã iuriſdictionis. Hinc eſt quòd ſi epiſcopus qui hoc poteſt ex ordine, conſecret alienã eccleſiam vel altare, vel ordinet alienum ſubditum, quod non poteſt ex iuriſdictione: conſecratio tamẽ & ordinatio bene tenet: licet ordinatus executione careat. vij. q. j. epiſcopus in diœceſi. de tempo. ordi. quod tranſlationem. & dixi ſuprà eo. ratum. Ioan. And.

*e Videtur de mente Phil. hic, cũ quantitates ſint diuiſibiles. adde. l. 1. §. ſi ſtipulanti. ibi Frãc. Arch. & eundem in. l. conſulta diualia. C. de teſtamen. f Qui tamẽ contrarium no. C. de re iudi. l. 2. Io. And.*

*Epiſcopus ſi non ſuum ſubditũ ordinat: tenet ordinatio.*

c *Non ſpectant.* & hoc conſtat facit. ff. de re iudi. contumacia. §. cõtumax nõ videtur. vbi verò dubitatur, tenetur quis ire allegaturus priuilegiũ. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ſecundum Dy. quod dic vt not. de accu. veniens. in glo. ſi. Io. And.

Scienti.

Universidad de Deusto Biblioteca



*a Phil. hic docet præſumptiões doli. Dyn. Ioan. And. petunt an compromittentes poſſint contra pactum petere reductionem ad arbitriū boni viri. quærit Io. An. an notoriū priuilegiū ſit allegandū. & quid de renunciante foro ordinarij. Font.*

SCienti & conſentienti.} a CASVS in hac regula figuratur per. l. j. ff. de actio. emptio. & venditio. Et pro intellectu huius caſus eſt præſupponendum, quod quando venditor vendit aliquam rem, debet prædicere emptori onera ordinaria illius rei, aliàs teneretur ipſi emptori. Sed ponamus quòd tibi emptori ſtipulanti vendidi domum meam quæ debebat ſeruitutem domui vicini mei, fortè ſeruitutē ſtillicidij recipiēdi, vel altius non tollendi,

REGVLA XXVII.

SCientia & cōſentienti non fit iniuria neque dolus. Idem.

vel aliquam aliam ſeruitutem: & tu emptor ſciebas bene quòd domus mea debebat iſtam ſeruitutem: ego autem ſciens quòd eſſes informatus de iſta ſeruitute, non prædixi tibi illam ſeruitutem in venditione facienda. vtrum poſſis agere contra me actione ex empto vt diminuam tibi de pretio quantum minus valet domus tibi vendita propter illam ſeruitutem? Reſpondetur quòd non, quia eras informatus de iſta ſeruitute, ideo non erat opus quòd vlterius de ea te informarem, quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria neque dolus.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundò ſupplet de ſcire debente. & dicit in regula principium ponderandum. tertiò ponit rationem regulæ, & notat copulam. quartò ſucceſſiuè ſignat & ſoluit tria contraria.

a *Scienti.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eod. titu. l. nemo videtur faudare eos qui ſciunt & conſentiunt. Pone caſum in ingenuo qui ſciens & conſentiens contraxit matrimonium cum ſerua, vel econtrariò. xxix. quæſtio. ij. ſi quis ingenuus. & cap. ſi fœmina. In clericis qui ſcienter & voluntate iocoſa ſe ad inuicem percutiunt. ſupra de ſentent. excomm. cap. j. Item in eo qui ſciebat rem quam emebat, ſeruitutem debere. ff. de actio. empti. & vendit. l. j. in fine. b Et concordat ad hanc regulam infrà eod. eum qui certus. Et quod dicit regula hæc ſcienti, dic vel ſcire debenti. ff. de ædil. edic. l. j. §. ſi intelligatur. Ad hoc. xvj. diſtinctio. quod dicit is. ſuprà de cleric. excom. mini apoſtolicæ. ſuprà quod met. cau. ca. pen. in fine. Item de ſcienti, à principio, ſecus ſi ex poſtfacto c. ff. de ædili. edic. l. iuſtiſsimè. §. vlti. Et not. quòd dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, ſecundum Labeonem. ff. de do. ma. l. j. § j. ſed ſciens non circumuenitur, fallitur, vel decipitur, ergo ſibi non infertur dolus. Ergo inductus ad clericatum vel monachatum, non dicitur dolū paſſus, quia non eſt deceptus. xx. q. iij. conſtituit. vbi de hoc, & de conuer. coniug. dudum. in fi. & quod dicit hæc regula, non inferri dolum ſcienti & volenti, verum eſt, vt ex eo agi poſsit: infertur tamen ita quod naſcitur ex eo actio per exceptionem elidenda. ff. de fur. inter omnes. §. vlti. & pe. Et no. quòd hæc regula formata eſt copulatiuè, & nō diſiunctiuè. vnde hæc duo coniunctim requiruntur, ſcilicet quòd ſciat, & conſentiat. ſcienti enim & non conſentienti bene infertur iniuria & dolus. xv. q. j. illud. cum ſimi. ad hanc regulam ſignatur contra. de ſen. excom. contingit. j. ibi, huius manus iniectio etſi non violēta, tamē iniurioſa noſcitur. Sol. nō eſt iniurioſa, quia iniuria fit ipſi clerico volenti, vt hic: ſed eſt iniurioſa, quia fit iniuria toti ordini clericali: & ideo ibi ſequitur, cum canon ille &c. & ibi de hoc. Itē contra. C. de rapto. virgi. l. vnica. vbi ſi rapio virginē etiam volentē, teneor. Sed hoc ideo, quia id voluit perſuaſione doloſa, quod plus eſt quàm violenta d. ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. Item contra. C. de fur. & ſer. corrup. l. ſi quis ſeruo. ibi ſciens & cōſentiens agit furti & ſerui corrupti. Sol. de rigore & rei veritate illi ſcienti & conſentiēti non fuit facta iniuria, tamē de quadam æquitate agit, ac ſi iniuria vel dolus ſibi fuiſſet illatus: vnde nec furtum fuit ibi factū, nec ſeruus corruptus, ex æquitate tamen agitur de vtroque. e & facit hæc regula ad id quod dixi. s. eo. poſſeſſor malæ fidei. ad fi.

*b Dyn. de iniuria ponit exēplū per. l. j. ff. de iniuriis. §. vſque adeo. de dolo ponit p l. 3. ff. de li. homi. exhi. §. ſi quis volentem. Ioan. And.*

*c Idem Dy. per modū obiectiōn. Ioan. And.*

*d Idem hic Dynus.*

*e Propter delictū, & quia res eſt pernicioſi exēpli. ibi vide Pau. de Caſtro.*

QVæ à iure.} Caſus figuratur per capitulum, quanto. ſupra de iudi. in anti. Laicis conceſſum eſt per eccleſiā, vt quamuis laici eſſent incapaces iuris ſpiritalis & ei annexorum, vt poſſent ius patronatus poſsidere, (quatenus ipſi inducerentur ad fundandum, vel ædificandum, aut dotandū eccleſias) vt clericos idoneos in illis eccleſiis poſſent præſentare diœceſanis, qui diœceſani ad præſentationē patroni illos inſtituerent. Sed vtrum laici poſſint extendere illud priuilegium ad hoc vt poſsint cognoſcere de cauſis annexis cauſis ſpiritalibus? Eſt ibi textus quòd non, quia iſta conceſsio facta laicis exorbitat à iure communi. Et illa quæ exorbitant à iure communi, non ſunt trahenda ad aliquam conſequentiam.

Gloſſa ſequens dicit primò vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundò dicit idem in ampliando. tertiò ſoluit quæ-

A ſtionem.

b *Quæ à iure.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. e. tit. l. quod contra rationem. Pone caſum. xvj. q. j. hinc eſt etiam ſupra de priuile. ſanè. ff. de conſti. prin. l. j. in fi. Et concordat ad hanc regulam. j. eo. quod alicui. & c. in argumentum. Poteſt igitur intelligere hanc regulā in priuilegio, vt ſupra quia ſingulorum priuilegia legem communē non faciunt. xxvj. q. ij. nō exemplo. Item in iure pone caſum in

REGVLA XXVIII.

QVæ à iure b cōmuni exorbitāt, c nequaquā ad cōſequētiā ſūt trahēda.

Velleiano. nam regulariter quilibet intercedēdo obligatur. fallit in muliere. hoc ergo non trahitur ad conſequentiam. f Et idem in ſimilibus, & vide quod dixi ſupra eo. priuilegiū. & quod no. de priuileg. ſanè. & nota quòd ſicut ea quæ exorbitant à iure communi, ad conſequentiam trahenda non ſunt, vt hic: ſic nec amplianda, ſed reſtringenda, vt ſupra eo. lib. de fil. presb. is qui. in fi. g Ad idem ſupra eo. odia. Item licet fauorabile priuilegium amplietur, vt ibi: non tamen ad conſequentiam trahitur, vt hic. Et facit hæc regula ad quæ-

B ſtionem qua quæritur an fratres eremitani, vel fratres ſancti Auguſtini, & alij religioſi mēdicantes & non mendicātes comprehendantur conſtitutione illa extrauaganti nouiter edita per Bonifacium papam octauū, quæ incipit, Super cathedram præeminentiæ paſtoralis. quæ habetur in cle. de ſepul. dudum. in qua exprimuntur ſolummodo minores & prædicatores. Et quidquid alij dicant, dicendū eſt quòd non extenditur ad alios religioſos mendicantes vel non mendicantes, vel ad ſeculares clericos, ſed ſolum minores & prædicatores amplectitur, tum quia intentio papæ videtur hæc fuiſſe, vt per verba ipſius conſtitutionis apparet: tum quia exorbitans eſt à iure communi illa conſtitutio, & ideo ad conſequentiam non trahenda nec amplianda, vt hic. vult enim illa conſtitutio dari quartam etiam de his de quibus de iure dari non debet, ſicut de ornamentis relictis pro fabrica, anniuerſario. xx. xxx. & ſic de ſingulis, puta relictis pro luminaribus vel certis perſonis. de teſta. c. vlt. de verb. ſign. ex parte iij. dicam ergo illa iura mutata & correcta per conſtitutionem h ſolum quo ad expreſſos in ea, quo ad alios remanent adhuc ipſa iura. Correctio enim iurium eſt vitanda. s. de elec. eccleſia veſtra. ij. cum ſi. In talibus enim nō argui-

C mus de ſimilibus ad ſimilia. & concordat quod dicā. j. eo. in pœnis. & facit ad hoc optimè. s. eo. lib. de ele. ſtatutum. & de reg. conſtitutionem. & ita pronuntiatū fuit per profundiſſimæ ſcientiæ & bonæ memoriæ virum dominum Ioannē de Monte Murlo, & per me in quadā quæſtione in qua fuimus ad conſulendum aſſumpti.

c *Exorbitant.* quaſi deuiant vel diſcordant. & idem verbum in decret. j. de filiis presbyter. ſuprà eo. li. quam alleg. gloſſ. Ioan. And.

*f Scilicet ad viros in quibus eſſet eadē ſexcitas quæ in mulieribus. Io. An.*

*g Per quā ponebat hic Dy. exemplū: ſed impropriè, vt patet in gl. Io. An.*

*h Vbi de hoc in 4. gloſ. & in præall. cle. dudum. & huiuſmodi in gl. vt patet. Io. An.*

QVod omnes tangit.} i Caſus figuratur multis modis ſecundum gloſ. Primò per capitulum. j. lxvj. diſti. Ponamus quòd aliquis fuit electus & confirmatus in archiepiſcopum alicuius prouinciæ, qui quidem electus & cōfirmatus petiit munus conſecrationis. quæritur, qui debent eſſe præſentes in conſecratione facienda? Reſpondet quòd omnes ſuffraganei ſuæ prouinciæ, quia illud negotium omnes tangit, ideo debet ab omnibus approbari. Item poteſt poni caſus per cap. quia propter. de elec. in antiq. Ponamus quòd vacante eccleſia Pictauen. canonici illius eccleſiæ voluerūt procedere ad electionem futuri prælati. Sed quæritur, qui debent adeſſe in electione facienda? Dicitur ibi quòd om-

D nes canonici illius eccleſiæ, & ſi ſint aliqui abſentes, debent vocari: quia cum illud negotium omnes tangat, debet ab omnibus approbari. Pro declaratione iſtius regulæ videtur quòd illud quod omnes tangit, non debet ab omnibus approbari. Et arguitur de toto titulo de his quę fiunt à maio. par. cap. in antiq. vbi dicitur quod talia poſſunt expediri per maiorem partem capituli, & tamen tale negotiū tangit omnes. Item arguitur de. l. maiorem. ff. de pac. vbi dicitur quòd ſi aliquis debitor velit facere ceſsionem bonorum, non eſt opus quòd omnes creditores cōueniantur ad videndū fieri ceſsionē bonorū: ſed ſufficit ꝙ vna pars conueniatur, & alia parte creditorū inuita admittetur ad ceſsionem bonorum faciendā. Gloſſa ſoluit dicens quòd aliqua ſunt quæ pertinēt pluribus vt vniuerſis: & in iſtis ea quæ fiunt à maiore parte capituli, valent etiā altera parte contradicente, niſi contradicatur ex aliqua cauſa rationabili. ſecus ſi illa eſſent explicāda ex mera volūtate, quia tūc deberēt omnes cōſentire, in c. cū omnes. s. de conſti. in anti. Alia ſunt quæ pertinent pluribus vt ſingulis, & tunc omnes debent conſentire. l. ſi per fundū. ff. de ſerui. ruſt. prędio. Fallit in pluribus caſibus. Primò fauore liberationis. l. maiorem. ff. de pact. Itē in arbitris, fauore litium dirimendarum, ſi fuit compromiſſum in plures

*i Ioan. An. Phil. quærūt an valeat ſtatutū non vocatis abſentibus, tamē præiudiciabile.*

*Pars maior ſi facit aliquid, an ſemper valeat.*



res arbitros, valet ſententia facta à maiori parte. Item ſi pluribus patronis competat ius patronatus, præſentatio facta à maiori parte, valet propter fauorem eccleſiæ, ne eccleſia patiatur detrimentum propter longam moram & vacationem.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. & in fine reaſſumit primum exemplum. ſecundò ſignat contrarium, & remittit. declarat incidens cōtrarium, & ponit ius nouum. tertiò arguit ad quæſtionem. ponit opiniones contrarias, & ſecundam reprobat.

Idem.

REGVLA XXIX.

QVod omnes tāgit, a debet ab omnibus approbari. Idem.

*a Dyn. ponit exemplum per. l. receptum. ff. de ſer. ruſt. prædi. Ioan. And.*

a *Quod omnes tangit.* a pone caſum in archiepiſcopo conſecrando ab omnibus ſuffraganeis. lxvj. diſtin. c. j. In electione facienda ab omnibus canonicis. de elect. quia propter. in anti. In concedendo hauſtum aquæ, in quo omnes vocandi ſunt qui ius habent. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. ad idem. liiij. di. cap. j. viij. q. j. licet. de tempo. or. ſi archiepiſcopus. Cod. de authen. præſtan. l. vlti. ff. de adop. l. nam ita

B diuus. nam ſic qui læduntur, vocandi ſunt in confirmatione adoptionis, vt ibi. Et not. quòd dicit id quod tangit omnes, debere approbari ab omnibus, ergo non valet quod facit maior pars. & ſic contra. lxv. diſtinct. cap. j. ſupra de his quæ ſi. à maio. par. ca. c. j. ff. ad munici. quod maior. Sol. b Aut competit vt ſingulis, aut vt collegio, quod proſequere vt not. per Bernar. & Innocen. de conſtitu. cum omnes. Fallit autem hæc regula in caſu inſtit. de re. diſtin. §. religioſum. verſi. in commune. c vt not. in prædic. decret. cum omnes. Ad id quod ſupra dixi, quod ſufficit quod facit maior pars collegij, contradicit decret. de re iudi. cum olim. in fin. ibi, plena omnium qui præſentes fuerint &c. Sed ibi ſubauditur, vel maioris partis, vt ibi not. in vlti. gloſ. nam illud dicuntur omnes facere, quod facit maior pars d. lvj. diſtin. apoſtolica. & de elect. cum inter canonicos. in princ. ff. ad munici. quod maior. interdum tamen requiruntur duæ partes. de elect. licet. & eod. titu. ſcriptum. cum ſimilibus. ſupra eod. lib. de clerico ægro. ca. vnico. cum concor. Et facit hæc regula in argumentum ad id de quo olim dubitabatur, an in electione inferiorum dignitatum vel canonicorum vocentur abſentes. & videbatur quòd non, per prædic. decre. cum olim. in fi. hodie determinatum eſt. ſupra eod. lib. de præbend. cum in eccleſijs. Item eſt arg. ad quæſtionem, an papa poſsit ſtatuere inuitis acolythis quòd ipſi contineant. & hæc quæſtio no. lxxxij. diſtinct. propoſuiſti. & dixit ibi Ioan. quòd non, quia caſtitas ſuaderi poteſt, non imperari. xxxij. q. j. integritas. Barth. Brixi. ibi contra, cuius dictum penitus eſt falſum, niſi intelligas de promouendis, ſed ipſe de promotis etiam intellexit, vt eius verba demonſtrant. Monachis autem profeſsis qui renuntiauerunt propriæ voluntati, auſterior regula poteſt indici, etiam ipſis non approbantibus. ſecundum Innocen. qui hoc no. de regula. ſuper eo. e Et eſt ſatis expreſſum. ſupra eodem lib. de ſtatu regula. c. vnico. ibi monialibus indicitur auſterior vita, f licet non poſsit ſine omnium volūtate ordinem mutare. de his quæ vi metúſve cau. ſi. c. i. penult. Et nota quòd ſecundum primum caſum quem poſui, archiepiſcopus de iure conſecrandus eſt ab omnibus ſuffraganeis, papa tamen ſibi hoc vſurpat, ſecundū. Ioan. qui hoc no. xxiiij. quæſtione. j. pudenda. & lj. diſti. qui in aliquo.

*b Idem Dy.*

*c Ad idem ff. de religi. ſi plures. facit etiā. ff. de pact. maiorem. de cura. fur. conſilio. §. ſi. vbi ſufficit alterius auctoritas. Dyn.*

*d Niſi dicatur, nemine diſcrepante. Car. in cle. 1. de reb. eccle. ſi. non alie. nan.*

*e Archi. cōtra. 74. diſtin. c. 2. vbi de hoc. Ioā. Andr.*

*f Vide quæ notaui ſupra eo. de regu. & tranſ. ad reli. cap. 1.*

IN obſcuris.} Caſus in hac regula primò figuratur per cap. ex parte, ſupra de cenſibus. & per. l. nummis. ff. de leg. iij. in. c. ex parte. dicitur. Ponamus quòd in ciuitate Pictauen. ſunt duæ menſuræ, vna maior, alia minor. aliquis emiſit votum quòd tali eccleſiæ ſolueret tot menſuras, puta ſex ſextaria frumenti, vel ſex boſſellos frumenti. eſt menſura maior, alia minor, & non declarauit aliter animum ſuum, videlicet ad quam menſuram intendebat illud frumentum ſolui, ſed locutus eſt indiſtinctè. Quæritur ad quam menſuram debet ſolui huiuſmodi frumentum? Reſpondet quòd ad minimam menſuram, quia in obſcuris minimum eſt ſequendum. Item poteſt poni caſus per dictam. l. nummis. Ponamus quòd in aliqua regione habent locum noua ſcuta & antiqua. aliquis in teſtamento ſuo legauit Titio decem ſcuta. quæritur quę ſcuta videantur legata ad hoc quòd hæres poſſit compelli ad ſoluendum illa ſcuta? Reſpon. quòd videntur legati nummi minoris valoris, & ſic legata videntur ſcuta noua, & non vetera, niſi aliàs appareret de voluntate teſtatoris tacitè vel expreſsè, quia tunc ad ipſam eſſet recurrendum. ſed quando non poteſt coniecturari mens ipſius teſtatoris, in dubio habet locum iſta regula.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò ponit præambula regulæ, & ipſius rationem. Tertiò ſignat contrarium de mediocritate ſequenda. Remittit. ſoluit. ſolutioni obijcit. reſpondet & declarat.

A b *In obſcuris.* g Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. titu. ſemper in obſcuris. & l. ſemper in ſtipulationibus. Pone caſum. ſupra de cēſibus, ex parte. vbi in dubio nō cōpelluntur ſoluere vota ad maximā, ſed ad minimā menſurā. ad idem. ff. de leg. iij. nummis. vbi nummis ſic in genere legatis, debentur minimi. Circa hanc regulam not. quòd in obſcuris non ſtatim inſpicimus quod eſt minimum, immo inſpicim. primò quod eſt veriſimilius, & quod plerūque conſueuit fieri: vt infra

REGVLA XXX.

IN obſcuris b minimum eſt ſequendum. Idem.

REGVLA XXXI.

eod. inſpicimus. cum ſuis concor. & ff. eod. titu. l. in obſcuris inſpici. & ſi hoc fieri non poteſt, h tunc inſpicimus quod eſt minimum, vt hic. Primò ergo inſpicimus quod expreſsè agitur, puta. x. lib. Bonon. vel quod agitur tacitè. i Tacitè dico, vel ratione rei quæ venditur. x. lib. vel ratione perſonæ, vel ratione cōſuetudinis. vltimò, quod eſt minimum, vt hic. & eſt ſimile quod dixi. ſupra eodem cum ſunt partium. Et potuit eſſe ratio huius regulæ, quia de minimo non eſt du-

B bium ſenſiſſe: quia ſi intellexit de maximo, ergo de minimo, quia plus includit ſub ſe minus, ſed non econuerſo. & de hoc dicam. infra eodem plus ſemper. Alibi tamen habes argumenta de mediocritate ſpectanda. x. q. ij. hoc ius. de offic. cuſto. cap. j. & eſt expreſſum. ff. de leg. j. l. legato. in princ. vbi de hoc k. ff. de auro & argen. leg. qui lancem. C. de dona. ſi quis argentum. §. ſi verò. &. §. ſeq. cum ſi. vide de cenſi. quanto. in. iij. glo. & de fil. presby. literas. in vlti. gloſ. Et poteſt dici quòd in ſpeciebus & artificijs medium inſpicimus, vt no. ff. manda. l. fideiuſſorem. & ſic intelligantur illa iura. In quantitatibus autem inſpicimus quod eſt minimum, vt ſupra dixi, & in prædic. l. fideiuſſorem. & ff. de leg. j. apud Iulianum. §. ſcio ex facto. quæ videtur contraria ad ſupradictam ſolutionem. nam ibi legato fundo, ſi duos fundos habebat teſtator, debetur minimus, ſi non apparet de quo ſenſerit. ſed ibi non erat medium. Et aduerte, quia viliſsimum hominem habere non expedit: & ideo legato vel promiſſo homine, mediocris debetur, vt in prædict. l. legato. Sed viliſsimos nummos habere nobis expedit, vnde etiam bagatinos, vt in prædic. l. nummis. & vile triticum, vt in prædicta.

C l. fideiuſſorem. & ideo in his debetur minimum. Item habet locum hæc regula in pœnis, vt. infra eodem in pœnis. vt ibi dicam.

EVm qui certus.} Caſus poteſt figurari primò per ca. ſi duobus. de appel. & per. l. j. in fi. ff. de actio. empti & vendi. Dicitur in illo ca. ſi duobus. quòd duo litigabant coram epiſcopo Pictauenſi vel eius officiali, qui tulit ſententiam definitiuam in cauſa huiuſmodi. à qua ſententia ambæ partes appellauerunt (quod poteſt fieri, quia fortè reum condemnauit in principali, & ipſum abſoluit ab expenſis: & ſic actor appellat, eo quod iudex reum non condemnauerat in expenſis. & reus appellauit, eo quòd iudex eum condemnauerat in principali) Vnde vnus appellauit ad archiepiſcopum Burdegalen. alius ad papam. Ille qui appellauit ad papam, appellationem ſuam releuauit coram papa, alius coram archiepiſcopo. Iſte qui releuauit appellationem ſuam coram archiepiſcopo Burdegalen. fecit citari ſuam partem aduerſam, & archiepiſcopus ſciebat quod ipſa pars aduerſa appellauerat ad papam. Hoc nōn obſtante, quia ipſa pars nō comparuit, archiepiſcopus illam excommunicauit. vtrum valeat ſententia archiepiſcopi? Reſpondet quòd non: quia ex quo ſciebat talem appellaſſe ad papam, & ſic ad maius tribunal, non erat amplius certiorandus. ſecus ſi ignoraſſet.

D Ex hoc colligitur quid prodeſt mittere exoniatorem, quia ſi aliquis fuit exoniatus, & iudex faciat proceſſum contra impeditum & exoniatum, non valet proceſſus. aliàs ſi non miſiſſet exoniatorem, teneret proceſſus, ſed poſtea probato legitimo impedimento veniret reſcindendus. c. venerabilibus. s. de ſen. excom. eo. lib. Item in. l. j. ff. de act. emp. dicitur quòd ſi quis vendat mihi aliquam rem debentem ſeruitutem vel alia onera, debet me emptorem certiorare de omnibus oneribus ordinarijs, aliàs poſſum agere contra ipſum quanto minoris fuiſſem rem ipſam empturus. Sed quid, ponamus quòd ego ſciebam onera illius rei, & quòd res ipſa debebat illam ſeruitutem, & venditor non me certiorauit, vtrum poſsim agere contra venditorem actione ex empto, vt reſtituat mihi partem pretij, quanto minoris fuiſſem rem empturus ſi me certioraſſet de illis oneribus? Reſpondet quòd non, quia qui certus eſt, certiorari non debet.

Gloſſa arguit de. ca. cum inter vniuerſas. ſupra de ele. vbi dicitur quod licet canonicus ſciat mortem prælati, tamen eſt vocandus. vt ponamus ſic, Eccleſia Pictauen. vacabat per mortem vel renuntiationem. ſcio illam vacationem. nō comparео ad electionem, etiam canonici non vocauerunt me. certum

*g Dy. declarat hāc regulā in cōtractib., in vltimis voluntatibus, in delictis, quod vltimum proſequitur. Phi.*

*h Idem hic Dy. per modum obiectionis. Io. Andr. Circa hanc regulā Phi. Ioan. And. quærunt de collega procedente & altero ſciē te impedimentū, citra tamen intimationem.*

*i Vide quod poſt Dy. dicā. j. eo. inſpicimus. in tex. & ſuper ſi. gl. Ioan. And.*

*k Et diſtinctionem ibi poſitā plene proſequitur hic Dy. tractās etiam plenè quando in contractibus et quādo in delictis locum habet hæc regula etc. Ioan. Andr. Ca. ſi duobus. de appel. optimè declaratur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



certum eſt quod poſſum proſequi contemptum, & ſic licet ſim certus, tamen ſum adhuc certiorandus. Reſpondetur quòd non ſum certiorandus de vacatione vel morte prælati, cum ſciam illam vacationem, ſed ſum certiorandus de die aſsignata ad electionem faciendam. ideo abſentes ſunt vocandi ad electionem, licet ſciant vacationem.

Gloſſa ſequẽs primò ponit exempla. Secundò ſupplet de illo qui certus eſſe debebat. Tertiò tractat de canonico qui ſciebat eccleſiam vacare, & allegat concordantias ad regulam. Quartò arguit ad quæſtionem.

EVm qui certus eſt, [a] certiorari vlterius nõ oportet. Idem.

REGVLA XXXII.

NOn licet [b] actori quod reo licitum nõ exiſtit. Idem.

a *Eum qui certus.*[a] pone caſum. xj. diſtin. ca. vlti. ver. ſæpe dilectionem tuam &c. ſupra de ap. ſi duobus. In archiepiſcopo qui ſciens illum excommunicauit qui appellauerat ad papam. ff. de act. empt. & vend. l. j. in fi. In eo qui ſciebat rem quam emebat, ſeruitutem debere: quia non aget ex empto quanto minoris, [b] vt ibi. & facit. ſupra eod. ſcienti. & quod ibi dixi. & not. ff. eo. titu. nemo videtur. & quod ibi dicit, qui certus eſt, ſubaudi vel eſſe debet. nam non eſt neceſſarium ſingulorum auribus intimari quod eſt publicè promulgatum. xvj. diſtin. quod dicitis. de poſtulata. prælat. ca. j. ff. de inſtitu. ſed & ſi pupillus. licet autem canonicus qui certus eſt de morte epiſcopi, de ipſius morte non debeat vlterius certiorari: vt ſupra de elec. cum inter vniuerſas. tamen citari debet ad electionem faciendam, vt not. Ber. in dicta decret. cum inter. quod verum puto. nam qui certus eſt vt homo, certioratur vt iudex. ij. q. j. multi. & interdum certus adhuc certioratur ad cautelam, vt in prædicto ca. xj. diſt. cap. vlti. & concilium indiſtinctè dicit abſentes vocandos qui ſunt in loco &c. de elect. quia propter. præterea licet ſciat eccleſiam vacare, diem tamen aſsignatam ad celebrandum electionem ignorat, & ideo vocandus [c] eſt, & dies notificandus. arg. ff. de adul. l. denuntiaſſe. Concordat ad hanc regulam. ſupra de reſcript. ab excommunicato. ibi, qui de facto ſuo certus &c. & de loca. & conduc. potuit. ibi dies ſtatuta interpellat ſine alia hominis requiſitione, vt ſupra eodem lib. de elect. cupientes. circa principium ibi, vel poſt obtentam de ipſorum electione notitiam &c. Et eſt hæc regula in argumentum ad quæſtionem qua quæritur an is qui ingreſſus religionem in fine anni exiuit, ſi iterum eandem religionem ingrediatur, an debeat habere annum. & ſatis videtur quòd non, per hanc regulam, niſi conditio perſonæ vel religionis mutata eſſet. & hoc tenet Barth. Brixi. in quæſtionibus ſuis, in quæſtione quæ incipit, Aliquis intrauit monaſterium. Eſt venialis. lxviij. & idem Gulie. in Spec. de ſtatu mo. verſi. xxxviij. & vide quod ibi dicam. ADDITIO. Qui ſciebat rem quam emebat, ſeruitutem debere, non aget ex vendito quanto minoris, vt tactum eſt circa princ. huius gloſ. Si verò ignorabat, agit etiam ſi vẽditor ſciens ſeruitutem vel vitium, dixit ſe nolle teneri nomine ſeruitutum vel vitiorum. hoc enim generale pactum non trahitur ad illa quæ venditor ſciuit. ff. de act. empt. & ven. l. hoc autem, & facit quod ibi not. Dynus. & dixi poſt Vincen. de pœ. & remiſ. cum infirmitas. in fi. & vide in Spe. de emp. & ven. §. videndum. ver. quid ſi venditor equi. & verſi. ſeq. Aduerte. Dynus ſignans. l. denuntiaſſe. ſupra alleg. ff. de adul. pro contraria ad regulam, ſoluit quòd in his quibus neceſſaria eſt denuntiatio, non ſufficit ſcientia: vbi verò ſola ſcientia eſt de ſubſtantia, non requiritur denuntiatio &c. Ioannes Andreæ. Philipp. Francus.

*a Dy. ponit exemplum per. l. 1. ff. de adili. edict. §. aiũt & §. ſi intelligatur. & l. ſi tamen. §. 1. qui ſeruum. vbi emptor ſi ſcit vel ſcire debet rei vitium, per vẽditorem certificandus non eſt Ioan. And.*

*b Quando vẽditor debet emptorem de ſeruitute certificare, textus eſt, & ibi Bar. ff. de euictio. Philip.*

*c Vocãdus eſt vt eligat. vbi enim vltra ſcientiã requiritur factũ alicui⁹, ei denunciãdũ eſt Bar. l. 2. §. fin. ff. ſolu. matri. Philip.*

*Emptor rei debẽtis ſeruitutem, an aget quãto minoris.*

NOn licet actori. [d] Caſus in hac regula poteſt figurari per cap. prudentiam. ſupra de mutuis peti. in anti. Ponamus quod à ſede apoſtolica impetraui reſcriptum delegatorium ad aliquos iudices in cauſa quæ ſperabatur moueri inter te & me, & fuit commiſſa cauſſa ipſis iudicibus cum clauſula, remota appellatione. Coram eiſdem iudicibus conueni te, & obtuli libellum meum. Cum reſtaret per te reum reſpondere meo libello, voluiſti me reconuenire, & obtuliſti mihi libellum reconuentionis. lite conteſtata in tua cauſa reconuentionis, & concluſo & renuntiato in cauſa, iudex tulit ſententiam definitiuam contra me ad tuum commodum & vtilitatem. volui appellare, vtrum poſſim, & an ſit appellationi meæ deferendum? Reſpondetur quòd non, quia non debet licere actori quod reo licitum non exiſtit.

*d Io. And. Phi. dicunt captum in habitu laicali cõtinuè geſto producentẽ literas quibus vocatur clericus & canonicus, nõ probare clericaturam. Alberi. in. l. non debet. ff. eo. contra. ſecus ſi habitum clerici non geſtaſſet. ex literis. de tranſact.*

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò dicit quare ſic formatur regula. Tertiò ponit quaſdam differentias.

b *Non licet actori.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eodem tit. l. non debet actori. Pone caſum. iiij. quæſt. iiij. ca. ij. ibi, accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione. ſupra de mu. pe. prudentiam. vbi remotio appellationis prodeſt reo vt actori. ad hoc. Cod. de proxi. ſacro. ſcri. in ſacris. iij. §. & quoniam. lib. xij. {Dy. ponit exempla, ſi reus poſt publicationem atteſtationum non producit teſtes. Item poſt litis conteſtationem non reuocatur procurator, ergo nec actor. in auth. de teſti. §. illud. coll. vij. ff. de procura. poſt litem.} Et facit ad hanc regulam. ſ. eod. in iudicijs. & quod ibi dixi. Formata autem fuit hæc regula per hunc modum, quia fauorabiliores ſunt rei quàm actores. vnde ſi quid actori licet, multo magis reo qui fauorabilior eſt vt. ſupra eodẽ titu. cum ſunt. ſed ea ratione qua parilitas eſt ſeruanda in iudicijs, vt in prædi. l. in ſacris. &. ſupra eodem. in iudicijs. intelligatur idem iuris & econuerſo, vt non liceat reo quod non licet actori.

Nota tamen quod reus maiores habet dilationes quàm actor, vt. ff. de fer. l. vlt. & reus habet deliberatorias, & non actor, vt in auth. C. de lit. conteſt. auth. offeratur. canonizata. iij. q. iij. offeratur. Item ſi reus plures habet ordinarios, actor eligit vnum. [e] ſaluo eo quod de ſcholaribus dicitur in conſtitutione Friderici. C. ne fil. pro patre. auth. habita & ſic actor recuſet ordinarium, quod non poteſt reus ſecundum leges. de hoc. C. de iud. apertiſsimi. &. C. de iuriſdi. om. iud. l. nemo. ſed ſecundum canones bene recuſatur ordinarius. xj. q. j. peruenit. de fo. compe. ſi quis contra clericum. ſecundum formam decr. de ap. cum ſpeciali. adhuc remanet differentia quo ad hoc, quia in prædicto caſu actor vnum eligendo [f] reliquũ ſola voluntate recuſat, quod non poteſt reus, [g] imò neceſſe habet cauſam allegare, & coram arbitris probare, vt in prædi. decr. cũ ſpeciali. & à principio habet proponi exceptio de ſuſpecto. de hoc plene, iij. q. iij. offeratur. de re iudi. inter monaſterium. Ex ſuperuenienti autem cauſa recuſatur per actorem & reum. de offi. deleg. cauſam quę. & c. inſinuante. cum ſimili. Item reus de maiori excommunicatione excipit contra actorem, ſed non actor contra reum. de iudi. intelleximus. de except. cum inter priorem. Item magis punitur contumacia actoris quàm rei. quòd probatur. ſupra de dolo & contuma. cauſam quę. &. ſupra eod. titu. actor qui. & idem in ſimilibus. Et not. quòd ſi reus vult ſe onerare ſuperflua probatione, mos ei gerẽdus eſt, vt. ff. de proba. l. circa. & facit hæc regula.

*e Iſtud eſt regulare, per. l. cũ clericu. C. de epi. & cle. glo. in ver. eligat cum Ro. ſ. de offi. dele. l. 2. ff. de eo quod cer. lo. Phi.*

*f Vel delegatũ impetrãdo recuſat ordinariũ, tamen & quãdoque re⁹ impetrat. ſ. de reſcript. ca. rerũ. & ibi dedi cõcor. in prin. Io. Andr.*

*g Et ſic in caſu fallit regula ff. eo. omnis definitio in fin. Ioan. Andr.*

Idem.

REGVLA XXXIII.

MVtare [c] conſilium quis nõ poteſt in alterius [d] detrimentum.

MVtare. [h] Caſus in hac regula poteſt poni primò per. c. publicato. de elec. in anti. Vacante eccleſia Picta. canonici illius eccleſię ſtatim conuenerunt in vnum pro electione futuri paſtoris celebranda, & ordinauerũt quod ipſi procederent ad electionem prælati per formam ſcrutinij: & elegerunt duos vel tres ſcrutatores ad recipiendum vota ſingulorum. ſcrutatis votis & publicato ſcrutinio, aliqui canonici videntes ſe deceptos ob aliquam cauſam, volunt recedere à ſua deliberatione, & volunt mutare conſilium. Quæritur an poſsint: certè non, & hoc per rationem huius regulæ, quia quis mutare conſilium non poteſt in detrimentum alterius. Item poteſt figurari per. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. prædio. Ponamus quòd ſint plures habentes aliquem fundum communem, qui volũt imponere aliquam ſeruitutem ſuper ſuo fundo: certum eſt quòd antequam valeat impoſitio ſeruitutis, requiritur quòd omnes conſentiant in impoſitione ſeruitutis. Sed ponamus quod aliqui iſtorum conſenſerunt in impoſitione ſeruitutis, cum poſtea dominus ſperaret habere conſenſum aliorum, primi volunt mutare ſuum conſilium, & alij poſtea cõſenſerunt. vtrum poſsint mutare ſuum conſilium in præiudicium fundi dominantis? Dicitur ibi quod non, per rationem iſtius regulæ.

*h An delegatus debeat colligẽs ſerenũtiaſſe pœnitentem, admittere, vide Io. And. Philip.*

Gloſ. ſeq. dicit vnde ſumpta, & ponit exẽpla, & remittit ad regulam, quod ſemel. ad caſus ibi exceptos alium addens.

c *Mutare.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eod. tit. nemo poteſt mutare. Pone caſum in electione. viij. q. ij. dilectiſsimi. ſ. de elec. publicato. &. c. ab eo. lib. vj. In eo qui ſeruitutem ceſsit, qui mutare non poteſt, licet nondum ſocij ceſſerint. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. per fundum. ad idem. C. de nego. geſt. l. vlt. ff. quorum lega. l. j. §. prodeſt. Illa igitur regula. ſ. eod. quod ſemel. intelligitur ſecundum iſtam, ſcilicet quando ex mutatione voluntatis vel placiti alteri impedimentum vel detrimentum affertur, vt dixi. & fallit in caſibus ibi no. Item fallit in ſuo hærede abſtinente vel repudiante, qui re adhuc in eodem ſtatu manente adire poteſt, vel tempus ad deliberandum petere. C. de repu. hęre. l. vlt. ff. de iu. delib. ſi quis ſuus. [i] Eodem modo reſpondetur ad. l. ff. de col. bo. nonnunquam. Et facit hæc regula ad ea quæ no. ſ. de elec. in cauſis.

*i Glo. ſequitur Philip.*

d *In alterius &c.* à cõtrario vbi alteri nõ præiudicatur, licet mutare. Et ſic facit ad quæſtionem domini mei quam ſcripſi ſ. eod. lib. de renun. c. ij. in glo. exquiſitè. in fine. Ioan. Andr.





GEneri. [a]} Caſus poteſt primò figurari per. c. ſtuduiſti. de offi. leg. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt primò præſupponendum quòd legatus de latere vel etiam alius legatus papæ habet ordinariam iuriſdictionem in prouincia ſibi decreta, & concurrit cum quibuſcunque ordinarijs illius prouinciæ, ita quod poteſt adire etiam in prima inſtantia. CASVS. Ponamus quòd cũ eſſet in hoc regno aliquis legatus cardinalis qui dicitur legatus de latere, & haberet ordinariam iuriſdictionem in tota prouincia ſibi decreta, papa delegauit aliquam cauſam inter te & me epiſcopo Pictauen. quæritur, vtrum iſte legatus de cauſa poſsit ſe intromittere, quia erat talis cauſa in qua quilibet poterat eſſe actor & reus? Reſpondetur quòd ipſe legatus non poteſt ſe intromittere, quia ſuæ generalitati derogatur per ſpecialem delegationem. Item poteſt poni caſus per. l. ſanctio legum ff. de pœnis. Ponamus quod à principe emanauit aliqua lex per quam generaliter imponitur pœna omnibus contrafacientibus, vel contrafacientes puniuntur ad arbitrium iudicis. Aliquis fecit contra aliquam legem antiquam, quæ imponit ſpecialem pœnam. vtrum illa noua pœna quæ imponitur per legem nouam, extendatur ad legem antiquam quæ habet ſpecialem pœnam? Reſpondetur quòd non, quia quis duplici pœna puniretur. Item quia generi per ſpeciem derogatur, & ideo delinquens incurrit pœnam ſpecialem, & non generalem. Pro declaratione huius regulæ opponitur de cap. ex parte. de offic. delega. in antiq. vbi eſt textus quod papa mandauit alicui vt mihi prouideret de tali archidiaconatu in tali eccleſia proximo vacaturo, in qua eccleſia erant plures diaconatus. poſtea quidam alius à ſede apoſtolica impetrauit reſcriptum & gratiam per quam mandabat papa cuidam executori vt ſi talis vellet reſignare ſuum archidiaconatum, quod reciperet illam reſignationẽ: & illi pro quo ſcribebat, conferret archidiaconatum. & ſic pro illo papa ſcribebat in ſpecie, & pro me ſcribebat generaliter: & tamen ibi dicitur quod ſi vacet archidiaconatus, per reſignationẽ debetur mihi & non illi pro quo ſcriptum eſt in ſecundo loco: licet ego haberem generalem gratiam, & iſte ſpecialẽ. Item argui. de ca. cum ordinem. de reſcrip. iuncto cap. veniens. de præſcri. & ca. ex tua. de fil. presbyterorum. in anti. Pro ſolutione iſtorum contrariorum reſpondet glo. quod iſta regula primò fallit in priuilegijs: vt ſi alicui concedatur priuilegium generale: poſtea concedatur cuidam alteri priuilegium ſpeciale contra illud priuilegium generale: non valet priuilegium ſpeciale niſi faciat mentionem de generali. & ſic iſta regula non habet locum in priuilegijs: ſed habet locum in reſcriptis. Sed adhuc in reſcriptis fallit, ſi reſcriptum generale venit purificandum in ſpecie: vt in ca. ex parte. de offic. deleg. vt in primo contrario literæ generales erant purificandæ in primo archidiaconatu: & primus non erat conſecuturus plures archidiaconatus, ſed vnum tãtum. Et ſic propriè non eſt exceptio ab illa regula. Item in ca. ex tua. de fil. presby. in anti. dicitur quòd papa conceſſerat priuilegium alicui epiſcopo, vt ipſe epiſcopus poſſet diſpenſare cum filijs ſacerdotum: vt ipſi licitè poſſent tenere eccleſias in quibus ſui patres adminiſtrauerunt immediatè, videlicet vt filius poſſet habere illam eccleſiam: quod eſt contra ius, quia filius quantumcunque legitimus non poteſt tenere eccleſiam ſui patris. ſed epiſcopus (vt dictum eſt) habuerat priuilegium vt ipſe poſſet diſpenſare cum iſtis. Accidit quod antequam epiſcopus vteretur ſuo priuilegio, acceſsi ad papam, & notificaui domino papæ quòd talis filius tenebat eccleſiam in qua ſuus pater immediatè miniſtrauerat, quare petebam & ſupplicabam vt papa de illa eccleſia dignaretur mihi prouidere. vnde papa dedit mihi executorem, cui mandauit vt ipſe conferret mihi illam eccleſiam. dicitur ibi quòd ſi epiſcopus diſpenſauerat cum filio antequam vterer literis meis, quòd meus executor non poterit vti ſua iuriſdictione, & tamen literæ meæ erant ſpeciales, & priuilegium epiſcopi generale, & ſic generi per ſpeciem non derogatur? Reſpondet glo. quod iſta regula etiam fallit in iſto caſu, quando virtute generalis poteſtatis eſt proceſſum ad diſpenſationem. ideo ſi antequam epiſcopus diſpenſaſſet, præſentarem literas meas, & cœpiſſem illis vti, tunc per meas literas quæ ſunt ſpeciales, eſſet derogatum illi priuilegio generali.

*a Iſta regula nõ procedit in ſpecie ſubiectiua, quia illa exempli cauſa poſita videtur. Bar. in. l. quæſitũ. §. vlt. ff. de fund. inſtruc. Ioan. And. quærit. Tu habes ſpeciale gratiã intrandi clauſurã monialiũ, idem generaliter conceditur cuilibet in die ſancti Marci quo intras. an poſſis iterũ intrare, vide Ph. item regula non procedit vbicunq; per genus quæſitũ eſt ius parti inuita inauferibile. l. ſingulariter. C qui potiores.*

*Priuilegiũ ſpeciale mẽtionem debet facere de generali.*

*Ex tua. de filijs preſby. bene declaratur.*

Idem.

REGVLA XXXIIII.

GEneri [a] per ſpeciem derogatur.

Gloſſa ſequens dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò dicit in reſcriptis loqui regulam, non in priuilegijs, & cauſam reddit. Tertiò ſignat contrarium, ſoluit & remittit, & ponit dictum glo. quod tres caſus excipit. Quartò not. duo, & ad ſecundum ſignat contrarium, & ſoluit.

a *Generi.* Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. tit. l. in toto iure. Pone caſum. xciij. diſtin. c. vlt. in diacono qui eſt minor presbytero, niſi in illo ſpeciali. ca. in quo obtinet vices epiſcopi. Item. ſupra de offic. leg. ſtuduiſti. vbi de cauſa cognoſcit delegatus ſpecialis, non legatus generalis. ff. de pœ. ſanctio legum. quæ nouiſsimè certam pœnam generaliter irrogat his qui legis præceptis non obtemperant, ad eas ſpecies pertinere non videtur quibus ſpecialiter ipſa lege pœna addita eſt. cõcor. ff. de leg. iij. l. vxorem. §. codicillis. ſ. de reſcrip. paſtoralis. §. j. & de hoc eo. titu. c. j. &. xxv. quæſt. ij. in ſumma. Hæc regula habet locum in reſcriptis ſiue primum ſit generale, & ſecundum ſpeciale, vt in prædi. cap. paſtoralis. ſiue primum ſpeciale, & ſecundum generale, vt eod. titu. abbatem. ſiue eodem tempore datum ſit generale & ſpeciale. ad hoc. ſupra eo. li. de reſcrip. ca. pe. Reſcriptum autem ſpeciale non tollit priuilegium generale, vt eo. titu. cum ordinem. quod eſt contra, niſi de ipſo priuilegio fiat mentio in reſcripto, vt ibi. Voluerunt quidam huius regulæ dictum extendere ad priuilegia, vt ſecundum ſpeciale deroget primo generali: ſed hoc eſt falſum, quia ſemper valet primum ſiue ſit generale ſiue ſpeciale, ſi in ſecundo non tollatur expreſſè. ſ. de præſcrip. veniens. ſ. eo. decet. cum ſuis ſi. Ratio diuerſitatis eſt, quia per primum priuilegium etiam generale, cõſequitur quis ſtatim plenum ius: ſed per primum reſcriptum generale non conſequitur quis plenam iuriſdictionem in ſpeciebus. de reſcrip. paſtoralis. & cap. ad hæc. & ideo ſtatim tollitur facilius. Contra. ſ. de offi. dele. ex parte. vbi ſecũdum ſpeciale non derogat primo generali. ſed ibi ſi bene intueamur, vtrunque fuerat ſpeciale. & dic vt ibi, [b] & vt dixi in prædic. decret. ſ. de reſcrip. ſuper ſi. vlti. gloſ. Notauit igitur Gof. ſ. de offi. leg. ca. ij. quòd hæc regula fallit in tribus caſibus. In priuilegijs, vt de reſcrip. cum ordinem. & cum genus ad vnicam rem refertur, vt in hac decre. ex parte. & cum ſpeciales literæ non exhibentur re integra. ſ. de fil. presby. ex tua. Nota ex hac regula quòd non tantum valet genus quo ad ſpeciem quantum ipſa ſpecies. ad idem. ſ. de appel. c. ij. eo. lib. de procur. qui ad agendum. ff. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum. cum ſi. de hoc. xxiij. diſtin. quanquam. de offic. ordi. ſi ſacerdos. Item nota quod licet per ſpeciem generi derogetur, vt hic, &. ſ. eod. lib. de præben. dudum. tamen ſpecies ſub genere bene continetur. xiij. q. ij. non æſtimemus. & prædicta decr. dudum. & optimè. ff. de leg. iij. hoc legatum. vbi generale verbum quæ vxoris cauſa parata ſunt, ſingulas continet ſpecies. &. ff. quæ in frau. cre. l. vlti. §. j. &. ff. eod. titu. l. ſemper in generalibus ſpecialia inſunt. Contra. ff. de dona. l. filiusfamilias. vbi dicitur quod ſi filio conceſſum eſt donare, nõ poteſt mortis cauſa donare, niſi id ſpecialiter fuerit permiſſum. & ſic generali verbo donatio, ſpecialis donatio mortis cauſa non continetur, quæ ſpecies eſt, vt inſt. de donat. in princ. & eſt ſpeciale quod ibi non tantum valet genus quo ad ſpeciem, quantum ſpecies, vt. ſ. dixi. & poteſt eſſe ratio, quia de his non videtur actum vel cogitatum. C. quę res pig. oblig. poſ. l. j. vel quia quandoque genus vt proprium attribuitur ſpeciei. ff. de adopt. l. j. ADDITIO. Dy. qui materiam huius regulæ, generi &c. ſatis plenè hic notauit, dixit eam exemplificari poſſe in legatis, in ſubſtitutionibus, in contractibus, in legum latoribus, & in reſcriptis, quem vide. Ioannes Andreæ.

*Tenor. l. ſanctio legum. ff. de pœnis.*

*Priuilegiũ ſpeciale nõ tollit generale, niſi de eo expreſſa mentio fiat.*

*b Dic licet primũ erat generale verbo, erat ſpeciale effectu. ad hoc l. boues §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignif. l. nõ poteſt. eo. tit. et eſt generale vbi habens ſpeciem nõ vtitur ſpecie. l. adoptio. ff. de adoptio.*

Idem.

REGVLA XXXV.

PLus ſemper [b] in ſe continet quod eſt minus.

PLus ſemper. [c]} Caſus in hoc. cap. figuratur primò per. c. ſi quis dederit. xxiiij. q. j. vbi dicitur quòd inter ſcholaſticos erat controuerſia quæ pœnitentia eſſet imponenda pro certo crimine, de quo in dicto ca. Aliqui dicebant quòd erat imponenda pœnitentia. v. annorum, alij. vij. alij. x. annorum. Vnde papa approbat opinionem illorum qui dicebant quòd pro illo crimine debebat imponi pœnitentia quinque annorum, quia illa pœnitentia imponenda plus, continet in ſe id quod eſt minus. Item figuratur caſus per. cap. j. de arbi. eodem lib. Tu & ego litigabamus adinuicem, vnde compromiſimus in tres arbitros, qui cauſam examinauerunt, & concluſo & renuntiato in cauſa, ipſi tulerunt diuerſas ſententias, nec poterant concordare in vnam ſententiam, quia vnus te condemnauit in. xl. alius in. xxx. alius in. xx. quæritur quæ iſtarum ſententiarum valeat? Reſpondet quòd ſententia illius qui condemnauit te in minori ſumma, id eſt in. xx. quia omnes alij videntur conſenſiſſe in illam ſummam: & hoc per rationem huius literæ, quia in maiori ſumma minor ineſt.

*c Regula procedit ſi affirmatiuè proferatur. ſi negatiuè, dic vt per Bart. l. 1. ff. de ver. obli. Philip.*

Gloſſa ſequens dicit vnde ſumpta, & ponit exempla, & commendat duas alias regulas. Secundò ſucceſsiuè ſignat duo contraria, & ſoluit. Tertiò ponit caſum exceptum, & exponit de quo pluri intelligatur regula.

b *Plus ſemper.* [d] Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. titu. l. in eo

*d Dy. ponit*

Universidad de Deusto Biblioteca



*exēplū per l. qui quartā. ff. de lega. 1. vbi ſi teſtator intendens legare quartā, legauit dimidiā, debetur quarta, qua ineſt. et ſi intendens legare quinquaginta legauit centum. Item per. l. 1. §. ſi ſtipulati ff. de ver. obli. Io. Andr.*

quòd plus. Pone caſum. xxiiij. q. j. ſi quis dederit. vbi quidā imponebant pœnitentiam. x. ann. alij. vij. alij. v. & ibi canon hanc vltimam ſequitur. Item in arbitris pronuntiantibus quilibet diuerſo numero. ſ. eo. lib. de arbi. ca. j. & ff. de arbit. l. diem. §. ſi plures. & facit inſtitu. de ſerui. §. actus. vbi qui actum habet, ſcilicet ius ducendi hominem vel iumentum, vel vehiculū, habet & iter, ſed non econtrario. Et eſt hæc regulæ ratio quare in

Idem.

REGVLA XXXVI.

PRo poſſeſſore[a] habetur[b] qui dolo deſijt poſſidere.

obſcuris ſequimur minimum, quia plus continet in ſe minus, ſed non econtrario, vt dixi ſupra eo. in obſcuris. Et concor. ad hanc regulam. infra eo. cui licet. Contra. ſupra eo. lib. de præben. cum in illis. §. vlti. vbi dicitur quòd ſi mandatur prouideri de beneficio quod ſpectabat ad collationem capituli, non adiecto communiter vel diuiſim, non poteſt prouideri de beneficio quod ſpectat ad collationem alterius de capitulo. Solu. illud facit forma mandati, & intentio ſcribentis, qui alterum ſolùm grauare non intendebat. Item contra hanc regulam, & illam infra eod. cui licet & illam infra eod. quod ob gratiam. & infra eod. in toto. & ſupra eo. lib. de preben. cui de non ſacerdotali. vbi ſi mandatur alicui prouideri de præbenda integra, etiam eo volente prouideri non poterit de dimidia prouideri: vel ſi mandatur prouideri de præbenda certi valoris, de præbenda minoris valoris etiam eo volente prouideri non poterit. Ibi in fine patet ſolutio, quia id facit forma mandati quæ exacta diligentia eſt ſeruanda, vt ibi. Item fallit hæc regula in caſibus vbi requiritur ſpecialis expreſsio, vbi genus quod plus eſt, non continet ſpeciem quod minus eſt: vt dixi ſupra regula proxi. Et nota quod hæc regula locum habet in eo quod eſt plus quantitate, quod enim plus eſt, vtique tanti eſt. ſed plus qualitate, non includit minus qualitate, vt dicam. infra eodē, cui licet.

*Plus in qualitate, nō includit minus in qualitate.*

ADDITIO. Et ſic ſoluitur contrarium de. l. ſolemus. ff. de iudi. §. latrunculator. vbi conceditur merum imperium, & denegatur cognitio ciuilium. Nam illæ ſunt ſpecies diſtinctæ, vt not. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. imperium. & ſic vna conceſſa nominatim, denegata ſit altera. arg. Cod. de procur. maritus. Dyn.

*a Io. Andr. quærit hic an ſtatuta recipiāt interpretatio nem vel extenſionē. vide eū & Dy. de materia regula.*

P*Ro poſſeſſore.*[a] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primò per cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſupra vt lit. pen den. in an. l. quòd ſi dolo. ff. de rei ven. Tu poſsidebas rem quam aſſerebam ad me pertinere. nō eſt dubium quòd poſſum agere contra te rei vendicatione. Sed quid? ponamus quòd tu deſiiſti illam rem poſsidere dolo tuo, quia data opera ſcienter ad me fraudandum deſiiſti illam rem poſſidere, nunquid poſſum agere contra te rei vendicatione, & tecum agere ac ſi adhuc poſsideres? Reſpondetur quòd ſic, quia pro poſſeſſore habetur qui dolo deſiit poſsidere. ideo poſſum te conuenire vtili rei vendicatione: & in ea veniet reſtitutio rei ſi poſsis rem recuperare à nouo poſſeſſore. Si autem reſtitutio non ſit poſsibilis, iudex te condemnabit ad æſtimationem rei, quæ æſtimatio fiet per iuramentum meum. veruntamen ſi taxauero exceſsiuè, iudex poterit reſtringere taxationem meam etiam poſt iuramentum, quia iſtud iuramentum eſt iuramentum affectionis: quia iurabo quod nollem carere illa re pro decem ſcutis, & non eſt iuramentum veritatis, ideo non poſſum redargui de periurio. ſed ſi eſſet iuramentum veritatis, iudex non poſſet amplius reſtringere illam taxationem vel reſecare, vt in auth. poſita ſuper. l. properandum. Cod. de iudi. Item poteſt caſus figurari per. l. ſed & ſi. §. quod ait. ff. de peti. hæredi. Poſſeſſor pro hærede dolo deſijt poſsidere. certè poteſt conueniri ac ſi adhuc poſsideret. ſecus ſi non deſijt dolo poſsidere, ſed caſu fortuito res perijt. & hoc verum niſi eſſet in mora reſtituendi, vt in fine.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò dicit regulam intelligi non taliter, ſed intantum. Tertiò dat ſimile, ſubdens de fictione. Quartò notat tria. Primò, hoc caſu quandoque iurari in litem. Secundò, regulam etiam in prælato locum habere, tamen quo ad propria. Tertiò notat contra regulam, & de probatione remittens dicit illud verum in eo qui à principio ſine dolo poſſedit.

a *Pro poſſeſſore.* hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eodem titu. l. qui dolo deſierit. & l. parem eſſe. & l. ad ea. §. ſemper. Pone caſum. ſupra vt lit. penden. eccleſia ſanctæ Mariæ. ij. ff. de rei vendi. quòd ſi dolo. & l. ſi autem. §. ſed & is. vbi conuentus rei vendicatione ſi dolo deſijt poſsidere, habetur pro poſſeſſore. Idem in conuento petitione hæreditatis. ff. de peti. hære. ſed & ſi. §. quod ait. & §. perinde inquit. Idem in conuento noxali. ff. de noxa. ſi bonæ fidei. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. ij. §. j. Idem in conuento quod vi aut clam. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. antepenult. & idem in ſimilibus.

Hæc autem regula vera eſt quo ad hoc, vt in tantum teneatur qui dolo deſijt poſsidere, inquantum poſsidens. non tamen tenetur taliter. nam contra poſsidentem datur directa, hic autem datur vtilis, vt. ff. de noxa. l. electio. §. vlti. {Et quia iſtæ non differunt in ſubſtantia. ff. de neg. geſt. actio. ideo effectualiter habetur pro poſſeſſore. Dy. & vide quod not. in Spec. de interro. §. ij. verſ. quid ergo ſi egi.[b]} Quid ſit dolus, dixi. ſupra

Idem.

REGVLA XXXVII.

VTile[c] nō debet per inutile vitiari.

*b Idem omnino Philip. hic.*

eod. titu. ſcienti. Et eſt ſi. ad hanc regulam. ſupra de dolo & contu. contingit. vbi ille qui cauſa rei ſeruandæ non poteſt adipiſci poſſeſsionem ob dolum vel potentiam rei, elapſo anno efficitur verus poſſeſſor, ac ſi poſſediſſet corporaliter. ad idem. ff. de dolo, & eleganter. §. ſi dolo. Et not. hic de fictione, quia ius fingit eum poſsidere qui non poſsidet in veritate. & Imperator, Conſentaneum nobis eſt, vbi nulla ſtipulatio fuit interpoſita, intelligi eam adhibitam. Cod. de rei vxor. ac circa princ. ad idem. ff. de adopt. ſi arrogator. xvj. quæſtio. iij. ſi ſacerdotes. de tranſla. inter corporalia. & facit quod dixi ſupra eo. ſine poſſeſsione. Dicit tamen lex quòd per fictionem iuris veritas non confunditur nec deletur. C. de iure do. in rebus. Et not. quòd contra eum qui dolo deſijt poſsidere, & fecit vt non haberet poſsibilitatem dandi, iuratur in litem ad æſtimationem rei, & ibi præcedit iuramentum, & ſequitur iudicis taxatio. & eſt ſpeciale, quia illud iuramentum eſt de affectu, non de veritate. quod dic vt plenè no. ff. de in lit. iuran. videamus. §. iurare. Item not. quòd hæc regula locum habet in priuato, & etiam in prælato quo ad bona propria. Si autem eccleſia deſinat poſsidere dolo prælati, non habet locum in eccleſia iſte rigor, quia delictum perſonæ &c. vt. infra eod. delictum. cum ſuis concor. & hoc no. Ber. ſecundum Lau. ſupra. vt lit. pen. eccleſia. j. in vlti. glo. Item not. quòd regula dicit dolo, quia ſi ſine dolo tempore quo mota eſt lis, vel quo res iudicatur, deſijt poſsidere, abſoluitur. ſ. de exceptio. aduerſario[e]. ff. de rei ven. ſin autem. circa prin. Sed ſi iterum incipiat poſsidere, & iterum agatur contra eum, non ob. excep. rei iudi. vt ibi dicitur. Si ageus dicat reum dolo deſiiſſe poſsidere, reus autem dicat quòd deſijt ſine dolo, quis habeat probare, quæri ſolet. de quo dic vt not. per Ber. in prædi. decre. de exceptio. aduerſario. & quod ſ. dixi, quod qui ſine dolo deſijt poſsidere, abſoluitur, verum intellige cum à principio ſine dolo poſſedit. Si autem à principio doloſè poſſedit, puta per vſuras, furtum, vel rapinam, vel ſimili modo, etiam ſi ſine dolo poſsidere deſijt, puta naturali interemptione, vel caſu, vel furto, vel violentia, nihilo minus tenetur. ſ. de vſur. cum tu. de rapt. ſuper eod. & Cod. de fur. ſubtracto. ff. de vi & vi arma. l. j. §. rectiſsimè. & facit quod dixi. ſ. eod. mora.

*e Ibi dicit Bernar. q ſi poſſidebat tempore lit. conteſt. præſumitur dolo deſiiſſe, niſi contrarium probet. Dy. plus dicit hic, ſcilicet idem ſi poſt libellū receptum, vel ſi denūtiaretur ſibi actor ſe daturū libellū. alle. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. 2. & quod not. eo. Fal cidius. §. quid ſit latitare. al leg. etiam l. ſi fundum. C. de rei vēdica. & ff. de eden. l. quædam. §. nihil. Ioan. Andr.*

b *Habetur.* quo ad ſui damnum, non quo ad commodum. vnde poſſeſſori cauetur, non ei qui dolo deſijt. ff. de rei vendi. l. hæc ſi res. & l. is qui dolo. Ioan. Andr.

V*Tile non debet.*[d] Caſus primò figuratur per. l. ſancimus. C. de dona. licet quilibet ſit moderator rei ſuæ, tamen iura volunt vt quis nō poſsit facere donationem vltra ſummam centum aureorum abſque inſinuatione: & donando immenſe, ius præſumit quòd ibi ſit aliqua circumuentio: ideo iura volunt vt antequam fiat talis donatio, quòd denuntietur iudici. Sed ponamus quòd donaui alicui ſummā mille aureorum, vtrum iſta donatio annihiletur in totum, vel valeat in ſumma centum aureorum quam poſſum donare? Reſpondetur quòd valet talis donatio vſque ad ſummam legitimam, ſed vltra non valet, & hoc per rationem huius literæ, quia vtile non debet vitiari per inutile. quod verum eſt quando vtile ſeparabile eſt ab inutili. Item poteſt caſus figurari per. ca. ſi quos, xij. quæſt. ij. Dicitur ibi quòd epiſcopus vel alius prælatus eccleſiæ, ſeruum eccleſiæ bene meritum poteſt manumittere, licet manumiſsio ſit alienatio, & prælatus eccleſiæ non poſsit alienare res eccleſiæ, maximè mancipia. Sed ponamus quod prælatus eccleſiæ alicui ſeruo bene merito dedit libertatem, & vltra dedit ſibi aliquam poſſeſsionem eccleſiæ. certum eſt quòd donatio illius poſſeſsionis eccleſiæ non valet. ſed vtrum propter adiectionem iſtius donationis inutilis vitietur manumiſsio? Reſpō. quod non, & hoc per rationem huius literæ, quia vtile non debet per inutile vitiari. quia manumiſsio erat vtilis, ideo non poteſt vitiari per adiectionem donationis rerum eccleſiaſticarum, quæ eſt inutilis.

*d Vltra Dy. hic declarat mēte regulā, vide Philip. ponentem. 8. limitationes & lege Do. meū. §. q ſi quis. inſti. de inuti. ſtipu. et Panor. c. dilectus. in. 6. de præben. doc. ca. turbat. ca. ſi quid. 37. di.*

Gloſ. ſequens primò ponit exempla. Secundò vltra tria exempla alleg. ad hanc partem Brocar. xxij. iura ſcilicet. ix. cano. iiij decret. & ix. ll. Ad partem contrariam alleg. iij. can. iij. decret. & iiij. ll. ponit ſolu. Barthol. Brixien. demum plenius ſoluit reſpondens ad contraria.

c *Vtile non debet.* Pone caſum. xij. q. ij. ſi quos de ſeruis. vbi. epiſcopus



epiſcopus manumiſit ſeruum bene meritum, cui dedit vltra xx. ſed illud amplius tantùm reuocabitur. ſupra de præben. dilectus. vbi confirmatur factum legati in vno capitulo, & nō in alio. Cod. de don. ſancimus. vbi tenet donatio pro parte, & pro parte non tenet. {Dyn. ponit exemplum per. l. ſi duobus. §. hæres. ff. de lega. j. vbi debetur legatum ad quod præſtandum damnatus eſt hæres & non hæres.} Et no. quod hoc eſt brocardicum. & pro hac parte faciunt iura ſupra inducta ad idem. xxxvij. diſtin. turbat. & ca. ſi quid veri. j. quæſt. j. nónne ſodomitæ. & ca. dominus declarauit. xij. quæſt. v. quia. xvij. quæſt. iiij. quæſt. xxij. quæſt. iiij. inter cætera xxiij. quæſt. iiij. quid ergo. de conſecra. diſtin. iiij. ſi nō ſanctificatur. ſupra de ar. cum tempore. de don. apoſtolicæ. & quod ibi not. de teſta. Rainutius. & cap. Raynaldus. inſtit. de inuti. ſtipu. §. quod ſi quis. vbi ſi ſtipulor mihi & alij, tenet ſtipulatio pro dimidia, pro alia dimidia non. ff. de vſu. vſuras. vbi illicitæ vſuræ etiam iuſtæ ſorti non vitiant ſortem. & eod. titu. l. placuit. vbi ſtipulatus vſuras vltra modum licitum, vel vſuras vſurarum, licitas tantum petit, licet non vltra. & ff. de iu. do. l. ſiue generalis. vbi ſi generalis procurator, vel ſpecialiter dotis dandæ cauſa cōſtitutus amplius quàm fuerint mulieris facultates promiſerit, non valet ipſo iure promiſsio in ſuperfluo, ſed vſque ad licitum modum bene. & Cod. de tranſact. ſi ex falſis. vbi trāſactio tenet pro parte, & ſi pro parte non. Cod. de vſur. cum allegas. Cod. ſi cer. peta. ſi pro mutua. vbi pœnæ promiſsio tenet vſque ad legitimam quantitatem vſurarum, & non vltra. & Cod. de ſecun. nup. hac edictali. §. ſi verò. vbi ſi vltra ſtatutum modum relinquitur vitrico vel nouercæ, id quod plus eſt, ſolummodo reuocatur C. de liber. præter. vel exhære. authen. ex cauſa. vbi dicitur, ex cauſa præteritionis vel exhæredationis irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutionem. cætera namque firma permanent. [a] per quæ & ſimilia probatur vtile per inutile non vitiari. Econtra, quòd vtile vitietur per inutile, probatur. ix. diſtinc. ſi ad ſacras. xxiij. diſtinc. quorundam. iij. quæſt. ix. pura. ſ. de offic. delega. cum ſuper quæſtionum. §. ſi verò. de re iudi. ad probandum. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. l. j. §. item quæritur. ff. de arb. l. Pedius. alias incipit parui refert. vbi compromiſſum in ſeruum & liberum factum, non tenet. ff. de tranſactio. cum hi. §. prætor. vbi requiritur totum vtiliter geſtum. & inſtit. quib. mo. tol. oblig. §. præterea. vbi prior ſtipulatio vtilis vitiatur prætextu ſequentis nouationis, licet ſit inutilis. Sol. dixit Barthol. Brixien. & hoc nota. iij. quæſtio. ix. pura. quòd vtile per inutile vitiatur, vbi in iure id inuenitur expreſſum, aliàs non. Vel dic plenius, quòd regulariter[b] vtile non vitiatur per inutile, vt hic patet. vides enim quòd hæc pars probandi, ſcilicet negatiua, hic ponitur pro regula. Habemus igitur ſtare regulæ, niſi ſpecialitatis ratio, vel caſus ſpecialis contra regulam appareat, vt dixi. ſupra in rubrica. Eſt autem contra hanc regulam caſualiter inuenire vtile vitiari per inutile, vt in contrarijs. Et eſt ſpecialitatis ratio, quia vtile & inutile ſunt inſeparabilia, [c] vt vides in cap. quorundam. in decreta. cum ſuper. & in. l. Pedius. & in decret. ſuper quæſtionum. & in decret. ad probandum. In. l. Pedius. & in omnibus contrarijs probatur optimè hæc ſolutio. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. l. j. §. Trebatius. & §. itē quæritur, dicitur enim in. §. Trebatius. quòd ſi habeo ſeruitutem ducendi ad aquam certum numerum pecorum, ſi plus ducam, ſuperflua poterit dominus remouere. & in. §. item quæritur. dicitur quòd ſi habeo ſeruitutem ducendi certam aquam per fundum tuum, & ego aliam aquam illi miſceo, quòd à toto potero prohiberi. Ratio ergo diuerſitatis eſt, quia pecora ſeparabilia ſunt, aqua miſta inſeparabilis. ideo in primo prohibeor ſolùm à ſuperfluo, in ſecundo à toto. Item probatur opti. ff. de ædilit. edict. plerunque. & l. ædiles. §. cum autem. & §. ſeq. vbi ſi difficilis eſt ſeparatio, redhibito vno redhibetur & reliquum. ad idem. ff. de lega. j. plane. in princip. ff. de verborum obligat. l. j. §. ſed ſi mihi. & l. quæ extrinſecus. cum ſimilibus. Colligitur ſolu. ff. de vſur. l. pecuniæ. j. reſponſo. in vlti. gloſ. Argu. contra. ff. de don. i. inter virum & vxo. ſi ſponſus. §. ij. Sed illud ſpeciale donationum fauore. Item contra prædicta. ff. communia prædio. l. proprium ſolum. vbi ſi vendo proprium ſolum ita vt mihi & vicino ſeruiat, mihi ſoli & non vicino ſeruitus acquiritur. & ff. quod cum fal. tu. l. j. §. ſed Pomponius. vbi ſi verus tutor auctoritatē præſtitit cum falſo tutore, tenet ipſius veri tutoris auctoritas. Et ideo ſubdiſtinxerunt quidam, ſi vtile & inutile ſunt inſeparabilia, & vitium eſt in re, tunc vitiatur, vt ſupra dictum eſt. Si autem vitium eſt in perſona adiecta, tunc non vitiatur, & ſic intelligantur hæc contraria. Sed hæc ſolutio reprobari videtur per prædictam decret. de offic. delegati. cum

*Vtile an per inutile vitietur.*

*a Quia in illis filius nō dehoneſtatur, ſicut per inſtitutionem extranei. & an appellatione cæterorum contineantur fideicōmiſſa, tabulæ pupillares, dixi poſt Igerum, legem Pictā. auth. ex cauſa. C. de li. præte.*

*b Idem Ac cur. in præalleg. l. Pedius. Sed dicebat Dy. ſolutionem nō ſufficere, niſi caſuum exceptorum ſpecialis ratio reddatur. Ioan. And.*

*c Idem Ioā. Mona. hic & Philip.*



ſuper. & ideo poſſet reſponderi ad prædict. l. quod cum falſo tuto. ff. vt ibi not. Bernar. Vel poſſet dici quòd in illa. l. verus tutor & falſus auctoritatem non ſimul, ſed ſeparatim præſtiterunt: & ideo cum actus commiſcui non fuerint, vtile non habet per inutile ſeparari. Ad. l. proprium. ff. communia præd. bene fateor quòd ſeruitus eſt res indiuiſibilis, ſed ibi vendens ſeruitutem in-

Idem.

REGVLA XXXVIII.

EX eo nō debet[a] quis fructū conſequi, quod niſus

tegram ſibi, & integram vicino acquirere voluit. [d] Seruitus autem vicini bene eſt ſeparabilis à ſeruitute vendentis, & ideo altera vtilis per alteram inutilem non vitiatur. Ad leges autem ſuperius allegatas. ff. de arbit. l. Pedius. & ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi prætor. dico quòd ibi non erant duo quorum alterum vtile eſſet, alterum inutile, ſed vnum ſolùm, ſcilicet tranſactio ſuper alimentis, in ſecundo caſu inualida, quia non quæſierat prætor de omnibus quæ mandat orator. In primo caſu vnum fuerat compromiſſum, & non duo. Sed ad hoc vltimum eſt melior prima ſolutio. Videtur tamen fallere prædicta ſolutio in caſu. ff. de fideiuſſo. l. græcè. §. illud. vbi dicitur quòd ſi fideiuſſor obligatus eſt in duriorem cauſam quàm principalis, omnimodo non obligatur. ſed ſecundum opinionem illam quæ exponit omnimodo non obligatur, in eo ſcilicet quod excedit, non contradicit.

*d Sed in. l. Pedius. non ſiebat inſolidū cōpromiſſum, quia tūc ſecus, vt in. l. ſeq. ſed cū ita. Io. An.*

E*X eo non debet.*} Caſus figuratur per. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſta. Pater meus inſtituit extraneum hæredem ſuum, & me filium ſuum exhæredauit, tamen per ſuum teſtamentum legauit mihi aliquam rem, puta pratum, vineam, vel domum. hæres ſcriptus poſt mortem patris adiuit hæreditatem. hæreditate adita conueni hæredem ſcriptum querela inofficioſi teſtamenti. ſuccubui in querela, quia hæres probauit quòd commiſeram ingratitudinem erga patrem meum. volo poſtea capere legatum mihi relictum in teſtamento. Reſpondetur quòd non poſſum, quia non debeo habere legatum ex teſtamento quod niſus fui impugnare.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. Secundò dicit tria debere concurrere, ſcilicet quòd perſeueret, quòd non ratione officij id faciat, & quòd idem ſit capitulum. Tertiò inducit concor. & ſimile. Quartò conuertit regulam.

a *Ex eo non debet.* Pone caſum in eo qui dicit decretales epiſtolas non eſſe authenticas, quia nullam debet pro ſe allegare. decimanona diſtinctione, ſi Romanorum. ad idem octaua diſtinctione, quo iure. Item pone in eo qui impugnat compoſitionem, qui ex ea beneficium non conſequitur. ſupra de cenſibus, cum olim. Item in eo qui impugnat teſtamentum, dicens illud inofficioſum: qui ſi id improbè dixit & ſuccubuit, [e] quicquid ex teſtamento capiebat, perdit. ff. de inofficioſo teſtamento. l. Papinianus. §. meminiſſe. ad idem decima tertia quæſtione ſecunda, quàm præpoſterum. ſupra de teſtibus, præſentium. Cod. de ijs quibus vt indignis. l. alia cauſa eſt. Et dicit lex, abſurdum eſt quem redire ad id quod ſemel renuntiandum putauit. Cod. de rebus creditis, ſi quis iuſiurandum. Et facit ad hanc regulam. ſupra eodem quod ſemel. & quod ibi dixi. Et quod hic dicit, niſus extitit, dic cum effectu, ſaltem quantum in eo fuit, quia perſeuerauit. Si autem ſimpliciter proteſtaretur, ſecus eſſet, vt intelligit Bernar. prædicta decretali de teſtibus, præſentium. Idem ſi inciperet agere vel excipere, & deſiſteret ante ſententiam, [f] vt probant prædictæ. ll. §. meminiſſe. & l. alia cauſa eſt. & hoc not. Bernar. in prædicta decretali de cenſibus, cum olim. {Et hic Ioānes Monachus allegat verba intelligenda cum effectu. de clericis non reſidentibus, relatum. hæc allegatio non videtur bona, quia effectum non habuit qui ſuccubuit, ſed intellexit effectum ex perſeuerantia.} Et quod dicit hæc regula, verum intelligo niſi fortè ex neceſsitate officij habuerit impugnare. [g] nam tunc proprio nomine fructum cōſequi poſſet. hoc probatur tertia quæſtione. vij. §. tria. & c. infames. verſ. ſi contra patrē pupilli. ff. de poſtulando. l. vlti. ff. de iudicijs. Iulianus ait. & melius. Cod. de adminiſtra. tuto. vel curato. cum quędam. vbi filius præteritus à matre, tutor vel curator inſtituti hæredis hæreditatem adeundo nomine pupilli, ſibi non præiudicat. ad hoc. ſupra eo. lib. de elect. cap. penulti. §. porrò. Item licet quis impugnet ſententiam in vno capitulo, ex alio capitulo conſequitur fructū. de teſtamentis, Rainutius. & capi. Raynaldus. & facit quod dixi. ſ. regula proxima. Et concor. ad hanc regulam. j. quæſtio. vij. cap. j. & xcvi. diſti. ſi Imperator. de poſtu. cap. vlti. Et ſimile eſt quod dicitur, Fruſtra legis implorat auxilium &c. de vſu. quia fruſtra. Item nota quòd ſicut non debet quis conſequi fructum ex eo quod impugnat, vt hic: ita econuerſo non debet quis impugnare

*e Hoc dicitur, quia ſi obtinuiſſet, certum eſſet ex illo legata non deberi, vt in. l. ſtatim alleg. §. ſi ex cauſa. et l. Titia. Ioā. Andr.*

*f Et ſic etiā reſpōdetur ad. l. poſt legatū ff. de iis qui. vt indi. Ioan. And.*

*g Vel dic q aliud eſt dicere teſtamentū falſum, aliud inofficioſum, quia ſic perduntur legata. ſi autem dicatur minꝰ ſolēne, legata non perduntur. Dy. Ioan. And. c. ſi de iureiurā. ſupra eo. item re-*

Universidad de Deusto Biblioteca



*probans & tamen ſuc cũbens, vti- tur reme dijs ſui ad- uerſarij. ex emplũ, ex- poſitione negata non adiuuari, dixi ſupra eo. de con- feſ.ca.1.ta- men per p battones pō ſitione ne- gata bene adiuuari, vt docet Phūip.*

pugnare id ex quo fructum conſequitur. xix. diſtinct. cap. j. iiij. quæſt. iij. ſi quis teſtibus. iij. quæſt. viij. cuius in agendo. de cenſi. cum olim. in fi. ad hoc de tranſact. ex literis. & apertè. ff. de iur. dot. l. cum in fundo. ver. & ſi quidem. ff. ſolu matri. ſed & ſi ideo. Et hoc ſanè intelligas ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra in alio caſu.

extitit impugnare.

Idem.

REGVLA XXXIX.

CVm quid [a] prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

CVm quid.} Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primò per cap. denique. iiij. diſt. hoc modo. Statutum fuerat ante illud capitulum, denique. quòd omnes Chriſtifideles ieiunarent diebus quadrageſimæ, & ſic abſtinerent ab eſu carnium. Ex qua cõſtitutione inſurgebat dubium, vtrum diebus quadrageſimæ eſſet licitum vti ouis, caſeo, lacte, & alijs lacticinijs? Deciditur in illo cap. quòd non, quia cum prohibitus ſit eſus carnium, videntur prohibita quæ trahunt originem ſementinam à carne. nam cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo. Item poteſt poni caſus per cap. eos. lxxxj. diſtin. ſic, Ponamus quòd aliquis in pœnam ſui delicti fuit ſuſpenſus ab officio, vtrum in conſequentiam videatur etiam ſuſpenſus à beneficio? Reſpondetur quòd ſic, quia propter officium datur beneficium. Et cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo. Item figuratur caſus per capi. paſtoralis. de appella. in anti. Alicui propter contumaciam ſuam vel delictum ſuum eſt prohibita communio eccleſiæ in qua eſt ſtipendiatus, vtrum videantur ſibi prohibita ſtipendia ordinaria illius eccleſiæ? Reſpondeo quòd ſic, per rationem huius regulæ.

Gloſſa ſequens ponit exempla.

a *Cum quid.* Pone caſum in prohibito à carnibus, qui prohibitus intelligitur ab omnibus quæ trahunt ſementinam originem. iiij. diſtinctio. denique. Et prohibita concupiſcentia per legem, prohibita intelliguntur omnia mala quæ ſequuntur ex illa. de conſti. nam concupiſcentiam. Item prohibita alienatione, prohibita intelliguntur venditio, donatio, manumiſsio &c. C. de rebus alie. non alie. l. vlti. ad idem de rebus eccle. non alie. nulli. Item prohibito officio, & beneficium. lxxxj. diſtinctio. eos. Item & furto prohibito, prohibetur omnis rei alienæ illicita vſurpatio: & prohibita mœchia, omnis illicitus concubitus prohibetur. xiiij. q. v. pœnale. xxxij. q. iij. meretrices. Et cui prohibetur eccleſiæ communio, & eius ſtipendia prohibita intelliguntur. de appella. paſtoralis. in fine ad idẽ ff. de ſer. expor. l. cui pacto. Et concor. ad hanc regulam. j. eo. acceſſorium. ADDITIO. Eſt regula huic ſimilis. aliquo prohibito, omne id prohibetur per quod peruenitur ad illud. & hęc loquitur de conſequentia prohibitionis mediorũ per quæ peruenitur ad extremũ. Iſta verò loquitur de conſequentia prohibitionis extremorum quæ procedunt ex primo prohibito. Et in hoc ſimili pone exemplum ff. de ſponſa. l. oratio. & ibi concor. Ioan. Andreæ.

*a Facit hæc regu. quòd per duos teſtes vprobetur inſtrumentum. l. optimam. C. de cõtra. et cõmit. ſtipula. Philip. citat c. tertio loco. de teſti. (dic de proba.) vide doct. l. in exercendo. C. de fide inſtru. Ioã. And. Inc.*

PLuralis locutio.} [a] Caſus in hac regula poteſt figurari per. ca. hoc quoque. de conſecra. diſtin. j. Iure cautum reperitur quòd cum ſacerdos miſſam celebrat, de honeſtate debẽt eſſe plures audientes, vt illa verba, Dominus vobiſcum, poſſint verificari. Sed quæritur quot debent eſſe præſentes? Reſpondetur quòd ſufficit quòd ſint duo: quia pluralis locutio, duorum numero eſt contenta. Item poteſt caſus figurari per cap. is cui. §. j. de præbend. ſupra eodem libro. Papa diſpenſauit mecum vt poſſem obtinere plura beneficia, aliter non declarando. Quæritur quot beneficia potero obtinere virtute diſpenſationis? ibi dicitur quod virtute illius diſpenſationis potero ſolùm obtinere duo beneficia, quia cum diſpenſatio ſit odioſa, eſt reſtringenda, & in odioſis ſufficit quòd verba poſsint verificari, & illa verba verificabuntur in duobus beneficijs, quia pluralis locutio, duorum numero eſt contenta. Item poteſt caſus figurari per. l. libertas. §. poſt annos. ff. de manumiſ. teſtamen. Aliquis Titius veniẽs ad mortem ſuum condidit teſtamẽtum, & in teſtamento ſuo cuidam ſeruo legauit libertatem poſt annos. quæritur poſt quot annos ſeruus conſequatur libertatem? Reſpondetur poſt duos annos, quia verbum annos, verificatur in duobus per rationem huius regulæ.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. Secundò opponit de vna. l. & dupliciter ſoluit. Tertiò dicit in teſtibus regulam procedere vbi numerus non adiicitur, opponens. xvj. caſus vbi plures quàm duo requiruntur. Quartò dicit regulam in pronominibus locum non habere.

b *Pluralis locutio.* Pone caſum de conſecra. diſtin. j. hoc quoque. ibi, Dominus vobiſcum. duos numero comprehendit. Item ſupra eo. libro, de præben. is cui. §. j. vbi beneficiorum

A nomine duo tantùm beneficia continentur. Item per. l. ff. de manumiſſ. teſta. l. libertas. §. poſt annos. nam ſi legetur libertas ſeruo poſt annos, de duobus intelligitur. Item ſi promittitur vel legatur poſt dies, de duobus intelligitur. ff. de verb. ſignifica. l. inter illam. §. ita datam. Item per. l. ff. de teſti. vbi numerus. vbi ſunt hæc verba. & iiij. q. iij. vbi numerus. Cõtra. ff. de opti. leg. l. j. vbi dicitur quòd ſi alicui legata eſt ſeruorum optio, tres eliget. Solu. ſpeciale eſt in fauorem vltimæ voluntatis, vt ibi potius ſequamur quoddam medium quàm minimum, quia ad minus de duobus intellexit, ex quo dixit in plurali, & fortè de pluribus. ſequamur ergo quoddam medium, & ſic optet tres. Vel dic vt ibi not. quòd ibi legatus fuerat equus vel ſeruus quem ſerui teſtatoris elegerint, quos ſeruos legatarius optare debeat: tunc optabit tres ſeruos qui eligent ſibi equum vel ſeruum legatum: & ideo tres, quia duo de facili diſcordarent. viij. quæſt. j. nec
B nouum. ſupra de arbit. cap. j. ff. de arbi. item ſi vnus. §. principaliter. Et quod hic dicit, quòd pluralis locutio eſt contenta duorum numero, verum eſt regulariter, & ibi eo vel alio iure non adijcitur numerus, vt in prædicta. l. vbi numerus. canonizata iiij. quæſt. iij. ca. vbi numerus. In cauſis igitur & inſtrumentis regulariter duo teſtes ſufficiunt, interdum tamen vnus ſufficit, vbi ſcilicet nulli ſit præiudicium. de conſecra. diſtinct. iiij. placuit. & multi ſunt caſus in quibus requiruntur tres ad minus. Primus, in depoſitione pecuniæ in authen. de fide inſtrumen. §. ſi quis igitur. col. viij. Item quando imperitus literarum contrahit in ſcriptis. Cod. ſi certum pet. leg. vlti. [b] In inſtrumento de quo fit comparatio. Cod. de fide inſtru. leg penult. Quando pater legitimat filium naturalem in inſtrumento publico. in auth. vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc col. viij. Quando mulier fatetur ſe pro interceſsione aliquid recepiſſe. Cod. ad Velle. antiquæ. Quando quis vult infirmare teſtamentum quod facit. poſt tranſcurſum decennij. Cod. de teſtamen. ſancimus. In inuentario. Cod. ad. l. Fal. authen. ſed cum teſtator. In priuata ſcriptura, vt fidem faciat. Cod. qui po. in pig. ha. leg. ſcripturas. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram
C auri, in ciuitate. Cod. ſi cer. peta. authen. ſed nouo & in codicillis, & donatione cauſa mortis ſimiliter quinque. Cod. de dona. cau. mor. leg. vlti. Item in teſtamentis communiter ſeptem. in teſtamento tamen cæci, octo. Cod. qui teſtamen. fa. poſ. hac. conſultiſsima. aliquando quinque, vt in teſtamento ruſtici, vt in municipijs & villis vbi eſt hominum raritas. Cod. de teſta. leg. ſi. Aliquando ſufficiunt duo vel tres, vt in teſtamento facto inter filios & nepotes. Cod. de teſtamen. hac conſultiſsima. Item interdum requiruntur. xv. teſtes. Cod. de proxi. ſacro. ſcrip. l. vna. Interdum plures. ij. quæſt. iiij. præſul. & ca. ſeq. Vide plenius de his in Spec. de teſte. §. reſtat de numero. Et not. quòd id quod hic dicitur de plurali locutione, non habet locum in pronominibus, vt nos, vos, veſter & cap. nam vnus prælatus ſcribit & ei ſcribitur in plurali, & papa ſemper de ſe ſcribit ſic. ſupra de cri. fal. quàm graui.

*Teſtis vnicus ſufficit vbi nulli ſit præiudiciũ.*

*b Hæc lex Codicis requirit tres teſtes, ſed authẽ. ſed nouo. ibi poſita requirit quinque & dic vt ibi not. Io. And.*

*Teſtes requiruntur in diuerſo numero ſecũdũ diuerſitatẽ caſuũ, vt iure cauetur.*

IMputari non debet.} [c] Caſus figuratur per cap. cum ſit Romana. de appell. in anti. Certum eſt quòd appellans debet appellationem ſuam proſequi intra annum: & ſi non fuerit appellationem proſecutus intra annum, appellatio ſua efficitur deſerta. Sed ponamus quòd non ſtetit per
D appellantem quo minus proſequeretur ſuam appellationem, vtrum appellatio ſua efficiatur deſerta, vel debeat ſibi dari alius annus? Reſpondetur quòd ex quo fecit diligentiam ſibi poſsibilem, debet ſibi dari alius annus. & ſi in ſecundo anno fuerit impeditus, licet de mero iure ſua appellatio ſit deſerta, tamen per beneficium reſtitutionis conſequetur aliud tempus ad proſequendum ſuam appellationem. Item poteſt caſus figurari per cap. commiſſa. §. j. ſupra de elec. Certum eſt de iure, quod promotus ad eccleſiam parochialem debet promoueri intra annum ad ſacerdotium: & ſi non fuerit promotus ad ſacerdotium intra illud tempus, vacat eccleſia, & poterit ordinarius eccleſiam vt vacantem alteri conferre. Sed ponamus quòd non ſtetit per iſtum, ſed ob defectum diœceſani, quia eſt ſuſpenſus vel abſens, non potuit promoueri ad ſacerdotium, vtrum elapſo anno ſit priuatus ſua eccleſia? Reſpondetur quòd non, quia ex quo per ipſum non ſtetit, non debet ſibi imputari. Gloſſa tamen dat conſilium, quòd quando non ſtat per ipſum, debet intra illud tempus facere proteſtationem qualiter non ſtat per eum, & de hac proteſtatione habere actum ſiue inſtrumentum: tamen hoc non eſt de

*c Per hanc regu. dicit Ioan. And. Phi. quòd diaconus differens ſe vſque ad finẽ anni ordinari, ſi tũc carẽs ordinari non poſſit, non habet locum ca. licet canõ. ſupra de electio. cũ pri? nõ fuerit in mora. l. ſecũda. ff. ſi cert. pe. item niſi caſus cõtigiſſet, momẽto quãdammodo ordinatus fuiſſet ergo, per l. Ceſar. ff. de publi.*



de neceſsitate: ſed gloſ. dat illud conſilium.

Gloſſa ſeq. primò ponit exempla. Secundò æquiparat impoſsibilitatẽ à principio & ex poſt facto prouenientẽ, dicens illum adhuc obligatũ: cui ſignat contrarium, & remittit, allegans duas concor. Tertiò quærit, alleg. pro & cõtra. & ſoluit reſpondens ad cõtraria.

*a Ad hanc regulã con cor. regula, cũ non ſtat. eod. titu.*

a *Imputari nõ debet* [a]. pone caſum in eo qui debet appellationem proſequi intra annũ: cui non imputatur ſi per eum non ſtetit ij. quæ. vj. anteriorum.

Idem.

REGVLA XLI.

IMputari non debet [a] ei per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum.

In eo qui debet promoueri ad ſacerdotium intra annũ: cui non currit annus ipſe ſi iuſto impedimento detentus promoueri nõ potuit, ſupra eo. lib. de elect. com miſſa. §. j. In eo qui rem emit ſub pacto legis commiſſoriæ, ſcilicet quòd ſi intra terminum pretium ſolutum non eſſet, res foret inẽpta: & emptor in termino ſoluere volens ſi non habuit cui ſolueret, ſibi nõ imputatur. ff. de lege commiſſo. l. lege commiſſoria. Alias incipit, ſi fundus lege commiſſoria. in fi. ad idem. xliiij. diſtinct. Epheſiis ſupra de eo qui mit. in poſſeſ. ca. ij. vbi de hoc. & facit. C. de condi. inſer. l. vlt. Et no. quòd dicit, per quem non ſtat: quia non ſufficit velle niſi ad opus procedat quantum in eo eſt, ſupra de eo qui mitt. in poſſ. cap. j. Impoſsibilitas ergo facti ſicut à principio annullat obligationem. ſuprà eod. nemo poteſt. ita & ex poſt facto elidit, vt hic. Si tamen tenetur quis aliquid facere intra certum tempus, nec per eum ſtetit: licet non imputẽtur, tamen poſt tempus tenetur. de do. & contum. cùm dilecti. ff. de arbi. l. Celſus. Conſulo tamen quòd ſi poteſt, intra tempus de impotentia proteſtetur. ij. quæſtion. vj. poſt appellationem. de hoc de app. cap. vltim. & C. de iure emphy. l. ij. in fine. cum ſuis concordan. Ad id quod dixi, quòd poſt terminum tenetur, contra ſupra de ſpon. ſicut. ff. de leg. ij. l. ea tamen adiectio. Solu. vt not. in prædicta decreta. ſicut. & vt dixi. s. eod. nemo poteſt. Et concord. ad hanc regulam de elect. cap. vltim. vbi tempus datum ad eligendum non currit ei qui non poteſt eligere: niſi ex quo in mora fuerit petendi licentiam. ad idem de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Quid dices de eo qui ſua culpa incidit in caſum, propter quem poſtea facere non potuit quod per eum fuerat faciendum? Videtur primò quòd ſibi ſit imputandum: quia regulariter quis de caſu tenetur qui ſequitur culpam. 50. diſtinction. ſæpe. & cap. ſtudeat. de æta. & qualit. cap. j. & quod ibi not. & facit. lxxxvj. diſt. non ſatis. & qui ma. accu. poſſ. cap. j. & quod ibi not. & ſi. ff. quod met. cau. l. ſi mulier. vbi metus illum non excuſat qui ſua culpa incidit in metum. In contrarium videtur per prędicta iura, de elect. cap. vlti. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. argu. de pig. ſignificante. ibi, in captione &c. de ſponſa. veniens. ij. Sed caſus eſt ſpecialis. Et dicit lex, quòd qui iniurioſè vel libidinis cauſa, inimici vel mulieris frequẽgerit oſtia, ſi fures non ab eo inducti poſtea res aſportent, non tenetur furti. ff. de fur. l. verum. & l. qui iniuriæ. in prin. præterea deportatus, ſi nõ potuit procuratorem dimittere, bene reſtituitur: & tamen culpa ſua abſens erat. ff. de mino. l. Papinianus. Item debitor propter inopiam excuſatur cedendo bonis, etiam ſi ſua culpa in illam inciderit. de ſolut. Odoardus. ff. de dolo, nam is. Satis videtur dici poſſe, quòd imputandum ſit illi propter iura primo inducta. Hinc etiam dixit lex non debere ſuccurri ei qui in neceſsitate ſe poſuit. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. vbi dicitur, quòd ſi reus non poteſt ſatiſdationem dare vbi conuenitur: & in alio loco eiuſdem prouinciæ dare velit: ſi ſatiſdatio neceſſaria erat, audiendus eſt: ſi voluntaria, non: quia ipſe ſibi neceſsitatem impoſuit. ad idem. ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis tamen. vbi dicitur, quòd qui in iudicio comparere debebat: ſi quid eſt quod ei imputetur: tempeſtatem vel vim fluminis prætendere non poterit. ad hoc de ele. cùm in veteri. Ad iura in cõtrarium inducta reſpondeo & dico, quòd decret. vltim. de elect. & decret. de conceſsio. præben. quia diuerſitatem. loquuntur de quadam pœna canonis prodita ſolum contra negligentes: vnde ibi culpa ſiue negligentia non punitur. hoc ſatis probat ipſa decret. quia. Vel dic, quòd ſi ex culpa imponitur aliqua pœna, vt ſuſpenſio: vt in prædicta decret. quia. vel deportatio: vt in. l. Papinianus. tunc culpa illa vlterius puniri non debet. ad hoc xiij. quæſtion. ij. cap. vlt. de iudi. at ſi clerici. alias enim ſequeretur quòd ſuſpenſio idem eſſet quod priuatio: & deportatio, idem quod bonorum ademptio: quod eſſe non debet. Vide quod dixi in prædicta decreta. quia. ſuper gloſ. ſic patet. & quod dicam poſt Dynum. infra. eodem. quod ob gratiam. Ad decreta. ſignificante dico quòd fortè ſine culpa ſua erat in captione: & ibi etiam eſt alia ra-

*Impoſsibilitas vitiat obligationẽ à principio & ex poſt facto elidit.*

*Culpa ſua ſi quis incidit in caſum propter quem non facit quod facere debuit: an ſibi imputandum ſit.*



A tio: ſcilicet quòd primò pecuniam miſerat per eum quem fidelem nuntium credebat. Ad prædic. l. verum. & l. qui iniuriæ. dico quòd verum eſt quod non tenetur furti: tamen conuentus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata: quia qui occaſionem damni &c. de iniuri. & damn. dato, capit. vlti. Ad hoc quod dicitur de inope, dico quòd impoſsibilitas caſus hoc inducit.

Idem.

REGVLA XLII.

ACceſſorium [b] natus-

ACceſſorium. [b] } Caſus figuratur per ca. de prudentia. s. de de dote poſt diuor. reſtit. in antiq. Sed pro intellectu huius caſus eſt primò prę ſupponendum quòd dos eſt acceſſoria ad matrimoniũ: quia non eſt dos ſine matrimonio: licet poſsit eſſe matrimonium ſine dote. Ponamus ergo quòd ego contraxi matrimonium cum aliqua Berta in caſu prohibito: quia ipſa erat mea affinis. & iſtud ignorabamus. ipſa dedit mihi centum aureos in dotem: poſtea mulier fuit certiòrata de impedimento: vn-
B de acceſsit ad papam, & impetrauit iudices delegatos ad cognoſcendum de iſto impedimento affinitatis. iſtis iudicibus delegatis mandauit papa, vt ſi eis conſtet de impedimento, ſeparent matrimonium: non autem mandauit papa vt compellerent me ad reſtituendum ſibi dotem. mulier in ſuo libello petiit ſeparationem matrimonij, & reſtitutionem dotis. Ego excipiendo propoſui quòd ſuper reſtitutione dotis iudices delegati non poſſunt ſe impedire: cùm reſcripta delegatoria ſint ſtricti iuris, & non extendantur ad alias res non expreſſas in reſcripto. Mulier replicabat quòd ipſi iudices poterant etiam cognoſcere de dote: quia dos venit acceſſoriè ad matrimonium: & commiſſa cauſa ſuper matrimonio, videtur data commiſſio ſuper dote. Dicitur ibi quòd delegati poterunt ſe intromittere de matrimonio & de dote: quia dos venit acceſſoriè ad matrimonium: modo acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Item poteſt caſus figurari per l. non dubium. C. de legi. & cap. ſi diligenti. ſuprà de foro competen. in antiq. dicitur in illa l. non dubium. quòd contractus contra legem celebratus eſt nullus. Sed quid? Ponamus quòd in illo contractu
C interuenit iuramentum ad confirmandum contractum: an valeat? Dicitur in illa l. quòd non: quia iuramentum eſt acceſſorium ad contractum. & iſtud verum, quòd non valet talis contractus de iure ciuili: ſed de iure canonico non eſt verum indiſtinctè, ſi illud iuramentum ſit ſine interitu ſalutis æternæ. cap. cùm contingat. de iureiuran. in antiq. In capitulo ſi diligenti. de foro competen. in antiq. dicitur quòd clericus non poteſt conſentire in iudicem laicum: nec prorogare eius iuriſdictionem etiam de licentia ſui proprij epiſcopi. Sed quid? ponamus quòd aliquis clericus conſenſit litigare coram iudice ſeculari: & iurauit ſeruare illũ conſenſum: an valeat iuramentum? Dicitur ibi quòd non: quia iuramentum eſt acceſſorium ad conſenſum: & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exẽpla. Secundò ſignat & ſoluit ſex cõtraria. Tertiò ponit quandam diſtinctionem Accur. & ſubdit duas concordantias.

b *Acceſſorium.* Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. titul. cum principalis. & l. nihil dolo. §. cum principalis. Pone caſum in principali deſtructo, quia dicitur deſtructum & acceſſorium. xvj. quæſtione. vij. & hoc diximus. Item ſi cauſa principalis, ſcilicet matrimonij committitur, ſic & acceſ-
D ſorij, ſcilicet dotis. de dote poſt diuor. reſtit. de prudentia. [c] Ratio, vt dicit Ioannes Monachus, quia dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, licet matrimonium poſsit eſſe ſine dote. patet, quia dos accedit matrimonio. ff. de iure do. l. iij. Item ſi non tenet contractus, nec ipſius acceſſorium. C. de legi. non dubium. concor. de foro competen. ſi diligenti. de offic. delega. prudentiam. §. ſexta. in fi. de fide inſtr. inter dilectos. ad finem. ſupra eod. lib. de reſcript. cap. j. & cap. penulti. & de præbendis, ſi ſuper eo. Et optimè per decretalem. s. eo. li. de offic. delega. ſi ſuper gratia. vbi poteſtas executorum datorum ad gratiam non perit re integra morte concedentis, ſicut nec gratia, quia poteſtas illa acceſſoria eſt ad gratiam. & de præſcrip. cum ex officij. vbi ſicut non præſcribitur viſitatio, nec procuratio ratione viſitationis debita. [d] Contra ſupra de iureiuran. debitores. & capi. cum contingat. vbi de hoc, & ſupra eod. libr. eodem titul. licet. vbi tenet acceſſorium, & non principale. Solu. illud propter animæ periculum, quod eueniret ſi non ſeruaretur iuramentum. & dic vt in prædicta decretali, cum contingat. Item contra. C. de epiſcopa. audien. authenti. liberi furioſi. vbi tenet legatum & non teſtamentum vel hæredis inſtitutio. Solu. illud ſpeciale in odium filio-

*b Ioã. An. Philip. dicunt non obligatum ad principale teneri ad acceſſorium faciendo principale: attamẽ proteſtatio limitat voluntatem. l. ij. ff. ſi quis cau. de Ancha. tenet contra.*

*De Anch. in hac reg. xlij. docet cognoſcere acceſſoria, & quid de iuramento acceſſorio, perſonis, rebus, iuribus acceſſorijs, & de perſonis accedentibus ad delictũ, de quibus Hippo. ſingu. clxxv. Item tractat materiam perplexitatis: ibi vide de duobus qui promiſerũt renuntiare papatui.*

*c Ibi gloſ. dicit quòd eccleſia nõ cognoſcit de dote principaliter per l. in contractibus. in fi. C. de nõ nu. pec. c. ex tenore ſupra de foro compet. Camp. in j. par. q. xc. tract. de dote.*

*d Per quæ iura patet vt etiam dicit Dyn. regulam locum habere ſiue loquatur de principali inducendo ſiue confirmando, Io. And.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*a Quod nõ militat in acceſſoriis legatu ſicut in inſtitutione principali: ergo non ſequimur principale. & iſta eſt ratio in iuramento acceſſorio. Hippo. ſin. cccxxxj.*

*b Hoc quãdo intentatur cõtra debitorẽ vel eius hæredẽ. aliàs intẽdũ quadriennio, quãdoque x. vel xx. vel xxx. annis tollitur. quod dic vt not. Specu. de præſcrip. ad ſi. & vi. quod no. ff. de pac. ſi tibi. §. de pignore.*

*c Falſum eſt per l. poſt mortem. ff. quãdo ex fac. tut. ſed hic acceſſoriũ tenet ex æquitate quæ non militat in principali. de Auth. dicunt Dy. Ioan. And. ſpecialis diſpoſitio acceſſorij facit ne ſequatur principale.*

rum [a] qui contempſerunt patrem: vt not. Bernar. in prędicta decretali, inter dilectos. Item contra. C. de luiti. pig. l. intelligere. vbi ſublata perſonali remanet hypothecaria. Sed dic vt ibi: quia non fuerat ſublata perſonalis pacto, ſed tempore: & perſonalis tollitur ſpatio xxx. hypothecaria ſpatio xl. annorum [b]. Et ideo ſublata perſonali tẽpore, adhuc remanet hypothecaria per decẽ annos. C. de præſcriptio. xxx. annorum l. cùm notiſsimi. ſecus ſi pacto vel alio modo: vt ſuprà dixi. Item contra. C. de prædiis

ram [a] ſequi congruit principalis.

Idem.

REGVLA XLIII.

QVi tacet [b], conſentire videtur.

mino. l. & ſi is. vbi qui deſierat eſſe curator, vendidit rem minoris: & ſic non tenuerat venditio: valet tamen obligatio de euictione. Solu. licet non tenuerit venditio quo ad pupillum vel minorem, tenuit tamẽ quo ad illum curatorẽ olim: & ideo cum quo ad ipſum tenuerit principale [c], non mirum ſi tenet acceſſorium. Item contra. C. ſi aduerſus vendi. l. j. & authenti. ſacramenta. dic vt ſuprà. Item. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. l. quid tamen. in princip. & l. præced. ff. de fideiuſſo. l. generaliter. Sed illa ſunt ſpecialia. Item not. Accur. C. de pact. l. pacta quæ contra. &. ff. ad legem Falcid. quod de bonis. §. j. quòd in pactis quæ fiunt præter legem, tenet acceſſorium, & non principale: in his quæ fiunt ſecundum legem, vtrunque: in his quæ contra, neutrum. Concordat ad hanc regulam. ff. de pecu. lega. l. j. & ij. vbi dicitur quòd perempto principali perimitur acceſſorium. Ioannes Andreæ.

a *Naturam.* Regulæ iuris ciuilis vt vides ſuper gloſ. & antiquæ concor. non poſuerunt hanc dictionem: quam tamen poſuit noua decreta. ſi ſuper. quam alleg. gloſ. Ioannes Andreæ.

QVi tacet.} Caſus figuratur per capi. nonne. ſuprà de præſumpt. hoc modo. Dicitur ibi quòd Chriſtus fuit à Iudæis de duobus interrogatus ſiue accuſatus. Primò, quòd erat Samaritanus. Secundò, quòd dæmonium habebat. Chriſtus reſpondit ad vnum illorum: videlicet quòd ipſe dæmonium non habebat. de alio tacuit, an eſſet Samaritanus. nunquid videtur cõſentire quòd erat Samaritanus? eſt ibi textus quòd ſic.

Item poteſt caſus figurari per l. ij. §. voluntate. ff. ſolut. matrimon. Dicitur ibi quòd ſi filiafamilias contrahit matrimonium cum aliquo, conſtituta ſibi certa dote, & fiat diſſolutio matrimonij: per mortem mariti vel per repudium: quòd actio competens pro dote repetenda, eſt communis patri & filiæ. Sed quid? ponamus quòd pater ſolus egit ſciente filia & tacente: nunquid filia videtur conſentire? Eſt ibi textus quòd ſic: quia qui tacet, conſentire videtur. Qualiter autem intelligatur iſta regula, habebimus in regula ſequenti, is qui.

Gloſſa ſeq. primò ponit exempla. ſecundò ponit ſeptem effectus taciturnitatis, & remittit.

*Taciturnitas ſeptem habet effectus.*

b *Qui tacet.* Pone caſum. liiij. diſtinct. ſi ſeruus. ij. §. de præſump. nonne. ff. ſoluto matrimon. l. ij. §. voluntate. vbi dicitur quòd pater de dote filiæ, de ipſius voluntate videtur agere, ſi filia non contradicat. Et nota quòd qui tacet interdum conſentit: vt hic & in ſupradictis iuribus. votum emittit. xxvij. diſtinct. cap. j. eſt diſsimulator. lxv. diſt. ſi fortè impunitatem promittit. xliij. diſtinct. ſit rector. offert. xx. quæſt. ij. cap. j. occidit. xliiij. diſtin. Epheſiis. eſt contumax. lxv. diſt. cap. vltimo. interdum nec conſentit, nec contradicit j. cap. proxi. & dic vt ibi ſtatim dicam. ADDITIO. Vt dicit Ioan. Mo. ad hanc regulam, qui tacet &c. facit. ff. eo. tit. ſemper qui non prohibet. & facit ſupra de exceſsi. prælato. ex literis. & ff. de f. r. l. j. Ioan. And.

*d Si tractatur collegialiter de præiudicantibus ſibi & collegio: taciturnitas tua facit cõſenſum. Philip. per no. cap. j. de his quæ ſi. à præla.*

IS qui tacet [d].} Caſus poteſt figurari per. §. anteriorum. ij. q. vj. Ponamus quòd Titius conuenit me coram iudice cõpetente. iudex tulit ſentẽtiam definitiuam vel interlocutoriam contra me. ab iſta ſententia ego non appellaui, ſed tacui, quia non dixi quòd contradicebam vel acquieſcebã, an videar per taciturnitatem acquieſcere ſententiæ vel diſſentire? Certè non: imò eſt in optione mea, an intra decẽ dies velim appellare vel non: licet aliqui ad maiorẽ cautelã proteſtentur de appellando: ſed illud non eſt neceſſe. Sed quomodo concordantur iſtæ duæ regulæ: quia prima dicit, qui tacet, cõſentire videtur? Gloſſa dat duas doctrinas. Primò dicit gloſſa, quòd aliqui ſunt actus qui poſſunt explicari ſine conſenſu meo, & contra meam voluntatem: vt quis poteſt vendere rem alienam contra voluntatem domini in præiudicium contrahentis l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. & vendi. Si dominus iſtius rei taceat in venditione ſuæ rei, non ſibi præiudicat tacitus conſenſus. Alij ſunt actus qui non poſſunt explicari ſine conſenſu meo: & tunc ſi taceam, habeor pro conſentiente: vt in regula præcedenti. Gloſſa dat aliam doctrinam: videlicet quòd vbi agitur de commodo & honore tacentis, tacens videtur conſentire. Sed ſi agatur de ſuo incommodo, puta de perſona obliganda, non habetur pro conſentiente. l. filius familias. §. inuitus. ff. de procurat. ſed prima doctrina eſt verior & ſecurior.

Idem.

REGVLA XLIIII.

IS qui [c] tacet, non fatetur [d]: ſed nec vtique negare videtur.

Idem.

REGVLA XLV.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo alleg. x. iura quibus fallit prima pars regulæ, & viij. quibus fallit ſecunda: remittens ad alia, dans triplicem ſolutionem.

*Tacere eſt medium inter expreſſam voluntatẽ, & expreſſam contradictionem.*

c *Is qui tacet.* Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. titul. l. qui tacet. Et not. quòd tacere eſt quoddam medium inter expreſſam voluntatem, & expreſſam contradictionem. Pone ergo caſum in eo contra quem fertur ſententia: qui tacens non habetur pro conſentiente, nec pro contradicente intra decem dies intra quos ſemper appellat. ij. quæ. vj. anteriorũ. Item pone in prælato qui tacet ex cauſa, puta propter ſcandalum ſupra, de præſcript. nihil prodeſt. de cog. ſpirit. ſuper eo. de iureiuran. mulieri. Item pone ſecundum Accur. in tributoria. nam ſi ſeruus contrahit domino contradicente, tenetur de peculio tantùm: & deducitur quod debetur domino. ff. de pecu. ſi quis ſeruum. §. etiam. ſi eo expreſſè volente, tenetur quod iuſſu inſolidum. ff. quod iuſſu. l. j. vbi autem ſcit & tacet: tenetur tributoria, & ſic non inſolidum: nec deducit ſibi debitum. ff. de tribu. l. j. §. ſcientiam. ff. de exer. l. j. §. ſed his. Prima regula fallit xxvij. diſtinct. cap. j. liiij. diſtinct. ſi ſeruus. xx. quæſt. ij. capi. j. ſupra, de præſump. nonne [e]. ſuprà de iura. calum. capi. vlti. in fi. ſupra eod. lib. de confeſ. ſi poſt præſtitum. ff. ſol. matrim. l. ij. §. voluntatem. ff. de lib. agno. l. j. §. pœna. ff. loca. item quæritur. §. qui pro impleto. & vbicunque tacitum pactum inducitur à lege. ff. de pac. qui in futurum. Secunda fallit in eo qui tacet verbo, ſed contradicit facto vel ſigno. lxxiiij. diſtinct. capit. j. Item in epiſcopo qui tacet commonitus à vicinis epiſcopis, qui habetur pro contumace. lxv. diſtinct. ſi fortè. Item in his quibus requiritur expreſſus conſenſus: vt in adulto qui catechizatur. de conſecrat. diſtinct. iiij cum pro paruulis. & in ſeruitute imponenda. ff. de ſerui. vrb. prędi. l. inuitum. & in procuratore conſtituendo. ff. de procu. l. filius. §. inuitum. & in furto. ff. de fur. qui vas. §. vetare. & in ſoluendo matrimonio. ff. de ritu nup. in eo iure. §. deinde. & expreſsè debet teſtator nomen hæredis dicere. C. de teſta. iubemus. Item in caſibus not. ij. quæſt. vij. plerique. Quid ergo in his dices: nunquid tacens habebitur pro conſentiente, an pro contradicente? Sol. Dicunt quidam quòd regulariter tacens habetur pro conſentiente. facit ad hoc ſupra, regu. proxim. Fallit in caſibus ſupradictis. Vel dic ſecundò quòd aut eſt tale factum quod fieri non poteſt me prohibente. Pone caſum. liiij. diſtincti. ſi ſeruus. & tunc taciturnitas habetur pro conſenſu. Fallit in caſibus ſupradictis. Aut eſt tale quod fieri poteſt me contradicente. Pone caſum. ff. de contrahen. emp. rem alienam. & tunc taciturnitas non obeſt. nam dicit regula iuris: culpa caret qui ſcit, ſed prohibere nõ poteſt. ff. eod. l. culpa. ſecundum Io. qui hoc no. xxvij. diſt. c. j. & Bern. de præſump. nonne. Vel dic tertiò quòd in facto concupiſcibili, honorabili, & meritorio, taciturnitas habetur pro cõſenſu, vt in primis iuribus. Et not. ff. manda. qui patitur. In facto autẽ quod non eſt cõcupiſcibile, honorabile, & meritoriũ, ſed oneroſum: neceſſarius eſt expreſſus conſenſus [f] ſicut eſt quòd quis aſſumat procuratoris officium. quòd res ſuas ſeruiat: vt in ſecundis iuribus, ſecundum Innocen. qui hoc not. de elect. in Geneſi. Et Ioannes Mon. in regula, qui tacet. Quod verum puto hoc addito, quòd vbi ius in pœnam ſtatuit quem tacentem haberi pro conſentiente vel confeſſo [g], ſic habebitur, licet factum ſit oneroſum. exemplifica per decre. de iur. calum. cap. vlt. in fi. & ſupra. e. lib. de confeſ. ſi poſt præſtitum. cum ſimilibus. Concordat autem ad hanc regulam lex. ff. communi diui. l. Sabinus. vbi ſocius patiens habetur pro conſentiente quantum ad hoc, quia non agit ad demolitionem, & ſic quo ad hoc habetur pro conſentiente: agit tamen ad intereſſe: & ſic quo ad hoc habetur pro contradicente. & veritate conſiderata tacens non loquitur, & ſic nec contradicere nec conſentire videtur. Huius autem varietatem videre potes per ſolutiones ſuperiores ſimul iunctas.

*e Et vid. q̃ ibi ſcripſi ſuper vlti. gloſ. contra epi. quæ habet aliud in obligatione rei alienæ quàm in venditione. de qua ſcripſi de tranſact. ex literis. ſuper gl. ij. Io. And.*

*f Fallit fauore rei publicæ & pupillorum in caſib. quos ſcripſi in regula, qui tacet. ſuper gl. Ioã. An.*

*g Et iſtud propriè facit ad regũ iuribus quæ ſequũtur, & decre. nonne. de præſump. et quando habetur pro negãte: vt no. in decre. ſi poſt præſtitum. in fi. penulti. gloſ. Ioan. And.*

d *Non fatetur.* Not. quia non dicit, non conſentit. & ſic non contradicit regula, qui tacet. ſuper confeſsione enim vel negatione non ſuper conſenſu & diſſenſu fundatur hæc regula, & regula iuris ciuilis. propter attinentiam autem quam



quam habet confeſsio ad conſenſum & negatio ad diſſenſum, gloſſatores iuris ciuilis & noſtri illam materiam adaptauerũt huic regulæ: quę propriè ſpectat ad regulam, qui tacet; vt ibi etiam dixi. Ioan. And.

*a Veriſimile colligitur ex collatione rerũ ad inuicẽ. l. Lucius. ff. de reb. dub. ex pretio rei. l. cotẽ ferro. §. fin. ff. de publi. & vect. ex dignitate perſona. l. Titia. ff. de auro & arg. leg. ex amore perſonæ l. ſi ſeruus plurium. de leg. ij. à conſuetudine. Dyn. Phili. eleganter Claud. Cãtiuncula in topicis ſuis.*

INſpicimus [a].} Caſus primò poteſt figurari per c. ſi quis acceperit. xxxiij. q. j. Ponamus quòd aliquis Titius contraxit matrimoniũ cum aliqua muliere corrupta. fuit longo tẽpore cum iſta muliere. tractu tẽporis mulier petiit ſeparationem, dicendo quòd

INſpicimus [a] in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quod plerunque fieri conſueuit.

Idem.

REGVLA XLVI.

cupiebat effici mater & procreare filios & filias, & quòd maritus eius non erat potens ad coitum. vir econtra dicebat, q̃ imò erat potens, & eam cognouerat. Certum eſt quòd iſta mulier eſt corrupta: & ſic nõ poteſt cognoſci ex aſpectu corporis an fuerit cognita vel non. Ponam. quòd vir prima inſpectione apparet potens ad coitũ, quid tunc præſumemus? Reſpondetur quòd ſi maritus prima facie appareat potens, præſumemus cognouiſſe vxorem: quia in obſcuris præſumitur quod eſt veriſimilius. Item poteſt figurari per cap. j. de frigid. & male. in antiq. Si mulier dicit ſe virginem, illud faciliter poteſt perpendi ex inſpectione corporis: quia deputabuntur aliquæ matronæ mulieres honeſtæ, quæ videbunt in locis in quibus cognoſcitur virginitas, an talis ſit virgo, an corrupta. Sed quando mulier dixit ſe corruptã ab alio, tunc poteſt perpendi ex inſpectione viri, vtrũ habuerit genitalia arida vel vtilia: & ſi vir habet genitalia vtilia, tunc in dubiis præſumitur quòd eam cognouit. Item poteſt caſus figurari per cap. inter dilectos. de fide inſtrumen. vbi erat contentio de nomine, cuius erat ſigillum appoſitum in inſtrumẽto: quia aliqua pars ſigilli erat deleta. Dicebatur q̃ in ſcriptura ſigilli debebat eſſe Lotharius: & tamen non erat veriſimile quòd inter l, & t, poſſet poni o, propter paruum ſpatium. Dicitur ibi quòd præſumptio eſt quòd debet eſſe i, quod occupat minorem locum: quia in dubiis inſpicimus quod eſt veriſimilius. Item poteſt figurari in filio dicente ſe exhæredatum ex iniuſta cauſa, & agente querelam contra teſtamentum patris, vt teſtamentum rumpatur, & redeatur ad cauſam inteſtati. ſi hæres ſcriptus dicat filium ingratum, & filius dicit ſe gratũ: quæritur, cui incumbit onus probandi? Certè in dubio præſumitur pro filio: quia plerunque filij conſueuerunt eſſe grati & obedientes parentibus propter affectionem ſanguinis: & in dubio præſumitur quod eſt veriſimilius: ideo iſta præſumptio transfert onus probandi in hæredem.

*Filius agẽs querelam inofficioſi nõ tenetur ſe gratũ probare.*

Gloſſa ſequens dicit vnde ſumpta, ponit exempla & remittit.

a *Inſpicimus.* Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l. in obſcuris inſpicimus. Pone caſum in viro qui contraxit cum vidua, & longo tempore habitauit cum ea. illa dicit ſe incognitam. in hoc obſcuro præſumitur cognita: quod eſt veriſimilius. xxxiij. quæſt. j. ſi quis acceperit. Item cancellata vel obſcurata litera nominis, præſumitur ibi illam literam fuiſſe de qua eſt veriſimilius. de fide inſtru. inter dilectos. Item in dubio veriſimile eſt filium iniuſtè exhæredatum. C. de inofficio. teſta. authen. non liceat parenti. {Quia veriſimile eſt, quòd ingratitudinem non commiſit: vt in hoc ad propoſitum.} Hic autem repete quod dixi. ſupra eod. titu. in obſcuris. ADDITIO. Quæ eſt contra, cùm dicat ſpectandum quod eſt minimum: & ibi ſoluitur, quę ſolutio etiã patet ex textu. l. eod. titul. ſemper in ſtipulationibus, quę ibi vide. Ioannes And.

*b Dicit hic Ioan. And. quòd inſtrumentũ tranſactionis ſeu ſtatuti apparẽtis ſeruare tenentur, nã ad illa ſtatuuntur hæredibus quibus literæ ſpecialiter derogant.*

IS qui in ius [b].} Caſus poteſt figurari per cap. Eleutherius. xviij. quæſt. ij. & per cap. dilecti de foro competen. in ant. Dicitur in ca. Eleutherius, quòd quædã mulier fundauit monaſterium de licentia diœceſani, in cuius diœceſi erigebatur iſtud monaſterium: & ipſum dotauit reditibus. in die dedicationis ipſius monaſterij inter epiſcopum & religioſos fuit facta conuentio, videlicet quòd oblationes quæ euenirent in feſtis dedicationis & martyrum quorũ reliquiæ erãt in monaſterio, epiſcopus haberet mediam partem, & abbas & religioſi aliam mediam. Hoc facto, tractu temporis mortuus eſt abbas. ſucceſsit alius abbas qui noluit ſeruare illam conuentionem. Dubitatum fuit vtrum ipſe teneretur vti eo iure quo vſus fuit prædeceſſor? Reſpondetur quòd ſic, per regulam huius tex.

Item in cap. dilecti. dicitur, impetraui aliquod reſcriptum delegatorium contra te, antequam vterer meo reſcripto, es mortuus. nunquid virtute reſcripti potero facere conueniri tuos hæredes? Dicitur quòd ſic. nec ob. cap. P. & G. de offic. deleg. in antiq. vbi dicitur quòd reſcriptum delegatorium non extenditur ad perſonas in reſcripto non expreſſas: quia illud intelligitur quando ſunt omnino alienæ perſonæ. ſecus ſi ſint eædem perſonæ verè, vel iuris fictione. Et iſtud verum, quando reſcriptũ eſt impetratum contra aliquẽ expreſſum in reſcripto. ſecus ſi ſolum eſſet cõprehenſus virtute clauſulę generalis, & quidam alij. quia tunc hæredes illorum comprehẽſorum in illa clauſula generali non poſſent cõueniri virtute clauſulæ generalis illius reſcripti.

IS qui [b] in ius ſuccedit alterius, eo iure quo ille vti debebit.

Idem.

REGVLA XLVII.

Gloſ. ſeq. primò dicit vnde ſumpta. ponit exẽpla. ſecũdò ponit ſex caſus exceptos. tertiò reddit rationem regulæ, dicens eam in priuilegio perſonali vel pacto locum non habere.

*c Aliàs incipit, ſi quis ſed litera, is qui. venit ſub bulla. Ioan. And.*

b *Is qui in ius* [c]. Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. titul. qui in ius. & l. aliud. §. ſi. & l. nõ debeo. Pone caſum in pacto: quia eodem vtetur ſucceſſor quo prædeceſſor. xviij. quæſtion. ij. Eleutherius. Item conuenitur ſucceſſor per reſcriptum impetratum contra prædeceſſorem, ſupra de fo. compet. dilecti. de hoc de reſcript. ſignificauit. Item pone in hærede qui non vſucapit quod non vſucapiebat defunctus. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. l. cum hæres. quod dic vt dixi. ſupra eo. cùm quis in ius. hæres enim ſucceſſor eſt iuris. Hæc regula fallit. ff. de proba. l. Procula. vbi illa Procula fideicommiſſum quod compenſare potuiſſet cum teſtatore, cum hæredibus non compenſat [d]. Item fallit vbicunque morte defuncti confirmatur donatio: ibi enim non pœnitet hæres. C. fa. erciſcun. l. filiæ. Item in caſu. ff. ad leg. Fal. reperitur. Item fallit in conuentionibus, vbi ex perſona ſucceſſoris mutatur forus. hinc eſt q̃ clericus etiã in ciuilibus & patrimonialibus cõuenitur corã ſuo iudice. xj. q. j. nullus epiſcopus. & ca. clericum nullus. vbi de hoc. de foro competen. cum ſit. & ca. ſi diligenti. Item fallit in caſu. §. eo. lib. de iure pa. ca. vnico. vbi eccleſia quæ ſuccedit laico patrono, habet ſex menſes, cùm tamen ipſe laicus ſolum iiij. habeat. Item legatarius legatum acceptare non poteſt pro parte, & pro parte reſpuere. ſi tamen decedat pluribus relictis hæredibus, vnus pro ſua parte poterit acceptare: & alter pro ſua reſpuere. ff. de leg. j. l. legatarius. alias incipit, pro parte. Et eſt ratio huius regulæ quare eo iure vti debet quia plus iuris habere non poteſt: quia nemo plus iuris &c. j. eo nemo poteſt. cum ſimilibus. minus non: quia hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, ſucceſſor cum prædeceſſore: patet ergo idem ius vtriuſque. Et not. quòd dicit, eo iure: quia non eo priuilegio ex ſui perſona ſi perſonale [e] fuerat prædeceſſoris priuiligium: vt. §. eod. priuilegium. cũ ſuis concord. Idem dico de pacto perſonali. §. de tranſact. de cætero. & §. de præben. niſi cum ſimi. & facit hæc regula ad ea quæ not. de præben. tuis.

*d Ratio eſt, præſumitur enim fratrẽ debitũ nunquã petitũ remiſiſſe.*

*e Idem Dy. per modum obiectionis declarans per concor. ad quas remittit hæc glo. per q̃ cõcludit re. procedere in iure cohærente eis vel cauſæ: ſecus ſi cohæreat perſonæ. Ioã. And. Idem Philip.*

PRæſumitur ignorantia.} Caſus poteſt figurari per ca. ſi verò. ij. de ſenten. excom. in anti. vbi dicitur. ſi clericus nõ incedat in habitu clericali, & aliquis iniiciat manus violentas in eum: non incurrit excommunicationẽ ſi ipſe ignorabat talẽ eſſe clericũ: ſecus ſi ſciebat. Sed quid in dubio præſumemus: vtrum præſumetur quòd ipſe ſciebat talem clericum, vel quòd ignorabat: & ſi ſit præſumptio ſcientiæ, quòd ſibi incumbebat onus probandi? Reſpon. quòd præſumitur ignorantia: quia habitus demonſtrabit illum laicum: ideo iſta pręſumptio transfert onus probandi in clericum. Item poteſt figurari caſus per l. verius. ff. de probatio. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt præſupponendũ, quòd ſi teſtator legat rem ſuam vel alienam, valet legatum. & ſi legat teſtator rem alienam, hæres tenetur illam redimere ſi poſsit, vel tradere æſtimationem. & hoc verum ſi teſtator ſciebat rem alienam: ſecus ſi ignorabat: quia credebat rem eſſe ſuam. Sed ponamus quòd aliquis Titius teſtator legauit mihi rem alienam, fortè pratum vicini ſui. poſtea mortuus eſt teſtator. eo mortuo egi contra hæredem ſcriptum: & petij vt mihi traderet illud legatum. hæres excipiendo propoſuit quòd illud legatum non valebat, ex eo quòd teſtator legauerat mihi rem alienam. Ego econtra replicando allegaui, quòd licèt teſtator legaſſet mihi rem alienam, tamen ipſe ſciebat rem alienam: & ſic petebam vt hæres illam redimeret & mihi traderet: vel mihi daret æſtimationem. vtrum hæres teneatur probare quòd teſtator ignorabat illã rem alienam? Reſpondetur quòd non: ſed ego legatarius teneor probare quòd ipſe teſtator ſciebat rem alienã: quia in dubio præſumitur ignorantia: quæ præſumptio transfert onus probandi in me legatarium.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. Secundò ſignat cõtraria & ſoluit remittendo. Tertiò dicit regulam ceſſare in his quę quis ſcire vel indagare tenetur, in his quę ſunt iuris naturalis, intermittẽs de virtute huius præſumptionis: & de

triplici

Universidad de Deusto Biblioteca



*a Et vt dicit Dyn. ad ignorantiã facti reſtringitur hæc regu. & ſecundũ eum poteſt poni exemplũ de tutore qui præſumitur ignoraſſe ſe tutorem datũ. ff. de adm. tu. l. hoc autem. Ioan. And.*

triplici modo probandi ignorantiam.

a *Præſumitur ignorantia.* Pone caſum.lxxxij.diſ. propoſuiſti.in fi.ſecundum quòd ibi iacet litera.de ſent.excom.ſi verò.ij.& ff.de proba.l.verius. {Sic & dominus præſumitur ignoraſſe cum ſeruus eius ſuſcepit militiam.C.qui milita.non poſ.ſup ſeruis. Dy.} contra xvj.diſt.quod dicitis.j.queſt.j.ſi qui à ſimoniacis, ix. q. j. ordinatiões. xxxiiij. quæſt.ij in lectum.ſ. de elec.innotuit.cum ſi. in quibus iuribus

PRæſumitur ignorantia,[a] vbi ſcientia non probatur.
Idem.
REGVLA XLVIII.

dicitur quòd non præſumitur ignorantia,ſed potius ſcientia.Sol.dic vt no.de poſt.cap.j.in.iij.gloſ.de conſtit.cap.ij.& in prædic.cap.lxxxij.diſtinction.propoſuiſti, quòd circa ea quæ publicè fiunt, præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorantia. circa ea autem quæ fiunt occultè, præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia: vt hic. Et ſcias quòd hæc regula vera eſt in his quæ quis ſcire vel indagare non tenetur. In his autem quæ quis ſcire vel indagare tenetur, non habet locum: ſicut in eligendo Prælato. lxj. diſtinctio. capi. ij.viij. quæſt. ij. dilectiſsimi. de elect. cùm B in cunctis.& ideo ibi præſumitur ſcientia niſi probetur ignorantia: vt eodem titul. innotuit. Ad hoc eſt quod dicit lex, quòd magiſtratus tenetur de idoneitate tutoris vel curatoris quem nominauit, inquirere: & ideo imputatur ei ſi idoneus non eſt.C. de magiſtratibus. conuenien. l.penult. & per totum. [b] Et illud quod hæc regula dicit, præſumitur. Eſt autem huius virtutis hæc præſumptio, vt transferat onus probandi in aduerſarium: vt ſupra dixi. & idem eſt in aliis caſibus qui not.vj.quæſtion. vlti.actor.ſ.vt eccle. bene. vt noſtrum. Item not. quòd ignorantia tribus modis probatur. Vno modo per ſacramentum: & ſic probo in veritate me ignoraſſe.de ſent.excom.ſi verò.ij.de excep. paſtoralis.ſ.eo.lib. de elect. vt circa. & tunc demum admittitur probatio hæc, cum eſt probabilis: vt not. in prædic. cap.propoſuiſti. Secundò quando probatur id ex quo neceſſario [c] ſequitur me ignoraſſe: puta me tunc anniculum vel furioſum. iij.quæſt.ix.indicas. de ſucceſ.ab inteſta.cum dilectus. Tertiò quando probatur id ex quo nõ neceſſario, ſed veriſimiliter ſequitur me ignoraſſe: puta me tunc abſentem fuiſſe.& hoc dicere voluit Ioan.j.quæſt.j.ſi qui à ſimoniacis.& licet in facto proprio probabilis interdũ ſit ignorantia: vt xxxiiij.q.ij.in lectum.probabilior tamen in alieno. C ff.pro ſuo.l.vlti.quod dic vt not.j.quæſt. iiij. §.notandum.& quia ignorantia iuris præcipuè naturalis non excuſat, quod dic vt not.in prædi. §. notandum. de tali ignorantia non loquitur hæc regula, cum ibi par ſit pœna ſcienti & ignoranti.xvj.quæſt.j.ſi cupis.C.de in ius vo.l.ij.

*b Ad idem ſ. de crim. fal. ad falſariorum. in princip. Io. Andr.*

*c Ad hoc exemplum & ſequens facit. ff. de iis qui ſui vel alie.iu. ſunt.l.filiũ. Ioan. And.*

LOcupletari.} Caſus primò ponitur per.l.naturaliter. in fi.cũ.l.ſeq.ff.de condi.inde.ſic, Ponamus quòd alicui pupillo mutuaui pecuniam ſine auctoritate ſui tutoris, qui pupillus pecuniam illam non conſumpſit: ſed eam expoſuit vt bonus paterfamilias, ita quòd ex illa eſt factus locupletior. ipſe illam pecuniam mihi reſtituit: poſtea vult repetere tanquam indebitè ſolutam, an ſit audiendus? Certe non. nam ex quo conſtat quòd ex pecunia mea fuit factus locupletior: eſſet contra naturam quòd ipſe locupletaretur cum damno meo. Item poteſt poni caſus per .l.vltim. C.de vſucap.pro emp. Ponamus quòd à pupillo emi aliquam rem quam mihi vendidit ſine auctoritate tutoris: ipſe tradidit mihi rem, & ſolui ei pretium: modo ipſe vult repetere ipſam rem, & retinere pretium quod apud ſe habet, ſaltem ex quo factus eſt locupletior: an ſit audiendus? Reſpondetur quòd non.

D Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò ponit quatuor caſus in quibus fallit, rationem reddens, & exponens hic diſiunctam pro cõiuncta. Tertiò alleg.concor. ſignat contraria & ſoluit: etiam regulam exponit de enormi iactura.

b *Locupletari.* Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff.eo.tit.l.iure naturæ. Pone caſum.xvij.q.vlt.c.vlt. ſ.de dona.apoſtolicæ. vbi non ditatur monaſterium cum iactura cathedralis eccleſiæ. ff. de cõdic.indebi.l.naturaliter.in fi.& l. ſeq. vbi ſi pupillus accepit mutuũ, & locupletior inde fact⁹ ſoluit, non repetit. Et emens à pupillo ſine tutoris auctoritate, ſi ex ſua pecunia locupletior factus eſt pupillus, eum poſt pubertatem agentem exceptione repellit. C.de vſuca.pro emptore.l.vlt. & concor.xcix. diſtinction.ecce. xij.quæſt.ij.bonæ rei.xj. quæſt.iij.ſi quis verò.xiiij.quæſt.v.denique.xxij.q.ij.primũ in princip.C.de epiſco.& cleri. ſi quis presbyter.& ſupra de pœn.ſuam. vbi ſunt hæc verba: & ideo priuilegium interpretamur ne alteri enorme præiudicium afferat.de verb.ſig. quid per nouale.ix.quæſt.iij.nunc verò.xxv.quæſt.ij.de eccleſiaſticis.de conſuetu.cum olim.in fi.cum ſimilibus. Hæc

A regula fallit in præſcriptionibus & vſucapionibus, vt per te vides. Vt dicit Ioannes Monachus, hoc ne dominia rerum ſint in incerto.ff.de vſucap. l.j. vt ſit finis litium. ff.pro ſuo.l.ſi.in fi.ſupra de præſcrip.vigilanti. Et in exceptione non numeratæ pecuniæ: quæ ſi intra debitum tempus non opponitur, locupletatur petẽs cum aliena iactura.C. de non numera. pecu.l. in contractibus.Item in expẽſis factis in re aliena.ff.de do. exceptio. l. Paulus. ſed vbi eſt

LOcupletari [b] non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura. [c]
Idem.

auctoritas iuris non poteſt dici iniuria. xxiij.quæſti.iiij.qui peccat. Quod ergo hic dicit, iniuria vel iactura, expone vel pro &: ſic.lxxxvij.diſt.cap.j. ſ. de foro competen. dilecti.C. de verborum ſignifi.l.penul.& ideo etiam prædic.l.iure naturæ.ff.eod.titul.vnde hæc ſumpta fuit, dixit detrimento, & iniuria,[d] & cautius. Concordat ad hanc regulam.ff.de ſerui. ruſti.prædio.l.imperatores.in fine. vbi aqua de publico flumine ita demum duci permittitur, ſi ſine alterius iniuria tamen id fiat.ad idem.ff.de ſerui.vrba.prædio. l.fiſtulam. B C.de ſerui.l.vltim.in fi.cum ſimilibus. ex quibus probatur quòd etiam in meo facere non debeo quod noceat in alieno.contrarium tamen probatur.ff.de damno infect.l.fluminum. §.vlti.& l.Proculus.ff.de aqua pluuia arcen. l.j.§.denique. Dici ſolet, cum facio aliquid in meo ex quo alij noceo: aut immitto in alienum, vel opus facio: & tunc non licet. vt ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti. §. Ariſto.& l. teſtatrix. aut non immitto, nec opus facio in alienum: & tunc aut id dolo facio, vt noceam alteri: & tunc prohibeor aut non facio dolo, ſed eo ſolo propoſito vt mihi proſim, licet per id alij noceam: & tunc non prohibeor.ff. de aqua pluuia arcen. l.j.§. denique, cum ſuis concor. & facit ad hoc quod not. xj.quæſtio. iij.ſi quis verò.de auctor. & vſu pal.capit.iij. Et quod dicit hæc regula, iactura, intelligas enormi. nam priuilegium bene affert iacturam, licet enormem inferre non debeat.de hoc.xxv.quæſt.ij.reſcripta.de verb.ſigni.olim.ad hoc.C.de preci.impe.offe.l.quoties.

*Iniuria dici non poteſt, vbi eſt iuris auctoritas.*

*d Idẽ Areti. in prædictis tribus vel quatuor caſibus, & idẽ Dy. per modũ obiectionũ. Io. An.*

c *Iactura.* Largè ſumitur pro omni damno. de pœnis.ſuam. ADDITIO. Dicebat Dy. quòd regula iuris ciuilis, ſcilicet.l. iure naturæ. ff.eod. vnde hæc ſumpta fuit, vbi dicitur detrimento & iniuria, propter copulam ponebat vnum caſum. Iſta videtur ponere duos propter diſiun- C ctam. Ad primum alleg. ff. de condit. & demonſt. cum pupillus. §. diſiunctiuo. Ad ſecundum eod.titulo ſi hæredi plures.

IN *pœnis.* Caſus figuratur per cap.ex literis. ſuprà de conſtitutionib.& l.hæc enim. §.j.ff. de ſuſpectis tuto. primò per cap.ex parte. Quidam doctor Pariſienſis fuit priuatus à collegio aliorum doctorum & emolumentis regentiæ pro ſua contumacia, eo quòd nolebat obedire ſtatutis illius collegij: & fuit priuatus ſimpliciter nõ dicendo in perpetuum, vel quandiu durat in illa inobedientia. Dubitabatur, vtrum illa pœna duraret in perpetuũ, vel quandiu ipſe perſeueraret in ſua in obedientia? Reſpondetur quòd in dubio preſumitur quòd illa priuatio eſt tẽporalis, quandiu ipſe perſeuerabit in contumacia ſua. Item poteſt caſus figurari per.l.hæ enim.allegatam.

Pro cuius intellectu eſt primò præſupponendum, quòd quando tutor alicuius pupilli remouetur ab adminiſtratione propter dolum ſuum, efficitur infamis. Si verò fuerit remotus propter culpam ſuam vel negligentiam, non efficitur infamis.inſtitut.de ſuſpectis tuto. circa medium ti. Hoc præſuppoſito ponamus ſic caſum, Quidam Titius erat tutor alicuius pupilli, qui fuit remotus ab adminiſtratione D per ſententiam iudicis: ſed in ſententia iudicis non dicebatur quòd erat ſuſpectus, eò quòd inſidiis penſatis in tali re pupillum damnificauerat, vel quia erat negligens in adminiſtratione: ſed dictum fuit generaliter quòd remouebatur ab adminiſtratione, eo quia erat ſuſpectus. quæritur vtrum in dubio ſit præſumendum quòd fuit remotus ob dolum vel ob culpam ſiue negligentiam? Reſpondetur quòd præſumitur quòd ipſe fuit remotus ob negligentiam ſiue culpam: & ſic non eſt infamis: quia in pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundò arguit. tertiò ſpecificat quinque modos circa regulam.

IN POENIS}. Hæc regula ſumpta eſt.ex.l.ff. e.tit.l.factũ cuique ſuũ.§.in pœnalibus. Pone caſum in iudice qui ita pronunciauit, temere accuſaſti. calumniatorem nõ pronuntiauit.ſecunda quæſtione tertia, ca.ſi quem pœnituerit.§.notandum. Priuatus à collegio doctorũ, non perpetuo, ſed temporaliter priuatus intelligitur.de conſt. ex literis. Tutor remotus nõ expreſſo an propter dolum, an propter culpam, remotus



*† Hic addi: quòd vbi in dubio verſatur fauor animæ, dcitur pœna imponitur. ar. no. c. ad audientiã. de homic. vnde Anc. conſi. 179. interpretatur eum qui confitetur ſe vſurarium, fuiſſe talem tota vita ſua.*

*a Idem Io. Mo. dicit tamen quòd non diceretur dubiũ quãdo ex actis apparere poſſet caſſationis cauſa. Cod. de ſen. quæ ſine certa quanti. l. j. ff. de re mili. miles. §. miſsionũ. & dicens decreta ſuper eo. Ioã. And.*

remotus intelligitur propter culpam.ff.de ſuſpec. tuto.l. hæ A enim. §.j.concor.de pœni.diſtin.j.§.pœnæ.ſ.eo.lib.de elect. ſtatutũ.ff.de pœ.ſi præſes. Et ex hac regula, & eo quod dixi, eſt argu. [a] quòd in dubio præſumitur caſſatio electionis facta non vitio perſonæ, ſed electionis modo. & ſic addi poteſt ad decreta. de elect. ſuper eod. vt ibi not. per Compoſt.nam etiam iudice pronuntiante quod vim feciſti, de priuata intelligitur: vt in præ dicta.l.ſi præſes. & l. penul. Et nota quòd

REGVLA XLIX.
IN pœnis. †benignior[a] eſt interpretatio [b] facienda.[c]
Idem.
REGVLA L.

hæc benigna interpretatio fit in multis. Primò ex multiplici pœna expreſſa eligimus mitiorem. 50. diſtinct.eos.xxiij. quæſt.j.ſi quis dederit. Item quia ſi verbum poteſt importare pœnam perpetuam & temporalem, eligimus temporalem, xxxiij.quæſt.iiij.nõ oportet.ij. ſaluo eo quod habes 50. diſtin.c.j.&.ſupra de conſtitu.ex literis.per Bern. & modernos, & per Accur.ff.de poſtu. puto. §.j. Item quia de pœnis non arguimus ad ſimilia: [b] quia pœnæ non excedunt pro- B prium caſum.de pœni.diſtinct.j. §.pœnæ. Item vbi eſt tale verbum puniantur, priuentur: intelligimus per ſententiam, non ipſo iure.de elect.ca.quia propter. niſi ibi eſſent verba quæ aliud ſaperent: puta, ipſo iure, vel eo ipſo.ſ. eod. lib. de elec.quam ſit.in ſi.licet ibi Gar.contra. ſed primum credo ſecundum Guli. Item quia in dubio mitiorem caſum eligimus.ff.de ſuſpect.tuto.l.hæ enim.&.ſ.dixi. An iudex poſsit pœnas moderari, not.ij.q.iij.ca.ſi quem.§.notandum in glo, quæ incipit, vt j.iij.q.

a *Benignior.* Dicit canon, illa digniora ſunt imitatione, quæ ſunt excellentiora pietate.ix.diſt.ca.vlt.

b *Interpretatio.* De multiplici interpretatione vide quod no.xj.q.j.ca.clericum nullus.§.ex his omnibus. & de poſtu. præl.ca.j.

Gloſſa ſequens ponit rationem.

c *Facienda.* Ratio: quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.ſ.eod.odia.cum ſuis concord.

*b Quæ non ſunt de mẽte nec habent eundẽ effectũ, ſuper quo vide quòd ſcribſi.ſ.e.lib. de elect. ſi poſtquã. §. 1. ſuper gl. & ita. & remiſsiones quæ ibi de di & c. Ioã. And.*

ACtus legitimi. Caſus ponitur per ca.in electionibus.ſ.de elect.eod.lib.hoc modo, Vacante eccleſia Bictiuen canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri paſtoris, tractatu inter eos habito aliqui ex canonicis conſenſerunt in aliquem Titium vſque ad certum C tempus: vel in ipſum conſenſerunt caſu quo nauis veniret ex Aſia: an valeat talis electio? Reſpondetur quòd non: quia actus legitimi nõ recipiunt diem neque conditionem. Item poteſt poni caſus per ca.ſolet quæri.xxxij.quæſt.ij.in matrimonio carnali, hoc modo, Aliquis Titius contraxit matrimonium cum aliqua Berta vſque ad certam diem: an valeat matrimonium? Reſpondetur quòd non, per rationem huius regulæ quia actus legitimi.

Gloſ.ſeq.primò dicit vnde ſumpta: & ponit exempla. ſecundò ſignat ſucceſsiue ſex contraria, & ſoluit.tertiò oſtendit regulam iuris ciuilis cautius formatam.

d *Actus legitimi.* Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff. eod.titu.l.actus legitimi.vt emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, tutoris datio &c.per quam exemplificare potes hanc regulam. {Ponit etiam Dy.exemplum in auctoritate tutoris: quæ ſi interponatur ſub conditione, interpoſitio eſt nulla.ff.de aucto.tu.l.j. & ſi conditionalis.} Item exemplum pone in ſententia, quæ non debet ferri ſub conditione.ij.quæſt.vj.biduum. Item electio vel poſtulatio non debet fieri ſub conditione.ſ.eod.lib.de elect. in electionibus.

D Item matrimonium non contrahitur in diem.xxxij.queſt. ij.ſolet quæri.ſ. de condi.appo.ca.vlti. Contra.xviij.diſtin c. vlt.lxxxvj.diſtin.tantæ.x.q.iij.vnio.in fi.in quibus excõmunicatur quis vſque ad duos menſes. Sol. ibi ſumitur excommunicatio pro remotione à ſacramentis.excommunicatio enim debet eſſe perpetua.x.q.j.qui ſacerdotes. exponimus tamen perpetuam, id eſt donec pœnituerit. xxvij.q. j. de viduis.j.reſponſo.quia pro contumacia fertur.facit.ſ.de cõſti. ex literis. Item contra.ſ.de elect.cum in veteri. vbi eligendi poteſtas in certum tempus confertur. Sol. electio eſt ille actus legitimus qui non recipit diem: vnde non poſſunt canonici ſibi aliquẽ eligere in prælatum vſque ad feſtum reſurrectionis: vt hic. ſed poteſtas eligendi non eſt ille actus, & ideo datur in tempus: vt ibi.nam & procurator datur ad tempus.ſ.e lib.de procura.ſi quẽ ſub ea.hinc eſt quòd etiam de iure cõmuni tempora ad eligendum ſunt taxata. de elect. ne pro defectu.de conceſ.præben.c ij.ſ.eo.lib.de iure patro.ca. vnico.cũ ſimi. Item contra.vij.q.j.paſtoralis.ſ. de fi. presby. veniens, vbi prælatura eccleſiæ dari videtur ad tẽpus. Sol. vt ibi not.in vlt.glo.[c] Item contra: quia matrimonium licet nõ recipiat diem: [d] vt.ſ. recipit tamen conditionem. de condi. appo.ſuper eo. Sol. Veritate inſpecta nondum eſt matrimo-

*c Eſt propter mandatum papæ, dicit Phi. lib. allegãs Io. And. ca. cum de beneficio. de præb. ſ. eo.*

*d Etiam ex diſpẽſatione*

A nium, vbi non interuenit purus conſenſus, vt ibi patet, immo nec ſponſalia: vt ſupra eodem lib.de ſpon.ca.j.in fi. Item contra ad id quod ſupra dixi de donatione tutoris, inſtit.qui teſtamen.tu.da.poſ.§.ad certum. vbi tutoris datio diem recipit. Sol. quod ſupra dixi, habet locum in tutore dato à iudice: ſecus [e] ſi à teſtatore: vt in prædic. §.Item ad idem contra.ff.de tu.l.muto.§. penul.vbi datur à iudice: ſecus ſi a teſtatore: vt in prædic. §. Item ad idem contra. ff.de tu.l.muto.§. pe-

ACtus [d] legitimi cõditionem nõ recipiunt neq; diem. Idem.
REGVLA LI.
SEmel [e] Deo dicatũ, nõ eſt

*ni papæ: ſecũdum. Io. Andr. licet multi dicãt contra.*

*e Quare ſecus, not. C. de teſta.tu. l. 1. vbi duas rationes reddit glo. additur tertia: quia omiſſum à teſtatore propter diem vel conditionem, ſuppleri poteſt per iudicẽ. quòd non cõuertitur. Ioan. And.*

nul.vbi datur à iudice ſub conditione, ſi ſatisdederit: & iſta ſi ſatisdederit, pura eſt. Et facit quod habes. ſupra de elect. ſignificaſti. Et nota quòd ſicut hi actus non recipiunt conditionem vel diem, ſic nec diſiunctionem: vt in prædicto.c. in electionibus.& eod. titu. vt quis duas. Item nota quòd regula iſta indiſtinctè loquitur de actibus legitimis qui non recipiunt conditionem nec diem: lex autem ſtrictius dixit. Actus legitimi qui non recipiunt &c.quaſi dicat, aliqui ſunt B qui recipiunt, & aliqui nõ. & loquitur ipſa lex in actibus qui non ſunt contractus, ſed quaſi. Contractus enim bene recipiunt conditionem.ff.de contrahen.empt.leg.hæc venditio. Et ſic etiam poteſt ſolui id quod ſupra dixi de matrimonio, ſecundum Lau.Gof.& Ber.qui hoc not.de condi.appo.ſuper eod.in princ.& facit.j.eod.contractus. ADDITIO. Ad probandum quòd contractus bene recipiunt conditionem, alleg.Dy.inſtit.de emp.& vendi.§.emptio.ff.de in diem addic. l.ij.de peri.& com.rei ven.l.neceſſario.pro empto. leg.ij.§.ſi ſub conditione.vnde locatio, ſocietas, mandatum, & ſimilia qui ſunt legitimi actus, certum eſt quòd conditionẽ & diem recipiunt. Ioan.Andr.

SEmel Deo. Caſus in hac reg.figuratur multis modis. Primò per.ca.ligna.de conſe.diſtin.j. Ponamus quòd aliqua eccleſia vetuſtate conſumitur, ita quòd iſta eccleſia pro ſui conſeruatione indiget nouo tecto. deponuntur ligna antiqua: vtrum ſit licitum de illis lignis ædificare domum priuatam? Reſpondetur quòd non: quia ex quo illa ſemel fuerunt Deo dicata, nõ debent redire ad vſum hominum. Item poteſt poni caſus in ca.veſtimenta, ea.diſt. Ponamus: aliqua caſula vel aliud ornamentum eccleſiæ eſt de panno aureo: C iſtud ornamentum vetuſtate conſumitur: ſunt aliquæ petiæ integræ: vtrum ex illis ſit licitum facere burſas ad vſus hominum? Reſpondetur quòd non: quia ex quo ſemel illæ petiæ fuerunt dicatæ Deo, ex illis non debet aliquid fieri ad vſum priuatorum hominum. Vel poteſt poni caſus ſic, Ponamus quòd aliquis priuatus fecit fieri vnum calicem: qui calix eſt in dominio illius qui calicem fieri fecit, antequam ſit conſecratus. Sed ponamus quòd iſte calix cecidit inter manus epiſcopi, qui illum conſecrauit: vtrum epiſcopus teneatur reddere calicem illi cuius erat ante conſecrationem? Reſpondetur quòd non: ſed tenetur ſoluere pretium calicis illi cuius erat antequam eſſet conſecratus. Et hic eſt vnus caſus in quo inuitus cogitur quis accipere pretium rei ſuæ.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. ſecundò dicit etiam in re aliena regulam procedere. Item in eadem forma. tertiò dicit quòd in non dicatis non procedit. ſignat contra. & remittit. quartò notat nedum dominium, ſed etiam vſum prohibitum.

e *Semel Deo.* [f] Pone caſum.xij.quæſt.ij.nulli.ſupra de relig. do.ad hæc.ff.de reli.& ſum.fu.leg.ſi quis ſepulchrum. §. j.ad idem.xix.quæſt.iij.quæ ſemel.de conſe.diſtin.j.ligna.&.cap. veſtimenta.de foro competen.conqueſtus.de rerum permu- D ta mancipia. Cod.de ſacroſan.eccle.authen.præterea. Et habet locum hæc regula non ſolum in re propria, ſed etiam in aliena conſecrata. vnde ſi aurifaber habebat calicem quem epiſcopus conſecrauit, amplius non reddetur aurifici calix ipſe: ſed eius æſtimatio. & eſt caſus ſpecialis in quo priuatur quis re ſua.xiiij.quæſt.vj.comperimus. Et quod dixi in calice, idem eſt in qualibet re inanimata: ſecus autem in animata: puta in ſeruo. & ſic non eſt contra.liiij. diſtinct. frequens.& ca.ſeq. ratio eſt quam ibi not. Ioan. in prædic. cap. comperimus. & Ber.in prædic.decre.de reli do.ad hæc.quia res animata, ſcilicet homo, delinquit permittendo ſe conſecrari: inanimata verò non. Et eſt ſi.vij.quæſt.j.epiſcopus in diœceſi.& ff.de acqui.poſ.ſi rem mobilem. & leg. Pomponius.in princ. Et hoc quod hic dicitur, intelligas in eadem forma: quia ob redemptionem captiuorum vel vrgentia debita, calices & vaſa alia eccleſiaſtica vendi poſſunt etiam laicis, conflata tamen & minuta, x.quæſt. ij. hoc ius. & prædic. authen.præterea. Item nota quòd dicit, dicatum: quia bona eccleſiæ non dicata vel conſecrata bene tranſeunt ad humanos vſus: etiam ſerui eccleſiæ vendũtur vel donantur laicis etiam ad ſeruiendum.xij.q.ij.eccleſiaſticis. Argu.contra de re.per-

*f Dy. ponit exemplũ in æde ſacra quæ ſi deſtruatur vel corruat: locus tamen remanet ſacer. inſti.de re. diui. §. locus. ff. de rerum di. in tantũ. §. ſacræ. & de contrahen. empt.l. ædes ſacræ. Ioã. And.*

*Calices &c. poſſũt vendi etiã laicis pro captiuis redimendis.*

re.permu.ca.iij.dic vt ibi. Item no.quod dicit,ad vſus.quia non ſolum in dominium laicorum ,ſed nec etiam in vſum tranſire debent res Deo dicatæ.ad idem de conſecra.diſtin.j. veſtiméta.ex vltio quæ Balthaſar &c.vt ibi, & Danielis v.

a *Humanos* id eſt ſeculares,id eſt,ſecularium perſonarũ.ad idem.j.diſtin.c.j. xij. q.ij.qui diuinis & humanis. de teſta. cum eſſes.Hoc dico: quia ad vſus clericorum qui & homines ſunt, bene poſſunt reduci. de conſ.diſt. j.ligna. Alibi ſumitur humanum pro humili. 50. diſt.eos.xxxiij.q.j.ſi quis dederit.xxxiij.quæſt.ij. latorem.in fin. ADDITIO. Humanus accipitur etiam pro benigno, manſueto,& miſericordi. & inhumanitas econtra pro feritate,& crudelitate,& impietate.ſupra de præſcri.cũm ex officij.in pric.de cen.hect.& in cle.de reli. do. quia contingit. poſt princ. Ioan.And.

ad vſus humanos [a] vlterius transferendum.[b]

Idem.

REGVLA LII.

NOn præſtat impedimẽtum,[c] quod de iure non ſortitur effectum.

Idem.

b *Transferendum.* Adde quod dixi ſupra eodem, priuilegiũ. Ioan.Andreæ.

a Per hanc regu. dicit Phil. Ioan. An.non tolli ſponſalia per matrimonium ob conſanguinitatẽ reſolutũ.et fallit hæc reg. in ijs quib' tacita voluntas ſufficit.de leg. 1.planè. in princip. Ange. Bal. §.poſteriore. inſti, quib. modis teſt.infir.

NOn præſtat impedimentum.}[a] Caſus figuratur per.c.ſi verum.xxxj.q.ij.hoc modo, Titius contraxit matrimonium cum Berta conſanguinea ſua , & in effectu inter ipſos erat impedimentum,ita quod matrimonium non tenet, obſtante impedimento. poſtea cõtraxit cum alia in qua non erat impedimentum. vtrum valeat iſtud ſecundum matrimonium? Reſpõdetur q ſic.nec obſtat primum matrimonium quod fuit nullum,& quod de iure nõ eſt ſortitum effectum. Vel in electionibus ponamus ſic caſum. Canonici eccleſiæ Pictæ,vacante ſua eccleſia celebrauerũt electionem nullam. poſtea iſta electione non caſſata celebrauerunt ſecundam electionem. vtrum prima electio quæ fuit nulla (non tamen fuit caſſata)præſtet impedimentum ſecundæ electioni? Dicitur quod non.Contra iſtam regulam opponit gl. de.ca.j.ſ.de ſpon.eo.lib.vbi ſponſalia quæ ſunt nulla, præſtant impedimentum matrimonio contrahendo: vt,contraxi ſponſalia cum Berta quæ non tenuerunt propter impedimentum religionis vel conſanguinitatis : vtrum potero contrahere matrimonium cum conſanguinea Bertæ? Dicitur quòd non. Dicendum quòd illud intelligitur quando ſpõſalia ſunt nulla non ex defectu conſenſus. ſed ſi eſſent nulla ex defectu conſenſus,poſſem contrahere matrimonium cum conſanguinea Bertæ: vt dicitur in d.c.j.

Gloſſ.ſeq. primo ponit exempla. ſecundo ponit quinque caſus exceptos,& quintum non approbat. tertio notat in maleficijs regulam non loqui.

b Io.Mo.allegat pro exemplis multa iura quæ hic vide per Ioã. Andrea. in mercu.

c *Non præſtat impedimentum.* [b] Pone caſum in matrimonio quod non tenet,quod non præſtat: etiam impedimentum ſecundo.xxxj.q.ij.ſi verum. In electione quæ non tenet.ſ.de elect.congregato. In ſtipulatione quæ non tenet.ff.de verb. obli.ſi dari ſtipuler. Vides tamen circa matrimonium quòd ſponſalia quæ ſunt nulla propter affinitatem vel conſanguinitatem, præſtant impedimentum in conſanguineis alterutrius, ex publicæ honeſtatis iuſtitia. Ratio eſt : quia publicæ honeſtatis iuſtitia inducitur ex ſolo conſenſu : vnde ex quo ſunt aliqua ex conſenſu, licet aliàs ſint nulla, inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Si autem eſſent nulla ex defectu conſenſus,non inducitur.ſupra eo.lib.de ſponſa.c.j.ſicut & impedimentum affinitatis inducitur etiam per illegitimũ coitum.xxxv.q.ij. de inceſtis.Circa electionem etiam vides quod electio quæ nulla eſt ,ſecundam impedit.ſ.de elect. auditis. quod non proſequor :ſed dic vt ibi. Idem in denuntiatione noui operis,quæ ſi fuit iuſta , ſiue iniuſta , impedimentum præſtat futuro ædificio.ſ.de noui ope.nun.ca. j.&.ff.eo.titu.l.j.in prin. Idem etiam in appellatione, quæ & ſi ex falſa cauſa ſit interpoſita,dum tamen probabili,tali quę ſi foret probata, debeat reputari legitima : ea interpoſita nihil eſt innouandum.ij.q.vj.appellatione. Item in literis papæ per mendacium impetratis , quæ licet ſint nullæ quo ad iuris effectum,præſtant impedimentum alijs impetrandis,ſi de eis mentio non fiat.ſ.de reſcrip. cæterum.&. ca.ex parte. ſecundum Goff.qui hos quatuor caſus quos præmiſi , no.de deſpon.impu.literas.Sed Ber.in hoc vlt.contra.ſ.de reſcrip. ex tenore,in gl.j.in fi.[c] per decre.de confir.vti.vel inuti.bonæ.Et no. hanc regulam veram , niſi in pœnam aliquis prohibeatur: hoc dico propter maleficia quę non ſortiuntur effectum à iure : & tamen impedimentum præſtant promouendis.50.di.c.j.& ſ.ij. Interdum matrimonium contrahendo, iuxta ea quæ no.xxxiij.q.j.hoc ipſum.& hoc autem quando ſ.&.ſ.de pœni.& remiſ.cui presbyterum. & eſt ſi q non C.de leci non dubiũ.habetur enim pro infecto. q cõtra iura fit.&.dic.vt ſ.vbi de hoc, & ſ.e.que cõtra ius.& ibi dicã.Et q dicit,non ſortitur effectum : dic à principio vel ex

c Vide quod ibi dixi, & de hoc in præallegato. tũ no. ſtru. de coſ.pral ea. in 4.gl. Io. Andr.

A poſtfacto quod dic vt dixi.ſ.eo.non firmatur. ADDITIO. In hac regula non præſtat &c.Dy.ponit exemplum cum legata eſt mihi optio ſerui & ego elegi ,ſed electio nõ habuit effectum,iterum eligã.ff.de opt.leg.l.ij.ij.& iiij. Item ponit per.l.quod pupillæ ff.quãdo di.leg.ced. de condi, & demon. hæc cõditio.Io.And.

REGVLA LIII.

CVi licet[d] quod eſt plus, licet vtiq; q eſt minus.

Idem.

CVi licet.} Caſus primò figuratur per.c.ecce.xcv.diſt.vbi quæritur vtrum liceat ſacerdoti benedicere populũ in fine miſſæ. Reſpõdetur quod ſic: quia licitum eſt ſacerdoti quod eſt plus, ſcilicet conficere corpus Chriſti: ergo et ei licitum quod eſt minus,ſcilicet benedicere populum in fine miſſæ.Et hoc intelligitur de benedictione ſimplici,non autem de benedictione ſolenni,quæ de iure communi ſpectat ſolis epiſcopis & alijs ſuperioribus :licet ex priuilegio ſpectet aliquibus abbatibus.quæ benedictio ſolenis impertitur in trib' horis, videlicet in matutinis,in miſſa, & in veſperis.

B Item poteſt caſus figurari per.c.ex parte.iij. de deci.in anti.Papa cõceſſit priuilegium aliquibus religioſis,vt ipſi poſſint percipere decimas in certa parochia.poſtea fuerunt facta noualia. vtrũ etiã illis noualibus ipſi percipiunt decimas? Reſpondetur q ſic,per rationem huius regulæ : quia ſi fuit eis conceſſum quod eſt plus, videtur eis conceſſum illud q eſt minus. Secus ſi illud priuilegium eſſet conceſſum alicui laico: per.c.tua.eo.tit.Item ſecus ſi religioſi præſcripſiſſent decimas antiquas: quia cum præſcriptiones ſint odioſę,non poſſent percipere decimas de noualibus. nam præſcriptio non currit ſine poſſeſsione :quia iſti religioſi non poſſent dicere quòd habuerunt poſſeſsionem iſtorum noualium.

Religioſi habentes decimas antiquas ex priuilegio, habebunt ex noualibus.ſecus ſi ex præſcriptione percipiebant antiquas.

Gloſ.ſeq.primò dicit vnde ſumpta : & ponit exempla.ſecundò ponit brocarda. tertiò ſucceſsiue ſignat & ſoluit ſeptem contraria. quartò ſignat contraria ad negatiuam.

d *Cui licet.* Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff.eo.titu.non debet cui plus licet,quod minus eſt non licere.Et fallit hæc regula in caſibus ibi not.Pone caſum.Presbyter in miſſa conficit corpus Chriſti, q maius eſt : bene ergo poteſt benedicere populum,quod eſt minus.xcv.diſtin.ecce. Item conceſsis decimis laborum quod maius eſt, & noualium quod minus C eſt.ſ.de decimis,ex parte.iij.Item cui conceſſum eſt teſtari, puta filiofamilias in peculio caſtrenſi :ergo & donare cauſa mortis.ff.de dona.cauſa mortis.l.tam is,concor.xij.quæſt. j.præcipimus.cui cõmittuntur animæ, & res eccleſiæ etiam. ſ.de dote poſt diuor.reſt.per veſtras.cui committit vxor corpus,bene poteſt committere dotem. Et not. quod iſtud eſt vnum brocardum: cui licet plus,& minus.Aliud: quod licet maiori, & minori.xcv.diſtin.illud ſuperfluum.Aliud negando: cui non licet minus,nec maius.de ſent.excom.cum illorum.& quod nõ licet in minori,nec in maiori. de elect.cum in cunctis.vbi de hoc. Contra ad hanc regulam.ſupra eod. liber de præben.cui de non ſacerdotali. Solu.illud facit forma mandati.& eodem modo reſponde ad c.eod.titu. cum in illis.§.vlt.& facit quod dixi.ſ.ea plus ſemper.Item contra,de conſecr,diſtin.ij.comperimus. Sed illud ſpeciale propter vnionem. Et ſic etiam reſpondetur ad.l.ff. de admini.tu. cum quæritur. [d] Nam pupillus poteſt omnia nomina quæ fecit tutor reſpuere : ſed non quædam reſpuere , & quædam approbare. Item contra.de tranſla.ca.vlt vbi permittitur tranſire ad maiorem dignitatem,ſed non ad minorem. Solue vt ibi no.in glo.pe.Item contra.xxxiij.quæſt.ij.latorem.vbi poteſt communicare , ſed non oblationem dare.ad idem.xvij. D q.iiij.miror. Item contra de torneamentis. ca.j.de rap.ca.ij. vbi conceditur pœnitentia & non ſepultura. Sol.vt no.in prædi.ca.j.de torneamen. quia regulare eſt quod hic dicitur:niſi à minore prohibeatur ex cauſa,vel vt conſulatur vinis: vt ibi , vel ob aliã cauſam . Item ad negatiuam contra. xxxvj.diſtin.qui eccleſiaſticis.& j.q.j.ſi qui epiſcopi.vbi qui iniuſte ordinem contulit,priuatur collatione illius ordinis: ſed non minoris vel maioris ſecundum Ber.,licet Hugo contra.ſed dic vt.ſ.proxi. dixi. Plus ergo qualitate includit minus, ſed non ſemper: vt ſ. ſicut plus quantitate non ſemper includit minus: vt dixi.ſ.eo.tit.plus ſemper. ADDITIO. In hac regula,cui licet &c.Ioan.Mo.dicit ponendum exemplum per.§.is qui exequitur.inſti.mãda. vbi ſi mandaui fundum emi pro centũ , mandaſſe videor q ematur pro minori ſi haberi poteſt. & remittit ad regulã, plus ſemper. Dynus ponit exemplum in patre cui licet occidere adulterum inuentum cum filia:multo magis contumelijs afficere.ff.de adulterijs,nec in ea.§.ius occidẽdi.Item iudex poteſt deferre actori iuramentum in litem , quod eſt plus : poterit ergo taxationem iuriſiurandi adijcere,quod eſt minus.ff.de in litem iurando,videamus.§.penult.Ioan.And.

d Eadem reſponſio ad.l. in cauſa. ff. de procura. vbi licet procuratorem in totum reuocare, nõ in parte : ſecundum Dynum.

Qui prior



QVi prior eſt tempore.} Caſus figuratur per c.vlt.xvij.diſt. iuncto ca.j.de maio.& obe.in anti. Ponamus quod inter canonicos alicuius eccleſiæ eſt cõtentio quis debeat primò ſe ſubſcribere in inſtrumento in quo continentur actus capitulares.vel eſt cõtentio inter canonicos in ſeſsionibus, quis debeat eſſe in loco honorabiliori : vel in optione præbendæ eſt contentio quis debeat habere electionẽ.Reſpondetur quod antiquior canonicus eſt cęteris præferendus: quia qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure.Item poteſt poni caſus in pluribus expectantibus auctoritate apoſtolica,quorum vnus præcedit in data:vt ponamus quod papa hoc anno fecit mihi gratiam in eccleſia Picta. quia mandauit canonicis illius eccleſiæ vt conferrent mihi præbendam ſi qua vacaret,aliàs primò vacaturam.poſtea papa in dicta eccleſia fecit tibi ſimilem gratiam : quæritur quis noſtrum ſit præferendus in aſſecutione præbendę?Reſpondetur quòd ego qui ſum prior in data: quia qui prior eſt tempore,potior eſt iure.Item poteſt poni caſus in pluribus creditoribus: vt ſi ſint plures creditores alicuius debitoris , & vendantur res ipſius debitoris : quæritur quis debeat eſſe prior in debito conſequendo? Reſpondetur idem,quod ille qui eſt prior in tempore.

REGVLA LIIII.

QVi prior eſt tẽpore,[a] potior eſt iure.

Idem.

REGVLA LV.

Gloſ.ſeq.dicit vnde ſumpta,& ponit exẽpla:& ad vltimum exemplum ſignat contrarium & ſoluit.ſecundò dicit regulam procedere in his quæ pendent à voluntate duorum,non in legibus vel teſtamentis.ſignat cõtrarium & remittit.Item procedit cum par eſt ius vtriuſque.

a *Qui prior eſt tempore.* Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff.eo.tit. l.quoties vtriuſque.Pone caſum in iure ſeſsionis & ſubſcriptionis.xvij.diſt.ca.vlt.ibi præponitur prius ordinatus &.ſ. de ma.& obe.c.j.vbi de hoc. Dy.alle.ff.de al.ſcri.l.j.ij.&.iij.& C.de cõſ.l.j. lib.xij.In aſſecutione præbendæ qui primò impetrauit. [a] ſupra eo.lib.de præb.eum cui.Ex duobus emptoribus vel donatarijs præponitur in rei vendicatione ille cui res prius tradita fuit.C. de rei ven. quoties: in princ. & in fi. Sed quare in hoc vlt. caſu præfertur ille cui fuit primo res tradita, & non ille cui primo fuit vendita vel donata : quod eſſe deberet ſecundum hanc regulam? Sol. hęc regula locum habet in ijs quorum vtriuſque par eſt cauſa : vt in prædi.l. quoties.ff.eo.tit.ſed poſt venditionem quis remanet dominus . vendendo ergo & tradendo ſecundo , potior eſt cauſa ſecundi : vt ibi. [b] hoc probatur.Cod. de hære.vel act. ven.l. qui tibi.tenetur tamen priori ex empto quanti ſua intereſt: vt ibi,ſed per literas papæ quis ſtatim eſt canonicus : & ideo in eis attendimus datam : vt in prædicta decre.eum cui.& facit quod no.de ſpon.duorum.ca.vlt.in j.gl. Et nota quod hęc regula locum habet in contractibus & in ijs quæ ex duorum voluntate dependent : ſed in legibus. & conſtitutionibus quæ pẽdent ex vnius voluntate,reuocat poſterior priorem.Idem in teſtamentis eadem de cauſa: quia ex vnius voluntate dependent.Ad primum , de conſe.diſtin.j.ca.vaſa.de cogna.ſpiri.ca.j.ff.de legi.non eſt nouum.&. ſupra eo. lib.de conſt.ca.j.vbi etiam de hoc. Ad ſecundum.xiij. quæſt.ij.vltima voluntas. Et.ſupra de celebra.miſ.cum Marthæ. & ff.de leg.j.ſi mihi. Ad primum,contra.xxxiij.quæſt.ij.hoc ipſum. in fi.& 50.diſtin.domino ſancto.vbi dicitur quod potius ſtamus antiquo iuri quàm nouo. Sed dic vt ibi,& vt.ſupra dixi. Hæc regula in his locum habet quę par ius habent.nam priuilegia conſiderantur non ſolum ex tempore , ſed ex cauſa. ff.de priuile cred.priuilegia. hinc eſt quod receptus auctoritate apoſtolica,præfertur omnibus etiam antè receptis aliorum auctoritate.ſ.eo.lib.de præb.hi qui. Et creditrix dotalis præfertur etiam quibuſdam anterioribus creditoribus, non tamẽ filijs ex priori matrimonio qui agunt de dote materna.C.qui po.in pig.ha.l.vlti.& ibi de hoc, & plene per Azo.in ſumma.eod.titu. Sed longè plenius hic per Dy. cuius diſtinctionem vide. ADDITIO. In hac regula, qui prior &c.Dy.ponit exemplũ in creditoribus quibus res ſunt obligatæ,vt potior ſit qui prior eſt tempore. ff.qui po. in pig.l. potior & l.creditor & C.eo.l.ſi fundum &c.Ioan.And.

a In pari forma, & de hoc plenè ſuprà e. lib. de conceſ.præben. ſi ſob.in vl. in glo.

b Niſi prius ſe cõſtituiſſet priorẽ nomine poſſidere : vt ſcripſi in Spe de empti. et vendi.ca.2. vbi gloſſatur verbũ,conſtituit poſſidere. Ioan. And.

QVi ſentit onus.} Caſus primò figuratur per ca. de lapſis. xvj.q.vj.Ponamus quod aliquis clericus perpetrauit aliquod delictum propter quod fuit condemnatus agere pœnitentiã in aliquo monaſterio.nũquid bona ſua tranſeunt in monaſterium,vel monaſterium teneatur ipſum alere expenſis monaſterij? Reſpondetur quod ſi fuit condemnatus ad agendum perpetuam pœnitentiam in monaſterio , bona ſua tranſeunt in monaſterium : quia ex quo monaſterium ſentit onus, etiam debet ſentire emolumentum. Item poteſt poni caſus per.ca.j.de ſepul.ſupra eo.lib.vbi dicitur quod ſi parochianus eligat ſepulturam alibi q̃ in ſua eccleſia parochiali:

A ex illis quæ obuenerunt ratione funeris, eccleſia parochialis debet habere quartã,vel aliam portionem , ſecundũ conſuetudinem regionis.c.certificari.eod.titu.in anti.quia ſicut eccleſia parochialis ſuſtinuit labores adminiſtrando & celebrando diuina : ità ſimiliter debet eſſe particeps in emolumentis. Item poteſt poni caſus per c. filijs.xvj.q.vij. Certũ eſt quod patronus in eccleſia patronata ex iure patronatus conſequitur aliqua emolumenta: quia ad illã eccleſiam poteſt præſentare virum idoneum.Item in ſeſsionibus & ſepultura eſt præ cæteris honorandus. Item ſi patronus deueniat ad paupertatem,eccleſia tenetur ſibi ſubuenire præ cæteris egentibus.Sed quid:ponamus quod eccleſia opprimitur: nunquid patronus tenetur eam defendere? Reſpondetur quod ſic: quia ex quo ſentit commodum,ſentire debet onus. Item poteſt figurari caſus per ca.ſignificatum.de præbẽ.in anti.vbi dicitur quod ex quo clericus percipit fructus & emolumenta eccleſiæ ,ita ſimiliter tenetur & B debet eam officiare , & facere diuinum ſeruitium : quia ex quo conſequitur emolumentum , etiam debet habere onus: quia beneficium datur propter officium.

QVi ſentit onus, [b] ſentire debet commodum, & econtra [c].

Idem.

REGVLA LVI.

Patronus in eccleſia patronata aliqua conſequitur emolumẽta.

Gloſ.ſeq.dicit vnde ſumpta, & ponit exempla in vtroque dicto.ſecundo ponit quatuor caſus quibus fallit regula.

b *Qui ſentit onus.* [c] Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff.eo.tit.l.ſecũdum naturam cuiuſq; rei.Pone caſum in clerico qui propter lapſum detruditur in monaſterium ad pœnitẽtiam peragendam : quia res eius proficient monaſterio. xvj.q.vj.de lapſis.Ad idem.ſ.de ſepul.ca.j. ibi , ſint conſolationum ſocij &c.& C.de fur.& ſer.cor.l.vlt. §.ſed cũ in ſecunda.vbi commodatarius ſi furtiue ab eo ſurripiatur res commodata, & agens furti conſequatur pœnam a fure:pœnã ipſam non reſtituit domino,ne ſit damno tantummodo deditus, qui rem cõmodatam accepit:ſed liceat etiam lucrum ſperare. In ſecundo dicto ibi ſcilicet , & econtra. pone caſum in patrono qui defenſare debet eccleſiam.xvj q.vij. filijs. in clerico qui officiare debet eccleſiam.de præben. ſignificatum. Et dicit lex;non eſt ferendus qui lucrum amplectitur , onus autem ſubire recuſat.C. de cad.tol.l. vnica.§. pro ſecundo.in fine. Concor.ad hanc regulam.vij.q.j. ca.ibi.xij. q.ij. charitatem. C cum ſuis concor.&. j.e.rationi.&.ſ.eo.lib.de elect.cum non deceat.ff.de peri. & cõmo.rei ven.l.id quod poſt. Et nota q hæc regula fallit interdum ratione ætatis vel perſonæ:interdum ratione naturæ contractuum: interdum ex ſpeciali pacto. Primum patet.C.de leg.tu.l.vlti.in fi.ibi enim minores licet ad tutelæ grauamen non veniant , ſucceſsionis emolumentũ non amittunt.inſtit.de le.tu.in fi.ibi dicit textus,plerunq; vbi ſucceſsionis eſt emolumentum,ibi & onus tutelæ debet eſſe. Ideo autem diximus plerunq;:quia ſi fœmina impubes manumittitur,ipſa ad hereditatem vocatur, cum alius tutor ſit.Secundum patet.ff.pro ſoc.l.de illo.& l. nõ ob eam. ibi enim non ſit cõpenſatio emolumenti quod ſocius attulit ſocietati,cum damno quod intulit:imò eo nõ obſtante damnum emendare tenetur & eſt ratio,vt dixi,natura cõtractus: contrahitur enim ſocietas rãtùm ob lucrum. Vide quod no. ff.de neg.geſt.l.ſi negotia abſentis. Tertium patet.ff.de pact. do.l.familiæ.ad idem.ff.fa.ercif.l. licet. Ad hoc.ſ.eod.lib.de pac.c.j.& vlt.Item fallit vbi ex cauſa quis ꝓhibetur ab emolumento,licet onus habeat:ſicut in iudice,qui nihil à partibus debet exigere,niſi expenſas moderatas cum proficiſcitur pro cauſa. nec tunc illas , ſi partes notabiliter pauperes ſunt.ſ.eo.lib.de reſcrip.ſtatutum.§.inſuper.&.§.ſeq.& idem D in ſimilibus.Et cõcor.ad hãc regulam ca. decre. §. aſſeſſorẽ.

c In hac regu.tenet Ioan. And. declaratus per Philip. quòd monaſterium priuilegiatum tempore interdicti admittere familiares diuinis;admittet receptos poſt priuilegium. idem de epiſcopo priuilegiato vt quatuor ſui familiares abſentes recipiant fructus ſuorũ beneficiorum.

c *Et econtra.* Vnus intellectus eſt:qui ſentit cõmodum,ſentiat onus.& hunc glo.proſequitur.[d] Alius ſenſus eſt: qui nõ ſentit onus,non ſentiat cõmodum.[e] & pro hoc. xxxiij. diſt. præter hæc.ſ.eo.lib.de elect.generali.§.illos &c. Ioan.And.

d Et ſic ecõtra , id eſt econuerſo, nõ contrarietatem denotat, ſed conuerſionem eiuſdem & ſimilis. Ioan. An. & videtur mens Dyn.

e Ioã.And. declarans Dy. ait hũc ſenſum magis conuenire literæ.

IN re commum. Caſus in hac regula figuratur primò per.c. j.xxxiij.q.v.hoc modo. Ponamus quod Titius contraxit matrimonium cum Berta.contracto matrimonio & cõſummato,alter coniugum vult intrare religionem altero inuito, & in præiudicium alterius. Reſpondetur quod non poteſt: quia in re communi potior eſt conditio prohibentis. Item poteſt poni caſus per ca.quia propter.de elec.in anti.Vacante eccleſia Pictauenſi canonici eccleſiæ ſuper electione futuri prælati voluerunt compromittere in aliquos arbitros. aliqui ex canonicis non conſenſerunt:ſed dicunt quod volunt habere vocẽ.vtrum poſsint impedire poteſtatem tranſlationis in arbitros,& ne fiat compromiſſum? Reſpõdetur quod ſic: quia in tranſlatione poteſtatis in arbitros,requiritur conſenſus omnium. & hoc per rationem huius regulæ: quia in re communi potior eſt conditio prohibentis.

Gloſ.ſeq.ponit exempla,& remittit:& vj.caſus excipit.

In re

Universidad de Deusto Biblioteca



a *In re communi.* Pone caſum in duobus coniugatis: quorum vno vouere volente & altero prohibente, potior eſt cauſa prohibentis. xxxiij. quæſt. v. c. j. Itē vno prohibente ne procedatur per viam compromiſsi, potior eſt ipſius conditio. ſ. de elec. quia propter. ibi, vice omnium. Item duobus communem habentibus parietem, alter non poteſt deſtruere & reficere altero prohibente. ff. de ſer. vrb. prędi. parietē. & fuerunt hæc verba: l. ff. communi diui. l. Sabinus. & ibi de hoc. Et fallit hæc regula in caſibus ibi no. Primò quando non intereſt ſocij: puta quia incruſtare vult vel depingere. ff. de ſer. vrb. prædi. l. quidam Hiberus. §. parietem. vel vult ſcalas iuxta parietem ponere: vt eo. titu. fiſtulam. in fi. Secundò quando ob hoc quæſita eſt vt opus fiat. ff. communi diui. ſi ædes. Et ſic loquitur. ff. pro ſocio, cum duobus. § item Mela. Item quando ædificium reficeret. C. de ædi. priua. ſi vt proponis. ff. de dam. infec. ſi ędibus. & l. in reficiendo. {Intellige ꝙ in his caſibus quibus reficere vel facere licet, non velit ſocius facere iure ſeruitutis: quod non liceret. præalleg. l. parietem. de ſer. vrb. præd. ſed iure communionis licet. & ſic intendit gloſſ. Et facit. ff. pro ſocio, cum duobus. §. idem reſpondit.} Item fallit hęc regula religionis fauore: vt ſi ibi ſepelire velit: vt ff. de reli. ſi plures. vel in commune ſepulchrum alium mittere. inſtit. de rerum di. §. religioſum. ver. in commune. Item cum donator rem communem habet cum donatario. C. de dona. ſancimus §. ne autem. Accur. Et ſcire debes aliquid eſſe commune vt ſingulis: aliquid vt collegio: vt colligi. ſ. eod. quod omnes. & habes. ſ. de conſti. cum omnes. Ioan. Andr.

*Electio per compromiſſum poteſt impediri per vnum ſolum.*

*Parietem communem an poſſit vnus ſociorum altero inuito deſtruere & reficere.*

# IN re communi [a] potior eſt conditio prohibentis [b].

Idem.

REGVLA LVII.

Gloſſa ſequens ponit rationem regulæ.

b *Prohibentis.* quia volens nō ſolùm dominus eſt: vt in prædic. l. parietem. ff. de ſer. vrba. prædio. Ioan. And.

c *Contra eum.* } Caſus in hac regula primò poteſt figurari per cap. in præſentia. de proba. in antiq. hoc modo. Ponamus quod dicebatur ab aliquibus quòd intraueram aliquam religionem, & in ea feceram profeſsionem: ego autem excipiendo propoſui quòd eo tempore quo intraui religionem, eram minor annis, & ſic profeſsio non tenebat: propterea non erā obligatus religioni. Ad probādum meam intentionem, videlicet quod eram minor annis, feci meos articulos, in quibus cauebatur quod eram minor annis: & non dicebatur vtrum eſſem minor annis xiiij. vel xxv. vnde iudex examinauit meos teſtes, qui omnes depoſuerūt quòd quando intraui religionem, eram minor annis, publicatis atteſtationibus meorum teſtium, pars aduerſa contra me propoſuit quod non probaueram ſufficienter meam intentionem: quia ſolum probaueram quod eram minor annis, & nō quod eram impubes & minor xiiij. annis. eſt ibi textus quod fiet interpretatio contra me vt præſumatur quod volueram dicere quòd eram minor. xxv. annis. Item poteſt poni caſus per l. cum in lege. ff. de contrahen. empt. & ven. Ponamus quod habebam duas edes vicinas & contiguas: quælibet ipſarum erat altior diuerſis reſpectibus: quia vna in parte anteriori erat altior altera: reliqua autem erat altior in parte inferiori. vendidi tibi vnam iſtarum domorum, & in venditione appoſui iſtud pactum, ſtillicidia vt nunc ſunt, ita erunt in futurum. Vtrum videar appoſuiſſe ſeruitutem domui retentæ, vt non poſsim eam eleuare in illa parte in qua recipit ſtillicidia domus venditæ? Reſpondetur quod in dubio pręſumitur quod appoſui ſeruitutem domui retentæ vt non poſsim eam altius eleuare in illa parte in qua recipit ſtillicidia domus venditæ: quia fuit in poteſtate mea apertius declarare. l. veteribus Cod. de pac. Bart. in l. Labeo. ff. de contrahen. emp. & vend. Et hic eſt etiam glo. ſatis ampla. Sed quid dicemus ad l. ſi in emptione. ff. de act. empt. & vendi. vbi textus in contrarium: quia ibi dicitur cùm fundus venderetur, ſeruus Stichus accederet: id eſt venditus fuit ſeruus Stichus cum fundo: & venditor habebat duos ſeruos Stichos: dubitatur de quo Sticho intelligitur tale pactum? Dicitur ibi quod eſt in poteſtate venditoris retinere quem voluerit: & ibi illa verba fuerunt dicta non à venditore, ſed ab emptore. Ideo dicunt aliqui quod ſi verba fuiſſent prolata à venditore, quod fieret interpretatio cōtra emptorem: quia verba ſic proferrentur in contractu: nec inſpiceretur à quo fuerunt prolata, ſed cuius fauore proferrentur: ita quod ſi illa verba apponerentur gratia venditoris, fiet interpretatio contra venditorem. ſi gratia emptoris, fiet interpretatio contra emptorem. Tamen iſtud non placet gloſ. nec Bar. in dicta. l. veteribus. immo dicunt ſi conſtet quis protulit verba, fiet interpretatio contra eum. ſed in l. illa non conſtabat à quo fuerant illa verba prolata: ideo eſt in optione venditoris tradere quem Stichum voluerit. Vel dicit gloſſ. quod iſta regula fallit in iudicijs: quia non fit interpretatio contra proferentem, l. ſi quis. ff. de iudi. Ratio eſt: quia ſi fieret interpretatio ſecundum intentionem rei conuenti, & non actoris libellantis: reus diceret quod de illa re nō intellexerat. Item fallit hæc regula quando aliàs contractus eſſet inutilis: vt ſi ſtipulatus ſum hoc modo: Promittis mihi dare centum calendis Iulij, non dico proximis: quæritur de quibus calendis intelligatur: vtrum de proximis, vel de alijs? eſt ibi textus ꝙ intelligitur de proximis, & interpretatio fit pro me ſtipulante: quia ſi attenderetur tua intentio, tu diceres quod tu intelligeres de vltimis quæ ſunt circa iudicium finale, & ſic ſtipulatio eſſet inutilis.

*In præſentia. de proba. per caſus poſitionem peculiariter declaratur.*

# CONtra [c] eum qui legē dicere potuit apertius: eſt interpretatio facienda.

Idem.

Gloſ. ſeq. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla, & ad alterum remittit. Secundò ſucceſsiue ſignat & ſoluit ſeptem contraria. tertiò diſtinguit principaliter quinque membra. ſextum & ſeptimum addit in fi.

Contra eum [c]. Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. titu. l. in contrahenda venditione. Pone caſum in dicto teſtis cuius interpretatio fit contra producētem. ſupra de proba. in præſentia. Item per l. ff. de contrahen. empt. l. Labeo. vbi obſcuritas pacti nocet venditori qui legem apertius dicere potuit. ad idem. ff. de pact. l. veteribus. vbi plenè de hoc. Contra. ff. de iudi. ſi quis intentione. Solu. illud in iudicijs, hoc in contractibus. Sed adhuc contra. ſupra eod. cùm ſunt partium iura obſcura. Sed ibi ſolui. Item contra. ff. de contrahen. empt. ſi ita diſtrahatur illa aut illa res, quam elegerit venditor, hæc erit empta. Solu. verba illa fuerunt dicta ab emptore: vel naturale eſt in alternatiuis quod ſit debitoris electio. infra eod. in alternatiuis, cum ſuis concord. Item contra eo. titu. ſi in emptione. in prin. vbi ſi in emptione fundi dictum fuerit accedere Stichum ſeruum: accedit ille de quo venditor intellexit. Solu. hoc in principali, illud in acceſſorio. ſed hoc nihil eſt. vnde dic ibi verba prolata fuiſſe ab emptore. Item contra. ff. de ſer. vrba. prædio. ſi ſeruitus. ibi, ne luminibus officiatur: intelligitur de præſentibus & futuris. Sed ibi non eſt obſcuritas, ſed generalitas. ad idem de priuileg. quia circa. vbi generaliter remittens decimas, futuras & præſentes intelligitur remiſiſſe. Item contra. ff. de verbo. oblig. l. cum qui. vbi intelliguntur calendæ primæ ad voluntatem ſtipulantis. Solu. inutilis eſſet ſtipulatio, ſi ad voluntatem debentis, qui de vltimis mundi calendis intelligeret & diceret. Item contra. ff. eod. titu. l. in ambiguis. vbi ſtatur animo proferentis. Sol. illa in teſtamentis, reſcriptis & legibus: vt ibi no. hic autem in contractibus. Vt igitur plenè liqueat hæc materia: licet de ipſa tractetur de ſpon. ex literis. j. ff. de pact. l. veteribus. tu tamen no. quod obſcuritas vel ambiguitas aut apponitur in vltimis voluntatibus, aut in conuentionibus factis in iudicio, aut in confeſsionibus, aut in contractibus & pactis, aut in ſententijs [b]. Si in vltimis voluntatibus, ſubdiſtingue: quia aut conſtat de voluntate expreſsè, vel tacitè. Si expreſsè, illa ſeruatur: quia nihil eſt quod tantum debeatur hominibus, quàm quod vltimæ voluntatis liber ſit ſtylus. xiij. quęſt. ij. vltima voluntas. de teſta. officij. de condi. appell. in ma. cap. ij. Cod. de ſacroſan. eccle. l. j. Si conſtat tacitè, vt per coniecturam, illa ſeruatur. ad hoc xxvj. quæſt. vj. qui recedunt. de teſta. requiſiſti. ff. de leg. j. ſi ſeruus plurium. in fi. niſi dicta voluntas turpis eſſet: vt ff. de condi. inſti. l. quidam. vel aliàs contra ius. Pone exemplum. ſupra de teſta. tua. & ca. Rainutius. in fi. ff. ad l. Fal. Titia. quia priuata diſpoſitio teſtatoris &c. de teſta. requiſiſti. ff. de leg. j. l. nemo poteſt. ſi non conſtat expreſsè nec tacitè, ſtetur verbis teſtamenti. ad hoc xxij. quæſt. ij. is autem. de celebra. miſ. in quadam. de ſpon. ex literis. j. ff. de exer. l. j. § ſi is qui nauem. ff. de lega. iij. l. non aliter. Si autem verba ſunt nimis larga, ſequimur benignius & minimum. ff. de leg. iij l. nummis. ſupra eodem in obſcuris. cum ſuis concord. & ſic eſſet hæredis electio. Cod. de cond. inde. l. ſi quis ſeruum. ff. de leg. j. legato. Et lex. ff. eodem titu. ſi domus. & l. qui duos. loquuntur cum hæres eſt in mora: vt no. de teſta. indicante. ad hoc inſt. de leg. §. ſi generaliter. Si verò non appareat quæ pars ſit benignior vel minor, neutra tenetur. ff. de teſt. tu. l. duo ſunt. ff. de manumiſ. teſt. l. cum ex pluribus. ff. de libe. & poſthu. nominatim. Si quæratur ad quem ſpectat indagatio? Dic ꝙ ad iudicem. C. de fideicommiſ. l. voluntatis defuncti. Si in iudicijs ſit ambiguitas, ſit interpretatio pro proferente [c]. Ratio: quia debitor ſemper negaret ſe de hoc ſenſiſſe. C. de an. excep. l. vlt. in fi. ff. de verb. ob. inter ſtipulantem. §. j. ar. ff. de tribu. l. illud. §. j. & ff. de eo quod cer. lo. l. non vtique. §. damus. & hoc in litis exordio. de hoc de reſti. ſpo. cū ad ſedem. Si verò in ꝓbationibus ſit ambiguum, interpretamur cōtra producentem. de cōdi. app. per tuas. de proba. in præſentia. de teſti. cū tu. de fide inſtr. inter. in fi. debent enim probationes eſſe claræ. de præſcrip. auditis. ſaluo eo quòd poſſent teſtes obſcurè deponentes interdū iterum interrogari. de teſti. cùm clamor. quòd dic vt ibi notatur. Et eo. tit. per tuas. & in prædic. decret. in præſentia. in iiij. gloſſ. In confeſsionibus ſi confiteatur quis incertum, certificare cogitur. ff. de confeſ. l. certum. alioquin acciperetur quod magis expediet aduerſario: vt ibi, & ff. de inter. act. de ætate. § nihil. Ad hoc, ſ. de accuſa. cùm dilecti. & ſ. eod. lib. de confeſ. cap. ij. In contractibus aut eſt certum de conſenſu, aut de diſſenſu, aut eſt dubiū. In primo ſtatur ei quod ſenſerunt. ff. de rebus dub. l. in ambigua. de ſponſa. ca. j. In ſecundo nil valet. xxvij. q. ij. ſufficiat. xxx. q. ij. cap. vnico. ſ. de rapt. cum cauſa. de pigno. illo vos. xxix. q. j. §. j. ff. de contrahen. emp. l. in venditionibus. & ibi error non ſolum corporis, ſed etiam materiæ venditionem impedit. nil enim tam contrarium conſenſui ſicut error. ff. de iuriſdi. omnium iudi. ſi per errorem. ff. de iudi. l. ij. & errare eſt aliud pro alio putare. xxxviij. diſtin. quamuis. & xxij. q. ij. in quibus, non tamen omnis error matrimonium impedit, ſed error tātum perſonæ & conditionis. quod dic vt xxix. q. j. §. j. & in ſumma tenet etiam pignus cum obligatur æs pro auro. ff. de pigno. actio. l. j. In tertio caſu, ſcilicet cum eſt dubium, ſubdiſtingue: aut poteſt valere ſecundum vnius intellectum tantum, aut ſecundum vtriuſque. ſi ſecundum vnum tantum, valeat ſecundum quem valere poteſt. ff. de verb. oblig. l. quoties. Et habet hoc locum etiam in contractu matrimoniali in foro iudiciali. In foro autem animæ ſtaretur ei qui diſſenſiſſet in tali dubio: vt. ſupra de ſpon. tua nos. ſi ſecundum vtriuſque intellectum poteſt valere, valeat quod eſt veriſimilius. ff. de verb. oblig. l. cum qui ita ſtipulatus. ff. eod. titu. l. in obſcuris. & de verb. ſign. abbate. & ſupra eod. inſpicimus. cum ſuis concor. Sed ſi dubitatur quod eſt veriſimilius, ſeruetur quod in hac regula dicitur. ff. de verb. ob. l. quicquid. & l. ſi quis ex pluribus fundis. Et hæc vera, cum neuter dolum committit. Si autem alter dolum committat, cōtra eum fieret interpretatio. xxij. q. v. ca. qui peierare. §. ex his. & cap. quacunque. ſi vterque, tunc ad communem ſignificationem recurretur: vt in dicta decre. ex literis. vbi de hoc. xxij. quæſt. v. ca. hoc videtur. §. ſi ergo. & idem reperitur in iuramentis: vt ibi not. In ſententijs ſuis interpretari poterit præſes prouinciæ, vel procurator Cæſaris. ff. de appel. ab executore. in prin. minor non. C. de ſen. ex breuic. reci. l. ij. vbi de hoc. ff. de re iudi. l. iudex. functus eſt enim officio ſuo, ſiue bene, ſiue male iudicando. quod intellige in definitiua: ſecus in interlocutoria. quod dic vt not. de appellat. cum ceſſante. & ibi plenius ſcripſi. De fructibus tamen & expenſis ſupplere poteſt eadem die. ff. de re iudi. l. Paulus. & ſupra eodem lib. de appella. cum appellationibus. & de hoc not. xxxv. quæſt. ix. cap. loci noſtri. §. quia ergo. aliàs incipit, his ita. in j. gloſ. xj. quæſt. j. cap. clericum nullus. §. ex his. de poſtula. præla. ca. j. & ibi de multiplici interpretatione. De legibus non eſt dictum: quia in eis nihil eſt obſcurum vel ambiguum. iiij. diſtin. cap. erit. & in proœmio decretalium. Cod. de no. co. com. in j. conſti. ibi, erit lex certa, & breui ſermone conſcripta. Si tamen ambiguitas videretur in eis eſſe, recurritur ad condentem: quia ille ſolus interpretari poteſt qui condere. xj. quæſt. j. §. ex his. de iudi. cum veniſſent. de ſent. excom. inter alia. Cod. de leg. l. vlt. Et idem in priuilegijs quæ ſunt leges priuatæ, per eadem iura. & ſ. de offic. ordi. §. ſi verò. & ff. eod. titu. l. Neratius. & vide quod dixi poſt Innoc. Hoſtien. & Compoſt. de reſcrip. cauſam, ſuper glo. penult. ADDITIO. Per l. veteribus. ff. de pac. ſuperius. circa princ. huius glo. allegatam, & ff. de ſer. vrb. prædi. ſi arborem. § hæc lex. & de contrahen. emp. cùm in lege. & l. Labeo. ponit Dynus in eo qui vēdens & tradens domum dicit, ſtillicidia vti nunc ſunt, ita ſint. videtur dicere quòd domui venditæ debeatur à vicinis ſeruitus ſtillicidiorum: non econtra quòd domus vendita debeat ſeruitutem vicinis. Ioan. Andr.

*a Circa iſtam gloſ. ibi, cū cubitatur quod eſt veriſimilius, dicit Phil. interpretandum ſecundū ꝙ apparet eū principali conuentione: aut verbis eā præcedentibus aut ſequentibus. l. inſulā. ff. qui potio. in pig. habe. aliàs interpretatur contra proferentē. in d. l. veteribus. l. arborem. §. hæc lex. ff. de ſerui. ruſti. præd. niſi conſtet, Dyn. profe… rentem paciſci voluiſſe in ſuum fauorem ſi nō conſtiterit à quo ſint prolata verba: aut ſortè ab omnibus æqualiter dicta ſunt: eſt interpretandum contra illum cuius fauor verſatur. l. ſi ita. ff. de auro & argē. le. quia circa. de reſcrip.*

*b Aut in ſtipulatione prætoria: & tunc pratoris eſt interpretatio. ff. de præto. ſtipu. l. j. §. ſi. & l. prætorijs. Dyn.*

*c Sit actor vel reus ſecundū Dynum qui al leg. quod no. in l. ſi quis intentione. Ioan. Andr.*

*Errare eſt aliud pro alio putare.*

*Sententiam ſuā in poſſit iudex interpretari.*

*a Vide hic tractatum regularum Dynus.*



REGVLA LVIII.

# NOn eſt obligatorium [a] contra bonos mores præſtitum iuramentum.

N *On eſt obligatorium* [a]. } Caſus in hac regula poteſt figurari multis modis. primò per l. contractus. ver. excepto. ff. eo. Ego depoſui apud te libros meos vel aliam rem, & fuit appoſitum pactum inter nos, quia volui vt ſi res perderetur dolo tuo, vel eam venderes, quòd non poſſem agere cōtra te actione depoſiti, & iuraui illud, videlicet quòd non agerem contra te, etiam ſi in re depoſita dolum committeres: vtrum valeat tale pactum iuramento firmatum vt non poſsim agere contra te? Reſpondetur quòd non: quia iſtud iuramentum eſt contra bonos mores, & inuitat te ad delinquendum: & non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum. Item poteſt caſus figurari per ca. j. xxij. quæſt. iiij. Ego promiſi tibi occidere patrem meum: & caſu quo ipſum non occiderem, tibi ſtipulanti promiſi & iuraui ſoluere centum. nō occidi patrem meum: vtrum poſsis agere contra me etiam cōdictione ex ſtipulatu ad centum? Certè nō: quia iſtud iuramentum eſt cōtra bonos mores, & ideo nō eſt obligatorium. Item figuratur caſus per cap. Quintauallis. de iureiu. in anti. Vxor & filię Quintauallis, id eſt illius hominis ſic vocati, habuerunt verba, immo verbera cum vicinis ſuis: vicinæ fecerunt conueniri vxorem & filias Quintauallis ſuper actione iniuriarū. Quintauillis promiſit & iurauit ꝙ erat contentus ſtare ordinationi & voluntati vicinæ iniuriatæ. Ipſa vicina noluit habere emēdam pro iniuria ſibi illata: ſed voluit pro omni emenda ꝙ Quintauallis expelleret à ſe vxorem, & filias exhæredaret, ſi vnquā verbū iniurioſum proferrent contra ipſam vicinam. accidit ꝙ vxor & filiæ Quintauallis protulerunt verbū iniurioſum contra vicinā alias iniuriatā. dubitauit Quintauallis vtrum eſſet obligatus ad repellendum à ſe vxorē, & exhæredādum filias. vnde ipſe cōſuluit Romanū pontificē: qui cōſultus reſpondit ꝙ non: quia ſuū iuramentū erat cōtra bonos mores: & non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum.

*Quintauallis. de iureiur. peculiariter declaratur.*

Idem.

REGVLA LIX.

# DOlo facit [b] qui petit ꝙ reſtituere oportet eundem.

Idem.

Gloſ. ſeq. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundò dicit fallere regulam decre. ſi verò. tertio iſtius regulæ dat cōcor. & aſsignat duplicem rationem.

Non eſt obligatorium. Hæc regula ſumi potuit ex l. ff. eo. tit. l. contractus [b] quidam. verſi. excepto. per quam pone exemplū. nam non valet pactum ꝙ dolus futurus non præſtetur: vt ibi. Item pone in eo qui iurauit patrem occidere, vel ſimile quid facere. xxij. q. iiij. ca. j. & per totum. In eo qui iurauit vxorem & filios expellere. de iureiuran. Quintauallis. & per. l. ff. de leg. j. ſi quis inquilinos. in fi. vbi quod ſcriptum eſt in teſtamento contra bonos mores & iuramentum, nullius eſt momenti. ad idem de pact. do. l. conuenire. vbi pactū ne cum vxore agatur rerum amotarum, non valet: quia per illud inuitantur mulieres ad furandum. Non eſt ergo pręciſè vera regula quæ dicit quod iuramentum ſeruandum eſt, ſi poteſt ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari. ſ. de iureiur. ſi verò [c]. nàm ſi eſt contra bonos mores, non obligat: vt hic, & in ſupradictis iuribus. Idem in quolibet temerario. eod. titu. ſicut. & c. tua nos. & quando vi vel dolo præſtitum eſt. ſ. eo. lib. de iureiu. licet. quod dic vt. ſupra quod me. cau. abbas. & xv. q. vj. cap. ij. Et facit ad hanc regulam. j. eod. in malis. Facit etiam. ſupra eod. lib. de elec. vbi periculum. §. quid autem. & c. quia ſæpe. de reb. eccle. non alie. §. contractus. Et habuiſti idem de impoſsibili. ſupra eod. nemo poteſt. vt ibi dixi. hoc eſt impoſsibile moris vel iuris: & vt hic dicit Dy. quæ contra bonos mores ſunt, impoſsibilia dicuntur de iure. ff. de condi. inſt. filius. & l. conditiones. & l. quidam ergo &c. Non tenet ergo turpe pactum vel contra bonos mores ſupra de pac. ca. vlt. ergo nec iuramentum quod acceſſorium eſt. & facit. ſupra eod. acceſſorium. & vide quod ibi dixi. Et no. quod debemus rebus vti eo modo ad quem ſunt inſtitutæ: vt xxij. q. ij. is autem. Sed iuramentum non eſt inſtitutum vt ſit iniquitatis vinculum. xxij. q. iiij. inter cætera. ergo iniquitatem non vinculat vel obligat: vt hic vides. ADDITIO. Loquitur ergo regula, cùm dicit contra bonos mores: in prohibitis propter turpitudinem ſui. In prohibitis verò fauore perſonæ, iuramentum illius cuius fauorem reſpicit, facit valere quod non valebat, ſecundum Dy. vt in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. ſupra eod. lib. de pac. ca. ij. de iureiu. cap. ij. cum ſuis concor. Ioan. Andr.

*b Ibi vide do. Philip.*

*c Hic intelligit Phi. ꝙ non ſolum mores quæ iure canonico reprobantur, dicūtur mali: ſed etiā illi qui iure ciuili. tamen Ioan. And. c. quēadmodū. ſ. de iureiurā. ver. vel naſum, vult ꝙ iuramentū cōtra mores à iure ciuili reprobatos non ſit nullum niſi reprobetur etiā iure canonico, ſed de iſto latius ibi Imo. chart. xij. & xiij. Philip.*

D *Olo facit.* Caſus figuratur per ca. nullus. xiiij. quæſt. iiij. iuncto ca. debitores. de iureiuran. in anti. & l. dolo. ff. de excep. doli. hoc modo: Ponamus quod Titius mutuauit mihi ſub vſuris aliquam pecuniæ ſummam, & fuit facta pactio vallata ſtipulatione: quia ex nudo pacto etiam iuxta contractum non oritur actio, niſi ſit vallatum ſtipulatione. l. j. Cod. de vſuris. ergo Titius mutuauit mihi pecuniam ſub vſuris. ſatisfeci de ſorte principali: de vſuris non ſatisfeci. vult agere contra me ad vſuras. dico quòd non teneor: quia etiam ſi ſoluerem vſuras, poſſem eas repetere tanquam indebitas, & eſſet illas mihi reſtituturus, & ſic dolo petit illud ꝙ eſt mihi reſtituturus: vtrum bene dicam? Reſpondetur quòd ſic. Sed ſi iuraſſem ſoluere vſuras: tunc deberem ſoluere vt ſeruarem iuramentum, non autem virtute obligationis, & ex vi actionis: ſed ideo quia poſſum ſeruare iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ: ideo debeo vſuras ſoluere vt ſeruem iuramētum: ſed poſtea potero illas condicere tanquā indebitè ſolutas.

Gloſ. ſeq. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundò notat duo neceſſaria vt procedat regula.

b *Dolo facit.* Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eodē titulo. l. in condemna-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



condemnatione.§.dolo facit. Pone ergo caſum in vſurario qui non petit vſuras à debitore:ipſas enim reſtituere cogeretur.xiiij.q.iiij.nullus.ad idē de iureiur.debitores.j.reſpon. ad idem.ff.de excep.do.l.dolo.vbi hærede damnato à debitore, debitor non poteſt ex teſtamento agere: & doli mali exceptiōe vti poteſt. & ibi etiam ſunt hęc verba. Duo autē notantur circa hanc regulam. Primò,quod hic dicitur locū habere quando reſtituenda eſt res ei à quo

REGVLA LX.

NOn eſt in mora,[a] qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

Idem.

petitur: commodatarius enim repetit rem à fure quā reſtituere eum oportet domino.C. de fur. & ſer. corrup.l. vlt.§. ſed cum. Vir ſoluto matrimonio petit dotem à ſocero,quam vxori & eius liberis eum reſtituere oportet.ff.ſolu.matri. ſi ſocer.§.Lucius.{Et ibi de hoc, & C.loca.l. ſi quis cōductionis.ſi enim reſtituturus eſſet ſocero à quo petit, locus eſſet regulę.} Idem in vſurario qui vſuras repetit quas alijs ſoluit, ſi non eſt ſoluendo: præſtita cautione de ipſis reſtituendis ei à quo percepit.arg.de reſti.ſpo.olim.ij.& no. de vſu. quia B

*Regula dolo facit. in poſſeſſorijs locum non habet.*

fruſtra.Secundò no. hanc regulam non habere locum in poſſeſſorijs iudicijs,ſed in petitorijs.& hoc etiam not. Goſ. de offi.deleg.venerabili.& Ber.de reſti.ſpo.in literis.& probatur.ff.quo.lega.l.j.in princi.vbi dicitur quòd hæredi reſtituitur quod legatorum nomine præter eius voluntatem per legatarios poſsidetur.iij.q.j.ca.ij.de ord.cog.ca.vlt.& in prædic.decre.in literis.& in c.ſeq.& C.de rei vendi. ordinarij.cum ſuis concor.& ff.de iudi.ſi de vi. Ioan.Andr.

NOn eſt in mora.} Caſus in hac regula figuratur multis modis.Primo modo per c.incognitus.xvij.q.ij.Pro intellectu huius regulæ eſt præſupponendum quòd ſi ſeruus alicuius domini domino ignorante efficiatur monachus, & faciat profeſsionem,non tenet profeſsio: ſed dominus poteſt illum repetere. quod verum eſt, niſi dominus tacuerit per triennium: ita quòd per lapſum illius temporis triennij cum taciturnitate validatur ingreſſus. & hoc facit tacitus conſenſus reſultans ex iſta taciturnitate. Hoc præſuppoſito pone ſic caſum. Habebam aliquem ſeruum qui me domino ignorante intrauit aliquam religionem, & in ea fecit profeſsionem.intra triennium nō reuocaui ſeruum meum, ſed etiam per me non ſtetit: quia non poteram ire ad loca longinqua propter infirmitatem vel aliud iuſtum impedimentum: vtrum debeat mihi imputari vt non poſsim ſeruum meum repetere obſtante lapſu triennij? Reſpondetur C

*Seruus religionem profeſſus à domino repeti poteſt.*

quòd non: ſed ipſum ſeruum poſſum repetere non obſtante lapſu triennij: quia non fui in mora. Item poteſt caſus figurari per ca.de quarta.de præſcrip. in anti. Ego rector alicuius eccleſiæ parochialis non ſolui quartam diœceſano, quia prædeceſſores mei præſcripſerant. vtrum dicar eſſe in mora, & ſim puniendus tanquam moroſus vt incurram pœnam impoſitam contra moroſos per diœceſanum? Reſpondetur quòd non: quia poſſum me tueri defenſione legitima. Item poteſt poni caſus per l.lecta. §.ſed cum ſortis. ff. ſi cer. peta. Vſuræ non currunt quando quis non eſt in mora. Pone quòd promiſi tibi reddere centum cum vſuris: poſtea feciſti mihi pactum de ſorte principali ſoluenda. vtrum durante tempore currant vſuræ? Reſpondetur quòd non: quia poteram me tueri exceptione legitima: ideo propter exceptionem non ſum in mora.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. ſecundò reddit rationem, & ponderat quod dicit, legitima.

a *Non eſt in mora.* Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff. eod. titu. nulla intelligitur. & l. mihi intereſt. [a]Pone exemplum in D domino qui non requiſiuit intra triennium ſeruum ſuum fugitiuum monachum factum: dicitur enim fuiſſe in mora: quod eſt verum, niſi tueri ſe poſsit exceptione legitima: puta lōginquitate loci.xvij.q.ij.ſi quis incognitus. Item pone in clerico qui non dicitur in mora ſoluendi quartam decimatum, ſi tutus eſt exceptione præſcriptionis ſupra de præſcrip.de quarta. Item pone per. l.ff.ſi cer. pet.l.lecta eſt. §.ſed cum ſortis.vbi ſunt hæc verba: vbi ille qui tutus erat exceptione dilatæ ſortis,per tertium pactum non dicitur in mora, & ſic non veniunt vſuræ,vt ibi.ad adē vt lit. non conteſt. quoniam.§.ſi verò aliter.in fi. Potes etiam exemplificare per ea quæ dixi.ſupra eodem imputari non debet. Et not.quia vt dixi.ſupra eodem mora ſua cuilibet. vt quis dicatur moroſus, neceſſe eſt quod ſciat vel ſcire debeat ſe debere: ſed ille qui tutus eſt exceptione legitima,neſcit ſe debere, vel neſcire debet: ergo non eſt in mora: ita quòd prout dicit Dy.ab omnibus effectibus moræ quos poſt eum ſcripſi in regula, mora ſuper.j.glo.exemptus erit & indemnis. Item no.quod dicit exceptione legitima, quæ eſt cum eſt obligatus iure naturali & ciuili:ſed obſtat exceptio,puta

*a Io.Mo. dicit ponendum caſum per l. ff. de copen. cum alter.& l. ſeq.de iudi. nō videtur. ff.de re iudi.contumacia. §. vl.ff. de vſu.cum quidam. §. ſi pupillo. Ioan. And.*

A pactum de non petendo, vel ſimilis. vel eſt obligatus iure naturali tantùm. Et facit quod circa indebitum not. j. q.iiij. in fi.& ff. de ſol.is qui. Et intelligitur exceptio illa legitima, quæ replicatione non eliditur. Pone exemplum, debebas mihi decem. tibi feci pactum de non petendo: ſed per metum, vel furoris tempore hoc feci: tunc exceptio pacti nō eſt legitima: quia eliditur replicatione furoris vel metus: & ideo diceris in mora fuiſſe.& idem in fi. ADDITIO.

*Exceptio dicitur legitima quæ nō eliditur replicatione.*

REGVLA LXI.

QVod ob[b] gratiā alicuius cōceditur, nō eſt in eius diſpēdium retorquendum. Idem.

ADDITIO. Idem Dy.ad hoc.ff.eod.nihil.ff.de excep.l.ij. De replicatione plene ſcripſi de excep.à nobis. Ioan.And.

QVod ob.[b] Caſus in hac regula poteſt poni multis modis.Primo modo per cap.ad apoſtolicam.de regularibus,in anti.Intraui religionem non mendicantium. nōdum lapſo anno volo facere profeſsionem ſolennem, id eſt promittere in manibus prælati ſeruare obedientiam, paupertatem,& caſtitatem. conuentus autem cōſentit.vtrum poſsim facere talem profeſsionem probationis? Dicitur quòd ſic: B quia annus probationis fuit introductus in fauorem intrantis,vt experiatur,ne aſſumat onus importabile. Item in fauorem monaſterij, vt poſsit experiri mores intrantis: ideo non debet retorqueri in eorum læſionem. Item poteſt figurari per l.non eo minus.C.de procu.Certum eſt quòd ſi minor fuerit in iudicio ſine auctoritate curatoris,& feratur ſententia contra ipſum:non tenet ſententia.Sed ponamus quòd minor fuit in iudicio ſine auctoritate tutoris vel curatoris. licet aliqui teneant quòd ſi litiget per ſe, non tenet ſententia: ſecus ſi per procuratorem. Ponamus ergo quòd minor conſtituit procuratorem ſine auctoritate curatoris:qui procurator fuit admiſſus: quia non fuit ei oppoſitum quòd ipſe fuerat conſtitutus à minore ſine auctoritate curatoris. fuit deuentum vſque ad ſententiam definitiuam, quæ fuit lata pro minore vſque ad ſuam vtilitatem.an valeat talis ſententia? Dicitur quòd ſic: ne illud quod eſt introductum in fauorem minoris,vertatur in eius detrimentum: quia fuit introductum in fauorem minoris vt interueniret curator, ne minor decipiatur.

*b Hic vide laſo. & omnes in.l. quod fauore,C.de legi. Felt.ca. intelleximus. de iudi.cap.dilectus. de reſcrip.2. col. ver. octaua concluſio.*

Gloſ.ſeq.primò ponit exempla.ſecundò ſucceſsiuè ſignat & ſoluit ſeptem contraria.tertiò conuertit regulam.

C b *Quod ob.* Oeconomus qui in fauorem eccleſiæ conſtitutus eſt,eccleſiam vacantem grauare non debet.xij.q.ij. charitatem. Item pone per decre.de regu.ad apoſtolicam.In religionibus non mendicantibus per decre.eo.tit. non ſolum. 5.eod.lib.&.c.ſeq.Item pone per l. C. de procu. non eo minus.vbi ſententia pro minore lata qui ſine tutore cauſam egit,bene tenet.vnde dicit ibi textus,minoribus ætas in damnis ſubuenire,non in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit.& habes idem.C.de legi.l.quod fauore.ff.de legi.l. nulla iuris ratio.& proſequere vt ibi vtrobique.& facit in auth.de illuſtri.& qui ſuperilluſtres ſunt.colla.v.vbi licet conceſſum ſit clariſsimis quòd per procuratorem agere poſsint,nihilominus & per ſe agunt ſi volunt. nec cogere poteſt aduerſarius minorem vti beneficio reſtitutionis in integrum ſibi conceſſo contra cōtractum.ff.de mino.l.ſi iudex. {Dat Dy. aliud exemplum per l.iij.§.duæ.ff.ad Car. Dicit etiam quod confirmatur hæc regula & ipſius exempla traduntur.ff.de le.con.l.ij.de in diem addic. Sabinus. de fide inſtr. l. plures. de ſecundis nupt.generaliter.§.in his.} Contra.5.eod. lib.de præben.cui de non ſacerdotali.Solu.illud facit forma mandati.& facit quod dixi ſupra eod.plus ſemper. Item contra ſupra de mu.pet.prudentiam. vbi clauſula, appellatione re-D mota,impetrantis fauore appoſita,in læſionem retorquetur ipſius. Sol.ibi: quia id locum habet cum princeps aliquid concedit ad inſtantiam petentis, hoc cum motu proprio: puta minoribus vel eccleſijs.[c] Et ſic etiam reſpondetur ad decre.de conſtit.cum omnes.ff.quod quiſque iur.l.j. & probatur eodem titu.l.iij. & facit optime ad hanc ſolutionem. ſupra eodem lib.de præben.ſi motu proprio.Item contra.ff. de iur.au.annu.l.ij.vbi lata ſententia pro me ſuper ingenuitate,perdo ius annulorum:ſed hoc non inducit ſententia:ſed tacita mea renuntiatio: quia eligendo vnum ex contrarijs, alteri renuntio.5.de elect.vt quis.C.de fur.l.j.[d] Item contra C.de quæſt.l.pridem.vbi ſeruus pro domino non torquetur. Sol.non poſſet torqueri pro domino, quinetiam torqueretur cōtra eum: quia pro vtraque parte teſtis iurat dicere veritatem. Item contra C.de Iudæis.l.die ſabbati.vbi præcipitur φ Iudæi non conueniantur nec conueniant in ſolennitatibus ſuis.Sol.ſpeciale eſt propter feſtiuitatem. Vel poſſet dici φ conceſsio illius priuilegij non ſtetit in finibus proprijs propter æqualitatem in iudicijs ſeruandam. [e] Itē contra.ff.de peri.& com.rei ven. ſi vina. vbi in fauorē emptoris vina ementis excepta fuerunt acida & mucida, & tamē ipſe emptor

*Sententia lata pro minore curatorem non habente, valet et tenet.*

*c Placet Phil.Dy.*

*d Idem Dy.*

*e Idem Dy. Philip.*



emptor illa inuito venditore habere non poſſet. Sol.ibi nullus fauor,ſed ius commune, hic autem de gratia vel fauore loquitur,quod eſt proprie contra ius commune, ſecundum Accur.Item ſignatur contrà.ff.de auct.tut.l.obligari.§.hæreditatē.& inſtitu.de Attil.tu. §.neque.[a] vbi dicitur quod pupillus nō poteſt adire hæreditatē etiam locupletē ſine tutoris auctoritate. Sol. in his quib[9] certum eſt conditionem pupilli effici meliorē, valet factum à pupillo etiam ſine tutoris

*a Ibi vide dominum meum Nico.Brux.*

REGVLA LXII.

NVllus ex conſilio,[a] dummodo fraudulentum nō fuerit,obligatur.

Idem.

ris auctoritate, vt ſi feratur pro eo ſententia,vt in.l. non eo minus.In his verò quibus certum eſt conditionem pupilli deteriorem conſtitui,vt ſi alicui ſe obliget, vel actionem cedat, factum ſine tutoris auctoritate non tenet. Cod. de auct. præ.l.ij.& iij.In his verò quibus dubium eſſe poteſt, an pupilli conditio conſtituatur melior vel deterior, vt in hæreditatis aditione quæ poteſt habere latentia onera, factum à pupillo ſine tutoris auctoritate non tenet,vt in dictis contrarijs,& hoc fauore pupilli ne oneribus implicetur.ff.de acquir.hære.l.more.&.l.pupillus. Et hæc regula habet veritatem in ſui contrario,ſcilicet quòd pœna vel odium non debet conuerti in præmium.xvj.quæſt.j legi.5.de ſent.excom. ſi verè.cum ſuis concor.ff.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.§.qui autem. ADDITIO. Dyn. etiam alleg.ff.de inter. & re leg. relegatorum.§.vlti.&.l.ſeq.& quod not. in auth.de hære.& fal.§ ſi verò.col.j.Ioannes Andreæ.

*Pœna vel odium non debet conuerti in præmium.*

NVllus ex conſilio.} Caſus figuratur per.l.ij. in fi.ff.man. Cum Titius haberet aliquam pecuniam, & erat dubius an deberet illā fœnerare,id eſt mutuare ſub vſuris,vel exponere in emptionem prædiorum, ipſe petiit à me conſilium. ego dedi cōſilium ei vt potius pecuniā ſuā fœneraret quàm in emptionem prædiorum collocaret. quod fecit inſequendo conſilium meum.poſtea ſui debitores quibus pecuniam fœnerauerat,ſunt facti nō ſoluendo,quia mercātię ſuæ pertinebant ad alios mercatores.ipſe videt ſe deceptū ex conſilio meo, vult agere contra me actione mandati vt reſtituam ſibi damna & intereſſe quæ ipſe conſecutus eſt ex conſilio meo.vtrū poſsit? Reſpon.φ non, niſi fraudulenter fecerim, vt ſi erant debitores mei, & dedi ei tale conſilium vt debitores mei mihi ſatisfacerent, tunc ex conſilio doloſo tenerer. C

Gloſſa ſeq.primò dicit vnde ſumpta. ponit rationem regulæ & exceptionem.ſecundò diſtinguit. tertiò oſtendit quid differt conſilium à mandato.

a *Nullus ex conſilio.* Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff.e.tit.l.cōſilij.Ratio huius regulæ colligitur ex canone. xiiij.q.j. quod præcipitur.ex decre.de arb.cū olim.ex.l. ff.man.l.ij.in fi.per quam exēplificare potes.& ibi de hoc. Et.ff.de verb. ſignifi. ſæpe.in fi.& inſti.de obl.quæ ex delic.§.ope. Nullus enim tenetur conſilium ſequi, immo explorare & deliberare debet apud ſeipſum,an ſibi expediat,necne:vt in prædictis iuribus.Si autē cōſilium ſit fraudulentum,bene obligatur cōſulens, licet duret ratio ſupradicta, & hoc ratione fraudis. exemplifica per canonem.lxxxvj.diſtinct. tanta.5.de renun. ſanè.ff.de dolo. quòd ſi cum ſcires. Nota igitur & breuiter circa hoc.aut conſilium datur circa contractum vel quaſi,aut circa maleficium vel quaſi. Primo caſu ſubdiſtingue, aut tale conſilium non eſt fraudulentum, & tunc non tenetur,[b] vt hic, & in ſupradictis iuribus.ff. de dol. & eleganter.in fi.aut eſt fraudulentum,& tunc tenetur actione de dolo ipſi cui conſilium dedit,vt in prædic. l. quòd ſi cū ſcires. D vbi ille qui doloſè mihi cōſuluit, & fortè ſui lucri cauſa mutuare debitori non idoneo, tenetur mihi actionē de dolo. ad idem. ff. de proxeneticis.l.ij. In ſecundo caſu, ſcilicet cum datur circa maleficium,tunc tenetur conſulens,non tamen illi cui,ſed illi contra quem conſilium dedit: nec tunc tenetur actione de dolo, ſed eius maleficij nomine. nam ſi conſuluit occidi,homicida eſt.50. diſ.ſi quis viduam.de homi.ſicut dignum. Si conſuluit ſeruo vt fugeret, vel furtum faceret, tenetur furti[c] vel ſerui corrupti. ff.de ſer.cor.l.j.§. perſuadere.Si conſuluit Titium mihi iniuriam facere,tenetur mihi actione iniuriarum,de pœ.diſt.j. non ſolū.ff.de iniu.l.non ſolū.Idem vbicunque cadit in nomen maleficij:ipſi autē cui dedit cōſilium,non tenetur,tum quia ſcire debebat id ſibi nō expedire,vt.5.dixi. tū quia ex improbitate ſua nullus cōſequitur actionē.ff.de fur.itaque fullo. Differentia eſt ergo inter mandatum & conſilium. nam mādator obligatur mandando,ſed non conſulens conſulendo.ff.man.l.ij.& inſtit.man.§.tria genera.vbi de hoc.

*b Sentit Bar.l.nō ſolū.§.ſi mandato.ff. de iniur. circa fi.& l.ſi remunerādi.§.ſi tibi. in mandato non cōſilia loquitur. Philip.*

*c Non tamen condictione furtiua.ff. de condi. fur. proinde.qd dic vt ibi no.& prædict.l.ſæpe. Ioan.And.*

EXceptionem.} CASVS figuratur per.c.illud.5.de preſcr. hoc modo. Titius detinebat rem ad me pertinentē.feci eum conueniri coram iudice competēte,obtuli ei libellum, cui petij reſponderi.Cum reſtaret per ipſum reſpōderi meo



A libello, Titius excipiendo propoſuit quòd ipſe poſſederat illam rem per tempus ſufficiēs ad præſcriptionem petebam vt ipſe probaret ſe præſcripſiſſe illam rem. Dicebat ipſe, probato primò quòd res fuerit tua. dixi quòd ſufficiēter probaui meam intentionem per tuam exceptionem peremptoriā, & quòd aliter nō teneor probare rē ad me pertinere. quęritur an bene dicam? Reſpondet φ non, quia teneor probare me eſſe dominum illius rei quam peto, quia exceptionem

REGVLA LXIII.

EXceptionē[b] obiiciēs non videtur de intentione aduerſarij confiteri.

Idem.

obiiciens non videtur aliquid de intentione aduerſarij confiteri.Vel pone quòd à te petij centum ſcuta,& per libellum meum dicebam quòd illa promiſeras mihi ſoluere intra certum tempus,& petebam te condemnari ad reddendū & tradendum illa centum vna cum expenſis. tu excipiendo propoſuiſti quòd mihi ſolueras illa centum,vel tibi feceram pactum de non petendo.vtrum per illam confeſsionem videaris mihi confiteri quod mihi promiſiſti,vt ſim releuatus ab B onere probandi meam intentionem? Reſpondetur φ non. Et glo.ponit tres rationes iſtius dicti,quia poteſt fieri quòd dicas quòd feciſſem tibi pactum de non petendo, licet non eſſes mihi obligatus.Item ſi dicat reus rem præſcripſiſſe,nō videtur confiteri quòd res pertinebat ad actorem, quia fortè pertinebat ad alium, & non tenetur quis rem reſtituere actori,niſi probet ſuam eſſe.l.ſi.C. de rei ven.Item opponēs exceptionem peremptoriam videtur negare intentionem actoris:& ſi ex propoſitione huiuſmodi exceptionis reſultaret confeſsio, ipſa produceret duos effectus contrarios, ſcilicet affirmationem & negationem.quod eſt contra.l.qui hominem.§.vlti.ff.de ſolu. Et obiiciens exceptionem peremptoriam,videtur negare intentionem actoris. Pro hoc facit.l.vnica C.de lit. conteſt. vnde tria ſunt de ſubſtantia ordinis iudiciarij,videlicet quòd offeratur libellus,item quòd fiat litis conteſtatio,& feratur ſententia in ſcriptis. vt glo in d.c.de cauſis.de officio & poteſtate iudicis delegati. in anti. & in.l.prolatam.C. de ſenten.& interlo.omnium iudi. Quæritur vtrum per propoſitionem exceptionis peremptoriæ fiat litis cōteſtatio? Dicit Cy.in.d.l.vnica litis cōteſtæ. quòd ſic:quia ſi quis negaret intentionem actoris, videtur facta C litis conteſtatio, modo proponendo exceptionem peremptoriam,reus tacitè videtur negare intētionem actoris. Nam exceptio peremptoria tacitè habet negationem incluſam. Sed habemus contrarium in cap.ij.de litis conteſta. iſtomet lib.& Barto.in dicta.l.vnica.alleg.reſpond.ad illud cap.dicit quòd procedit opinio Cy. quando oblato libello per actorem, reus incontinenti proponeret exceptionem peremptoriam. ſecus ſi dato libello reus captaret terminum ad reſpondendum libello, & termino adueniente reus proponeret exceptionem peremptoriam. Panor.in cap.vnico de lit. conteſta. in antiq. concludit contra Bar.quia cap.ij. de lit. conteſta.iſtomet libro loquitur indiſtinctè quòd per propoſitionem exceptionis peremptoriæ non fit litis conteſtatio,non diſtinguendo vtrum illa propoſitio exceptionis peremptoriæ fiat ex interuallo, vel incontinenti. Item quia exceptio peremptoria proponitur ad contrarium effectum, litis conteſtationis, & iura allegata pro alia parte nō faciunt contra, quia reſpondendo ad factum ſiue narrata vel ad ius fit litis conteſtatio,& ſufficit reſpōdere ad narrata dicendo: nego narrata in tuo libello eſſe vera,vel ad ius dico petita in D libello non debere fieri.tamen practici communiter faciunt lit.conteſt.reſpondendo ad vtrunque, ſcilicet ad factum,& ad ius.de hoc per glo.in.c.ij.allegatam.

*Litis conteſtatio an dicatur fieri per propoſitionē exceptionis peremptoriæ.*

Gloſſa ſequens primò ponit exempla,& remittit.ſecundò obiicit.ponit opi.quam non approbat,& ſoluit reddens triplicem rationem regulæ, & ſupplens cautelā quam improbat.tertiò prorogat regulam ad replicationem.

b *Exceptionem.* Pone caſum ſupra de præſcript.illud.ff.de excep.l. non vtique. & habes hæc verba. ſupra de excep. cum venerabilis. Et proſequere hanc materiam vt ibi not. Et aduerte quia mirabilis videtur hæc regula. nam ſi ego excipio de pacto de non petendo, videor confiteri debitum fuiſſe. ſi dico interrupti præſcriptionem, videor fateri te præſcripſiſſe. ſi dico contra te præſcripſi,[d] ergo primò id tibi debitum erat quod præſcripſi, & ſic actor nil amodo deberet cogi probare, ſed excipiens tantum. & facit ad hoc ſupra.de tranſact. præterea. ij. & ideo dixerunt quidam[e] hic loqui de exceptione non numeratæ pecuniæ, & ſimilibus. {Quis Dyn. hic dicit non eſſe exceptiones iuris, ſed facti vel intentionis} in quibus reus nil fatetur, vt not. in. d.l. non vtique. Sed ſecundum hoc mihi videtur hæc regula ſuperflua, & ipſius nulla dubitatio. Dic ergo quòd huius regulæ ratio triplex eſt. Prima, quia

*d Not.hoc & remiſsionem quam ſtatim dabo.Io.And.*

*e Vt not.in Spe.de excep.§.viſo. poſt princ. & ibi vide qd de præſcriptione ibi ſcripſi ſuper prima forma. Ioan.And.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia licet dicam, feciſti pactum de non petendo, poterat eſſe quòd illud non erat verè debitum, vel naturaliter debitum tantum, vel nullo modo. Item licet dicam, interrupi, fortè non erat completa præſcriptio, immo hoc dicere videor, quòd completa non fuerit dicendo me interrupiſſe: vel ſi cõpleta fuerat, ſine titulo fuerat & bona fide. Idem in aliis exceptionibus. Secunda, quia per exceptionem nego me debere, ſi per ipſam de

REGVLA LXIIII.

**Quæ contra [a] ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.**

intentione actoris dicerer conſiteri, eadem exceptio duos contrarios effectus haberet, quod eſſe non debet. ff. de ſol. qui hominem. §. vlti. de baptiſ. & eius effec. maiores. Cum igitur per exceptionem negẽ intẽtionem aduerſarij, non eſt congruũ me per ipſam dici fateri. Et quod dicitur ff. cõmo. ſi is. §. vlt. ſit ſpeciale propter iuſtã ignorantiã ſoluẽtis, ne ſit in damno ſolum. Tertia, quia reus priuilegiatus eſt, vt poſſit proponere duas exceptiones etiam contrarias, vt dixi ſ. eo. nullus pluribus. Sicut ergo expreſsè dicere poſſit, nego te præſcripſiſſe: & poſtea ſi præſcripſiſti, interrupi: vel nego me promiſiſſe, & poſtea pactum opponere de non petendo: ſic dicendo tuam præſcriptionem interrupi, vel pactum de non petendo feciſti, vel his ſimile, intentionem aduerſarij non fatetur, cum adhuc dicere poſſit, non promiſi, non preſcripſiſti, & de ſic de ſingulis. Tutius tamẽ eſſet ipſi reo ſic dicere, [a] Nego me promiſiſſe, & poſito ꝙ promiſerim, mihi pactum de non petendo feciſti, & ſic de ſingulis. Ad hoc. xiij. q. ij. in prin. & not. in prædic. decre. cum venerabilis. & in prædic. l. non vtique. Sed quia hæc forma verborum docet mentiri, vbi conſcientia & veritas eſt in contrarium, non eſt amplectenda, [b] cũ prius animas, demũ linguas oporteat fieri eruditas, vt in proœmio. ff. in ſi. Et facit quod dixi. ſ. de confeſ. c. in glo. j. verſi. ad poſitiones. Vnũ no. quia idem quod dicit hæc regula in exceptione, intelligas & in replicatione. vnde ſicut excipiens non confitetur actionem, ita nec replicans exceptionem, eadem de cauſa. ſicut enim ſe habet exceptio ad actionem, ita replicatio [c] ad exceptionem, & triplicatio ad replicationem. & hoc ſatis probatur ſupra de exce. dilecti. ff. de exce. l. ij.

[a] Et hoc caſu intelligit Dy. hãc regulã inducẽdo l. ſi quidem. C. de excep. 2. et. 3. reſpõ. qđ non placet vt ſequitur in gloſ. Ioan. Add.

[b] Nec eſt neceſſaria, dũmodo ſtetur in metu exceptionis. ſuper quo vide quod no. ſupra eo. li. de litis cõte. c. 2. in gl. antepe. Ioan. And.

[c] Et fortiꝰ, vt dixi de excep. à nobis in ſum. replicationum. in. 4. membro. Ioan. And.

Quæ contra.] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primò per. c. non ſolũ. ſ. de regularibus. Iure prohibetur mendicantibus religioſis ne ipſi recipiant aliquem ad profeſsionem faciendam intra annum probationis. Sed pone quòd ipſi fecerunt contrarium, vtrum teneat profeſſio? Eſt ibi textus quòd non, quia talis profeſsio eſt facta cõtra ius. Item ponitur caſus per. c. ij. de teſti. in anti. Prohibetur iudicibus ne recipiant aliquos teſtes parte non vocata. Sed pone quòd cum litigarem contra te coram iudice competente, lite conteſta. negatiuè ſuper meo libello, & datis meis articulis iudici, ipſe iudex te non vocato neque citato recepit & examinauit meos teſtes, an valeat receptio & examinatio teſtium? Reſpond. quòd non.

Item poteſt poni caſus in alienatione rei eccleſiaſticę, quę non poteſt alienari ſine cauſa & cum auctoritate prælati. ſi cauſa non ſubſiſtente & ſine auctoritate ſuperioris fuerit alienata, non valet alienatio.

Gloſſa ſeq. primò remittit ad exẽpla, & ponit alia, & remittit de materia. ſecundò obiicit in ſpecie & in genere de prohibitis quæ facta tenent vel cõfirmãtur, & tripliciter ſoluit. ponit & quartam ſolutionem quam improbat. tertiò obiicit de maleficiis, & ſoluit.

a *Quæ contra.* Pone exempla quę dixi. ſ. e. non præſtat impedimentũ. Item. xxv. q. ij. imperiali. vbi ſunt hæc verba. & ſ. e. lib. de reg. non ſolũ. & ſ. de teſti. c. ij. & C. de legi. non dubiũ vbi de hoc. Obiicitur ad hanc regulam de matrimonio contracto poſt ſimplex votum, quod tenet. ſ. eo. lib. de vo. c. vnico. & de matrimonio cõtracto poſt interdictum eccleſiæ. ſ. de ma. contrac. contra interdi eccle. per totum. & inter compatres ex catechiſmo. ſ. eo. lib. de cogna. ſpi. c. ij. & de ſententia ſub conditione lata, quę tenet. ij. q. vj. biduũ. & in eccleſia conſecrata per alienum epiſcopum, vt. vij. q. j. epiſcopus in diœceſi. & de omnibus quæ fieri prohibentur, tamen facta tenent. [d] Item obiicitur de iis quæ fiunt contra ius, & poſtea confirmantur, quæ allegaui. ſ. eo. non firmatur. Sol. generaliter dici poteſt ſecundum Ioan. qui hoc not. x. diſt. vides. & Ber. qui idem not. de ſpon. duo. ca. vltim. in vlt. gloſ. & Accur. in prædi. l. non dubium. hanc regulam habere locum in iis quæ perpetuam habent prohibitionis cauſam, contrarium in iis quæ temporalem. Vel dic hanc regulam eſſe veram niſi eodem vel alio iure tolleretur. [e] & ſic intelliguntur contraria. Et de hoc in Spec. de diſpu. & alleg. eo. §. poſt hæc verſi. vel illud ius &c. Vel dic quòd illa non ſunt directè contra ius, quia licet ius non aſsiſtat, non tamen plenè reſiſtit. Quidam tamen diſtinguere voluerunt, dicentes ꝙ aut ius prohibet, & addit ꝙ ſi contra prohibitionem fiat, non valeat: aut ſimpliciter prohibet. In primo caſu habeat locum hæc regula cum ſuis concor. In ſecundo habeant locum contraria & ſua ſimilia. & facit ad hoc. ſ. de regu. ad apoſtolicam. ſed hæc diſtinctio reprobatur per prędic. l. non dubiũ. vbi habes expreſſè ꝙ ſufficit legiſlatorẽ aliquid prohibuiſſe, licet nõ adiecerit, ſi cõtra factũ fuerit, nõ valere. Idẽ videtur tenere Guli. ſ. de off. ordin. Romana. iuxta ſi. Item obiicitur de maleficiis quæ cõtra ius fiunt, nec tamẽ habentur pro infectis. Solu. hæc regula habet locum in iis quæ de iure ſortiuntur effectum, id eſt, aliàs ſortiri poſſunt. Et facit quod dixi. ſ. eo. tit. non preſtat impedimentũ. & illud hic adde, nam matrimonium nullum interdũ non habetur pro infecto, immo præſtat impedimentũ ſecundo: & electio nulla interdum præſtat impedimentum ſecundæ. quod dic vt not. de elect. auditis. Ioannes Andreæ.

[d] Dat Dy. exemplũ de l. relegatorũ. §. ad tẽpꝰ. ff. de interd. & releg. ad idem ff. de ſe. Ioan. And.

[e] Ad annullandum certa actio vel exceptio pareat vt in iis quæ fiunt dolo vel metu. Dy. quia ſi ſtũ tenet, licet nõ teneat conſiderato eſſe ctu. ff. eo. in bii interrſ. Ioan. And.

Idem.

REGVLA LXV.

**In pari [b] delicto vel cauſa potior eſt conditio poſsidentis.**

In pari.[f]] Caſus figuratur primò per capitulum, nõ ſanè. xiiij. q. v. Cum haberem litem cum Titio, fuit taliter proceſſum quòd fuit deuentum ad renuntiationem & concluſionem. viſis meis actis & atteſtationibus teſtium, vidi quod habebam cauſam iniuſtam, vidi iudicem corruptibilem, dedi ei certam pecuniæ quantitatem vt ipſe ferret ſententiam pro me. iudex illam pecuniam recepit. non eſt dubium quòd ipſe iudex illam pecuniam turpiter recepit, & ego ſimiliter illam turpiter dedi. volo poſtea repetere illam pecuniam ſic per me traditam, dicẽdo quòd ipſe illam recepit ob turpem cauſam, verum poſsim? Reſpondeo ꝙ non, quia ipſe eſt poſſeſſor: & in pari delicto melior eſt cõditio poſsidentis. tamẽ pecunia non debet remanere apud iudicem, ſed fiſcus debet illam habere. ſed ſi ſolũ promiſiſſem, non poſſet iudex agere contra me, quia ſum poſſeſſor. Item poteſt poni caſus per. c. quia fruſtra. ſ. de vſur. hoc modo. Exercui vſuras per aliqua tempora, poſtea deueni ad paupertatem, & illas vſuras non reſtitui. Et ponamus quòd etiam accepi pecuniam ſub vſuris. illas vſuras cum ſorte principali ſolui creditori. volo illas vſuras repetere tanquam indebitè ſolutas. fuit pro parte aduerſa oppoſitum quòd à pluribus aliis debitoribus acceperam vſuras. dicitur ibi ꝙ non poſſum repetere vſuras niſi reſtituã vſuras illis à quibus recepi. Item poteſt poni caſus per. l. vbi autem. ff. de condi. ob tur. cau. Aliquis Titius dedit pecuniam alicui virgini ob ſtuprum committẽdum cum ea. iſta mulier recepit illã pecuniam. Titius vult eã repetere, dicendo ꝙ mulier illam recepit ob turpem cauſam, vtrũ poſſit? Eſt ibi tex. quòd nõ: quia eſt ibi in pari turpitudine. vnde dicit gloſ. in pari turpitudine, vel in pari cauſa. Et reſpectu cauſæ poteſt ſic poni exemplũ per. c. ſi à ſede. ſ. de preben. e. lib. Cum vacaret aliquod beneficium, fuit collatum duobus, quia papa illud tibi contulit, & ordinarius mihi. quæritur quis erit potior, quia non apparet de prioritate collationis? Dicitur quòd ille eſt potior qui poſsidet: & ſi neuter poſsidet, ille eſt potior qui habet cauſam à papa.

[f] De cõmendo poſſeſſionis monteni. l. quotiens. C. de rei vendi.

Quia fruſtra. de vſu. peculiariter declaratur.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde in vtroque membro ſit ſumpta, & vtriuſque membri ponit exẽpla. obiicit ad vnum exemplum, & ſoluit. ſecundò notat. ſignat contrarium, & ibi remittit.

b *In pari.* Inquantum hæc regula dicit de delicto, ſumpta eſt de. l. ff. eod. titul. l. cum par delictum. inquantum dicit de cauſa, ſumpta eſt de. l. ff. eo. titu. in pari cauſa. Pone caſum in delicto per can. xiiij. quæſt. v. non ſanè. In eo ſcilicet qui repetit pecuniam quam dedit pro iniquo iudicio. Item in eo qui vſuras quas ſoluit repetit, cum ipſe ſit in pari delicto. [g] de vſur. quia fruſtra. Item per. l. ff. de condit. ob. tur. cau. l. vbi autem: & l. ſeq. vbi habes quòd non repetitur quod propter ſtuprum, vel vt malè iudicetur, datum eſt. De cauſa pone per decre. ſ. eo. lib. de præben. ſi à ſede. & per. l. ff. de verb. oblig. ſi ſeruum. aliàs incipit. ſi Stichum. §. ſequitur. vbi dicitur quòd cum quæritur de damno, & par eſt vtriuſque cauſa, potior eſt qui tenet, quàm qui proſequitur. Et aduerte, quia malè videor exemplificare per decretalẽ, ſi à ſede. nã ibi nõ erat par cauſa, quia fuerat vni collata per papã, alteri per ordinarium. Sed nõ quæritur de paritate quo ad poteſtatem conferentium, ſed de paritate quo ad tẽpus, quia cui primo collata fuerit dubitatur: & ideo in hac pari cauſa tẽporis potior erit conditio poſsidentis. [h] Et no. quia hic exhibetur fauor reo, qui abſoluitur in pari cauſa vel delicto. C. de condi. ob tur. cau. l. ij. vnde ſemper dicere conſueuimus quod in pari delicto vel cauſa, potior ſit excipientis conditio, vt in præ alle. iuribus. Ad hoc de conceſ. præben. ex tenore. de adul. cap. pen. & vltim. Contradicere videtur decret. illa de conceſ. præben. cum ſuper. ſed ſolue vt ibi in gloſſ. quæ incipit,

[g] Nec obſtat ꝙ delictum ſit circa diuerſa. Dyn.

[h] Vide Feli. c. capitulum ſancta crucis. col. 34. & 35. de reſcrip. gl. & ibi ſume notata. ca. quia ſæpe. de præb. lib. 6.



pit, quia fruſtra. in fine. Dyn. ponit hic diſtinctionẽ [a] cuius verba vide ad literã. ADDITIO. Ioan. Mo. in decre. ſ. eo. li. de teſti. c. j. dixit regulã iſtam, in pari &c. locũ habere in iis quę in ſe ſunt turpia, vt occidere & furari. Vbi verò factũ in ſe nõ eſt turpe, ſed qualitas rei adiectę vel perſonarũ facit illud turpe, tunc non eſt melior conditio poſsidentis. quod dicit probari de ſimo. veniens. & ratio redditur. ff. de cõdi. ſine cauſa. l. auunculo. j. & ij reſpõſo. Et hic dicit ꝙ allegatio ibi poſita facit pro regula, licet deciſio videatur facere cõtra, quę plus reſpexit factum quàm qualitatẽ, ne agens eſſet in damno. loquitur lex de pecunia data nomine dotis per neptẽ auunculo, quę permittitur repeti quaſi ex nulla cauſa data. dare ergo non eſt prohibitũ etiã in ſpiritalibus, ſed adiectio facit illud turpe, quãdo ſcilicet datur ex pacto, vel taxatione quę habet vim pacti, & ideo repetitur. facit ſupra de magi. c. ij. & vide quòd notatur de ſimo. in. c. de hoc. Ioan. And.

* Al. Cum ſtat.

[a] Dicit ꝙ de eodẽ crimine tu nõ accuſas, ſed de diuerſo pari vel minori bene, dum tuam iniuriã proſequeris. l. negãda C. qui accuſa. nõ poſ. aliàs nõ audiris niſi maius crimẽ obiicias. ſi ciuiliter agas, procedit regula. Bart. l. cũ mulier ſolu. ma. in de Angelũ inſti. de exceptio. col. 13. Panor. c. intelleximus. in 2. de adulte.

Idem.

REGVLA LXVI.

**Cum * non [a] ſtat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.**

Idem.

Cum non ſtat.] Caſus figuratur primò per ca. ſi quælibet §. prophetauit. xxij. q. ij. vbi eſt textus, Deus mandauit Abrahæ vt filium ſuum duceret in montem, & ſibi illum ſacrificaret, ad præceptum domini Abraham filium ſuum duxit in mõtem, & cum paratus eſſet illum occidere & Deo ſacrificare, fuit impeditus per angelum. vtrũ perinde ſit ac ſi filium ſuũ occidiſſet quantum ad meritum? Reſpondetur ꝙ ſic. Item figuratur caſus per ca. quoniam frequenter. §. porrò. ſupra vt lite non conteſta. in antiq. Certum eſt quòd iudex non poteſt procedere ad ſententiam definitiuam ferendam parte non citata: & ſi pars ſit abſens, debet citari citatione formali ad audiendum ſententiam. Ponamus quòd iudex decreuit citationem contra eum abſentem, & miſit executorem vt ipſe reus veniret auditurus ferri ſentẽtiam. iſte reus miſit ſuos familiares qui impedierunt executorem ne poſſet eum citare. nunquid habetur pro citato? Reſpondeo quòd ſic, quia per eum non ſtetit. Item poteſt poni caſus per. l. vlti. C. de condi. inſertis. Aliquis Titius veniens ad mortem condidit ſuum teſtamentum, in quo legauit ſeruo ſuo libertatem, ſi ipſe ſeruus daret decem ſcuta hæredi teſtatoris. ſeruꝰ poſt mortem domini ſui obtulit illa decem ſcuta hæredi ſcripto, qui hæres noluit illa accipere. vtrum conditio habeatur pro completa vt ſeruus conſequatur libertatem? Reſpondetur quòd ſic. Idem ſi alius nomine ſerui obtuliſſet illam pecuniam.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò notat tria. Tertiò obiicit, & ſoluit diſtinguendo.

a *Cum non.* Hæc regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. tit. l. in iure ciuili. Pone exemplum Abrahę Gene. xxij. per quem non ſtetit quo minus ſecundum domini præceptum filium immolaret, vnde perinde apud dominum gratum fuit ac ſi immolaſſet. xxij. q. ij. c. ſi quælibet. §. prophetauit. & c. ſeq. Itẽ pone in eo qui impedit ne ad eum citatio perueniat, vt ſupra vt lit. non conteſt. quoniã. §. porrò. In ſtipulatione. ff. de condi. & demonſt. l. iure ciuili. Itẽ potes ponere in libertate legata, vt aliquid detur hæredi, & per hæredem ſtat. C. de condi. inſer. l. pe. (aliàs eſt vlti.) & idem in aliis legatis. ff. de condi. & demonſt. l. cum pupillus. & in inſtitutione hęredis. ff. de condi. inſtit. l. iij. Nota tamen quòd ſi mihi decem promiſeris ſi te vicero. tacitè videtur hoc actũ vt reſiſtere poſsis, & ſic habetur pro expreſſo. ff. ſi certum peta. l. cum quid. Et nota quòd dicit, per eum ad quẽ pertinet. nam ſi ſtaret per alium tertium, vel etiã per impedimentum mei ipſius, tunc habet locum regula ſupra eo. imputari quia tunc licet non imputetur quod per me non ſtat, vt vbi, tamẽ nõ habebitur pro impleto, vt hic, [b] & ff. de condi. & demonſt. l. quibus diebus. in prin. Item nota ꝙ ſi libertas legata eſt ſeruo ſi decẽ hæredi dederit, & per hæredẽ ſteterit quo minus ſeruus dederit illa decem, perinde eſt ac ſi impleta eſſet cõditio, quia ille liber erit, tenetur tamen poſtmodum ad illa decem, niſi fortè obtulerit, & hęres non ſuſceperit. C. de condi. inſer. l. vlt. Sed dicit lex ꝙ ſi teſtator legat liberto decẽ ſub cõditione ſi cum filio ſteterit, & filius moriatur, & ſic per eũ vel per caſum in eius perſona cõtingentẽ ſtat quo minus cõditio impleatur, non tamen debetur relictũ. ff. de adimen. lega. l. Seio. in prin. Solu. cũ ſtat per eũ, id eſt, per factũ eius vel impedimentum ab eo præſtitũ, habetur conditio pro impleta, & ſic ſimpliciter vera eſt regula. Sed ſi ſtat per caſum in perſona eius contingentẽ, diſtingue, aut erat relictũ contẽplatione eiꝰ in cuius perſona erat implenda conditio, & tunc nõ debetur relictũ, vt in prędicta. l. Seio. aut fauore eius cui relinquitur, & eo caſu debetur. ff. de an. leg. l. Meuia. in prin. aut dubitatur, & eo caſu relictum debetur quaſi in dubio ſit interpretandum legatarij fauore relictum, ſi ex veritate vel ex coniecturis aliud non apparet. ff. de condi. & demonſtra. l. illis libertis. & Cod. de legi. l. j. ADDITIO. Idem Dyn. & plenius God. de inſti. & ſubſtit. l. j. Ioannes Andreæ.

[b] Et ſic patet quòd iſta per illã non eſt ſuperflua. Dy. tamen dicit illã loqui quãdo impeditur per caſum. iſtam verò quãdo impeditur per eum cuius intereſt cõditionẽ nõ impleri. Io. Andr.

REGVLA LXVII.

**Quod alicui [b] ſuo non licet nomine, nec alieno licebit.**

Idem.

REGVLA LXVIII.

**Poteſt [c] quis per aliũ, quod poteſt facere per ſeipſum.**

Quod alicui.] [c] Caſus figuratur per ca. ſicut non ſuo. xlvj. diſtinctio. Certũ eſt quòd quis non poteſt exercere vſuras nomine ſuo, aliàs incurrit varias pœnas à iure ſtatutas, quia denegatur ei communio quandiu eſt in ſeculo, & ſepultura poſt mortem. ſed & patitur alias pœnas de quibus dictum fuit ſupra de vſu. eod lib. ſed vtrum ad minus aliquis poſsit nomine alieno, id eſt, ad vtilitatem alterius exercere vſuras? Reſpondetur quòd non, per rationẽ huius cap. Item poteſt poni caſus per. l. ſi quis. in ſi. de iuriſdi. om. iudi. Certum eſt quod corrumpẽs album prætoris incidit in pœnam illius legis. Sed vtrum ſit mihi licitum corrumpere album prætoris nomine alieno, id eſt ad mandatum alterius? Reſpondetur quòd non, immo incido in pœnam, & etiam ipſe mandans, ſi ratum habuerit.

Ioan. And. circa hanc 67. regulã quærit, an quis poſſet tractare cauſam nomine procuratorio quã non poſſet ſuo. vide Barto. & doct. in l. hæreditaria. ff. de furtis. & quæ notatur ad c. 1. in prin. ſupra eo. de procura.

[c] Iſta quã Dy. dicit de tutoribus, adde ſingula. Ge. à petra ſancta. 57. vbi tractatur quã do tutor poſſit cum pupillis cõtrahere, & quid faciat iudicis præſentia.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. Secundò dicit in maleficiis regulam loqui, aliàs ipſius falſitas pateret in delegato liberto & laico. Item locum habet in eis quæ ſunt ordinis.

b *Quod alicui.* Pone caſum per capitulum. xlvj. diſt. ſicut nõ ſuo. meo enim nomine mihi non licet fœnus exercere, ita nec alieno. Item per decre. de crimi. fal. ad falſariorum. ſicut enim proprio nomine literas papales falſare non debeo, ita nec alieno. Item nec nomine alieno nec proprio albũ prætoris corrumpere debeo. ff. de iuriſdic. omnium iudi. ſi quis id. in fine. [Clemen. de reg. vt profeſſores. dat nouum exemplum huic regulæ. Dy. etiam ponit per auth. vt hi qui obli. §. ſi quis. vbi ſicut tutor non inquietat pupillũ nomine proprio, ita nec alieno, vt ex iure ceſſo.] Et nota quòd hæc regula vera eſt in maleficiis. Indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere, vt in dicto cap. ſicut non ſuo. hoc dico quia delegatus ex delegatione cognoſcit, de cauſa de qua & proprio nomine cognoſcere non poſſet. ij. q. vj. ſi quis epiſcopus. & punit quos aliàs punire non poſſet. ff. de offi. deleg. ſanè. ij. Et libertus nomine alieno vocat patronum in ius, quòd nomine proprio non poteſt. ff. de in ius vo. l. quæſitum. [d] Et laicus qui non poteſt cauſam ſpiritalem tractare proprio nomine, tractat alieno, vt ſupra eod. lib. de procura. cap. j. & idem in ſi. Item habet locum in iis quæ vt demandari poſsint, requirunt ordinis adminiculum. vnde ſicut ſuo nomine ſacerdos ſimplex non chriſmat in fronte, non ordinat ad ſacros, ita nec epiſcopi ſui mandato, cum tali demandari non poſsit, & de hoc ſupra de conſecratione eccle. vel alta. aqua, & facit quod dixi ſupra eo. ea quæ. Ioannes Andreæ.

[d] Ad euitandũ hoc contrariũ, dicit Dy. regulã loqui cũ faciendum nomine alieno eundem habet effectũ quẽ haberet ſi effectum eſſet nomine proprio. Ioan. And.

Poteſt.] Caſus poteſt figurari per. ca. vlt. ſ. de procura. & per l. j. ff. de procura. in matrimonio hoc modo. Aliquis vult contrahere matrimonium cum aliqua muliere per procuratorem, nunquid poterit? Eſt ibi textus quòd ſic, & hoc verum, dummodo ipſe procurator habeat mandatũ ſpeciale à domino ſuo. Et in hoc articulo dicitur habere mandatum ſpeciale, quando habet mãdatum de contrahendo cum certa muliere, puta cum Berta, quia non ſufficeret mandatum generale, videlicet ad contrahendum cum aliqua honeſta muliere. Item poteſt poni caſus per. l. Arethuſa. in fin. ff. de ſta. ho. Aliquis teſtator dedit libertatem ancillæ ſuæ ſi ipſa daret decẽ milia hæredi ſuo. accidit quòd iſta ancilla erat prægnans: & cum eſſet in actu pariendi, quidam Titius adimplenit conditionem, nũquid ſtatim efficitur libera vt pariat liberum? Reſpõdetur quòd ſic, quia qui poteſt per ſe, poteſt per alium. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. primò ponit exẽpla, & xvj. caſus exceptos. ſecũdò ponit quinque caſus exceptos à regula conuerſa. rationẽ ipſorum reddit, & adiungit duo ſimilia, dicens regulam, qui facit. non eſſe ſuperfluam. in ſi. arguit & remittit.

c *Poteſt.* [e] Poteſt quis per aliũ iurare. lxiij. di. tibi domino. ſicut per alium matrimonium cõtrahere. ſ. e. li. de procura. c. vlt. ſic. ff. de procura. l. j. §. ij. Et ibi de hoc, & ff. de admini. tu. ad ci. l. ij. in gloſ. de ſtatu ho. l. Arethuſa. in ſi. Hæc regula fallit in eo cui cõmittitur certũ miniſteriũ ſupra de offi. dele. c. vlti. ſ. eo. lib. e. tit. is cui. & optime. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem ad idẽ. ij. q. iij. abolitio. de cleri. non reſi. quia nõ nulli. ff. de ſolu. inter artifices. Itẽ in pœnitentia ſuſcipienda.

[e] Dicit Dy. regulã reſtringendã ad ea quæ poſſunt per alios explicari. alle. qđ no. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quotiens. Io. And.



Sextus.

de pœnit.diſt.j.quem pœnitet.in prin. quam per ſe quiſque recipere debet. Ratio eſt pudor, qui eſt maxima pars pœnitentiæ, vt ibi. Itē in eo viro qui veniā ætatis impetrat, qđ per ſe facere debet. C.de iis.qui ve.æta.impe.l.ij. Itē adoptare vel arrogare nō poteſt quis per alium. ff.de adoptio. poſt mortē.§.neq;. Ratio eſt, quia adoptio imitatur naturam. Item fallit in iudice qui per ſeipſum recitare debet ſententiā, niſi ſit epiſcopus ſiue ſuperior ſupra eod.lib de re iudi.capit.vlti.

Idem.

REGVLA LXIX.

In malis [a] promiſsis fidem non expedit [b] obſeruari.

Idem.

Cod.de iudi.authen.ad hæc. Item in eo qui incipit conferre ſacramentum vnitatis, qui id per alium perficere non poteſt xxiij.diſtinctio.quorundam. Item abbas per ſe verberando poteſt corrigere monachum, non per alium, maximè laicum.de ſententia excomm.vniuerſitatis. Item dominus nouum emphyteutam non per procuratorem, ſed per ſe in poſſeſsionem inducere debet Cod. de iure emphyteu.l.vlti. §.penultim. {Item violentum ſtatim poteſt de poſſeſsione expellere per ſe, tamen non per procuratorem. ff. de vi & vi arma.l. cum fundum. Dynus.} Item qui eſt in poſſeſsione ſeruitutis, & proclamat in libertatem, per ſe agit, & non per procuratorem Cod.de aſſer.tol.l.j.& regulariter in criminali cauſa, vt.ij.quæſtio.vj. ſi quando. Item quæ ſunt meri imperij, vel gladij poteſtatis, non delegantur ſecundum leges niſi in caſu.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi. l.j.ſecus ſecundum canones. de hoc.no. xcv.diſtinctio.cap. j.xxiij. quæſtion. iiij.illud & ſupra de offi. ordin. quod ſedem. & de rap. in archiepiſcopatu. & per ſe reſpondere debet adultus qui catechizatur, & non per alium.de conſecra. diſtinct.iiij. cum pro paruulis. Item fallit in caſu ſupra eo. lib.de elect. cupientes. Item in caſu ſupra eod. lib.de iudi. cap.j.& in caſu ſupra eod.lib.de offi.lega.c.pen.ij.reſponſo. & de hære.cap.ij.in prin.hæc igitur & ſimilia ſpecialia ſunt. Et no.quòd etiam econuerſo quædam per aliū poſſum, quæ non per me. [a] Epiſcopus clericū ſuum per alium poteſt verberare. non autem per ſeipſum.lxxxvj.diſtin.non liceat, C. de epiſcop.& cleri. authen.ſed neque. Item epiſcopus per alium litigare debet.v.quæſt.iij.ca.vlt, Et idem in illuſtri C. de procur.l.penult.Dynus. Item prælatus clericus habens temporalem iuriſdictionem audit & iudicat de cauſa ſanguinis per alium, non per ſe.ſupra eod.lib.ne cleri.vel mona.ca. vlt. Item religioſa mulier per alium poteſt eſſe in iudicio, non per ſe.ſupra eo.lib.de iudi.cap.ij.ſupra eod.lib.de elect. indemnitatibus.§.ſed cum eas. Item epiſcopus tuitionē, gubernationem, & curam viduarum & pupillorum & peregrinorum non per ſeipſum, ſed per alium, archipresbyterū ſcilicet vel archidiaconū gerere debet.lxxxviij.diſt.epiſcopus gubernationem, & ibi de hoc. & omnia iſta ſunt etiam ſpecialia contra regulam ſecundū quam quod poſſum per aliū, & per me. Et accidit hoc vel ratione perſonæ cui hoc non conuenit, vel etiam ratione rei, puta cauſæ criminalis. & interdum per alterum cōſequitur quis quod per ſe conſequi non poſſet, vt.ſ.eo.lib.cōceſ.præben. cap.auctoritate.&.ff. de ſtitu homi.Imperator.ij.ff.quę res pig.obli.nō poſ.l.Ariſto.ſicut & quædam poteſt quis tanquam alius, non tāquam ipſe, inſti.de inof.teſt.§.ſi tutor.ff.de adop.ſi pater.§.qui duos. vbi nepotē ex filio adoptat auus, ſed tanquam genitum ex alio filio, & hoc non tanquam auus, ſed tāquam quidā extraneus.ad idem.ff.de in ius voc.l.quęſitum. cum ſimilibus. {Multa exempla quibus licet alieno nomine, quod nō licet proprio, vide.ſ.eo.quod alicui ſuo, in ſecunda parte quæſtionis.} Et nota quia id dicimur poſſe, quod de iure poſſumus. hanc igitur regulam credo loqui de iis quæ de iure ſortiuntur vel ſortiri poſſunt effectum, non igitur ſuperabundat regula.j.eodem, qui facit per alium. quæ generaliter loquitur, vt etiam maleficia comprehēdat, & iſta regula loquitur de poteſtate faciendi, illa de effectu iam facti. [a] Item not.ex hac regula, quòd ſicut per ſe poteſt quis ſubſcribere. ita per alium. quod dic vt no.ſupra de re iudi.cum inter vos.in glo. poteſt enim. Ioannes Andreæ.

a Vt dixi de ſen. excom. ſacro ſuper ſtu.v. gl. vbi etiā alleg.ff. de nego. geſt. et qui.§.cū me.Io.An.

Epiſcopus habet tuitionē curā & gubernationem pupillorū, viduarum, & peregrinorum, per alium.

Poſſe dicimur, quod de iure poſſumus.

b Idem ibi Dynus.

c Vide hic Ni.Brux. §.quòd ex turpi. inſti. de inuti. ſtipula. & Antoni. de Petru.in.§. eſſe.l. 1.ff. de iureiur. & quia hic dicitur de ſcholari qui promi-

IN malis.} [c] CASVS. Titius promiſit mihi ſuum patrē occidere, vel adulterium committere, vel aliud malum perpetrare, vtrum teneatur iſtam ſuam promiſsionē adimplere, & poſsit ad hoc compelli? Reſpondetur quòd non. Vel ponamus quòd Titius apud me depoſuit rem ſuam, & promiſit etiam quòd ſi committerem dolum in re depoſita, ipſe non ageret contra me ad rem reſtituendam. poſtea dolum commiſi in ipſa re, quia per dolum meum illam rem perdidi, nunquid poterit ipſe agere contra me. non obſtante ſua promiſsione, vt ſibi reſtituam rem depoſitam, vel æſtimationem rei? Reſpond. quòd ſic, nec tenetur obſeruare ſuā promiſsionem. De hac materia tractatur ſupra in regula, non

A eſt obligatorium, & poſſunt hic poni exempla quæ ponuntur in illa regula.

Gloſſa ſeq. pro exemplis & materia remittit, & diſtinguit malum promiſſum à malè promiſſo.

a In malis. Pone exempla quæ poſui.ſupra eod. non eſt obligatorium. & proſequere hanc regulā vt ibi dixi. Et habes hęc verba.xxij.q.iiij. cap.in malis promiſsis.& ibi de hoc per totam quæſtionem. Et nota quòd dicit, in malis promiſsis.

ſit nō recedere ſine li centia creditoris.Ad. de Bant. in tract. intra eſſe.89.

REGVLA LXX.

In alternatiuis [c] debitoris eſt electio, & ſufficit alterū adimpleri.

Idem.

nam licet mala promiſſa non debeant ſeruari, tamen interdum malè promiſſa, puta per dolum vel metum, ſeruantur, quando ſcilicet ſeruari poſſunt ſine ſalutis æternæ diſpēdio, ſi iuramentum interceſsit. de iureiur. ſi verò.in antiq. & dixi in prædicta regula ſupra eod.non eſt. ADDITIO. Idem Dy.qui dicit mala promiſſa ipſo iure vitiari. ff.de pact.iure gentium.§.& generaliter.& de verb.obli.l.generaliter.&.l. veluti.&.l. ſtipulatio hoc modo.&.l.ſi plagij.&.l. ſi ſtipuler. B inſtit.de inuti.ſtip.§.quod turpi. Sed malè promiſſa, puta per dolum vel metum, vitiantur interdum ope exceptionis. C.de inuti.ſtipu.l.dolo &c. Ioan.And.

b Non expedit. ſecundum vtilitatem, nec licet ſecundum æquitatem, nec decet ſecundum honeſtatem, & de his omnibus ſupra de vo.magnæ. poſt princ. Ioan.An.

IN alternatiuis.} Caſus figuratur per {cap. inter cæteras.ſ. de reſcrip. Ego expoſui domino papę, quod Titius rector eccleſiæ ſancti Deſiderij Pictauēſis erat homicida, ſimoniacus, concubinarius, & plures alios defectus patiebatur, propter quos erat indignus beneficio eccleſiaſtico. vnde papa ſcribit quibuſdam iudicibus, ſi conſtaret Titium eſſe homicidam, cōcubinarium, ſimoniacum, quòd ipſi ſibi eccleſiam per ſententiam auferrent & fortè mihi conferrent. vtrū neceſſe ſit probare omnes iſtos defectus antequam poſsit remoueri ab eccleſia? Reſpond. quòd non, ſed ſufficit probare vnum ex illis, dum tamen iſte defectus per ſe ſufficiat ad probationem, † quia illi defectus ſunt expreſsi alternatiuè, & in alternatiuis erit in optione mea exprimere defectum quem voluero. Idem eſt ſi illi defectus fuiſſent expreſsi copulatiuè, hoc modo, Si tibi conſtet quòd talis Titius cōmiſerit ſimoniā & homicidium, auferas ſibi eccleſiā ſancti C Deſiderij Pictauenſis. tunc enim ex quo alterum ſufficit ad priuationem, dictio &, accipitur pro vel, vt dicitur in dicto cap.inter cæteras. Item poteſt poni caſus in debitore hoc modo, Titius mihi ſtipulanti promiſit dare equum, vel decem ſcuta, vtrum poſsim petere vt compellatur mihi ſoluere equum & decem ſcuta? Reſpond. quòd non, ſed debeo eſſe contentus altero ipſorum. ſed vtrum ſit in electione ſua ſoluere decem ſcuta, vel equum? Reſpond. quòd ſic, quia in alternatiuis &c.

† Alias priuationem.

Gloſſa ſequens dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundò ſubdit de alternatiuis ordinis. Tertiò ſignat contrarium, ſoluit & remittit.

c In alternatiuis. [d] Hæc regula ſumpta fuit ex l.ff.eo.tit.l.in eo quod plus eſt, vbi verba cōiuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factū. Pone exemplū per canonem. xij.q.ij.bonę rei. in fi.ſ. de reſcrip.inter cæteras. & in viro qui in cauſam ſoluti matrimonij dotem vel eius æſtimationem reſtituere promiſit. ff.de iure dot.plerunque.in fine.ad idem.ſ.de plus peti.c.vnico. vbi dicitur plus petere cauſa, & in expenſis cōdemnatur, qui ex duobus alternatiuè debitis præciſè petit alterum.ad idem de app. ſignificauit. vbi de hoc.& de reſcri. D ex parte.& facit de præben.c.ij.ff.de condi.inſti. l.ſi hæredi plures. Sunt tamen quædam alternatiua in quibus debet ordo ſeruari.ff.de leg.ij.cum pater.§.pe. vt cum mandat teſtator aliquid dari liberis, aut his deficientibus, conſanguineis aut affinibus, quia tunc ſequimur ordinē. eſt ad hoc argumētum quod dixi de ordinis ſequendo. xliij.diſ.ſit rector in fi. ſ.eod.li.de elect.c.pe.in princip. & eo.li.de præben.mandato.in fi. Eſt hoc eo.tit.inſpicimus, vt ibi dixi. Contradicit ad hanc regulam inſt.de leg.§.ſi generaliter. Sol. illud cū eligēs fuit in mora.ff.de op.leg.l. mancipiorum.ſ.e.li.de conſue.c. vlti.& ſic no.Ber.in prædic.de decret. reſcrip. inter cæteras. & facit quod dixi.ſupra eo.contra eum.

d Intelligo in affirmatiuis, in negatiuis enim requiritur quòd neutrum fiat.

QVi ad agendum.} [e] Caſus in hac regula figuratur per.§. poteſt xvj.q.iij.& l.ſi quis ēptionis. C.de præſcr.xxx. vel.xl.annorū. Titius poſſedit rē alienam cū titulo, bona fide, & cum aliis requiſitis ad pręſcriptionē legitimā. Certum eſt ꝙ ſi cadat à poſſeſsione illius rei quā præſcripſit: habet actionē ad illam petendā. Sed quid ſi nō cecidit à poſſeſsione, & verus dominus agit contra eū, nunquid poteſt excipere de pręſcriptione? Rñ. ꝙ ſic, quia qui admittitur ad agēdū multo

e Ioā.An. & Phil. hic dicūt regulā procedere in eccleſia præſcribente rem priuati longo tēpore.



multo magis ad excipiēdum. Item figuratur caſus per l.j.§. quod ait.ff.de ſuperficie. vbi eſt tex. ꝙ ſi quis conducat rem alienam ad longum tēpus, & cadat à poſſeſsione rei, poteſt agere contra poſſeſſorem: & hoc verum actione vtili, & non directa: iuxta notata.ff.ſi ager vectigalis. Sed nūquid poterit excipere contra verum dominum? Reſpondetur quòd ſic, per rationem huius regulæ.

Gloſ.ſeq. primò dicit vnde ſumpta, & ponit exēpla. Secundò ponit rationē regulę. Tertiò dicit regulam procedere in eiſdē perſonis. Quartò dicit eā fallere in poſſeſſoriis.

REGVLA LXXI.

Qvi ad agendum [a] admittitur, eſt ad excipiendum multo magis admittendus.

Idem.

REGVLA LXXII.

Qvi facit per alium [b], eſt perinde [c] ac ſi faciat per ſeipſum.

Idem.

a Qui ad agendū. hęc [a] regula ſumpta eſt ex l.ff.eo. tit. inuitus nemo.§.cui damus. Pone caſum in eo qui legitimè præſcribit: quia ſi cadit à poſſeſsione, datur ſibi actio: multo fortius dū poſsidet, datur exceptio.xvj. quæſt.iij.cap. placuit vt.§.poteſt.in princ.ad idem de præſcript. illud.in anti. Item conductor ſoli ad ſuperficiem ad non modicum tempus, habet vtilem rei vendicationem etiam contra dominū: multo fortius exceptionem.ff.de ſuperfi.l.j.§.quod ait. Rationē huius regulæ etiam habuiſti ſupra eod. cui licet plus, & minus licet [b]. ſed plus eſt agere quàm excipere. ergo ſi poteſt primum, multo fortius ſecundum: vt hic. nam video exceptionem dari cui non datur actio: vt excōmunicato.ſ. de excep. cūm inter priorem. Item qui mala fide præſcripſit, ſecūdum leges exceptionem habet aduerſus omnem petentem: & ſi à poſſeſsione cadat, non habet actionē.xvj.q.iij.§. poteſt.ver. quod ſi.& C.de præſcrip.xxx. vel xl. an. ſi quis emptionis. Et vbi actio tempore tollitur, perpetuo durat exceptio.ff.de do.excep.purè.§.vlti.& venit in compenſatione quod non venit in petitione, ſecundum l. vt debitum naturale.ff.de compen.l.etiam. Et econuerſo interdum venit in petitione quod nō in compēſatione. ſicut eſt videre in depoſito.C.de compen.l.vlt.&.ſ.de depo.bona fides.& eſt ſpeciale. Et adde C quod not.de iureiur. quemadmodum in glo.nam cui. Et dic quòd ad agendum admittitur contra eum contra quē excipere vult. hoc dico, ne obſtet quod dicitur de Publiciana: nam habens Publicianam actionem, cōtra alios excipit, non contra dominū.ff.de publici.l.penult. & vlt. & idē de ſimilibus: hoc autē regulariter fallit in poſſeſſoriis iudiciis. C.de loca.& condu.l.ſi quis conductionis. vbi conuentus poſſeſſorio, ſi dicit ſe cōduxiſſe, ante omnia poſſeſsionē reſtituit [e], & poſt agit.& facit quod dixi.ſ. e.dolo. nam contra prædonem agentē poſſeſſorio, ſcilicet interdicto vnde vi, non admittitur exceptio: tamen admittitur actio. de reſtit. ſpol. in literis.& ca.ſeq. Et generaliter agenti poſſeſſorio refertur quæſtio proprietatis agendo, & tamen nō excipiendo de ordine cognitio.cap.vlti. C.de rei vendi.ordinarij.de conceſ. præben.poſt electionem.in fi. de appel. conſtitutis.ij.in fi. de accuſa.accedens.

a Hęc regula fallit ſi actio & exceptio tēdunt ad diuerſa.c.inter dilectos in princ.de excep.præla. Item fallit ſi aliquid ſubeſſet repellens exceptionem ea.debnores.de iureiurando.

b Dy.dicit quòd ratio ſumitur de regula, fauorabiliori.1.ff.eo. & ſic ad idem.ſ.eo.cum ſunt. & ca.non beet. Ioan. And.

e Eſſet enim ſpecies ſpoliationis poſſeſsionē denegare locatori ff. de preca.l. vlt. & ideo ſuper dominio non auditur, niſi facta reſtitutione. ff. ſi per vim vel alio modo.l.j. Dy.

QVi facit per alium.} Ponamus quòd iniunxi famulo meo vt clericum verberaret: quod fecit ad mandatum meum, & nomine meo, nūquid ſum excommunicatus ipſo facto ac ſi ego illum verberaſſem? Reſpondetur quòd ſic. Item poteſt poni caſus in matrimonio. Conſtitui meū procuratorem ad contrahendum cum Berta. nunquid ſum eius D maritus ac ſi in propria perſona cōtraxiſſem? Reſpon.quòd ſic: quia qui facit per alium &c. quando ille actus poteſt expediri per alium.

Gloſſa ſeq. dicit vnde ſumpta, & pro exemplis, materia & obiectionis ſolutione remittit.

b Qui facit per alium. Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit.l. quod iuſſu alterius. Po. exēpla in regula & proſequere eam vt dixi.ſ.eo. poteſt quis. Et non ſuperabūdat hæc regula per illam: vt dixi ibi in fin. ADDITIO. Dyn. ponit hic ſpecialia exempla, quæ vide. Ioan.And.

c Perinde. hoc procedit de quadam iuris interpretatione, cūm verè loquendo factum etiam ab eodem diuerſis tēporibus, non repræſentat identitatem eius facti. ff.de condi. inde.l.ſi non ſortem.§. libertus. & in authen.de ſi.inſtr.circa prin.ſecundū Dy.probatur hoc ſupra eo.lib.de elec. vt quis duas. Ioannes Andreæ.

FActum legitimè.} Caſus figuratur per cap. pen. de eo qui cog.cōſan.vxo.ſuæ in an.hoc modo: Contraxi matrimoniū cū aliqua Berta: contracto matrimonio, cognoui conſanguineā vxoris meę: & ſic eſt affinitas inter me & vxorē meā vtrum propter affinitatem ſuperuenientē diſſoluatur matri-

Sextus.

A monium iam contractum: Reſpon. quòd non: quia quod initio tenet, nō diſſoluitur, licet perueniat ad eum ſtatū in quo non valuiſſet. Itē poteſt poni caſus in furioſo. Certum eſt ꝙ furioſus non poteſt matrimoniū cōtrahere propter defectū cōſenſus. Ponamus ꝙ aliquis ſanæ mētis cōtraxit matrimoniū cum aliqua Berta: contracto matrimonio effectus fuit furioſus. vtrū inualidetur matrimoniū? Reſpon. ꝙ non, licet peruenit ad eū ſtatū in quo non potuit inchoari.

REGVLA LXXIII.

FActum legitimè [d] retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat à quo non potuit inchoari.

Idem.

REGVLA LXXIIII.

QVod alicui [e] gratioſè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.

Gloſ.ſeq. primo dicit vnde ſumpta, & ponit exēplā, & inducit regulā conuerſam. Secundò notat quod dicit, nō retractari: non dicit, non impediri, per quod B ſoluit contraria.

d Factum legitimè [d]. Hæc regula ſumpta eſt ex.l.ff.eo.tit.l.in ambiguis.§.j. Exemplifica in eo qui contraxit matrimoniū, & poſtea factus eſt furioſus.xxxij.q.vij c.neq; furioſus. Idē in ſuperueniente affinitate, de eo qui cogn. conſan.vxo.ſuæ ca.pen. Idem in adoptione ſuperueniente.ff. de ritu nup.adoptiuus.in prin.& l.ſi qua. Et not. ꝙ habuiſti aliā regulā per contrarium ſupra.e.nō firmatur. quia licet caſus ſuperueniat à quo potuit inchoari, non firmatur quod ab initio nō valebat, vt ibi: quod tamen intelligas vt ibi dixi: ita ꝙ à principio factum erat [e] legitimè non retractatur: licet ſuperueniat caſus à quo non potuit inchoari: vt hic. Et concor.ad hāc regulam.ff.de iti.actuque pri.l.nec enim. ibi dicit textus, nec enim corrumpi aut cōmutari quod rectè tranſactum eſt, ſuperueniente delicto poterit. Concordat ad hanc regulam de iure pa.conſultationibus.de conuer. coniu.placet.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuę, diſcretionē.& quod in his iuribus no. Et no.quòd dicit, retractari.q.d. propter cauſam ſuperuenientē non retractatur ac ſi legitime non fuiſſet factum. Interdū tamen propter ſuperuenientem cauſam impeditur eius effe C ctus quod legitimè factum erat. exemplifica per can.xxxiij. diſt.communiter, &.c. vſque adeò.& de cle.ægro, presbyterū.& ca.tua.cum ſi. Et eodem modo reſpōdetur ad leges quę pro contrariis ſignari ſolent.ff.de iudi.ſi à me.& l.ſeq.ff.ad l. Aquil. quia in eum caſum.in quibus dicitur quòd iudicium ſoluitur per arrogationē eius cū quo litē conteſtaturus erā: quia deuenit in eū caſum in quo à principio non poterat cōſiſtere: & in præ.l.quia. dicitur ſimile, ſcilicet ꝙ ceſſat actio legis Aquil. quando ſeruus mortiferè vulneratus liber fact⁹ eſt: quia iam in eum caſum deuenit in quo locū habere non poterat &c. Et eſt ratio: quia l. Aquil. damnum reſpicit.

d Iſtud legitimè comprehendit factum & modum, vt ſcilicet factū in ſe ſit legitimū et ſine peccato, & legitimo modo factum ſecundū Ioā. Mo. qui dicit de hoc duplici defectu vel profectu haberi de reſtit. ſpo. Piſanis. de renunti. dilecti. Ioan. And.

e Et perfectū. ſecus ſi inchoatum. et ſic loquūtur cōtraria. ff. de ſerui.l. pro parte.ff.de verbo. obli ga.ſi ſub vna.§.ſi quis viam.ff.de ſuſpe.tut. poſt finitā. ff.de li. ag. l.iij.§.quia ſecundum Dy. et quæ ſignat. Ioā. Mo.de decret.quemadmodū.de iureiur. & de decret.ſi pauper.ſ. e.li.de præben. Ioānes Andreæ.

QVod alicui.} CASVS. Ponamus quòd papa cū aliquo licentiato fortè diſpenſauit ſuper pluralitate beneficiorū, & in gratia ſua appoſuit cauſas quę illum mouebāt ad diſpenſandum: quia dixit papa: quia legiſti iura canonica in tali ſtudio, tecum diſpenſamus. Ponamus quòd aliquis alius licentiatus ſimiles vel maiores fructus fecit. vult extendere gratiam iſtius ad ipſum an poſsit? Reſpon. quòd nō, propter rationem huius regulæ: quia licet papa fauore alicuius perſonę recedat à diſpoſitione iuris communis, non ſequitur ꝙ iſte diſceſſus debeat extendi ad caſus ſimiles, iuxta l. nō poſſunt.ff.de legi.cap. tranſlato ſacerdotio.de conſti.in anti. ſe D cus ſi eſſet ius commune.

Gloſſa ſequens remittit pro exemplis & pro materia: & dat concor.

e Quod alicui. pone exēpla quæ dixi.ſ. eo.tit. quæ à iure.& proſequere vt ibi dixi, & in regula, priuilegiū perſonale. & cōcor.ad hāc regulā.j.e.in argumentū. ADDITIO. Dy.ponit exēplū ſi concedatur alicui ꝙ ſubire non teneatur munera publica: forſitan quia in re publica virtuoſè ſe habuit: in aliis ius cōmune ſeruabitur. alleg.ff. de cōſtit.princ.l.j.§. planè ex his. C.de decu.l.neque Dorotheū.& l.nullus.li.x.& C.de epiſc.& cleri. quoniā. Idem dic in priuilegio decimarum, de quo.ſ.de deci.ex parte. Ioan.And.

FRuſtra.} Caſus figuratur per c.de forma.xxij.q.v. Pro intellectu iſtius eſt præſupponendū, ꝙ non minus eſt adſtrictus dominus vaſallo, quàm ecōtra vaſallus domino ſuo. Nam ſicut vaſallus debet fidelitatē domino ſuo, ſimiliter domin⁹ debet eſſe fidelis vaſallo: & ſicut vaſallus priuatur feudo propter infidelitatē cōmiſſam erga dominū ſuū: ita dominus priuatur ſuperioritate. Et iſtud quotidie fit: Nam quādo dominus ſupprimit vaſallū, princeps eximit vaſallū à iuriſdictione domini. Hoc præſuppoſito ponam⁹ ſic caſum: Tenebā aliquam rē in feudū ab aliquo domino, & promiſi ei fidelitatem;

Universidad de Deusto Biblioteca



delitatem: iſta promiſsio eſt reciproca. nã ſicut ego teneor ſeruare fidem domino, ita econtra dominus tenetur mihi fidem ſeruare. Sed quid, dominus non ſeruauit mihi fidẽ, quia me oppreſsit, vtrum tenear ei fidem ſeruare? Reſpon. quòd non, quia fruſtra &c.

Item poteſt poni caſus per. l. cũ propo ponas. C. de pac. Cũ haberẽ tecum litem. tranſegimus ſimul, per quã tranſactionẽ renuntiaui liti ſub hoc pacto, ꝙ intra certũ tẽpus dares mihi certã pecuniæ ſummam. nõ ſoluiſti intra tẽpus vt promiſeras, volo redire ad litẽ, vtrũ poſsim? Reſpõ. ꝙ ſic, per rationẽ hui9 regulæ, quia fruſtra ſibi fidẽ &c.

Idem.

REGVLA LXXV.

FRuſtra ſibi [a] fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

Idem.

REGVLA LXXVI.

DElictum [b] perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare.

Gloſ. ſequens primò ponit exempla. Secundò ſucceſsiuè B ſignat & ſoluit duo contraria. Tertiò inſtruit.

a *Fruſtra.* po. caſum in domino quo ad fidelem, & in fideli quo ad dominũ, xxij. q. v. de forma. Item in eo qui interpoſita cõditione promiſit & iurauit aliquid facere. de iureiur. peruenit. ij. vbi de hoc. In eo qui non vult tranſactionem interpoſitam obſeruare. C. de pac. cũ proponas. ij. concor. xcv. di. eſto ſubiectus. ibi, cur ego te habeã vt principem, cũ tu me non habeas vt ſenatorem? Sed nonne hoſti ſeruanda eſt fides?[a] xxij. q. iij. innocẽs. xxiij. q. j. noli. Sol. vt ibi no. & in d. c. peruenit. illud enim verũ eſt cum ipſe hoſtis nobis fidem ſeruat, & ſic concor. cum hac regula. Item contra. xxxiij. q. v. quod Deo pari. vbi dicitur quòd ſi vir & vxor pari conſenſu continentiã voueat, vno labente alter perſeuerare debet. Sol. ibi non fuerat fides homini promiſſa, ſed Deo. nam ſine vlla conditione adimpleri debent quæ Deo vouẽtur. xxxij. q. viij. ca. vnico. in ſi. Et vides quòd licet vxor adulterata fuerit, nihilo minus vir peccat adulterando. xxxij. q. vj. ca. j. per totum.[b] fruſtra igitur debitum petit, qui quod debet nõ impendit: & fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. de vſu. quia fruſtra. in an. & ibi de hoc. Vnũ no. quando C partes ſibi adinuicem aliquid ſub pœna promittunt, & vna pars primò frangit fidem, aut expedit magis alteri parti pœnã proſequi, & ſtare pacto vel contractui, aut magis expedit ſibi fidem rumpere. In primo caſu licet ſibi fides ſit fracta, ipſe tamen pro ſua parte ſeruet eandem: & ſic pœnã petere poterit cum effectu, ff. eo. titu. cum par. in ſi. In ſecundo caſu ſecurè frangit fidem, & fiet hinc inde pœnarum mutua compenſatio, vt. ꝯ. de pœ. conſtitutis. & ſic illam decre. intelligas, & quæ ibi not. & eſt ad hoc ſi. quod not. de conuento ſuper ſpoliatione, cui aut expedit magis rehabere rẽ propriã, aut retinere rem quam poſsidet. in primo caſu agat, in ſecundo excipiat. hoc no. Ber. de ordi. cog. c. vl. ADDITIO. Dicebat Ioã. Mo. quòd in hac regula, fruſtra &c. poterat exemplum poni per. l. quoniam. C. de re. permu. ff. de mino. auxiliũ. in ſi. intelligit etiã regulam circa idẽ factũ, non circa diuerſa. arg. ff. de leg. ij. cũ pater. §. plane. Dy. alle. §. libertis. Ratio etiam huius regulæ ſumi poteſt ex regula, ex eo. eo. tit. Ioan. And.

*a Tu dic ꝙ fides à duci b9 belli inuicem data ſeruãda eſt. Bart. Angel. l. cõuentionũ. ff. de pac. intelligit*

DElictum.} CASVS figuratur per ca. ſi epiſcopum. xvj. q. vj. hoc modo. Aliquis epiſcopus cõmiſit aliquod graue delictum, propter quod fuit depoſitus, & priuatus ſuo epiſcopatu, vtrum bona eccleſiæ debeant confiſcari? Vel pone quòd epiſcopus tenebat à rege caſtrum in feudum, & promi D ſit fidelitatem regi. Poſtea epiſcopus deliquit in regem, quia commiſit proditionem in regem. fuit depoſitus. vtrũ caſtra redeant ad regem? Certè non. Item poteſt poni caſus in ſyndico procuratore eccleſiæ qui commiſit falſum, & ſi fuiſſet cauſa propria, debuiſſet cauſam perdere. vtrum delictum ipſius ſyndici debeat nocere eccleſiæ? Certè non.

*b Hic vide Nemẽanũ in ſylua nup. Eraſ. 1. ad Cor. viij.*

Gloſ. ſeq. primò ponit exempla. Secundò ſignat contrariũ, & ſoluit. ſolutioni tripliciter obiicit, & reſpõdet. Tertiò ſucceſsiuè ſoluit tria contraria. Quartò ponderat quod dicit delictum, & quod dicit perſonæ.

b *Delictum.* Pone caſum ibi epiſcopo depoſito propter crimen. ob hoc enim non debet eccleſia rebus ſuis expoliari. xvj. q. vj. ſi epiſcopũ. & ibi de hoc. Ad idẽ cle. de heret. nolentes. poſt prin. Item pone in procuratore qui falſauit inſtrumentum, quia propter hoc nõ perdet eccleſia cauſam. de excep. cum venerabilis &c. & delictum tutoris non obligat pupillum [c]. ff. eo. tit. l. neque &. ff. de tab. exhiben. l. pe. Contra xvj. quæſt. iij. placuit. ij. vbi delictum prælati non repetentis rem eccleſiaſticam, nocet eccleſiæ. ad idem de præſcrip. ca. j. & per totum. Solu. delictum aliud in faciendo, & hoc non præiudicat eccleſiæ, vt hic. & aliud in omittendo: & hoc be-

*c Parificãtur pupillus & eccleſia ex vna parte, & ipſorũ admini-*

A ne præiudicat, vt ibi. Ad hanc ſolutionẽ contradicit. xxv. q. ij. ita nos. vbi delictũ quod eſt in faciendo præiudicat eccleſiæ. Sol. dici poteſt ſecundũ Io. qui hoc ibi no. & in d. c. ſi epiſcopũ. ꝙ hæc regula intelligitur de detrimento facultatũ, illud autẽ de detrimento honoris: vel potius ibi nocet delinquẽtibus ꝙ eccleſiæ. Adhuc cõtra ſolutionẽ, de ceſſ. cũ olim. vbi delictũ quod eſt in faciẽdo, nocet eccleſiæ. de in integ. reſti. auditis. vbi delictũ quod eſt in omittendo, nõ præiudicat eccleſiæ. Satis congruè poteſt diſtingui inter iudicialia & extraiudicialia, vt in iudicialibus iudiciorũ fauore, ſiue ſit in faciẽdo ſiue in omittẽdo, præiudicet

*ſtratores ex altera. C. de epi. & cleri. orphanotrophi. Dy.*

Idem.

REGVLA LXXVII.

RAtioni [c] congruit vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Idem.

REGVLA LXXVIII.

IN argumentum [d] trahi nequeunt, quæ propter neceſsitatem aliquando ſunt conceſſa.

B eccleſiæ. & in decre. auditis. bene præiudicauit eccleſiæ delictũ quod fuit in omittendo, ſed fuit reſtituta, & ſic non eſt cõtra. In decre. cũ venerabilis. dici potuit extraiudiciale. vel ibi ſolus procurator deliquit in faciendo, ſcilicet inſtrumẽtũ falſando. Itẽ contra. liiij. diſ. ſi ſeruus. vbi punitur epiſcop9 qui pro vno ſeruo duos dare debet, ſed illud facere debet de proprio ſi habet, nõ de bonis eccleſiæ propter hanc regulã. Itẽ contra. de ordi. cog. cũ dilectus. vbi dolus & violentia abbatis eccleſiæ nocere videtur. Sed ibi ſoluitur per Ber. in iij. gl. ſcilicet ꝙ ibi delictũ fuerat cõmiſſum per prælatum & collegiũ cõmunicato cõſilio. & eodẽ modo ſoluitur. C. de ſacroſan. eccle. iubem9 nullã. ibi, propter delictum perſonæ cõfiſcatur nauis eccleſiæ. Et no. quòd dicit hæc regula delictũ, quia ſecundum propriam huius vocabuli ſignificationẽ videtur loqui de eo quod conſiſtit in omittendo, ſecũdum ea quæ no. ſ. eo. peccatum tamen illi ſignificationi non ſemper ſtatur, vt ibi dixi. Itẽ hoc quod dicit perſonæ, intelligere poſſumus de prælato, & eſt vulgare dominorum meorũ Anglicorum. de reſcri. ex parte S. perſonæ. & de app. bonæ memoriæ. vel indiſtinctè de qualibet perſona intelligatur, cuius C delictum eccleſiæ non nocebit, ſaltẽ cum effectu, quia daretur reſtitutio vſque ad quadriẽnium tantũ, niſi ex cauſa plus temporis daretur, vt. ſ. eo. lib. de reſti. in inte. c. j.

*d Aequè ſi cuiuis Dy. dici poteſt in quolibet ſubſtituto in hæreditate, qua hæres appellatur. ff. de lega. præſtan. l. filius. §. ſi legato, propter quæ ſuccedit in onere legatorum, quæ ab inſtituto relicta videntur tacitè à ſubſtituto repetita. ff. de lega. 1. l. Imperator. & de lega. tit. 2. l. ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus. et l. cũ poteſt §. ab inſtitute. Ioan. And.*

RAtioni congruit.} Caſus figuratur per capitulum, filiis ac nepotibus. xvj. q. vij. Certũ eſt quòd licet ius patronat9 ſit annexum ſpiritalibus, tamen illi iuri ſucceditur iure hæreditario. Et non eſt dubium quin patronus eccleſiæ teneatur defendere eccleſiam ſi opprimatur. Sed quid de hæredibus qui ſuccedũt iuri patronatus, nũquid etiam tenebuntur defendere eccleſiã ſi opprimatur? Reſpondet quòd ſic quia ex quo ſuccedunt in honore, etiã debẽt ſuccedere in onere.

Gloſſa ſeq. ponit exempla, & dicit regulam poſſe reſolui.

c *Ration.* Pone caſum in filio patroni hærede qui ſuccedit in honore iuris patro. ſic in onere defenſandi eccleſiã ſuccedere debet. xvj. q. vij. filiis ac nepotibus. Itẽ pone in prælato [d] qui ſuccedit in honore, ſic & in onere ſoluendi prædeceſſoris debita pro eccleſiæ vtilitate contracta. ſ. de ſol. c. j. Idẽ in iudice, ff. de iudi. l. mortuo iudice. quod eũ iudicare oportuerat. Idẽ eum qui ei ſubſtitutus eſt, ſequi oportet. ad idem. ſ. de offi. delega. quoniam abbas. & concor. ad hanc regulam. 100. di. rationis &. ſ. eo. qui ſentit onus. & quod ibi dixi, hic adde. Et per illam regulam poteſt etiam hæc reſolui, vt ſcili D cet ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. ad hoc. xl. diſ. non nos. ADDITIO. Io. Mo. dicit in hac regula, rationi &c. eſſe exemplum ponendum per. l. j. C. de fideiuſſo. & dic in onere non cohærente perſonæ. nã in illo ſecus. ff. de adimen. leg. l. legatum. & de ali. leg. Caio. in prin. & de condi. & demon. l. legatum. ſecundum Dy. Ioan. And.

*e An ſit ꝙ etiã extenſio in exorbitantibus? Bar. in. l. illud. C. de ſac. ſan. eccleſ. l. ſan §. in perſonã. inſtit. de actio. Ioã. And. in regula pro poſſeſſore ſ. e. Dy. hic dicit ꝙ ſic etiã in pœnalibus ſa nore respu. & anime. Conſe. ſingu. incipien. extenſio. l. c. 2. F.*

IN argumentum.} [e] Caſus figuratur per capitulum. j. lv. diſt. hoc modo. Certum eſt quòd beneficia regularia debent conferri regularibus, & ſecularia ſecularibus, & maximè religioſi nunquam debent habere adminiſtrationem eccleſiarum ſecularium, ne eis detur materia vagandi. Sed ponamus quòd eſt tanta penuria clericorum ſecularium, quòd nõ inueniuntur ſeculares quibus poſsint conferri illa beneficia, tũc poterũt cõferri regularib9 in defectum clericorũ ſecularium. Sed ponamus modo reperiuntur ſeculares, vtrũ illa beneficia ſecularia nũc poſsint cõferri religioſis? Reſpondetur ꝙ non, quia illud ex neceſsitate fuit ordinatũ, ideo non debet trahi ad conſequentiam, nam in argumentum &c.

*f Ioã. Mo. dicit ponendum caſum per c. ſicut. de cõſe. diſ. 1. & per. c. quãto. ſ. de conſuetu. in ſi. Io. And.*

Gloſſa ſeq. primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla, interferens ſolutionem ſuperfluitatis. Secundò not. ex regula generale quod determinat.

d *In argumentum.* [f] Hæc regula ſumitur ex. l. ff. eod. titul. quæ



quæ propter neceſsitatẽ. Pone caſum. lv. di. c. j. vbi ex neceſſitate tẽporis propter miniſtrorũ defectum monachos permiſſum fuit aſſumi ad parochiales eccleſias: ceſſante hac neceſsitate in argumentum trahi non debet: vt ibi.[a] Item per decreta. ſ. de elect. cum in cunctis. ibi, ne quod à quibuſdam pro neceſsitate temporis &c. Et alienatio ſacrorũ vaſorum propter neceſsitatẽ redimendorũ captiuorum cõceſſa, [b] ad conſequentiam trahi non debet. C. de ſacroſan. eccle. l. ante pen. quæ incipit, ſancimus. Et cõcor. ad hanc regulam. ſ. eo. quæ à iure. & ſupra eod. quod alicui. Nec ſuperfluit hæc regula per illas quæ loquuntur in eo quod conceditur ob fauorem vel gratiam: hæc in eo quod conceditur ob temporis neceſsitatem. Et dicit etiam in ar. quaſi dicat iuriſta vel arguens quòd non debet arguere de eo quod interdum ex neceſsitate conceſſum eſt: quia argu- B menta de ſimilibus ad penitus ſimilia procedunt: ſed inter tempus neceſsitatis & non neceſsitatis non eſt ſimilitudo: ergo non procedit argumentatio. Et concordat ad hanc regulam. xxxv. q. j. cap. j. per quod etiam exemplificare potes. nam à principio generis humani licite contraxit frater cum ſorore: quia ex neceſsitate id fiebat: hodie autem creuit humanum genus, & ſublata eſt neceſsitas: & ideo non licite contrahitur intra quartum gradum. de conſanguini. & affinita. non debet. C. de pa. qui fi. diſtra. l. j. & ij. vbi propter neceſsitatem famis licet filium diſtrahere: [c] quod aliàs non liceret. {Hoc ideo, quia ibi eſt prohibitio. dicit enim litera l. ij. id licere in hoc tantummodo caſu: aliàs vbi non eſſet in contrarium prohibitio expreſſa, vel quæ æquipolleret expreſſæ: id quod propter neceſsitatem conceſſum eſt, propter eandem vel maiorem neceſsitatem bene poſſet in argumentum trahi. Nam quæ conueniunt in identitate rationis, per conſtitutionem iuris ſeparari non debent. ff. de fonte. l. vnica. §. hoc interdictum. & de iniuſ. teſ. l. quæ propter. & per hunc modum dic concordari gloſ. l. ij. ad gloſ. l. quæ propter. ff. eod. titu. cui videtur contra.[d]} Et not. ex hac regula illud generale, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus. de iureiu. & ſi Chriſtus. in fine. de ap. cum ceſſante. & de pœniten. & remiſsio. cum infirmitas. de quo dic vt no. de renun. poſt tranſlationem. lxj. diſtinct. §. his omnibus. xix. quæſt. ij. duæ. ceſſante igitur neceſsitate propter quam diſpenſatũ eſt, ceſſat conſtitutio. j. quæ. vij. quod pro remedio. quod verum eſt circa facienda, nõ circa iam facta: vt ibi not. & de iureiur. & ſi Chriſtus. in fine. ad hoc ſupra eo. factum legitime. in ſi. & eſt etiam hoc verum, niſi vtilitas ſuccedat loco neceſsitatis, ſicut eſt de monachis ordinandis: vt probatur xvj. q. j. ſunt nonnulli. in ſi.

*a Ego addo hic. l. generaliter. ff. de docu. Fontanus.*

*b Si tamen fuiſſent tabula etiã per hominẽ data prohibita alienari, nõ poſſent pro captiuis alienari. Opizo. l. filius. §. diui. de leg. col. 30.*

*c Fallit ſi eſſet preſbyter. Hip po. ſin. 101. cui addes ſingul. Ro. 210.*

*d Huic additioni obſtat. l. ob æs. de præd. mi. C. vide ergo gl. in. c. quãquam. ſ. e. de elec. Font.*

Idem.

REGVLA LXXIX.

NEmo poteſt [a] plus iuris trãsferre in alium, quàm ſibi competere dinoſcatur.

Idem.

REGVLA LXXX.

NEmo poteſt.} Ponamus quòd habebam aliquam rem quæ non erat mea: ſed illam detinebam inuito domino. vendidi tibi illam rem, & tradidi. vtrum in te ſit tranſlatum dominium illius rei? Reſpondetur quòd non: quia non potui in te transferre plus iuris, quam ego haberem: & cùm non eſſem dominus illius rei, non potui illam in te transferre.

Gloſ. ſequens dicit primò vnde ſumpta: ponit exempla & D concor. Secundò miſcet tria contraria, & ſoluit, inducendo etiam alios caſus quibus fallit.

a *Nemo poteſt.* Hæc regula ſumpta fuit ex. l. ff. eod. titul. l. nemo plus. Pone caſum. j. quæſtion. vij. Daibertum. de do. inter vi. & vxo. nuper. vbi ſunt hæc verba. &. ff. de acqui. re. do. l. traditio. & facit ad hanc regulam. ſ. de pigo. cum contra. & ſupra eod. is qui in ius. ibi dum dicit, eo iure. & ſic non maiori. & concor. quod dicitur, nemo dat quod non habet. de iure patro. quòd autem. Contra de elect. ſuffraganeis. vbi mandat archiepiſcopus qui conſecratus non eſt, electum per ſuffraganeos conſecrari. &. ff. de acqui. re. do. non eſt nouum. vbi creditor pignus diſtrahit cuius dominium non habet. de conſecra. diſtincti. iiij. ſolet. vbi etiam baptiſmum dat qui non habet. Solu. vt ibi not. j. quæſt. j. ca. j. quia hoc eſt generale, illa ſunt ſpecialia: ſpecialitatis rationem facilè cõſiderare poteris. Et idem not. Ber. in prædic. decre. nuper. & de iure. pa. cura. nam ſpeciale in baptiſmo: vt in prædi. ca. ſolet. & demandare iuriſdictionis eſt: ergo archiepiſcopus cõfirmatus demandare poteſt epiſcopis qui conſecrati erant, vt epiſcopum conſecrent: & in creditore eſt ſpeciale, ſicut & in tutore & curatore. C. de admini. tuto. l. vlt. & l. lex quæ. & in procuratore. inſtit. de re. diuiſi. §. nihil. In iudice. inſtit. de offi. iudi. §. ſi. In executore. ff. de euic. ſi pignora. In vſufructu formali. ff. de vſufru. l. quod noſtrũ. {Ibi tamen plus non transfertur, ſed per conſtitutionem variatur ſpecies vſusfru

*Poteſt quis quãdoque per alium, quod non per ſe.*



A ctus: & qui primò erat cauſalis, qui nõ eſt ſeruitus, fit formalis, qui eſt ſpecies ſeruitutis. Dy.} In eo qui bona fide emit à malæ fidei poſſeſſore, qui vſucap. inſti. de vſuca. §. quod autem. Vel præſcribit hoc ſecundum vetera iura: ſed immutatũ eſt per ius auth. vt ſpon. lar. §. ruſus. In cenſitoribus [e] & flumine. ff. de acqui. re. do. l. ergo §. alluuio. In donatione libertatis. inſt. de lib. §. vlt. ADDITIO. De his caſib9 no. præalleg. l. nemo. & prædi. l. traditio. & inſt. qui alie. licet. poſt prin. Ioannes And.

*e Vt no. in §. ſtatim alt. cenſitores ſunt qui ſignãt prædia militibus aſsignanda: vel qui auferũt illa nõ ſoluentib9 tributa, et alii dant. Vel iudices qui vni auferũt alii dãt dominium. Ioan. And.*

IN toto [b] partem non eſt dubium contineri.

Idem.

REGVLA LXXXI.

IN generali [c] conceſsione non veniunt ea quæ quis

INtoto.} CASVS figuratur per. l. ſi quis. ff. de excep. rei iudi. Pone ꝙ cum tenebas & poſsideres quandam domũ quam dicebã ad me ſpectare: feci te conueniri, & illam domum totã volui vendicare. quia non probaui illam domum ad me ſpectare, fuiſti abſolutus ab impetitione mea, & ego cõdemnatus in expenſis ratione temere vocationis ad ius. Poſtea tractu temporis vo B lui à te vendicare partem illius domus: tu excipiendo propoſuiſti, ꝙ alias fuerat cõtrouerſia inter te & me de & ſuper illa domo, & ꝙ fueras ſententialiter abſolutus ab impetitione mea: & ſic mihi obſtabat exceptio rei iudicatæ. ego autẽ replicando propoſui ꝙ nõ debet mihi obſtare exceptio rei iudicatæ: quia prius petebam totam domũ, & nunc peto partem ipſius. nunquid bene dico? Reſpon. quòd non: quia totum continet partem: & ſi fui expulſus à tota domo, bene ſequitur quòd fui expulſus à parte.

Gloſſa ſequens remittit pro exemplis & materia, & dat concor.

b *In toto.* pone exempla quæ dixi. ſupra eod plus ſemper. & proſequere vt ibi. & concor. ff. de excep. rei iudi. l. ſi quis. cum totum petiiſſet: ſi partem petit, exceptio rei iudi. nocet: nam pars in toto eſt. concor. xiiij. quæſti. v. pœnale. & xxxij. quæſt. iiij. meretrices. de pœni. diſt. j. c. facilius Deum. §. hoc idem. Ioannes Andreæ.

*Pars in toto comprehenditur.*

C IN generali. Caſus figuratur per ca. ſi epiſcopus. ſ. de pœ. & re. eo. lib. Epiſcopus meus dedit mihi facultatem eligendi confeſſorem quem voluero, vt illi poſſem confiteri peccata mea. vtrũ ille confeſſor poſsit me abſoluere de caſibus epiſcopalibus? Reſpõdetur ꝙ non. Vel ſic: Epiſcopus Pictauen. conſtituit Titium officialem ſuum generalem: vtrũ iſte habeat poteſtatem conferendi beneficia? Reſpondetur quòd non: niſi fuerit ſibi data ſpecialis poteſtas vt poſsit conferre beneficia: quia in generali &c.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. ſecundò æquiparat obſcurum & generale. tertiò quærit, & ſoluit. quartò notat, & ad quæſtionem arguit, & de ea remittit.

c *In generali.* po. caſum. xvj. quæſt. j. frater noſter. vbi generalis commiſsio facta legato per papam, non extenditur ad cauſas fidei. Item pone per decre. ſupra eod. lib. de pœn. & re. ſi epiſcopus. vbi habes hæc verba. Item per l. C. quæ res pig. ob. poſ. l. j. vbi in generali obligatione pignoris non veniunt vxor & alumni, & quæ quis veriſimiliter non eſt credendus ſpecialiter obligaſſe. & fa. opti. ſ. eo. lib. de offi. vica. cum in generali. Et not. quia non ſolum in obſcuris inſpicimus id quod eſt veriſimile, ſed etiam in generalibus. De primo. ſ. eo. inſpicimus. De ſecundo hic, & in concor. & ff. de D pecu. l. qui peculij. vbi qui adminiſtrationem concedit, videtur permittere generaliter quod ſpecialiter eſt permiſſurus.[f] Et ff. de pig. l. obligatione generali. & in pignoris obligatione generali rerum quas quis habuit vel habiturus eſt, ea non cõtinebuntur quæ veriſimile eſt aliquem ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, puta ſupellex. Item veſtis relinquenda eſt debitori. Si quis quærat quomodo ſcietur quæ ſunt illa quæ veriſimiliter in ſpecie non decreretur quẽ conceſsiſſe: Reſpond.[g] poteſt hoc cognoſci ex impoſsibili vel inhumana vel dura ſeparatione: vt puta miniſteria artis ſuæ, vel quæ ad affectionem pertinent, generali obligatione nõ veniunt: vt in prædic. obligatione. & ſeq. & probatur op. C. communia vtriuſque iudi. l. poſſeſsionum. vbi habes ꝙ poſſeſsiones in quibus ſunt adſcriptitij, ita debent diuidi, quòd penes vnumquemque integra familia remaneat: vt pater à liberis, coniunx à viro, frater à ſorore, non ſeparentur. Et no. ex hac regula verbum generale reſtringi. ad idem. ſ. eo. li. de reſcrip. c. ij. & c. ſi eo tempore. de præben. cum cui. &. c. quãuis. cum ſi. ſ. eod lib. de iureiur. c. j. de proc. qui ad agendum. Io. Mo. qui hic plus quàm ſuper omnibus aliis regulis ſcripſit, collegit hic quinquaginta modos quibus arctatur generalitas. Item facit hæc regula ad quæſtionem de eo qui generaliter tenetur contra omnes aliquem iuuare: nunquid cõtra ſe vel filios? & not. de hoc. xxij. q. v. de forma. in j. gloſ. & de iureiur. petitio. in vlt gloſ. Ioan. And.

*Obligatio generalis non cõprehẽdit vxorem & liberos.*

*f Vnde nõ cõcedit ꝙ donet. ff. de do. filiusfamilias. Nec ꝙ in fraudem creditorum alienet. ff. quæ in fraudem cred. l. ſi pater filio. ſecundũ Dy.*

*g Idem Io. Mo. qui etiam ponit exemplum per. l. inter eos. ff. de re iudic. cuius caſum dixi de appel. paſtoralis. ſuper gloſ. fina.*

Universidad de Deusto Biblioteca



a *Veriſimiliter.* præſumptio igitur contraria facit hic ceſſare quod dicimus tantū valere genus quo ad omnia, quantū ſpecies quo ad ſpecialiſsima.ad qđ alleg. Dy.ff.de admi.tut.l.ſi duo.de leg.iij.ſi chor⁹.in prin.de vſu & habi.ſi ita.C.de quadri.præſcrip.l.ij.de præſcrip.xxx.ann.l.ſi omnes.Ioan.And.

Q*Vi cōtra.*} CASVS. Certum eſt vt ad hoc quòd quis poſsit præſcribere longo vel longiſsimo tempore, requiritur quòd habeat bonam fidem. ſed vtrū poſſeſſor præſumatur bonæ fidei vel malæ. Reſpondetur quòd ſi poſsideat contra ius, præſumitur malæ fidei, vt forte aliquis rector eccleſię parochialis percipit decimas in aliena parochia: Certè præſumitur habere malam fidem: quia de iure communi quis nō poteſt percipere decimas in aliena parochia.

non eſſet veriſimiliter a in ſpecie conceſſurus.

Idem.

REGVLA LXXXII.

QVi contra b iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere.

Idem.

Gloſ.ſeq.primò ponit exempla. ſecundò ſucceſsiue ſignat duo contraria:& ad ea remittit.tertiò notat.

b *Qui contra.* a Pone caſ.in eo qui recipit eccleſiam de manu laici.xvj.q.vij.ſi quis deinceps. In eo qui emit ſpiritalia: de ſimo.non ſatis. ad idem.C.de agri. & cen. l. quemadmodum.lib.xj.vbi qui emit aſcriptitium ſine gleba, contra legum interdicta mercatur, & malæ fidei poſſeſſor dicitur:& ideo quia talis præſumitur non habere bonā fidem, ideo nō præſcribit:vt in prædi.iuribus.Ad idem.ſ.e.lib.de re.ec.non alie.c.ij, Contra.ſ.de dona.apoſtolicæ.ſed ſolue vt in glo.ſed videtur.Item contra.ſ.de iure pa.cura.Solue vt ibi.Et ſic patet quòd iuris ignorantiā non excuſat in præſcrip. ſicut nec in vſucap.ff.de vſucap.l.nunquā. ADDITIO. Dynus in hac regula qui contra &c.ponit exemplū in eo qui emit à pupillo quē talem ſciebat, ſine auctoritate tutoris.C.de auth.pręſtan.cum qui.de vſucap.pro emptore.l.vlt.de cōtrahen.emptio.qui à quolibet.& dicit ꝙ hui⁹ iuris eſt ratio:quia aut emptor ſciebat à iure prohibitū, & ſic fides mala concluditur à parte:aut ignorabat, & tunc mala fides propter iuris errorem præſumitur.ff.de vſuca.ſi fur.& dicam ſuper glo.Ioan.And.

*a Omnino vide hic Bart.Ioan. de Platea. l.quemadmodū.in ſi. C. de agri. et cēſi.li.11. doc.inſti.de vſucapi. in princi.Do. Celſus. alle. hic Alexan.conſilium. 35. colum.3. in quarto vo lu.Font.*

B*Ona fides.*} CASVS. Cum deberem Titio aliquā pecuniæ ſummam, ſibi ſatisfeci, vel ali⁹ nomine meo. Vel ſic: Cùm Titius & ego eſſemus alicui obligati in aliqua ſumma pecuniæ, vnus noſtrum ſoluit illam pecuniam: vtrum ab altero poſsit peti illa pecunia per alium ſoluta? Reſpondetur quòd non: quia bona fides &c.

Gloſſa ſeq.primò dicit vnde ſumpta, & ponit exempla dicens etiam in pœnis regulam veram vbi vnica exactio competit.tertio arguit ad quæſtionem.

c *Bona.* Hæc regula ſumpta fuit ex l.ff.eod.tit. bona fides. Eccleſia non debet ſuum repetere cum augmento. ſed ſi ſemel exactum iterum exigeret, augmētum reciperet.xij.q.ij. fraternitas.ad idem de pœ.c.ſuam.ff.de tab.exhi.l.iij, §.condemnatio.Et habet locum hæc regula etiam in pœnis, quæ ſemel exactę, ab eodem iterū exigi non debent b ad hoc.xiij. q.ij.cap.vlt.de iudi.at ſi clerici.C.de pœ.l.omnes.Ab eodem ideo dixi:quia ſi plures inſolidum tenentur ad pœnam: ſoluta pœna per vnum, non liberatur alter.xij.q.ij.cum deuotiſſimam.ff.ad l.Aquil.ita Mela.§.ſi plures.An autē res & pœna ſimul peti poſſunt: dic vt no.xxv.q.ij.ſi eccleſiæ.hanc autem regulam dico veram in iis quorum cauſa vnica exactione finitur, vnde ſi decem debeo, ipſorum ſolutione tollitur omnis obligatio. vnde non patitur bona fides, vt illa iterum exigantur:& ſi ſoluantur, vt indebita repetuntur. quod dic vt no.j.q.iij.in ſi.de ſolu.c.vlt ſi autem vnica exactione, non finitur obligatio.Po.caſum in exactione debiti vxoris ad virum:& econuerſo:non habet locum regula. Item in procuratione quam exigit epiſcopus viſitans primo anno, nam ſecundo anno viſitans, iterū procurationem exigit: & idem ſi de neceſsitate eccleſiæ iterum eodem anno viſitaret, & ſic poteſt intelligi de cenſi.cū venerabilis. vbi de hoc. & xviij. quæſtio.ij.viſitandi. Idem dico in exactione pœnæ, vbi de hoc actum eſt in contractu, vt toties pœna committatur & exigi poſsit quoties contra factum fuerit: nam tunc pœna ſemel exacta, etiam ab eodem iterum exigetur: contractus enim ex conuentione legem accipiunt.j.eod. contractus. cum ſuis concor. Sed veritate inſpecta in his caſibus & ſimilibus non eſt idem ſed aliud, licet eiuſdem generis. Et facit hæc regula ad quæſtionem quam not. Ioannes xij. quæſtion.ij.monemus. an ſi eccleſia conſecuta eſt ſuum à poſſeſſore, quod facere poteſt:vt ea.q.apoſtolicos.an adhuc idem poſsit petere à prælato? & certe non: quia bona fides hoc non patitur, vt hic: ad pœnam tamen agere bene poſſet contra eum:vt dixi.ſupra. De hoc etiam no.de re. eccle.non alie.ſi quis.

*b Dicebat ergo Dy.regulā intelligēdam ne ab eodē exigatur: vel ab eo qui ab exacto cauſam habet, vel qui contra exactum eſſet habiturus regreſſum &c. Ioan. And.*

d *Non patitur.* quaſi non ſuſtinet, non permittit:& hoc propter contradictorium.Ioan.And.

REGVLA LXXXIII.

BOna c fides non patitur, d vt ſemel exactum, iterum exigatur.

Idem.

REGVLA LXXXIIII.

CVm quid e vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

C*Vm quid vna via &c.*} Argumenta in hanc regulam ex Dyno Muxellano. 1.Pater vt pater adminiſtrare prohibitus, nō poterit idem vt curator, 2. 4. Succedere qui nequit iure ciuili, alia via non debet admitti, 3. Filius actione emancipationem petere nequit, ex teſtamento antē petere poterit. 5. Filius per vnde liberi excluſus, per vnde legitimi eſt admittendus. 6. Succedere poteſt ab inteſtato, qui repudiauit ex teſtamento. Iſtius regulę exemplum proprie ponitur.ſ.de cleric.coniug.cap.j.lib.vj. Poni etiam poteſt ſicut cauetur.ff.de tutorib.& curatori.da.ab his, l ſcire oportet, §.ſi mater. Nam ſi pater prohibetur adminiſtrare tanquam pater, nec poterit nec debebit adminiſtrare tanquam curator:vt non alia via quàm quod voluit teſtatrix faciat. Item qui prohibetur ad ſucceſsionem vocari de iure ciuili, non admittitur per aliam viam, id eſt de iure prætorio ff.de bonorū poſſeſſ.contra tab.l.iij.§.liberi, & l.ſi poſt mortem.§.exhæredati.Sed opponitur & videtur quòd emancipatus qui prohibetur ſuccedere de iure ciuili, vocatur de iure prætorio.ff.de bonorum poſſeſ.l.ſi cum patrono.§.bonorum. Item ſi legatum relinquitur patri, & rogatur filium emancipare, licet filius prohibeatur emancipationem petere vna via, id eſt iure actionis ex teſtamento, tamen admittitur alia, id eſt per officium iudicis:vt. ff.de conditio.& demonſtr.l.ſi cui. Item ſi alicui duplici iure deferatur hæreditas, licet vno iure ſuccedere prohibeatur, nihilominus admittitur alio:vt.ff.de reg.iur.l.quoties duplici. & C. de iure deliberan.l. ſuum hæredem. Item filius excluſus ab vnde liberi, vocatur per vnde legitimi. & excluſus ab vnde legitimi, vocatur per vnde cognati. ff. de ſucceſſorio edicto.l.j. §.ſed videndum. Item repudians ex teſtamento, ſuccedere poteſt ab inteſtato, ſi erat de numero eorum qui vocātur ab inteſtato:vt.ff.de acquirend.hæredita. l.nec is. §.j. Per quæ omnia videtur concludi poſſe regulam eſſe falſam. Sed dici poteſt quòd regula locum habet vbi ius reſiſtit in odium prohibiti.ſed vbi aſsiſtit propter alium contingentem defectum, habent locum contraria. Dy. Itaque* Cum quid vna via &c. quaſi videlicet minus ſcriptum quàm cautū ſit. Sic quem ius ciuile fecit inteſtabilem, voluit prætorio iure ad ſucceſsionē venire, ſed fruſtra.l.iij.§.liberi.l.ſi poſt mortem.§.exhæredati.de bonorum poſſeſsione contra tab. Neque enim prætor qui iuris miniſter eſt (l.nam & ipſum.ff.de iuſticia & iure) eum adiuuabit ex edicto, quem apertis verbis ius ipſum à ſucceſsionib⁹ excluſit. ſatis eſt enim legiſlatori prohibuiſſe tantū, quod fieri non voluit:vt cętera quaſi expreſſa liceat ex ipſa legis voluntate & ratione colligere.l. non dubium.C.de legib.l.Ra.

** Ex Ioāne Ramo, Axiomate 7.lib.2.Enchiridij regul.iuris.*

*Cum quid.*} Caſus figuratur per l.vlti.C.ſi manci.ita venene proſtitu. Ego habebam ancillam quam multū diligebam. veruntamē fui compulſus illam vendere: ſed in venditione appoſui pactum, ꝙ tu eam non proſtitueres:& ſi faceres cōtrarium, ꝙ ſtatim efficeretur libera. accidit quòd noluiſti eā proſtituere publicè, ſed à caupone eā feciſti proſtitui.quæritur, nunquid efficiatur libera? Reſpondetur ꝙ ſic.Nam ſicut tu eā non poteras proſtituere, neque etiam per cauponē per rationē hui⁹ regulę, quia cū quid &c.Vel ſic:Pone quòd vendidi tibi aliquā rē, & in venditione appoſui pactū, quòd illam rem non poſsis alienare:vtrum poteris eam obligare? Reſpon.ꝙ nō:quia tūc indirectè illa res alienaretur, & cum quid prohibetur vna via, ad id alia via non debet admitti.

Gloſſa ſequens primò ponit exempla. ſecundo ſex caſus quibus fallit regula. tertio dicit quo caſu procedit regula.

e *Cum quid.*Po.caſum.xxiiij.q.v.hęc imago.ſ.e.li.de cōceſ. præb.deteſtanda.C.ſi manci.ita ven.ne proſti.l.vlt.vbi dicit tex.eā quæ ita venit ne corpore queſtū faciat, nec in caupona ſub ſpecie miniſtrandi proſtitui (ne fraus dictæ legi fiat) oportet.Cōcor.j.de proc.tuę.cū ſuis cōcor.ſ.e.li.de ele.con iu.ca.vnico.§.j.{Dy.ponit exēplū per l.ff.de tu.& cur.da.ab his.ſcire oportet.§.ſi mater.vbi pater prohibit⁹ adminiſtrare, nec adminiſtrare poterit vt curator. cui cōcor.ſ.e. lib.de elec.auaritię.Itē per.l.ff.de bo.poſ.nō eſt ambigendū.§.vbicunque:& de bo.poſ.contra ta.l.iij.§.liberi.& l. ſi poſt mortem.§.exhæredati.} Not. ergo quòd cum aliquid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo: vt ſ.eod. cùm quid



cùm quid.& per quæ perueniri poſsit ad illud:vt hic. Fallit hoc interdum: quia ſeruus non admittitur ad teſtimonium ferendū, neque pro domino, neque aduerſus dominū:& tamen teſtificatur de facto ſuo:puta dum dicitur per eū depoſitū vel commodatum, vel ſimile.iiij.q.iij.ca.ſi teſtes.§.ſerui neque.circa ſi.ca.Itē qui non poteſt accuſare, denunciat.de iudicijs.quēadmodum in ſi.Sed alius eſt effectus denuntiationis quàm accuſationis: vt ibi patet. ſed idem eſt etiam vbi idem eſſet effectus vtriuſq;. de cog. ſpi. tua.vbi de hoc. Item patronum non vocat libertus in ius ſine venia: ſi tamē agat alieno nomine, bene.ff.de in ius vo.l.quæſitum.Ratio: quia non ipſe.ſed ille cuius nomine agit, conuenire videtur.& facit quod dixi.ſupra eo. poteſt. Item denegatur dilatio vna via, ſcilicet per remedium iuris cōmunis, cui conceditur alia via, per beneficium ſcilicet reſti.in inte.vt de in integ. reſti. coram.ſed dic vt ibi in vlt.gloſ. Item prælatus de mobilibus per eccleſiam acquiſitis teſtari non poteſt: & tamen in ægritudine moderatè poteſt de ipſis aliqua erogare. de teſta.ad hoc.in anti. Item pater non poteſt filiū priuare quarta:& tamen libertates dando minuet quartam. {Vide in authen.de trien.& ſemiſ.§. prohibemus. collat.iij. & quod ibi no.in gloſ.hoc eſt.}& ſic alia via priuat eum.ff.de inoffi.teſta.Papinianus.§.quoniam autem.ver.cùm igitur.& eſt ſpeciale libertatum fauore.Satis circa hoc dici poſsit, quòd cū aliquid prohibetur habito principaliter reſpectu ad prohibitum, non ad viam vel modum quo prohibetur, exemplifica per iura in princ.inducta, & per decre.de conceſ.præben. conſtitutus. tunc ſufficit prohibitum vna via vel modo: vt ad id in eius fraudem alia via vel modo admitti non debeat, vt hic:ſpeciale tamen eſt in libertate:vt ſupra. dixi.Si autem prohibitio principaliter ſe habet ad viam vel modū, non ad rem: tūc ſecus. vnde alteri eccleſiæ alligatus epiſcopus non eligitur, ſed poſtulatur. Item qui iurauit non accuſare, bene denuntiat: quia ſibi non eſt prohibitum deferre crimen: ſed per modum accuſationis deferre prohibitū eſt.Idem in caſu de iudi.examinata.vbi petendo rem vna actione, repellor:& per aliā admittor, & hoc eſt videre in omnibus actionibus.nā deponens agens cōmodati repellitur: agens depoſiti admittitur:& ſic de ſingulis.

*Accuſare nō valens, denuntiare poteſt.*

*Pater non poteſt filiū priuare quarta.*

Idem.

REGVLA LXXXV.

COntractus a ex conuentione legem b accipere dinoſcuntur.

Idem.

REGVLA LXXXVI.

C*Ontractus.*} Caſus figuratur per l.j.§.ſi cōuenerit.ff.depo. Certum eſt quòd depoſitarius non tenetur. niſi de dolo & lata culpa:vt ſi res depoſita perierit apud depoſitariū per dolum ſuum vel culpam, tenetur ſoluere æſtimationem rei peremptæ.Si autem res perierit leuiſsima culpa, non tenetur:vt ponamus ꝙ tradidi tibi libros meos cuſtodiendos. feciſti pactum cum aliquo vt intraret tuum ſtudium, & acciperet meos libros:certè tu teneris.vel dimiſiſti illos in via publica:quia tu ſcis quod non erat locus tutus.perit periculo tuo:ſed ſi adhibuiſti diligentiam vt bonus paterfamilias, tu es liberatus.Sed pone quòd apud te depoſui libros meos: & fuit conuentum inter te & me, quòd ſi perderentur culpa leuiſsima vel caſu fortuito, reſtitueres illos: ſi pereant caſu fortuito, nūquid potero agere contra te? Certè ſic, mediante te illa conuentione: quia ex conuentione partium contractus accipiunt legem.

Gloſſa ſequens primò dicit vnde ſumpta: & ponit exempla, dicens regulam intelligi de conuentione honeſta & poſsibili.

a *Contractus.* dicunt vulgares:pactum rumpit leges, & hoc dicit hæc regula, quæ ſumpta fuit ex l.ff.eo.tit.l.contractus. Quidam ponūt caſum per canonem.xviij.q.ij. Eleutherius. vbi cōuentio inter epiſcopum diœceſanum & fundatricem inita de oblationibus, obuentionibus in feſto ipſius eccleſiæ, ſeruanda eſt. Depoſitarius de iure communi tenetur ſolum de dolo & lata culpa quæ comparatur dolo; ſi tamen interuenit conuentio vt teneatur de leui & leuiſsima culpa, & etiam de caſu fortuito a: illa ſeruatur de depo. ca.ij.ad idē.ff. depoſi.l.j.§.ſi conuenit.& ibi ſunt hæc verba.cōcor.de cōmo.c.vnico.ſupra eo.lib.de pac.c.j. Et quod dicit regula hic conuentione, intelligas honeſta & nō contra bonos mores, vnde ſi conuenerit ne dolus præſtetur, nō valet conuentio: vt in prædi.l.contractus.ff.eo.tit.In impoſsibili idem. quod dic vt dixi.ſupra eo.nemo poteſt.

b *Legem.* hoc verbum largiſsimè ponitur:vt ſupra eo.contra eum qui legem &c.Ioan.And.

*a De hoc tractat hic largè Dyn. dices quod ſcripſi de procur.qui ad agēdum & plenè de commo.ca. vno. Ioan. And.*

D*Amnum.*} Caſus figuratur per ca. diſplicet. xxiij.q.iiij. hoc modo, Aliquis cleric⁹ ſuſpectus de delicto aliquo enormi, fuit conuentus coram ſuo epiſcopo: & quia cōſtitit de crimine, fuit cōdemnatus ad perpetuos carceres. accidit quòd iſte clericus putās euadere manus iudicis & carceres, ſe præcipitauit in terram & ſe vulnerauit, & fortè mortuus eſt.vtrum iſtud ſit imputandū iudici & eius familiæ? Reſpō. quòd non: ſed eſt imputandum ipſi præcipitanti. Item per cap. ſi clericus.ſ. de preb.iſto libro.Sunt duo expectantes in aliqua eccleſia, quorum vn⁹ eſt prior in data, alter poſterior. iſte ſecundus fuit diligentior primò, & obtinuit præbēdam vacātem. poſtea ille qui erat primus in data, vult illā pręben dam repetere à ſecundo:vtrum poſsit? Reſpondetur quòd non. Item per l.cum duobus.alias eſt in l. ſi fratres.§.ſi.ff. pro ſocio.Eramus ſocij omnium bonorum, accidit quòd tu commiſiſti aliquod delictum propter quod fuiſti condemnatus ad certam pecuniæ ſummam, vtrum illam pecuniam poſsis ſoluere de bonis noſtris communibus? certe non.

DAmnum c quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet non aliis imputare.

Idem.

REGVLA LXXXVII.

INfamibus d portæ non pateant dignitatum e.

Gloſſa ſequens dicit vnde ſumpta: & tota inſtat in exemplis.

c *Damnum.* b Hæc regula ſumpta fuit ex l.ff.eod. tit.quod quis ex ſua culpa. Pone caſum per canonem.xxiij.q.iiij.diſplicet.vbi ſi quis ad iudicem ductus ſe de equo proijciat & lędat:ſibi ſoli imputet.Idem per decret.ſupra eo.li.de præb. ſi clericus. vbi clericus qui negligit petere præbendam ſibi debitam cùm vacat:ſibi imputare debet, non ſequenti expectanti.Ad idem.ff.pro ſo.l.cum duobus.§.ſi. & l.ſeq. vbi ſocius omnium bonorum damnatus ex contractu ob contumaciam ſuam vel ex maleficio, puta furto vel ſimonia, non recuperat quid à ſocio c.Concor.50.diſt. ſæpe.& cap.hi qui. de homi.cap.vlti.ff.ad.l.Aquil.ſi putator. Item procurator pœnam quam ex ſuo delicto præſtitit, à domino non recuperat.ff.de procur.qui proprio.§.idem econtra. Ad idem.C. de euic.l. emptor fundi. vbi dicitur quòd ſi emptor in iudicio non fuit, re euicta de euictione non agit contra venditorem, quia culpa ſua res euicta videtur. ADDITIO.Ponit etiam Dyn. per.l.ſi quis negotia.ff. de nego.geſt. vbi geſtor negotiorum ſibi imputat ſi ſoluit indebitum.

*b Dicit Dy. ꝙ ad generalē confirmationem huius regulæ accedit ff.rē ra.ha.ſi vim.§.cū autē.de inſti.ſed & ſi quis.§.pupillus.& famil.erci.inter coharedes.§.quod ex facto. Ioan. And.*

*c Et hoc quando ſocio non eſt quod imputetur.ſecus autem ſi ſibi imputari poſſet culpa participatione cauſæ propter quā damnū incurritur: vt eo.ti.l.ſi igitur ſecūdum Dyn. Ioan. And.*

I*Nfamibus* d.} CASVS.Conueni Titium ſuper actione iniuriæ:vel alia actione quę infamat.fuit condēnatus, & fuit effectus infamis.vacat aliqua dignitas eccleſiaſtica vel ſecularis.vtrum poſsit illam obtinere? Certè nō, eo quòd eſt infamis:& ei poteſt imponi talis infamia.

Gloſſa ſeq.ponit exempla:& remittit de infamia: & dicit dignitatem largè ſumi.

d *Infamibus.* Pone caſum per canonem.lxxxj.diſt.tapſis Daniel. & de exceſsi.præla.inter dilectos.& dicit lex, neque famoſis & notatis, & quos ſcelus & vitę turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portę patebunt.C.de dignita.l.ij.lib.xij.ad idem.xxxiij.diſt.laici, vbi dicitur quòd opinio ordinandi vacillare nō debet. de teſti.cap.vlt.de accu.omnipotens.C.de infami.l.vnica.lib.x. De infamia autem quid ſit, & quomodo contrahatur: & de multiplici eius genere, dic vt not.iij.q.vij.§.tria. ver. porrò infamia. Et quod dicit regula de dignitatibus, intelligas eccleſiaſticis & ſecularibus.infamis enim iudex eſſe non poteſt.iij.q.vij.infamis. bene tamē poteſt arbiter eſſe.ff.de arbit.l.Pedius.iij.q.vij.ca infamis.§. tria.ver.cognitores. An procurator poſsit eſſe: quære not.50.diſt.accedens.iij.q.vij. infamis.&.q.x.cap.vlt.& de iura.calum.imperatorum.in vlt. glo.& inſtitu.de except.§.vlt.

*d De iuris & facti infamia.Bar. in ca.teſtimonium.de teſti.& prīnat quē ipſo iure, dicit Roma. ſing.cccc-iiij.per l. infamia. C. de decu.lib.x.l.ij.§.males.ff.de infam.*

e *Dignitatum.* infamis licet non poſsit eſſe iudex:tamen (vt dictum eſt) poteſt eſſe arbiter, cùm arbitriū non ſit dignitas: cum nudam & ſimplicem cognitionem habeat, & nullā iuriſdictionem.Idem in miſterio procuratoris, quod non eſt dignitas, ſed onus viliſsimum e.C.de decu.l.ſi quis procuratorem.lib.x ſecundum Dyn. ADDITIO. dicit de infamia iuris & facti, de quibus.j.gloſ.j.hanc regulam intelligi:cum dignitatibus participare non debeant infames quacunque infamia.C.de decu.l.infamia.l.ne quis.de infamibus.& l.infames perſonę.ff.de poſtu.l.j.§.ait prętor.ij.& de aſſeſ.l.ij.ff. de iudi.cum prætor &c. Et vt dicit, non ſolum impedit præfici:ſed etiā remoueri facit à dignitatibus habitis. C.de decu.l.infamia.lib.x.de digni.l.iudices lib.xij.

*e Idem de notariatu. Oldr.conſi. lxxv. & hoc efficit eorū ignorantia: de qua in. l.ſi. C. de fideī com. olim erāt ſupremæ authoritatis. Za. ſius in.§.actiones.l.ij. ff.de origi. iuris. nunc coquus eſt notario dignior. Roma ſingula ri. dclxix. Cre. ſingu. xcviij.*

C*Ertum.*} Caſus figuratur per l.ſi quis ad perpetuę iuriſdictionis.ff. de iuriſ.om.iu. Si prætor in albo ſuo cauſa perpetuę iuriſdictionis aliquid poſuerit: quicūque illud corruperit, debet puniri. Sed ponamus ꝙ prætor fecit aliquam legem generale:& illā fecit poni in albo prætoris.aliquis nō corrupit nec deleuit, ſed cum glutino poſuit pannum, ita ꝙ non poteſt legi, vtrum incidat in pœnam? Reſpon.quòd ſic:

Universidad de Deusto Biblioteca



quiá licet non committat contra verba edicti, tamen committit contra mentem.

Gloſ. ſeq. ponit exempla: & pro materia remittit.

a *Certum eſt.* Pone caſum. xiiij. q. iij. plerique. ſ. e. li. de elect. auaritię. ff. ad Vell. quamuis. §. ſi cùm eſſem. concor. j. q. j. ſunt nõnulli. de ſimo. intantum. de empt. & vend. ad noſtrã. ſ. eo. lib. de elect. cõmiſſa. §. porrò. de immu. eccle. clericis. & cap. vltim. ff. de legibus. l. fraus. C. de legi. l. nõ dubiũ. vbi ſunt hæc verba. Circa autẽ hanc regulã non inſiſto. proſequere enim eam vt no. xiiij. quæſt. iij. plærique. Ber. de priuil. quanto. Accur. ff. de legi. l. contra legem. Et facit quod dixi. ſupra eod. cum quid vna. ADDITIO. Dyn. hic proſequens illos iiij. modos fraudis, qui not. ſ. de priui. quanto, dicit alios quos ibi ſcripſi, ſatis reducibiles ad illos. Tractat etiã hic de eo quod ibi ſcripſi: an liceat offendere verba & non mentem. Io. And.

## Idem.

### REGVLA LXXXVIII.

CErtum eſt [a] quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Gloſſa ſequens arguit, & remittit.

DAta Romæ apud ſanctum Petrũ quinto nonas Martij [b], pontificatus [c] noſtri anno quarto [d].

DAta.) No. arg. quòd tabellio in inſtrumento debet ſcribere locum initi contractus, & de hoc dixi. ſ. eod. lib. de re iudi. abbate ſane. ad finem.

*Menſis diuiditur per calendas, nonas, & idus.*

b *Quinto nonas Martij.* id eſt, tertia die intrante Martio. Scire debes quòd menſis diuiditur per calendas, nonas, & idus. Et dicuntur calendę à calo, id eſt voco: quia tunc fiebat vocatio ad nundinas: & iſtæ nundinę fiebant in quinto die, vel vij mẽſis: vt patet in calendario. vnde in prima die menſis dicitur calen. in ij, dicitur iiij nonas, interdũ ſexto nonas: quia ſunt quidã menſes qui habent ſex nonas, alij iiij. tantùm. & hi qui habent ſex, ſunt iiij tantùm, ſcilicet Martius, Maius, Iulius Octobꝫ, vnde verſus:

Sex Maius nonas, October, Iulius, & Mars:
Quattuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.

In Martio igitur prima die dicimus calend. ſecunda, vj. nonas, id eſt, vj. die ante nonas in tertio, v nonas, id eſt, quinta die ante nonas: & ſic deinceps. vij. die dicebam⁹ nonis: quia eo die erant nundinæ. Si verò mẽſis habeat iiij. nonas tãtùm, ſecunda die dicebamus quarto nonas. quinta die dicebamus nonas: quia eadẽ die erãt nundinę. Poſt has nonas, ſiue eſſent in v. ſiue ſeptimo die, ſecundum diuerſitatem mẽſium quam ſuprà poſui, denominabamus dies ab idibus. De hoc xviij. diſt. propter. j. Idus autem interpretantur diuiſio: quia tunc diuidebantur nundinę: & quia idus ſemper erãt viij. die poſt nonas: quia quolibet menſe per viij. dies durabant nundinæ: ideo ſtatim poſt nonas, ſiue v. ſiue. vij. die dicebatur viij. id⁹. id eſt viij. die ante idus. ſeq. die dicebatur vij. idus, id eſt vij. die ante idus. ſubſequenti. vj. idus: & ſic de ſingulis. Tertia decima die, cùm menſis habet iiij. nonas tantùm: vel xv. cùm habet vj. dicimus idus: quia tunc diuidebantur nundinæ: deinde denominabamus per cal. vt ſi mẽſis habet xxxj. dies: & quatuor nonas tantũ, ſicut Ianuarius: poſt idus dicimus. xix. calend. & demum xviij. & demum. xvij. vſque ad calen. id eſt, octauo die ante calen. Cum ergo dicimus xv. calend. Martij, idẽ eſt dicere xv. die ante calen. Martij. id eſt. xiiij. die exeũte Februario: & ſic de ſingulis. Si autem mẽſis habet xxx. dies, poſt idus dicimus. xviij. calen. & demum xvij. & ſic de ſingulis vſque ad ſi. Si verò menſis habet xxviij. vt Februarius, tũc poſt idus ſequenti die dicimus ſtatim xvj. calen. Si verò menſis habet xxxj. dies, & vj. nonas, vt Martius: tũc poſt idus ſeq. die dicimus xvij. calend. & ſic de ſingulis, vſque ad calend. & cùm dicimus xvij. calen. Aprilis, id eſt xvij. ante calend. id eſt xvj. exeunte Martio. Idem in aliis. Menſes autem quot dies habent, no. per hos verſus.

*Idus diuiſio interpretantur.*

*Menſis quilibet quot dies habet.*

Iunius, Aprilis, Septemque, Nouemque tricenos.
Plus vnum reliqui, ſed Februus octo vicenos:
Cui, ſi biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus. Ioann. And.

Gloſſa ſeq. inſtruit de more curiæ circa epiſcopatum ſcribendum in literis: & circa formam bullæ, & circa pontificatum, & quando incipiat.

c *Pontificatus.* Scire debes quòd Romani pontifices ex ſola electione facta à duabus partibus cardinalium vocẽ habentium (de quo dic vt ſ. eo. lib. de elect. vbi periculum) prẹſulatum aſſumunt. ſ. de elect. licet de vitanda. Sed conſuetudo eſt Roma. ponti. (quæ potius eorũ ſolito vſu, quàm iure roboratur) ꝙ poſt electionem ante conſecrationem & coronationem non ſcribunt pontificatũ in data: licet prædi. decre. licet ſ. eo. de elect. dicat, Roma. pontifex habeatur qui à duabus partibus &c. Inquantũ dicit pontifex, videtur quòd extunc pontificatum ſcribere poſſit [a]. Tamen pro illa conſuetudine facit lex. C. de quadri. præſcrip. l. vlti. in fine. ibi, quia ex quo imperiales ſuſcepimus infulas. vnde & dies coronationis dicitur ortus imperij, & ſic poteſt intelligi. C. de fer. l. vlti. nec dicitur Imperator niſi corona ſuſcepta. ff. de milit. teſta. l. an-

*a Bene facit ſupra. e. li. de cõceſ. præben. ca. vlt. in prin.*

A tepen. ſicut nec archiẽpiſcopus niſi recepto pallio. ſ. de vſu pal. niſi. ad idem. C. lib. xij. de decu. l. ſi. ff. de re mili. l. ex eo. in authen. de conſu. in ſi. collat. iiij. ſed tunc ante coronationem ſcribunt datam, locum & diẽ ponendo, Data ſuſcepti à nobis apoſtolatus officij anno &c. & tunc etiam non ſcribunt ſe ſimpliciter epiſcopos: ſed ſic ſcribunt, talis (pone) Bonifacius electus epiſcop⁹. Item tunc non bullãt bulla integra: ſed tũc temporis ſi quas literas concedunt, ponũt mediã bullam, id eſt, illam partem quæ habet capita ſculpta: & ex alio latere quo ponitur nomen, plana eſt bulla ſine nomine [b]. poſt coronationem autem ſcribunt pontificatum in data. vnde ꝙ prius ſcribebant, data ſuſcepti à nobis apoſtolatus officij: ſcribunt data pontificatus noſtri. Item vocãt ſe ſimpliciter epiſcopos, & dant bullam cũ nomine ſuo. Et ſunt hæc bene notãda: quia iam vidi in quadam eccleſia cathedrali hic vicina, cuius nomen ſileo, ſecundum expectantem ex hoc errore in aſſecu-

B tione præbendæ primo præferri. Et hoc modo Bonifacius fuit electus die ſecunda exeunte Decembri: coronatus & conſecratus fuit die xxiij. Ianuarij. Habebat vnus expectans eius authoritate literas cum tali data, iiij. calend. Ianuarij, pontificatus noſtri anno iij. Alius expectans eadem authoritate & in eadem eccleſia habebat literas huius datæ, data nonis Aprilis, pontificatus noſtri anno iij. & hoc eſt dicere, data quinto de Aprilis: & ſuperior data tertia die exeunte Decembri: vt ſ. dixi proxi. gloſ. vacabat præbenda in illa eccleſia, & quærebatur cui deberetur: & errore peritorum huius iuris hunc modum ignorantium pronuntiatum & obtentũ fuit, illum qui habebat datam ſub tertia die exeunte Decembri, priorem eſſe, & debere præferri: quia conſiderabant dicti iuriſperiti, ꝙ ſiue annus inciperet à promotione Roma. pont. quæ fuerat vt prædixi die ſecunda exeunte Decembri, ſiue à natiuitate, omnimodo ille erat primus: & verum dicebãt illo modo computando: ſed quia annus pontificatus incipit à cõſecratione & coronatione, non ab electione, vt ſ. dixi: quæ coronatio, vt prędixi, fuerat xxiij die Ianuarij: ideo male fuit obtentum: & huius rei errore fuit poſterior priori prælatus: quia certũ eſt quòd ex quo annus pontificatus Bonifacij in-

C cipiebat, vt prædixi, quòd is qui in nonis Aprilis, id eſt quinto die Aprilis habuit gratiam, pręcedebat in gratia illum qui habebat datam ſub tertio die exeunte Decembri, ſcilicet iiij calend. Ianuarij, eodem anno ferè in nouem menſibus: vt clarè patet computanti. Semper ergo iuriſperiti qui pronũtiare habent ſuper poſterioritate & prioritate impetrantium, aduertere debent diem pontificatus, id eſt coronationis, vt rectè pronuntient. & idem in ſimilibus caſibus. & hoc aliàs, vt dixi, in iure non bene probatur: qua de cauſa, vt talis error ab eis euitetur, hoc hic ſcripſi quod aliàs ſcriptum non reperi. ADDITIO. Computationem annorum domini quidam inchoãt à natiuitate, alij à circunciſione, alij ab incarnatione, alij, viij calend. Octobris, ſicut fiebat ante aduentum Chriſti. de hoc vide in Spec. de inſtru. edi. §. ij. j. & ij. col. Ioannes Andreæ.

*ponderato in tex. ſummi pontificat⁹, & quod ibi no. in gl. iij. & quod j. ſequitur in hac gla. per quã cõtuũda patet ꝙ Bonifaci⁹ tẽpus põtificatus vocat quo nõ erat cõſecratus. Io. And.*

*b De hoc in Spec. de reſcri. præſens. §. vlti. ver. item ꝙ obtentũ eſt.*

*Sed hodie opponentes iſta cõtra literas, quas Clemẽs tradidit ante ſuã coronatione, ſunt excõmunicati per ipſius extrauagã. quia nonnulli. Ioan. And.*

Gloſſa ſeq. quærit. arguit pro & contra. opiniones ponit & ſoluit. vltimò ponit concluſionem operis.

d *Anno quarto.* fuit hæc data, & iſte annus pontificatus ſui currentibus annis domini M. ccxcviij. Quæro autem quando inceperunt ligare nouæ cõſtitutiones [c] huius Sexti libri: De iis loquor quæ ſunt iuris noui promulgatoriæ, non de-

D claratoriæ veteris iuris. Vide quod not. in prœmio clemen. in gloſ. videtur per hanc. Et videtur quòd à tempore huius publicationis poſt duos menſes. in authen. vt fa. not. conſtit. in rubro & nigro circa princ. §. vt autẽ apertius. & hoc tenet Ber. ſ. in prœmio. in ſi. gloſ. & ſuprà de conſtit. ca. ij. & facit quod not. de poſtu. præla. ca. j. cùm enim id ſit iure ciuili expreſſum, & noſtro iure cõtrarium expreſsè non ſit cautum: ergo illud ius ſeruabimus: & ideo ſecundum hoc finitis duobus menſibus, ſcilicet tertia die intrante Maio, eodem anno inceperunt ligare. Item & noſtro videtur iure roboratum ſuprà ne cle. vel mo. ca. vlt. & ſupra de ſent. excom. nouerit. & ſupra eod. lib. de conceſ. præben. quia cunctis. circa prin. & in his omnibus. De hoc tamen videtur tenere Ioan. lxxxij. diſt. propoſuiſti. in glo. ex hoc. quòd ſecundũ canones ligat conſtitutio poſt ſex menſes: allegat. xviij. diſt. c. vlt. quod de conſtitutione principis non loquitur: ſed quòd illud tẽpus duorum menſium nõ ſit tempus ordinarium, videtur probari ſupra de pœni. & remiſ. cùm infirmitas. vbi conſtitutio principis non ligat niſi ex quo per prælatos fuerit publicata. ad idẽ ſupra eod. lib. de præben. cum ſingula. vbi datur vnus mẽſis à tempore notitiæ. ad idem in authen. vt in priuatis do. ſacra my. non ſi. circa ſi. col. v. vbi dantur tres mẽſes. & in authen. vt neque

*c Hoc dicit propter cõſtitutiones ſeptẽ prædeceſſorum, de quibus nõ dubitatur quĩ prius ligarent: licet nouiter per Bonifaciũ fuerint hic inſertæ. Illi autem fuerũt Grego. ix. & x. & Innocẽ. iiij. Alexã. iiij. Vrban. & Cle. Nicol. iij. Alterius conſtitutiones nõ meminimus hic inſertas. Ioan. And.*



neque miles neque fœderatus. §. ſi igitur. col. ix. vbi dantur. xxx. dies tantum. Dixit Accur. quòd in prędict. ll. dicitur eſſe ſpeciale. & idem de ſupradictis decret. eſt dicendum. Fateor enim quòd licet conſtitutio principis liget poſt duos menſes: vt ſupra dixi: id locum habet cũ in ipſa conſtitutione aliud non cauetur, nec tempus adiicitur: illud enim ſeruãdum eſt: & intelliguntur ſic cõtraria vtriuſque iuris. De hoc habui quæſtionẽ de facto à principio huius libri. Et dicebant contra me quidam aduocati, quòd conſtitutiones huius libri non ligabant niſi ex quo iſte liber publicatus fuit Bononiæ: vt ſic ignorantes non ligarẽtur: per c. propoſuiſti. lxxxij diſt. & xxxij. q. iiij. dixit Sara. & ego contra eos, dicens, quòd ſecundum dictum ipſorum in ciuitatibus in quibus nõ viget ſtudium, & ad quas liber iſte directus non fuit, adhuc conſtitutiones huius libri nõ ligarent: quod eſſet abſurdum. Satis ergo probabili ratione id tenẽdum videtur quod ſuprà dixi. & audiui etiam tẽpore Nicolai tertij caſſatam electionẽ cuiuſdam epiſcopi, quia non ſeruauerat decret. cupientes. ſ. eo. lib. de elect. quæ tamen ante duos menſes ſolũmodo fuerat publicata. An autem conſtitutio reſpiciat pendentia, dixi ſ. eod. lib. de elect. licet canon,

### EXCVSATIO IOAN. AND.

Quæ in his ſcriptis ſunt ſuperflua aut defectuoſa, vel falſa, radenda, ſupplẽda & corrigenda ſe offerunt: in his aliqualiter excuſari mereor: quia corrigi ſum paratus: tum quia ex quo ſcribere cœpi, ſingulis quaſi diebus binis lectionibus & aliis pręter lecturam inẽuitabilibus negotiis implicatus, ſingula ponderare non potui: tũ quia domini mei ſuperius iam dicti mandato, & ſtudentium deuictus inſtantia, ea nõ mea velle librata publicare compellor: quinimo etiam ex falſis ſcriptis ſecundum Philo. ij. Metaphy. commendabor: quia per ipſa veritatis inueſtigandæ materiam aliis præparaui. (Sicut canones. j. q. j. ſpiritusſanctus. in ſi. & cap. ita ſit. ꝙ etiam per miniſterium reproborum ſpiritusſanctus probos

A colligit.) Suſcipiant igitur iſtic ſtudentes minutæ ſcientiæ labores meos: reminiſcentes quòd vidua quæ obtulit duo ſola minuta, propter ſui affectum larga plus omnibus dicitur obtuliſſe. Marc. xij. xxiiij. quæſt. j. odi. de pœni. diſtin. j. c. j. verſus ſi. nã ſi Deus dederit, maiores & ſummè vtiles eis in poſterum labores meos offerã iam licet nouiter inchoatos.

*Larga ex affectu, & non ex quantitate doni procedit.*

ADDITIO. Data huius Sexti: vt dictum eſt ſ. in principio huius gloſ. fuit anno domini M. CCXCVIII. de tempore compilationis decreti not. ij. quæſtion. vj. §. forma. De tempore Lateranen. concil. dixi de iis quæ ſi. a prælatis, cum apoſtolica. in fine. De tempore generalis, dixi de deci. cap. pen. De tempore vtriuſque Lugdunen. dixi ſuprà eod. lib. de elect. nemo. ſuper gloſ. ij. De tempore Vien. concil. vide not. in cle. de cenſi. cùm ſit naturæ conſonum. in gl. penult. Ioannes Andreæ.

## Ioannis Andreæ gloſſatoris ordinarij Sexti & Clementinarum, notitia, & commendatio.

B IOANNES ANDREAS NATIONE Italus, patria Bononienſis, iurecõſultus fuit omnium admiratione celeberrimus, fons canonum, & dubiorum cautiſſimus interpres, ingenio clarus, ſciẽtia profundus, eloquio compoſitus. Qui contra conſuetudinem hominum noſtri temporis, quamuis vxoris eſſet vinculis alligatus, incredibile tamen ſtudium literis impẽdit: vt nihil illi dulcius quàm ſcribere aliquid ad poſteritatis ædificationẽ eſſe potuerit. quod eius præclara volumina teſtantur. quibus nomini ſuo memoriam comparauit æternam. Moritur tandem peſte, Bononiæ ſepultus, ſub Carolo Imperatore quarto, & Clemente papa ſexto, anno domini Milleſimo CCC. XLVIII. indictione prima.

FINIS SEXTI DECRETALIVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# REGVLAE IVRIS CAESAREI NVMERO CCXII. EX QVIBVS SVMPTAE

ſunt Regulæ pontificij iuris, diligenter hîc ſeorſum imprimuntur: & de inepto loco ad aptum transferuntur, Quæ te (ſi eas curioſius annotaueris) mira tum voluptate, tum vtilitate donabunt. Numerus autẽ quem in earum calce adiunximus, ipſarum ordinẽ indicat, quo in ff. nouo, vnde exprõptæ ſunt, diſponuntur.

ABſentia eius qui reipublicę cauſa abeſt: neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet. Regula clxxxij.
Actus legitimi qui nõ recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris: in totũ vitiantur per temporis vel conditionis adiectionẽ. Nonnunquã tamẽ actus ſupraſcripti tacite accipiunt, quæ aperte comprehenſa vitium afferunt, nam ſi acceptum feratur ei qui ſub cõditione promiſit: ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit: quæ ſi verbis nominatim acceptilationis cõprehendatur, nullius momenti faciet actum. Regula lxxvij.
Ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris: in his ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis, ſiue iis qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus obtẽperauerint. Semper qui dolo fecit quo minus haberet: pro eo eſt habendus ac ſi haberet. In contractibus ſucceſſores, ex dolo eorũ quibus ſucceſſerunt, non tãtum in id quod ad eos peruenit, verumetiam inſolidum tenentur: hoc eſt vt vnuſquiſque pro ea parte qua hęres eſt, conueniatur. Regula xcix.
Aliud eſt vendere: aliud eſt vendenti conſentire. Refertur ad vniuerſos quod publicè fit per maiorem partẽ. Abſurdum eſt plus iuris habere eũ cui legatus ſit fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret. Reg. cxx.
Alterius circunuentio alij non præbet actionem. Reg. xlix.
BOna fides non patitur vt bis idem exigatur. Reg. lvij.
Bona fides tantundem poſsidenti prę̃ſtat quantum veritas: quoties lex impedimento non eſt. Reg. clxxviij.
CApienda occaſio eſt, quæ prębet benignius reſponſum. Quod factum eſt, cum in obſcuro ſit: ex affectione cuiuſque capit interpretationem. Regula cxxviij.
Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cęterũ ſi dolus & calliditas interceſſerit: de dolo actio competit. Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt. Regula xlvij.
Contractus quidam dolum malũ duntaxat recipiũt: quidam & dolum, & culpam: Dolum tantum: depoſitũ, & precariũ. Dolum & culpã: mãdatum, cõmodatum, venditũ, pignori acceptũ, locatũ. Item dotis datio, tutelæ, negotia geſta: in his quidem & diligentiam. Societas & rerũ communio, & dolũ, & culpam recipit: ſed hoc ita, niſi ſi quid nominatim cõuenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus. nã & hoc ſeruabitur, quod in initio conuenit: legẽ enim cõtractus dedit, excepto eo qđ Celſus putat nõ valere ſi cõuenerit ne dolus præſtetur. Hoc enim bonæ fidei iudicio contrariũ eſt: & ita vtimur. Animaliũ verò caſus, morteſque quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorũ qui cuſtodiri nõ ſolent, rapinę, tumultus, incendia, aquarũ magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur. Reg. xxiij.
Creditor qui permittit rẽ vęnire: pign⁹ dimittit. Reg. cxviij.
Cuius effectus omnibus prodeſt: eius & partes ad vniuerſos omnes pertinent. Regula cxc.
Cuius per errorem dati repetitio eſt: eius conſultò dati donatio eſt. Regula liij.
Cuius eſt donandi, eidem & vendendi & cõcedendi ius eſt. Regula cxxiij.
Culpa caret qui ſcit: ſed prohibere non poteſt. Regula l.
Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. Reg. xxxvj.
Cùm amplius ſolutum eſt q̃ debeatur, cuius pars non inuenitur quę repeti poſsit: totũ eſſe indebitũ intelligitur, manente priſtina obligatione. Is natura debet, quẽ iure gentium dare oportet. cuius fidẽ ſecuti ſumus. Reg. lxxxiiij.
Cùm par delictũ eſt duorũ, ſemper oneratur petitor: & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori: aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit. Reg. cxcvj.
Cùm prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eũ peruenit: ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. Regula clxix.
Cùm principalis cauſa non conſiſtit: plerunque nec ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. Reg. cxxxviij.
Cùm quis poſsit alienare: poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam. Regula cxxv.
Cum ſeruis nulla actio eſt. Regula cvij.
Cùm tempus in teſtamento adiicitur: credendũ eſt pro hærede adiectũ, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tẽpus adiicitur. Reg. xvij.
DIuus pius reſcripſit eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos. Regula xxviij.
Domum ſuam reficere vnicuique licet: dum nõ officiat inuito alteri in quo ius non habet. Regula lxj.
Donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. Regula lxxxij.
EA eſt natura cauillationis quam Græci σωρείτην appellant: vt ab euidenter veris per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea quę euidenter falſa ſunt, perducatur. Regula lxv.
Ea quæ ad dandum impoſsibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt: pro non adiectis habentur. Reg. clxxvij.
Ea quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hęredibus debentur. In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt, quàm tutius. Reg. clij.
Ea quę raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur. Reg. lxiiij.
Ea ſola deportationis ſententia aufert quæ ad fiſcum perueniunt. Regula xcvij.
Eius eſt nolle, qui poteſt & velle. Reg. iij.
Etſi nihil facilè mutandũ eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt. Reg. cxliij.
Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari. Regula lviij.
Expreſſa nocent: non expreſſa non nocent. Reg. clv.
Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet. Regula cxcj.
FActum à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt. Regula cxxx.
Factum cuique ſuum, non aduerſario nocere debet. Non videtur vim facere, qui ſuo iure vtitur: & ordinaria actione experitur. In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt. Regula cxcvij.
Fauorabiliores rei potius quàm actores habentur. Regula clxvij.
Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotę ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare: nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere. Item impuberes ab omnibus officiis ciuilibus debent abſtinere. Reg. ij.
Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. Regula cviij.
Ferè quibuſcunque modis obligamur, iiſdẽ in contrarium actis liberamur. Cum quibus modis acquirimus, iiſdẽ in contrariũ actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſsio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrunque in contrarium actum eſt. Regula cxcv.
Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſsionem rei peculiaris videtur. Reg. xciij.
Fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili nõ ex euentu dũtaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. Reg. lxxix.

Fructus



Fructus rei eſt vel pignori dare licere. Reg. lxxij.
Furioſi vel eius cui bonis interdicitur, nulla voluntas eſt, Regula xl.
GEneraliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuit, conſiderandum eſt. Reg. lxxviij.
HAeredem eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat. Regula lix.
Hæreditas nihil aliud eſt, quam ſucceſsio in vniuerſum ius quod defunctus habuerit tempore mortis. Reg. lxij.
Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ aut in vis priuatæ crimen incidat. Deiecit, & qui vel iuſsit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur. In contractibus in quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt: hæres inſolidum tenetur. Regula cxciiij.
ID quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. Regula xj.
Imaginaria venditio non eſt pretio accedente. Reg. xvj.
Imperitia culpæ adnumeratur. Regula clxxiij.
Impoſsibilium nulla obligatio eſt. Reg. cxlv.
In ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eius eſt qui eas protuliſſet. Reg. xcvj.
In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. Non eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent: licet ille caſus extiterit à quo initium capere non potuerunt. Quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res temperanda eſt. Regula lxxxv.
In condemnatione perſonarum quæ in id quod facere poſſunt, damnantur: non totum quod habent extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt ne egeant. Cum verbum reſtituas, in lege inuenitur: etſi nõ ſpecialiter de fructibus additum eſt: tamen & fructus ſunt reſtituendi. Vnicuique ſua mora nocet: quod & in duobus reis promittendi obſeruatur. Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt. Regula cxxxiij.
In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt. Ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit. Reg. cxxxij.
In eo quod plus ſit, ſemper ineſt minus. Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione. Pupillus pati poſſe non intelligitur. Vbi verba coniuncta non ſunt; ſufficit alterutrum eſſe factum. Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt cùm defraudantur: nõ vt facilius calumnientur. Regula cx.
In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucri petiturus eſt: durior cauſa eſt petitoris. Reg. xxxiij.
In iure ciuili receptũ eſt quoties per eum cuius intereſt conditionem non impleri, fiat quò minus impleatur, perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet. quod ad libertatẽ & legata, & ad hæredum inſtitutiones perducitur: quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur: cùm per promiſſorem factum eſſet quo minus ſtipulator conditioni pareret. Regula cxxj.
In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum: alia eorum qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: pupillus omnia negotia tutore authore agere poteſt. Regula v.
In obſcura voluntate manumittentis fauendum eſt libertati. Regula cxxxix.
In obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. Regula cxiiij.
In omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditió locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Vbi verò genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. Reg. lxviij.
In omnibus cauſis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorreſcit quo minus fiat. Reg. xxxix
In omnibus obligationibus in quibus dies nõ ponitur, pręſenti die debetur. Reg. xiiij.
In omnibus officiis quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt. Non debeo melioris conditionis eſſe, quàm author meus à quo ius in me tranſit. Reg. cxxxv.
In omnibus quidem, maximè tamen in iure æquitas ſpectanda eſt. Reg. xc.
In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. Hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt: hæredis loco habentur. Reg. clxx
In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonę fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe. Reg. xxij.
In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur. Regula xij.
In totum omnia quæ animi ſui deſtinatione agenda ſunt: nõ niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt. Reg. lxxvj.
In toto & pars continetur. Reg. cxiij.
In toto iure generi per ſpeciem derogatur. Et illud potiſsimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt. Reg. lxxx.
Inuitus nemo rem cogitur defendere. Cui dam⁹ actionem, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit. Cùm quis in alicuius locum ſucceſſerit: non eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eum non nocuit in cuius locum ſucceſſerit. Plerunque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit authoris. Quod cuique præſtatur, inuito non tribuitur. Reg. cxcviij.
Inuito beneficium non datur. Reg. lxix.
Is damnum dat qui iubet damnum dare: eius verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit. Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit. Reg. cxxix.
Ius noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtato & inteſtato deceſsiſſe: earumque rerũ naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus & inteſtatus quis ſit. Reg. vij.
Iure naturę æquum eſt neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. Reg. ccvj.
Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt. Reg. viij.
LIbertas inæſtimabilis res eſt. Reg. cvj.
Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt, Reg. clxiiij.
MArcellus ait: deſinit debitor eſſe is qui nactus eſt exceptionem iuſtam: nec ab æquitate naturali abhorrentem. Regula lxvj.
Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt: deterior fieri non poteſt: Regula clxxv.
Minus eſt actionem habere quàm rem. Reg. cciiij.
NEc ex prætorio nec ex ſolenni iure priuatorum cõuentione quicquam immutandum eſt, quãuis obligationum cauſæ pactione poſsint immutari & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur: niſi tũc cùm inchoatur, pactio inter eos conuenit. Regula xxvij.
Nemo alieno nomine lege agere poteſt. Temporalis permutatio ius prouinciæ non innouat. Reg. clxv.
Nemo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet. Regula cxciij.
Nemo de domo ſua extrahi debet. Reg. ciij.
Nemo dubitat ſoluendo videri eum qui defenditur. Regula xcv.
Nemo enim in perſequẽdo deteriorem cauſam, ſed meliorẽ facit &c. Melius eſt. §. ſub regula: non ſolet deterior &c. quàm ſit regula ab aliis diſtincta. Reg. lxxxvij.
Nemo ex iis qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione vti: niſi lex impediat. Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine: vna tantùm quis experiri debet. Regula xliij.
Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod pręſtiterit. Regula cxxxj.
Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſlibet alterius coërcitionis ad alium transferre. Reg. lxx.
Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam. Regula lxxv.
Nemo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quàm quod ipſe habuit. Regula. clxij.
Nemo plus iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. Regula liiij.
Nemo prædo eſt qui pretium numerauit. Locupletior non eſt factus qui libertum acquiſierit. Cùm de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſsidentis. Reg. clxviij.
Nemo qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt. Reg. xxxvij.
Nemo videtur fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt. Regula clxxxvij.
Neque in interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris: ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt. Regula clviij.
Neque pignus, neque depoſitum, neque precariũ, neque emptio, neque locatio ſuę rei conſiſtere poteſt. Priuatorum conuentio iuri publico non derogat. Reg. xlv.
Neratius conſultus an quod beneficiũ dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iã defuncto dediſſe exiſtimaretur: reſpondit non videri ſibi principem quòd ei quem viuere exiſtimabat conceſsiſſet, defuncto conceſsiſſe: quem tamẽ modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe. Regula clj.
Nihil conſenſui tam cõtrarium eſt, qui & bonę fidei iudicia ſuſtinet, quàm vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores eſt. Non capitur, qui ius publicum ſequitur. Non videntur conſentire qui errant. Reg. cxvj.

Nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nihil dolo creditor facit qui ſuum recipit. Cùm principalis cauſa non conſiſtit:nec ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. Regula clxxj.

Nihil intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat:an per exceptionem infirmetur. Reg. cxij.

Nihil peti poteſt ante id tempus quo per rerũ naturam perſolui poſsit. Et cùm ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo tempore præterito peti non poteſt. Reg. cxlvj.

Nihil tam naturale eſt, quàm eodẽ genere quodque diſſoluere quo colligatũ eſt, ideoque verborum obligatio verbis tollitur. nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur. Reg. xxxv.

Non alienat qui duntaxat omittit poſſeſsionem. Reg. clxj.

Non debet actori licere quod reo non permittitur. In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro. Regula xlj.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. Regula lxxiiij.

Non debet cui quod plus eſt, licet: quod minus eſt, non licere. Reg. xxj.

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè poſsit fieri: ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſsitudinis. Regula cxxxvj.

Non fraudantur creditores cùm quid non acquiritur à debitore, ſed cùm quid de bonis diminuitur. Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt. Regula clxxvj.

Non omne quod licet, honeſtum eſt. In ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus. Reg. clxxxvj.

Non poteſt dolo carere qui imperio magiſtratus non obtemperat. Reg. clix.

Non poteſt videri deſiiſſe habere qui nunquam habuit. Regula ccviij.

Non poteſt videri improbus qui ignorat quantum ſoluere debeat. Reg. xcix.

Non ſolet deterior conditio fieri eorũ qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi nõ eſſent:ſed plerunque melior. Reg. lxxxvj.

Nemo enim perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur:& hæres tenetur ex omnibus cauſis. Regula lxxxvij.

Non ſolent quæ abundant, vitiare ſcripturas. Reg. xciiij.

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione. Reg. xiij.

Non videtur defendere, non tantùm qui latitat:ſed & is qui præſens negat ſe defendere: aut non vult ſuſcipere actiones. Regula lij.

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere. Reg. lj.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit. Reg. lxxxiij.

Non videntur data quę eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. Qui iuſſu iudicis aliquid facit, nõ videtur dolo malo facere, quia parẽre neceſſe habet. Reg. cxxvij.

Non vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poteſt & noſtrum eſſe. Reg. cxix.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. Reg. vj.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur. Reg. lv.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt. Reg. lxxxviij.

Nullum crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere non poſsit. Reg. cix.

Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit. Reg. clxxij.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Reg. xxx.

OMnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt, parum eſt enim vt non ſubuerti poſsit. Reg. ccij.

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur:tamen cũ tempore mortis continuatur. Nunquam ex poſtfacto creſcit præteriti delicti æſtimatio. Reg. clxxx.

Omnes actiones quæ morte aut tempore pereunt:ſemel incluſæ iudicio, ſaluę permanent. Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt. Reg. clxxxj.

Omnia ferè iura hęredum perinde habentur ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent. Reg. cliij.

Omnia quæcunque cauſæ cognitionẽ deſiderant: per libellum expediri non poſſunt. Reg. lxxij.

Omnia quæ ex teſtamento proficiſcũtur, ita ſtatim euentus capiunt, ſi initium quidem ſine vitio ceperint. Reg. ccj.

Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt. Regula c.

PArem eſſe conditionem oportet eius qui quid poſsideat vel habeat: atque eius cuius dolo malo factum ſit quo minus poſsideret vel haberet. Reg. cxcij.

Pœnalia iudicia ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſſunt. Regula cxxiiij.

Plerunque fit vt etiam ea quæ à nobis abire poſſunt:perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi nõ eſſent eius conditionis vt abire poſsint. Et ideo quod fiſco obligamus:& vendicare interdum, & alienare, & ſeruitutem prædio imponere poſſumus. Regula. ccv.

Plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam. Reg. xxv.

Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni caſu habet. Regula cxvij.

Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædã perſonę:& ideo quędam ad hęredes tranſmittuntur, quę cauſæ ſunt. Quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt. Reg. clvj.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi appoſita tutoris authoritate creditur. nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt. Reg. cxlix.

Pupillum qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & iniuriæ faciendæ. In hæredes non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, dãni, iniuriæ, vi bonorum raptorum. Reg. cxj.

QVandiu poſsit valere teſtamentum: tandiu legitimus hæres non admittitur. Reg. lxxxix.

Quatenus cuiuſque intereſt:in facto non iure conſiſtit. Regula xxiiij.

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt. Reg. ccx.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur: ius commune non lædunt. Reg. lxxxj.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum trãſeunt, eorum commodum per nos, iis quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus, aliter atque quod ſtipulati ſumus. nam & ſub conditione ſtipulantes omnimodo eis acquirimus: etiã ſi liberatis nobis poteſtate domini, conditio exiſtat. Regula xviij.

Quæ propter neceſsitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. Reg. cxxij.

Qui actionem habet ad rem recuperandam: ipſam rem habere videtur. Reg. xv.

Qui authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. Regula clxxix.

Quicquid calore iracundiæ vel fit vel dicitur non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe:ideoque in breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur. Regula xlviij.

Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius:hæredi autem eius hoc imputari nõ poteſt cùm non ſponte cum legatariis contrahit. Non ſolet doli exceptio nocere his quibus voluntas teſtatoris non refragatur. Regula xix.

Qui dolo deſierit poſsidere, pro poſsidente damnatur:quia pro poſſeſſore dolus eſt. Regula clxxiij.

Qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam habent cauſam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Fideiuſſores quoque non minus quàm hæredes, iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agetur: non etiam ſi agat. nam planè qui agit, certus eſſe debet cùm ſit in poteſtate eius quando velit experiri: & antè debet rem diligenter explorare:& tunc ad agendum procedere. Regula xlij.

Qui in ius dominiúmve alterius ſuccedit: iure eius vti debet. Nemo videtur dolo facere, qui ignorat cauſam cur non debeat petere. Reg. cxxxvij.

Qui in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt. nã cùm poſsideatur, poſsidere non videtur. Reg. clx.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea:quia non hoc facit. & qui facit quod facere non debet: non videtur facere id quod facere iuſſus eſt. Reg. clxiij.

Quintus Mutius Sempronio. Quò tutela redit &c. in regula, Quò tutela redit, quæ eſt. Reg. lxxiij.

Qui per ſucceſsionẽ quamuis longiſsimam defuncto hęredes extiterint:nõ minus hęredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes extiterint. Reg. cliiij.

Qui poteſt facere vt poſsit conditioni parere:iam poſſe videtur. Quod quis ſi velit habere non poteſt: id repudiare non poteſt. Reg. cxxxiiij.

Qui poteſt inuitis aliquibus alienare: multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. Regula xxvj.

Qui rem alienam defendit:nunquam locuples habetur. Regula cxxvj.

Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat:non videtur moram facere. Reg. lxiij.

Qui tacet, non vtique fatetur:ſed tamen verum eſt eum non negare. Reg. clxxxiiij.

Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus edictũ feciſſe propriè dicitur. Eius eſt actionem denegare, qui poſsit & dare. Regula cij.



Quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt: id eidem reſtituere nemo cogitur. Reg. xlvj.

Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur:non tamen ex iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. Regula xxxij.

Quod contra rationem iuris receptum eſt: non eſt producendum ad conſequentia. Reg. clxxxiij.

Quod euincitur:in bonis noſtris non eſt. Regula cl.

Quod ab initio vitioſum eſt:non poteſt tractu temporis cõualeſcere. Regula xxix.

Quod ipſis qui cõtraxerunt, obſtat:& ſucceſſoribus eorum obſtabit. Reg. clxxxv.

Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet. Regula cxl.

Quod nullius eſſe poteſt:id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere. Regula cxlij.

Quod quis cum ſeruus eſſet, egerit: proficere liberto facto non poteſt. Regula. clxxxviij.

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. Reg. cciij.

Quò tutela redit:eò & hæreditas peruenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt. Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus cũ moritur habuerit, habiturúſve eſſet ſi vixiſſet. Vi factum id videtur eſſe, quod de re quis cum prohiberetur, fecit. Clam, quod quiſque cum controuerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit. Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſsint:perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. Nec paciſcendo, nec legem dicẽdo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt. Regula. lxxiij.

Quoties dubia eſt interpretatio libertatis: ſecundum libertatem reſpondendum erit. Reg. xx.

Quoties duplici iure defertur alicui ſucceſsio, repudiato nouo iure quod ante defertur, ſupererit vetus. Regula xcj.

Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit:ea potiſsimũ accipiatur quæ rei gerendæ aptior eſt. Reg. lxvij.

Quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt: eligendum eſt quod minimum habeat iniquitatis. Reg. cc.

Quoties vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur:is præferendus eſt cuius in lucro cauſa tempore præcedit. Reg. xcviij.

REgula eſt, quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat: non vt ex regula ius ſumatur:ſed ex iure quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniunctio eſt:quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum. Reg. j.

Res iudicata pro veritate accipitur. Reg. ccvij.

SEcundum naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi quem ſequuntur incommoda. Reg. x.

Semper in coniunctionibus non ſolum quid liceat conſiderandum eſt:ſed & quod honeſtum eſt. Reg. clvij.

Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt. Reg. lvj.

Semper ſpecialia generalibus inſunt. Reg. clxxxix.

Semper in obſcuris quod minimum eſt ſequitur. Reg. ix.

Semper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur quod actum eſt, vnde ſi non appareat quid actum erit, conſequens eſt vt id ſequamur quod in regione in qua id actum eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neque regionis mos appareat quia varius fuit:ad id quod minimũ eſt, redigenda ſumma eſt. Reg. xxxiiij.

Semper qui non prohibet pro ſe interuenire:mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt:obſtringitur mandati actione. Regula lx.

Seruitutem mortalitati fere comparamus. Reg. ccix.

Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. Reg. ccxj.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet:ita nec lucrum facere ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet. Regula. xxxviij.

Si filius ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio cõpetit:quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus. Reg. xviij.

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt:prępoſtenda eſt cauſa æſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, etſi ſummam rei diſparẽ habent, pro paribus tamen accipienda ſunt. Reg. ciiij.

Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil noceret quo minus & reus & fideiuſſor teneantur. Regula xcij.

Si nemo ſubiit hæreditatem: omne ius teſtamenti ſoluitur. Regula cxlj.

Si quis obligationẽ liberatus ſit:poteſt videri cepiſſe. Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri. Reg. cxv.

Si quis pręgnantem vxorem reliquit:non videtur ſine liberis deceſsiſſe. Reg. cxlvij.

TOties in hęredem damus actionem de eo quod ad eum peruenit:quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex ſuo. Reg. xliiij.

VAni timoris non iuſta excuſatio eſt. Reg. cxliiij.

Vbicunque cauſæ cognitio eſt: ibi prætor deſideratur. Regula cv.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem: & qui ſexageſimo primo die venerit, audiendus eſt. Ita etenim Imperator noſter Antonius cum diuo fratre ſuo reſcripſit. Regula cj.

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt: mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo hic quidem reſponderi poteſt. Furioſus abſentis loco eſt: & ita Pompon. lib. j. epiſtolarum ſcribit. Regula clxvj.

Vbi pugnantia inter ſe, in teſtamento inueniũtur, neutrum ratum eſt. Quæ rerum natura prohibentur: nulla lege confirmata ſunt. Reg. cxlviij.

Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini. Regula iiij.

Verum eſt neque pacta neque ſtipulationes factũ poſſe tollere. quod enim impoſsibile eſt, neque pacto neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem aut factum efficere poſsit. Regula xxxj.

Vni duo pro ſolido hæredes eſſe nõ poſſunt. Reg. clxxxiij.

Diſtichon collectoris.

Regula canonici iuris, ſimul imperialis,
Quælibet hic premitur, lector amande, tibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# VITA BONIFACII VIII. QVI
## ET AVTHOR FVIT SEXTI
## HVIVS DECRETALIVM.

BONIFACIVS OCTAVVS, Natione Hernicus, patria Anagninus, Benedictus Caietanus antè vocatus, Neapoli pontifex creatur in vigilia Natalis domini, anno milleſimo ducenteſimo nonageſimoquarto. vir quidem doctrina & experientia rerum inſignis. Diu enim in curia verſatus fuerat, & per omnes dignitatis gradus ad pontificatum, non ſine tamen ambitionis crimine, peruenerat. Nam dum eſſet ſancti Martini in montibus presbyter cardinalis, adeo dignitatem pontificatus exoptauit, vt nil ambitione & fraude prætermiſerit, quod ad eam rem conſequendam pertinere arbitraretur. Tantæ præterea arrogantiæ fuit, vt & omnes ferè contemneret, & gratias à Nicolao quarto & Cœleſtino quinto factas reuocauerit. Gibellinos quoque mirificè perſecutus eſt. Hinc oritur illa inter pontificem & Columnenſes Gibellinos contentio, qui etiam Anagniæ contra pontificem factionis ſuæ partes fouebant. Hos itaque, maximè verò cardinales duos, Petrum & Iacobum eiuſdem familiæ viros inſignes, calumniari cœpit, quòd theſauros eccleſiæ in morte pontificum diripuiſſent, quódque libellos famoſos contra ſe ſparſiſſent. Scripſerunt ſiquidem poſt illatam ſibi iniuriam ad reges, ad principes, ad nationes, de arrogantia Bonifacij, & de ambitione, quòd contra ius faſque, pontificatus ſedem occupaſſet, reiecto fraudibus Cœleſtino, eodemque in carcerem coniecto. Sunt enim qui ſcribant Bonifacium immiſiſſe ſubornatores clanculum quoſdam, qui noctu miſſa quaſi cœlitus voce in cubiculum Cœleſtini hominis ſimplicis, ei perſuaderent vt pontificatum dimitteret, ſi ſaluus fieri vellet. Citati autẽ cardinales cum nuſquam apparuiſſent, Bonifacij pertinaciam veriti, (Nepeſum enim ſeceſſerant) vnà cum tota Columnenſium familia publico decreto ſchiſmatici habentur: beneficiis, dignitatibus, fundis paternis, caſtellis, oppidis priuantur. quam priuationem Bonifacius poſtea in decreti formam retulit, vt ex libro apparet quem Sextum appellant. Sumptis deinde armis Bonifacius, concitatiſque multis Cruce ſignatis, eos opprimere conatus, Præneſte quò ſe cum Sarra viro inſigni eorũ patruo receperant, obſidione cingit. Dilapſos inde capto ac direpto Præneſte Zagarolum & Columnam confugientes perſequitur. vnde non ita multò pòſt abire ob multitudinem hoſtium neceſſe fuit, à quibus hæc item caſtella diripiuntur, maximè verò Columnæ paternum ſolum. Cardinales autem inde quoque dilapſi Reate petiuere. Sarra vero apud Antium multum diuque in nemoribus vixit ſæuitiam Bonifacij veritus: ſed in piratarum manus incidens, remigio admot' multas calamitates perpeſſus eſt. quãquam ſic quidem æquiore animo exiliũ pati mallet, quàm ſæuitiã Bonifacij experiri, qui Gibellinos omnes vno odio perſequebatur. Notũ eſt illud certè quod Procheto dixerit Genueſi archiepiſcopo ad pedes eius die cinerũ prodeunti. Nã cum dici à ſacerdote tunc ſoleat, Memento homo quia cinis es, & in cinerẽ reuertéris. dixit mutatis quibuſdam verbis, Memento homo quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerẽ reuertéris, in eiuſque oculos cinerẽ coniecit, non in caput, vt mos eſt: eundemque ob nomẽ factionis archiepiſcopatu priuauit: licet poſtea in integrum reſtituerit, cum intellexiſſet cardinales Columnenſes (quemadmodum ipſe ſuſpicabatur) Genuam non petiiſſe. Pulſis hoc modo Columnenſibus, Bonifacius duplicem celebritatem & Apoſtolis, & Euangeliſtis, & quatuor eccleſiæ doctoribus, Gregorio, Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio ſtatuit. Idem etiam dum in Vrbe veteri eſſet, beatum Ludouicum ex regia Francorum ſtirpe ortum, vt pote ex Carolo ſecundo, ordinẽ ſancti Franciſci profeſſum (vt quidam volunt) in ſanctos retulit. Idem quoque eccleſiam cathedralem ſanctæ Cæciliæ Albienſis ciuitatis, canonicis ſecularibus pulſis inde, regularibus commiſit, inſtante Bernardo Caſtaneto Albienſi epiſcopo. Edidit poſtea Sextum pontificij iuris codicem, ſuo iuſſu à tribus doctiſsimis viris compilatum, quibuſdam decretis nouis à ſe additis. Vrbem quoque Eugubium, quæ Gibellinorum auſpiciis ab eccleſia defecerat, breui recuperauit. Alberto duci Auſtriæ, Imperij confirmationem bis terque petenti negauit. Mortuo autem Iacobo Arragonio, cum Robertus Caroli filius Calabriæ dux in Siciliam traieciſſet, Catinamque cepiſſet, tantum repentè bellum exortum eſt, vt tota ferè Italia tumultuaretur. Nam & Siculi Arragonenſibus fauentes, comparata claſſe Philippum Roberti fratrem bello ſuperant, & captum in carcerem coniiciunt. quare Robertus relicta Catina re infecta, in Italiam reuertitur. Friderichus autem Arrago ex Hiſpania cum exercitu in Siciliam delatus, non ſolùm Siciliam totam, verumetiam Calabriam recuperauit. In Hetruria verò adeò contra Piſanos Genuenſes exarſerant, vt & Liburnum ceperint, incendioque euerterint: & naues onerarias in fluminis oſtio demerſerint, ne Piſanis nauigare liceret. Fiebant hæc in Italia cum magno prouinciæ detrimento, pontifice nullibi ad pacem conficiendam auctoritatem ſuam interponente. Et ne exiſtimares tũ Deum cum hominibus pacem habuiſſe, tantus repẽtè terræmotus exortus eſt, quantus nunquã antea: quo quidem multis diebus per interualla durante, plurima ædificia paſsim corruère. Reate pontifex tum erat cum tota curia, qui certè veritus ne ruina ædificiorum opprimeretur, caſulam quandam ex tabulatis ſubtilibus in medio clauſtro fratrũ Prædicatorum prato admodum lato ædificari iuſsit, eoque in loco aliquandiu reſedit, licet horrida ſæuiret hyems. In celebritate namque ſancti Andreæ hæc perturbatio exorta eſt. Apparuit tum quoque Cometes magnæ alicuius futuræ calamitatis indicium. Verùm Bonifacius poſt tantos & tam diuturnos terræmotus ad ſe rediens, cardinales aliquot creauit, quorum de numero fuere archiepiſcopus Toletanus, Richardus Senenſis, Nicolaus Taruiſinus ordinis Prædicatorum magiſter, Ioannes Murro ordinis Minorum generalis, Petrus Hiſpanus. Iubileum quoque idem retulit anno milleſimo trecenteſimo, quo plenam delictorum omnium remiſsionem iis præſtabat, qui limina Apoſtolorum viſitaſſent, ad exemplum teſtamenti veteris: licet primò quidẽ apud Iudæos huius longè alia ratio habita ſit. Iubileum nãque quinquageſimo quoque anno repetebant, quo debitores à creditoribus laxabantur (vt ait Ioſephus) & ſerui libertatem vendicabant: vnde libertatis nomen præ ſe fert tam animi quàm corporis. Nam liberi verè hi dici poſſunt, quibus peccata remittuntur. Idem etiam centeſimo quoque anno obſeruari mandauit. Ob hanc rem eo anno tanta vndique hominum multitudo Romã venit, vt vix incedere per vrbẽ, amplã quidem & vaſtã, liceret. Venerat & Romam Carol' Valeſij Comes, Philippi Francorum regis frater, qui filiam Balduini vltimi Conſtantinopolitani Imperatoris in vxorem duxerat, à Bonifa-



à Bonifacioque impetrauerat, vt ſocero ſuo liceret imperium ipſum repetere, à quo depulſus fuerat. Fecerat id quidẽ libenter Bonifacius, quòd ei in animo erat horũ principũ auxilio exercitum in Aſiã tranſmittere, qui Ieroſolymã recuperaret. Interim verò dum res ipſæ componerentur, & Carolum ipſum patrimonio ſancti Petri cũ omni poteſtate præfecit, & legatum in Hetruriam miſit, qui nouas ſeditiones compeſceret. Nam à Gibellinis & Guelphis ad Albos & Nigros tranſierant. Verùm cùm legatus nil proficeret: propoſitis etiam interdictis Carolus Valeſius eò pontificis mandato profectus, continere Florentinos nõ potuit, quò minus Albos non ſine magna cæde ab vrbe ſua pellerent. Albi enim Gibellini tunc appellati ſunt. Sed pontifex Ieroſolymitanam expeditionem iam pridem meditatus, Apameenſem epiſcopum ad Philippum regem Francorum mittit, qui hominem ad eam rem cohortaretur. Is itaque eò profectus, cum nil precibus impetraret, minas inſuper addidit. Hanc itaque ob rem iratus Philippus hominem ſubitò in carcerem coniicit. Quod vbi Bonifacius reſciuit, eò ſtatim miſit Narbonenſem Archidiaconũ, virũ certè inſignem, qui pontificis nomine Philippo mandaret, vt miſſum faceret epiſcopum Apameenſem. Id ſi nõ impetraret, diceret audientibus omnibus regnum Franciæ ad eccleſiã deuolui, ob contumaciam Philippi, & violatum ius gentiũ: Adderetque anathema, & omnes Francos à iuramento regio abſolueret. Fecit omnia quàm diligentiſsimè Archidiaconus, ac regem compulit epiſcopum Apameenſem dimittere. Rex autem aliqua ex parte iniurias ſibi à pontifice illatas vlturus, edictum propoſuit, ne quiſquã è regno ſuo Romã proficiſceretur, aut eò pecunias mitteret. Secundò verò poſt Iubileum anno, Carolus Valeſius ad Carolum ſecundum conſobrinum ſuũ ſe contulit: cuius aduentu motus Friderichus Arrago, pacem his conditionibus petiit, & impetrauit, vt redditis quæ in Italia ceperat, ei Siciliã quoad viueret, retinere liceret. Verùm abeunte ex Hetruria Carolo Valeſio, Albi Florẽtia pulſi, Forum Liuij populariter commigrarũt: quorum de numero habitus eſt Dantes Aldegerius vir doctiſsimus, & ſua vernacula lingua poëta inſignis, qui poſtea redire in patriam perſæpe conatus eſt: ſed fruſtra, adiuuantibus etiam Bononienſibus & Canegrandi Veronenſiũ domino, quo cum poſtea familiariter aliquandiu vixit. Sunt qui ſcribant Bonifacium hoc tempore Hermanij cuiuſdam corpus apud Ferrarienſes iam viginti annis pro ſancto cultum, exhumari mandaſſe, ac comburi: habita de eius hæreſi quàm diligentiſsima inquiſitione. Hunc ego è Fratricellis fuiſſe crediderim, quorum ſecta tunc maximè inualeſcebat. Interim verò Philippus rex Franciæ Bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens: habito apud Pariſios eccleſiaſticorum & nobilium magno conuentu, commemoratiſque iniuriis à Bonifacio acceptis, eiuſque ambitione & malis artibus ad occupandum pontificatum, quem iniuſtè teneret, ad ſedem apoſtolicam tum (vt ipſe dicebat) vacantem, futurumque concilium appellauit. Qua quidem re percitus Bonifacius, habito generali concilio, eius regnum Alberto Imperatori ſubiicit, quem in initio pontificatus ſui repulerat. Tum verò Philippus ſuperbiam hominis domiturus, Sarram Columnenſem in portu Maſſiliæ cognitum, à piratis redemptum, cum Nogaretio Gallo equite fidiſsimo Romam mittit hac ratione (vt ipſe palàm dicebat) vt appellationem ſuam publicaret. Verùm ei longè alia mens fuit. Nam Sarra ſeruili habitu Latium ingreſſus, collectis vndique amicis, Nogaretium cum ducentis equitibus Gallis mercede conductis è militia Caroli Valeſij Ferentinum præmittit: qui inde ei, ſi opus eſſet, auxilium ferret. Ipſe verò Anagniam clàm noctu ingreſſus, adiuuantibus Gibellinis, quos Bonifacius diu multumque vexauerat, pontificem nil tale metuentem, in domo paterna capit refractis valuis, captumque Romam perducit: vbi quinto & trigeſimo die pòſt dolore animi confectus periit, pontificatus ſui anno octauo, menſe nono, die decimoſeptimo: ſepeliturque in baſilica Petri ſepulchro à ſe ante extructo: quod quidem adhuc extat in ſacello à ſe condito opere vermiculato. Idem quoque ſuggeſtum condidit cum porticu apud baſilicam Lateranenſem, in quo execrationes in cœna domini fiunt: quo in loco & Philippum regem Franciæ, & Columnenſes anathemate notauerat. Moritur autem hoc modo Bonifacius, qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, populis, terrorẽ potius quàm religionem iniicere conabatur: quique dare regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum vndique conquiſitum plus quàm dici poteſt ſitiens. Diſcant itaque huius exemplo principes omnes tam religioſi quàm ſeculares, præeſſe clero & populis, non ſuperbè & contumelioſè, vt hic de quo loquimur: ſed ſanctè & modeſtè, vt Chriſtus rex noſter, eiuſque diſcipuli, ac veri imitatores: & malint à populis amari quàm timeri, vnde tyrannorum pernicies oriri meritò ſolet. Sunt qui ſcribant hunc quoque diſcordias inter Italos aluiſſe: maximè verò inter Genuenſes & Venetos, populos quidem nauali prælio ſatis potentes.

## Sextus liber Decretalium,
## In quo non ſine labore diſponuntur

*Additiones cum multiplici augmento, nunc in gloßis, nunc in marginibus cum literis annotatæ.*

*Textualia verba patenter ſignata, vt pro aſpectu poßint cum gloßis, & gloſſæ cum textibus applicari.*

*Caſus longi, multò aptius quàm prius in pleriſque capitulis diſpoſiti, & de priſtina ſede in aliam tranſlati.*

*Notabilia etiam longè plura quàm prius vt plurimum poſt caſum longum poſita: & aliqua interdum in marginibus aptis ſedibus locata.*

*Regulæ iuris ciuilis ſeorſum cum diligentia impreſſæ, quæ quantum vtilitatis ſint iuris canonici ſtudioſis allaturæ, non eſt explicare facile.*

Universidad de Deusto Biblioteca

# VERSVS EXPOSITI CONTINENTES RVBRICAS IVRIS CANONICI.

*Primi libri Decretalium Rubricæ.*

a De ſumma trinitate, & fide catholica hæc in vj.& clemen. De cōſtitutionibus. hæc in vj. De reſcriptis hæc in vj.& clemen. De conſuetudine, hæc in vj.

b De poſtulatione prælatorū. hæc in vj. De electione & electi poteſtate. hæc in vj.& clem. De tranſlatione epiſcopi vel electi. De auctoritate & vſu pallij.

c De renuntiatione. hæc in vj.& cle. De ſupplenda negligentia prælatorum. hæc in vj.& clem. De temporibus ordinationum, hęc in vj. De ſcrutinio.

d De ordinatis ab epiſcopo qui reſignauit epiſcopatui. De ætate & qualitate & ordine præficiendorum. hæc in vj. & clemen. De ſacra vnctione. De ſacramentis non iterandis.

e De filiis presbyterorum ordinādis vel non. hæc in vj. De ſeruis non ordinādis, & eorum manumiſsione. De obligatis ad ratiocinia ordinādis vel non. De corpore vitiatis ordinandis vel non.

f De bigamis non ordinandis. hæc in vj. De clericis peregrinis. De officio archidiaconi.

g De officio archipresbyteri. De officio primicerij. De officio ſacriſtæ. De officio cuſtodis. De officio vicarij. hæc in vj.& cle.

h De officio & poteſtate iudicis delegati. hæc in vj.& cle. De officio legati. hæc in vj. De officio iudicis ordinarij. hæc in vj.& cle.

i De officio iudicis. De maioritate & obedientia. hęc in vj. De treuga & pace. De pactis. hæc in vj.

k De tranſactionibus. De poſtulādo. De procuratoribus. hæc in vj.& cle. De ſyndico.

l De iis quæ vi metúſue cauſa fiunt. hæc in vj. De in integrum reſtitutione. hæc in vj. & clem. De alienatione iudicij mutādi cauſa facta. De arbitris. hæc in vj.

*Secundi libri Rubricæ.*

m De iudiciis. hæc in vj.& cle. De foro competenti. hęc in vj.& cle. De libelli oblatione. De mutuis petitionibus.

n De litis conteſtatione. hæc in vj. Vt lite non conteſtata non proce. ad teſti. recep.

o De iuramento calumniæ. hæc in vj. De dilationibus. De feriis. De ordine cognitionum.

p De plus petitionibus. De cauſa poſſeſsionis & proprietatis. hæc in clemen. De reſtitutione ſpoliatorum. hæc in vj.

q De dolo & contumacia. hæc in vj.& cle. De eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. hæc in vj. Vt lite pendente nihil innouetur. hæc in vj.& clemen. De ſequeſtratione poſſeſsionis & fructuum. hæc in clem.

r De confeſsis. hæc in vj. De probationibus. hæc in clemen. De teſtibus & atteſtationibus, hæc in vj.& clemen. De teſtibus cogendis vel non.

s De fide inſtrumentorum. De præſumptionibus. De iureiurando, hæc in vj.& cle. De exceptionibus. hęc in vj.& cle.

t De præſcriptionibus. hæc in vj. De ſententia & re iudicata. hæc in vj. & clemen. De appellationibus, recuſationibus, & relationibus. hæc in vj.& cle. De clericis peregrinantibus.

v De confirmatione vtili vel inutili.

*Tertij libri Rubricæ.*

x De vita & honeſtate clericorum. hæc in vj.& clem. De cohabitatione clericorum & mulierum. De clericis coniugatis. hæc in vj.

y De clericis non reſidentibus in eccleſia vel præbenda. hæc in vj. De præbendis & dignitatibus. hęc in vj.& clemen. De clerico ægrotante vel debilitato. hæc in vj.

z De inſtitutionibus. hæc in vj. De conceſsione præbendæ. hæc in vj.& cle. Ne ſede vacante aliquid innouetur. hæc in vj.

a De iis quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli. De iis quæ fiunt à maiori parte capituli. Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

b De rebus eccleſiæ alienandis vel nō. hæc in vj.& cle. De precariis. De commodato. De depoſito.

c De emptione & venditione. De locato & conducto. De rerum permutatione. hæc in vj.& clemen. De feudis. De pignoribus & aliis cautionibus.

d De fideiuſſoribus. De ſolutionibus. De donationibus. De peculio clericorum.

e De teſtamentis & vltimis voluntatibus. hæc in vj.& clem. De ſucceſsionibus ab inteſtato. De ſepulturis. hæc in vj.& cle.

f De parochiis, & alienis parochianis. De decimis, primitiis, & oblationibus. hæc in vj.& cle. De regularibus & tranſeuntibus ad religionem. hæc in vj.& cle.

g De conuerſione coniugatorum. De conuerſione infidelium. De voto & voti redemptione. hæc in vj.

h De ſtatu monachorum & canonicorum regularium. hæc in vj.& clemen. De religioſis domibus vt epiſcopo ſint ſubiectæ. hæc in vj.& clemen. De capellis monachorum & aliorum religioſorum. hæc in vj.

i De iure patronatus. hæc in vj.& cle. De cenſibus, exactionibus, & procurationibus. hæc in vj. & clem. De conſecratione eccleſiæ vel altaris. hæc in vj.

k De celebratione miſſarum, & ſacramēto euchariſtiæ, & diuinis officiis. hæc in cle. De baptiſmo & eius effectu. hęc in cle. De presbytero nō baptizato.

l De cuſtodia euchariſtiæ, chriſmatis, & aliorū ſacramentorum. De reliquiis & veneratione ſanctorū. hæc in vj.& clem. De obſeruatione ieiuniorum.

m De purificatione poſt partum. De eccleſiis ædificādis vel reparandis. De immunitate eccleſiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium. hæc in vj.& cle.

n Ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. hæc in vj.

*Quarti libri Rubricæ.*

o De ſponſalibus & matrimoniis. hæc in vj. De deſponſatione impuberum. hæc in vj. De clandeſtina deſponſatione. De ſponſa duorum.

p De conditionibus appoſitis in deſponſatione vel in aliis contractibus. Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt. De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. De coniugio leproſorum.

q De coniugio ſeruorum. De natis ex libero ventre. De cognatione ſpirituali. hæc in vj. De cognatione legali.

r De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ vel ſponſæ. De conſanguinitate & affinitate. hæc in cle. De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

s De matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. Qui filij ſint legitimi.

t Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari. De diuortiis. De donationibus inter virum & vxorem: & de dote poſt diuortium reſtituenda. De ſecundis nuptiis.

*Quinti libri Rubricæ.*

v De accuſationibus, inquiſitionibus, & denuntiationibus. hæc in vj. De calumniatoribus. De ſimonia: & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.

x Ne prælati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant. De magiſtris: & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. hæc in cle. De Iudæis, Sarracenis, & eorum ſeruis. hæc in clem. De hæreticis. hæc in vj.& clem.

y De ſchiſmatis & ordinatis ab eis. hæc in vj. De apoſtatis & reiterantibus baptiſma. De iis qui filios occiderunt.

z De infantibus & languidis expoſitis. De homicidio voluntario vel caſuali. hæc in vj.& clem. De torneamentis.

a De clericis pugnantibus in duello. De ſagittariis. De adulteriis. De raptoribus, incendiariis, & violatoribus eccleſiarum.

b De furtis. De vſuris. hæc in vj.& cle. De crimine falſi. De ſortilegiis.

c De colluſione detegenda. De delictis puerorum. De clerico venatore. De clerico percuſſore. De maledicis.

d De clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrāte. De clerico non ordinato miniſtrante.

e De clerico per ſaltum promoto. De eo qui ordinem furtiue ſuſcepit. De exceſsibus prælatorum & ſubditorum. hęc in vj.& cle. De noui operis nuntiatione.

f De priuilegiis & exceſsibus priuilegiatorum. hæc in vj.& clem. De purgatione canonica. De purgatione vulgari.

g De iniuriis & damno dato. hæc in vj. De pœnis. hæc in vj.& cle. De pœnitentiis & remiſsionibus. hæc in vj.& clemen. De ſententia excommunicationis. hæc in vj.& cle.

h De verborum ſignificatione, hæc in vj.& clem. De regulis iuris, hæc in Sexto reperitur.

Carmina Rubricarum iuris pontificij.

Tota ſiquidem congeries decretalibus ſamulatur, & earum aliquæ nunc in Sexto, nunc in Clementinis (vt in expoſitione patet) repetuntur.

Primi libri Rubricæ ſunt in Decretalibus xliij. In Sexto xxij. In Clementinis xj.

a PRimo ſumma fides.ſtatuit.reſcripta.ſueſcit.
b Poſtulat.electos.tranſlatos.auctor & vſu.
c Inde renuntio.de ſupplenda.tempora.ſcrutor.
d Ordo reſignantis.ætas.ac vngo.ſacramen.
e Filius & ſeruus, obnoxius.& vitiatus.
f Hinc bigamus.clerus peregrinus.& archidiacon.
g Archipreſ.primic.ſacriſt.cuſtos.vice fungens.
h Delegat.legat.& dictus ab ordine iudex.
i Iudicis officium.maior.pax.pacta ſequuntur.
k Tranſigo.poſtulo.poſt procuro.ſyndicus exto.
l Vis metus.integrat.ac alienat.& arbiter hinc eſt.

Secundi libri Rubricæ ſunt in Decretalibus xxx. In Sexto xv. In Clementinis xij.

m IVdicium.forus.atque libellus.mutua poſcens.
n Litem conteſtans.ſine quo non ſuſcipe teſtes.
o Iurat.dilatis.& feriat.ordine noſcit.
p Plus peto.de cauſa.ſpoliatos reſtituendo.
q Eſt dolus.& miſſus.lis pendens.atque ſequeſtrat.
r Confeſsis.probo.ſunt teſtes.teſtes quoque cogo.
s Inſtruo.præſumo.iuſiurans.excipiendo.
t Præſcribit.ſententiat.appellat.peregrinans.
v Vtilis omnibus his eſt confirmatio iuncta.

Tertij libri Rubricæ ſunt in Decretalibus 50. In Sexto xxiiij. In Clementinis xvij.

x VIta decens.clerus habitans.clerúſque iugatus.
y Non reſidens.præbens.æger vel debilitatus.
z Inſtituo.concedendo.ne ſede vacante.
a Et ſine conſenſu.maior pars.non minuantur.
b Non alieno.trado precaria.commodo.pono.
c Vendo.loco.muto.de feudis.pignoribúſque.
d Atque fideiuſſor.& ſoluit.dona.peculi.
e De teſtamentis.etiam ſuccedo.ſepultus.
f Parochiis.decimis.hinc regula relligionis.
g Conuerſus coniunx.infidus.vota redempta.
h Deque ſtatu monachi.domibus.ſubiunge capellas.
i Iure patronatus.de cenſibus.ara ſacrata.
k Miſſæ.baptiſmus.quo non eſt presbyter vſus.
l Euchariſtia.relliquiæ.ieiunia ſerua.
m Purificans.ac ædificans.immunis adhærent.
n Clerice vel monache dimitte negotia ſecli.

Quarti libri Rubricæ ſunt in Decretalibus xxj. In Sexto iij. In Clementinis j.

o SPonſus.& impubes.& clandeſtina.duorum.
p Conditione.vouens, quam polluit.atq; leproſus.
q Seruus.de natis.ſequitur cognatio duplex.
r Poſt conſanguineam. conſanguinitas, gelidique.
s Ac interdictum.qui nati legitimi ſunt.
t Accuſare queunt.diuortia.dote.ſecundis.

Quinti libri Rubricæ ſunt in Decretalibus xlj. In Sexto xiij. In Clementinis xj.

v ACcuſatio.ſiue calumnia.ſit tibi Simon.
x Prælati.Rabbi.Iudæi.hæreticos dant.
y Schiſmaticis.vel apoſtaticis.natos perimentes.
z Infans expoſitus.homicida.luditur haſtis.
a Cleri pugna.ſagittat.adulter.poſtea raptor.
b Furtis.vſuris.de falſi crimine.ſortes.
c Colludo.pecco.venor.ferio.maledico.
d Poſt interdictum celebrans.ac ordinis expers.
e Saltus.furtiuus.exceſſus, opuſque nouellum.
f Lex priuata ſubit.purgat cum canone.vulgus.
g Damnum.cum pœnis.poſt pœnitet.eſt anathema.
h Verborum ſenſus.ſequitur quoque regula iuris.

*Titulorum iuris pontificii numerum qui ſunt in Decretalibus clxxxv. In Sexto lxxvij. In Clementi. lij. facili ſtylo indicant hæc quatuor carmina.*

Centum rubricas, octogintaque volumen
Gregorij noni ponit, quinas ſuperaddens.
Ac ſeptaginta ſeptem numerat tibi Sextus.
Ex Clemente duas quinquagintaque notabis.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca